I C. 52-54

DIVI ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI, ET DOCTORIS S. THEOLOGIAE

præſtantiſſimi Chronicorum opus, in tres partes diuiſum,

In quarum PRIMA res ab ipſo mundi exordio, vſque ad S. Sylueſtrum Pont. Max. id eſt, ad annum Chriſti 310.
In SECVNDA à S. Sylueſtro vſque ad Innocentium III. id eſt, ad annum Chriſti 1313.
In TERTIA ab Innocentio III. vſque ad Pium II. id eſt, ad annum Chriſti 1459.
toto ferè terrarum orbe geſtæ continentur.

Opus omni eruditione ac pietate refertum, nunc quidem quanta fieri potuit diligentia emendatum & auctum, atque annotationibus illuſtratum, adiectis etiam, vt plurimum locis, ex quibus omnia deſumpta fuerant, opera & ſtudio PETRI MATVRI *presbyteri Societatis Ieſu.*

Tribus inſuper indicibus locupletatum: quorum primus hiſtorias, alter res & ſententias, tertius ſcripturæ loca paſsim explicata complectitur.

LVGDVNI,
EX OFFICINA IVNTARVM.
M. D. LXXXVII.

Cum Priuilegiis ſummi Pontificis, Cæſareæ Maieſtatis, ac Galliarum, & Hiſpaniarum Regum.

8 1. F. 1

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI P. SIXTO
FABRI SACRI PRAEDICATORVM
ORDINIS GENERALI MAGISTRO;

PETRVS MATVRVS PRESBYTER SOCIETATIS
Ieſu gratiam & pacem à Chriſto
plurimam precatur.

QVOD preclarè medicorum princeps Hippocrates, de ipſa quam profitebatur facultate, dixit, Reuerendiſſime in Chriſto Pater ὁ μὲν βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ: idem mea quidem ſententia ad cæteras quoque diſciplinas, quæ vel liberalium nomine cenſentur, vel quæ altiorem gradum tenent, veluti quas ἀρχιτεκτονικὰς quaſi reliquarum moderatrices ac dominas Ariſtoteles appellabat, Theologiam inquam, iuris ſcientiã atque eam, de qua nobis ſermo futurus eſt, hiſtoricen accommodari ſane poteſt. Nam vt grammaticam, poëticam, oratoriam facultatem, differendique rationem prætermittam, quas propter earum τὸ γλυκυπικρὸν in prima litteraria inſtitutione non tam exhaurimus, quam ſummis labris deguſtamus, philoſophia primum, quæ rerum humanarum diuinarumque contemplationem ſectatoribus ſuis pollicetur, ducemque ſe vitæ profitetur, quam longum, quam diuturnum tempus ac ſtudium poſtulat, ſiue illam ſpectemus partem, quæ in ſola rerum cognitione conquieſcit, ſiue alteram, quæ ad ipſam cognitionem, opus actionẽque adiungit? de ciuili vero iuris peritia quid dicam? Nam licet infinitam illam confuſamque ex multorũ voluminũ ſylua diſciplinam in epitomẽ redigere, & ad faciliorem multo, quàm antea fuiſſet methodum Iuſtinianus Imperator reuocare conatus fuerit, tot tamẽ ac tantis adhuc mœãdris inuoluta eſt, vt qui in ea maximã etiam ætatis ſuæ partẽ conſumpſerũt, cum ſe iam ad calcem ſummo labore perueniſſe credunt, tum ſibi rurſus quaſi ad carceres redeundum eſſe animaduertunt. Ius porro ſacrũ, quod ex Romanorũ Pontificũ decretis, generalium Conciliorũ ſanctionibus, atque antiquorũ Eccleſiæ patrum ſententiis depromptũ, Canonicum appellamus, nihilo minus otij ac vigiliarum ad ſui cognitionẽ intelligentiamque deſiderat. Quid ſacroſancta theologia? quæ omnium diſciplinarũ παμβασίλεια, καὶ μέγα κρείων, ὁμηρικῶς & quaſi in alto reſidens ſolio, cæterarũ omnium quaſi adminiſtrarum in ſe ora oculoſque conuertit; quantis eſt difficultatibus obſeſſa! Atque vt nihil dicam, quàm acuta ingenia: quantam iudicij, atque intelligentiæ demiſſionem: quantam vitæ ſanctimoniam: quantam cæleſtis auxilij, gratiæque copiam efflagitet: quam diuturnum præterea tempus, quam aſſiduum laborem, quam longas vigilias poſtulat, vt vel nonnullam eius cognitionem adeptum ſe affirmare quis poſſit? Teſtes nobis eſſe poſſunt D. Baſilius re & nomine vere magnus, atque ipſi nõ tam naturæ cognatione, quam beneuolentiæ vinculo iunctus frater, Gregorius Nazianzenus, quem vnum poſt D. Ioannem Euangeliſtam τὸν θεολόγον Græci patres nominarunt: Hi enim cum ſe ſanctiori τῶν θεραπευτῶν καὶ ἱκετῶν vitæ rationi addixiſſent, reiectiſque prophanarum litterarum ſtudiis, ſacrarum tantum monumenta nocturna verſare manu verſare diurna, & earum intelligentiam non tam proprio perueſtigare ingenio, quam antiquiorum eruditione ac traditione conſequi decreuiſſent, tredecim integros annos in eo ſtudio conſumpſerunt.

Hipp. in Aphor. cap. 1. D. Baſil. in oratio. ad nepotes id citat. Ariſt. lib. 1. ethic. cap. 1. & 2. Cic. in 1. de orat. in Acad. & Tuſcul. quæſt. Vide eiuſdẽ epiſt. in init. inſtit. & digeſtorum. Hom. lib. 1. Ilia. Prou. 9. Ruff. lib. 11. hiſt. Eccl, 9. Hor, in art.

Quid vero ea tandem, cuius maxime cauſam agimus, quámque ſummus orator temporum teſtem, vitam memoriæ, nunciam vetuſtatis appellat, hiſtoria? Quid enim illa primum vtilius? quid niſi aut plane perpetuo puer, aut quod diuinus vates ait הנער בן מאה שנה eſſe velis, ad vitam pro dignitate traducendam non modo commodius, ſed magis etiam

Cic. lib. 2. de orat. Iſa. 65.

✠ neceſſa-

neceſſarium cogitari poteſt? Recte namque de iis Græculis, qui ante Solonis tempora vixerunt Ægyptius ille apud Platonem ſacerdos ἕλληνες, inquit, ἀεὶ παῖδες ἐστε, γέρων δ' ἕλλην οὐκ ἔστιν, νέοι γὰρ ἐστε τὰς ψυχὰς πάντες, οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. Quod ſi ſummam ſe poëta eximius Neſtori laudem tribuiſſe iudicauit, cum eum ſcripſit tribus eam ætatibus exactis, quartam peragere: idemque Vlyſſem ideo admirabatur, quod ἀνὴρ πολύτροπος μάλα πολλὰ πλάγχθη,

Platon. in Tim. citatur ab Euſebio lib. 10. de præpar. euang. c. 2. Hom. 2. Ilia. & Ody. 1.

πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω:

longe ſane πολυτροπώτεροι, maiorique laude digni iudicandi ſunt, qui hiſtoriæ beneficio cum vniuerſis hominum generibus, quaſi familiari conſuetudine viuunt, omniumque mores, ingenia, facta, quaſi præſentes adſint, intuẽtur. Qua quidem re non modo admirabilem apud homines gloriam conſequuntur: ſed ipſius quod ſummum eſt, hominũ principis Dei quodammodo naturam imitantur.

πάντα namque ἰδὼν θεοῦ ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.

Heſiod. in lib. opera & dies. Paulus ad Heb. 4.

inquit Heſiodus: quod eleganter aliis verbis exprimẽs D. Paulus πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ eſſe affirmauit. Quod cum à mortali noſtra natura longe alienum ſit, hiſtoriæ tamen quædam nobis quaſi priuilegio conceditur. Etenim quæ regiones, quæ prouinciæ, quę ciuitates, quæ maria, quę inſulæ tam remotę diſſitæque ſunt, quas hiſtorias perlegentes veluti coram poſitas non ſpectemus? Hæc etiam vna eſt quæ poëticam exornat, eloquentiam ditat, philoſophiam reficit, ius ciuile illuſtrat, canonicum confirmat, theologiam non mediocriter auget. hæc ciuilem vitam inſtruit, propriam informat, priuatos homines delectat, magiſtratus iuuat, omnes denique, cuiuſuis ordinis ſexus & ætatis homines oblectat. hæc ſiue à noxiis voluptatibus auocare, ſiue in officio continere, ſiue ad omnẽ virtutem excitare quempiam velis, longe maximum pondus habet. Quod ſi non ea lege ab optimo rerum omnium parente in hanc editi lucem ſumus, vt hanc vniuerſitatẽ quaſi mercatum ingreſſi toto vitæ noſtræ tempore deſides atque otioſi ſpectamus, quemadmodum de ſe, ſuique ſimilibus Pythagoras aſſerebat: verum contra potius θέατρον inquit Apoſtolus ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις quanã id tandem ratione conſequamur, niſi præſtantium hominum actionibus exprimendis, quarũ hiſtoriæ maximam nobis copiam ſolæ ſuppeditant? Sed quantum illud eſt, quod noſtram etiam religionẽ ac fidem ſartã tectam tueri, atque ab hæreticorum calumniis fucatiſque præſtigiis vindicare niſi qui omnem hiſtoriarum varietatem, atque antiquitatẽ perſpectam habent, nullo modo poſſunt. Hac enim ratione optimi doctiſſimiq; noſtræ ætatis theologi Gilbertus Genebrardus, Franciſcus Turrianus, Petrus Caniſius ambo magna Societatis noſtræ lumina, aliique permulti falſiſſimas Magdeburgenſium Centuriatorum libros impugnarunt, & oppoſita rerum ex hiſtoriis petita veritate profligarunt.

Laert. lib. 8. in vita Pythag. M. T. in 5. Tuſcul. 1. Cor. 4.

Geneb. in chro. Turr. lib. pro defenſ. Can. Apoſt. Caniſius lib. de Ioanne Baptiſta & Maria virgine. Alanus Copus. Feuardentius.

Verum vt eo redeam, vnde me quaſi tranſuerſum hiſtoriæ dignitas abripuerat, quàm multorum non annorum inquam, ſed pene ſæculorum ſtudio & labore opus eſſet, ad tantam exemplorum, rerumque geſtarum, copiam comparandam, quantam habere ille debet, qui vel ad omnem præteriti temporis memoriam, vel ad reliquarum diſciplinarum cultum & ornatum, vel ad vitam bene beateque inſtituendam, vel ad impiorum hominum mendacia euincenda inſtructus eſſe vellet, niſi hanc Deus mentem ſapientiſſimis quibuſdam viris inieciſſet, vt eorum immenſæ vigiliæ noſtros mirum in modum in illo ſtudij genere labores operamque releuarent.

Horum è numero, vt cæteros modo prætercam, in primis eſt quem præ manibus habemus D. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, & ſummum veſtræ Dominicanæ familiæ (ex qua tanquam agro fertiliſſimo viri & doctrinæ magnitudine & vitæ ſanctitate præſtantes nunquam propagari deſierunt,) decus atque ornamentum, vir qui tanta primum vitæ floruit ſanctimonia & innocẽtia, vt quod paucis admodum noſtra memoria datum eſt, non vnius tantum, ſed duorum maximorum Pontificum decretis, publicaque totius Eccleſiæ gratulatione in diuorum numerum ſit adſcriptus: doctrina vero ita præſtitit, vt præclarum illud omnique eruditione pleniſſimum opus, quod de illis quæſtionibus ſcripſit quas vulgo nunc conſcientiæ caſus nominamus, ita omnes viri docti ſemper admirati ſunt, vt qui in eodem ſcribendi argumento verſari voluerunt, non tam ſuum nobis nouum aliquod opus obtuliſſe quam ipſius D. Antonini ſcripta paucis tantum mutatis rurſum edidiſſe videantur, cum nihil addi, nihil detrahi ex illis omnino poſſe iudicarent.

Hi ſunt Adrianus 6. & Clemens 7. vide bullã quã edidimus vna cũ hoc opere.

Atque hoc quidem opus de quo dixi, quódque ille Summam appellauit, cum primum ſuæ induſtriæ ſpecimen eſſe voluiſſet, matureſcente poſtea iam ætate, cum non doctrinæ modo ampliores, ſibi copias cõparaſſet, ſed maior etiam ad iudicium facta fuiſſet acceſſio: ad alterum hoc quod τὸ χρονικὸν nuncupauit, ſcribẽdum eſt aggreſſus. In quo ſumma tum

vtilitate

vtilitate tum delectatione quæcunque vel in ſacris libris, vel in aliis eccleſiaſticis externiſque ſcriptoribus, ab ipſo mundi exordio continentur, ea ille omnia quaſi βοτρυδὸν coaceruans, & ſuo quæque ordine ac tempore diſtinguens, magnaque rerum varietate tribus iuſtis voluminibus comprehendens, mirum in modum eorum qui multa breui diſcere noſſeque cupiunt, ſtudiis commodauit. Quod ſi cui forte delicato nimis, ſquallida & rudia eſſe nonnunquam videantur, & ὥσπερ σιληνοὶ τοῦ Ἀλκιβιάδου, quæ à D. Antonino ſcribuntur informia apparcant, quod pigmentis fuciſque verborum aſperſa non ſint, is, ſi rerum pondus, ſententiarum grauitatem, narrationiſque veritatem attente perpendat, næ ille hoc omnibus eiuſdem argumenti operibus merito anteponendum eſſe iudicabit: vereque de hiſce D. Antonini libris affirmare poſſe videmur, quod olim de M. Varronis antiquitatũ ſcriptis M. Tullius teſtatum reliquit. Nos in noſtra vrbe peregrinantes erranteſque tanquam hoſpites tui libri quaſi domum reduxerunt, vt poſſemus aliquando, qui & vbi eſſemus agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum iura, tu publicam diſciplinam, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti. Nec vere minus de eo dicere poſſemus, quod de eodem Varrone Terentianus olim, Vir doctiſſimus vndecunque Varro. Si enim ea primo loco ſpectemus, quæ huic operi ὡς τὰ πάρεργα ϗ ἀποχρονγμένα præter propoſitam hiſtoriæ ſeriem D. Antoninus inſeruit, quam ſunt omnia purioris atque recõditioris illius theologiæ, quæ Scholaſtica vulgo nominatur, plena? & ex vberrimo illo copioſiſſimoque diuinæ illius ſapientiæ fonte D. Thoma Aquinate deriuata? Taceo quam multa ex Auguſtino, Ambroſio, Chryſoſtomo, Gregorio, Baſilio, Hieronymo, Athanaſio, reliquiſque Eccleſiæ luminibus, vel ad deprauatos hominum mores corrigendos, vel ad aduerſarios fidei impugnandos, vel ad Chriſtianã doctrinam confirmandam, expreſſerit, & quaſi pretioſiſſimas gemmas in ſui huius operis auro concludere ſit conatus. Taceo quam multos, & quam difficiles S. Scripturæ locos vel ſua ipſius ſententia, vel probatiſſimorum Eccleſiæ doctorum iudicio, ſapienter explicarit: Etenim ex eo ſacrorũ locorum in hoc opere à D. Antonino explicatorum indice quem præter duos alios nunc primum adiecimus, planum eſſe poteſt, nullum eſſe inſigniorem diuinarũ litterarum locum, atque ad præclarum aliquod religionis noſtrę dogma confirmandum, accommodatum, quod vel noſtra vel ſuperiore ætate in dubium vocatum fuerit, quem vbi res tulit, docte diſerteque non enodarit.

Sileni Alcibiadis. Vide Platonẽ in cõuiuio, & Adagia nuper emendata.

M. T. lib. 1. Academ. & affert Aug. in 6. Ciuit. cap. 2.

Terent. in li. de Carm. generat. de Phaleu. Auguſt. 16.

Nihil dico quam diligenter ac ſapienter non modo noſtra inſtituta propugnare, ſed aliena etiam refellere, planeque ſubuertere, cum opus eſt, elaborarit. Etenim ſi qui vel olim fuerint, vel modo etiam ſint Catholicæ religionis aduerſarij diligenter perquiramus, nullos vnquam moleſtiores atque infeſtiores extitiſſe comperiemus, quam Agarenos, Iudæos, atque his multo improbiores hæreticos, qui quamuis quaſi impia quædam Satanæ propago ſumma Eccleſiæ Catholicæ vi atque auctoritate profligati, proſtratique fuerint; ſubinde tamen renaſci atque ὡς τὰ ἄγρια παραβλαστήματα diuerſis temporibus repullulaſcere conſpiciuntur. Atque aduerſus Agarenos quidem impuriſſima Machometi dogmata retinentes, ita docte acuteque diſſeruit, vt ſi quis illis ſenſus ſupereſſet, neque noſtra legere per ſuos Alphaquinos impedirentur, facile vel vno D. Antonini perlecto capite, ad ſanam mentem reuocari poſſent. Contra Iudæorum vero obſtinatã peruicaciam cum alibi in hoc opere, tum vero maxime, vti Petrum Alphonſum quendam ad Chriſtianam ex Iudaiſmo fidem conuerſum fuiſſe narrat, tanto argumentorum pondere diſputat, vt vel illud vnum caput denſa illa integumenta atque inuolucra remouere nullo negotio poſſit, quibus eorũ facies hoc eſt intelligentia teſte D. Apoſtolo tegitur atque obtenditur. Hæreticorum denique obfirmatam & perfidam audaciam, eorum exordiis atque initiis producendis, certis ac præcipuis Euangeliorum capitibus exponendis, deprauatis Manichæorum, Arianorum, Eunomianorum Sabellianorum, Macedonianorum, atque aliorum ſententiis ex ipſis Euangelij fontibus & ampliſſimis Patrum teſtimoniis confutandis ſtrenue ac fortiter impugnauit. Quæ illius τὰ πολεμικὰ non modo permultum ad veteres Eccleſiæ Catholicæ perduelles ſuperioribus ætatibus conuincendos potuerũt: verum etiam ad nos quaſi per manus tranſlata præſentiſſima nobis arma ad nouos ſæculi religionis noſtræ fideique deſertores debellandos ſubminiſtrant. Nam cum iiſdem hi nos, vt plurimum, errorum ac falſitatum machinamentis adoriantur, quibus olim ſuæ ætatis Catholicos hæretici oppugnabant: iiſdem ſane noſtros etiam nos aduerſarios præſidiis inſtructi longe ab Eccleſia propulſabimus.

In 2. parte huius operis tit. 13. c. 6

Ibid. tit. 16. cap. 12.

2. Cor. 3.

Cic. in 1. lib. offic.

2. Cor. 10.

Sed quoniam parui (quemadmodum de ciuili populariquc ſtatu quidam dixit,) arma ſunt foris, niſi conſilia domi ſint, nec ſatis eſt, vt ſint, quod monet Apoſtolus τὰ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων doctrina & ſapientia hoſtes, vel fortiter impetere, vel ſtrenue viriliterque depellere, niſi ad doctrinam ſalutaria quoque

In 2. part. ti. 15. & in 3. tit. 23. & 24. per totum.

Chriſti Domini noſtri conſilia adiungantur: hanc quoque D. Antoninus partem minime prætermittendam ſibi eſſe iudicauit. Quamobrem non diuerſis tantum in huius operis locis de aliis atque aliis religioſarum familiarũ ſectatoribus perſæpe multa ſcripſit: ſed etiam ſeparatim quibuſdam in locis tam ſelecta, tam præclara religioſæ vitæ præcepta, & eorũ qui ſæculis pene omnibus in hoc vitæ genere præſtiterunt, exempla collegit, adeoque luculenter copioſéque digeſſit, vt non tantum cæteros, qui hoc de argumento libros vnquam ediderunt ſuperaſſe videatur: ſed longe quoque plurimum valeant, quæ ab eo ſcripta ſunt, ſiue ad eos in ſuſcepto vitæ genere confirmandos, qui ſemel illud amplexati ſunt, ſiue ad cæteros animandos, & ad id ſuſcipiendum inflammandos. Atque hæc quidem, ὡς τὰ ἐμβλήματα, ad ſacram theologiam ſpectant omnia.

In 3. parte huius operis tit. 18. cap. 6.

Quæ porro ex iure Canonico deſumpſerit, atque ad hoc ſuum opus apte ſapienterque tranſtulerit, recenſere ſuperuacaneum eſſe puto, cum hoc breuiter affirmari poſſit, præter totius decreti breuem illam ſummam, quam in decimum octauum huius operis titulum congeſſit, ita multa illius iuris hic capita contineri, vt pro magno haberi iuriſconſulto vere poſſit, ſi quis ea probe omnia teneat, quæ ſuo huic Chronico D. Antoninus attexuit. Nulla enim paulo celebriorum Conciliorum decreta, nulla Pontificum maximorum ad pietatem moreſque conformandos reſponſa, nulla antiquiorum patrum ad religionem illuſtrãdam documenta prætermiſit. Ea poſtremo, quæ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, poëtas dico, hiſtoricos oratores & philoſophos, alioſque à noſtra religione alienos ſcriptores mutuatus ſit, prætereo. Præclare namque illorum dictis quaſi floſculis, hoc ſuum D. Antoninus opus exornauit, non ignarus, quod elegãter à D. primum Baſilio, Diuoque poſtea Hieronymo ſcriptum eſt, magnam ex poëtis cæteriſque prophanis auctoribus vtilitatem capi poſſe, eſſeque illorum pręclare dicta ab ipſis tanquã ab iniuſtis poſſeſſoribus repetẽda. Quod ſi in his quæ ſunt veluti τὰ ἀπροσδιόνυσα talem ſe præſtitit, quid de ipſa hiſtoria, quã in primis agreſſus eſt ſcribere, ſentiendum exiſtimamus? In ea vero fuſe aliquando & copioſe, aliquando vero ἐπιτομώτερον ea digerit, quæ toto fere terrarum orbe, ab ipſo eius exordio, ad extremum vſque pene ſuæ vitæ momentum, hoc eſt ad Chriſti annum 1459. geſta ſunt: cauitque quoad diligentiſſime potuit, quæ prima hiſtoriæ lex eſt, vt ne quid falſi aſſereret, ne quid veri reticere voluiſſe videretur. Quamobrem ſiue de prophanis ſiue de Eccleſiaſticis diſſerendum illi fuit, illis tantum auctoribus vſus eſt, quos communi hominum iudicio bonæ fidei homines, & veritatis teſtes omni exceptione maiores eſſe iudicauit. Si qua vero ab aliis accepta parum fide digna eſſe animaduertit, ea ὡς νοθευόμενα ὀβελίζων inter dubia, & de falſitate ſuſpecta recenſuit. Quo in genere non mediocriter etiam à Mariano illo Victorio Amerino epiſcopo, qui D. Hieronymi ſcripta Batauinis fæcibus infecta repurgauit, ſuiſque annotationibus illuſtrauit D. Antonini commendatur, quod quædam de D. Hieronymi obitu opuſcula D. D. Auguſtino & Cyrillo falſo adſcripta repudiarit: tantaque etiam nunc eſt D. Antonini fides atque auctoritas, vt Gregorius XIII. Pontifex Maximus (cuius memoriam nulla vnquam temporum diuturnitas obliterabit) in eo Decretorum libro, quem ſuo nuper iuſſu reſtitutum edidit, non raro illius ſcripta citet, ad quædam decretorum capita aſſeueranda, quorum vix alius D. Antonino potior ante meminerat.

D. Baſil. de vtilitate à prophanis ſcriptorib' petenda, & D. Hieron. in Daniel. c. 1. & in epiſt. ad Titũ. vide diſt. 37.

Cic. lib. 2. de orat.

Marian. Victor. in pręfat. ad 9. Tom. D. Hieron. 2. q. 5. c. auditũ eſt. & eadem q. 7. cap. cum paſtoris. & alibi.

Obrepſerunt illi quidem quædam hiſtoriæ, quas hominum minime malorum fidem ſecutus pro veris protulit, ſed eas nos aliquot hiſtoricorum noſtri temporis diligentia adiuti obelo notauimus, tum quod falſæ ſint, tum vero maxime, quod fidei noſtræ auctoritas & ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ maieſtas, ſi minus obſcurari, perſtringi tamen aliqua ſuſpicione videretur. Quæ ſi culpa eſſe cuipiam non æquo rerum æſtimatori videtur, non D. Antonini eſt, ſed eorum, quos ille ſibi quaſi duces ſequendos propoſuerat: qui recta tendere cupientem, pro viriliqúe conantem; non cogitantem tamen minimeque volentem in ſalebras ductores non boni deuiis itineribus, abduxerunt: occurrerunt etiam interdum nobis aliqua, vt vocant ἁμαρτήματα μνημονικά: quæ nos, vt potuimus, corrigenda curauimus. Quod cum ſcriptoribus alioqui diligentiſſimis in aliorum præſertim ſententiis teſtimoniiſque referendis vſu ſæpe venire ſoleat, pulchre olim Horatius monuit,

Hor. in art.

Sæpe opere in longo fas eſſe obrepere ſomnum.

Atque ego ſane minime dubito multa ipſum huiuſmodi fuiſſe reiecturum, multa ipſum emendaturum, multa, quę dicendi genus ſpectant, cum non idem perpetuo ſit, nec ſui ſimile, commutaturum ac perpoliturum, niſi ſcribentem adhuc & commentantem ad cæleſtem ex hac mortali vitam illum Chriſtus euocaſſet.

Nunc vero cum Ioannæ Iuntæ hæredes, eorumque ſocius Paulus Guittius, qui ſuam in Theologicis maxime libris cudendis operam addixerunt, hæc quæ à multis iam annis magno litteratorum incommodo deſiderabantur, Chronica rurſus prælo committere decreuiſſent,

creuiſſent, noſtramque operam, quo integriora & purgatiora prodirent, multis precibus exoraſſent: ego tum eorum ſtudiis ac deſideriis incenſus, tum vero noſtrorum maxime ſiue ſuaſu, ſiue imperio impulſus, quantum in me fuit, elaboraui, vt ſi minus omnibus plane numeris abſolutum, non ſic tamen lacerum, & vt antea mutilatum in hiſce ſuis D. Antoninum Chronicis videre cogeremur. Quod eò lubentius ſuſcepi, quòd animaduerti ſic non modo integram ad noſtra pene vſque tempora rerum Eccleſiaſticarum hiſtoriam ſuppetere nobis poſſe: verum etiam habituros nos viri ſanctiſſimi, atque integerrimi vtiliſſima volumina, quæ pro vaniſſimis ac pernicioſiſſimis Magdeburgenſium Centuriatorũ ſcriptis falſo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ nomine editis reponeremus. Verum ad opus aggreſſus nihil verius eſſe intellexi, quam tritum ex Pindari quodam Idyllio vulgi ſermone prouerbium γλυκὺς ὁ πόλεμος ἀπείροισι, πεπειραμένος δέ τις ταρβεῖ προσιόντα. Nam qui ſperabã modico labore non multo temporis ſpacio, me quod initio propoſueram, abſoluturum: vix continuato multorum menſium opere ſum aſſecutus. Vnum tamen eſt, quod me non mediocriter conſolatur; quod meum hoc qualecunque tandem eſt, ſtudium doctum aliquem religioſiſſimæ tuæ familiæ virum excitaturum ſperem, qui vberiore doctrina, acriori iudicio, &, quod deſideratum eſt à me, maiore librorum copia præſtantiſſimum hunc domus veſtræ partum elegantiorem ac nitidiorem reddere nitetur. Mihi, quod in rebus huiuſmodi vel plurimum laudari ſolet, voluiſſe ſiue in emendandis, ſiue in annotãdis hiſce D. Antonini ſcriptis, ſit ſatis. In his enim duobus mea omnis opera verſata eſt, vt maculæ primum, quæ iſtud opus non mediocriter obſcurarant, tum veteris cuiuſdam exemplaris centum ab hinc annis in Germania editi fide quod mihi D. Andreas Amiottus, V. I. doctor, & parœciæ huius vrbis, quæ à S. Cruce nominatur Cuſtos commodauit, tum eorum etiam librorũ quos ipſe ſecutus eſt, auctoritate: quoad fieri poſſet, omnes tollerentur, diminutæ ſententiæ complerẽtur, perturbatus aliquando verborum ordo reſtitueretur. deinde vero vt eius vtilitas latius pateret, nonnulla etiam annotaui, quibus tum verba, tum etiam obſcuræ aliquando res non tam Marte meo, quam probatiſſimorum auctorum qui vel noſtra vel patrum memoria floruerunt, dictis illuſtrarentur. Et cum vel imperiti vel maleuoli quidam homines, hæretici vero præſertim ex male perſpecta rerum anteactarum memoria ſummos noſtræ religionis Antiſtites Romanos Pontifices in inuidiam ſæpe adducere conati ſint: nos contra dedimus operam, vt ex certa, veraque rerum geſtarum narratione, nunquam eos à recta fide aberraſſe: multas vero potius pro religione contentiones ſuſcepiſſe, multa pro veritate vitæ diſcrimina adiiſſe, multa ad Chriſti gloriam propagandam geſſiſſe demonſtraremus. Et quoniam antiquorum patrum in fide ac religione conſenſus firmiſſimum eſt, ac validiſſimum Eccleſiæ propugnaculum, quod nullis vnquam aduerſariorum machinamentis expugnari poterit: id nos cum ſeſe obtulit occaſio, veterum vel dictis vel factis pro virili noſtra parte munire conati ſumus: vt qui nouiciam fidem noſtram eſſe cauſari ſolent, quæ nunc Eccleſia in ſacroſancti Tridentini Concilij decretis docet, cum iis quæ ſuperioribus ætatibus perpetuo tradidit conferentes, intelligant, non aliud à nobis modo credi, quam quod omnibus poſt Chriſtum ſæculis, ab iis creditum ſemper eſt, qui bene de Chriſtiana religione ſenſerunt. Contra vero quæ nunc Eccleſiæ Catholicæ aduerſarij temere effutiunt, non in ipſorum officinis nuper fabricata eſſe indicamus: ſed ex veterum hæreticorum (Samoſatenos dico, Nouatos, Arios, Neſtorios, aliaſque huiuſmodi mundi peſtes) nefariis apothecis taberniſque deprompta. Illos enim doctrinæ ſuæ duces & ſentiendi magiſtros habuerunt, Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Beza, quorum dogmata ὡς τὰ θεόπνευστα noſtri temporis hæretici admirantur.

Vide prou. dulce bellũ inexpertis in Adag. emendatis.

Hæc aliaque nonnulla, Reuerendiſſime pater, ad hoc opus aliquo modo illuſtrandum, & ad publicam legentium vtilitatem Deo propitio afferre ſum conatus. Neque ignoro me in multorum ſermones vituperationemque incurſurum, partim meam temeritatem admirantium, qui in eum commentari aliquid auctorem, notaſque ſcribere tentauerim, in quo propter ſummam doctrinam nihil deſiderari poſſe videbatur, & quæ ob dicendi inſcitiam foras efferri minime debuiſſent, ea publice edere, & in vulgus emittere non dubitarim: partim meam damnantium negligentiam, qui quam plurima obſeruatione digna, intacta præterierim: partim meum ſtultum pene conſilium irridentium, qui in alieno fundo ſerere voluerim: cum proprij multi ſuppeterent. Verum ego qui huiuſmodi accuſatores, & alienorum laborum cenſores non paucos futuros eſſe certo mihi perſuadeo, te vnum iccirco meæ iſtius induſtriæ in patroni atque aduocati locum delegi, qui ὡς ἀλεξίκακος omnes ab illa iniurias facile repellere, atque incolumen conſeruare potes. Neque vero quærendum mihi deliberandúmve diu fuit, cui potiſſimum D. Antoninum hunc à me quomodocunque limatum ac politum merito conſecrarem. Mox enim occurrit non alteri offerendum eſſe,

quam

quam illi ipſi, cuius D. Antoninus, ſi adhuc in viuis eſſet, pro ſingulari ſua animi demiſſione, ſuaque erga ſuſceptum ſacroſanctæ religionis inſtitutum obſeruatione, non hos modo & cæteros libros ſuos, ſed corpus animumque ſuum imperio poteſtatique ſubiiceret. Nempe tu is es, Pater Reuerendiſſime, cui propterea quod in vniuerſa Prædicatorum familia es adeptus principatum, D. Antoninus veſtræ olim Sodalitatis religioſiſſimus alumnus, idemque poſtea prælatus digniſſimus, vt olim viuus ita etiam vita functus ſe ſuaque omnia debet, quem ego ſi tibi ſubtractum, alteri dedicare tentaſſem, nonne me plagiarium eſſe argueres, ſi quod in tua poteſtate iure quodam mancipij eſſe ignorare non poteram, id ego abducere à te atque auertere voluiſſem? Cui vero potius D. Antoninum virum in Tuſcia natum in eademque prouincia vitam primum religioſam profeſſum, ſuique deinde ordinis Vicarij Generalis officio perfunctum offerrem, quam tibi, quem in eadem regione natum atque in eadem religioſorum hominum familia educatum, poſt multas in ea rerum procurationes optime ſapientiſſimeque adminiſtratas ad ſummum Magiſtri generalis apicem ſingularis doctrina cum perfecta virtute atque admirabili integritate coniuncta prouexit? Cui nuncupandus inquam potius D. Antoninus eſt, qui ob abſolutam vitæ ſanctimoniam, & eximiam Canonici maxime iuris ſcientiam ſacro quondam Palatio præfectus fuit, quam tibi, qui eaſdem ob cauſas à vigilantiſſimo illo Eccleſiæ paſtore Gregorio XIII. ad eandem promotus dignitatem fuiſti: tantamque humani diuinique iuris cognitionem aſſecutus es, vt cum Sextum Decretalium, Clementinas & Extrauagantes, id eſt, tertiam Canonici iuris partem ſummus idem Pontifex iuris ipſe conſultiſſimus reſtituere decreuiſſet, tibi iuris conſultiſſimo emendandam commiſerit, & à te poſtea emendatam publica totius orbis gratulatione & maxima omnium iuris vtriuſque ſtudioſorum vtilitate publicarit? Quamobrem cum tuus D. Antoninus omni iure ſit, tuus eſto, Reuerendiſſime Pater, eoque fruere, & meam hanc in illo reſtituendo induſtriam æqui bonique conſulito: ego vero Deum Opt. Max. aſſidue precabor, vt te cæleſtibus donis vberrime cumulatum Eccleſiæ diutiſſime conſeruet. Lugduni pridie Calend. Octobris 1585.

Gregorius 13. in epiſt. iuri Canonico præfixa.

Reuerendiſſimæ Paternitatis tuæ
Seruus in Chriſto inutilis

PETRVS MATVRVS.

AD LECTOREM.

NOn parum meo ſanè iudicio refert eius, optime lector, qui ex aliquo Hiſtoriarum libro, quem totum euoluere in animum induxit ſuum, fructum aliquem capere deſiderat, ſcriptorem earum probè noſſe, eiúſque mores & vitam habere perſpectam. Cùm enim noſtra omnis aſſenſio, ex dicentis docentiſue auctoritate maximè pendeat, & antiquo illo ferè omnes Pythagoreorum more, cum in omni ſermone, qui de alicuius rei cognitione inſtituitur, tum verò in primis in rerum geſtarum expoſitione, non tam quid dicatur, quàm quis ille ſit, qui dicat, conſiderare ſoleamus, fieri certè non poteſt, quin alicuius hiſtoriæ minus latè pateat vtilitas, ſi ipſius ſcriptor ὡς τῶν τυχόντων τις, καὶ εἷς τῶν πολλῶν eſſe credatur, vel in hominũ ignoratione, & quaſi nunquam fuerit, in ſumma nominis ſui obſcuritate verſetur. Verum hoc in nobili iſtorum Chronicorum auctore, ſapientiſſimóque ſcriptore D. Antonino nequaquam eſt pertimeſcendum. Nam licet abdicatis à pueritia Dei amore omnibus huius mundi honoribus, illud ſapientis dictum λάθε βιώσας, vel diuini potius vatis oraculum, Fugite de medio Babylonis, vt ſaluet quiſque animam ſuam, &, Bonũ eſt viro cùm portauerit iugum Domini ab adoleſcentia ſua: Sedebit ſolitarius & tacebit, amplexus eſſet, eius tamen nomen & fama, quamdiu in viuis fuit, tum ob vitæ ipſius integritatem, tum ob doctrinæ præſtantiam, tum ob dignitatis amplitudinem longè latéque ſeſe diffudit, poſteà verò quàm ex hac vita in longè meliorem fœlicioremque migrauit tum multis magniſque miraculis ipſius teſtata gloria ſanctitáſque fuit: tum auguſta ſacroſanctæ Eccleſiæ definitione ac decreto publicè declarata. Sed quoniam famę ipſi plerunque non creditur, publicum de ea re diploma cõfectũ, (quã Bullam Canonizationis vocãt,) ad nos ex ipſa vrbe fideliter tranſmiſſum viſum eſt in huius libri veſtibulo apponere, vt non vulgari aliquo teſte, & hominum quorumcumque ſermonibus D. Antonini notitiam habeant, ſi qui fortè ſunt, qui eum ignorent, ſed quiſnam ille fuerit, ex eius ore intelligant, qui cum Chriſti Domini vices gerat, parem in terris, nedum ſuperiorem habere non poteſt, cui cum in rebus omnibus ſit obtemperandum, tum maximè in Diuorum canonizatione credendum eſt: cùm in hac re, ſicuti in omnibus aliis ad fidem moréſque pertinentibus, iuxta certiſſimã Chriſti Domini noſtri promiſſionẽ nullus ei locus erroris patere poſſit. Cùm autẽ hę Apoſtolicæ litteræ ipſius auctoris vitam fideliter quidem, ſed breuiter complectantur, quiſquis plura de eo ſcire deſiderat, is præter Sixtum Senenſem, qui in Bibliotheca ſancta de eo honorificentiſſimè locutus eſt, Vincentium Mainardum ordinis Prędicatorum procuratorem legat, quem tomo 3. de vitis Sanctorum Surius euulgauit. Cæterum amice lector quas ad res horum tibi librorum lectio proderit ex ipſomet au-

Hier. 51. Thren. 4.

Luc. 22.

ctor diſcito. Nam de his in extremo ſuo libro 4. ſummæ confeſſariorum: Demum de ſcientia (inquit) actum eſt, cui additur magnum opus diſtinctum propter ſui longitudinē in tria volumina, non præciſè hiſtoriarum, ſed & multorum aliorum de ſcripturis ſacris, & dictis notabilibus ſanctorum, ſed & aliorum gentilium: continens geſta ab initio mundi vſque ad præſens tempus ſcilicet annum Domini 1454. Si tamen vita fuerit comes ad perficiendum, quod iam perductum vſque ad annum Domini 600. Cum enim ad donum ſcientiæ pertineat benè conuerſari in medio nationis prauæ atque peruerſæ, & ſcire diſcernere credenda à non credendis, & agenda à non agendis, vt bona aſſumantur, & mala renuantur, quam plurimum ad hoc poſſunt iuuare præcedentium geſta. Nam,

Præteriti ratio ſcire futura facit.

Ex erratibus enim perfectorum vt primorum parentum, Moyſis, Aaron, Dauid & aliorum, melius ſciuntur pericula noſtra, vt caueantur. Ex illatione flagellorum contra malos perpenditur grauitas peccatorum, & quantum Deo diſpliceant, vt non committantur, & commiſſa per pœnitentiam remoueantur. Ex tranſlatione & mutatione regnorum & dominiorum, aduertitur mutabilitas & inſtabilitas mundanorum, vt contemnantur. Ex depreſſione ſuperborum & humiliatione, vt ædificantium turrim pertingentem ad cœlum Babel, Pharaonis, Nabuchodonozor, & aliorum, addiſcitur mortales non paria ſentire de Deo, ſed vt omnes ei ſubiiciantur. Ex narratione Euangeliorum docentur impleta, quæ per ſanctos prophetas prænunciata fuerant de myſteriis Chriſti, quorum prophetiæ plures hic expreſſantur. Ex ſententiis tam gentilium quàm ſanctorum, ibi ſcire valet quilibet quomodo conuerſari debeat in mundo. Et quia plus mouent exempla quàm verba, ideo ponuntur multæ hiſtoriæ & opera virtutum à ſanctis perpetrata, vt ad ea imitanda prouocentur. Miracula plurima referuntur ad Dei gloriam & fidei Chriſtianæ confirmationem. hęc ille. Eius ſepulchro hoc epitaphium inſcriptum eſſe ferunt.

Hic eſt, ille tuus paſtor Florentia, pro quo
Non ceſſas mœſto ſpargere rore genas.
Patribus haud priſcis pietate Antonius impar
Qui ſcripſit quicquid littera ſacra docet.

BVLLA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI CLEMENTIS P.P. VII. DE D. ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI CANONIZATIONE ab eo edita.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Rationi cōgruit,&cōuenit æquitati, vt eaquę de Romani Pōtificis gratia proceſſerūt,licet eius ſuperueniēte obitu literæ apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuū debitū conſequantur effectū. Dudū ſiquidē fœlicis recordationis Adrianus Papa VI. prædeceſſor noſter piè pręmeditās ſingulos, præſertim aqua regenerationis renatos populos, Propheta docente, Psal. 88. miſericordias Domini in æternum cantare debere, magnaq. profectò & mirabilia eſſe opera miſericordiæ, quibus Saluator noſter Ieſus Chriſtus in ſalutem generis humani miſerationis huius largiſſimè ſeſe effundere dignatus fuerat, quæ ſi ab initio creati hominis recenſenda forēt, nullæ humanæ linguæ ad id ſufficere poterant, quia inenarrabile illud erat, quod cùm Deus ipſe hominem creaſſet, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, Gen. 1. illi vt fœlicitatis æternæ particeps fieri, & in cæleſti Patria illa conſortiis Angelorum aſcribi poſſet, benignè conceſſerat, ſi datæ ſibi diuinitus legis non contempſiſſet imperium. Neque tamē ipſū legis huiuſmodi transgreſſorem factum paſſa erat diuina clementia penitus interire, quinimo congruentes exhibere medicinas dignata extiterat, quibus à lege Domini aberrans in certam ſalutis ſemitam perduceretur, Angelos deſtinando qui ei diuinam patefacerent voluntatem ipſumque iuſta ſuaderent &ad implendum diuina mandata opportunè adiuuarent, mittendo etiam Patriarchas gratiæ ſuæ ſpiritu repletos, qui exemplo ſui totum humanum genus inſtruerent ad ſalutem, nec non Prophetas, qui ſpiritu ſancto illuminati omnibus non præſentia ſolùm beneficia cōmemorarent, ſed futura etiam prædicerent. Illud verò erat maximum, & cui nullum aliud miſerationis opus cōparari poterat, quod ipſe Dei filius in perſona ſua, naturam noſtræ mortalitatis aſſumere, ac ea myſteria, quę de paſſione, & morte ſua per ſanctorum Prophetarum ora prædicata, & annunciata fuerant adimplere, ac per paſſionem & mortem ſuā huiuſmodi nos à perpetua morte liberare dignatus fuerat. Cumque prædeceſſor ipſe tot gratiis & beneficiis inuitatus, & prouocatus nihil ſtudioſius curare, ac efficere quàm eius voluntati, ac mandatis parere, atque obedire deberet, ipſiuſque in illis qui ſibi propter vitæ integritatem, ac ſanctimoniam dilecti fuerant, & per quos diuerſa, & magna miracula oſtendebat, ſanctiſſimum nomen ſuum glorificari, ipſoſque catalogo ſanctorum aſcribi, &ab vniuerſali eccleſia claris bonorum, ac laudum præconiis honorari mandaret, ſicut & ipſa ſancta mater Chriſti Saluatoris noſtri huiuſmodi ſpōſa prædeceſſorē ipſū docebat, vt fidelium animas ſuperna ac cęleſti beatitudine fruentes debita reuerentia proſequeretur, quos dum in humanis adhuc agerent ipſi Deo acceptos, poſt autem ab hoc ſeculo migrationem in beatorum numero collocatos, & aggregatos eſſe intelligebat, dū fidelibus aliquo calamitatis genere oppreſſis, ac eorū ſuffragia implorantibus, diuina omnipotentia in eorundem cæleſtis beatitudinis teſtimonium, miraculoſè ſubuenire dignabatur, ſuperna quoque patria illa Hieruſalem ita omnium electorum ſaluatione lætabatur

vt quorum præſtantiora erant merita pro illorum vberioribus præmiis, copioſiora etiam gaudia percipiebat, quod in exceſſu mentis ſuæ poſitus, Iſayas Propheta ſenſiſſe videbatur, cùm diceret: Exulta & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui Sanctus. Prædeceſſor igitur ipſe dicendum putauit. Exultent omnes Angelorum
Eſa. 12. Chori, qui de euacuatarum ſedium repletione ſoliciti, humiles corde, ac bonis, & ſanctis operibus precellentes, per virtutum gradus, in beatas illas manſiones vnde ſuperbi corruerant ſpiritus, perducere gaudent. Exultent quoque animæ Iuſtorum, qui Chriſti veſtigia ſecuti, vitę huius ſtipendiis emeritis, ac mundi illecebris omnibus ſuperatis cæleſti regno tandem perfrui meruerunt, & etiam tunc numeroſiore, cæleſtium ciuium Populo lætarentur. Exultet vniuerſum cœlum laudibus, reſultet terra gaudiis, cùm Sanctorum editio lætitiam habeat plurimorum, ſiquidem fidei zelus exigebat, ac iuſtitiæ pietas poſtulabat, vt quod pro ſalute plurimorum gerebatur communibus vbique gaudiis & plauſibus celebraretur, pręcipuè verò prædeceſſor ipſe etiam putauit exultare debere pontificum Beatorum cętum, & ſacram illam doctorum concionem, inter quos ſanctus Antoninus poſtquam ex hac lachrymarum valle ad cœleſtem illam, quę ſurſum eſt Ieruſalem (vocante ipſum Domino) migrauerat tamquã nouum ſydus glorioſè micabat & fulgebat. Cumque eiuſdẽ Antonini Archiepiſcopi Florentini ex Ciuitate Florentiæ oriundi ordinis Prædicatorum vitæ excellentia, caſti mores, fructuoſa prædicatio, ac ſanctiſſimorum operum perpetua coruſcatio toti ferè orbi nota eſſet, & ab omnibus prædicaretur. Nos tunc in minoribus conſtituti, & tituli S. Laurentij in Damaſo tunc S. Mariæ in Dominica Diaconi qui ex conceſſione apoſtolica eccleſiæ Florentinæ præeſſe dignoſcebamur, & dilectus filius noſter tunc ipſius Prædeceſſoris, Thomas tit. S. Syxti tunc ordinis Prædicatorum generalis Magiſter Preſbiteri Cardinalis, ac tum Priores libertatis, & Vexillifer iuſtitiæ populi Florentini, nec non Archidiaconus & dilecti filij Capitulum eccleſiæ Florẽtinæ conſiderantes ipſius Antonini Archiepiſcopi vitæ ſanctimoniam, quotuẽ, & quibus miraculis tam in vita, quàm poſt mortem claruerat, & indies clarebat, deſiderantéſq; ipſum iuxta morem & ritum S.R.E. canonizationis dignitate præfulgere, ac Sanctorum numero, & catalogo aggregari piæ mem. Leoni Papæ. x. ſecundum carnem fratri patrueli etiam prædeceſſori noſtro in dicta eccleſia Florentina tũc exiſtenti, Miſſa pontificali & aliis peractis ſolemniis humiliter ſupplicarunt, vt glorioſæ mem. dicti Antoninj Archiepiſcopi canonizationi intendere dignaretur. Idem Leo prædeceſſor eorum pio deſiderio annuere volens, dilectis filiis Magiſtris Iacobo Simonetæ & Guillelmo Caſſadoro noſtris, tunc ipſius Leonis prædeceſſoris Capellanis & cauſarum Palatij apoſtolici Auditoribus commiſerat, vt ipſi, & quilibet eorum de ſanctitate vitæ cæteríſque virtutibus, & miraculis eiuſdem Antonini Archiepiſcopi ſe diligenter informarent: & habita ſuper his informatione matura ipſi Leoni præcedeceſſori in conſiſtorio ſuo ſecreto fideliter referrent, vt de fratrum ſuorum conſilio, ad omnipotentis Dei laudem efficere poſſet, quæ ſanctorum Patrum dogmata, & ſanctorum canonum inſtitutiones, nec non iuſtitia & Chriſtiana caritas poſtularet, atque requireret. Cúmq. Auditores præfati ad inquiſitionem præmiſſorum procedentes, articulis, & interrogatoriis datis, ac citatione legitima præcedente, ſexaginta duos teſtes coram eis productos recepiſſent, eóſque præuio iuramento examinaſſent, idem Leo prædeceſſor ex dicta ciuitate Florentina ad Almam Vrbem, & Romanam Curiam redire propoſuiſſet, dilectos filios Ioannem Mariam Abbatem Monaſterij Vallis umbroſæ Feſulanæ diœceſis, & Antonium ſacramorum canonicum dictæ Eccleſiæ Florentinæ, ac Leonardũ de Guaſconibus tunc Vicarium Epiſcopi Feſulani in ſpiritualibus generalem, dictorum Auditorum loco, in cauſa canonizationis huiuſmodi ſurrogauerat, eiſq. commiſerat, & mãdauerat, vt ipſi vel duo, aut vnus eorum ad vlteriorem præmiſſorum inquiſitionem procederent, ac teſtes reciperẽt, eorũ atteſtationes quos, ac depoſitiones, & omnia alia acta in ſcriptis fideliter redacta ſub eorum ſigillo clauſa ad ipſum Leonem prædeceſſorem remitterent, ipſique ſubrogati in cauſa inquiſitionis huiuſmodi ad vlteriora procedentes, quadraginta octo teſtibus coram eis productis citatis, & examinatis ac proceſſu deſuper formato & abſoluto, illum ſub eorum ſigillis clauſum, ad eundem Leonem prædeceſſorem remiſerant & ſucceſſiuè nonnullis aliis teſtibus, tam per præfatum Vicarium,

quam

quam nonnullos alios notarios ad procuratoris fidelis Ciuitatis Florentinæ inſtan
tiam examinatis & eorum atteſtationibus etiam ſub ſigillo clauſis ad eoſdem Audi
tores remiſſis,& de eorum mandato per Notarium cauſæ in regiſtro inſertis, præ-
fatus Iacobus præſente eodem Guillelmo die.9. menſis Decembris anni milleſimi
quingenteſimi ſextidecimi, omnia & ſingula in huiuſmodi canonizationis cauſa
tam coram eis,quàm dictis ſurrogatis & Notariis acta,deducta,producta,&probata,
plenè,fideliter, & diligenter eidem Leoni prædeceſſori, & S. R. E. Cardinalibus,
in conſiſtorio ſuo ſecreto retulerat,qua relatione facta idem Leo prædeceſſor eam
volens adhibere diligentiam & grauitatem,quam rei magnitudo poſtulabat, proceſ
ſus in ipſius canonizationis negotio factos venerabili fratri noſtro tunc ſuo, Ber-
nardino Oſtiẽſi tũc Sabinẽſi. Epiſcopo,& tunc in humanis agentibus bonę me.Leo
nardo tituli S.petri ad Vincula preſbytero & Bernardo S.Mariæ in porticu Diacono
Cardinalibus per eos denuo diligenter examinandos in dicto conſiſtorio ſecreto
viuæ vocis oraculo commiſerat:Cumque idem Leo prædeceſſor præfatum Bernar-
dum Cardinalem ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum tunc ſuum Franciſcum
Francorum Regem Chriſtianiſſimũ legatũ à latere ſuo deſtinaſſet, in eius locum
dilectũ filiũ noſtrum tunc ſuũ Innocẽtiũ.S.Mariæ in Dominica Diaconum Cardi-
nalem ſurrogauerat.Ipſique Bernardus, & Leonardus & Innocentius Cardinales
in cauſa canonizationis huiuſmodi ritè procedentes,ac dicto proceſſu vnà cum Au
ditoribus & Abbate præfatis, nec non dilecto filio Melchiore Baldaſſino. I.V.D.
noſtræ tunc ipſius Leonis prædeceſſoris Aulæ conſiſtorialis aduocato, iteratis vici-
bus diligẽter examinato, & cauſa huiuſmodi maturè diſcuſſa, primò per Bernar-
dum Epiſcopum die xiij. Iunij anni milleſimi quingenteſimi decimi noni, in vno
multis & magnis in vita,deinde in alio conſiſtorio ſecretis per Leonardũ Cardina-
lem prefatum poſt mortem ipſius Antonini Archiepiſcopi miraculis fideliter rela-
tis,eodem Innocentio Cardinale præſente & relationem per ipſos factam compro
bante,etſi ex eorundem Cardinaliũ relationibus de vitę ſanctimonia &humilitate a-
liiſque virtutibus,& miraculis eiuſdem Antonini Archiepiſcopi pleniſſimè conſta
ret,quam plurimis tamen fide dignis teſtibus ſe offerẽtibus,ac ſuper eiſdem mira-
culis audiri volẽtibus.Idẽ Leo prædeceſſor die 25.mẽſis Ianuarij anni 1520.eiſdẽ Ia
cobo, & Guillelmo Auditoribus & commiſerat & mandauerat, vt per ſe, vel alium
ſeu alios tam in dicta Vrbe quàm extra eam,& ad partes ad aliorum teſtiũ recep-
tionem,& illorum examinationem procederent, & deinde in dicto conſiſtorio ſe-
creto referrent, ipſique Iacobus & Guillelmus Auditores dilectos filios venerabi-
lium fratrum noſtrorum tunc ipſius Leonis prædeceſſoris Archiepiſcopi Senen-
ſis,& Piſtorienſis,ac eiuſdem Feſulanẽſis,epiſcoporũ Vicarios in ſpiritualib' genera
les,ac prefatũ Antonium Sacramorũ canonicũ iuxta tenorem commiſſionis eis fa-
ctæ ſubdelegauerant, eiſque,& coram cuilibet mandauerant, vt ſuper miraculis in
vita, & poſt mortem per ipſum Antoninum Archiepiſcopum factis teſtes recipe-
rent & præuio Iuramento diligenter examinarent, eorũque dicta, & atteſtatio-
nes in ſcriptis redigerent,& cuncta ſub eorum ſigillis clauſa ad eos remitterent,
cuius commiſſionis vigore dilectus filius Ludouicus de Adimaris præfati epiſ-
copi Feſulanen. Vicarius in ſpiritualibus generalis,in cã canonizationis huiuſmo-
di ritè procedens, ſuper eiſdem miraculis centum quinquaginta & vno teſtibus
coram eo adhibito fideli Procuratore, huiuſmodi deductis iuratis, & fideliter exa
minatis,eorumque dictis in ſcriptis redactis, proceſſum per eum abſolutum, &
ſuo ſigillo clauſum ad eoſdem Iacobum, & Guillelmum Auditores: per proprium
nuncium remiſerat, ipſóque proceſſu per eoſdem Auditores recepto & aperto,
ac diligenter examinato & facta per eos ſuper illum in ſecreto conſiſtorio fideli re
latione. Idem Leo prædeceſſus ipſius vltimi proceſſus examen commiſerat,eiſdem
Bernardo Epiſcopo & Innocentio Cardinali ac dilecto filio noſtro tunc ipſius
Leonis prædeceſſoris Achilli tituli S. Mariæ Transtyberim preſbytero Cardinali,
quem ipſe Leo prædeceſſor loco eiuſdem Leonardi Cardinalis vita functi in huiuſ-
modi cauſa ſurrogauerat,ipſique omnibus proceſſibus per eoſdem Bernardum, &
Achillem,ac Innocentium Cardinales de nouo diligenter examinatis, facta per eos
plena,& fideli relatione, ac ſcrutatis eorundem Cardinalium votis in eãdẽ ſenten
tiam conuenerunt & Antoninũ Archiepiſcopũ ipſũ canonizandũ cenſuerunt,dein

Nota quã deliberatè & circumſpectè in canonizatione Diuorũ procedere R. E. ſoleat.

de alio tēpore videlicet die xiiij.menſis decembris anni 1520. ſcrutatis votis omnium & ſingulorum Cardinalium, qui numero. 37. tunc in ſecreto conſiſtorio aderant, vna & eadem omnium ſentētia fuerat, ipſū videlicet. Antoninū Archiepiſcopū canonizandū fore. Quibus peractis idē Leo prædeceſſor in vigilia Pentecoſtes anni 1521. publicum conſiſtorium pro 6. feria poſt feſtum ipſius Pentecoſtes indixerat,&teneri mandauerat, in quo idem Melchior publicam orationem de vita, ſanctitate, moribus ac virtutibus ipſius Antonini Archiepiſcopi, nec non miraculis, in vita & poſt mortem factis & in proceſſibus huiuſmodi contentis atque probatis, vt ea in ſecretis conſiſtoriis relata prælatis curiæ, ac curialibus omnibus innoteſcerent, habiturus erat Sed cum ante dictam VI. feriam febre correptus fuiſſet, conſiſtorium illud præfata VI. feria teneri non potuerat, deinde impedimentis, ac poſtremo obitu eiuſdem Leonis prædeceſſoris ſuperuenientibus in canonizationis huiuſmodi negotio vlterius proceſſū non fuerat. Idem Adrianus prædeceſſor poſt ipſius Leonis prædeceſſoris obitum diuina fauente clementia ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptus fuerat, cum ad dictam Vrbem Domino concedente perueniſſet, & à nobis tunc in minoribus conſtitutis, vt præfertur, ac Thoma. S. Syxti præfato, & Venerabili fratre noſtro, tunc ipſius Adriani prædeceſſoris, Nicolao Epiſcopo Cardinali de Fliſco dicti ordinis Prædicatorum procuratore, ac eiſdem Prioribus libertatis & Vexillifero Iuſtitiæ populi Florentini requiſitus fuiſſet, vt ad vlteriorem eiuſdem Canonizationis expeditionem procedere dignaretur. Etſi omnino ipſe Adrianus prædeceſſor id facere intenderet, peſte tamen in dicta Vrbe tunc vltra modum ſæuiente, id ipſum aliquantulum differre coactus fuerat. Poſtmodum verò cùm peſtis ipſa per Dei miſericordiam ceſſaſſet, ipſe Adrianus prædeceſſor Chriſtiani gregis vniuerſalem curā gerens pro debito paſtoralis officij militantem eccleſiam cæleſti ac triumphanti ſponſo illius conformare,& pro eius ædificationis implemento omnibus diligenter examinatis, ac maturè diſcuſſis ipſum Beatum Antoninum in catalogum ſanctorum referendum eſſe duxit. De cuius quidem Antonini Archiepiſcopi origine vita, moribus, & fama, omiſſis in præſentiarum miraculis præ multitudine illorum, quæ libello quodam impreſſo ex ipſo canonizationis proceſſu per cauſæ procuratorem fideliter excepta,& per ipſum fideliter reuiſa, atque collata continentur aliqua ex multis ipſe Adrianus prædeceſſor duxit recenſenda.

Leonis 10. Pon. max. mors.

Vita B. Antonini hic propriè incipit.

Antoninus igitur ipſe beatus in Ciuitate Florentina, quæ inter cunctas Italiæ Ciuitates cum multis aliis virtutibus,& dotibus, Vrbes inſignes & præclaras facientibus, tum maxime pietate ac religione ſemper floruerat, è Nicolao, & Thomaſia ac in timore Domini, piè, & caſtè viuentibus, tanquam ex bona arbore bonum fructum faciente ortus,& ab eis bene & pudicè educatus, cum primum per ætatem Deum ſibi cognoſcere licuerat, eligens ei ſoli ſeruire, ac mundi pompis omnibus renunciare velle,&ſeſe ipſi Deo in totum dicauerat, ac in oratorio Horti. S. Michaelis dictæ Ciuitatis ante imaginem Crucifixi, humiles ac deuotas preces porrexerat, vt virginitatem quam illi vouerat vſque ad vltimum vitæ ſpiritū illius dono, & gratia conſeruare poſſet, Imitaturus enim Chriſtum ipſum, quem de Virgine natum virginitatem perpetuò conſeruaſſe conſtat, & ſecreta Dei contemplaturus, nullum gratius donum petere atque impetrare potuiſſet. Virginitatem namque ſeruāti, tantum dabatur propius arcana & cæleſtia contemplari ac diuinarum rerum veritatem cognoſcere, quantum ea virtus ſecretior erat,& à terrenis ſordibus omnique corporis contagione & fœditate longius abeſt. Deus qui ſcrutator eſt cordium, ſinceram pueri mentem purumque animum introſpiciens humilem ac ſanctam eius orationem exaudiuerat, eumque inter illos commendandum elegerat, quos in Apocalypſi præuiderat Ioannes ſequentes Agnum quocunque iret, cantantes canticum nouum ante Thronum Dei, quod ſoli modulantur, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, & labem carnis atque immunditiam omnem execrati amiciuntur ſtolis albis, & corona immortalis gloriæ decorantur.

Virginitatem vouit.

Apo. 14

Puer igitur ipſe à Deo electus crebris ieiuniis continua ad Deum premeditatione frequentibus circa orationem & ſtudia vigiliis etiam illum modicum ætatis calorem extinguebat. Cúmque tertium decimum attigiſſet annum, vt humanis illecebris poſthabitis atque contemptis, ſoli Deo, eiúſque mandatis ſeruire ac

penitus

penitus vacare poſſet, Religionem S. Dominici, quæ per ardua tendit ingredi ſtatuerat, & die quadam deuotionis feruore accenſ⁹ ad domum eiuſdem S. Dominici de Feſulis dicti ordinis pergens à Priore dictæ domus habitum per fratres dicti ordinis geſtari ſolitum ſibi exhiberi magna cum humilitate petierat. Prior ipſe quem pueri tenerior ætas & religionis auſteritas ad habitum ipſum illi negandum, eius verò feruor ac deuotio ad exhibendum inducebat, ſecum ipſe cogitando quonam modo præmaturum pueri deſiderium differre poſſet, cum interrogauerat quibus ſtudiis vacaret, qui cùm reſpondiſſet ſe Decretorum lectioni operam dare, tunc prior modum inueniſſe ratus, quo interponerentur anni, donec maturior illi ætas accederet, dixerat non ſolere canoniſtis habitum dicti ordinis exhiberi, niſi toto Decretorum libro memoriæ commendato, quibus verbis fide adhibita innocens ſimplexque vt columba puer à Priore diſcedens, & domum paternam repetens Decretorum lectioni totis viribus incumbere, ac vacare ceperat, adeoque ſedula lectione ac aſſidua oratione profecerat, vt cum Sapiente merito dicere poſſet, Optaui, & datus eſt mihi ſenſus. Illuminatus enim ab eo qui illuminat omnẽ ſenſũ, & qui lux, via & veritas eſt, tã breui tẽporis ſpatio illud ipſum decretorũ volumẽ diurna ac nocturna manu verſans ſumma memoriæ fœlicitate totum edidiſcerat, quo à quoquã vix legi poſſet. Quo peracto, lætus & alacer quaſi ad victoriæ ſuæ palmam accipiendam properans Feſulas redierat, ac Priori aſſerens ſe integrum decretorum librum mandaſſe memoriæ, dictum habitum, qui librum huiuſmodi memoriæ mandaſſent dari ſolitum magna inſtãtia poſtulauerat. Prior ſecum conſiderans quam eſſent mirabilia opera Dei, accitis patribus ipſius domus, factóque memoriæ periculo, illis rei miraculo ſtupentibus, ac inter ſe dicentibus. Quis putas puer iſte erit? de illorum vnanimi conſenſu eidem Antonino habitum ipſorũ genibus flexis humiliter petenti cum benedictione Domini exhibuerat, in quo per quadraginta quatuor annos tanta humilitate ac vitę ſanctimonia perſeuerauerat, talentum ſibi à Domino creditum non ſudario alligans, aut terrę infodiens, ſed vt prouidus diſpenſator in communem vtilitatem conuertens, vt qui eius innocentiam & puritatem nouerant, dicere ſoliti fuerant ſibi videri, quód in eo Adam non peccaſſet, adeóque ipſius religionis ſeruator fuerat, vt omnium fratrum oculos in ſe tanquam lucidiſſimum exemplar, ac rectiſſimam normam conuerteret, ipſique fratres eum tunc ętate iuuenem aliorum regimini propoſuerant, inuitúmque coegerant, vt domorum dicti ordinis Italiæ gubernacula ſuſciperet, ac officiũ generalis Vicariatus congregationis Tuſciæ regularis obſeruantiæ exerceret.

Hic prior fuit Ioannes Dominicus, quẽ ipſe per totam vitam ſtudioſiſſimè coluit & de quo tam honorificè in hoc opere ſæpè loquitur.

Sap. 7. Io. 1. & 14.

Luc. 1.

Mat. 24.

Fit Superior in ſuo ordine.

In quo ita ſe laudabiliter geſſerat, ac tantam animi, & corporis humilitatem oſtenderat non ſolùm doctrina, paterniſque monitionibus (vt officiũ illud prętationis exigebat) ſubditos regens, atque inſtruens, ſed corporali etiam ſeruitio & proprio ſeruili miniſterio vtens, vt verus Chriſti miles, eiuſdem ſanctorum operum imitator ab omnibus iudicaretur, & in eo primum iſtud verbum videretur impletũ, Qui maior ęſt veſtrum, ſit ipſe miniſter veſter. Nonnullas dicti ordinis domos, in quibus regularis obſeruantia relaxata fuerat viſitando eas ad veram & ſanctam regularem obſeruantiam reduxerat, & vt ſe omnibus exemplar prębéret vltra continuos animi & corporis labores, ac pręter aſſiduas in orationibus ſtudiiſque vigilias à carnium eſu, quaſi ſemper abſtinuerat. Cilicium nunquam dimiſerat, ac ferreo ſuper nudam carnem cingulo cinctus nudam terram, ſeu ligneas tabulas pro lecto habuerat, donec ad ſenectutis annos peruenerat, tunc enim ſtrato ex paleis vti ceperat, ieiuniis aliiſque corporis macerationibus ſupra tenues corpuſculi vires continuè pœnitentiam agens, horas ferè omnes diei, ac noctis ad arcana Dei contemplanda ac verbum eius euangelizandum, & ea ſcribendum quæ ad communem vtilitatem, & Chriſtianam religionem pertinent, ſedulò ac iugiter impendebat, nec ſolùm viua voce prædicando tunc viuentibus, ſed & poſteris plurima librorum optimorum, tum in ſacris literis, tum in naturalibus, tum maximè in moralibus ſcientiis monumenta vtiliſſima relinquendo prodeſſe ſtuduerat.

Mat. 20.

Eius libri probãtur.

Quare tam grandium, atque adeo inſignium virtutum fama permotus piæ mem. Eugenius papa 4. etiam prædeceſſor noſter eccl. Florentinam tunc paſtore carentẽ de perſona eius præter omnẽ ſpem prouiderat, ipſúmque illi præfecerat in archiepiſcopum & paſtorẽ. Quod cũ ſibi nunciatũ fuiſſet haud quaquã huiuſmodi nuncio

Fit archiepiſcopus Florentinus.

lætatus fuerat,ſed vt omni humilitate plenus,tale onus humeris ſuis impar iudicauerat,ac ſtati cogitare cœperat,quo pacto poſſet illo abſolui ac liberari. Suis igitur & amicorum litteris eidem pontifici ſupplicare non deſierat,vt ſe in minoribus inter confratres ſuos relinquere,ac dictæ eccleſiæ de perſona alterius,qui tantæ dignitati magis idoneꝰ eſſet futurus,prouidere dignaretur. Cogitauerat autem Sardiniam petere,ac ibi tantiſper deliteſcere, donec alius eidem eccl.præficeretur, ſed vt dici conſueuit: Homo cogitat & proponit,Deus autē diſponit,nā quāto magis reluctabatur,ne Archiepiſcopalis dignitatis onus ſibi imponeretur, tanto magis operabatur Deus,ne alius quàm ipſe Archiepiſcopus crearetur.Siquidem ipſi eccleſiæ & ciuitati Florentinæ pariter conſulere volens tum ipſum Eugenium Papā tum etiam Coſmum Medices,qui tunc temporis in ipſa ciuitate ingenio,opibus & auctoritate cæteris præſtabat,ac inter egregias animi dotes atque virtutes religionem in primis colebat, inſpirauerat, vt hominem partim precum blanditiis,partim cenſurarum timore compellerent ad conſentiendum prouiſioni de ſe factæ, qui cùm illam Dei voluntatē eſſe agnoſceret,ne illi contumacius velle reſiſtere videretur,obedientiæ iugo collum ſubmiſerat, ac Pontificis mandatis & Coſmi precibus (vti par erat) paruerat & obtemperauerat,ac nō tātum ipſi eccleſię,ſed etiam vniuerſę Ciuitati Florentinæ illiúsque populo & gregi ſibi commiſſi ita vtiliter præfuerat vt inde omnes intelligerent ipſum diuino potius quā humano conſilio ipſi Eccleſiæ pro illius populi ſalute in archiepiſcopum præfectū fuiſſe. Nā ſecum ipſe reputans ad huiuſmodi dignitatis vocatos non luxui ac deliciis deditos eſſe oportere,ſed omnib.& pręſertim ſubditis frugalitatis,ac virtutis exemplar eſſe debere, nihil prorſus de illo tenui,ac ſimplici victu,quo per quadragiuta quatuor annos in religione vſus fuerat immutauerat, ipſámque paupertatem, quam veluti ſponſam cariſſimam ſemper dilexerat, conſtantiſſimè retinuerat, etiam ſemper aliquid de neceſſariis vſibus ſuis detrahens,vt largior erga pauperes ac liberalior eſſe poſſet, octo familiaribus ,inter quos vnus erat religioſus,vtens,qui pro archiepiſcopatus negotiis vix ſufficere poterāt,caritatis,& miſericordiæ operibus ſemper intentus.

Fugit Archiepiſcopatum.

Laudes coſmi de Medicis.

Nam vt hoſpitale, quod pauperum verecundorum dicitur, in dicta ciuitate in eóque confraternitas pro eius regimine inſtitueretur,præfato Coſmo viro piētiſſimo plurimum adiuuante auctor fuerat,ſolent enim ipſius confraternitatis confratres egeſtate oppreſſis ſeu mendicare erubeſcentibus vberes copioſáſque eleemoſynas elargiri, & vt ipſe beatus Antoninus omnia miſericordiæ opera præſtaret,infirmos, ac etiam peſte laborantes viſitabat, illiſque non ſolùm de ſpiritualib.ſed etiā de tēporalib.cibis & medicinis opportunis prouidebat,illiſq.interdum ſibi paratos cibos, cùm aliter prandere nō poſſet, inaudita caritate largiebatur,nudos etiam propria quandoque tunica cū iā omnia erogaſſet, veſtiebat.

Vita ipſius in epiſcopatu qualis.

Cúmque omnes mēſæ ſuæ archiepiſcopalis fructus, reditus, atque prouentus in pauperum alimoniam, virginum dotes,atque hoſpitalium ſuſtentationem alióſque pios vſus erogaſſet,ac pro temporum anguſtiis eſſet pauperum copia & nihil aliud ſupereſſet vnde pauperibus ipſis,& indigentibus ſubueniri poſſet, à præfato Eugenio,&recolēdæ memoriæ Nicolao V.ac Caliſto III.& Pio II. Ro.Pont. ſimiliter prædeceſſoribus noſtris,quibus ob vitæ ſanctitatem carus erat,non paruas pecuniarū ſummas in huiuſmodi pios vſus cōuertendas recipiebat,eáſque pauperibus ipſis diſtribuebat.Denique nullum caritatis & miſericordiæ genus erga carceratos,Viduas & pupillos omittebat, memor.ſ.verbi Pauli apoſtoli dicentis. Et ſi habuero omnem fidem ita vt montes transferam, caritatem autem non habuero nihil ſum. In adminiſtranda iuſtitia nullus Iudicum eo tempore illi comparari potuerat,ita vt præfatus Nicolaus prædeceſſor appellationes,quas à ſuis ſententiis ad ſedem apoſtolicam deferri contingeret nulli alteri committi,ſed ad eum ipſum examinandas remitti mandabat, ratus hominem ab omni odio,amicitia, prece,pretio aliiſq; omnibus quæ iudicātiū animos in ſententiis dictandis perturbare ac peruertere ſolent penitus alienum eſſe : Cauſas omnes ad eum delatas concordia componere aut celeri ſententia diffinire ſtudebat,cuius iudicio ferè omnes propterea acquieſcebant, quia id ab ore ſanctiſſimi viri Deo ſic inſpirante procedere exiſtimarent. In corrigendis vitiis emendandiſque delictis ingenti vtebatur ſeueritate,ita tamē vt in eo miſericordia cū iuſtitia coniūcta eſſe videretur,fidei & eccleſiaſticæ libertatis defenſo-

1.Co 13.

cenſorem ſe præbebat acerrimum, nec vllius minas formidabat. Cúmque olim ciues quidam Florentini inſolentiores illi voluntatibus ipſorum ſe opponenti minati fuiſſent, ita reſponderat, vt oſtenderet nihil ſibi ex bonis terreſtribus adimi poſſe, quo valdè triſtaretur, & ſe eccleſia ſua ſpoliatum libenter ad religionem & fratres ſuos rediturum fore, qui læti ac libentes eum variis curarum erroribus leuatum exciperent clerum reformauerat, ac populũ correxerat, prauoſque ciuitatis mores emendauerat, ludos omnes prohibitos atque dãnatos ſuſtulerat, ſuperfluos mulierum ornatus reſtrinxerat, ac ferè omnium cordibus deuotionem ſpiritualem infixerat, quandoque fræno, quandoque verò calcaribus pro animarum & temporum qualitate vtens, vt ſemotis ſeditionibus ſub Dei timore, & caritatis zelo viuerent, & in ſancta religione perſiſterent.

Quibus animi virtutibus in dicto ordine quadraginta quatuor, in archiepiſcopatu verò tredecim annos continuè abſque nõ ſolũ culpa ſed etiam culpæ ſuſpicione vſus, cum annũ ſeptuageſimum ageret quod ſæpius prædixerat, ſusceptis de more ſumma cum deuotione eccleſiæ ſacramentis, bonis omnibus (ſiqua tunc illi remanſerant) inter pauperes Chriſti diſtributis, cum lachrymis imagine crucifixi amplexa, ac ſæpius iis repetitis verbis: Seruire Deo regnare eſt, ac ſancta & immaculata Virginitas quibus te laudibus efferam, neſcio. Hilari atque læto animo coram ſuis caris religioſis fratribus orantibus, & flentibus ſexto non. Maij anni 1459. ita immaculatam animam reddiderat creatori, vt cum Apoſtolo dicere poſſet. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ. Poſtridie præfatus Pius prædeceſſor cum viri Sanctitatem iam pridem cognitam haberet, Florentiam ingreſſus, omnibus Chriſti fidelibus eius corpus antequam ſepulchro concederetur viſitantibus indulgentiam 7. annorum, & totidem quadragenarum conceſſerat. Ex quo tanta non ſolum ipſius ciuitatis, ſed etiam circumuicinorum locorum multitudo confluxerat, vt eius corpus per octo dies ſepulchro tradi nõ potuiſſet, omnibus id videre atque oſculari volentibus, multiſque infirmis eius interceſſione ſanitatem à Deo implorantibus, eámque miraculoſè conſecutis, qui licet ex ſanctis operibus ſuis beatus & ſanctus ab omnibus eius vitam intuentibus, aut famam integerrimam audientibus certiſſimè crederetur, eam tamẽ opinionem auxerat manifeſta & occulta viſio dominica cuidã Tuſcio Monacho Monaſterij Caſtelli Florentini Ciſtercienſis ordinis in ciuitate ipſa Florentina, & Conſtantio de Fabriano tam ſanctitate vitæ claro, quàm ſcientia, & doctrina in dicto Prædicatorum ordine profeſſori, in ciuitate Aſculanenſi oblata, quorum vterque eadem noctis hora, qua dictus Beatus Antoninus ad Dominum tranſiit, eius animam ab Angelis in cœlum viſibiliter portari viderant. Eandémque opinionem fidémque poſtea confirmabant, magna & innumera miraculorum multitudo, quæ omnipotens Deus ipſius Beati Antonini inter cæleſtes beatorum choros recepti meritis tam dum in hac miſera luce vixerat, quàm vita functi poſt mortem ipſam mundo manifeſtauerat. Siquidem eius inuocato nomine Dæmoniaci à malis ſpiritibus liberati, diuerſorum morborum generibus oppreſſi, & à Medicis omnino deſtituti, ac mortui, & pro mortuis vtique habiti reuixerant, ac priſtinæ ſanitati reſtituti, ac leproſi mundati fuerant. Præterea claudi inceſſum, ſurdi auditum, muti loquelam, contracti motum liberum, cæci lumen recuperauerant, eiuſque ſanctitatis non modicæ ipſi Adriano prædeceſſori & toti populo teſtimonium perhibere poterant verba, quibus viuente adhuc ipſo beato Antiſtite Antonino idem Nicolaus Prędeceſſor in canonizatione S. Bernardini de Senis per eum facta vſus fuerat aſſerendo, non minus ad Dei laudem Antoninum viuum, quam Bernardum mortuum inter Sanctos referendum putare.

Quibus & aliis multis, quæ per eundem Adrianum prædeceſſorem recenſeri poterant, iure ac meritò prędeceſſor ipſe Adrianus ad ipſius Beati Antonini venerationẽ inducebatur, egitque omnipotenti Deo quãtas potuit gratias, quod prædeceſſorem Adrianũ ipſum dignum reddiderat per quem canonizatio ipſa celebraretur, cuius celebratio ideo forſan eidem Leoni prædeceſſori permiſſa non fuerat, ne ad eam patriæ potius affectione, quam iuſto deuotionis zelo motus videretur, aut non cuncta rectè inſpicientib. iudicaretur. Cúmque præter magna & multiplicia ipſius beati Antonini merita & mirabilia ſigna per diuinam potentiam ad eius inter-

Eius ex hac vita exitus ſanctiſſimus.

2. Tim. 4.

Eius Canonizatio ab Adriano 6. facta.

terceſſione in mortalibus oſtenſa, quæ in libellum vt præfertur à diligenti & fideli procuratore cauſę ex proceſſu & teſtium dictis redacta & impreſſa, adeo multa eſſent & probatiſsima & vera, vt per ſe Adrianum prædeceſſorem huiuſmodi ad canonizationem eandem faciendam facilè perſuadere poſſent, ſciretque ipſe Adrianus prædeceſſor nihil vnquam ferè ab omnibus regibus & principibus chriſtianis etiam à clar.mem. Maximiliano in imperatorē electo tunc in humanis agente, maiore inſtantia à prefato Leone, & ab eodem Adriano prædeceſſoribus poſtulatum, ac prope flagitatum fuiſſe, indecens & quodammodo impium ipſe Adrianus prædeceſſor arbitratus fuerat, eos tam pio ac deuoto deſiderio ſuo diutius fruſtrari. Ne igitur ipſe Adrianus prædeceſſor tā præfatis principibus piè ſupplicantibus ac ſpiritui ſancto reſiſtere videretur, qui per os prophetæ laudare Deum in ſanctis ſuis
Pſal. 150 iubet, conſiſtorium publicum habuerat, in quo cum pro vlteriori executione præfatus Melchior aduocatus omnia de ipſius beati viri vita moribus & miraculis copioſè percenſuiſſet, ipſique Adriano prædeceſſori pro parte eorumdem Regum, Ducū, Principum ac plurimorū prælatorū, epiſcoporū, capitulorū ac religionum humiliter ſupplicaſſet, vt ad eiuſdem canonizationem matura deliberatione præhabita procedere dignaretur, idem Adrianus prædeceſſor de relatis coram eo in primis humiliter Deo gratias agens, magna multitudine aſtante in triduum orationes, ieiuniáque indixit, vt Deus omnipotens ipſi Adriano prædeceſſori, quod factu optimum in hac re foret, oſtēdere dignaretur, nec pateretur militantem eccleſiā ſuā errare, quæ ſe triūphāti cōformare cōſueuerat. Triduo deinde elapſo, omnes qui in Rom. Cur. erāt prælatos iuſſit in ſuo ſecreto conſiſtorio conuenire, qui proceſſibus ſuper ipſius beati Antonini vita, moribus, & fama, & miraculis editis per ipſum Melchiorem aduocatum breuiter repetitis, ad vnum interrogati, quid ſuper huiuſmodi negotio faciēdū cenſerent in eandem ſententiam cōuenerūt, beatū videlicet Antoninū canonizandū eſſe. Ipſe ergo Adrianus prædeceſſor Dei nutum & voluntatem ſequens, attendénſque iuſtum ac debitum eſſe, vt quos Deus honorat in cœlis, venerationis officio laudarentur & glorificarētur in terris, cū ipſe potius laudetur & glorificetur in illis, qui eſt laudabilis & glorioſus in ſecula. Diē illum canonizationis ipſius beati Antonini in medio baſilicę principis apoſtolorum in vrbe, quo maxima omnis generis, ordiniſque multitudo cōfluxerat celebrandę ſtatuerat, ibi aſtante populo, & vniuerſo clero de vita & fama & miraculis eiuſdem Antonini humili deuotionéque pleno ſermone per eundem Adrianum prædeceſſorem, vt moris eſt habito, deinde litania & hymno, Veni creator ſpiritus, deuotè cantatis ac reliquis omnibus legitimè paractis præfatus ordinis Prędicatorum in cauſſa procurator in medio ſtans dictūq. illud beati Ioānis apoſtoli clara voce proponēs videlicet
1. Ioan. 5. tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, verbum & ſpiritus ſanctus. Probauerat ipſas beatę Trinitatis perſonas teſtimonium perhibere, quod beatus Antoninus in cœlis eſſet, Patrem videlicet in miraculorum potentia, filium in doctrinæ ſapientia, & ſpiritum ſanctum, in vitæ ipſius bonitate. Et propterea non ſolùm nominib. omniū, qui ante dictā canonizationem fieri ſupplicauerāt, ſed etiam ex parte ipſius ſanctæ, & ſummæ indiuiduę Trinitatis Patris & filij & ſpiritusſancti. Quatenus ipſe Adrianus prædeceſſor eundē beatum Antoninum ſanctum pronunciare dignaretur poſtulauerat, ea propter Adrianus prędeceſſor huiuſmodi conſiderans, quòd in eadem canonizatione non permiſſurꝰ eſſet Deus ipſū errare, qui omnia in ea quomodo libet requiſita obſeruata fuiſſe cognouerat, & obſeruari fecerat pro ut obſeruauerat, ſub data videlicet prid. Cal. Iun. pōtificatꝰ ſui anno 1. de eorundem fratrum ſuum S.R.E. Card. omniúmque prælatorum in Rom. curia exiſtentium, vnanimi conſenſu & maturo conſilio de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorū Petri & Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſus, beatæ memoriæ Antoninum Florentinum ſacræ Theologiæ profeſſorem ex gremio ſacri ordinis prædicatorum, & ex officio vicariatus generalis congregationis Tuſciæ regularis obſeruantiæ huiuſmodi in archiepiſcopum Florentinū aſſumptum ſanctum eſſe, & aliorum ſanctorum Dei catalogo aſcribendum & aggregandū fore, ac fideliter, firmitérque teneri debere decreuit, ipſúmque ſanctorum confeſſorum & doctorum, quos ſancta Dei venerabatur eccleſia conſortio ſolēniter aſcripſit, aggregauitque, ac cū tanquam ſanctū publicè priuatimque colendum eſſe declarauit ac voluit, ſtatuitque & mandauit

Pontifex Maximus in rebus gerendis quam mature procedat.

dauit

dauit vniuerſis venerabilibus fratrib' noſtris tūc ſuis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis & dilectis filiis dictorū patriarchaliū Metropolitanorū, & cathedralium eccleſiarū capitulis & quorūuis ordinū tam mendicantium quàm non mendicantiū profeſſoribus, nec non quibuſcunque eccleſiaſticis perſonis, vt feſtum ipſius S. Antonini 2. menſis Maij, qua die nexu carnis ſoluta eius anima precioſa cœlos aſcenderat, ſingulis annis ſolenniter & deuotè celebrarent diuinum officium pro vno confeſsore Pontifice & Doctore, tam publicè quàm priuatim prout contingeret perſoluendum. Dilectis vero filiis fratribus dicti ordinis Prædicatorum huiuſmodi officium ſub duplici feſto, & maiori cum octauis eo modo quo aliorum dicti ordinis prædicatorum Sanctorum celebrare feſta tā in die quā in octauis conſueuerant etiam in vacantiis feriarum hebdomadalium in Prouincia iuxta conſuetudinem ordinis pręedicti celebrandi cōceſſit facultatē, quibus debitè peractis incohatóque per eundem Adrianum prædeceſsorem & decantato ac ad finem vſque à cantoribus proſequuto Hymno: Te Deum laudamus, in illius etiam fine Cardinali Diacono in cantu dicente ora pro nobis, Beate Antonine, à Choróque reſponſo, vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Ipſe Adrianus prędeceſsor illico propriam orationem de eodem ſancto alta voce decantauit, quę talis eſt, videlicet Gregem tuum quæſumus Paſtor æterne cuſtodi, & quos beati præſulis Antonini à te virginitatis & pietatis ſpecialis prerogatiua dotati doctrina ſalutis illuſtras, eiuſdem etiam ſemper tuere pręſidiis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Deinde verò à dicto choro reſponſo, Amen: ſolemnem illic miſsam idem Adrianus prędeceſsor celebrauit dedicta tūnc currente Dominica Trinitatis, collectas ſingulas ſub vna concluſione terminans, additis etiam prędicta cęteriſque ſpecialibus eiuſdem Sancti Antonini collectis immediate ſequentibus: Pro ſecreta videlicet. Munera quæ in ſaluti feræ paſſionis filij tui memoriam ſacrificantes offerimus, quæſumus vt Beato Antonino confeſsore tuo atque Pontifice aſſiſtente nobis ad ſalutem prouenire concedas. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Deinde verò poſt communionem ſubiunxit dicens; Quæſumus Domine Deus noſter vt cæleſti, & admirabili ſacramento ſalutis noſtrę refecti, beati Antiſtitis Antonini confeſsoris tui auxiliis ſemper adiuti, & abſtrahamur à noxiis, & ad ſalutaria dirigamur. Per Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum, &c. cum ſimili concluſione & ita miſsam ipſam ad finem vſque cum ſolitis cæremoniis iuxta ordinarium apoſtolicum illic debitè terminauit. Indulgentiamque plenariam omnibus officio huiuſmodi tunc aſſiſtentibus deuotè, conceſſit. Quam etiam plenariam indulgentiam ſimiliter omnibus, & ſingulis fidelibus in die qua contingeret tranſlatio fieri ſacri corporis eiuſdem beatiſſimi Antonini de loco vbi humiliter tunc iacebat interra in eccleſia S. Marci Florentina ordinis Prędicatorum ad eminentiorem & honorabilem locum per fratres dictæ Eccleſię in eadem S. Marci eccleſia ad honorem & laudem Dei & ipſius ſancti conuenientibus & manus adiutrices porrigentibus tam pro ſeipſis viuentibus, quàm pro defunctis ſeu infirmis aut corporaliter accedere impeditis, mittentibus pro ea conſequenda ad dictam eccleſiam eleemoſynam à primis veſperis tranſlationis ipſius & deinde per totam octauam eiuſdem pro vna vice tantum modo duraturā, volens vt ad effectum prędictę indulgentię conſequendū tam prior domus ipſius eccleſię S. Marci, quàm alij duodecim fratres per eundem ibidem confeſſores deputandi, poſsent abſoluere omnes confitentes ab omnibus caſibus, & cenſuris à quibus de iure Epiſcopi & Diœceſani poterant, & vota ſimiliter commutare. Ac etiam in loco ſepulturę eiuſdem ſancti Antonini in depoſitionis ſuæ die videlicet 2. Maij huiuſmodi perpetuò duraturam quadraginta annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam annuatim condonauit.

Quibus ſanctis cæremoniis canonizatio facta ſit.

Ne autem de canonizatione, decreto, aſcriptione, aggregatione, declaratione, voluntate, ſtatuto, mandato conceſſionibus, & condonatione prędictis pro eo quod ſuper illis ipſius Adriani prędeceſſoris literæ, eius ſuperueniente obitu, confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hęſitari. Volumus, & pręfata apoſtolica authoritate decernimus quod canonizatio, quam tam communitatis dictę ciuitatis Florentinæ quàm noſtris, qui eidem eccleſię Florentinæ pręeramus impenſis ſummo deſiderio ac diligentia fieri procurauimus ac decretum aſcriptio, aggregatio, declaratio, voluntas, ſtatutum, mandatum, conceſſiones, & condonatio pręfatę, Perinde à dicta

confirmatio canonizationis per Clem. 7. facta

die

die Prid. Cal. Iunij ſuum debitum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Adriani prędeceſſoris literæ ſubeiuſdem diei data, confectę fuiſſent prout ſuperius enarratur. Quodque prętentes literę ad probandum plenè canonizationem Decretum aſcriptumué aggregationem, declarationem, voluntatem, ſtatutum, mandatum, conceſſiones, & condonationem Adriani prędeceſſoris huiuſmodi vbique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nos enim omnes & ſingulos in dignitate conſtitutos in virtute ſanctę obedientię requirimus, & monemus, quatenus vniuerſis clericis & populis ſuarum ciuitatum & diœceſium & Parrochialium præſentes noſtras literas ſolemniter publicantes eoſdem hortentur, vt Deus ipſe, à quo bona cuncta procedunt, ipſius ſancti Doctoris & confeſſoris Antonini meritis, & pręcibus exoratus militantem eccleſiam, apoſtolicam ſedem, & cunctos Chriſti fideles à Paganorum & aliorum Infidelium, & Hęreticorum tueatur incurſibus & à periculis ſemper protegat atque defendat, ac illam quam nobis mundusdare non poteſt pacem, hoſtium omnium ſublata formidine, firmatam tranquillitate concedat. Vtque poſt huius vitæ militiam depoſitumque paſtoralis officii miniſterium vnà cum grege nobis credito ad ſempiterna tandem gaudia peruenire mereamur. Demum quia difficile foret prętentes originales literas ad vniuscuiusque notitiam deferri volumus, ac decernimus quod earum tranſumptis manu publici Notarij inde rogati ſubſcriptis & ſigillo alicuius perſonę eccleſiaſticę in dignitate conſtitutę munitis, ea prorſus vbilibet fides adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, requiſitionis, & monitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum Anno incarnationis Dominicę, milleſimo quingentesimo vigeſimo tertio, ſexto Cal. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

AD LECTOREM.

QVAMVIS magno dolore noſtro multi toto in hoc opere errores irrepſerint: tamẽ vel operariorum oſcitantia, vel caracterum obſcuriorum, notarumq́ue compendij cauſa fictarum ignoratione, vel litterarum quaſi coeno charta bibula oblitarum neglectu accidit, vt prima pars longe pluribus, quam reliquæ aliæ ſcateret erroribus. Quare cùm eiuſdem recognoſcendi opportunitatem nacti eſſemus, & nõnullorum librorum copiam quibus initio carueramus (præſertim autem præclarum illud iuris Canonici corpus à Gregorio 13. immortali gloria digniſſimo editũ) habuiſſemus, in hac poſtrema hui⁹ primi libri parte magis inſignes illius errores notare decreuimus & quæ deinceps obſeruatione digna putauimus, adiũgere, vt maiore cũ fructu cum omnes huius libri, tum hæc maximè pars, in qua plura noſtrę religionis myſteria quam in reliquis explicantur perlegi à te, & volutari poſſint. Tuũ autem erit, optime lector, has noſtras quaſi δευτέρας φροντίδας boni conſulere, & quod minus noſtra primum eſt elaboratum induſtria, id pro tua ſingulari humanitate excuſare, & nobis Deum rogare propicium. vale.

ERRATA ALIQVOT ET ADDITIONES IN PRIMAM D. ANTON. PARTEM.

IN præfat. pag. 1. lin. 20. lege ſecundus Adam de cœlo cæleſtis pretio ſui ſanguinis eum redimens reduxit in cœlum, quod in ſanctificatione poßideret. Ex pœna. &c. & ead. pag. in mar. l. Auguſt. lib. 5. Confeſſ. & paulò pòſt. l. diceretur Menandri. Nam & ipſe D. Anton. tit. 4. c. 4. §. 1. hoc dictum Menandro attribuit, idq́; D. Hieron. teſtimonio epiſtola. 84. ad Magnum oratorem confirmat. Eſt autem Senarius iambicus, qui à D. Paulo ſic græcè citatur.

φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί: quod ita nos vtcumque reddimus, Colloquia mores praua deſtruunt bonos. pag. 2. lin. 8. lege cognitio & in mar. fides cognitio. 1. Cor. 10. Aug. lib. 2. contra Fauſtum. cap. 24. paulò pòſt ad illud Greg. quid dubitet. Greg. 7. ad Hermannum Metenſem epiſ. lib. 8. ep. 21. lin. 19. l. Eccleſia, & pag. 3. ait Hieron. in mar. addendum. Id habetur diſt. 93. cap. diaconi, & aſſertur ex lib. de ſacris ordinibus. cap. 11. qui eſt inter opera D. Hier. tom. 4. vel 9. lin. 33. l. inuſitata. pag. 4. in mar. lin. 1ac. l. 24. l. qui. lin. 27. l. de Iota ex mar. dele narrauit & Martyr. adde. Diuus Antoninus tit. 7. 6. c. §. 6. parum ſibi conſtare aſſerit an hic Iuſtinus Trogi abbreuiator, martyr noſter fuerit, vide quæ ibi annotauimus. Pag. 10. quæ falſo notatur. 9. col. 3. in litt. c. in marg. l. peccatum, & col. 2. c. mox nati adde. non. p. 11. quæ falſò notatur. 7. col. 1. in mar. Gen. 3. & in tex. c. quaſi ſi deleſi & ſ. del. & col. 2. litt. a. in mar. l. epiſt. 23. lit. c. l. art. 1. lit. c. l. ſeſſ. 5. Pag. 13. col. 2. litt. D. Hier. Adde hoc habet D. Hieron. in cap. 5. epiſt. ad Epheſ. tom. 6. & habetur de pœn. diſt. 1. c. Eccleſia. quo teſtimonio frequenter D. Anton. vtitur, quem nos tam hoc loco quam alibi Catholicè quidem ex mente D. Anton. expoſuimus. Sed tamen quoniam ex hoc loco aliqui poſſent credere columnam Eccleſiæ D. Hieron. Hæreticorum fauere opinioni, qui putant Eccleſiam ex bonis ſolum conſtare: id in primis probare volui ex D. Hieron. ſententia, non bonos ſolum, ſed malos in Eccleſia contineri. Quod apertè teſtatur in dialogo aduerſus Lucifer. ſcribens. Arca Noe Eccleſiæ typus fuit dicente Petro Apoſtolo in arca
1. Pet. 3. *Noe pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquã, quod & nos nunc ſimilis forma baptiſma ſaluos facit. Vt in illa omnium animalium genera ita & in hac vniuerſarum & gentium & morum homines ſunt, vt ibi pardus & hœdi, lupus & agni, ita & iuſti & peccatores, id eſt, vaſa aurea & argentea cum ligneis & fictilibus commorantur. hæc ibi. Quare cum hoc loco D. Hieron. ait peccatorem de Eccleſia non eſſe, non eſt ita intelligendus, vt ſolos iuſtos eſſe in Eccleſia velit, ſed ſignificat Peccatorem non eſſe de Eccleſia, quæ videlicet eſt ſine ruga & macula, & triumphans vulgò nominatur. Dupliciter enim Eccleſia à D. Hieron. ſumitur. Nam primo ea eſt quæ verè ſine ruga & macula eſt, & vere corpus Chriſti eſt, quod in cæleſtibus ſeruatur, & de hac Eccleſia peccatorem eſſe D. Hiero. inficiatur. vt idem ait in Hier. 31. altera eſt, quæ in Chriſti nomine abſque plenis perfectiſque virtutibus congregatur, vt idem ſcribit in c. 1. ep. ad Galatas de qua & in qua peccatores eſſe loco ſuperius citato & alibi ſæpè pronunciat, vide plura in nouo indice ſex tomis nuper à Mariano Victorio editis adiuncto. p. 14. col. 2. l. Hieronymi & adde. D. Hieronymi noſtram editionem vulgatam tam hoc loco, quàm infrà tit. 3. cap. 6. §. 1. D. Anton. refert. Quod verum eſſe multis rationibus oſtendit Eugub. in prologo annotat. in Pentateuchum & Sixtus lib. 8. Biblioth. ſanctæ, hæreſi. 13. Hæc autem editio quam vera ſit Hebraicæque veritati reſpondeat ipſe teſtatur in præfatione in pſalterium ad Sophronium ſcribens Certè confidenter dicam, & multos huius operis teſtes citabo, me nihil duntaxat ſententiæ de Hebraica veritate mutaſſe, & in prologo galeato: Mihi omnino, ait, conſcius non ſum, mutaſſe me quippiam de Hebraica veritate. Eam etiam plurimum laudat D. Auguſt. in 18. Ciuitatis. cap. 45. eandem etiam ab Eccleſia receptam ſcribit D. Greg. in prol. Moral. cap. 5. ibi eã nouam vocans editionem, quia videlicet illa erat recentior, quæ ex Græco 70. interpretum expreſſa. in Eccleſia ad tempora vſque D. Hieron. inualuerat eam denique Iſidorus lib. 6. etymol. c. 5. merito cæteris anteponendam cenſet. eo quod & verborum tenacior & perſpicuitate ſententiæ clarior, atque, vt pote Chriſtiana interpretatio, verior eſſet. Acceſſerunt etiam his Græcorum teſtimonia, qui eius editionem ex latino verterunt in Græcum, vt idem Hieron. in prima ſua Apologia contra Ruffinum ſcribit Sophronius enim, vt pleraque eius opera ſic hanc editionem Græco ſermone donauit. Et quod mirabilius eſt plerique Hebræorum Rabini D. Hieron. verſionem laudant, eúmque vt ſapientem & doctum tranſlatorem commendant, vt ſcribit Geneb. contra R. Albonem & in Chronol. Quæ omnia hic adeo addenda duxi, vt oſtenderem in primis verum eſſe quod D. Anton. dixit vulgatæ noſtræ editionis auctorẽ eſſe D. Hier. deinde vt conſtaret hanc vulgatam editionem noſtram merito reliquis omnibus, quæ vnquam extitere, interpretationibus anteponendam: ſicut eam merito*

oue,

Conc.Trident.ſeſſ.4.ſuo decreto reliquis omnibus antepoſuit.Cæterum pſalterium nos quidem non ex Hebraico fonte à D. Hieron.expreſſum habemus, ſed ex interpretatione 70. è Græco deriuatum retinemus, vt poſt multos alios in Chronol. & in ſuis in pſalterium annotationibus ſcribit Genebrard. Neque vero in hoc opere à veritate Hebraica diſceſſum putes. Nam 70.in libro pſalmorum melius eam videntur expreſſiſſe, quam in reliqua illorum interpretatione: vt in ſuis in pſal. commet. idem probat.cuius ipſe rei aliquas rationes in præfatione ad S. D.N.Gregorium 13.aſſert.p.15. 2.b. vide Thom.l.in 2.2 q.9.ar.4.ib.d.l.l. Tubal.ſonorũ.l. Cubalcain.l.Tubalcain.p.16.in mar.Benef l.Geneſ.& Hier. in Dan.c.vires.l.viros.p.17.1.c.in mar.d peccati. & adde ex Aug.lib. 22. cont.Fauſt.cap. 27. d.l. peccatũ.f.l.mala. in mar.Gre.c.c l.lib.14.P.18.1. f.l. quibus.2.a.l.celeritatis.& in mar.Aug.adde cap.8.lib.16. de ciu.Dei.d.poſt velut.adde artem cuiuſpiã minus per fecti putaremus erraſſe? Non itaque nobis videri abſurdum debet, vt quemadmodum in ſingulis quibuſque gentibus quædam monſtra ſunt hominũ,ita in vniuerſo genere humano quædam monſtra ſint gentium. Aug. ibidem.cap. l.qui.p.20.col.2.c.l.quo.d.l.fæcundas.f. vniuerſarum homines genera.l. vniuerſo hominum generi.hoc verò Solinum dixiſſe nuſquam reperi, ſed D. Anſ. lib. de imagine mundi.cap.10.hoc habet.p.21. litt.b. col. 1.lege. à ſeptentrione partem Dalmatiæ & ſinum Euxini ponti.d.l.regio.f.l.Saturnia.col.2.a.l. tepentes.b.l. olim.l.thure.c.Aperi eam. l. Apericam.p. 22.col.1.litt.d.l.æſtuario naſcitur.l.Multæ & aliæ circa Britanniam inſulæ:e quibus Thule col.2. Sunt autem nouem.adde Numero ſeptem tantum eſſe Solinus refert quarum hæc ſunt nomina Lipara, Hiera,Strongile,Didyme,Ericuſa Phœnicuſa,Euonymon.p.23.col. 1.c.ad.Gen.12.2.c.in mar.l.Chron.d.l.Com.ib.e.& vtrunque adde contra vim.f.l. libro.p.25. 1.d.l. trima. pag. 26. 1. d.l.ſociati.2 .e. Aug. 32. adde in marg. Aug.in Ioan.cap.3.tract.15.l.vniſſe.pag.28.2.e.l.ſimul. 30.2.b.l.ſuprà cap.de & not.in mar.cap.1.§.3.& Aug. l.22.cont.adde.Fauſtum.c.poſt illius adde argumentetur & nota in mar.D.Hieran quæſt.Hebr.ſup. Geneſ. montis.l. monens.31.2.e.l.equarum.f.l polymitam.32. 2.c.Thomar.l.Thamar.& poſt deprehenſam adde eam cõburendã mandauerit quod poſtea & in fine adde Leuit. 21. Porro ex hoc Iudæ iudi.10 liquet Hebræos ante lege conditã nonnulla more & traditione ſeruaſſe,quæ Moſes ſeueriore diſciplina cupiens eſſe coercita.ſcriptis ſuis poſtmodum inſeruit,& legibus diuinis admiſcuit, quod adiicio, vt demonſtrem ante legem ſcriptam Dei populum traditione & lege non ſcripta vſum fuiſſe, & proinde illos errare,qui omnia quæ fiunt, quæque docentur in Eccleſia, ex ſcripturis ſacris peti volunt.cùm patres veteris teſtamenti ante legem ſcriptam,ea quæ lege mandata poſtea ſunt,habuerint, & nullo adhuc ſcripto fulta ſeruauerint,vide quæ nos infra tit. 10. c.6. §.5. annotauimus 35.1. c.in mar.l. Ioſeph.ibid.37. 1. c.in mar. l.moralia. 40. 1.a. in mar. ex Appollinario. l. Apollonio.hoc enim caput habetur apud Palladium in vita S.Apollonij.ib.in mar.l.audiendæ. b.& adde ex Conc.Agath.c.47.b.conſec.adde in marg. ex concil. Mogunt.1. cap.36. c.Amb. l. lib.1. paulò pòſt. Amb.l. lib.1. off.ca.30. f. in mar. adde Ex Conc. Grang. c.15. ſed longe fidelius hunc canonem vertit Dionyſ. & quod ad ſe pertinet, non ad pietatẽ diuini cultꝰ informat: hoc enim verba Canonu græca ſonant ex nouis Annotat.in decretum continentia.l. continentiæ.Hel.l. Heli.2. d. Iſidorus.43.1.a.l.Chore. 2.b.l. contradictionis.l. poſſeſſiones.44.1.a.l. Creta. in marg.Euſeb. in Chron. c.adde & ex Minerua &c. Porro vulgatum ſatis eſt contentionem inter Neptunum & Mineruam fuiſſe, quis vrbi à Cecrope conditæ nomen imponeret, quæ quomodo diremptа fuerit ex Varrone refert D. Aug. in 18. ciuit. cap. 9. idem etiã in cap.19.quod paulo poſt de Codro dicitur commemorat. Denium quæ habentur in fine §.ex Euſeb.in Chron.ſumpta ſunt omnia.2.a. Laab.l.Rhaab.l.qui. 45.1.f.l.Europe. Annotatio vero quæ ſubſequitur ad ſequentem columnam,in qua de Dimetra agitur referenda eſt.vide etiam de his fabulis D. Aug. in 18. ciuit.cap.12.& ſequentibus.46.2.e. de tribu adde Dan. 48.2.d.l.Ioue.& in mar.Aug.lib.18.ciuit.cap.16.49. 2.in f.adde populũ in Berſabee q. declinãtes ad auaritiã propter.58.1.a.habebatque in exercitibus ſuis annotationem hanc hic addendam cenſuimus. hic numerus militum(quo neſcio ſi vnquam imperator aliquis maiorem habuit)ſic in 2.Paral.cap.17. recenſetur. viri quoque bellatores & robuſti erant in Hieruſalem,quorum iſte numerus per domos & familias ſingulorum. In Iuda princeps exercitus Eduas dux, & cum eo robuſtiſſimi viri trecenta millia.poſt hunc Iohanam princeps.& cum eo ducenta octoginta millia, poſt hunc Amazias filius Zecchri conſecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium. Hunc ſequebatur robuſtus ad prælia Eliada,& cum eo tenentium arcũ & clypeum ducenta millia. Poſt iſtum etiam Ioſabet & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum,ex quibus ſequitur non vndecies centena & quadraginta millia militum tantum in exercitu Ioſaphatĩ fuiſſe, ſed vndecies centena & ſexaginta millia. Porro hæretici dum generalem quamdam Eccleſiæ Romanæ à vera & Apoſtolica fide apoſtaſiam,volunt comprobare,maximè vrgent Synagogæ veteris ſtatum ſub Achabo rege Iſrael, quo tempore iuxta ſancti vatis Heliæ querimoniam pauci admodum in fide vnius Dei veri conſtantes perſtiterunt. Sed non animaduertunt eodem plane tempore, quo Achab impius Iſrael regno potitus eſt,Ioſaphath regem pium Iudæ regno præfuiſſe,qui ſanè diuinum cultum ſtudioſiſſimè coluit & in Iudæ regno conſeruauit,habuitque in Hieruſalem exercitum tam copioſum, qui veram pietatem vniuſque Dei cultum religioſe tuebatur.Sciant igitur tunc temporis nequaquam veram pietatem extinctam fuiſſe:imo verò,ſicut eo tempore quo magis Dæmon Idolorum cultum per miniſtros ſuos Achabum & Ieſabelem volebat in regno Iſrael erigere eo magis veram pietatem & religionem in Iudæ regno Deus per miniſtros ſuos Ioſaphath & ſacerdotes inſtaurabat & reſtituebat: ſic etiam quo tempore Eccleſia Catholicæ excidium Dæmon in aliqua orbis parte vel per Arianæ perfidiæ rabiem, vel per Machometani delyrij furorem moliebatur: Deus in alia orbis parte veram religionem plantabat,& Eccleſiæ ruinas reſarciebat. Nunquam autem vera pietas in orbe extincta, ſed ſemper in orbe & vrbe per ſacram B. Petri ſedem floruit,regnauit, triumphauit.vide quæ Staphet.lib.2.controu.cap.13.& Sand.lib.7.de viſibili mon.de eo argumento ſcripſerunt Corrige aũt numerum in nominibus regum Iſrael. Nã Baaſa fuit.3.qui dicitur 4.& ſic deinceps.64. 1.in annot. l. Sophronium. Sic itaque epiſt. 134. ad Soph. ſcripſit D.Hier.pſalmos omnes eorum teſtatur. cũ torum, qui ponuntur in titulis David ſcilicet, Aſaph,& Idithum filiorum Chore: Eman Eſrahitæ, Moyſis & Salomonis, & reliquorum quos Eſdras primo volumine cõprehendit & in epiſt.139.ad Cyprianum hanc habet inquit ſcriptura ſancta conſuetudinem, vt omnes pſalmi,qui cuius ſint titulum non habent,iis deputentur

tur, quorum in prioribus pſalmis nomina continentur. Idē refert Athan. in Synopſi lib. 14. vide Sixtum Sen. lib. 1. Biblioth. de pſalterio. & Geneb. in Chron. & ſuper pſalmos. pag. 61. col. 1. litt. d.

Quamuis ibidem oſtenderim Sapientiæ librum inter Canonicos cenſendum eſſe quod idem de Eccleſiaſtico fuſe poſtea docui, hoc tamen loco his addendum duxi, Sapientiæ librū, qui à Græcis σοφία πανάρετος inſcribitur, ab antiquiſſimis patribus nomine Salomonis citari, & inprimis à D. Cypriano in lib. de Idolorum vanitate, & in exhort. ad martyr. c. 1. ac lib. 2. aduer. Iudæos. cap. 13. & tertio. cap. 15. Irenæus item & Egeſippus, & omnis (inquit Euſebius lib. 4. hiſt. Eccle. 22.) antiquorum chorus hunc librum Salomoni attribuerunt. Tertull. item lib. de præſcript. adu. hæret. Orig. lib. 8. in epiſt. ad Rom. Hil. in pſal. 128. Baſ. lib. 5. cont. Eun. & multi alij huius libri auctorem Salomonem laudant. Itaque D. Auguſt. qui lib. 17. de ciuit. cap. 20. ſcripſerat, librum Sapientiæ & Eccleſiaſtici propter eloquij nonnullam ſimilitudinem vt Salomonis dicantur, obtinuiſſe, & in 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 18. hunc ſicut & Eccleſiaſticum ab Ieſu filio Sirach ſcriptum aſſeruerat, id poſtea in 2. retract. cap. 4. viſus eſt retractare, ſcribens ſe poſtea probabilius comperiſſe hunc Ieſum non eſſe huius libri auctorē. Et certe multæ huius libri ſententiæ 7. 8. & 9. cap. huius libri auctorem Salomonē eſſe oſtendunt vt, cū ſcribit c. 7. Nam & ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocē ſimilem omnibus emiſi plorans, in inuolumentis nutritus ſum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus habuit aliud natiuitatis initiū, ſe fuiſſe regem denunciat. Poſtea addens. Propter hoc optaui & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ & præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius, certè demonſtrat ſe Salomonem fuiſſe, de quo in 3. lib. regum. cap. 3. legimus ſapientiam in initio ſui regni à Deo poſtulaſſe, & obtinuiſſe. & clarius adhuc cap. 9. ſe fuiſſe Salomonem teſtatur dicens. Tu elegiſti me regem populi tui, & iudicem filiorum tuorum & filiarū & dixiſti me ædificare in monte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ſimilitudinē tabernaculi tui, quod præparaſti ab initio. Quis autem regum eſt, qui hæc fecerit niſi Salomon? Salomon igitur huius libri auctor, vel certe, vt volunt quidam Philo non ille Iudæus Apoſtolorum vicinus, ſed alius antiquior tempore Oniæ Pontificis ſparſas paſſim Salomonis ſententias in vnum hoc volumen congeſſit, ſicque Philonis ab antiquis creditus eſt, quia ille hunc librum ex Salomone cōſarcinauerat. Cuius cuiuſ porro ſit, eſt Canonicus & ita pro Canonico ſemper eſt habitus. Nam præter eos quos ſupra memoraui Dionyſ. Areop. cap. 4. de diuinis nominibus. & Conc. Sard. hunc librum citant. Quare D. Aug. lib. de prædeſt. ſanctor. cap. 14. ſcribit. Quæ cùm ita ſint, non debuit repudiari ſententia libri Sapientiæ, qui meruit in Eccleſia Chriſti, de gradu lectorū Eccleſiæ Chriſti tam longa annoſitate recitari, & ab omnibus Chriſtianis ab epiſcopis vſque ad extremos laicos fideles pœnitentes catechumenos cum veneratione diuinæ auctoritatis audiri. Plura de hac re vide apud Sixtum Sen. lib. 1. & 7. biblioth. & Geneb. in Chron. Pamelium in Cyprianum. 69. 2. d. l. operantis. Cæterum quoniam Caluiniſtarum erroris in marg. ibic meminimus breuiter eum tangere non grauabimur. Martinus Bucerus Lutheranus. primū errorem in comment. inc. 15. Marci docuit, quem Caluin. lib. 2. inſt. ca. 16. §. 23. Gualtherus Tigurinorū Miniſter. om. 131. in Marcum ſecutus. Cæterum aduerſus eum primo facit fidei articulus de deſcenſu Chriſti ad inferos, quē hactenus omnes Patres de Chriſti ad limbū Patrum deſcenſu ſunt interpretati: vt etiam Magdeburgenſes teſtantur centur. 1. lib. 1. pag. 342. & centur. 5. pag. 181. cent. 6. pag. 146. & centur. 9. pag. 82. & Cent. 11. pag. 89. quamuis iidem, quæ eſt eorum ſingularis inconſtantia. inter næuos, ſtipulas & errores doctorum eū alibi numerent. Præterea Chriſti ad inferos & ad limbum Patrum deſcenſus hoc Dauidis teſtimonio comprobatur, pſal. 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Nam ibi infernum pſalmographus pro limbo patrū vſurpauit: in quem anima Chriſti deſcendit ſecum inde patrum animas eductura, vt interpretatur hunc locum Ruffin. in hunc pſal. Aug. lib. 17. de ciuit. cap. 18. Hiero. in pſal. Cypr. lib. 2. aduer. Iudæos. & alij multi. de eodem etiam locum pſalmi. 24. Eduxiſti ab inferno animam meam, ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum. Hiero. Ruff. Cypr. & alij interpretantur & pſal. 106. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum diſrupit. Confiteantur Domino miſericordiæ eius. & mirabilia eius filiis hominum. Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. de Chriſti deſcenſu ad inferos & ſanctorum patrum è limbo liberatione Euſeb. Caſ. lib. 6. dem. Euang. cap. 7. eſt interpretatus. multa ſunt huiuſmodi teſtimonia ſcripturæ quæ limbum hunc patrum aſtruunt quæ videre poteris apud Fenardentium lib. 3. aduer. Hæreſes in voce Chriſtus, hæreſi. 9. Porro Iudæi omnes non ſunt in hac opinione, ſed recentiores nonnulli, odio in Chriſtum Dominum noſtrum cæci, & fatui, quos tamen Caluiniſtæ ſequi malunt, quam alios antiquiores, qui cū Eccleſia Catholica in hac re concordant. vide Galat. lib. 8. de arcanis fidei Catholicæ myſteriis. cap. 21. Porbc. lib. victoriæ. c. 18. 72. l. Cōſilia & in marg. adde gloſſa ordin. in eūlocū 75. b. l. quod erat in figura, nec etiā in 77. a. c. 41. à capit. 40. 80. 2. c. l. prædicata paulò poſt, quādo. dele. ſed repone ante hæc verba poſt paſſionem. 85. 1. b. in mar. D. Hiero. in prol. Galeato. hæc autem diuiſio eſt iuxta Hebræorum ſententiā non Eccleſiæ ſanctæ doctrinam, quæ ab antiquis temporibus omnes eos libros, quos nuper Trident. Conc. recepit, in numero ſacrarum ſcripturarum numerauit. pleniſſimque non ad inſtruendum modo. ſed ad redarguendum quoſuis hæreticos auctoritatem in omnib. ineſſe in ſacroſanctis conſiliis pronunciant. Nā vt omittā Canones Apoſtolorum: qui noſtro fere ſimilem librorum ſanctorum Canonem recenſent Concilium Carthaginenſe 3. Romanum Gelaſij papæ tempore, & Florentinum, quibus conſentit Tridentinum, his omnibus libris auctoritatem pleniſſimam conceſſerunt. Acceſſit his Innocentius primus in epiſt. ad Exuperium: & D. Auguſt. in 2. de doct. Chriſt. cap. 8. qui ſimiliter omnes libros quos nunc recepimus recipiendos cenſent. Rectè Itaque Iſidorus lib. 7. etymol. c. 1. & Rabanus lib. 1. de vniuerſo. ſcripturas diſtinguunt in Canonem Hebræorum & Eccleſiæ Canonem in quo omnes iſtos comprehendi volunt facientes libros vtriuſque teſtamenti. 72. Itaque à veteribus hi etiam qui apocryphi hoc loco dicuntur, citantur non ſolum vt vera continentes & ad inſtructionem populi vtilia, ſed etiam ad confirmanda ea quæ ſunt fidei, vt in hoc opere alias docuimus. vide plura apud Sixtum Senenſem lib. 1. & vltimo Biblioth. Geneb. Driedonem Canum & alios. Adde etiam non vnum ſimpe, ſed plures Hebræorum Canones, atque adeo dum plurimi libri ſacri à quibuſdam ſacris doctoribus non eſſe in He-

Corint. 10. — Aug. libro 17. ciui. c. 1. — Ibidem. — Auguſt. in Pſalm. 44. — Pſalm. 44 — Iuo Carn. libro 5. de ſum. exc. refert ex eodem — 1. Cor. 4. — Patres fideliũ ſunt doctores ſancti. — Ariſtot. 1. eth. 1. — Pſalm. 148 — Deus ſummopere laudãdus. — Pſalm. 49. — 1 Cor. 12. — Ex nihilo creare eſt infinitæ virtutis. — Pſalm. 41. & 70.

Sap.7. enim Dei ſapientia omnia ſuauiter, dans vnicuique, quod congruit, omnia in pondere, & menſura & numero conſtituens, & ordinans: vt ſingula quæque ſuum teneant locum. Narrant Patres virtutem ſapientiæ eius: qui in animas ſanctas ſe transfert: & amicos Dei Sap.10. & prophetas conſtituit: os quoque mutorum aperuit: & linguas infantium fecit diſertas in Apoſtolis: non ſolum doctores catholicos, ſed & ethnicos ſapientia illuſtrans ad docendum populos: quorum aliqua dicta ponentur. Omnis enim ſapientia à domino Deo eſt. Eccleſ. 1. Narrant ſapientiam eius Eccleſię communicatam: quæ vt ſerpens Moyſi, Ex. 7. factus ex virga deuorauit ſerpentes Magorum, ita ſapientia Eccleſiæ omnes errores philoſophorum, Magorum, aſtrologorum, rhetorum, hæreticorum abſorbuit conuincendo, & ad nihilum redegit conuertendo vel confundendo. & merito, quia ſapientia vincit ma- Sap.7. litiam. Narrant Patres virtutem bonitatis & clementiæ Dei: quia dignatus eſt noſtram induere formam ſeruilem: & ignominioſam crucis tolerare mortem: vt nos de diabolicæ ſeruitutis eriperet iugo. Hoc ſuper omnia nobis reddit Chriſtum amabilem calix ipſe (inquit Bern. ſup. cant. ſer. 20. Bern.) quem pro nobis bibit Ieſus. Narrant etiam Patres virtutem clementiæ eius in diu expectando peccatores ad pœnitentiam: & aliquando etſi tarde conuerſos ſtolam primam reſtituendo: ſcilicet amiſſæ gratiæ & virtutum. Moderatio Dei & pietas ſolum reditum noſtrum quęrit: ac nos cupit longa ſua bonitate ſaluari: ait Hiero. Narrant quoque bo- Auguſt. in enchi. c. 11. nitatis virtutem, quia adeo eſt bonus & potens ſecundum Auguſt. vt nil mali fineret eſſe in operibus ſuis, niſi eſſet adeo potens, quod ex quolibet malo eliceret maius bonum. Et ipſis electis caſus faciat eis in bonum cedere: vt cautiores, feruentiores, & humiliores reſurgant: & aliis vt caueant, timorem incutiant. Narrant patres virtutes eius, quas contulit ſanctis ſuis, magnam fidem, firmiſſimam ſpem, ardentiſſimam caritatem perſpicaciſſimam prudentiam in agendis, conſtantiſſimam ſufferentiã in aſperis: iuſtitiam rectiſſimam in rebus commutandis vel diſtribuendis, ſobrietatem in victu & veſtitu parciſſimam: caſtitatem integerrimam: & profundiſſimam humilitatem. Hæc maximè in ſanctis Anachoretis, cœnobitis ſeu monachis & aliis religioſis effulſere: vt patebit. Omnia Eſa. 36. enim opera noſtra ſcilicet bona, operatus es in nobis domine: ait Eſa. Ipſe enim eſt qui Phil. 2. 1. Cor. 3. operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate ſecundum Apoſtolum. Quoniam non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: vnde ſumamus exempla, viuendi. Narrant quoque mirabilia eius Patres, in quibus oſtenditur gloria & magnificen- Pſalm. 67. tia eius ſecundum illud: Glorioſus Deus in ſanctis eius: ſcilicet oſtenditur ex operibus eorum mirabilis in maieſtate faciens prodigia. Horum autem mirabilium quædam à na- Mirabiliũ tria genera. tura merè: ſed ideo mirabilia, quia rara & in vſitata: vt terræmotus, peſtilentiæ, fames, monſtroſi partus fortitudo corporis maxima: & huiuſmodi. Quædam ſunt mirabilia non ab hominibus: ſed à dæmonibus acta, vel procurata: vt quæ facta ſunt per Magos & reſponſa per idola: Tertium genus mirabilium eſt, quæ fiunt à ſanctis virtute diuina ſupra virtutem naturalem: ita quod tota virtus naturæ non poſſet per ſe agere illa: vt illuminatio cæci, reſuſcitatio mortui, & huiuſmodi. Quamuis autem de omni iſto triplici genere mirabilium fiat mentio in iſtis hiſtorialibus de quibus agitur: quia de terræmotibus & peſtibus & monſtroſis hominibus, ac etiam de reſponſis dæmonum prædicentium futura: & de ſanationibus per dæmones: tamen principalis intentio eſt narrare de veris miraculis factis à ſanctis in vtroque teſtamento virtute diuina: & copioſius in nouo ſine comparatione. Quibus miraculis veris: vt probabilibus indiciis Deo operante conuer- Miracula in eccleſia nunquam defierunt. ſus eſt mundus: auerſus à Deo per idololatriam & varia vitia. Ab initio enim Eccleſia dicitur inchoata in Abel iuſto, cuius iuſtitiam dominus oſtendit inflammando ſacrificium eius de animalibus oblatum: ignem mittendo de cælo ad incendendum ipſum: vnde tunc Gen. 4. miracula fieri cœperunt, nec vnquam ab Eccleſia deſierunt: etſi interpolata ſint: copioſiſſimè tamen in Eccleſia primitiua patrata ad fidẽ Chriſti dilatandam & firmandã. Vnde Mar. 16. dicitur Mar. de diſcipulis Chriſti poſt aſcenſionem eius. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis id eſt miraculis. Sicut autem radice arboris bene firmata & dilatata non amplius irrigatur ipſa iam pro- Greg. ſer. 29. in Euang. uecta vt à ventis non deiiciatur, vt ſolis radio areſcat, ſed inconcuſſa permaneat fructum faciens: ita fide firmata miraculis & dilatata, paſſionibus martyrum roborata: ſed & doctrinis ſanctorum irrigata iam diu: neceſſarium non eſt ita frequenter fieri miracula vt meritum fidei conualeſcat, & tamen piiſſimus Deus nunquam Eccleſiam miraculis veris deſtituit etiam modernis temporibus ad conſolationem fidelium. Et de his innumeris miraculis à Deo operatis per ſanctos ſuos ſuis coaptatis locis patebit. De his autem veris Pſalm. 76. miraculis ait Pſalm. Tu es Deus ſolus qui facis mirabilia. Nam & ſi per ſanctos: non tamen niſi virtute Dei: & hæc narrant partes noſtri.

Propter quid autem hæc facta ſint, vt patres annunciantes filiis ſuis narrauerint laudes eius virtutes, & mirabilia: eius cauſam aſſignat ipſe Pſal. di. Vt ponant in Deo ſpem: non in viribus ſuis & virtute ſua præſumẽtes, quia de ſe & ſua virtute gloriantes humiliat: ſed in Deo, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum. Non in hominibus: quia maledictus vir quæ confidit in homine: & ponit carnem ideſt hominem brachium ſuum. Sed vt ponant in Deo ſpem ſuam in agendis ab eo expectantes auxilium & conſilium: in anguſtiis & neceſſitatibus expectantes ab eo ſubleuationem, prout ſaluti erit expediens. Reſpicite filij nationes hominum, dicitur Eccleſ. 2. & videte: quia nullus ſperauit in Deo & relictus eſt: & permanſit in mandatis eius & confuſus eſt. In delictis pœnitendo ponant ſpem in Deo: non in ſuis fructibus & pœnitentiis ad veniam conſequendam. In præmiis & gloria ponant ſpem in Deo: quia gratiam & gloriam dabit dominus ſolus & non mundus vel alius. Sed ne fruſtra ſperetur vel potius præſumatur. Non obliuiſcantur homines operum Domini quæ fecit in beneficiis eorum: ne inueniantur ingrati: quia ingratiſſimus (ait Seneca) eſt qui oblitus eſt ſcilicet beneficij. Ingratitudo autem ventus eſt deſicans fontem diuinæ pietatis, fluenta gratiæ, rorem miſericordiæ, inquit Bern. Et quod dedit Deus gratis: ſecundum Auguſt. abſtulit ingratis.

Ioan. 1. Iet. 17. Pſalm. 83. Ber. ſer. 51. ſup. cant.

Non ſolum autem obliuiſci non debent. ſed & recompenſare per opera bona ad Dei honorem peracta. Et hoc eſt quod ſubdit. Et mandata eius exquirant, vt ſciant, & illa obſeruent. Scitis hoc (ait Chriſtus diſcipulis) beati eritis ſi feceritis ea, non ſi ſciueritis tantum. Et inde exurgit vera ſpes ſupernæ beatitudinis conſequendæ: non ſolum ex gratia principaliter, ſed ex meritis bonorum operum conſecuta. Et hæc eſt tota intentio huius operis: vt ex his quæ narrantur in hiſtoriis per ſcientiam homines diſcant bene conuerſari in mundo. vnde in domino ſperent & beatitudinem conſequantur. Patres autem qui iſta ſcripta narrant ſunt Moyſes in pentateuco: quæ de mundi creatione & duabus primis ætatibus prophetando & prænunciando quod hominibus erat occultum ſibi autem reuelatum & alia multa quæ facta ſunt tempore ſuo narrauit. Et omnes canonicę ſcripturæ veteris & noui teſtamenti, quæ ita autenticæ ab Eccleſia firmatæ ſunt: vt nec de tota liceat dubitare. Poſt hæc ſunt multa à ſummis pontificibus geſta & dicta in decretis per Gratianũ excerpta. Patres alij quæ nunciauerunt nobis in libris ſunt Euſebius Cæſar. in hiſtoria eccleſiaſtica: quam Rufinus de Græco tranſtulit in Latinũ, addens ad ipſum duos libros. Idem in chronicis ſuis, quas Hiero. tranſtulit in Latinum: addens etiam quæ poſtea geſta ſunt vſque ad tempus ſuum. Paulus quoque Oroſius in lib. [a] de ormeſta mundi. Iuſtinus martyr abbreuiator Trogi Pompei: Sue. in lib. de 12. Cæſaribus. Auguſt. de ciui. Dei. cum declaratione magiſtri Thom. Anglici. Helinandus in ſua compilatione hiſtoriarum, Eutropius, magiſter Petrus Comeſtor in hiſto. ſcho. Ioſephus in li. antiquitatum. Sigisbertus in chronicis ſuis. hiſto. tripartita. Leonardus Aretinus in hiſtò. Florentina. Gregor. in dia. Vincentius in ſpe. hiſto. & Ioannes de Columna fratres, ambo ordinis prædicatorum. Et ex multis legendis ſanctorum. Dicta quoque moralia philoſophorum & poetarum: vt Socratis, Pythagoræ, Platonis, Ariſtotelis, Tulij quoque & Senecæ, Vergilij, Ouidij & aliorum plurium. Horum ſcripta & dicta hic referuntur, & parum vel nihil de proprio.

Ioan. 13. Spes non ex gratia ſolum ſed ex bonis operibus conſequitur. Patres qui ſcripſerũt illa quæ author digeſſit narrauit. Euſebius Cæſarien. Hic iuſtinus nõ fuit Iuſtinus martyr, ſed alius Romanus. Ethnicus.

In partes autem tres diuidetur opus propter prolixitatem: quarum prima vſque ad Conſtantinum imperatorem magnum: & Syluestrum papam. Secunda vſque ad tempora Henrici ſexti imperatoris: & Innocentij quarti Papæ: Tertia exinde vſque ad tempus illud, quo vita comes fuerit.

Diuiſio totius operis.

a *Sic inſcribitur liber tam apud Trittemium quam apud eundem D. Ant. in 2. part. tit. 10. cap. 10. in impreſſis tamen libris titulus hic habetur, Hiſtoriarum contra Paganos libri ſeptem.*

TITVLVS PRIMVS.
DE PRIMA MVNDI AETATE.

¶ *De primis parentibus Adam & Eua in ſtatu innocentiæ: & de lapſu eorum, iuxta illud Pſalmiſtæ. Homo cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.*

CAP. I.

A. M. 1.

Quamnis alij à Deo ipſo, alij à primis Dei operibus mũdi hiſtoriã auſpicentur, tamen D. Antoninus ab ipſius hominis origine ſuæ hiſtoriæ ſumit initium, quia hęc de vno homine & ꝓpter ſolos homines erat inſtituenda.

HOMO cum in honore eſſet non intellexit: cõparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis. Pſal. 48. Permaxime verbum propheticum de primo tranſgreſſore: ſcilicet Adam conuenientiſſime exponitur: quamuis & de quolibet peccatore etiam veriſſime intelligatur à Deo ſe auertente. In quibus verbis tria notantur.

¶ Primo eius excellentia qua fuit ſublimatus, ibi: Homo cum in honore, &c.

¶ Secundo eius deficientia qua fuit deprauatus, ibi: Non intellexit.

¶ Tertio eius miſeria qua fuit condemnatus, ibi: Comparatus eſt iumentis, &c.

§. I.

De hominis ſtatu ante lapſum.

QVANTVM AD PRIMVM. Excellentia qua Adam in ſtatu innocentiæ fuit honoratus patet in tribus.

¶ Primo quoad animam.

¶ Secundo quoad corpus ſuum.

¶ Tertio quoad rerum dominium.

Donum gratię Adę datum.

ANIMVS ſiquidem eius fuit ſublimatus in magna gratia: in mira iuſtitia: & in eximia notitia. Gratiam ſiquidem gratum facientem: ex qua homo meretur, Deus contulit vtrique parenti ſcilicet Adæ & Euæ. Sicut & Aug. dicit.12. de ciuit. Dei. de Angelis quod Deus ſimul erat cum eis condens naturam & largiens gratiam. In hoc tamen eſt varia opinio ſecundum Thom. in 1. part. quæſt. 95. art. 1. Quidam enim dicunt quod primus homo non fuit creatus in gratia, ſed tamen poſtmodum fuit ſibi collata antequam peccaſſet. Alij vero dicunt quod fuit conditus cum gratia. Dicitur enim Eccleſiaſt. 7. Fecit Deus hominem rectum. Sed ad rectitudinem primi ſtatus, in qua Deus fecit hominem, ibi dicitur hoc pertinere, quod ratio ſubiiciebatur Deo: & rationi vires inferiores: & animæ corpus.

Auguſt. de ciuit. libr. 12. cap. 9.

A Prima autem ſubiectio erat cauſa ſecundę & tertiæ. Quamdiu enim ratio manebat Deo ſubiecta, inferiora ei ſubiiciebantur. vt dicit Aug. Manifeſtum eſt autem quod illa ſubiectio corporis ad animam: & inferiorum virium ad rationem non erat naturalis: alioquin poſt peccatum manſiſſet, & ſic patet, quod illa ſubiectio, qua ratio Deo ſubdebatur: non erat ſolum ſecundum naturam: ſed ſecundum ſupernaturalis gratiæ donum. Vnde Aug. dicit. 13. de ciuit. Dei: quod poſtquam præcepti facta eſt tranſgreſſio: confeſtim gratia deſerente diuina de corpo-
B rum ſuorum nuditate confuſi ſunt. Senſerunt enim nouum motum inobedientis carnis ſuæ tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ ſuæ.

A. M. 1.

Colligitur ex libr. de natura & gratia. ca. 15 & de correct. & gratia c. 11.

Augu. lib. 3. cap 13.

Iuſtitia quę homini collata.

Quantũ autẽ ad iuſtitiam: prout ſcilicet eſt virtus generalis: fuit primus homo ſublimatus honore omnis virtutis. Vnde & Aug. dicit in quadã homilia. & habetur de pœnit. diſtinct. 2. cap. princeps. Princeps vitiorum omnium, ſcilicet Diabolus, cum videret Adam de limo terræ ad imaginem Dei factum: pudicitia ornatum, temperantia compoſitum, charitate ſplendidum, illi inuidit, omnibúſque illis bonis priuauit. Pro cuius declaratione di-
C cit Thom. in 1. part. quæſt. 95. art. 3. quod rectitudo primi ſtatus hominis exigebat, vt aliqualiter omnes virtutes haberet. Sed conſiderandum eſt quod virtutum quædam ſunt quæ de ſui ratione nullam imperfectionem important: vt caritas & iuſtitia: & huiuſmodi virtutes fuerunt in ſtatu innocentiæ ſimpliciter: & quantum ad habitum & quantum ad actum. Quædã vero ſunt, quæ de ſui ratione imperfectionem important, vel ex parte actus, vel ex parte materiæ. Et ſi huiuſmodi imperfectio non repugnat perfectioni primi ſtatus: nihilominus huiuſmodi virtutes potuerunt eſſe in ſtatu innocentię,
D ſicut fides, quæ eſt eorum, quæ non videntur: & ſpes quæ eſt eorum quæ non habentur. Perfectio enim primi ſtatus non ſe extendebat ad hoc, quod homo videret Deum per eſſentiam: neque vt haberet Deum per finalem fruitionem: & ſic fides & ſpes poterant eſſe in primo ſtatu quantum ad actum, & quantum ad habitum. Si vero imperfectio quæ eſt de ratione virtutis alicuius, repugnat perfectioni primi ſtatus huiuſmodi virtus poterat ibi eſſe ſecundum habitum, ſed non ſecundum actum: vt patet de pœnitentia: quæ eſt dolor de peccato commiſſo: & de miſericordia quæ eſt dolor de miſeria
E aliena. Perfectioni autem primi ſtatus repugnat tam dolor quam culpa & miſeria: & ideo huiuſmodi virtutes erant in primo homine ſecundum habitum, & non ſecundum actum. Erat enim pri-

Auguſt. in homil. ad catech.

D. Thom. in 1. par. q. 95 art. 3.

Virtutes quę & quales fuerint in homine in ſtatu innocentiæ.

A.M. 2.

mus homo ſic diſpoſitus: vt ſi peccatum præceſſiſſet, doleret: & ſi miſeriam in alio videret, eam pro poſſe ſubleuaret.

De notitia hominis ante lapſum.

Quantum ad notitiam fuit homo ſublimatus honore cognoſcendo Deum, Angelos, & cæteras creaturas. Et Deum quidem primus homo non vidit per eſſentiam ſecundum Thom. in 1. part. q. 94. art. 1. niſi forte dicatur, quod viderit eum in raptu quando Deus miſit ſoporem in Adam: vt dicitur Geneſ. 2. Huius autem ratio eſt ſcilicet quod non viderit Deum per eſſentiam: quia nullus videns Deum per eſſentiam poteſt voluntate auerti à Deo: quod eſt peccare. Et propter hoc omnes videntes Deum per eſſentiam, dum vident, ſic in amore Dei ſtabiliuntur: vt ipſum non amare non poſſint, cum ſit ſummum bonum: vnde nec peccare. Cum ergo Adam peccauerit: patet quod per eſſentiam non viderit. Vidit tamen Deum, ſeu cognouit quadam altiori cognitione quam nunc nos cognoſcamus, & ſic quodammodo eius cognitio media erat inter cognitionem præſentis ſtatus, & cognitionem ſupernæ patriæ. Quanto enim aliqua creatura eſt altior, & Deo ſimilior: tanto per eam Deus clarius videtur. Sicut homo perfectius videtur per ſpeculum, in quo expreſſius imago eius reſultat. Vnde eminentius multo videtur Deus per intelligibiles effectus, quam per ſenſibiles & corporeos. A conſideratione autem plena & lucida intelligibilium effectuum impeditur homo in ſtatu præſenti: per hoc quod diſtrahitur à ſenſibilibus, & circa ea occupatur. Sed ſicut dicitur Eccleſ. 7. Fecit Deus hominem rectum, quæ rectitudo diuinitus inſtituta fuit: vt inferiora ſuperioribus ſubderentur: & ſuperiora ab inferioribus non impedirentur. Vnde homo primus non impediebatur per res exteriores à clara & firma cõtemplatione intelligibilium effectuum: quæ eſt ex irradiatione primæ veritatis, quã percipiebat ſiue naturali cognitione, ſiue gratuita. Quod autem Damaſcenus dicit quod primus homo in Paradiſo conuerſans beatam habuit vitam. & Auguſt. de ciuit. Dei: quod erant beati primi homines in illo memorabilis beatitudinis loco, id eſt Paradiſo: non eſt intelligendum de illa perfecta beatitudine, quæ in diuinæ eſſentiæ viſione conſiſtit: ſed habuerunt beatam vitam ſecundum quendam modum naturalem. Item quod dicit Magiſter ſentent. quod videbat in ſtatu innocentiæ homo Deum ſine medio: intelligitur de medio per cuius notitiam in aliquid ignotum deuenimus, ſicut eſt medium demonſtrationis. Non enim oportebat hominem peruenire in Dei cognitionem per demonſtrationem ſumptam ab aliquo effectu, ſicut nobis eſt neceſſarium: ſed ſimul in effectibus præcipue intelligibilibus Deum ſuo modo cognoſcebat: ſed videbat Deum per medium quoddam, in quo ſimul videtur quod per medium videri dicitur: ſicut cum homo videtur per ſpeculum: & ſimul videtur cum ipſo ſpeculo. Ita anima primi hominis non poterat videre Angelos per eſſentiam: ſed tamen excellentiorem modum cognitionis habebat de eis, quam nos habemus: quia eius cognitio erat magis certa & fixa circa interiora intelligibilia, quam cognitio noſtra. Et propter tantam eminentiam cognitionis dicit Gregor. in 4. dial. quod homo in Paradiſo aſſueuerat verbo Dei perfrui: & cum bonorum Angelorum ſpiritibus cordis munditia & celſitudine viſionis intereſſe.

An homo Deum viderit per eſſentiam.

Videntes Deum per eſſentiam, quare peccare non poſſunt.

Qualiter intelligitur Adam habuiſſe beatam vitam in Paradiſo.

Damaſc. in 2. li. de fid. orth. ca 11. Aug. li. 14. de ciuitat. cap 10. Magiſt. in 2. diſtin. 4.

Thom. in 1. part. qõ. 95. artic. 2.

Greg. in 4 dial. cap. 1.

Habuit & primus homo ſcientiam omnium quæ naturaliter ſciri poſſunt: vnde & impoſuit nomina animalibus: vt dicitur Geneſ. 2. Nomina autem debent naturis rerum congruere. Pro cuius declaratione dicit Thom. in 1. par. quæſt. 94. artic. 3. quod res primitus à Deo inſtitutæ ſunt, non ſolum vt in ſeipſis eſſent, ſed etiam, vt eſſent aliorum principia. Et ideo productæ ſunt in ſtatu perfecto, in quo poſſent eſſe principia aliorum. Homo autem poteſt eſſe principium alterius, non ſolum per generationem corporalem: ſed etiam per inſtructionem & gubernationem. Et ideo ſicut primus homo inſtitutus fuit in ſtatu perfecto, quantum ad corpus, vt ſcilicet poſſet generare: ita etiam fuit inſtitutus perfectus, quoad animam, vt poſſet alios inſtruere & gubernare. Non autem poteſt aliquis inſtruere, niſi habeat ſcientiam: & ideo primus homo ſic inſtitutus fuit à Deo: vt haberet omnium ſcientiam: in quibus natus eſt homo inſtrui. Et hæc ſunt omnia illa quæ virtualiter inſiſtunt in primis principiis per ſe notis: quæcunque ſcilicet homines naturaliter cognoſcere poſſunt. Ad gubernationem autem vitæ ſuæ & aliorum: non ſolum requiritur cognitio eorum quæ naturaliter ſciri poſſunt: ſed etiam cognitio eorum quæ naturalem cognitionem excedunt: eo quod homo ordinatur ad quendam finem ſupernaturalem: ſicut & nobis ad gubernationem vitæ noſtræ neceſſarium eſt cognoſcere ea, quæ ſunt fidei. Vnde & de his ſupernaturalibus tantam cognitionem primus homo accepit à Deo: quanta neceſſaria erat ad gubernationem vitæ humanæ ſecundum illum ſtatum. Alia vero quæ nec naturali ſtudio cognoſci poſſunt: nec neceſſaria ſunt ad gubernationem vitæ humanæ: primus homo non cognouit, ſicut cogitationes hominum, futura contingentia, & quædam ſingularia: vt quot lapilli iacent in flumine, & huiuſmodi. Et in ſcientia quidem naturalium ſcibilium Adam non profeciſſet, quantum ad numerum ſcitorum: ſed quantum ad modum ſciendi: quia quæ ſciebat prius intellectualiter, ſciuiſſet poſtea experimentaliter. Quantum vero ad ſupernaturalia cognita, profeciſſet etiam quantum ad numerum per nouas reuelationes: ſicut angeli proficiunt per nouas illuminationes. Habuit autem primus homo ſcientiam omnium per ſpecies rerum à Deo menti ſuæ infuſas: & hoc ſolum primo homini conceſſum fuit. Nam alij qui ab eo proceſsiſſent in ſtatu innocentiæ, non habuiſſent talem ſcientiam per ſpecies infuſas: ſed per aliorum inſtructionem & eorum inueſtigationem.

A.M. 1.

Res productæ ſunt à Deo in ſtatu perfecto.

Protoplaſtus calluit omnem ſcientiam.

Quantum vero ad corpus fuit homo in ſtatu innocentiæ honore ſublimatus quantum ad immortalitatem, impaſſibilitatem, & loci amœnitatem. Ante quidem peccatum homo quodammodo erat immortalis: quia mortem non incurriſſet ſi non peccaſſet. Vnde Apoſtolus ad Rom. 5. Per vnum hominem, ſcilicet Adam peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Reprobatur autem & anathematizatur opinio dicentium: quod etiam ſi non peccaſſet, neceſſarium erat hominem mori: vt patet de conſe., diſtinct. 4. placuit. Sed pro huiuſmodi maiori declaratione ſciendum ſecundum Thom. in 1. part. quæſt. 97. artic. 1. quod aliquid poteſt dici incorruptibile tripliciter. Vno modo ex parte materiæ: ex eo videlicet quod vel non habet materiam ſicut Angelus: vel habet materiam quæ non eſt in potentia, niſi ad vnam formam: ſicut corpus cæleſte: & hoc dicitur ſecundum

Homo quantum ad corpus in quibus fuit ſublimatus.

Quot modis dicitur aliquid incorruptibile.

A. M. 1.

dum naturam incorruptibile. Alio modo dicitur incorruptibile aliquid ex parte formæ, quia ſcilicet rei corruptibili per naturam inhæret aliqua diſpoſitio: per quam totaliter à corruptione prohibetur. Et hoc dicitur incorruptibile ſecundum gloriam: quia vt dicit Auguſt. in epiſtola ad Dioſcorum. Tam potenti natura Deus fecit animam vt ex illius beatitudine redundet in corpus plenitudo ſanitatis: & incorruptionis vigor. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte cauſæ efficientis: & hoc modo homo in ſtatu innocentiæ fuiſſet incorruptibilis & immortalis: quia vt Auguſt. dicit in libr. de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti. Deus hominem fecit: qui quamdiu non peccaret: immortalitate vigeret, vt ipſe ſibi author eſſet, aut ad vitam, aut ad mortem. Non enim erat corpus eius indiſſolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo exiſtentem: ſed inerat animæ vis quædam ſupernaturalis diuinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præſeruare, quamdiu ipſa Deo ſubiecta manſiſſet.

Aug epiſt. 56.

Aug. ibid. quæſt. 19.

Homo quomodo immortalis ante peccatū.

Qualiter lignū vitæ cauſabat immortalitatem.

Adiuuabatur autem ad ipſam immortalitatem tenendam ex eſu ligni vitæ: quod erat in medio Paradiſi. Pro cuius declaratione dicit Thom. in 1. part. quæſt. 97. artic. 4. quod duo remedia habebat homo ad conſeruationem vitæ in ſtatu innocentiæ contra duos defectus. Primus enim defectus eſt in homine deperditio humidi per actionem caloris naturalis: qui eſt animæ inſtrumentum. Et contra hunc defectum ſubueniebatur homini per eſum aliorum lignorum Paradiſi: ſicut nunc ſubuenitur nobis per cibos quos ſumimus. Secundus defectus eſt, quia vt ait Philoſophus in lib. de generatione. Illud quod generatur ex alimento extraneo adiunctum ei, quod prius erat humido præexiſtenti minuit virtutem actiuam ſpeciei. Sicut aqua iuncta vino conuertitur quidem in ſaporem vini: ſed ſecundum quod magis & magis additur diminuit fortitudinem vini, & tandem vinum fit aquoſum. Sic igitur videmus, quod in principio virtus actiua ſpeciei eſt adeo fortis, quod poteſt conuertere de alimento: non ſolum quod ſufficiat ad reſtaurationem deperditi, ſed etiam quod ſufficiat ad augmentum. Poſtmodum vero quod aggeneratur non ſufficit ad augmentum: ſed ſolum ad reſtaurationem deperditi: tandem in ſtatu ſenectutis, nec ad hoc ſufficit. Vnde ſequitur & decrementum: & finaliter naturalis diſſolutio corporis. Et contra hunc defectum ſubueniebatur homini per lignum vitæ. Habebat enim virtutem fortificandi virtutem ſpeciei contra debilitatem aduenientem ex admixtione extranei. Vnde Aug. dicit 14. de ciuitate Dei: quod cibus aderat homini, ne eſuriret, potus, ne ſitiret, lignum vitæ, ne illum ſenectus diſſolueret. & cum virtus cuiuſcunque corporis ſit finita: non poterat virtus ligni vitæ ad hoc ſe extendere vt daret corpori durandi virtutem tempore infinito: ſed vſque ad determinatum tempus. Vnde ſemel ſumptum dictum lignum præſeruabat à corruptione vſque ad determinatum tempus à Deo: quo finito vel homo tranſlatus fuiſſet ad ſpiritualem vitam gloriæ: vel indiguiſſet iterum ſumere de ligno vitæ. Et ſic non ſimpliciter, ſed quodammodo lignum vitæ cauſabat immortalitatem.

Ariſt l b. 1. de gener. text. 34. & 39.

Aug. libr. 14. cap. 26.

De impaſſibilitate hominis.

Habebat & homo in tali ſtatu aliquo modo impaſſibilitatem. Cum enim paſſio dicatur dupliciter. Vno modo propriè: & ſic dicitur pati quod à

A ſua naturali diſpoſitione remouetur: in rebus autem naturalibus contraria agunt & patiuntur ad inuicem: quorum vnum remouet alterum à ſua naturali diſpoſitione. Et hoc modo in ſtatu innocentiæ erat impaſſibilis: & ſecundum animam & ſecundum corpus. Poterat enim paſſionem prohibere ſicut & mortem: ſi abſque peccato ſtetiſſet. Vnde pœnam non ſenſiſſet caloris vel frigoris: nec alicui infirmitati ſubiiciebatur. Alio modo ſumitur paſſio communiter ſecundum quamcunque immutationem etiam ſi pertineat ad perfectionem naturæ. B Sicut intelligere vel ſentire dicitur pati quoddam. Et hoc ſecundo modo in ſtatu innocentiæ erat paſſibilis: & patiebatur & ſecundum animam & ſecundum corpus. Nam & intelligebat, & ſentiebat videndo, audiendo, & huiuſmodi: & dormiebat: quia dormire non remouet hominem à naturali diſpoſitione: ſed ad bonum naturæ ordinatur. Sed nec quando coſta ſeparata eſt ab Adam quando formata eſt Eua: paſſionem ſuſtinuit primus homo. Nec mulieres in pariendo fuiſſent paſſæ dolorem: qui in eis ſecutus eſt ex peccato. Tho. in 1. part. quæſt. 97. art. 2.

A. M. 1.

Tho. in 1. part. q. 97. artic. 2.

Paſſio duobus modis dicitur.

Habuiſſet homo in ſtatu innocētiæ animæ paſſiones aliquas.

C Fuiſſent quoque homini in ſtatu innocentiæ quædam animæ paſſiones. Pro cuius declaratione dicit Thom. in 1. par. quæſt. 95. artic. 2. quod omnium paſſionum animæ quæ ſcilicet ſunt in appetitu ſenſuali quædam ordinantur ad bonum: vt amor, & gaudium & deſiderium: quædam ad malum: vt timor & dolor. Et quia in primo ſtatu nullum malum aderat, nec imminebat: & nullum bonum aberat, quod cuperet bona voluntas pro tempore illo habendum: vt patet per Auguſt. 14. de ciuit. Dei Omnes illæ paſſiones quæ reſpiciunt malum in Adam non erant: vt timor & dolor & huiuſmodi: D Similiter nec illæ paſſiones quæ reſpiciunt bonum non habitum habendum, vt cupiditas æſtuans. Illæ vero paſſiones quæ poſſunt eſſe boni præſentis: vt gaudium & amor, vel quæ ſunt boni futuri in ſuo tempore habendi: vt deſiderium & ſpes non affligens fuerunt in ſtatu innocentiæ: aliter tamen quam in nobis. Nam in nobis appetitus ſenſualis in quo ſunt paſſiones non totaliter ſubeſt rationi. Vnde paſſiones quandoque ſunt in nobis præuenientes iudicium rationis & impedientes: quandoque vero ex iudicio rationis conſequentes: prout ſenſualis appetitus aliqualiter rationi obedit: E in ſtatu vero innocentiæ appetitus erat totaliter rationi ſubiectus. Vnde non erant in eo paſſiones animæ, niſi ex ratione, ſeu rationis iudicio conſequentes. Vnde tunc caro non concupiſcebat aduerſus ſpiritum, vt nunc eſt.

Aug. in 14. c. 10. ciuit.

Eſus ciborum qualis fuiſſet.

Et in eſu quidem fructuum lignorum Paradiſi, de quibus dictum eſt. De omni ligno quod eſt in Paradiſo comede, Geneſ. 2. ſi id feciſſet cibo indigens tunc ad ſui ſuſtentationem: delectationem magnam habuiſſet magis quam nunc: quia tantò delectatio ſenſibilis maior eſt, quantò natura purior & corpus magis ſenſibile: ſed concupiſcibilis F non ita inordinatè ſe extuliſſet ſuper illa delectatione: quia regulatur per rationem. Sicut & ſobrius in cibo ſumpto non minorem delectationem ſentit quam guloſus: ſed minus eius concupiſcibilis ſuper huiuſmodi delectatione requieſcit. Tho. in 1. par. quæſt. 98. artic. 2.

An homo in ſtatu innocentiæ actu generationis vſus fuiſſet.

Quantum vero ad actū generationis in ſtatu innocentiæ: quamuis quidam antiquorum doctorum conſiderantes concupiſcentiæ fœditatem, quæ inuenitur

A. M. I.

uenitur in copula carnali in præſenti ſtatu poſuerint, quod in ſtatu innocentiæ non fuiſſet generatio per copulam carnalem. Vnde & Gregorius Niſſenus dicit, quod fuiſſet multiplicatum genus humanum in Paradiſo: ſicut multiplicati ſunt Angeli abſque concubitu per operationem diuinæ virtutis. Et dicit quod Deus ante peccatum fecit maſculum & fœminam reſpiciens ad modum generationis, qui futurus erat poſt peccatum, cuius præſcius erat. Sed Thom. in 1. part. quæſt. 98. artic. 2. hoc reprobat per rationem, quam ibi ponit: determinans generationem in illo ſtatu innocentiæ fiendam per copulam. Vnde & mulier dicitur facta in adiutorium viri. Geneſ. 2. ſcilicet ad generationem: ſed vt ipſe ait: duo ſunt in copula carnali conſideranda ſecundum præſentem ſtatum. Vnum quod eſt naturæ, ſcilicet coniunctio maris & fœminæ ad generandum: In omni enim generatione requiritur virtus actiua & paſſiua. Vnde cum in omnibus, in quibus eſt diſtinctio ſexuum: virtus actiua ſit in mare, paſſiua in fœmina: naturæ ordo exigit vt ad generandum conueniat per copulam maſculus & fœmina. Aliud quod conſiderari poteſt, eſt quædam deformitas immoderatæ concupiſcentiæ: quæ in ſtatu innocentiæ non fuiſſet, quando vires inferiores omnino rationi ſubdebantur. Vnde & Aug. dicit. 14. de ciuit. Dei. Abſit vt ſuſpicemur prolem non fieri ſine libidinis morbo, ſcilicet in illo ſtatu innocentiæ: ſed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra, quo cætera & ſine ardore & illecebroſo ſtimulo, cum tranquilitate animæ & corporis. Nec fuiſſet tunc continentia laudabilis, vt nunc quia in iſto tempore laudatur continentia: non propter defectum fœcunditatis: ſed propter remotionem inordinatæ libidinis: tunc autem fuiſſet fœcunditas abſque libidine. Et vt dicit Auguſt. 14. de ciuit. Dei. In illo ſtatu nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus vxoris. Potuit enim ſalua integritate fœminei genitalis virile ſemen immitti.

Greg. Niſ. libro 8. de prouidẽa. cap. 3.
Reprobatio Gregorij.
Augu. lib. 14. cap. 26.
Aug. ibid.

Nulla ibi paſſio famis, vel ſitis anxietas. Nam tempore congruo cum fuiſſet naturæ conueniens, homo comediſſet & bibiſſet, antequam fames vel ſitis eum afflígeret: dormiſſet ſine aliqua inquietatione vel perturbatione ſomniorum terribilium, ſine pœna caloris vel frigoris fuiſſet propter aerem temperatiſſimum: nulla denique infirmitate grauatus fuiſſet.

Fames & ſitis in Paradiſo nulle.

Quantum ad loci amœnitatem fuit homo honore ſublimatus. Quia etſi factus in agro Damaſceno de limo terræ ſecundum corpus: tamen tranſlatus extitit in Paradiſum terreſtrem. Sed pro huius Paradiſi declaratione ſecundum Auguſt. 8. ſuper Gen. ad literam. Tres ſunt de Paradiſo generales ſententiæ. Vna eſt eorum qui tantummodo corporaliter Paradiſum intelligi volunt. Alia eorum qui ſpiritualiter tantum: id eſt Eccleſiam. Tertia eorum qui vtroque modo Paradiſum accipiunt: quam fatetur ſibi placere ſententiam, idem Aug. 13. de ciuit. Dei. & hoc rationabiliter. In omnibus enim quæ ſcriptura tradit pro fundamento tenenda eſt veritas hiſtoriæ: & deſuper ſpirituales expoſitiones fabricandæ ſecundum Tho. 1. par. quæſt. 102. artic. 1. Eſt ergo Paradiſus (vt dicit Iſidorus in libro Etymologiarum) locus in Orientis partibus conſtitutus, cuius vocabulum à Græco in Latinum vertitur hortus. Conuenienter autem in parte Orientali dicitur ſitus; quia credendum eſt, quod in nobiliſſimo loco totius terræ ſit conſtitutus. Cum autem Oriens ſit dextera cæli, ſecundum Philoſophum 2. de cælo & mundo: & dextera ſit nobilior ſiniſtra: conueniens fuit, vt in Orientali parte Paradiſus inſtitueretur. Quod autem Beda dicit quod Paradiſus pertingit vſque ad lunarem circulum, non eſt verum: ſi ſecundum ſitum ſimpliciter intelligatur, poteſt tamen exponi, quod vſq; ad locum lunaris globi aſcendit: non ſecundum ſitus eminentiam, ſed ſecundum ſimilitudinem: quia eſt ibi perpetua aëris temperies, vt dicit Iſidor. Et in hoc aſſimilatur cæleſtibus corporibus, quæ ſunt abſque contrarietate. Et dicit Aug. ſuper Gen. ad literam. 8. Credendum eſt, quod locus ipſe Paradiſi à cognitione hominum eſt remotiſſimus: [inde quatuor aquarum partes diuidi, ſicut fideliſsima ſcriptura teſtatur: ſed ea flumina quorum fontes noti eſſe dicũtur alicubi iſſe ſub terras,] & poſt tractus prolixarum regionum locis aliis erupiſſe, [vbi tanquam in ſuis fontibus nota eſſe perhibentur.] Nam hoc ſolere nonnullas aquas facere quis ignorat? & quia locus ille eſt ſecluſus à noſtra habitatione impedimentis montium vel marium, vel alicuius æſtuoſæ regionis, quæ tranſiri non poteſt: ideo ſcriptores locorum de hoc non faciunt mentionem.

Qualis ſit Paradiſus terreſtris
Aug. libro octauo in principio.
Auguſt. de ciui. ca. 13. cap 21.
Vbi ſitus ſit Paradiſus.
Iſid. libro 14 Etym. cap. 3.
A. M. I.
Ariſt. 2. de cæl. tex. 15.
Reprobatur Beda.
Beda in 2. Cor. ca. 12.
Iſid. libro 14. Etym. cap. 3.
Aug. libro 8. cap. 7.
Geneſ. 2.

Lignum vitæ quod in medio erat: quædam materialis arbor fuit, ſic dicta: quia eius fructus habebat virtutem conſeruandi vitam, vt ſupra dictum eſt. Spiritualiter autem ſignificabat Chriſtum, qui eſt ſapientia Dei patris & lignum vitæ. Prouerb. 3. Vel etiam ſacramentum Euchariſtiæ, vel bonum obedientiæ. Lignum vero ſcientiæ boni & mali, fuit etiam materialis arbor ſic nominata, propter euentum futurum: quia poſt eius eſum homo per experimentum pœnæ didicit, quid intereſſet inter obedientiæ bonum: & inobedientiæ malum. Et ſpiritualiter poteſt ſignificari liberum arbitrium. Prædictæ autem & aliæ arbores productæ ſunt in actu tertia die. Et vt dicit Damaſcenus. Erat Paradiſus diuina regio & digna eius, quæ ſecundum imaginem Dei erat conuerſatio, temperato & tenuiſsimo & puriſſimo aëre circumfulgẽs, plantis ſemper floridis ornatus: qui quidem dicit. In Paradiſo nullum irrationabilium habitat: licet ex quadam diſpẽſatione illuc animalia fuerunt adducta ad Adam, quãdo eis nomina impoſuit: & ſerpens illuc acceſsit per operationem diaboli qui ſecundum Bedam habebat faciem virgineam. In quo nullus inhabitat, niſi Enoch & Helias: vt dicitur.

Quid ſit lignũ vitæ.
Thom. 1. par. q. 102. artic. 2.
Lignum ſciẽtiæ boni & mali.
Ibid.
Paradiſus ſecundum Damaſcenum in 2. orth. fid. cap. 11.
Geneſ. 2.

Tertio fuit Adam ſublimatus honore dominij vnde dominus dixit Geneſ. 1. Faciamus hominem, &c. vt præſit piſcibus maris & volatilibus cæli: & beſtiis terræ. Pro cuius declaratione dicit Thom. 1. par. quæſt. 96. artic. 1. quod in ſtatu innocentiæ ante inobedientiam nihil repugnabat homini quod naturaliter deberet ei eſſe ſubiectum. Omnia autem animalia naturaliter ſunt homini ſubiecta, quod apparet ex tribus. Primo ex ipſo naturæ proceſſu, [Sicut enim in generatione rerum naturalium intelligitur quidam ordo, quo proceditur de imperfecto ad perfectum: Nam materia eſt propter formam. & forma imperfectior eſt propter perfectiorem:] ita etiam in vſu rerum naturalium. Nam imperfectiora cedunt in vſum perfectiorum: plantæ enim vtuntur terra ad ſui nutrimentum, animalia vero plantis: homines, plantis & animalibus. Vnde naturaliter homo dominatur animalibus. Secundo, hoc apparet ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ ſemper

Adam fuit ſublimatus in honore dominij.

A. M. 1.

ſemper inferiora per ſuperiora gubernat. Vnde cum homo ſit ſupra cætera animalia: quia ad imaginem Dei factus, conueniens erat eius gubernationi alia animalia ſubduntur. Tertio, hoc apparet ex proprietate hominis & aliorum animalium. In aliis enim animalibus inuenitur ſecundum naturalem æſtimationem quædam participatio prudentiæ ad aliquos particulares actus: in homine autem inuenitur vniuerſalis prudentia, quæ eſt ratio omnium agibilium. Omne autem quod eſt per participationem: ſubditur ei quod eſt per eſſentiam & vniuerſaliter. Et ſic patet quod naturaliter eſt ſubiectio animalium ad hominem: ſed inobedientia eorum ad hominem, quæ nunc apparet: ſubſecuta eſt culpam inobedientiæ hominis in pœnam eius: quia ipſe inobediens fuit Deo, fuiſſet tamen naturalis diſcordia inter ipſa bruta: omnia tamen ſubiecta fuiſſent dominio hominis: ſicut nunc aliqua domeſticantur ab eo.

Homo qua ratione animantib. dominaretur.

Et ſciendum ſecundum Thom. quæſt. ea artic. 2. quod cum dicitur Gen. 1. de homine: vt præſit vniuerſæ creaturæ, intelligitur quæ non eſt ad imaginem Dei. Nam Angelis non dominabatur: ſed viribus ſenſitiuis ſuis, ſcilicet iraſcibili. & concupiſcibili: quæ aliqualiter obediunt rationi dominatur anima imperando, vnde in ſtatu innocentiæ animalibus brutis: per imperium dominabatur: viribus autem naturalibus & ipſi corpori homo dominabatur: non quidem imperando, ſed vtendo. Et ſic etiam in ſtatu innocentiæ homo dominabatur plantis: & rebus animatis, non per imperium vel immutationem, vt immutando de vna ſpecie in aliam: vel immutando curſum corporum cæleſtium: ſed abſque impedimento vtendo eorum auxilio.

Thom. q. 96. artic. 1. in 1. part.

Idem 1. p. q. 96. art. 3.

In ipſo autem ſtatu innocentiæ fuiſſet diſparitas hominum: non ſolum quoad ſexum & ætatem: ſed etiam ſecundum animam quantum ad iuſtitiam & ſcientiam. Non enim homo ex neceſſitate operabatur: ſed per liberum arbitrium, ex quo ratio habet quod homo magis vel minus applicare poſſit animum ad aliquid operandum vel cognoſcendum: vnde quidam magis profeciſſent in iuſtitia & ſcientia quam alij. Ex parte etiam corporis poterat eſſe diſparitas. Vnde & ſecundum diuerſam diſpoſitionem aeris: & ſecundum diuerſum ſtatum ſtellarum: alij aliis fuiſſent robuſtiores corpore vel pulchriores & maiores & melius complexionati & generati: ita tamen, quod in illis qui excederentur nullus eſſet defectus vel peccatum ſecundum animam & corpus. Fuiſſet quoque & dominium vnius hominis ſuper alios in ſtatu innocentiæ. Non enim erat talis ſtatus dignior, quam conditio Angelorum: ſed inter Angelos quidam aliis dominantur: vnde eſt vnus ordo dominationum. Sed pro huius maiori declaratione ſciendum ſecundum Thom. 1. part. quæſt. 96. artic. 4. quod dominium accipitur dupliciter. Vno modo ſecundum quod opponitur ſeruituti: & ſic dominus dicitur cui aliquis ſubditur, vt ſeruus: & iſto modo nõ fuiſſet dominium in ſtatu innocentiæ. Nam tunc aliquis dominatur alicui ſeruo quando eum cui dominatur ad propriam vtilitatem ſui ſcilicet dominantis refert. Et tale dominium eſſe non poteſt ſine pœna ſubiectorum quod in ſtatu innocentiæ non fuiſſet. Et de hoc intelligitur quod ait Aug. de ciuit. Dei. lib. 19. Hominem rationalem ad imaginem ſuam factum non voluit Deus, niſi irra-

In ſtatu innocẽtiæ fuiſſet hominũ diſparitas.

Thom. in 1. p. quæſt. 96. art. 4.

In ſtatu innocẽtiæ fuiſſet dominium.

Dominiũ duob. modis ſumitur.

Aug. libro 19. de ciui. cap. 19.

A tionabilibus dominari non hominem homini, ſed hominem pecudi. Secundo modo accipitur dominium ſecundum quod communiter refertur ad ſubiectum qualitercunque: & ſic etiam ille qui habet officium gubernandi & dirigendi liberos, dominus dici poteſt. Dominatur autem aliquis alteri vt libero, quando dirigit ipſum ad proprium bonum eius, qui dirigitur, vel ad bonum commune. Et tale dominium fuiſſet in ſtatu innocentiæ hominis ad hominem. Et hoc propter duo. Primo quia homo naturaliter eſt animal ſociale: vnde homines in ſtatu innocentiæ ſocialiter vixiſſent. Socialis autem vita multorum eſſe non poteſt niſi aliquis præſideret qui ad bonum commune intenderet. Secundo, quia ſi vnus homo habuiſſet ſuper aliũ eminentiam ſcientiæ & iuſtitiæ: inconueniens fuiſſet niſi hoc exequeretur in vtilitatem aliorum. Vnde Aug. dicit. 19. de ciui. Dei. quod iuſti non dominandi cupiditate imperant, ſed officio conſulendi: hoc naturalis ordo præſcribit: ita Deus hominem condidit. Ideo autem Deus hominem in Paradiſo non condidit: ſed in terra formatum de limo terræ: & anima de nouo creata & in corpore illo infuſa (cũ ſcilicet dicitur quod inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ) ſed tulit eum Deus & poſuit in Paradiſo. vt dicitur Gen. 2. vt hoc gratiæ Dei imputaretur: & non humanæ naturæ. Fuit enim Paradiſus locus congruus habitationi humanæ quantum ad incorruptionem primi ſtatus. Incorruptio autem illa non inerat homini ſecundum naturam: ſed ex ſupernaturali Dei dono. Ibique habitaſſet cum poſteris quouſque multiplicato humano genere de progenie in progeniem vſque ad numerum electorum Deo præfixum omnes ſimul tranſlati fuiſſent in Paradiſum cæleſtem: ſeu cælum empyreum in anima ſimul & corpore ad clarè videndum Dei eſſentiam. Poſitus autem fuit in Paradiſo homo vt operaretur & cuſtodiret illum. vt dicitur Geneſ. 2. Quod Auguſt. 8. ſuper Geneſ. ad literam dupliciter exponit. Vno modo vt referatur ad Deum: vt Deus operaretur in homine iuſtificando ipſum: cuius operatio ſi ab homine ceſſat continuo obtenebratur: ſicut aer ſi ceſſat influentia luminis. Et vt cuſtodiret ſcilicet ab omni corruptione & malo. Alio modo poteſt intelligi vt referatur ad hominem: vt ſcilicet homo operaretur & cuſtodiret Paradiſum. Nec tamen illa operatio eſſet laborioſa ſicut poſt peccatum: ſed fuiſſet iucunda propter experientiam virtutis naturæ: Cuſtodia autem illa non eſſet contra inuaſores: ſed ad hoc vt homo ſibi Paradiſum cuſtodiret ne peccando ipſum amitteret.

A. M. 1.

Aug. li. 19. de ciu. c. 4.

Thom. in 1. p. quæſt. 102. art. 4.

Quare Deus non creauit hominem in Paradiſo.

Ibid. art. 2.

Ibid. art. 3.

Aug. lib. 8. ſup. Gen. cap. 10.

Quare homo poſitus fuit in Paradiſo.

Fuiſſent autem opera primi hominis magis efficacia ad merendum quam opera noſtra. Pro cuius declaratione eſt ſciendum ſecundum Thom. 1. par. quod quantitas meriti ex duobus poteſt penſari. Vno modo ex radice charitatis & gratiæ. Et talis quantitas meriti correſpondet præmio eſſentiali: quod in Dei fruitione conſiſtit. Qui enim ex maiori charitate aliquid facit perfectius Deo fruetur. Alio modo poteſt penſari quãtitas meriti ex quantitate operis, quæ quidem eſt duplex, ſcilicet abſoluta & proportionalis. Vidua enim quæ miſit duo minuta in gazophilacium minus opus fecit quantitate abſoluta, quam illi qui magna munera poſuerunt: ſed quantitate proportionali, vidua plus fecit ſecundum domini ſententiã Luc. 21. quia magis eius facultatem ſuperabat. Vtraque tamen quantitas

Thom. in 1. par. q. 95. artic. 4.

Meriti quantitas vnde procedat.

A.M. 1.

quantitas meriti: quod ſcilicet attenditur reſpectu operis, ſeu laboris reſpondet præmio accidentali: quod eſt gaudium de bono creato. Si igitur attendatur quantitas meriti ex parte gratiæ: efficaciora fuiſſent opera primi hominis ad merendum in ſtatu innocentiæ quam poſt peccatum: quia gratia copioſior fuiſſet nullo obſtaculo gratiæ in natura humana inuento. Similiter ſi conſideretur abſoluta quantitas operis: efficaciora fuiſſent opera ad merendum, quia cum homo eſſet maioris virtutis maiora feciſſet opera. Sed ſi conſideretur quantitas proportionalis, maior inuenitur ratio meriti poſt peccatum propter imbecillitatem hominis.

Homo ante pactum indiguiſſet gratia ad merendũ.

Magis enim excedit paruum opus poteſtatem eius qui cum difficultate operatur illud, quam magnum opus poteſtatem eius qui ſine difficultate operatur. Quamuis enim & primus homo ante peccatum indiget gratia ad merendum vitam æternam ſicut poſt: tamen poſt peccatum ad plura indiget gratia quam ante: quia & ad peccati remiſſionem, & ad infirmitatis ſuſtentationem.

De conditionibus genitorũ in ſtatu innocẽtię

De conditionibus genitorum in ſtatu innocentiæ. Vbi ſciendum primo: quod non ſolum maſculi, ſed etiam fœminæ fuiſſent in illo ſtatu generatæ. Sic enim natura proceſſiſſet generando ſicut Deus eam inſtituit: ſed Deus inſtituit marem & fœminam in humana natura: vt habetur Geneſ. 1. & 2. ergo, &c. Pro cuius declaratione dicit Tho. in 1. par. quæſt. 99. artic. 2. quod nihil eorum quæ ad complementum humanæ naturæ pertinent, in ſtatu innocentiæ defuiſſet. Sicut autem ad perfectionem vniuerſi pertinent diuerſi gradus rerum: ita etiam diuerſitas ſexus eſt ad perfectionem humanæ naturæ: & ideo in ſtatu innocentiæ vterque ſexus per generationem fuiſſet productus. Et videtur vt ait Thom. quod tot fuiſſent generatæ fœminæ quod mares.

Thom. in 1. part. qõ. 99. art. 2.

Nec obſtat quod omne agens generat ſibi ſimile: niſi impediatur propter defectum virtutis vel indiſpoſitionem materiæ. In generatione autem vis actiua eſt in maſculo: & ſic vbi nullus fuiſſet defectus virtutis ex parte maris, & indiſpoſitio materiæ ex parte fœminæ: videtur quod mares ſemper debuerint generari.

Tho. ibid.

Reſpondet Thom. quod generatio fœminæ non ſolum contingit ex defectu virtutis actiuæ & indiſpoſitione materiæ vt obiectum eſt: ſed quandoque ex aliquo accidente extrinſeco: ſicut dicit Philoſophus in lib. de animalibus, quod ventus ſeptemtrionalis coadiuuat ad generationem maſculorum: auſtralis vero ad generationem fœminarum:

Ariſt. libr. 4. de gene. animaliũ. cap. 2.

quandoque autem ex conceptione animæ ad quam de facili immutatur corpus: & præcipue in ſtatu innocentiæ hoc eſſe poterat, quando corpus erat magis ſubiectum animæ, vt ſcilicet ſecundum voluntatem generantis diſtingueretur ſexus in prole. [Conueniebat etiam quod omnes generarẽt, non ſolum primi parentes:] vt ſic tot eſſent fœminæ quot mares, vt quælibet haberet virum ſuum, & vir vxorem vnicam. Nati autem in ſtatu innocentiæ non mox habuiſſent perfectam virtutem & motum membrorum. Nam ſecundum Thom. vbi ſupra: omne generatum prius eſt imperfectum quam perficiatur: ſed pueri in ſtatu innocentiæ fuiſſent per generationem producti: ergo à principio imperfecti fuiſſent in quantitate & virtute corporis. Vnde mox nati non habuiſſent ſufficientem virtutem ad mouendum membra ſecundum quoſlibet actus: ſed actus pueritiæ conuenientes: puta ad ſugendum

Thom. in 1. pa. q. 99. artic. 1.

Nati in ſtatu innocentiæ quales fuiſſent.

A vbera per ſe & alia huiuſmodi.

A.M. 1.

Vtrum autem pueri nati fuiſſent cum iuſtitia. Dicunt quidam, quod non cum iuſtitia gratuita: quæ eſt principium merendi, quæ dicitur gratia gratum faciens: ſed cum iuſtitia originali: quia hoc fuit quoddam donum diuinitus toti humanæ naturæ datum. Et hoc apparet: quia peccatum originale quod opponitur illi iuſtitiæ dicitur eſſe peccatum naturæ. Vnde traducitur à parente in poſteros: ſicut traducta fuiſſet illa iuſtitia originalis. Sed vt dicit Thom. in 1. part. quæſt. 100. artic. 1. Cum radix

Thom. in 1. par. qõ. 100. art. 1.

Nati in ſtatu habuiſſent gratiam gratũ facientem.

B originalis iuſtitiæ, in cuius rectitudine factus eſt homo, conſiſtat in ſubiectione ſupernaturali rationis ad Deum, quæ eſt per gratiã gratum facientem neceſſe eſt dicere: quod ſi pueri nati fuiſſent in originali iuſtitia, quod etiam nati fuiſſent cum gratia gratum faciente: ſicut & de primo homine dictum eſt, quod fuit cum gratia conditus: nec tamen propter hoc fuiſſet gratia naturalis: quia non fuiſſet transfuſa per virtutem ſeminis, ſed fuiſſet collata homini ſtatim cum habuiſſet animam rationalem. Sicut etiam ſtatim cum corpus eſt diſpoſitum, infunditur à Deo anima rationalis: quæ tamen non

C ex traduce eſt.

Pueri mox nati habuiſſent vſum rationis.

Item pueri mox nati non habuiſſent perfectum vſum rationis. Ratio eſt ſecundum Thom. in 1. par. quæſt. 101. artic. 2. quia vſus rationis dependet quodammodo ex vſu virium ſenſitiuarum. Vnde ligato ſenſu & ligatis viribus inferioribus ſenſitiuis, homo perfectum vſum rationis non habet, vt patet in dormientibus & phreneticis. Vires autem ſenſitiuæ ſunt virtutes quædam corporalium organorum: ideo impeditis earum organis neceſſe eſt quod actus earum impediantur: & per conſequens vſus rationis: in pueris autem eſt impedimentum

D harum virium ſenſitiuarum propter nimiam humiditatem cerebri: & ideo in eis non eſt perfectus vſus rationis, ſicut nec aliorum membrorum. Et ideo in ſtatu innocentiæ pueri non habuiſſent perfectum vſum rationis, ſicut habituri erant in perfecta ætate: habuiſſent tamen perfectiorem quam nunc quantum ad ea quæ ad eos pertinebant ſecundum illum ſtatum.

Thom. in 1. pa. q. 101. artic. 1.

Item nec habuiſſent in illo ſtatu pueri perfectionem ſcientiæ: ſed eam proceſſu temporis abſq; difficultate acquiſiuiſſent inueniendo vel addiſcendo. Eſt enim naturale homini, vt ſcientiam per

E ſenſus acquirat: habuiſſent tamen pueri illam ſufficientem ſcientiam ad dirigendum eos in operibus iuſtitiæ in quibus homines diriguntur, & vniuerſalia principia iuris multo plenius habuiſſent tunc, quam nunc naturaliter habeamus.

Pueri non habuiſſent ſcientiam à ſua origine.

In illo autem ſtatu innocentiæ nati non fuiſſent in iuſtitia confirmati. Quod ſic declarat Thom. in 1. part. quæſt. 101. art. 2. Manifeſtum eſt quod pueri in ſua naturalitate non habuiſſent plus perfectionis, quam eorum parentes in ſtatu generationis: parentes autem quamdiu generaſſent non fuiſſent in iuſtitia confirmati. Ex hoc enim creatura ratio-

Pueri non fuiſſent in iuſtitia cõfirmati.

F nalis in iuſtitia confirmatur: quod efficitur beata per apertam Dei viſionem: cui viſo non poteſt non inhærere cum ſit Deus ipſa eſſentia bonitatis, à qua nullus poteſt auerti: cum nihil deſideretur niſi ſub ratione boni. Vnde paruuli nati non fuiſſent in iuſtitia confirmati. Et ideo ſi Adam non peccaſſet: filij quidem ab eo nati non contraxiſſent peccatum originale, quod eſt cauſa gehennæ: poſſent tamen geniti ab eo per alium modum fieri filij gehennæ:

A. M. 1.

gehennæ: ſcilicet per liberum arbitrium peccando: vnde non ita neceſſitatem non peccandi tranſmiſiſſet ad poſteros, quod omnino peccare non poſſent.

§. II.

De plorat lapſum primi hominis.

QVANTVM AD SECVNDVM principale ſupra notatum ſcilicet de efficientia peccati: qua deprauatus eſt homo ſic ſublimatus honore ibi, cum dicitur: Non intellexit. Vtique non intellexit homo Adam & Eua: id eſt non conſiderauit: neque recognouit tantam dignitatem ſibi conceſſam beneficiorum à Deo, adhærendo eius aduerſario Diabolo: & recedendo à Domino & benefactore ſuo tranſgrediendo eius præceptum, quod ſibi declarat ſcilicet abſtinere ab eſu fructus ligni ſcientiæ boni & mali. Neque enim illa arbor de ſe mala extitit: [quam Deus homini ne cōtingeret interdixit, ſed vt melius per obedientiæ meritum homo bene conditus creſceret, dignum fuit vt etiam à bono prohiberetur, quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus eſſet, quantò & à bono ceſſans ſe ſubditum & humilem exhiberet] vt ait Greg. vlti. moral. & 11. quæſt. 3. quid ergo. Magis enim apparet virtus obedientiæ cum ſeruatur quod prohibetur, quod de ſe non eſt malum niſi quia prohibetur: quam ſi aliquid prohiberetur de ſe malum.

Greg. lib. 35. mor. cap. 2.

Geneſ. 2.

Non intelllexit vtique Eua deceptionem ſerpentis antiqui, cum dixit: In quacunque die comederitis ex eo, eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum: exiſtimans quod animo conſulendi non decipiendi ſibi hoc diceret, vt conditionem ſuam digniorem faceret: quaſi ſi Deus eis inuidiſſet habere ſcientiam boni & mali: & ideo prohibuiſſet eſum illius fructus. Vnde & Apoſtolus dicit quod mulier ſeducta eſt. Et vt dicit Thom. Quamuis illa ſeductio mulieris præceſſerit peccatum operis, ſcilicet peccati gulæ ſumendo fructū: tamen ipſam ſeductionem præceſſit peccatū elationis. Vnde Aug. dicit ſuper Gen. quod mulier verbis ſerpentis non crederet à bona & vtili re ſe eſſe prohibitam niſi iam ineſſet menti eius amor propriæ poteſtatis: & quædam de ſe ſuperba præſumptio. Manente enim innocentia illa non poterat eſſe illa ſeductio: quia ſicut verum eſt bonum intellectus, ita falſum eſt malum eius. Vnde intellectus eius alicui falſæ æſtimationi acquieſcere non poterat tanquam vero: ſed propter illam elationem perdita innocentia ſubintrauit falſa æſtimatio: vt crederet verum quod ei Diabolus perſuadebat: ſecundum Thom. 1. par. quæſt. 94. artic. 4.

1. Tho. 2. Thom. in 1. part. qō. 94. art. 4. Aug. libr. 11. cap. 30.

Thom. in 2. 2. q. 163. artic. 4.

Non intellexit Adam quod ſibi fuerat à domino prohibitum quam graue peccatum. Quamuis enim nō crederet verba ſerpentis eſſe vera vt mulier: tamen deuictus ſuaſione Euæ: non quidem amore concupiſcentiæ: quia adhuc non inerat, ſed amore cuiuſdam beneuolentiæ, qua aliquando deuincitur amicus vt amico ſeruiat in malo. Sic Adam ne contriſtaret ſociam comedit de ligno: exiſtimans eſſe veniale: id eſt facile remittendum quod erat valde & graue. Non intellexit vterque malum quod ex tranſgreſſione eorum ſequēdum erat: ſcilicet mors animæ & corporis in ipſis: & toto humano genere. Et ideo dominus dixerat. Morte moriemini referendo ſe ad vtranque mortem. Sicut enim permanendo in innocentia ſua obſeruando præceptum generando filios transfudiſſent in eos iuſtitiam originalem quam & ipſi habebant,

Geneſ. 3.

A vt dictum eſt ſupra, ita tranſgrediendo præceptum illud dominicum: transfuderunt in omnes ab eis deſcendentes peccatum originale ſecundum carnalem propagationem. Vnde non in Chriſtum, quia etſi deſcendit ab eis ſecundum corpulentam ſubſtantiam: non tamen ſecundum carnalem propagationem, vt omnes alij: quod originale peccatum inquantum cauſa eſt vtriuſque mortis: contrahitur ex conceptione ab anima cum infunditur corpori: nec quiſquam ab eo liberari poteſt, niſi per gratiam mediatoris. Vnde Auguſt. de peccato B actuali & originali loquens ſic ait. Itaque homo cum ab eo qui eum genuit alter eſt effectus, peccato alterius ſine ſua conſenſione non tenetur obnoxius. Et de originali immediate ſubdit. Traxit ergo reatum homo, ſcilicet peccati originalis: quia vnus erat cum illo & in illo à quo traxit, ſcilicet Adam ſecundum virtutem ſeminalem quando illud quod contrahit admiſſum eſt. 1. q. 4. iam itaque. Idem Aug. de conſecrat. diſtin. 4. firmiſſime ait. ſic firmiſſime tene: & nullatenus dubites: omnem hominem qui concipitur per concubitum maris & fœminæ, cum peccato originali naſci [& impie- C tati mortique ſubiectum, & ob hoc naturaliter filium iræ: à qua ira nullus liberabitur, niſi per gratiam mediatoris hominis Ieſu Chriſti.] Vbi etiam ſciendum, quod ſi ſola mulier peccaſſet & non Adam: ipſa ſola damnata fuiſſet niſi pœnituiſſet: ſed non exinde genus humanum originali peccato infectum fuiſſet: ſicut fuit peccante Adam: in quo erat principium actiuum generationis humanæ. Non intellexit vterque quando poſt culpam à Deo fuerunt vocati dicendo: Adam vbi es? Ideo enim requirebantur vt confiterentur peccatum: & pœnitendo expiaretur. Sed quia hoc non egerunt, D ſed ſe excuſauerunt: retorquentes cauſam culpæ in alterum, in Deum vel in ſerpentem: ideo eiecti ſunt de Paradiſo, vbi comparati ſunt iumentis inſipientibus, &c.

A. M. 1. Thom. in 1. 2. qō. 81. art. 2. De peccato originali.

Augu. ad Bonifa. cap. 23.

Augu. de fide ad Pet. ca. 26.

Thom. in 1. 2. qō. 81. cap. 5.

Gen. 3.

§. III.

De ſtatu primi hominis poſt lapſum. Vide de his Tho. in 1. 2. qō. 85. & Cōc. Tridem. ſeſſ. 1.

QVANTVM AD TERTIVM QVO notatur miſeria qua fuit condemnatus, cum dicitur: Comparatus eſt iumentis. Quod autem comparauerit Deus homines iumentis poſt peccatum: patet ex hoc quod dicitur Gen. 3. quod fecit eis tunicas pelliceas: & quaſi inſultans eis per Angelum dixit. Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis. Quaſi diceret. Voluit eſſe Deus: & factus E eſt vt beſtia, & ideo tunicam beſtialem ei facio. Et ſimilis factus eſt iumentis. Primo quidem: quia vt dicitur Eccleſiaſt. 3. Vnus eſt interitus hominis & iumentorum: & æqua vtriuſque conditio: quia ſcilicet ſubditus morti corporali. Secundo, quia ſicut iumenta reguntur paſſionibus concupiſcibilis, & iraſcibilis: non cohibentes eas ratione qua carent: ita & homines ſimiles ſunt iumentis ſequentes paſſiones vitiorum, nec eas ratione regulantes quam habent: vnde & deterioris conditionis. Tertio, ſicut iumenta belligerant adinuicem: ita & peccatores pro concupiſcentiis honorum F vel voluptatum: vel rerum præliantur in ſimul: ſecundum illud Iacobi 4. Vnde bella & lites in vobis: niſi ex concupiſcentiis, &c. vt patebit infra. Quarto, quia iumenta delectantur verſari in locis immundis: ita homines delectantur conuerſari in immunditiis & permanere in eis: ſecundum illud Ioelis. Computruerunt vt iumenta in ſtercore ſuo. Quinto, quia vt iumenta ſubduntur multis laboribus

Homo quare ſimilis iumentis.

Ioel. 1.

A.M. 1.

A nes in peccatis. Vocatur autē peccator à Deo in Paradiſo Eccleſiæ poſitus numero: etſi non merito per inſpirationem, vt confiteatur peccatum ſuum & ſibi indulgeatur: ſed ſi non fatetur peccatum ſuum humiliter: ſed ſe excuſat & alteri occaſionem tribuit, vt primi parentes, Deus non indulget, vt oſtendit Grego. de pœn. di. 1. c. voluiſſent. §. ex his. Quinimo perſeuerans in malo cum eſt notorium eiicitur de Paradiſo Eccleſiæ: per ſententiā excluſus ab ea & numero: vt non poſſit ſumere de ligno vitæ: id eſt participare ſacramento Euchariſtiæ: vt not. Gratianus. 11. q. 3. §. euidenter itaque. Ex hoc etiam apparet quòd dum quis vacat Deo & ſibi non peccat. Cum autem conuerſatur cum aliis præcipue malis: vel ſe implicat iſtis inferioribus: de facili cadit. Vnde Ambro. Quando Adam ſolus erat: non eſt præuaricatus quia mens eius adhærebat Deo, de pœn. diſt. 2. quando. Sed nec ſanctitudo loci, vel ſolitudo, & magnitudo ſtatus hominem ſecurum reddere poteſt. Vnde Gregor. Quælibet occulta loca animam ſine gratia ſaluare non poſſunt: quod in ipſis conſpicimus erratis electorum. Quid enim iucundius Paradiſo: & tamen homo ex Paradiſo peccando cecidit di. 40. c. quælibet. & congrue de Paradiſo eiectus ſecundum Gre. Qui enim nobilitatem Dei à ſe eiicit: nobilitate loci priuatur. di. 40. Adam. Nobilitatem Dei habebat, quia factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei: vt dicitur Gene. 1. ad imaginem quidem Dei quia habebat in ſe virtutum gratiam: renitentémque ſplendorem pietatis, in qua eſt ſplendor gloriæ & paternæ imago ſubſtantiæ: ait Amb. de pœn. diſ. 2. illa anima. Vel ad imaginem Dei dicitur factus quo ad naturalia: ſecundum Magiſtrum ſen. in 1. diſt. 3. in quantum ſcilicet in anima vna ſunt tres potentiæ: ſcilicet memoria, intelligentia, & voluntas diſtinctæ realiter: vna tamen anima. ſic in ſanctiſſima Trinitate ſunt tres perſonæ, pater & filius & ſpiritusſanctus, vna tamen eſſentia. Ad ſimilitudinem vero Dei dicitur quantum ad gratuita ſuperaddita. Vnde Ambro. Similem eſſe Dei eſt habere iuſtitiam, ſapientiam, & in virtute eſſe perfectum. Corrupta autem radice humani generis: id eſt primis parentibus per peccatum: tota poſteritas, quæ tunc in eis erat ſecundum ſeminalem rationem, infecta eſt peccato originali: & obnoxia perditioni. Christus autem, quia ab Adam deſcendit ſecundum corpulentam ſubſtantiam: non ſecundum carnalem propagationem ex commixtione viri & fœminæ: ſed tantum ex virgine ſolus originale euaſit nec aliquis ſaluari poteſt & erui à damnatione niſi per gratiam Chriſti mediatoris, ſecundum Auguſtinum. de conſe. diſt. 4. firmiſſime. Et quia per ſenſibilia homo offendit: per ſenſibilia ſacramenta reparatur ad gratiam. Et quia contraria contrariis curantur, Sicut per ſenſibile pomum ſuperbe & inobedienter vtendo deprauatus eſt & damnationem incurrit: ita per ſacramenta ſenſibilia quibus propter Deum ſe ſubiicit capiendo iuſtificatur. Et ſacramenta quidem nouæ legis ita ſignant ipſam gratiam ſeu effectum eius: vt etiam cauſent gratiam: ſacramenta vero veteris teſtamenti tantum ſignificabant: non autem conferebant: ſecundum Thom. in 4. Remedia igitur & medicinæ contra originale peccatum ponuntur varia: in nouo quidem teſtamento poſt Euangelium diuulgatum, vnum tantum eſt commune omni nationi: baptiſmus ſcilicet aquæ collatus in forma eccleſiæ, Matthæi vltimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit: conſeruando ſcilicet gratiam

Greg. l. 4. dial. c. 43.

Ambr. ad Sab. ep. 41. l. 6.

Gre. in re. li. 6. c. 169.

homo ad imagi. ē Dei quomodo factus.

Gre. ho. 9. ſup. Ezec.

Amb. l. 6. hexaem. c. 7.

Mag. l. 3. d. 3. §. 9.

Christus euaſit peccatum originale.

Aug. de fi. de ad Pet. c. 26.

Sacramenta cō ferunt gratiam.

Auguſt. in pſal. 193. & Côc. Trid. ſeſſ. 7. c. 6. Et Th. di. 1. q. 1. art. 1. & 4.

Remedia ad tollendum originale peccatum va-

baptiſmalem, vel per pœnitentiam redintegrando. Et adultis quidem, quando non poteſt haberi baptiſmus aquę, ſufficit baptiſmus flaminis: id eſt propoſitū eius cū fide, & multo magis baptiſmus ſanguinis id eſt martyriū. de cõſe. diſ. 3. baptiſmi vicē. Carentib. antē vſu rationis nō niſi p baptiſmū aq̄ ſubueniri poteſt ad ſalutem, niſi occiderentur pro Chriſto. In veteri autem teſtamento quo ad habentes vſum rationis propria fides de Chriſto implicita ab originali B hominem mundabat: qui nondum purgatus erat: quam tamen fidem proteſtabatur aliquo ſacrificio, oblatione, Dei inuocatione expreſſa & huiuſmodi. Quo ad paruulos autem eos qui deſcenderunt ex Abraham vſque ad paſſionem Chriſti, maſculos ſcilicet purgabat ab originali circūciſio id eſt fides parentum: cuius proteſtatio erat ipſa circunciſio, vt eſſet ipſa non cauſa qua: ſed cauſa ſine qua non fiebat remiſſio. Quātum ad fœminas generis Abrahæ erat idem modus curationis, qui apud alias nationes: videlicet fides parentum non habitualis: ſed actualiter C relata ad ſalutem paruuli, cuius proteſtatio erat aliquod ſacrificium, vel aliqua oratio vocalis, ſeu inuocatio Dei exterior: quod erat vt ſacramentum. & ſic intelligenda eſt autoritas Grego. de conſec. diſtin. 4. quod autem. Peccata autem actualia addita originali præcipue mortifera, nunquam deleta ſunt niſi per pœnitentiam interiorem, id eſt contritionem. Vnde Aug. neminem putes ab errore ad veritatem, à quocunque magno vel paruo peccato ad correctionem ſine pœnitentia poſſe, tranſire. de pœn. diſtinc. 3. neminem. & cap. tres ſunt. Et primi parentes vt dicit Aug. de pœn. diſt. 3. ſicut primi in mundo poſiti, creduntur pœnituiſſe valde ſui exceſſus: vnde & D ſaluati Chriſti paſſione, ſed in nouo teſtamento per maxime poſt publicatum Eccleſiæ præceptum, de confeſſione. extra de pœn. & remiſ. omnis vtriuſque ſexus. non ſufficit contritio ad ſalutem niſi addatur vocalis confeſſio debite facta ſacerdoti cum adeſt facultas. Et ſic intelligitur quod ait Ambro. in lib. de Paradiſo. Non poteſt quis à peccato iuſtificari niſi peccatum fuerit ante confeſſus. de pœn. diſt. 1. non poteſt, id eſt ſcilicet propoſito ſaltem, ſed poſtea tempore ſuo actu debet confiteri: aliàs damnationem incurreret. Non proſunt autem baptiſmus & alia ſacramenta niſi in Eccleſia ſancta. vnde nec hæreticis vel in mortali permanentibus. Nam vt dicit Hiero.[a] Qui eſt aliqua peccati macula pollutus, de E Eccleſia dici non poteſt, nec Chriſto ſubiectus. de pœn. diſt. 1. Eccleſia. Vnde & Aug. Eccleſia Paradiſo comparata indicat nobis poſſe quidem baptiſmum eius homines etiam foris accipere, ſed ſalutem beatitudinis extra eam neminem vel percipere vel tenere. non enim in Meſopotamia vel Ægypto, quo illa flumina peruenerunt eſt fęlicitas vitæ que in Paradiſo commemoratur. Sic ergo baptiſmus Eccleſiæ poteſt eſſe extra Eccleſiam, munus autem beatæ F vitæ non niſi intra Eccleſiam reperitur. de conſe. diſ. 4. Eccleſia. Quia vero Deus glorioſus præſcius erat lapſus humani generis, diſpoſuit & reparationem quæ facta eſt per incarnationem & paſsionem. vnde virtutem habent ſacramenta Eccleſiæ ab initio præſignari, & ab homine primo prenunciari potuerunt prophetice, non inquantum extant ad redem-

A.M. 1.

Adultis id neceſſitate ſufficit baptiſmus flaminis. ſed nō paruulis.

Thom. 1a 3. p. q. 70 a. 4.

Quomodo Circūciſio purgabat à peccato originali.

Greg. l. 4. in Iob. c. 2.

Au. ep. 48.

Pœnitentia interior mundat à peccato.

Aug. l. 2. de peccato me. c. 34.

Conci. Later. c. 21.

Confeſſio neceſſaria ad ſalutē.

Amb. in li. de par. c. 14.

Au. li. 4 de bapt. c. 1.

Extra eccleſiam nulla eſt ſalus.

a Cū audis homines peccato pollutos nō eſſe in Eccleſia intellige merito, quamuis numero in ea cēſeantur. vel eos qui propter peccata ab Eccleſia per excommunicationem excluſi ſunt.

A. M. 15. numero dierum. Quod autem ita tarde legatur ta- A
Au.ib.e.15. les genuiſſe filios: cum tamen vacarent coniugio
non continentiæ virginali, aſſignat Auguſtin. du-
plicem rationem. Vel quia ſicut tam longo tempo-
Quare primi parentes tarde generaſſe dicantur. re viuebant, ita & tarde erant apti ad generatio-
nem. Vel quod illi de quibus narrat ſcriptura non
erant primogeniti eorum. Nam & multos alios
poterant genuiſſe prius ſicut & poſtea, ſed ideo illos
nominauerunt primo, quia aliis genitis præpone-
bantur in dignitate vel præſidentia ſuper alios. Et
quia ex illis texenda erat Chriſti genealogia, vt ex
illis deſcendens & non ex aliis ab illis genitis. Si- B
cut etiam euangeliſta Matthæus deſcribens genea-
Mat. 1. logiam Chriſti dixit. Iacob genuit Iudam & fratres
eius: cum tamen Iudas non fuerit primo natus, ſed
quarto loco: ſed Iudam aliis omiſſis poſuit, quia ex
eo Chriſtus deſcendit ſecundum carnem. Adam igi-
tur & Eua ſicut creditur ipſa die ſuæ creationis, id
eſt ſexta die mundi in Paradiſo terreſtri circa me-
ridiem præuaricati ſunt, & paulopoſt circa horam
nonam eiecti ſunt. Vnde & nouus homo Chriſtus
eodem die poſt multas annorum reuolutiones: poſt
quinque millia centum nonaginta nouem annos à
creatione mundi (ſecundum ſeptuaginta interpre- C
viij. kal. Aprilis Chriſtus fuit cruei fixus. tes) ſexta feria. 8. Kalen. Aprilis: hora ſexta crucifixus
eſt eiuſdem peccati debitum ſoluens: & circa nonã
expirans latroni aditum Paradiſi reſeruauit. Proie-
cti autem primo parentes in exilium currunt ad hu-
manum ſolatium. Virgines enim de Paradiſo egreſſi
Gen. 4. ſunt, poſt quod cognouit Adam vxorem ſuam E-
uam. Anno itaque vitæ Adam quintodecimo natus
Gulier. de Naug. eſt Cain & ſoror eius Caſmana. poſt annos quinde-
cim natus eſt Abel & ſoror ei9 Delbora, vt dicit Vin
cen. in ſpe. hic. lib. 2. Creditur autem Adam filios do-
cuiſſe per ſeipſum Deo decimas & primitias offerre
vel ſacrificia, & Cain agricola vt auarus Deo ob- D
tulit ſpicas corroſas. Abel vt ſimplex & bonus pa-
ſtor ouium de pinguioribus gregis obtulit. Et quo-
niam vita eius & intentio Deo placuit: ipſius Abel
oblatio Deo grata fuit, non autem illa Cain. Quod
manifeſtum eſt ex hoc: quia vt dicitur in alia tran-
ſlatione: inflammauit Deus ſuper ſacrificium Abel.
non autem ſuper illud Cain: id eſt deſcendit i-
gnis de cælo ad incendendum ſacrificium oblatum
ab Abel: non ſuper oblatum à Cain. Quod cernens.
Cain inuidens bonitati fratris, cum dolo occidit in
campo Damaſceno, vt habetur Geneſ. 4. Ipſe Cain
à Domino inquiſitus de fratre ſuo vt vel ſic reco- E
gnoſceret peccatum ſuum confitendo, excuſauit di-
cens ſe neſcire. Sed & domino increpante eum de
fratricidio non egit pœnitentiam: ſed deſperationis
malum adauxit, & vagus & profugus egreſſus eſt à
facie Dei qui ei apparuerat in ſubiecta creatura, vel
per Angelum in forma humana ad ei loquendum.
Cain primus ædificauit ciuitates. Hic vt ciuis terrenus primus ciuitatem ædificauit in
terra: rapinis & violentia opes congregans: ſuos ad
latrocinia inuitãs: ac ſimplicitatem hominum ad in-
uentionem menſurarum permutauit, & ad callidi-
Ciuitas Dei ab Abel & ciuitas Diaboli à Cain ortæ. tatem & corruptionem perduxit. Terminos terræ
primus poſuit: ciuitatem menſurauit: timens quos F
lædebat, ob ſeueritatem ſuos in ciuitatem collegit.
In his duobus primis filiis Adæ, ſcilicet Cain & A-
bel ortum habuerunt duæ ciuitates ſecundum Au-
Aug in 15. ciui. c. 1. & in 14. c. 28. guſtin. de ciui. Dei. Vna bonorum, quæ peregrinatur
in terris & habitationem expectat in cœlis, cœleſtis
Hieruſalem, quæ ſpiritualiter ædificatur vt ciui-
tas, incipiens ab amore Dei: & perueniens vſque ad

A contemptum ſui per veram humilitatem. Altera ci- A.M. 15.
uitas eſt reprobrorum quæ firmatur in terrenis: &
ad terram tenebrarum deſcendit: quam ædificat a-
mor ſui pertingens vſque ad contemptum Dei per
ſuperbiam: quæ dicitur Babylon confuſio interpreta
ta, ſicut Hieruſalem viſio pacis dicta. Ab Abel iuſto
ergo inchoaſſe dicitur Eccleſia ſanctorum, non ab
Adam ne videatur diſcontinuata per lapſum eius
& ne videatur inchoaſſe à peccatore. Sicut ergo
Cain malus perſecutus eſt Abel innocentem vſque 2. Tim. 3.
ad mortem: ita etiam (vt ait apoſtolus) Omnes qui
B pie volunt viuere in Chriſto neceſſe eſt vt perſecu-
tionẽ patiãtur à malis fidelib. vel infidelib. ſaltẽ per-
ſecutionẽ malorum exẽplorũ. Sicque exercetur pa- Greg. li. 9.
tientia animæ. Et Gregor. Abel eſſe renuit quem reg. ep. 39.
Cain malicia non exercet. Ferrum quippe noſtræ
mentis ad acumen non poteſt peruenire veritatis,
niſi eraſerit hoc alterius lima prauitatis. 7. q. j. cap. Vide Th.
aduerſitas. §. eſt & aliud. Et hoc pertinet ad do- in cap. 2.
num ſcientiæ bene conuerſari inter malos & in me- q. 4.
dio nationis prauæ & peruerſæ tanquam luminaria Phil. 2.
ſplendere patientia, nec extingui ex prauis operibus
eorum. In quo etiam figurata fuit paſſio Chriſti
C innocentis, occiſi ex inuidia à fratre ſuo, id eſt Iu-
dæis qui erant ex genere eius. vnde & illa poſte-
ritas tota obſtinata & reprobata eſt. Et quia aliæ
mulieres in mundo non erant, oportuit primos fi-
lios ad propagandum genus humanum accipere in
vxores ſorores ſuas, vt dicit Auguſtin. 35. quæſtio- Au. lib. 15.
ne prima capitul. j. Patri autem natus eſt Cain ma- ciuit. Dei
lus, & Abel bonus: ad innuendum quod tota maſ- cap. 16.
ſa humani generis damnata iure eſt in Adam, &
quòd aliquis ex ea vas in honorem efficiatur: non
prouenire ex natura: ſed ex Dei miſericordia.

Studia filiorum Cain manifeſte indicant ad
D quam prædictarum ciuitatum pertineant: ſcilicet
cœli & inferni. Lamech primum contra naturam Lamech
& mores bigamiam introduxit. ſcilicet habens ſi- introduxit biga-
mul duas vxores. Geneſ. 5. Si Iacob & Dauid & alij miam.
habuerunt plures vxores, hoc fecerunt ſpiritu ſan-
cto edocti ad dilatãdũ Dei cultum in illo populo re-
ſeruatum, vt dicitur extra de diuor. Gaudemus. Hic
autem ſola libidine. Huius etiam progenies adin-
uenit artes quaſdam mechanicas & curioſitates. Ia-
bel portatilia tentoria paſtorum adinuenit, vt habe-
tur Geneſ. 4. Cubal vero peritiam ſanorum muſico-
rum ſeu conſonantiarum. Et Cubalcain artem fer-
E rariam & ſculpturas metallorum. Noema eius ſo- Inuento
ror artem variæ texturæ, & omnes pene ſæcula- res artiũ
res artes vel ſcientiæ, ſiue mechanicæ, ſiue liberales mechani-
ſiue Philoſophicæ curioſitati, vel neceſſitati, ſuæ carum.
etiam exercitationi humanæ deſeruientes à filiis
huius ſæculi leguntur inuentæ. Huiuſmodi enim ar-
tes quæ non erant ad ſalutem, eorum ſtudio & labo-
re inueniendæ erant ab his quæ non erant filij ſalutis
æternæ. Illis ergo talibus talis labor debebatur, his
fructus ſeruabatur. Sic quoque ab Hæbræis Egy-
ptij ſpoliantur, vt merito veris Hebræis id eſt fi-
delibus congruat illud à Domino dictum. Alij la- Ioan. 4.
F borauerunt & vos in labores eorum introiſtis. De Com. c. 28.
illo Lamech dicit magiſter in hiſtoria & Nicolaus hiſto. gen.
de Lyra quòd erat venator, nõ quidem propter car- Lyr. in c. 4.
nes, quarum adhuc non erat vſus vt dicitur diſt. 35. gen.
ab exordio, ſed propter pelles animaliũ, vt ſibi face-
ret veſtes. Et quia cæcutiens erat ducebat ſecum pue-
rum qui eius arcus ſagittam ad feram dirigeret, qui
adoleſcens videns Cain iam decrepitum inter fru-

A.M. 130. tecta manentem: exiſtimans feram eſſe, innuit Lamech, vt contra eum tanquam feram ſagittam dimitteret: quo facto eum vulnere occidit. quod perpendens ex clamore eius vel aliter: occidit etiam puerum illum ex ira. Occidit ergo Cain vulnere: iuuenem autem ex liuore vulneris. Et ideo cum peccatum Cain punitum eſſet ſeptuplum: ſuum punitum eſt ſeptuages ſepties, quia ſeptuaginta & ſeptem animæ quæ egreſſæ fuerant de Lamech in diluuio perierunt.

¶ *De ſecunda ætate mundi: quæ incepit à tempore Noe; de fabricatione arcæ, de diluuio, de monſtruſis generibus hominum, de inebriatione Noe & maledictione Cham.*

CAP. II.

Secunda mundi ætas quæ. SECVNDA ætas mundi principium à Noe habuit poſt diluuium quod, fuit vniuerſale per totum mundum anno ſexcenteſimo vitæ Noe, à principio autem mũdi, ſecundum Hebræos, milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, ſed ſeptuaginta interpretes, quos Beda & Iſidorus approbant: bis mille ducentos & quadraginta duos annos nunciant, & durat vſque ad Abraham, ſecundum Hæbræos duceris nonaginta annis; ſed ſecundum ſeptuaginta interpretes, octingentis quadraginta duobus annis. Ante diluuiũ verò per centum annos dominus apparuit Noe: id eſt quingenteſimo anno vitæ Noe. Et cum iam genuiſſet filios Sem, Cham, & Iaphet, præcepit ei vt fabricaret arcam, in qua ſaluaretur ipſe cum filiis ſuis prædictis ex vxoribus eorum, & ex omnibus animantibus terræ & volucribus aliqua in ſexu maſculino & fœminino ab aquis diluuij. Sicque centum anni ſunt dati hominibus in ſpatium ad reuertendum ad veniam: in quibus Noe obediens Deo fabricauit arcam; prædicans facto & verbo hominibus pœnitentiam vt euaderent Dei ſententiam. Quinimo cum dixit Deus. Eruntque dies eius centum viginti anni, ex ponit Hieronymus de pœn. diſtinc. 3. prędixerat, quòd iſtud tempus fuit datum primo humano generi ad redeundum ad pœnitentiam. Sed quia non ſe emendabant ab his homines: ſed deteriores fiebant, abſtulit Deus viginti annos de tempore promiſſo: & in capite centum annorum immiſit diluuium. Omnis enim caro corruperat viam ſuam. Nam filij Cain, vt dicit Vincen. in ſpe Hiſto. vxoribus fratrum ſuorum nimiis fornicationibus abuſi ſunt & mulieres in veſaniam verſæ, ſupergreſſæ vires turpiter egerant. Eadem ex ardeſcentes homines in alterutrum coïerunt: & filij Seth, id eſt deſcendentes ab eo quondam religioſi & boni contra inhibitionem Adę patris ſui concupiſcentia victi filiabus Cain coniuncti ſunt. Vnde & gigantes genuerunt, homines ſcilicet immanes corporibus, ſuperbos viribus, inconditos moribus. Facta eſt autem arca ex Dei mandato: trecentorum cubitorum erat eius longitudo, latitudo quinquaginta: altitudo triginta, de lignis leuigatis & bituminatis. Feneſtra in arca facta & in cubito cõſummata erat ſummitas eius. Feneſtra quoque erat in ea in latere: & oſtium per quod animalia ingreſſa erant infra, id eſt iuxta terram. Et vbi litera noſtra dicit, Cœnacula & triſtega facies in ea, alia litera habet magis clare. Sic facies eam bicameratam & tricameratam. Quaſdam igitur partes ſeu cameras habebat, quas præ-

[Left margin notes: Beda in l. de ratio. ne t, t.ſti. in ſ c hy. mo.64. — Geneſ.c.6. — Hieron.in dac.c.9. — Gen 6. — Ex Cain proceſſerunt gigãtes — De conſtructione arcæ Noe. — Aug.de ci. l.15.c.26.]

A ter ſentinam Auguſt. dicit ibi fuiſſe. Dicit enim ſuper tabulatum ſentinæ fuiſſe bicameratam. Et erant cameræ laterales: vna ſcilicet ſtercoraria, alia apothecaria, vbi ſcilicet poſitæ erant eſcæ ad comedendum pro animalibus omnibus. Super hanc menſionem erat alia ſimiliter tricamerata & in vna earum habitabant animalia immitia, in alia mitia: medio homines. Alij vero has omnes in altitudine diſponunt, ſcilicet per ſolaria: vt Ioſephus, qui dicit ibi quatuor ſolaria fuiſſe, non includens ſentina: hoc in cap.6. Geneſ. Ingreſſo igitur Noe in arcam B iuxta mandatum Domini cum vxore ſua & tribus filiis & cunctis generibus animalium: duo & duo ex immundis, maſculus ſcilicet & fœmina: ex mundis vero ſeptena: inundauit diluuium quadraginta diebus & quadraginta noctibus continuis, pluuia maxima deſcendente. Fuitque aqua altior omni monte quindecim cubitis, vt ablueret ſordes aëris: ſicut etiam dicitur de igne finalis iudicij vſque etiam ad tantam altitudinem aſcenſuro. omniáque animalia terræ & volucres perierunt diluuio, his exceptis quæ in arca erãt quæ per ſe Deo operante venerunt ad arcam, & intrauerunt ante diluuium: & de C eſcis ibi repoſitis paſcebantur, & tenuerunt aquæ terram centum quinquaginta diebus, poſtea cœperunt imminui. Requieuitque arca ſuper montes Armeniæ menſe ſeptimo, viceſimo ſexto die dicti menſis. Emiſitque Noe coruum de arca, vt videret, ſi iam ceſſaſſent aquæ, qui non eſt reuerſus ad arcam. Emiſit exinde columbam: quæ non inuenit vbi requieſceret pes eius, ſcilicet locum mundum, & reuerſa eſt ad arcam & introducta, exinde expectatis ſeptem diebus iterum emiſſa columba, attulit ramuſculum virentis oliuæ in ore ſuo ad arcam in ſignum clementiæ Dei. Sicque ea Die D qua Noe ingreſſus eſt arcam, illa die reuoluto anno, quo fuerunt in arca ad præceptum Domini egreſſus eſt de arca cum filiis & vxoribus & omnibus animantibus ibi conſeruatis. Qui ædificato altari obtulit ſacrificium Deo, quaſi pro pace & gratiarum actione, acceptauitque Deus ſacrificium vt habetur Geneſ.8. Et benedixit eis. Quæ benedictio in tribus conſiſtit: in prolis multiplicatione, in cæterorum animantium ſubiectione, & in ciborum conceſſione, quæ tunc amplificata fuerunt: tum propter hominis infirmitatem: tum propter terræ infœcunditatem. Vnde conceſſus fuit vſus carnium: qui in prima ætate non fuit: vt dicit Hieron. diſtinc.3. E ab exordio. Fuit tamen conceſſa caro abſque ſanguine, ſub quo prohibetur homicidium. Et quia timebatur adhuc diluuium, pepigit Dominus cum eis fœdus ſecuritatis: & poſuit arcum pluuialem in nubibus, qui licet dicatur habere ſex vel quatuor colores, duos tamen habet principales, in ſignum duorum iudiciorum exterius, ſcilicet cæruleum, qui & aquoſus eſt, in ſignum iudicij per aquam præteriti, ne amplius timeatur: interius vero rubeum in ſignum futuri per ignem, vt expectetur. Sic ergo in diluuio terminata eſt prima ætas, & quaſi infantia obliuioni tradita: & initium habuit ſecunda. F In eo autem quod dicit dominus ad Noe. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Gen.6. Spiritus Dei poteſt hîc intelligi ſpiritus ſanctus, ſcilicet per gratiam inhabitãs in homine, vel voluntas Dei, cui concordat & quam ſequitur rectè viuens. Caro autem dicitur homo qui viuit ſecundum carnem. Quod vtrique cum fit: pro tunc impoſſibile eſt, vt viuat ſecundum ſpiritum id eſt

[Right margin notes: A.M. 130. Au. de ci. li. 15.c.26. — Ioſe.lib.1. antiq. c.3. Gen.c.7. Diluuium vniuerſale — Gen.c.8. — Gen c.9. — Hie.l.1. ad ver.Iouin. In ſecunda ætate fuit conceſſus vſus carniũ. Iridis colores quid ſignet. — Exponit illa verba non permanebit ſpiritus meus &c.]

A. M. 1646.

id eſt voluntatem Dei. Et ſic non eſt in eo ſpiritus, gratia, ſeu voluntas Dei impleta. Vnde & Apoſtolus ait ad Rom. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini, ſcilicet ſpiritualiter & æternaliter. Sed ſi ſpiritu: id eſt ſecundum rationem Dei ſeu ſpiritu: id eſt voluntate regulata: facta carnis: id eſt opera mortificaueritis: viuetis, in gratia ſcilicet, & poſt in gloria.

Rom. 8.

Aug. 14. ci. cap. 2.

Au. 14. de ciuit. Dei: in principio ponit hãc eſſe differentiã inter ciuitatẽ ſeu ſocietatẽ electorũ & reproborum: quia mali viuunt ſecũdũ carnẽ boni ſecũdũ ſpiritum. Et declarans diffuſe vtrumque dicit, quòd viuere ſecundum carnem non eſt ſolum viuere ſecundum voluptates carnis in venereis & cibis & & potibus & huiuſmodi: in quibus Epicurei conſtituerunt ſummum bonum: quod reprobat ex eo, quia cùm apoſtolus dixerat ad Gal. Manifeſta ſunt opera carnis, ea explicans, non ſolum exprimit adulteria, fornicationes, immunditias, comeſſationes, & ebrietates, ſed eis annumerat idololatriam, inimicitias, inuidias, animoſitates, hæreſes, & huiuſmodi, quæ vtique vitia carne non perficiuntur: & in diabolo, qui incorporalis eſt, reperiuntur, vt inuidia, inimicitiæ, & huiuſmodi. Nec etiam viuere ſecundum ſpiritum eſt viuere ſecundum virtutem humanam acquiſitam: in qua Stoici ſummum bonum ponebant, ſed hoc eſt viuere ſecundum carnem: viuere ſecundum hominem, id eſt ſecundum ſeipſum: vel apertius loquendo, ſecundum propriam voluntatem non ſubditam Dei voluntati, ſed rebellem, & hoc eſt viuere ſecundum ſpiritum viuere ſecundum Deum: ſeu apertius ſecundum voluntatem Dei.

Viuere ſecundum carnem quid.

ad Gal. 5.

Diffinitio pacti.

Et quia peccatum non eſt niſi dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei & contra voluntatem eius, ideo non fruſtra dici poteſt omne peccatum mendacium. Non enim, vt ait Auguſtinus, fit peccatum, niſi ea voluntate qua volumus vt bene ſit nobis, vel nolumus, vt male ſit nobis. Ergo mendacium eſt, quod cum fiat vt bene ſit nobis: hinc potius male eſt nobis. Vel cum fiat, vt melius ſit nobis, hinc potius peius eſt nobis. Vnde hoc, niſi quia de Deo bene poteſt eſſe homini (ſcilicet viuẽdo ſecundum voluntatem eius) quem delinquendo deſerit, non de ſeipſo, id eſt de ſua voluntate propria: ſecundum quam viuendo delinquit: vnde de diabolo cum voluit ſecundum ſeipſum viuere, ſcilicet complacendo in ſua elatione, dixit Chriſtus: in veritate non ſtetit, & de homine: quia omnis homo eſt peccator. Pſalm. 115. dicitur. Omnis homo mendax.

Aug. l. 14. ciu. c. 4.

Omne pactum mẽdacium & quare.

Pſalm. 8.

Aug. li. 14. ciu. c. 6.

Paſſiones hominis bonæ vel malæ.

Intereſt ergo qualis ſit voluntas hominis: quia ſi peruerſa eſt: quod eſt viuere ſecundum hominem, ſeu ſecundum propriam voluntatem: peruerſos habebit motus paſſionum, ſcilicet deſiderij, gaudij, triſtitiæ, & timoris, & aliarum quæ ad has reducuntur. Si autem recta eſt voluntas: non ſolum inculpabiles, verũ etiã laudabiles erunt ij motus paſſionum. Voluntas quippe eſt in omnibus, imo omnes nihil aliud quam voluntates ſunt. Nam quid eſt aliud cupiditas & lętitia, niſi voluntas in eorum conſenſionem quæ volumus. Et quid eſt metus atque triſtitia niſi voluntas in diſſentiendo ab his quæ nolumus? Et omnino pro varietate rerum quę appetuntur vel fugiuntur: ſicut allicitur vel offenditur voluntas hominis: ita in hos vel illos animi affectus mutatur & vertitur. Cum igitur hæ paſſiones reperiantur in bonis & malis, etiam ipſa triſtitia ſeu dolor quam Stoici aſſerebant non reperiri in animo ſapientis, reperitur in bono & maxime apud noſtros. Apud nos inquit Aug. in c. 9. dicti libri iuxta ſanctas ſcripturas: ciues ſanctæ ci-

Aug. c. 9. li. 14. ciu.

Vir. 6. Æn.

A uitatis Dei in huius vitæ peregrinatione ſecundum Deum viuentes metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque. Et quia rectus eſt amor eorum (quod eſt principium paſſionum) omnes iſtas affectiones rectas habent. Metuunt enim pœnam æternam, cupiunt vitam æternam, dolent in re, quia ipſi in ſemetipſis adhuc ingemiſcunt adoptionem, expectantes redemptionem corporis ſui: gaudent in ſpe: quia fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Item metuunt peccare, cupiunt perſeuerare, dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Et

A. M. 1646.

1. Cor. 15.

B ſubdit ibi Auguſt. authoritates ſcripturæ vnde moueantur ſancti ad iſta. Exemplificat etiam de Apoſtolo Paulo de ſe aſſerente quomodo his recte vtebatur paſſionibus. Quinimmo etiam Chriſtus qui (vt patet in Euangelio) cœpit pauere & triſtis eſſe, & deſiderio deſiderauit manducare Paſcha cum diſcipulis & gauiſus eſt audita morte Lazari. Sed nos iſta experimur ſecundum paſſionem, Chriſtus vero ſecundum propaſſionem, ita ſcilicet vt in nullo obſcuraretur actus ſeu lumen rationis: quod non accidit in nobis. Finis autem carnalium eſt perditio ex diluuio deſideriorum, quæ militant aduerſus

Matth. 26. Luc. 22. Ioa. 11.

Thom. in 3. p. q. 15. artic. 4.

C animam ſeu carnalis concupiſcentiæ, quæ concupiſcit aduerſus ſpiritum. Finis autem ſpiritualium ſeu viuentium ſecundum ſpiritum eſt ſaluatio figurata in paucis ſaluatis in arca. Vbi etiam aduertendũ & cauendum à malorũ familiaritate. Nam ſpirituales (ſcilicet deſcẽdẽtes ex Seth filio Adæ) poſtquã commixti ſunt cum carnalibus: ſcilicet mulieribus deſcendentibus ex Cain, effecti ſunt & ipſi ſecundum carnem viuentes. Dicuntur autem deſcẽdentes ex Seth Filij Dei & Angeli Dei ſecundum aliam literam propter adoptionem & puritatem priorem:

Finis carnalium.

Finis ſpiritualium

Aug. 15. ci. c. 14.

D ſicut deſcendentes ex Cain dicuntur filij hominum: id eſt ſecundum hominem, ſeu carnem viuentes. Nec credendum eſt quòd Angeli Dei (vt quidam dixerunt) fuerint dæmones incubi: qui immiſcentes ſecum mulieribus generarent gigantes. Quod reprobat Aug. in 15. de ciuitate Dei.

Aug. 15. ci. c. 23.

§. I.

DE ARCA AVTEM FACTA A Noe quo ad materiam & formam & contenta in ea dicit Auguſt. in 25. de ciuitate Dei in fine. Credendum eſt & ſapienter eſſe memoriæ literis mandata: & geſta eſſe: & ſignificare aliquid: & ipſum aliquid ad præfigurandam Eccleſiam pertinere. Et primo vt ait Gregorius in moral. Sicut omnes qui extra arcam reperti ſunt perierunt: ita omnes qui ſunt extra Eccleſiam diluuio vitiorum æternaliter pereunt.

Arca quid ſignificet. Aug in 15. ciu. c. 27.

E

Hęc habet Gre. c. c. 14. c. 2. Moral.

Materia arcæ, ſunt ligna quadrata, leuigata, & bituminata: ſignans fideles Eccleſiæ ſtabiles in bono: remota ab eis aſperitate & inæqualitate vitiorum, politos conformitate morum. Quantum ad dimenſiones longitudo fuit trecentorum cubitorum: qui numerus componitur ex ternario & centenario, qui centenarius numerus reſultat ex

Longitudo arcę quid ſignificat.

Expoſitio arcæ myſtica.

F decem decies ductis. Diuturnitas Eccleſiæ ſeu duratio eſt ab initio mundi vſque in finem, habens in hominibus electis ternarium virtutum, ſcilicet fidei, ſpei, & charitatis: cum perfecta obſeruatione & integra decem præceptorum. Latitudo Eccleſiæ eſt eius dilatatio vbique terrarum. In ipſa habetur ſola plena remiſſio peccatorum: ex latitudine caritatis, quæ operit vniuerſa delicta: vt dicitur Prouerb. 10. Erat enim latitudo arcæ quinquaginta cubitorum: qui eſt numerus Iubilei: in quo

Latitudo eſt arcæ.

A. M. 1.

erat plena remiſſio. Altitudo vero eius triginta cubitorum: altitudo enim Eccleſiæ eſt ſublimis notitia veritatis pertingens vſque ad myſterium Trinitatis & diuinarum perſonarum. Cuius perfecta notitia eſt terminus & finis omnium noſtrarum appetitionum. Conſtat enim tricenarius numerus ex ternario & denario: qui denarius eſt primus limes ſeu terminus numerorum. Cubiti autem iſti qui ad arcam ipſam materialem non ſunt intelligendi vt noſtri: ſed geometricales quorum vnus continet ſex ex noſtris, vt dicit Orige. quod placet Auguſtin. in de ciui. Dei. Vbi autem dicitur in noſtra tranſlatione, cœnacula & triſtega facies in ea: in alia dicitur bicamerata facies & tricamerata. Bicameratio ſignat diſtinctionem populi fidelis in circunciſionem & præputium, id eſt Iudæos & Gentiles. Tricameratio tres ſtatus Eccleſiæ virginum, continentium, & coniugatorum. Quadrupedia ibi exiſtentia actiuos, qui terrena incolunt. Altilia per cælum aëreum diſcurrentia: contemplatiuos homines vitam ex vtroque mixtam tenentes, quod precipue ſpectat ad præſidentes: qui regunt arcam Eccleſiæ. Animalia verò munda & immunda ibi ſunt, quia in Eccleſia quo ad numerum immixti ſunt boni cum malis. Et immunda quidem binario numero, qui numerus eſt primus excedens ab vnitate, quia mali ab vnitate dilectionis ſeparati ſunt. Munda vero ibi fuerunt in ſeptenario numero: quia electi ſeptiformi gratia ſpiritusſancti ditantur. Quatuor viri cum vxoribus eorum à diluuio præſeruati ſunt: quia & mares & fœminæ quaternarium numerum, virtutum ſcilicet cardinalium habentes in Eccleſia ſaluantur. Et ſicut aquæ multiplicatæ de cælo eleuauerunt arcam in ſublime: ita tribulationes multiplicatæ, quæ vtique de cælo immittuntur, mentem ſeu Eccleſiam ſubſtulerunt in altitudinem contemplationis & perfectionis. Magiſque diuina prouidentia quàm humana prudentia natantem arcam gubernauit: ne incurreret vbicunque naufragium: vt dicit Auguſtinus ibi, ita & Eccleſiam Chriſtus gubernat. Figurat etiam arca ipſa mediatorem, Dei & hominum, caput Eccleſiæ dominum Ieſum per paſſionem in ligno crucis nos ſaluantem à diluuio perditionis. Nam & menſuræ ipſæ longitudinis, latitudinis, & altitudinis ſignificant corpus humanum: in cuius veritate ad homines prænunciatus eſt venturus, & venit humani quippe corporis longitudo vertice vſque ad veſtigia ſexies tantum habet, quàm latitudo, quæ eſt ab vno latere ad alterum latus, & decies tantum quam altitudo: cuius altitudinis menſura eſt latere in dorſo ad ventrem veluti ſi iacentem hominem metiaris ſupinum, ſeu pronum ſexies tantum longus eſt à capite ad pedes, quantum latus ad dexteram vſque in ſiniſtram: vel à ſiniſtra in dexterã: & decies tantũ quantũ altus à terra. Vnde facta eſt arca in huius figuram, trecentorum cubitorum longitudinis, quinquaginta latitudinis, triginta altitudinis. Et quòd oſtium in latere accepit arca: profecto illud eſt vulnus quando latus crucifixi lancea perforatum eſt. Hac quippe ad illum venientes ingrediuntur: quia inde ſacramenta manarunt ſcilicet figurate & virtualiter quibus credentes initiantur.

Orig. ho. 2. in Gen. Aug. de ciui. c. 27. li. 15.

Sic interpretatur. Aug. in 15. ciu. c. 26.

Aug. li. 15. ciu. ca. 26. Arca ſignificat Chriſtum.

Hominis proportio.

Iob. 19.

Aug. li. 16. cap 8. De his mõſtroſis generib. hominum. Plin. l. 7. c. 2. & Gell. lib. 9. c. 4.

§. II.

DE MONSTROSIS GENERIBVS hominũ, de finibus gentium hiſtoriæ narrant: nam perhibentur quidam vnum habere oculum in

A fronte media, quibuſdam plantas verſas eſſe poſt crura: quibuſdam vtriuſque ſexus eſſe naturam: & dexteram mammam virilem, ſiniſtram muliebrem, vicibúſque inter ſe coeundo & gignere & parere. Aliis ora non eſſe, eoſque per nares tantum alimentum ſumere, alios ſtatura eſſe cubitales: quos pygmæos Græci à cubito vocant. Alibi quinquennes concipere fœminas: & octauum vitæ annum non excedere. Item ferunt eſſe gentes, vbi ſingula crura in pedibus habent nec poplitem flectunt, & ſunt mirabilis celeritatis, quos [a] ſciopodas vocant: quod B per æſtum in terra iacentes reſupini: vmbra ſe protegant pedum. Quoſdam ſine ceruice oculos habentes in humeris. Quid dicam de cynocephalis, quorum canina capita atque ipſe latratus magis beſtias quam homines confitetur? Sed omnia hominum genera quæ dicuntur eſſe, credere non eſt neceſſe. Verum quiſquis vſpiam naſcitur moriturus homo id eſt animal rationale mortale, quamuis inuſitatam noſtris ingerat ſenſibus corporis formam, ſeu colorem, ſiue motum, ſiue ſonum, ſiue quamlibet vim, qualibet parte, qualibet qualitate naturæ: ex illo vno protoplaſto originem ducere C nullus fidelium dubitat & inde per eum ex Noe poſt diluuium. Qualis autem ratio redditur de monſtroſis apud nos hominum partubus, talis de monſtroſis quibuſdam gentibus reddi poteſt. Deus enim eſt creator omnium, qui vbi & quando creari quid oporteat vel oportuerit ipſe nouit, ſciens vniuerſitatis pulchritudinem, quarum partium vel ſimilitudine vel diuerſitate ipſe contexat, ſed qui totum, inſpicere non poteſt, tanquam deformitate partis offenditur, quoniam cui congruat, & quo referatur, ignorat. Ponit Auguſtinus exempla de monſtroſis D aliquibus ſuo tempore & patria, vt de habente plantas lunatas & duos digitos tantum in eis, & duos in manibus. Item de homine nato duplici in ſuperioribus membris, ſimplici in inferioribus, habente duo capita, duo pectora, quatuor manus, & ventrem vnum & pedes duos. Quid ſi propterea Deus ſic voluit nonnullas gentes ita creare: ne in his monſtris quæ apud nos naſci oportet ex hominibus, eius ſapientiam quam natura fingit humana, velut abſurdum non notis videri debet artem in cuiuſpiam minus perfecti opificis putaremus erraſſe. [b] Antipodas autem eſſe, vt quidam fabulantur: id eſt homines à contraria parte terræ, vbi ſol oritur, quando E occidit nobis, aduerſa pedibus noſtris calcare veſtigia, nulla ratione credendum eſt.

A. M. 1.

Non credendum eſſe ea omnia hominum genera quæ dicũtur eſſe.

Auguſtin.

a σκιάποδας hos Græci vocant, eo quod ſibi ipſis ex pede vmbram faciant: σκιὰ enim vmbram & ποὺς pedem ſignificat.

b Antipodas eſſe tam certum eſt, vt negari non poſſit, & ad illos eſſe viam compertiſſimam eſt, etiam nonnullis antiquorum nedum nauigationibus noſtræ tempeſtatis Viues in Aug. comm.

§. III.

F NOE VIR AGRICOLA poſteà ex fructu vitis ab eo tranſplantatę inebriatus, cùm iaceret denudatis pudendis deriſus à Cham: ſed à Sem & Iaphet hoc audientibus coopertus eſt. Vnde Cham in filio maledictus, & alij duo ab eo benedicti: ſignat moraliter ſubditos deriſoriè & irreuerenter manifeſtantes vitia patrum ſpiritualium ſui, ob hoc incurrunt maledictionem damnationis. Sed boni ſubditi reuerentes patres ſuos cooperiunt defectus

Cham nudatum patrem deridens quid ſignificet.

A. M. 1.

fectus prælatorum, non aſſentiendo vel fauendo eis: & non diuulgando vbi non eſt vtile: hoc habetur. diſtinct. 96. in ſcripturis. Et de ebrietate eius ad literam dicit Ambr. In principio generis humani ignorabatur ebrietas, primus Noe vineam plantauit, dedit naturam, ſed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec ſuo pepercit authori. Sed ebrietas eius nobis ſuadet ſobrietatem: & infra obrepſerat quidem fraternæ prælationis inuidia: ſed manebat adhuc paternæ pietatis reuerentia: læſa eſt pietas: dum deridetur ebrietas. Manebat omnibus inconcuſſa libertas: nemo ſciebat à fratre obſequia ſeruitutis exigere, non eſſet hodie ſeruitus ſi ebrietas non fuiſſet. Hæc Ambroſi. diſt. 35. ſexto. In pœnam enim deriſionis Noe Chanaam filium Cham ſeruituti fratrum adiudicauit. Non autem Cham; ſed filius maledicitur, ad innuendum ſecundum Magiſtrum ſen. in 2. quod non propter primos motus peccatorum quis reprobatur: ſed propter hos qui ſunt mortales. Noe tamen non peccauit mortaliter, in hac inebriatione: quia ignorabat potentiam vini. Innuitur etiam, quod nimia potatio inducit ad denudationem membrorum in luxuria: quia venter mero eſtuans de facili deſpumat in libidinem. Hier. diſt. 35. venter.

Ambr. in l. de hel & ieiunio 5. — *Ex ebrietateproceſſit ſeruitus.* — *Mag. in 2. di. 42. c. 6.* — *Hier. ad Octa.*

Noe autem arcæ gubernator: qui vitem ſylueſtrem transſplantans domeſticam fecit: ex cuius vino inebriatus & ob hoc denudatus iacebat &c. ſignificat Chriſtum gubernatorem Eccleſiæ: qui vineam humanæ naturæ ſeu ſynagogæ à Deo creatã: & ex ſylueſtri producente agreſtes fructus timoris, doctrina ſua euangelica miraculis & exemplis confirmata ita domeſticauit, vt vinum ſuaue dilectionis produceret: ex cuius ſcilicet dilectionis ſuauitate quaſi inebriatus calicem inebriantem paſſionis ebibit: & in cruce morte ſoporatus permanſit denudatus, quod videns populus Iudæorum figuratus in Cham: vel etiam ſecundum Auguſt. cœtus hæreticorum ſeu malorum Chriſtianorum vocerefert aliis paſſionem nunciando: ſed deridendo ſeu male agendo exhonorat: & ob hoc non in ſe ſed in filio maledicit in opere ſuo. Vnde Chanaam interpretatur motus eorum, per quod ſignatur opus eorum. Sem vero & Iaphet tanquam circuncißio & præputium ideſt Iudæi & Gentiles: vocati ſcilicet & iuſtificati per fidem: cognita nuditate patris ideſt paſſione ſaluatoris, cooperiunt eius nuditatem ipſam venerando veſtimento in dorſo poſito, ideſt ſacramento paſſionis in memoriam præteritorum: & auerſa facie, ideſt auerſando ſeu deteſtando facinus Iudæorum: & vbi paſſionem Chriſti foris ideſt in ſono tantum vocis reprobi annunciant: probi in domo ideſt interiori homine habent tam grande myſterium atque honorant intus in corde. Benedictis igitur duobus filiis Noe & tertio maledicto: deinceps vſque ad Abraam de iuſtorum aliquorum qui Deum crederent & colerent commemoratione: ſilentium eſt per annos amplius quã mille: nec eos defuiſſe crediderim: ſed ſi omnes cõmemorarentur nimis longũ fieret: & eſſet hæc hiſtoria magis humana diligentia quàm prophetica prouidẽtia. Illa itaq; exequitur literarum ſacrarum ſcriptor iſtarum vel potius per eum Dei ſpiritus, quibus non ſolum narrentur præterita: verum etiam prænuntientur futura: quæ tamen pertinent ad ciuitatem Dei: quia & de hominibus, qui non ſunt ciues eius, quicquid hîc dicitur ad hoc dicitur: vt illa ex comparatione contraria vel proficiat, vel

Chriſtus per Noe deſignatus. — *Nota moralem expoſitionẽ.* — *Aug. in 16. ciui. cap. 2.* — *Boni honorãt paſſionem Chriſti.* — *Quare de quibuſdã iuſtis non fiat in ſacra ſcriptura cõmemoratio.*

A eminear. Non ſane omnia, quæ geſta narrantur aliquid etiam ſignificare putanda ſunt: ſed propter illa quæ aliquid ſignificant attexuntur. Solo enim vomere terra proſcinditur, ſed vt hoc fieri poßit: etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria. Hæc Auguſt. 16. de ciui. Dei.

A. M. 1. — *Aug. in 16. ciui. cap. 2.*

¶ *De filijs Noe volentibus turrim ædificare: quomodo confuſis linguis ceſſauerunt: & in Aſiam & Aphricam & Europam: diſperſi ſunt ſub diuerſis idiomatibus ſuis.*

B **CAP. III.**

Ex deſcendentibus à filiis Noe, ſcilicet, Cham & Iaphet, dicit Aug. de ciui. Dei non clare haberi: qui ex eis pertinuerint ad ciuitatem Dei vel Diaboli: credibilius tamen eſſe vt in filiis duorũ qui benedicti ſunt à Noe: ſcilicet Sẽ & Iaphet, antequã Babylonia cœpiſſet inſtitui, fuiſſe cõtẽptores Dei, ſcilicet aliquos: & in filiis Cham maledicti: fuiſſe aliquos cultores Dei, vtrunque tamen hominum genus terris nunquam defuiſſe credendum eſt. Nam quod ait, Pſal. 13. Omnes declinauerunt, nõ eſt qui faciat bonum: C de filiis hominum loquitur viuentium ſecundum carnem. Apparuit autem magis iſta diſtinctio duarum ciuitatum: ſeu ſocietatum bonorum & malorum tempore Heber: qui quartus eſt abnepos poſt Sem. Nam illucuſque fuerat vniuerſa terra, ideſt homines omnes vnius linguę & eorumdem ſermonum ſcilicet idiomatis Hebraici, plurimi verò progeniti à prædictis, ſecundum carnem viuentes, conueniẽtes in vnum quorum pręcipuus fuit Nenroth, Gigas deſcendens ex Cham: qui dicitur robuſtus venator: non ferarum ſed hominũ oppreſſor & extinctor. di. 6. §. vlt. & cœperunt ædificare ciuitatẽ cum D turribus ad cælũ attingentibus ex magna eorum ſuperbia contra Deum ſe erigentes. Et ipſis non ceſſantibus confuſæ ſunt ibi linguæ eorum miniſterio Angelorum, & ad eos refertur illa locutio. Venite & deſcendamus, &c. Veniunt enim ad Deum cogitationibus ſuis conſulendo incommutabilem veritatem: & deſcendunt hîc inferius operando ſecundum Dei voluntatem. Et quoniam dominatio imperantis eſt in lingua, dicit Aug. ibi. damnata eſt ſuperbia vt non intelligeretur, iubens homini, qui noluit intelligere, vt obediret Deo iubenti. Sicque illa conſpiratio diſſoluta eſt. Nam ſecundum quod fa- E miliæ ſeu gentes valde multiplicatæ quę deſcenderant ex tribus filiis Noe erant ſeptuaginta duę: ſic in ſeptuaginta duas linguas varias diuiſæ ſunt, & inde diſperſæ per orbẽ: & appellata eſt ciuitas & ſic incompleta Babylon, quæ interpretatur confuſio. vbi regnauit Nenroth: ampliata poſtea ab aliis & magnificata, ſubiugata tamen poſtea à Nino rege Aſſyriorum: qui Aſſyrij deſcenderunt à Sem filio maiori Noe. In familia autem Heber remanſit idioma Hebraicum: non quidem in omnibus ab eo progenitis, ſed ſolũ in linea illa qua peruenitur ad Abraam. Nec etiam in genitis omnibus ex Abraam, quia nõ F in Hiſmaelitis vel Idumeis natis ex Eſau: ſed ſolũ in deſcendentibus ab eo per Iacob in populo ſcilicet Iſrael. Vnde communius dicitur ſecundũ Aug. Hebræos natione ſic nominatos ab iſto Heber, apud quem remanſit idioma Hebræum quaſi heberei, ſed ſubtracta litera eſt: quamuis aliqui dicant ſic nominatos ab Abraam quaſi Abrahici. Vocauitq; Heber filium eius qui natus eſt ei facta tali diuiſione linguarum, phalegh quod interpretatur diuiſio, à tali

Continuatio ciuitatis Dei, & Diaboli. — *Aug. li. 16. ciui. ca. 10.* — *Ibid. ca. 11.* — *Gen. 10.* — *Lingua Hebraica fuit prima apud homines.* — *Gen. 10.* — *Iſid lib. de ſum. bono cap. 6. id habet.* — *Gen. ca. 11.* — *Angeli quomodo veniunt & deſcẽdũt.* — *Aug. li. 16. ciui. ca. 4.* — *Hebræa lingua in quib. permanſit.* — *Aug. li. 16. ciui. ca. 11.* — *Hebræi ab Heber ſunt nominati.* — *Augu. 16. ciui. ca. 11.*

A. M. 1.

euentu qui tunc contigerat, prius enim in dicta domo Heber permanſit cultus Dei in pertinentibus ad ciuitatem Dei viuẽtibus ſecundum ſpiritum. Dicũtur autẽ ſecundũ Vin. filij Sem obtinuiſſe Aſiam, filij Cham Aphricam. & filij Iaphet Europam. Iſido. in 4. libro. etymol. aſſerit quod orbis diuiſus eſt in tres partes: ſed non æqualiter. Nam Aſia à meridie per Orientem vſque ad ſeptemtrionem peruenit. Europa à ſeptentrione vſq; ad Occidentem: & inde Aphrica vſq; ad meridiem attingit. Sicque medium orbẽ tenet Aſia. Aliud mediũ Europa, & Aphrica: quæ ideo duæ factæ ſunt: quia inter vtraq; ab oceano mare magnum ingreditur: quod interſecat eas.

Tres filij Noe quas partes orbis obtinuerunt.

Diuiſio totius mũdi in tres partes ſed inæquales.

B

§. I.

DE PROVINCIA Aſiæ. Aſia autem ex nomine cuiuſdam mulieris eſt appellata ſecundum Vin. quæ apud Antiquos imperium tenuit Orientis. Habet iſta pars prouincias multas & regiones. Paradiſus terreſtris locus eſt in Orientis partibus: cuius vocabulum ex Græco in Latinum vertitur hortus: Hebraice Eden dicitur: quod Latinæ delitiæ interpretatur ex quibus ſimul iunctis reſultat hortus delitiarum. Eſt enim omni genere ligni & arborum pomiferarum conſitum: habens etiam lignum vitæ in medio. Non ibi frigus & æſtus: ſed perpetua aëris temperies, in eius medio fons prorumpens irrigat nemus totum. Diuiditur autem in qua tuor flumina: vt patet Gen. 2. Huus loci poſt peccatum eſt aditus interclusus.

Aſiæ deſcriptio ex Rich. de S. vict. lib. de tribus mun. part.

India quæ in Aſia eſt ab Indo flumine dicta eſt: quæ ex parte occidentali clauditur. Hæc à meridiano mari porrecta vſque ad ortum ſolis: & à ſeptemtrione vſque ad montem Caucaſum peruenit: habet gẽtes multas & oppida. Inſulã Tapobranã quoq; gẽmis & elephantis refertam. Chryſen & Argylem auro & argento fœcundat. Tylen quoq; arborum foliis nunquam carentem. Habet & fluuios Gangen & Indum & Hydaſpẽ illuſtrantes Indos. Terra Indiæ Fauonij ſpiritu ſaluberrima. In anno bis metit fruges vice hyemis eteſiis potitur. Gignit autem tincti coloris homines, elephantes ingentes, monoceron beſtiam ideſt vnicornium, pſitacum auem, ebenum que lignum, cinnamum, piper & calamum aromaticum. Mittitque ebur lapideſque pretioſos beryllos, chryſopaſſos, adamantes, carbunculum, lychiũtem: Margaritas & vniones quibus nobilium fœminarum ardet ambitio. Ibi etiam ſunt montes aurei: quos adire propter dracones & gryphes, vniuerſarum hominis genera eſſe impoſſibile Solinus dicit. Diu credita eſt tertia pars terrarum. Indiam liber pater ingreſſus eſt: vt pote qui Indis ſubactis primus omnium triumphauit.

India Sol. cap. 65.

C D E

Sunt & aliæ prouinciæ multæ in Aſia & regna: videlicet Parthia, Aſſyria, Media, Perſis, Meſopotamia. Babylon nomen eſt prouinciæ in qua eſt vrbs tam nobilis vt Chaldea & Aſſyria & Meſopotamia in eius nomen aliquando transierint.

Sol. ca. 70.

Arabia prouincia ſic eſt appellata id eſt ſacra: ſic interpretata: eo quod thuriferos habeat odores. Myrrha & cynnamũ ibi habẽtur: & ibi naſcitur auis phænix. Ipſa etiã dicitur Saba. Syria habet in ſe plures prouincias: ſcilicet Comagenam, Phæniciam, & Paleſtinam: cuius pars eſt Iudæa: abſq; Saracenis & Nabatheis. In Phænicia eſt Tyrus, ad quam Eſaias loquitur. Iudæa ex nomine Iudæ appellata ſcilicet eo quod reges ex illa tribu habuit: qui ibi regnauerunt. Hæc eſt Paleſtinæ regio quæ prius Chanaã dicta eſt à filio Cham: ſiue ex Chananæorum gentibus. Quibus expulſis Iudæam Domino concedente poſſeſſederunt In medio autem Iudææ ciuitas Hieroſolima. Terra eſt variarum opum diues, frugibus fertilis, a quis illuſtris: balſamis opima.

Arabia. Id cap. 46.

Syria Iudæa.

F

A

A. M. 1.

Samaria regio eſt Paleſtinæ, in qua ciuitas principalis etiam dicitur Samaria: vbi cõmuniter tenuerunt ſedẽ regni reges Iſrael: ſicut in Hieruſalem reges Iudææ. Hæc eſt media inter prouinciam Iudææ & prouinciã Galilææ: ſimilis eſt terræ Iudææ in bonitate. Galilæa prouincia etiam Paleſtinæ: & eſt duplex ſcilicet ſuperior & inferior. Pẽtapolis regio eſt in cõfinio Arabiæ & Paleſtinæ quinq; ciuitatum Sodomæ, &c. cæleſti igne conſumptarũ. Nabathæa à filio Hiſmael nominata, iacet inter Iudæam & Arabiam: Ægyptus quæ prius dicebatur Aeria ab Ægypto Danai fratre poſtea ibi regnante nomen accepit, regio cæli imbribus inſueta, & pluuiarũ ignara. Nilus ſolus eam circumfluens irrigat: & inundatione ſua fœcundat adeo copioſe, vt impleat neceſſariis mercibus orbem terræ. Scythia ſicut & Gottia & Magogha à filio Iaphet fertur cognominata. Hyrcanſia dicta eſt à ſylua Hyrcania: quæ Scythiæ ſubiacet. Albania à colore populi ſic nominata: eo quod albo crine naſcãtur homines: Armenia vocata eſt ab Armeno Iaſonis Theſſali comite: qui Armeniã cœpit. Hiberia regio eſt Aſiæ prope pontum Armeniæ: in hac herbæ tincturæ vtiles naſcuntur. Cappado ciam vrbs propria nominauit: hæc in capitæ Syriæ ſita. Aſia minor ab Oriente Cappadocia cingitur: ab aliis partibus mari circũdatur. Et habet prouincias iſtas, Bithyniã, Phrygiam, Galatiã, Lydiam, Cariam, Pãphiliam, Iſauriam, Lyciam, atq; Ciliciam: Bithynia autẽ in Ponti exordio à Bithyno rege nũcupata eſt: ipſa eſt maior Phrygia. Nicomedia vrbs eſt in ea, vbi Annibal fugiens veneni hauſtu animam ſpirauit. Galatia à priſcis Gallorum gentibus dicta eſt, à quibus extitit occupata. Phrygia dicta eſt à Phrygia Europæ filia. Hæc & Dardania à Dardano Iouis filio dicta eſt. Huius regio Troia eſt: quam ex ſuo nomine appellauit Tros Troianorum rex. Duæ enim ſunt Phrygiæ maior & minor. Maior Phrygia Smyrnam habet: minor vero Ilium & Lycaoniã. Pamphilia Ciliciæ ſociatur. Iſauria ex ſitu loci dicitur cognominata: quia vndique aperta aurarũ flatibus pateat. Metropolim vrbem Seleuciam habet. Cilicia à cilice quodã nomen traxit: matrem vrbium habet Tharſum. Lycia autẽ ſic nominatur eo quod ab Oriente ſit iuncta Ciliciæ. Ibi eſt mons ille mirabilis Chymera: quæ nocturnis æſtibus ignẽ exhalat: ſicut in Sicilia Æthna: & in Alemamnia Avickaen.

Samaria. *Galilæa.* *Nabathea* *Ægyptus.* *Scythia.* *Albania.* *Armenia* *Hyberia.* *Aſia minor.* *Pamphilia Iſauria Lycia.*

§. II.

DE ALIA TERTIA PARTE mundi quæ dicitur Europa. Europa quippe ab Agenoris regis Libyæ filia nomen accẽpit: quam Iupiter ab Africa raptam Cretam aduexit: & partem tertiam orbis ab ea denominauit. Incipit [ſub plaga ſeptemtrionis], à flumine Tanai deſcendens ad occaſum per ſeptemtrionalem Oceanum vſque ad fines Hiſpaniæ: pars Orientalis & meridiana à Ponto conſurgens: tota mari coniungitur: & in inſulas Gades finitur. Prima Europæ regio eſt Scythia inferior: quæ à Mæotidis paludibus incipiens inter Danubium & Oceanum ſeptemtrionalem vſque Germaniam porrigitur. Quæ terra propter barbaras gentes à quibus inhabitatur generaliter Barbaria dicitur. Huius pars prima Alania

Europæ deſcriptio. *Oroſ. li. 1. cap. 12.* *1. Cithia.* *Alania à lano flu. uio. Germania.*

A. M. I. A Alania eſt: poſt hanc Dacia vbi & Gothia: deinde
Germania vbi plurimam partem Sueui incolue-
Rich. de S. vict. runt. Germania poſt Scythiam inferiorem à Danu-
bio inter Rhenum fluuium & Oceanum concluſa
cingitur: terra diues virorum ac populis innumero-
ſis & immanibus. vnde & propter fœcunditatẽ gi-
gnẽdorũ populorũ Germania dicta eſt. Mittit gem-
mas, Cryſtallum, & ſuccinum. Duæ vero ſunt Ger-
maniæ: interior iuxta ſeptemtrionalẽ Oceanum: in-
ſerior circa Rhenum. Prouinciæ autem quas Danu-
bius à Barbarico ad Mediterraneum mare ſecludit,
ſunt: prima Moeſſia à meſſiũ prouentu vocata pro-
B pter abundantiã: poſt Mæſiam Pannona: poſt quam
Retichus frugibus ferax: qui excipit Galliam Belgi-
Thracia. cam: deinde Thraciã. Thraciç Thiras, Iaphet filius
nomẽ dediſſe perhibetur. Alia à ſenicia incolarum
Thraciã appellatã dixerũt. Huic ab Oriẽte Cõſtan-
tinopolis oppoſita ſeptemtrione partẽ eſt, ab Occa-
ſu Macedonia illi ſubiacet. Cuius regionem olim
vniuerſarum gentium populi Maſſagetæ, Sarmatæ,
Dalmatię. Scythæ & alienationes incoluerũt. Græcia à Græco
rege dicta eſt: qui cũctam illam regionem incoluit.
Sunt autem prouinciæ Græciæ quarũ prima eſt ab
Occidẽte Dalmatia, deinde Epirus ſiue Hellas: inde
C Theſſalia: inde Macedonia: inde Achaia & quæ in
Illyricus Lyrus. maiori Creta prouenire & Cyclades. Illyricus autẽ
generaliter & omnis Græcia & Dalmatia, à Delmi
maxima illius prouinciæ ciuitate dicta eſt. Epirus à
Pirrho Achillis filio dicitur: cuius pars Chaonia: quæ
ante Moloſſa dicta eſt à Moloſo filio Pyrrhi, quẽ de
Hellas. Andromacha habuit. Hellas rege Hellẽte Deucalio-
nis & Pyrrhç filio, à quo prius Græci ελλήνες nuncu-
pati ſunt Ipſa eſt Attica ipſa eſt vera Græcia: vbi fue
aunt Athenæ, ciuitas, mater literarum, philoſopho-
rum nutrix: qua nihil habuit Græcia clarius atque
nobilius. Helladis autẽ duæ ſunt prouinciæ, ſcilicet
D Beoria ſic dicta à boue. Ibi Thebæ conſtructæ ſunt:
in qua olim ciuilia bella detonuerunt, vbi nati ſunt
Bacchus & Hercules, maior ille Thebanus. Pelo-
Athenç. Boetia. Theſſalia. poneſſus ſecũda pars Helladis à Pelope rege Atticæ
vocata eſt. Theſſalia à Theſſalo rege dicta eſt: mul-
ta ſunt in Theſſalia flumina & oppida: inter quæ
præcipue eſt Theſſalonica. ibi eſt mons Parnaſſus
quondam Apollyni conſecratus. In Theſſalia quæ
& patria fuit Achillis, primũ ſolidi aurei facti ſunt:
domandorum quoque equorum vſus primum in-
Macedonia. uẽtus eſt. Macedonia à Macedone: qui fuit Deuca-
lionis nepos maternus. nomen accepit, poſtquam
E ibi accepit principatum: quæ prius Æmathia dice-
batur: qui confinis eſt à ſeptemtrione Meſiæ, patria
Alexandri magni: legio venis aureis & argẽteis opi-
Mons Olympus ma. Mons Olympus in ea eſt ita altus, vt in cacu-
mine eius nec venti nec nubes ſentiantur. Achaia
Achaia Archadia. ab Achæo rege & vrbs & prouincia appellata eſt:
hæc pœnę inſula eſt cuius caput eſt Corinthus Gre-
Hyſter id eſt Danubius Italia antiquitus magna Græcia vocabatur non tota tamẽ ſed illius pars. ciæ decus. Arcadia ſinus eſt Achaiæ: ipſa eſt Sicynia
à Sicyone rege à quo & regnum Sicyoniorum eſt
dictũ, habet asbeſtiõ lapidẽ: ſemel incenſus nunquã
extinguitur. Pannonia ab Alpibus Pennis dicta eſt:
quibus ab Italia ſecernitur: regio fortis & ſolo læta.
F Iſtriam Iſter fluuius vocauit: quæ terram illã influit,
ipſe eſt Danubius, habet autẽ à ſeptemtrione Pan-
noniam. Italia olim à Græcis populis occupata ma-
gna Græcia nũcupata eſt. Deinde à rege Saturno Sa-
turnia mox & Latiũ dicta eo quod Saturnus à Ioue
ſedibus ſuis pulſus ibi latuerit. Poſtremo ab Italo
Siculorũ rege ibi regnãte nuncupata eſt: terra om-
nibus rebus pulcherrima & fertilis: pabulli vberta-
te gratiſsima: habet lacus Benacũ Alcinũ atq; Lucri-

A num. Fluuios Eridanum Tyberim & repentes fon- A. M. I.
tibus Baias. Gignit gemmas, ſericum & corallium
& lingurium: boamque ſerpentem. Italia autem
& Hiſpania idcirco Heſperiæ dictæ ſunt eo quod
Græci Heſpero ſtella nauigent & in Italiã & in Hi-
ſpaniam, quæ hac ratione diſcernuntur. Aut Heſpe-
riam ſolam dicis & ſignificas Italiam: aut addis vlti-
mam & ſignas Hiſpaniam, quæ in Occidentis eſt fi-
ne. Tuſcia pars eſt Italiæ: Vmbria vero pars Thuſcię. Thuſcia.
Vmbria vero dicta (vt hiſtoriæ narrãt) eo quod tem-
pore aquoſæ cladis imbribus ſuperfuerit. Eſt enim
in iugis Apennini ſita montis in parte Italiæ iuxta
B Meridiem. Etruria pars eſt Italiæ dicta, eo quod eius Etruria.
finis tendebat vſque ad ripam Tyberis. Romæ eam
fines vnius tantum Tyberis ripa tenebantur: hic &
Thuſcia. Thuſcia autem à frequẽtia ſacrificij & thur
dicta eſt. Illic & aruſpicinam dicunt eſſe inuentam. Apulia Campania.
Apulia eſt vbi Brũduſium qua Æthol. ſecuri Diome-
dem ducẽ condiderunt. Campania prouincia Italię,
habet terras hyeme omni æſtateq; vernantes: & ſol
ibi mitis, grata tẽperies, aër purus & blandus. Gal- Gallia vnde dicta ſit.
lia dicta eſt à candore populi, galla enim Græce, La-
tine lac dicitur. Montes enim & rigor cæli ab ea
parte ſolis ardorem excludunt, quo ſit vt candor
C populi coloretur: hãc ab Oriẽte Alpium iuga tuen-
tur,) ab Occaſu Oceanus includit à meridie præru-
pta Pyrenæi, à ſeptemtrione Rheni fluenta atque
Germania: cuius initiũ Belgica, finis Aquitania eſt.
Regio eſt gleba vberi ac pabulo ad vſum animan-
tium apta. Fluminibuſque & fontibus irrigua, per-
fuſa duobus magnis Rheno & Rhodano flumini-
bus. Belgia autem ciuitas eſt Galliæ, à qua Belgica
prouincia dicta eſt. Ciſalpina, quia citra Alpes, Trãſ
alpina quia vltra Alpes: Rhenana quia iuxta Rhẽ-
num, Aquitania autẽ ab obliquis aquis Iligeris flu-
minis eſt appellata. Hiſpania prius ab Ibero amne Hiſpania Hyberia ante dicta.
D Iberia nuncupata eſt: poſtea ab Hyſpano Hiſpania
vocata. Ipſa eſt & vera Heſperia ab Heſpero ſtella
Occidentali dicta. Sita eſt autem inter Galliam &
Aphricam, à ſeptemtrione Pirenæis montibus clau-
ſa, à reliquis partibus vndique mari concluſa. Sa-
lubritate cæli æqualis, omnium frugum generibus Flumina Hiſpaniæ.
fœcunda, gemmarum metallorúmq; ditiſsima. In-
terfluunt eam flumina magna, Beris, Meneus, Ibe-
rus & Tagus. Habet prouincias ſex. Tarraconẽſem,
Carthaginenſem, Luſitaniam, Galiciam, Beticam &
trans freta in regione Aphricæ Tingitaniam. duæ
autem ſunt Hiſpaniæ, interior & exterior.

E

§. III.

DE Aphrica alia parte tertia mundi. Aphricam Aphricæ deſcriptio hæc magna ex parte ex Ric. de S. vict. ſunt.
ſic nominatam quidã exiſtimant quaſi Aperi
cã, eo quod ſit aperta cælo vel ſoli ſine horrore fri-
goris. Alij Aphricã dicũt appellari ab vno, ex poſte-
ris Abrahæ de Cæthura nato, qui dictus eſt Apher.
Incipit autem à finibus Ægypti pergens iuxta me-
ridiem per Æthiopiam vſq; ad Athlantem montẽ:
à ſeptemtrionali parte mari Mediterraneo claudi-
tur. Habet prouincias Lybiam, Cyrenenſem, Pen- Vnde dicitur.
tapolim, Tripolim, Byzantium, Carthaginem, Nu-
F midiam, Mauritaniam, Tingitaniam, & circa ſolis
ardorem Æthiopiam. Lybia Cyrenenſis in parte Lybia.
Aphricæ prima eſt, à Cyrente vrbe metropoli, quæ
eſt in eius finibus nuncupata. Pentapolis dicta eſt à
quinque ciuitatibus ibi exiſtentibus magnis, in-
ter quas ſunt Ptholemais & Berenice ſic denomi-
natæ à regibus ſuis. Getulia pars Aphricæ mediter- Getulia.
raneæ. Mauritania dicitur à mauro, quod nomen
eſt Græcum, Latine ſonans nigrum, vnde à nigredi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A. M. 1.

ne populi habitantis dicta eſt. Tingitania à Tingi A
metropolitana illius prouĩciæ ciuitate dicta eſt. Hęc
regio gignit feras, ſimias, dracones, ſtrutiones & o-
lim elephantes: nunc ſola India hos parturit Gata-
mantes ab oppido dicto Garama ibi exiſtenti. Ibi
eſt fons qui friger colore diei, & calet frigore noctis.
Ethiopia dicta eſt à calore populorum: vel po-
tius ἀπὸ τοῦ αἴθειν quod eſt ardere & ὤψ id eſt fa-
cies quos ſolis vicinitas torret. Eſt ibi ingens æſtus:
nã quicquid ibi eſt ſub Meridiano cardine eſt: plu-
rimas habet gentes diuerſo vultu & monſtroſa ſpe-
cie horribiles: ferarúmque & ſerpentum multitudi- B
ne referta. Ibi rhinoceros beſtia, & camelopardus,
baſiliſcus, dracones ingentes: ex quorum cerebro
gemmæ extrahuntur: hyacintus & iſopaſſus ibi in-
ueniuntur: Cinamomũ colligitur. Duæ ſunt Ethio-
piæ: vna circa ortum ſolis, altera circa occaſum in
Mauritania. Extra tres partes orbis quarta eſt pars
trans Oceanum interiorem in media Zona terræ
poſita que ſolis ardoribus nobis incognita eſt: in
cuius finibus Antipodes fabuloſe habitare dicũtur.

μωρὸς potius ſtultum ſignificat, vnde hi populi à ſtultitia potius nomẽ quã à nigredine ſúpſerũt. Ethiopia.

Hic agitur de nouo orbe patrũ noſtrorũ ætate per Columbũ & veſputiũ reperto.

.§. IIII.

C

Inſularũ Deſcriptio.

DE inſulis. Inſulæ dictæ ſunt, eo quod in ſalo
id eſt mari ſitæ ſunt. Ex his notiſſime maxi-
me ponendæ ſunt. Britannia Oceani inſula inter-
fuſa mari, toto orbe diffuſa, vocabulo ſuæ gentis co-
gnominata eſt. Hæc aduerſa Galliarũ parte ad pro-
ſpectum Hiſpaniæ ſita eſt. Circuitus eius quadra-
gies octies ſeptuagintaquinque milia. Multa & ma-
gna flumina in ea: fontes calidi: & metallorum co-
pia larga & varia: gagates lapis & Margaritæ plu-
rimæ ibi ſunt. Hæc etiam dicitur & communis
Anglia.

Adde quod Britania fuit vſurpata ab Anglis. Solinus in polyhiſt. cap. 35.

Thanatos

Thanatos inſula Oceani alluitur freto Gallico à D
Britanniæ continenti æſturio tenui ſeparata, na-
ſcitur vltima inſula Oceani. Thylos Indiæ inſula
eſt ſecundum Solinum. Hæc fert palmas oleum &
vineas: hæc omnes terras hoc ſolo miraculo vincit:
quod quæcunq; arbor in eo naſcitur nunquam ca-
ret folio. Ibi mons Caucaſus, qui maximam orbis
partem perpetuis iugis penetrat: arbores piperis
ibi ad ſimilitudinem iuniperi. Orchades inſulæ
Oceani intra Britanniam poſitæ numero [tringin-
ta tres, quarum viginti deſertæ ſunt, & tredecim.]
coluntur. Scotia eadem & hybernia proxima Bri-
tanniæ: inſula ſpatio terrarum anguſtior ſed ſitu E
fœcundior. Hæc Aphrica in Boream porrigitur: il-
lic nullus Anguis: nulla apis, auis rara. Gadis inſula
in fine Bæticæ prouinciæ ſita, quæ dirimit Europam
ab Aphrica: in qua Herculis columnæ ſunt. Fortu-
natæ inſulæ hoc vocabulo ſignificant omnia fere
bona, quaſi fœlices & beatæ fructuum vbertate:
vnde & gentilium error & Sæcularinm carmina
propter ſoli fæcunditatem eam Paradiſum putaue-
runt. Harum prima dicitur Ombrion, ſecunda Iu-
nonia, tertia Capraria, quarta Theode, alia Vinaria.
hæ ſitæ ſunt in occaſu contra læuam Mauritaniæ.
Orchades inſulæ ſunt Oceani. Item Heſperidũ in- F
ſulæ Chryſe & Argyre & Taprobana: hæ omnes
inſulæ Oceani. Sunt & aliæ inſulæ quæ ab Helle-
ſponto vſq; ad Orchades in mari mago ſunt con-
ſtitutæ & primo Cyprus inſula à Cypro, quæ eſt in
ea, nomen accepit, ipſa eſt & Paphos veneri conſe-
crata, famoſa quondam diuitiis maxime æris. Ibi
enim prima inuentio huius metalli fuit & vſus. Cre-
ta inſula Græciæ pars eſt ingens & Peloponneſſum.
Ibi abſconditus eſt Iupiter & enutritus. Fuit autem
quondã centũ vrbibus nobilis: vnde & ἑκατόμπολις

Solinus in polyhiſt. cap. 65.

Piper vbi naſcatur.

Gadis.

Fortunatę inſulæ.

Gorgades.

Creta Sol. in polyhiſ. cap. 16.

A dicta eſt, prima remis & ſagittis claruit, prima lite-
ris iura fixit, equeſtres turmas prima docuit, ſtu-
dium muſicum ſpondeis & dactylis in ea cœptum
eſt. Capris copioſa: ceruis eget. Lupos, vulpes, &
alia ferarũ noxia nuſquã gignit. Serpens, nullus nul-
la noctua, etſi inueniatur, ſtatim moritur. Larga eſt
vitibus & arboribus. Dictamus herba ibi naſcitur.
Sfalangos venenatos gignit. Abydos inſula eſt Eu-
ropę ſuper Helleſpontum poſita. Cos inſula eſt ad-
iacens prouinciæ Atticæ: in qua Hypocrates medi-
cus natus eſt. Et (vt Varro teſtis eſt) prima arte lani-
B ficij in ornamentum fœminarum claruit. Cyclades
inſulæ Græciæ. Quidam autumant dictas eo quod
& ſi ſpatiis longioribus à Delo proiectæ ſunt in or-
bem, tamen circa Delon ſitæ ſunt. nam orbẽ κύκλον
Græci dicunt. Quidam vero non quod in orbẽ di-
geſtæ, ſed propter ſcopulos, qui circa eas ſunt, dictas
Cycladas putant, hæ in Helleſponto inter Ægæne-
rũ & malæum mare conſtitutæ. Cyrcundantur etiã
pelago Myrthoo. Sunt autem omnes numero quin-
quagintatres Metropolis earum Rhodus. Delos eſt
inſula in medio Cycladum ſita: & dicta Delos fer-
C tur: quia poſt diluuium Ogygis temporibus no-
tatum cum orbem multis menſibus nox continua
inumbraſſet, Delon ante omnes terras radiis ſolis
illuminata, ſortitaque ex eo nomen ferunt, quod
prima viſibus manifeſtata fuiſſet. Nam Δῆλον Græ-
ci manifeſtum dicunt. ipſa eſt & ortygia: vbi pri-
mum viſæ ſunt coturnices aues quas Græce ὄρτυγας
vocant. In hac inſula Latona enixa eſt Apollinem
& Dianam. Delos autem & ciuitas dicitur & inſula.
Rhodus prima Cycladũ eſt. Carpathos eſt vna alia
ex Cycladibus. Cithæra alia eſt ex Cycladibus: vbi
eſt orta Venus. Icaria eſt alia. Thios inſula ſyra lin-
D gua appellatur, eo quam ibi maſtix gignitur. Samos
inſula eſt in mari Ægæo: vbi nata eſt Iuno: ex qua
fuit Sibilla Samia: & Pythagoras Samius, à quo phi-
loſophiæ nomẽ inuentũ eſt. In hac inſula primo va-
ſa fictilia reperta dicuntur. Sicilia à Sicano rege Si-
cania dicta eſt. Deinde à Siculo Itali fratre Sicilia
dicta. Prius autem Trinacria dicta propter tria
acra. i. promontaria, pelorum pachynum, & Lily-
bæũ. Hæc ab Italia exiguo freto diſcreta eſt, Aphri-
cum mare proſpectans, terræ fructifera, ventis &
ſulphure plena. Vnde & ibi Aethnæ montis extant
incendia: in cuius freto Schylla & Charybdis qui-
E bus nauigia aut abſorbentur aut colliduntur. Fuit
autem patria quondam Cyclopum: & poſtea nutrix
tyrannorum, principem vrbium Syracuſas habet.
In hac inſula primũ inuenta eſt comœdia, mare eius
corallium gignit: & Achatem lapidẽ flumen Acha-
tes dat. Omnis ambitus eius ſtadiorũ trium milium
Æolicæ inſulæ Siciliæ finitimæ appellatæ ſunt ob
Æolo Hippote filio: quẽ poëtæ finxerũt regem fuiſ
ſe ventorum. Sed vt Varro dicit: rector fuit iſta-
rum inſularum. Et quoniam ex earum nebulis &
fumo futuros prædicebat flatus ventorum: ab im-
peritis viſus eſt vẽtos ſua poteſtate retinuiſſe. Eædẽ
F inſulæ & vulcaniæ vocãtur, quia & ipſe ſicut Æthna
ardeant. Sunt autem nouem habentes propria no-
mina quarum prima Lippara: altera hiera, &c. Sar-
dus Herculis filius cum magna multitudine à Li-
bya profectus Sardiniam occupauit: & ex ſuo vo-
cabulo inſulæ nomen dedit. Habet in Aphrico ma-
ri in longitudine milliacentum, in latitudine qua-
draginta. In ea neque ſepens gignitur, neque lu-
pus: fontes habet Sardinia calidos infirmis medelã
præbentes: furibus cæcitatem, ſi ſacramento dato
aquas eius tetigerint. Corſicæ inſulæ exordium
incolæ

A. M. 1.

Abydos Sol. cap. 11.

Sol. cap. 1 Cyclades.

Delos.

Oryx Latine dicitur coturnix.

In Samo vaſa fictilia inuẽta fuerunt.

Siciliç deſcriptio.

Æolicæ inſulæ.

Sardinia.

Sol. in polyhiſt. c. 10.

A. M 1948. Ebuſus. incolæ Ligures dederunt: appellantes eam ex no-
mine ducis. Diuiditur autem à Sardinia.3. milium
freto ad proſpectū Italię Ebuſus inſula eſt Hiſpaniç.
Baleares etiã inſulæ Hiſpaniæ duç ſunt. In his primū
inuēt⁹ eſt vſus fundarū:quib⁹ lapides emitūtur. Mul
tæ aliç ſunt inſulæq̃ q̃ inhabitatæ hic nō numerãt.

§. V.

Gen.ca.11. REDEVNDO ad genealogiã Sem filij Noe
vſq; ad tertiãmūdi ętatē,quæ incipit in Abra-
Secundæ mūdi ętatis breuis curſus. ham.Sem genuit Arphaxat biennio poſt diluuium
cū centū ipſe eſſet annorū Arphaxat vero cum eſſet
35.annorum genuit Sale. Sale vero 30.anno ætatis
A.M.1658. ſuægenuit Heber: Heber autem anno 34. vitæ ſuæ
Beda in li. de ſex mū di ætatib. genuit Phaleg.Phaleg in 30.anno genuit Reu. Reu
autē poſt.32.annos à nati.ſua genuitSarug.Sarug ve-
ro in 30.anno vitę ſuę genuit Nachor.Nachor in 29.
anno vitæ ſuæ genuit Thare. Thare vero poſt.70.
annos genuit Abram Nachor & Aram. Iſti decem
ſucceſſiue nominati vixerunt multis annis poſt ge-
nerationē prædictorū: ex quibus texitur genealogia
Chriſti: quia ex his deſcendit & genuerunt multos
alios filios:ex quibus deſcēderunt diuerſi populi &
nationes per orbem diffuſæ ex Aram filio Thare &
Germano Abrahã & Nachor nati ſunt Loth, Ieſca
& Melcha fœminæ:& Nachor duxit vxorē Melchã
neptē ſuam:& Abraham duxit vxorem Ieſca neptē
ſuã:ipſa alio nomine dicitur Sara.Tunc enim tem-
poris licebat tales conſanguineas ducere in vxores.
Aram vero pater earū mortuus eſt in vrbe Chaldeo-
rum viuente patre ſuo Thare.Hæc omnia Gen.11.c.
vbi etiam dicitur ꝙ Thare tulit Abrahã & Loth filiū
fratris, & Sara exeuntes de Chaldæa,& venerunt in
Aram ad habitandū,quæ eſt in Meſopotamia Syriæ.
Ibiq; mortuus eſt Thare Pater Abrahã cū eſſet ipſe
Thare.205.annorū.De Aram autem dicunt Hebræi
ſic contigiſſe mortē eius, cum in Chaldea gētes illæ
Externa ſecundæ ætatis tēporibus. adorarent ignē pro Deo: Thare autēcum filiis ado-
rarūt Deum verū aſſerentes ignē non eſſe Deū. illi
proiecerūt eos in ignē vt experirentur virtutē Dei
ſui ſcilicet ignis vt cōburerentur:ſed trãſeuntes per
ignē illæſi euaſerunt. Aram vero quia in fide defecit
cū miſſus fuit cū aliis in ignē, ab eo fuit cōbuſtus. Et
habetur hoc.36.q.1.cū igitur.§.ſequenti & in glo.ibi.
Sub Ragau autē prænominato alias Reu:regnū Scy
tharū exortū eſt,ꝙ licet antiquiſſimū ſit nō tamē cō
putatur inter quatuor principalia regna mūdi,de q̄-
bus Daniel ꝓphetauit:quia barbarorū fuit. Et vt di-
cit Iuſtinus.2.li. viri Scytharum Parthos & Bactua-
nios,fœminæ vero Amazonū regna tenuerūt.Inter
Scythas & Ægyptios,diu de antiquitate generis cō-
tētio habita eſt:viſi ſunt tamē Scythæ antiquiores.
Narrat idem ꝙ quædã gētes in magna multitudine
venientes circa Cappadociã ibi per inſidias fuerūt
occiſæ:quarū vxores,quæ occiſis viris earū remãſe-
rãt ſimul adunatę fecerūt exercitū & finitimorū cō-
cubitus ineūtes,mares qui naſcebãtur interficiebãt:
fœminas virgines reſeruãtes,quas non lanificio,ſed
armis, æquis & venationibus aſſuefaciunt: inuſtis
infantiū dexterioribus mãmis,ne ſagittarum iactus
impediretur. His duæ fuere reginæ, Matheſia & Lã-
pedo viciſſim terminos defendētes,quæ maiore pte
Europæ ſubacta,Aſiã occupauere.Sub Reu etiã ſeu
Euſeb.in Chro. Phagau ortum eſt regnū Ægypti, ꝙ durauit vſq; ad
Octauianum ex chronicis Euſebij.Porro à tempore
natiuitatis Abrahæ regnauerunt ſuper Ægyptios
Ægyptiorū reges. Thebæi annis 190.Deinde paſtores ipſi qui ſunt Pha
raones annis.103.Deinde poſt.18.Dynaſtia annis du-
centis quadraginta nouem,quorū Politanorū Dyna

A primus qui dictus eſt Amoſis & regnauit annis 25. A.M. 1948.
Et cœpit anno.92.ducatus Ioſeph.deinde alij dyna-
ſtiani ſucceſſiue: quorū nomina & tēpus regni eorū
ponit vſq; ad decimūoctauū. Poſthos Ægyptij im-
peratore ſuo vti cœperūt, & quãdoq; ſucceſſiue ta-
les habuerunt.Deinde imperauerūt eis Dyapolitani
Dynaſtiani annis.187. Et fuerūt.25.2.qui regnauerūt
ſucceſſiue:quorum etiam nomina ponit, & tempus
quo regnauerunt. Quibus completis optinuit re-
gnum Cambyſes:qui & Nabuchodonoſor rex Per-
ſarum. Et ſic finitum eſt regnum Aegyptiorum vſ-
B que ad tempus Artaxerxis qui & Aſſuerus.

§. VI.

SVB Nachor filio Sarug,orta ſunt duo regna ſci- Regnum Aſſyriorū & Sicyoniorum.
licet Aſſyriorum & Sicyoniorum:Bęlo & Ægia-
leo illic regnantibus: vt ait Beda in chronicis ſuis.
Porro primus [a] rex Aſſyriorum ſecūdum Euſebium
fuit Ninus filius Bæli,qui regnauit annis.52.& in 42. De hoc rege Nino vide etiã inſtinum. lib.1.
regni ſui anno natus eſt Abraham. Poſt eum regna-
uit Semiramis vxor Nini annis. 42. Poſt quam Za-
meus filius Nini & Semiramidis annis.38. Deinde
alij quorum nomina & tempus & regni eorum de-
ſcribit ſucceſſiue regnantes vſque ad 36. qui dictus
C eſt Sardanapalus, qui totus deditus fuit laſciuiæ &
effœminatus. Et tunc Arbactus Medus Aſſyriorum
regno deſtructo: regnū tranſtulit in Medos ſcilicet
quarto anno Azariæ regis Iudæ:& ſupputantur om-
nes anni regni Aſſyriorū ab anno primo Nini vſq;
ad iſtum vltimum.M.240. Regnum vero Sicyonio- Hæc Euſ. in Tho.5.
rum, quod etiam habuit initium ſub Nachor,dura-
uit ſecundum Heliænandum vſque ad annum.29.
Heli ſacerdotis. Et fuerunt in eo reges 26. à primo
dicto Ægialeo vſque ad vltimum Zeuſippum. No-
mina eorum ponit qui regnauerunt ſucceſſiue: &
tempus regni eorum: qui omes anni collecti ſimul
D faciunt nongentos quadraginta duos.Poſt hos con-
ſtituti ſunt ſacerdotes carnis: qui carni offerendæ
præfuerunt per annos.33.

a Regnum ſeu imperium Aſſyriorū fabuloſum fuiſſe neque quicquam vicinos reges & populos illi regno vſque ad tempora Oziæ cōceſſiſſe probat Gen.in Chron.

§. VII.

RESVMENDO de Nino Bælus pater Nini Thom. in hiſt.Gene. cap.39.
Nēbrotides rex Babylonis (vt dicit Comeſtor
in hiſto.ſcho.)intrauit Aſſyriam ſed parum obtinuit Niniuę ciuitas maxima.
in ea. Quo mortuo filius eius Ninus totã Aſſyriam
E obtinuit & ciuitatem in qua caput regni erat, am-
pliauit itinere dierum 3.& à ſuo nomine Niniuem
dixit. Vnde quædam hiſtoriæ dicunt regnum Aſſy-
riorū incepiſſe à Bęlo:alij à Nino:primum verum eſt
quantum ad initium regni, ſecundum quantum ad
ampliationē. Iſte autē Ninus dicitur viciſſe Cham
filium Noe: qui adhuc viuebat & regnabat in Ba-
ctris & dicebatur Zoroaſter inuentor magicæ ar- Zoroaſter inuenit Artem magicam.
tis: qui & ſeptem artes liberales inuenit:& in qua-
tuordecim columnis ſcripſit,ſeptē ęneis & ſeptē la-
tericiis & vtrunque ſcilicet ignis & aquę diluuium.
Ninus vero libros eius conbuſſit. De iſto Zoroaſtre
F plura dicuntur. Aug.quæſt.21.de ciu.Dei dicit quod Aug.li.21. ciui.ca.14.
fertur de Zoroaſtre quod ſolus ipſe natus riſit cum
omnes alij plorēt.Nec aliquid boni monſtroſus ille
riſus portēdit. nam rex magicarum artium inuētor
fuiſſe perhibetur, quæ quidem illi nec ad præſen-
tis vitæ vanam felicitatē contra ſuos inimicos pro-
deſſe potuerunt, Nino quippe rege Aſſyriorū cum
ipſe eſſet Bactrianorum bello ſuperatus eſt. Cle-
mens autem in itinerario dicit, ꝙ hic volens videri
Deus

A.M. 1948.

Deus & aſtris multum intẽtus eſſet velut ſcintillas **A** quaſdã ex ſtellis producebat: vt rudes in ſtuporem miraculis traherentur. Tandẽ ab ipſo dæmone, quẽ importunius frequentabat ſuccenſus eſt: cui extruxerunt ſepulchrũ tanquã amico Dei vehiculo fulminis ad cęlũ eleuato. Vnde & hoc nomẽ poſt mortem ſortitus eſt Zoroaſtres; quaſi viuens aſtrum. Et cum Ariſt. ſcribat vigies cẽtum milia verſus ab ipſo Zoroaſtre cõdita (vt refert Helinã.) miratur ipſe Helinãdus quomodo Ariſtoteles viderit libros eius, cũ Ninus eos cõbuſſerit. Itẽ notandũ quod ab iſto Nino orta ſunt idola & idololatria in hunc mundum.

Plin. hoc de Ariſto. tradit libr. 30. cap. 1.

Initium idolorũ.

Mortuo Belo Ninus in ſolatiũ doloris imaginẽ patris voluit fieri ſculptam: **B** cui tantam exhibuit reuerẽtiam: vt quibuſlibet reis qui ad eam confugiſſent parceret, quodcũq; maleficiũ feciſſent. Propter hoc homines illius regni diuinos honores cœperunt illi imãgini impẽdere: cuius veneratione liberabantur. Huius exẽplo plurimi charis ſuis mortuis imagines dedicauerunt. & ſicut ab idolo Beli cætera traxerũt originẽ, ſic ab eius nomine generale nomẽ fuit idolorũ. Nã ſicut Belus dictus eſt ab aſſyriis illud idolũ: ſic ab aliis nationibus denominata ſunt idola eorũ ſecundũ illorũ idioma. Vnde aliquãdo nuncuparunt Bel: **C** alij Baali, alij Baal, alij Belphegor, alij Belzebub. Hæc in hiſt. ſcho. Et vt ſcribit Iſid. in lib. Etym. quos Pagani deos aſſerunt, hoĩes olim fuiſſe produñt: & pro vniuſcuiuſq; vita & actib' coli apud ſuos poſt mortẽ cœperũt. vt apud Ægyptũ Iſis: apud Cretam Iuppiter, apud Mauros Iuba, apud Latinos Faunus: apud Romanos Quirinus: eodẽq; modo apud Athęnas Minerua: apud Samũ Iuno, apud Paphũ Venus, apud Lẽnũ Vulcanus, apud Naxũ Liber, apud Delũ Apollo. In quorũ etiã laudibus acceſſerũt poëtæ, & ſuis carminibus cõpoſitis in cælũ ſuſtulerunt. Hæc Iſid. Cõmuniter hi dij adorati, fuerũt hoĩes vel potẽtes **D** dominio vel induſtrij ad inueniendũ ſciẽtias vel artes. Et vt habetur ex li. ſapiẽtię ad imaginẽ huiuſmodi cultũ prouocauerũt homines, tria: nimia affectio erga illos mortuos, timor & adulatio, erga reges, diligẽtia artificũ in ſculpendo & pingẽdo imagines. Sed qui gloriatur. ſ. vere in hoc glorietur ſcire & noſſe me ait dominus per Hiere. & Salomõ in li. ſapiẽtiæ. Vani ſicut oẽs homines, in quibus non eſt ſapiẽtia Dei. i. vera cognitio.

Com. in miſt. Gen. cap. 40. Vide Ciceronẽ in lib. de natura deorum & in 1. Tuſcul.

Dij in ſingulis regionibus culti.

Sapien. 14. Hier. 9. Sap. 13.

Semiramis regina Aſſyriorũ. Val. Max. lib. 9. c. 13.

Mortuo Nino regnauit vxor eius Semiramis elatiſſima mulier & impudiciſſima. Nã vt narrat Valerius maximus. Cũ ei circa cultũ capitis ſui occupatę nũciatũ fuiſſet Babyloniã, **E** cui dominabatur defeciſſe, altera parte crinẽ adhuc ſoluta ad eã expugnandã cucurrit: nec prius decorẽ capillorũ in ordinẽ duxit quã tantã vrbẽ in poteſtatẽ redegit. Statua eius ibi poſita eſt in ipſo habitu.

cap. 14.

Oroſius de ea li. 1. Semiramis libidine ardẽs: ſanguinẽ ſitiẽs: cum oẽs quos cõcubitu oblectaſſet, occideret: tandẽ filio flagitioſe concepto, impiæ expoſito, inceſtu cognito: priuatã ignominiã publico ſcelere obtexit. pręcepit enim vt inter parẽtes & filios nulla delata reuerẽtia naturæ de cõiugiis appetẽdis, cui libitũ eſſet, liberũ fieret. Et vt ſcripſit Iuſtinus: cũ filij concubitũ petiiſſet ab eodẽ interfecta eſt.

Iuſt. libr. 1.

Hæc autẽ ſecunda ætas incepit à diluuio & terminatur in **F** Abraham. Oroſius ait. Ab Adam vſq; ad Ninũ magnũ vt dicunt regẽ quando natus eſt Abraham ſunt anni tria milia centũ octuaginta quatuor: qui ab omnibus hiſtoriographis vel omiſſi vel ignorati ſunt. A Nino autẽ vſq; ad natiuitatẽ Chriſti ſub Auguſto ſcilicet Octauiano colligũtur anni duo millia quindecim: in quibus authores & ſcriptores inter ſe omnium otia negotiáque triuerunt, Varia tamen eſt opinio quantum durauerit iſta ſecunda ætas. Nam ſecundum literam Gen. quæ eſt ſecundum tranſlationem Hier. à diluuio vſq; ad natiuitatem Abrahæ fluxerunt anni ducenti nonagintaduo, quod tenent Hebræi & Euſebius. Sed ſecundum. 70. interpretes fluxerunt anni nongẽti quadraginta. quam opinionẽ ſequitur Beda & Oroſius etiã videtur eam ſequi.

Oroſi. li. 1. cap. 1.

A. M. 2023.

Euſeb. in Chriſt. Beda in li. de ratione tẽporum & Oroſi. lib. 1. cap. 1.

Titulus Secundus de tertia ætate mundi.

¶ *De geſtis Abraham.* CAP. I.

Initium tertię ętatis obediẽtia virtus præcipua.

QVIA in Abraham inchoatur tertia ętas: paterq; fidelium dicitur ſecundum ſpiritum viuentium ſpiritualiter: ſicut pater carnalis extitit Iudæorum: ideo in commendationem eius ad imitandum aliquid in genere dicendum, antequam ad geſta eius particularia deſcendamus. Equidem primis parentibus, (vt ait Aug. 14. de ciui. Dei. cap. 12. & 13.) obedientia cõmendata eſt in præcepto: quæ virtus in rationali creatura mater quodammodo eſt omnium cuſtóſq; virtutum cum ſcilicet ei dictum eſt. De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas: ad cuius tranſgreſſiõnem & inobedientiam non perueniſſent, niſi præcedente prius latenti ſuperbia. Sic & Abrahæ vt in virtute proficeret & toti mundo eius profectio ad imitandũ nota eſſet mandata eſt dura obedientia: non facilis vt Protoplaſto: qui nullam experiebatur inclinationẽ ad malum: vt poſteri omnes in eo exẽplũ acciperent videlicet vt filiũ immolaret, ſeipſum cẽtenariũ circũcideret, & prius vt iã antiquus de terra ſua exiens peregrinãdo diſcurreret. Qui in oĩb. [obediuit] in humilitate firmatus, vñ & ad dominũ loquens aiebat. Loquar ad dominũ meũ cum ſim puluis & cinis. Ipſum autem imitantur qui viuunt ſecundum ſpiritum Deo obediẽtes: Adam vero inobedientem viuentes ſecundum carnem id eſt vitioſe. Dicit enim Auguſt. ibi. Vitio autem deprauari niſi ex nihilo facta natura nõ poſſet. At per hoc vt natura ſit: ex eo habet quod à Deo facta eſt. Vt autem ab eo à quo facta eſt deficiat: ex hoc quod de nihilo facta eſt. Nec ſic deficit homo, vt omnino nihil eſſet: ſed vt inclinatus ad ſeipſum minus eſſet, quã erat: cum ei qui ſumme eſt inhærebat. Relicto itaq; Deo eſſe in ſemetipſo: hoc eſt ſibi placere: non iã nihil eſſe eſt: ſed nihilo ꝓpinquare. vnde ſuperbi (ſecundum ſcripturas ſanctas) alio nomine appellantur ſibi placentes. Bonum eſt enim ſurſum habere cor: non tamen ad ſeipſum, quod eſt ſuperbiæ: ſed ad Deum, quod eſt obediẽtiæ: quę niſi humilium eſſe non poteſt. Eſt igitur aliquid humilitatis miro modo, quod ſurſum faciat cor: & eſt aliquid elationis, quod deorſum faciat cor: hoc quidem quaſi cõtrarium videtur. vt elatio ſit deorſum, & humilitas ſit ſurſum: ſed pia humilitas facit ſubditum ſuperiori. Nihil eſt autem ſuperius Deo: & ideo exaltat humilitas, quæ facit proximum Deo: elatio autem quę in vitio eſt, eo ipſo quo reſpuit ſubiectionẽ, cadit ab illo quo nihil poteſt eſſe ſuperius: & ex hoc erit inferius: & fit quod ſcriptum eſt. Deieciſti eos dum alleuarẽtur: ipſum enim extolli eſt deiici. Quapropter quod nunc in ciuitate Dei eſt: & ciuitati Dei in hoc peregrinanti ſęculo maxime commendatur humilitas: & in eius rege qui eſt Chriſtus maxime prædicatur: contrariumq; huic virtuti elationis vitium in eius aduerſario, qui eſt Diabolus [maxime dominari] in ſacris literis edocetur. Hæc Aug. ibi. & in mẽbris eius reperiũtur, qui etiã aliquãdo hic humiliantur

Gen. 3.

Abrahæ commendatio. Gen. 22. Gen. 17. Gen. 12.

Abrahamum imitatur ſecundum ſpiritum viuentes. Augu. 14. ciu. cap. 13.

1. Pet. 1. & Sap. 6.

De ſuperbia & humilitate pulchra.

Pſalm. 72.

A. M. 2023. liantur, vt patet in Pharaone. Electi autẽ ſi aliquando ſuperbiunt ad horam vt non perpendant, in aliquem defectum apparentem cadere permittuntur, vt ſe recognoſcant & redeant, vnde Aug. in eo. c. 13. Vtile eſt ſuperbis cadere. Audeo dicere ſuperbis vtile eſſe cadere in aliquod apertũ manifeſtumq; peccatũ, vnde ſibi diſpliceant qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Matt. 27. Petrus ſibi diſplicuit, quãdo fleuit, quàm ſibi placuit cum præſumpſit, hæc illæ. Conuerſantes ergo ſecundum ſpiritum, id eſt Dei voluntatẽ imitantur Abraham, Explicantur geſta Abrahæ moraliter. exeuntes ſpiritualiter de terra ſua, id eſt inordinato affectu terrenorum, & de cognatione ſua, id eſt à concupiſcentia carnis, & ab vſu paſſionũ, & de domo patris ſui diaboli, quæ eſt ſuperbia vitæ. Primus enim pater quem habemus in mundo nati, eſt Naſcimur filij iræ Eph. 2. Cõ. Trid. ſeſſ. 5. can. 3. 4. & 5. can. & ſeſſ. 6. c. 1. diabolus, naſcimur enim filij iræ. Veniunt autem in terram promiſſionis ſpe in beatitudinem æternam ſeu ſupernam, ibique benedicuntur à Deo gratia & multiplicantur in operibus bonis, receduntq; à malis diſſentione, id eſt nõ ſequendo in malo. Reprobi vero qui viuunt ſecundum carnem, non pertinentes ad ciuitatem Hieruſalẽ ſed ad Babyloniæ confuſionem remanent in Chaldæa ignem adorantes, id eſt concupiſcentiam & cupiditatem pro ſummo Deo 1. Ioan. 2. habentes, quæ tandem vaſtatur, ſcilicet Babylonia, quia mundus peribit & concupiſcentia eius. Quod Abraham domino promittente ei ꝙ non Eliezer Gen. 15. ſeruus eius, ſed filius ei naſciturus eſſet hæres eius, & ſemen eius terram illam poſſideret, dixit, domino. Vnde hoc ſciam, &c. non proceſſit hoc verbũ ex deGen. 16. fectu fidei, ſeu dubitatione, cum ibi ſcriptũ ſit. CreRom. 4. Gal. 3. didit Abraham Deo & reputatũ eſt ei ad iuſtitiam, ſed petiit vt ei rei quã crediderat aliqua ſimilitudo adhiberetur, qua eius modus agnoſceretur (ait Aug. Sacrificij Abraham expoſitio allegorica. de ciui. Dei. lib. 16. cap. 24.) qui etiam exponit figuram rerum ei oſtenſarum pro ſimilitudine: Nam per iuuencã ſignatur plebs illa Iudaica poſita ſub iugo legis, per capram eadem plebs peccatrix futura, per arietem eadem plebs etiam regnatura. Quæ animalia propterea trina dicuntur, quia cum ſint inſignes articuli temporum ab Adã vſq; ad Noe & inde vſq; ad Abraham, & inde vſq; ad Dauid, qui reprobato Saule primus in regno gentis Iſraeliticæ Domini eſt voluntate fundatus in hoc ordine tertio, qui tenditur ex Abraham vſque ad Dauid tanquam tertiam ætaGen. 15. tem gerens ille populus adoleuit. Et ſicut per illa tria animalia, carnales illius populi ſignantur, ita per turturem & columbam ſpirituales perſonæ in ipſo populo, [præfiguratæ,] vnde dictum eſt. Aues autem non diuiſit, quoniam carnales inter ſe diuiduntur. Spirituales autem nullo modo ſiue à negotioſis occupationibus ſe remoueant ſicut turtur, ſiue inter illas degant vt columba, vtraq; tamen auis ſimplex eſt & innoxia, ſignificans & in ipſo Iſraelitico populo cui terra illa danda erat, futuros indiuiduos filios promiſſionis, & hæredes regni in æterna felicitate manſuros. Aues autẽ deſcendentes ſupra corpora quæ diuiſa erant non boni aliquid, ſed ſpiritus indicant aeris huius, paſtum ſuum quemdam de carnalium diuiſione quærentes.

Quod autem illis conſedit Abraham, ſignificat etiam inter illas carnalium diuiſiones veros vſq; in finem perſeueraturos fideles, & quòd circa ſolis occaſum pauor irruit in Abrahã & timor tenebroſus magnus ſignificat circa huius ſæculi finẽ magnam, perturbationẽ & tribulationem futuram fidelium: de qua dominus dicit in euang. Mat. 24. Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi. Et

A dum infra dicitur. Cũ ſol iam eſſet ad occaſum flamma facta eſt, & ecce fornax fumabũda & lampades ignis quæ pertranſierunt per media diuiſa illa, ſigni ficant iam in fine ſæculi per ignem iudicandos eſſe carnales. Sicut enim afflictio ciuitatis Dei qualis antea nunquã fuit quæ ſub Antichriſto futura ſperatur, ſignificatur tenebroſo timore Abraham circa ſolis occaſum iam appropinquante ſęculi fine, ſic ad ſolis occaſum, i. ad ipſum iam finẽ ſeculi, ſignificatur iſto igne dies iudicij dirimens carnales per ignẽ ſaluandos & in igne damnandos. Quod autẽ dictum eſt ad Abraham. Sciendo ſcies, quia peregrinũ erit ſemen tuum in terra non prporia, & in ſeruitutem redigent & affligẽt quadringentis annis, de populo Iſrael, qui fuerat in Aegypto ſeruiturus prophetatũ eſt, non ꝙ per quadringentos annos in eadẽ ſeruitute affligentibus Aegiptiis populus ille eſſet permanſurus, cum nec ducentis annis afflicti fuerint in Aegypto, ſed in ipſis quadringentis annis prænunciatũ eſt quod futurũ erat. Sicut & de Thare patre Abrahæ ſcriptum eſt. Et fuerunt dies Thare in Charra quinq; & ducenti anni, nõ quia omnes ibi acti ſunt, ſed ibi completi, qui iam pro maiori parte in vrbe Chaldæorum erant tranſacti. Sic & hic dicuntur quadringenC. tis annis affligendi in Aegyto, nõ quia totus iſte numerus, quadringentorũ in Aegypto fuerit peractus, ſed ibi completus, nam numerus iſte quatercentenarius inchoatur numerari à natiuitate Iſaac, propter ſemen Abrahæ, vel apertæ huius viſionis, quæ potuit eſſe per aliquot (ſed paucos) annos ante.

A. M. 1948. Gen. 15. — Gen. ibid. — Gen. 11.

§. I.

TERTIA igitur ætas incipit in Abraham natiuitate, & durat vſq; ad Dauid ſecundum Hebræos nongentos quadringenta annis, ſed ſecũdum D 70. interpretes 1302. qui Abrahã eductus à patre ſuo Thare de vrbe Chaldeorum venerat in Haran, ibiq; habitanti præcepit ei dominus, dicens. Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui & veni in terrã, quã monſtrauero tibi, &c. Qui obediens domino egreſſus eſt de Haran cũ familia ſua & Loth nepote ſuo, exiſtens. 75. annorũ, & intrauit terram Chanaã apparuitq; ei Dominus dicens. Semini tuo dabo terrã hanc, quod ædificauit ibi altare domino. Dicit autẽ Clemens de eo lib. 1. Cæteris omnibus errantibus, Abrahã cum arte eſſet aſtrologus ex ratione & ordine ſtellarũ potuit cognoſcere condiE toreni, eiuſq; prouidentia intellexit cũcta moderari. Vnde angelus ei per viſum apparẽs plenius eum de his quæ ſentire cœpit, edocuit, hæc ille. Facta autem fame deſcendit Abrahã in Aegyptũ, & ne occideretur ab Aegyptiis, vt eo mortuo poſſent accipere ſibi in vxorẽ Saram propter pulchritudinem eius, dixit Abraham Saram eſſe ſororẽ ſuam. Vnde præſentata eſt Pharaoni vt ſumeret ſibi in vxorẽ, ſed flagellauit dominus Pharaonem, & per cauſam ſibi reuelatam intactam reſtituit Abrahæ. Gen. 12. In quo facto non mendacium dixit, ſed veritatẽ rationabiliter occulF tauit, dicens eſſe ſororem ſuem. Tunc enim neptes etiã ſorores cõſueuerant appellari, & in ea re nobis Abrahã ſcientiam dedit, vt nemo Deũ ſuum tentarẽ præſumat, & dum habet, ꝙ ſalubri cõſilio per ſe faciat, non expectet à Deo effectũ miraculoſum. Fecit quod potuit dicit Aug. ſ. veritatẽ occultando, quod non potuit Deo cõmiſit, ſ. cõmittendo ei pudicitiam vxoris, nec eũ fides aut ſpes fefellit 22. q. 2. quæritur.

Geſta Abrahæ. Gen. 12. — Gen. 16. — Abraham tranſit in Aegyptũ. — Expectanda à Deo miracula nõ ſunt contra neceſſitatẽ in q. in gen. q. 26.

Egreſſus Abraham cum familia & Loth de Ae-

A.M. 1948.

Ægypto,reuerſus eſt ad habitandũ vbi prius manſerat, ſcilicet inter Bethel & Hai Cumq; Abraham & & Loth haberẽt multam ſubſtantiã & greges,vt nõ poſſet eos capere terra paſtores eorum,id eſt, Abraham & Loth fecerunt rixam adinuicem.Gen.13.propter quod ad vitandũ in poſterum rixas & iurgia inter illos, ſeparati ſunt abinuicem, deditq; optionem Abraham,Loth eligendi locũ habitationis ſibi placitũ, vt ipſe alium locũ aſſumeret. Et perrexit Loth ad manendum in Sodomis,Abrahã autem habitauit in terra Chanaan. Cui & dominus iterum apparuit promittens ſemini ſuo terram illam, & multiplicaturum ſemen ſuum ſicut puluerẽ terræ.Aug.de ciui. Dei c.20.lib.16.quòd facta rixa inter paſtores vtriuſque vitare voluerunt pugnantẽ diſcordiam familiarum ſuarũ,poterat hinc (vt ſunt humana) etiam inter ipſos aliqua rixa conſurgere. Dedit autẽ Abrahã optionem Loth vt minori eligendi alterum propoſitorum. Et hinc fortaſſe effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo,vt quando terrenorum aliquid partiendum eſt maior diuidat,minor eligat.

Natu maioris eſt diuidere, minoris eligere.

§. II.

Abrahæ Melchiſedech occurrit.

ABRAHÆ reuertentia cæde quatuor regum, qui confligentes cum quinq; regibus, ſcilicet Sodomorum, & aliarum quatuor ciuitatũ quæ poſt ea igne & ſulphure conſumptæ ſunt) & eos debellantes abſtulerant prædam multam, & gentes illarum ciuitatum ac etiã Loth habitantem in Sodomis. [ſecum abduxerunt.]Gen.14.Ereptaq; præda ab eis, & Loth liberato occurrit ei Melchiſedech rex Salem ſacerdos Dei ſummi, [a] offerens panẽ & vinum ipſe Melchiſedech Abrahæ & benedicens eũ. Abraham autem dedit ei decimas ex omnibus.Cumq; rex Sodomorum obuiaret Abrahæ, offerens ſibi omnia recuperata exceptis perſonis, Abraham nihil voluit accipere niſi partes eorũ, qui iuuerunt eum in bello, vbi ſcientia ſeu documentum datur,licitum fore adiuuare ſuos iniuſte oppreſſos in bello, vt 23.q.3.§.2. Et dicit Amb. quòd cũ preda fuerit in poteſtate victoris, docet Abraham militarẽ diſciplinam vt regi ſeruentur omnia ſalue his qui ſecũ fuiſſent in adiumentũ(fortaſſe ſociali) partẽ emolumenti tribuendam aſſerit tamquã mercedem laboris. Ideoq; quoniam ipſe mercedem ſibi ab homine non quæſiuit à Deo accepit, vt patet ex promiſſione ſibi poſt hæc facta à Deo, 23.q.5. dicat. Et figura Chriſti habetur ſummi ſacerdotis inſtituentis ſacramentum ſub ſpecie panis & vini, & offerentis ei qui victoriam habet de inimicis.

Ambr. lib. 1.c.3.de Abraham.

Melchiſedech Chriſti figura. Sacrificiũ Abrahæ. Gen.15.

a Melchiſedech non ita obtulit panem & vinum Abrahæ, vt ea prius Deo non ſacrificauerit. Nam primum omnium Deo panem & vinum ſacrificauit, ſicut omnes Catholoci & hebræi doctores teſtantur. Ibi quippe(inquit Aug.16.ciu.c.22.) primũ apparuit ſacrificium quod nunc à Chriſtianis offertur toto orbe terrarum. Et Hier. ep. 126. Melchiſedech pane & vino ſimplici puroq; ſacrificio Chriſti dedicauit ſacramentum.

§. III.

AD ABRAHAM factus eſt ſermo Domini per viſionem promittens ei quòd non Eliezer procurator ſuus eſſet hæres ſuus, vt pie quaſi cõquerebatur Abraham, ſed filius eius, & quòd multiplicaret ſemen eius ſicut ſtellas cæli innumeras, & ipſe credidit. Interrogantiq; Abraham vnde poſſet ſcire ſemen ſuum poſſeſſurum terram illã promiſſionis, mandauit ei dominus vt ſumeret vaccã trimam, capram triennẽ, & arietem annorum trium, & turtu-

A.M. 2032.

A rem & columbam, & de his faceret ſacrificium Deo. Et occidente ſole ſoporato Abraham dictũ, eſt ei per viſionem, ꝙ ſemen ſuum futurũ erat peregrinum in terra non ſua, & ſeruituti erat ſubiiciendũ quadringentis annis, quarta autem generatione reuerterentur illuc, vbi erat tunc Abraham, & ꝙ poſſiderent illam terram, vbi erant nouem populi. Hic eſt ſcientia obſcura & mira de myſterio incarnationis, ſed non explicanda. Cum Sara eſſet ſterilis, dedit licentiam viro, ſcilicet Abrahæ vt ingrederetur ad ancillam Agar, vt ſaltem ex ea haberet filios. Quo facto

B conceipiſſe ſe videns Agar deſpiciebat Saram ſuam dominam, & cum Sara affligeret eam vt ſuperbam, ea arripiente fugam in deſertũ(Gen.16.)angelus apparuit ei, mandans vt reuerteretur & ſubiiceretur dominæ ſuæ, ſignificãs quia pareret filiũ, quem vocaret Hiſmaelem, qui ferus eſſet cuius manus eſſet contra omnes, & manus omniũ contra eum. Natus eſt igitur Hiſmael ex Agar & Abraham cũ eſſet, 86. annorum vt patet Gen.16. de Agar deſcenderũt Saraceni ſeu Agareni. Hic notandum Abraham cognouiſſe Agar ancillam non fornicarie, ſed vxorio affectu, id eſt tanquam vxorem. Vbi diſcernendum de plurali-

Quomodo veteres plures vxores habuerunt.

C tate vxorũ, quas Abraham & Iacob, & aliqui alij habuerunt in veteri teſtamento. Circa quod eſt duplex modus excuſandi illos. Vnus eſt facilis & expeditus, videlicet ꝙ nunquam fuit licitũ alicui habere plures vxores ſimul, niſi ſpeciali reuelatione ſeu diſpenſatione ſpiritus ſancti, & hoc tãgitur extra de diuortiis. Gaudemus. Et quia in hoc creditur iſtos Patriarchas à Deo diſpenſatos & quoſdam alios, ideo non peccauerunt. Propterea autẽ diſpenſatum fuit cum eis duplici de cauſa. Prima vt magis multiplicaretur Dei populus, in quo erat veri Dei cultus. Nam declinantibus omnibus aliis nationibus ad idololatriam, ſola

D remanſit veri Dei cognitio in familia Abrahæ & patriarcharum ſequentium. Sic igitur ex propagatione carnali multiplicabatur Dei cultus. Alia ratio eſt figuralis vnde Aug. dicit illorum hominũ nõ tantum linguam ſed etiam vitam fuiſſe propheticã totumq; illud regnum Hebræorũ magnũ: quia & magni cuiuſdam regis fuiſſe prophetam. Figurabatur enim in Abraham duas habente vxores, Chriſtum ſibi copulaſſe per fidem & Gentilẽ & Iudaicam nationem. In Iacob habente quatuor, Chriſtum ſibi nationes cõuerſas ex oriente, & occidente, aquilone, & meridie per dilectionẽ veniſſe. Vel quia generantur per baptiſmum & boni ex malis, & mali ex bonis: & boni

Aug. 13. ci. c.1.& 3.

Allegorica ſuperiorũ expoſitio.

E ex bonis, & mali ex malis miniſtris, vt notat Aug.32. q.4. recurrat. Alius modus dicendi eſt magis difficilis, videlicet ꝙ ante legem non erat prohibitum aliqua lege diuina, naturali, vel conſuetudinaria plures vxores accipere, videlicet cũ fieret cauſa prolis multiplicandæ non cauſa libidinis exſaturandæ, & quia hac intentione patriarchæ fecerunt, ſcilicet ad prolem propagandam, ideo nõ peccauerunt, vnde dicit Aug. Obiiciuntur Iacob quatuor vxores quod quãdo mos erat, id eſt actus morigeratus & licitus, crimen non erat 32.q.4. obiiciuntur. Lamech vero non excuſatur ab adulterio, quia ex libidine dicitur duas ha-

F buiſſe vxores. De iſta tamen materia plenius habes in tertia parte tit. de ſacramẽtis, in c. de matrimonio.

Aug. 47. lib. 22 cõ. Fauſtum.

§. IIII.

Abrahæ promittitur filius. Gen.17.

REDEVNDO ad geſta Abrahæ, Apparuit ei Dominus cum nonaginta & nouem eſſet annorum, & promiſit ei filium naſciturum ex Sara anno illo, quem vocaret Iſaac, & ſemen eius multiplicaturum, vt etiam ex ea reges orirentur, & vocauit nomen

A. M. 2047.

caturum, vt etiam ex ea reges orirentur, & vocauit nomen eius Abraham i. patrẽ multarum gentium, qui prius vocatus eſt Abram, & vxorem ſuam vocari mandauit Saram, quæ prius dicebatur Sarai.

Abraham ante vocabatur Abram & Sara Saray.

Sed & Hiſmaelem filium ſuum multiplicaret, vt ex eo duodecim duces egrederẽtur. Præcepitq; dominus, vt omne maſculinum de domo ſua circuncideretur in fœdus inter ſe & eum, & infans octo dierum circunciderctur, id eſt octaua die natiuitatis ſuæ. Cui Abraham prompte obediuit, circuncidẽs ſe & Hiſmaelem tredecim annorum, & omnes maſculos de domo ſua.

Initiũ circuncifionis.

Et hic habuit initium circunciſio, quæ data fuit in remedium peccati originalis, obligans ſolum maſculos deſcendentes ex Abraham & proſelytos. Quare autem inſtituta ſit circunciſio in tali membro, & de ritu eius & ſignatione, habetur in prima parte tit. de lege Moſaica: & in iij. parte tit. de ſacramentis. Exinde Abraham ſtante in conualle Mambre in oſtio tabernaculi apparuerũt ei tres viri, id eſt tres Angeli in ſpecie humana. Gen. 18. curreníque obuiam eis & adorans inuitauit eos ad hoſpitium. Quibus aſſentientibus, parauit eis conuiuium prius lotis eis pedibus, ponens coram eis tria ſata ſimilæ cocta, vitulum & lac. & comeſtione peracta vocata Sara promiſit angelus filium illi naſciturum ex ea. Ipſamq; Saram poſt oſtiũ tabernaculi manentem & ſuper hoc verbo ridentẽ, angelus repræhendit de incredulitate eius, quæ etiam mẽdacioſe ex timore excuſauit. Abeuntes autem angeli inde verſus Sodomam, prædixerunt iudiciũ & exterminium futurum illis locis. Roganti autem Abrahæ vt ſi inuenirentur quinquaginta iuſti in Sodomis illis parceretur, promiſſa eſt venia pro loco ſi quinquaginta inuenirentur. Deinde deſcendit Abraham ad numerum quadragintaquinq;, vt propitiaretur pro illis. Deinde dixit de numero quadraginta, poſtea triginta, poſt hæc de viginti, demum in numero denario ſe firmauit, & promiſſum eſt ei quod toti patriæ illi ignoſceretur propter decem iuſtos ibi inuentos.

Non fuerũt inuenti decem iuſti in Sodomis.

Vbi ſciendum notanter hoſpitalitatem Abrahæ & liberalitatem imitandam. Abraham hoſpitalem ſe circa omnes oſtendebat, ſi ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe nunquã angelos hoſpitio recepiſſet: fortaſſis enim non reputaſſet angelos, ſed cũ aliis repelleret, ſed qui omnes recipiebat, & angelos recepit. Chryſ. di. 42. quieſcamus. Ibi nota figurã trinitatis venerandam: & miſericordiã Dei indulgendo mirandam.

Chryſ. hõ 11. in ca. 5. ad Heb.

§. V.

Gen. 19. Sodomæ ſubuerſio.

VENIENTIBVS duobus angelis verſus Sodomam, Loth manens in foribus ciuitatis, ſcilicet ad inuitandum pauperes, eis viſis occurrit, rogans & cogens eos ad hoſpitandum ſecum, cum ſero eſſet. Quibus ingreſſis domum eius omnis populus Sodomorum circundederunt domum Loth, dicentes, vt produceret eis illos iuuenes, intendẽtes abuti eis, Loth autem obtulit eis duas filias ſuas virgines ad vtendum eis, potius quam illis iuuenibus hoſpitio receptis talem iniuriam facerent. Qui nolentes audire, ſed quaſi ibi rumpentes oſtium, angeli introduxerunt Loth in domum, & illos omnes percuſſerunt cæcitate, vt oſtium inuenire non poſſent. Et prædixerunt angeli ſubuerſionem Sodomæ fiendã. Et cum nunciaſſet hoc Loth generis ſuis cõtempſerunt, demum duxerunt angeli Loth & vxorem & duas filias eius ex ciuitate, præcipientes, vt in monte ſe ſaluos facerent, nec retro aſpicerent. Pergentibus autem cũ vxor reſpexiſſet retro, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Pluitque deſuper Sodomam & Gomorram &

A alias três ciuitates, ignẽ & ſulphur, & ſubuerſę ſunt, & factum eſt ibi mare mortuum.

A. M. 2048.

Aſcendente autem in montem & ibi manente Loth, inebriauerunt filię patrem ſuum, & maior cum eo ebrio ſe commiſcens concepit ex eo, & peperit Moab filium, minor idem faciens concepit ex eo, & peperit filium quem vocauit Amon. Hinc ſcias quam deteſtabile eſt vitiũ Sodomiticũ ex ipſa punitione, de quo habes in ſecunda parte ſummę tit. de luxuria.

Moralis doctrina ex Sodomiſtico incendio capienda. Aug. lib. 1. q. in gen. c. 42.

Loth quoq; inter peſſimos caſte conuerſantem ex liberalitate & parentela Abrahæ liberatũ, inconſulte tamen & non rationabiliter filias offerebat Sodomitis, ne grauius peccatum B committerent, vt dicit Aug. di. 14. quod ait. Ibi enim ſic dicit vtrum admittẽda ſit compenſatio flagitiorum vel quorumcunque peccatorũ, vt nos cõmittamus minora, ne aliquis grauius peccet. Hęc cõpenſatio non niſi periculoſiſſime admittitur, vnde non conſilio Loth, id eſt rationi determinatæ, ſed potius perturbationi humanæ tanto malo commotæ tribuitur, & ideo non imitandus in hoc.

Compenſatio malorum nõ admittenda.

Imperſeuerantiam ſignatã in vxore Loth puniri, loca remota per ſe non ſufficere ad præſeruandum à peccatis oſtẽditur, cum Loth in ciuitate iuſtus fuerit, in monte peccauit. di. 40. quælibet. Magna crimina ſequi, ex C ebrietate, innuitur in inceſtu Loth. di. 35. ſexto. Nec illę excuſantur à peccato, & ſi grauitas minuatur, quia hoc fecerunt non ex libidine, ſed ne deficeret genus humanum, exiſtimantes omnes periiſſe vt Sodomorum gentem. Aug. dicit quòd culpandus eſt Loth nõ quantum ille inceſtus, ſed quãtum illa ebrietas meretur. 15. q. 1. inebriauerũt.

lib. 22. cõ. fau. c. 44.

Aduerte etiam non eſſe tutum etiam patrem dormire cum filiabus. Abraham autẽ peregrinatus eſt in Geraris, & interrogatus de Sara dixit eſſe ſororem ſuam. Gen. 20. Vnde rex Geraris Abimelech fecit ad ſe duci, vt ſumeret eam in vxorẽ, ſed comminatus eſt dominus in ſomnio Abi D melech, vt moreretur propter hoc. Qui ſe excuſans ignoraſſe ſe illam habere virũ, ideo acceperat eam, ex iuſſu domini reddidit Abrahę. Et quęrenti cauſam quare dixerat eam ſororem non vxorem, reſpondit propter vitandum periculum mortis ſuæ. Deditque munera Abimelech Abrahæ. Quo pro eo orante ſanatus eſt Abimelech vxor, & ancillæ. [Dominus quippe concluſerat vuluas earum.]

§. VI.

Ortus Iſaac, c. 21.

CENTESIMO autem anno Abrahæ Sara pe E perit ei filium, quem vocauit Iſaac, & circuncidit eum octaua die. Gen. 21. & in die ablactationis fecit conuiuium pro eo. Quadam autem die cum vidiſſet Sara Hiſmaelem ludentem cum Iſaac, ęgre tulit, ita vt diceret Abrahæ. Eiice ancillã & filium eius, non enim erit hæres cum meo. Quod cum durum videretur ipſi, admonitus tamen à Deo, vt Saræ acquieſceret, emiſit de domo Agar cum filio ſuo Hiſmaele, dans eis panes & vtrem aquę. Qua per deſertum vagãte, cum deficeret eis aqua, & puer ſiti quaſi deficeret, dimiſit eum ſub vna arborum, ne videret morientem. Flentem autem puerum dominus exau F diuit, & angelus iuſſit vt reſumeret eum Agar, & oſtendit ei puteum aquæ, vnde refocillati ſunt.

Hiſmael ab Abrahamo eiicitur.

Habitauitque Hiſmael cum matre in deſerto, & factus eſt vir ſagittarius, duxitque vxorem de terra Aegypti. Abimelech autem iniit fœdus pacis cum Abraham & poſteris eorum præſtito iuramento. Illum ludum Hiſmaelis cum Iſaac diuerſi vario modo exponunt. Aliqui quòd inducebat ad adorandas imagines, quas faciebat, quaſi idololatrando, alij quòd

Ludus Hiſmaelis cũ Iſaac qualis.

A.M. 2047.

inducere volebat ad laſciuias, alij quòd iocando percutiebat eum. Et hinc ſcias malos bonos perſequi, & appetitum ſenſualem ludere, & ſic perſequi ſpiritualem ſeu rationalē, & ideo huiuſmodi familiaritates vitare oportet. Non deſerit tamen Deus malos in neceſſariis. Aug. Hiſmael vt ſepararetur à populo Dei non obfuit mater ancilla, ſed fraterna diſcordia, nec profuit poteſtas vxoris, cuius magis filius erat, quia per ipſius iura coniugalia, & in ancilla ſeminatus erat, & ex ancilla ſuſceptus eſt, diſt. 56. Hiſmael. Item Hiero. Qui ſecundum carnem natus eſt, id eſt Hiſmael perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum natus eſt, ſcilicet Iſaac. Nunquam vero ſpiritualis perſequitur carnalem, ſed parcit ei vt ruſticano fratri, ſcit eū poſſe proficere per tempus. Et ſi quando Ægyptiæ filium viderit iraſcentem, recordatur vnius patris, qui boues creauit & culices & in domo magna eſſe non ſolum vaſa aurea & argentea, ſed lignea & fictilia. 23. q. 4. qui ſecundum.

Deus non deſerit malos in neceſſariis. Aug lib. 1. de vnico Bapt. c. 13. Hier. lib. 2. côm. in ep. ad Gal. 4. Gal. c. 4.

§. VII.

TENTAVIT Deus Abraham, non vt cognoſceret ipſe promptam eius obedientiam. Gen. 22. quam non ignorabat, & fidem, ſed vt per hanc probationem mundo notam faceret. Vocanſque eum dominus, iuſſit, vt aſſumeret ſecū filium ſuum vnigenitum Iſaac, & iret ad locum, quem ei oſtenderet, in quo filium ipſum immolaret. Qui ſubito ſurgens, iter aſſumpſit cum filiofamilias & aſino, & tribus diebus continuis iter agentibus ſimul die tertia oſtenſo ſibi loco, ſcilicet cuiuſdam montis, dixit ſeruis ſuis vt expectarent cum aſino ad radicem montis, ipſe autem Abraham ſolus portans ignem & gladium cum filio deferente ligna in humeris aſcendit, ibique ordinata ſtrue lignorum, & ſuper ea impoſito filio & patienter ferente, cum iam eſſet magnus factus extēdit gladium, vt occideret filium, ſed Angelus eum vocans prohibuit, loco eius immolauit arietem, quem vidit poſt tergum hærentem cornibus ſpinis, & iurauit ei dominus quòd propter hanc obedientiā multiplicaret ſemen ſuum ſicut ſtellas cæli & arenam maris, & quòd in ſemine ſuo benedicerentur omnes gentes. Gen. 22. Hic ſcias figurari pulcherrime paſsionem Chriſti, nec Abraham dixit mendacium cum ait, Expectate donec reuertamur ad vos, quoniam vt dicit Amb. prophetauit, quod neſciuit. Ipſe enim redire ſolus diſponebat immolato filio, vel melius. Tanta fuit fides eius, vt & mactatum & combuſtum, crederet à Deo reſuſcitandum. Mortua Sarra in ciuitate Hebron, Abraham planxit, emitque ab Ephron agrum ſuum, in quo erat ſpelunca duplex quadringentis ſiclis argenti, vt ſepeliret in ea Saram. Geneſ. 23. in quo facto Ephon dicitur cōmiſiſſe ſimoniam, quia ſepulchrum ſpeluncæ vendidit, vbi iam dicebantur ſepulti Adam & Eua. 13. q. 2. cap. Hebron, & hoc, ratione illius ſepulchri licet gratis obtuliſſet, ſed non ex animo. Abraham autem nō commiſit ſimoniam, quia præcium illud dedit pro agro non ſepulchro, Sicut non peccaret qui emeret fundum vbi ſita eſt Eccleſia, non plus dando propter Eccleſiam, & iuſpatronatus tranſit cum villa vendita, vbi eſt tale ius. 13. quæſt. 2. poſtquam, vbi dicit Hiero. quòd vbi prius dicebatur Ephron, poſtea mutata littera dicta eſt Ephran ad innuendum eum non fuiſſe conſummatæ virtutis, qui potuit vendere memoriam mortuorum aut ſepulchrum.

Tentatio Abrahæ Gen. c. 22.

Amb. lib. de Abraham c. 8.

Sara moritur.

Simonia vendendo ſepulchrū committitur.

Hier. in q. heb. ad c. 23. Gen.

§. VIII.

A DE ISAAC, quomodo duxit vxorem. Abraham itaque cum iam eſſet multum antiquus vocauit procuratorem domus ſuæ principalem, ſcilicet Eliezer. Gen. 24. Dixitq; ei vt poneret manū ſub femore ſuo, & iuraret, ſcilicet per Chriſtū, quem credebat ex femore ſuo naſciturum, quòd non ſumeret vxorem filio ſuo Iſaac de filiabus Chanaan, ſed iret in Meſopotamiam, vbi morabatur Nachor frater eius cum familia ſua, & ex illis ſumeret filio vxorem, quod ille iurauit, ſi tamen illa quam deſponſaret Iſaac vellet venire. Deinde aſſumptis camelis &
B aliis neceſſariis acceſsit ad Meſopotamiam, & applicans ad quendam fontem venienti Rebeccæ filiæ Batuelis & ſorori Laban pro aqua, cum ille Eliezer peteret ab ea potum de aqua hauſta in hydria, & illa ſubito obtuliſſet, ac etiam camelis ſuis, ſecundum conceptum ab eo factum, & intellecto quod eſſet filia Batuelis vnde conſanguinea Iſaac, quia filia fratris conſobrini, obtulit ei quædam ornamenta, & intrans in domum Batuelis, declarauit ei copiam bonorum Abrahæ, & filium habitum ex Sara Iſaac & quòd pro vxore ſibi procuranda de
C illis partibus miſſus fuerat, interrogans eos ſi aſſentiri volebant, vt Rebecca illi deſponſaretur. Cui rei ipſis & ea acquieſcentibus, procurator cum Rebecca venit ad virum ſuum Iſaac. Quem cum vidiſſet à longe in agro meditantem, & intellexiſſet ipſum eſſe virum ſuum operuit ſe pallio, ſicque Iſaac induxit eam in domum ſuam. Iſta deſponſatio ſignat deſponſationem inter Dei filium & naturam humanam per Gabrielem miſſum ab Abraham patre excelſo ad virginem factam. Non enim angelos qui ſtant cum patre, ſed ſemen Abrahæ appræhendit in terra longinqua à patre. Quæ virgo iuxta
D aquas deuotionis & ſcripturarum inuenta, poſt locutionem angeli aſſenſum præbuit, & tunc coniuncta eſt humana natura cum Deo. Gentilitas etiam in Rebecca figurata venit ad Chriſtum facta eius ſponſa per fidem, quæ verecundata oſtenſo viro, id eſt Chriſto deſcendit de camelo, id eſt vitiorum, cooperuit ſe veſtibus virtutum, & intantum dilexit eam quòd quaſi videtur oblitus Chriſtus doloris matris ſynagogæ mortuæ ex perfidia. Abrahā mortua Sara aliam duxit vxorem, ſcilicet Cethuram, Geneſ. 25. quam dicunt fuiſſe Agar, & ex ea habuit plures filios. Exinde diuiſit Abraham Iſaac ab aliis filiis, ſibique dimiſit hæreditatem, filiis autem con-
E cubinarū largitus eſt munera. Concubinæ dicuntur, quia & ſi vxorio cognoſcebantur affectu, nō tamen habebant dominium domus, vt Sara & huiuſmodi. Demum mortuo Abraham in centeſimoſeptuageſimoquinto, vitæ ſuæ anno, filij eius Iſaac & Hiſmael ſepelierunt eum in ſpelunca duplici in Hebron.

A.M. 2048. Abraham quærit filiū ſuum Iſaac vxorem.

Expoſitio ſupradictorum

Abraham mortua Sara habuit vxorem Cethuram.

§. IX.

DESCRIBVNTVR exinde generationes Hiſmaelis. Cum autem Iſaac quadragenarius duxiſſet vxorem Rebeccam, & eſſet ſterilis orauit pro ea, & dominus dedit ei conceptum ex eo iam ſexagenario, duorum ſimilē geminorum. Et cum in
F vtero colliderent paruuli, contriſtata ſuper hoc & orante, reuelatum ei fuit, quòd duo populi erant proceſſuri ex illis geminis conceptis, qui bellantes vnus alterum ſupperaret. Adueniente autem partus tempore primus egreſſus, erat rufus & totus hiſpidus, id eſt piloſus, propter quod vocatus eſt Eſau. Alter egrediens tenebat plantam fratris, quaſi volens prius egredi, propter quod vocatus eſt Iacob. Et Eſau erat venator dilectus à patre, quia frequēter de ve-

Gen. 25. Eſau & Iacob naſcūtur.

A. M. 2128.

de venatione eius veſcebatur. Iacob domi quieſcens diligebatur magis à matre. Cum verò quadam die veniſſet Eſau feſſus de agro, & Iacob coxiſſet lentis edulium, petiit ab eo Eſau de illa coctione rufa, qui reſpondit vt venderet ſibi propter tale ferculum primogenita ſua. Quod ille fecit, paruipendēs ea vendidiſſe. Quia ius primogenituræ erat ſpirituale, comiſit ſimoniā Eſau vendendo, ſed non Iacob dando, quia redemit vexationē ſuam: cum ſibi à Deo datum eſſet ius illud. Vitio gulæ victus fuit magis quam neceſſitate Eſau. Orationibus etiam oſtenditur iuuari à Deo prædeſtinatos. 13. q. 4. obtineri. Quod Abraham decrepitus duxit vxorem, vt ait etiam Aug. Ex hoc oſtendit licitum eſſe mortua vxore aliam ducere, ſi ſit ſenex. 32. q. 4. c. 1. Et figuratur Deum mortua ſynagoga gentilem plebem ſibi deſponſaſſe. Orta fame deſcendit Iſaac in Geraris, præcepítq; ei Dominus ne deſcēderet in Ægyptum, confirmauítque ei promiſſiones quas fecerat patri Abrahæ. & de poſſeſſione illius terræ à ſemine ſuo & multiplicatione ſeminis ſui, & quòd in eo benedicerentur omnes gentes. Dixerat autē Rebeccam eſſe ſororē ſuam, & cum vna dierum per feneſtram vidiſſet Abimelech rex Geraris Iſaac iocantem cum Rebecca, intellexit eſſe vxorē ſuam, & conqueſtus eſt ſecum, præcepitq; vt nullus tangeret eā ſub pœna mortis. Exinde faciens Iſaac puteos fodere pro habenda aqua, Philiſtæi obſtruebant eos pluries, & venienti in Berſabee ibi dominus apparuit ei, confirmans promiſſiones factas patri, qui ibi erexit altare Domino & habitauit ibi. Et Abimelech pepigit cum eo fœdus pacis. Fodere puteos ad inueniendam aquam viuam ſignat ſanctos viros ſenſibus & operibus ſuis tanquam famulos ſuos remouere à ſe terrenas cupiditates, vt perueniatur ad aquas gratiæ habendas. Vel etiam ſub ſuperficie literæ ſcripturarum, ſcrutari aquā ſapientiæ diuinorū myſteriorum, vtrumq; opus Philiſtæi impediūt diuerſis tentionibus, hi ſunt dæmones, hæretici, & praui homines. Sed non debent homines iuſti propter tentationes vel perſecutiones hominum, bona inchoata dimittere, quoniam continuando inueniūt quod cupiunt, & demū ceſſant rixæ dæmonū vel hominum, & aliquādo ipſi impugnatores hominis ad amicitiā Eccleſiæ & bonorū reducuntur, ad hæc diſt. 43. ſcimus.

Eſau propter gulā vendidit primo geniruram.

Aug. lib. 2. contra aduerſ. leg. & proph. c. 9.

Quid ſignificat fodere puteos ad inueniendā aquam viuam.

Iacob benedictionem Eſau ſurripit. Gen. 27.

Cum autem ſenuiſſet Iſaac, & caligaſſent oculi eius. (Gen. 27.) dixit ad Eſau, vt afferret ſibi cibos facta venatione, vt ſibi vltimam benedictionem daret. Cumque ille iuiſſet venatum, Rebecca inſtruxit Iacob, vt ſimularet ſe eſſe Eſau, circundatis manibus & collo hœdorum pellibus, & afferret ſibi cibos coctos, ſcilicet hœdorū carnes vt pro Eſau reciperet benedictionem. Quod & fecit, & delatis ſibi cibis coctis dicente ſe eſſe Eſau primogenitū ſuum, ipſiſq; comeſtis dedit ſibi benedictionem. Poſt quod veniens Eſau cum venatione cocta, repperit fraudem factam ſibi à germano. Iſaac tamen percipiens piam fraudem, & à Deo hoc eſſe factū in ſignificationem, non eſt turbatus, ſed confirmauit quod fecerat, Eſau tamen multo fletu poſtulantem etiam benedici, benedixit. Et propter hoc Eſau comminabatur occidere fratrem Iacob, vnde Rebecca perſuaſit ei receſſum. Hic multa myſteria & moralia ſunt notanda. Et primo quidem Iacob dicendo ſe eſſe Eſau non dixit mendacium, ſed doctores quia Eſau erat non perſona ſed iure primogenituræ. Sicut Ioannes dictus eſt Helias à Chriſto non perſona ſed ſimilitudine conuerſationis. 22. quæſt. 2. §. item opponitur.

Gen. 27.

Aug. lib. 1. ſup. gen. quæſt. 26.

Vtrum Iacob peccauerit dicendo ſe eſſe Eſau quæritur.

Primogenituræ iura.

A Hoc autem ius primogenituræ erat ſpirituale, quia tales, ſcilicet primogeniti habebantur loco ſacerdotum. Et conſiſtebat in ſex iſtud ius, ſcilicet in veſte ſacerdotali, in ſacrificiis offerendis, in finali benedictione patris ſuſcipienda, in benedictione, qua in ſolennitatibus & conuiuiis alios benedicebat, in duplæ portionis ſuſceptione, & in hoc quòd dominus erat aliorum. Non peccauit autem Iacob vtendo tali fraude, quia ſibi debebatur. Nec Rebecca ad hoc inducendo, quia creditur ad hoc à Deo inſpirata. Figurabatur benedictionem ſalutis æter- B næ populum gentilem, vt minorem Dei filium conſecuturum, non maiorem populum Iudaicum.

Hoc tempore regnum Argiuorum exortum eſt ſub Inacho primo rege, & durauit per 14. reges vſq; ad tempora iudicium Iſrael Baruch & Delboræ. Tunc Perſeus Acriſio non ſponte interfecto timens reliquit Argos, & tranſtulit regnū in Mycenas: poſt quem illic regnauerunt Euryſteus, Atreus &c. His tēporibus ſecundū Comeſtorē, qui eſt magiſter hyſtoriæ ſcholaſticæ. Phoroneus filius Inachi & Niobes primus Greciæ leges dedit, ac ſub iudice cauſas agi inſtituit, locum iudici deſtinatum, à ſuo nomine C forum appellauit. Soror ipſius Iſis in Aegyptum nauigauit, & quoſdam apices literarum eis dedit, de agricultura etiam eos multa docuit. Vnde cum Io diceretur, Iſis ab eis dicta eſt, quod in lingua eorum ſonat terra. Et ob hoc poſt mortē in numero deorum in Aegypto recepta eſt, filius etiam Phoronei qui Apis dictus eſt, eodē tempore in Ægyptum nauigauit, quem quidā Apim filium Phoronei virum Iſidis eſſe tradunt, & ſimiliter ab Ægyptiis deificatus eſt. Tunc etiam apud Lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Græci Mineruam dixerunt. Hæc plures artes adinuenit, maximè lanificium, eadem di- D cta eſt Pallas à Pallane inſula Thraciæ, vbi enutrita eſt vel à Pallante gigante, quem interfecit. Merito tunc dici poterat illud Oſeæ. Non eſt ſcientia in terra, ignorantibus pene omnibus nationibus verum Deum, excepta familia Abrahæ.

A. M. 2128.

Externa tempore Iſaac.

Com. in hiſt. gene.

Phoroneus primus leges Grçcis tradidit.

Pallas quę & quādo.

De geſtis Iacob. CAP. II.

GESTA IACOB Hic ad declinandum iram fratris Eſau rogatu matris, ne ipſe occideretur à fratre, iubente etiam patre vt iret in Meſopotamiam Syriæ, indéque ſibi ſumeret vxorem de familia Batuelis fratris Rebeccæ, recepta patris bene- E dictione iter aſſumpſit. Cernenſq; Eſau, quod parentibus diſpliceret eum ſumpſiſſe vxorem de filiabus Chanaam, ducit aliam vxorem, ſcilicet filiam Hiſmaelis filij Abrahæ. Iacob autem pergens in Meſopotamiam veſpere facto poſuit ſe ad dormiendum in Bethel, ſupponens lapidem capiti ſuo. Vidítque in ſomnis ſcalam pertingentem vſque ad cælum, dominúmque innixum ſcalæ deſuper, indeque ſibi loquentem ac promittentem ſemini ſuo terram illam, & quòd in ſemine ſuo benedicerentur omnes tribus terræ. Vidit etiam Angelos aſcendentes & deſcendentes per ſcalam illam. Qui euigilans & ſtu- F pens ex viſione, dixit. Vere locus iſte ſanctus eſt, &c. Vnxítq; lapidē illum, & erexit in titulū, vocans locū illum Luza, & votū vouit Domino dare decimas, ſi reuerteretur proſpere ad domū ſuam. Scala quā vidit Iacob cuius capiti Deus erat innixus ſignat humanitatem Chriſti, cui Deus fuit vnitus vt præeminens, duo latera eius ſunt anima & corpus, gradus eius ſunt opera Chriſti, doctrinę, miraculorū cōuerſationes virtuoſæ paſſionis ſuæ, per quæ imitādo aſcen-

Geſta Iacob. Peregrinatio in Meſopotamiam. Gen. 27. & 28.

A. M. 2134. dimus ad Deum. Angeli aſcendunt referendo vota noſtra, id eſt conſulendo diuinam voluntatem circa agenda in nobis. Deſcendunt ferendo nobis adiutoria & dona prout à Deo perceperunt. Sic autem patres intellexerunt & intelligunt. Moraliter ſcala eſt pœnitentia: latera eius timor & ſpes: gradus eius partes pœnitentiæ, contritio, confeſſio, ſatisfactio, ſcilicet oratio, ieiunium, eleemoſyna, reſtitutio & huiuſmodi, per iſtam aſcenditur cælum. Deus ſtat in ſummo ad adiuuandum, confortandum, ac animandum ad eam. Angeli prædicatores aſcendunt oſtendendo, vtilitatem eius, &c.

B Veniens exinde Iacob in Aram ſeu Meſopotamiam iuxta puteum quemdam: ad quem congregati paſtores remouentes lapidem quo claudebatur, adaquabant greges ſuos, Qui ad inquiſitionem eius dixerunt Laban bene valere & filiam eius Rachelem venire ad puteum cum grege. Quam videns oſculatus eſt eam: declarans ſe eſſe filium Rebeccæ: & remoto lapide à puteo adaquauit gregẽ eius. At illa feſtinans nunciauit patri. Qui egreſſus & eum introduxit in domum: & aſſignatis cauſis itineris retinuit eum in domo paſcentem gregem eius. Seruiuitque ei in cuſtodia gregum ſeptem annis, vt daret ſibi Rachelem in vxorem quæ pulchra erat oculis. Expleto ſeptennio poſcenti ſibi dari Rachelem celebratis nuptiis introduxit Liam. Cum autem mane percepiſſet Iacob & conquereretur. reſpondit Laban de more eſſe patriæ illius prius maiores filias tradi ad nuptias. Sed nihilominus poſt hebdomadam daret ſibi etiam Rachelem in vxorem pro ſeptem aliis annis quibus ſibi ſeruiturus erat. Quod & factum eſt. Lia autem erat lippis oculis: vnde Iacob amorem Rachelis ei prætulit: concepit tamen Lia ex eo quatuor filios ſucceſſiue: ſcilicet Ruben, Simeon, Leui, & Iudam: Rachele ſterili permanente.

Gene. 29.

Vxores Iacob & cõcubinæ.

Iacob ſoboles.

Rachel videns ſe infœcundam & inuidens ſorori. Gene. 30. dedit Iacob ancillam ſuam nomine Balan vt ingrederetur ad eam: ex qua ipſam cognoſcens habuit duos filios ſcilicet Dan & Nephtalim. Lia autem videns quòd concipere alium deſtiterat, dedit & ipſam ancillã Zelpham Iacob, vt ingrederetur ad eam: quo facto ex ea habuit duos filios ſcilicet Gad & Aſer. De mandragoriſque quas repertas Ruben in agro matri Liæ attulit: dedit Lia Racheli petenti hoc pacto, vt ſecum dormiret Iacob nocte ſequenti. Vnde ex ea ſuſcepit duos alios filios ſucceſſiue, ſcilicet Iſſachar & Zabulon. deinde fœminam vnam peperit Lia quam vocauit Dinam. demum concepit Rachel, & peperit Ioſeph. quem Iacob præ cunctis dilexit. quo nato cum peteret Iacob licentiam à ſocero ſuo Laban, vt reuerteretur ad domum patris: rogauit Laban vt adhuc ſecum maneret mercede petita: qui acquieuit hoc pacto: vt greges vnius coloris tantum albi vel nigri ipſe paſceret: & quicquid parerent maculoſum ſeu diuerſi velleris eſſet merces ſua: vnicolores verò fœtus eſſent Laban. Quod & factum eſt. Iacob autem inuenit ex induſtria nouum modum vt conciperent greges ſui vnicolores varia & maculoſa. Nam virgas populeas & amygdalinas virides partim decorticatas: vt ſic eſſent varij coloris albi ſcilicet & nigri vel griſei ponebat in canalibus: vt ouibus aſpicientibus virgas in canalibus varij coloris tunc concipientes ex arietibus parerent omnes varij coloris. Et ex huiuſmodi Iacob multum ditatus eſt.

Iacob geſta moraliter exponuntur.

Quod Iacob derelictis parentibus & patria, &

A opibus inuenit ſponſam Rachelem pulcherrimam ad aquas, ſignat ſecundum Orig. quod vir ſupplantator vitiorum derelictis mundanis, ſapiẽtiam aſſumit ſibi ſponſam, inſiſtẽdo doctrinis ſcripturarum. ſecundum Greg. in 6. mora. Quod habuit duas vxores laborando ſatis pro eis, ſignat virum perfectum ſibi aſſociare duplex genus vitæ: ſcilicet contemplatiuæ ſignatæ per Rachelem pulchram oculis, ſed ſterilem filiis: quia contemplatiua ſubtilius & clarius intuetur Deum: ſed non fructificat in proximis. Lia vero, quæ erat fœcunda in ſeptem filiis, ſignat actiuam, quæ inſiſtit ſeptem operibus miſericordiæ: & ſic fructificat in proximis: ſed minus Deum contemplatur. Vnde Lia lippa erat oculis: & quamuis Iacob prius quæſierit Rachelem: tamen prius habuit Lia: quia non poteſt quis bene in contemplatiua ſe exercere; niſi prius actiue vacauerit mortificãdo paſſiones vitiorum. Et quomodo excuſatur in habendo quatuor vxores habes. 32. q. 4. obiiciuntur. & c. recurrat. Et dictum eſt ſupra de de Abraham. De mandragoris, quod habeant virtutem faciendi mulieres concipere, dicit Aug. non eſſe verum. Nico. de Ly. dicit illas quædam poma odorifera. Quod Iacob vſus fuerit illa cautela ponendo virgas decorticatas in canalibus vt conciperent fœtus varios fecit prudenter, vnde & ibi non peccauit: quia Laban in multis grauabat eum, & damnificabat, & mutabat ſibi pacta: in compenſatione ergo illorum illud iuſte fecit. Et dicit Comeſtor non mirum conſpectæ imagini ſimilem ſobolem fieri in extremo voluptatis æſtu cum hoc ipſum in equarum gregibus apud hiſpanos fieri dicatur Hiero. Quintilianus [in ea controuerſia, in qua accuſatur matrona, quod Æthiopem pepererit pro defenſione illius hanc conceptus eſſe naturam, quam ſupra diximus.] Et in libris Hippocratis ſcriptum reperitur quandam puniendam, eo quod pulcherrimum peperiſſet, vtrique parenti & toti generi eorum diſſimilem [niſi memoratus medicus ſoluiſſet quæſtionem montis, quærere ſi forte talis figura eſſet in cubiculo [qua inuenta mulier ſuſpicione liberata eſt.] Iacob paſtor ouium ſignificat prælatos & doctores qui diligenter debent gregibus cuſtodiendis inuigilare, & vt oues id eſt ſubditi pariant fœtus varij coloris, id eſt opera diuerſarũ virtutum in aquis doctrinarum, debent ponere virgas, id eſt ſententias & exempla patrum partim decorticatas, partim virides, id eſt partim ſecundum literam, partim remota ſuperficie literæ ſecundum ſpiritualem ſenſum: vt ſic concipiant proponendo, & poſtea pariant operando diuerſa opera virtutum.

A. M. 2148.

Greg. lib. 6. mor. ca. 38.

Aug. libr. 22. cõ. cap. 55.

Com. in hiſt. gen. cap. 78.

§. XI.

Reuertitur ex Meſopotamia Iacob.

IACOB ſic ditatus perpendens quod Laban cum filiis indignati eſſent contra eum: & murmurabant de ſubſtantia eius multiplicata. Gene. 31. Vocauit vxores in agro, exprimens eſſe intentionis ſuæ ad redeundũ ad parentes. tum quia Laban male tractauerat eum: tum quia Deus hoc ei mandauerat in ſomniis. Quibus aſſentientibus, clanculum diſceſſit cum vxoribus, filiis, & omni ſubſtantia ſua, ignorante Laban. Quod audiens ipſe Laban tertia die perſecutus eſt eos cum ſuis: inuentoſq; in monte Galaad, cum conquereretur de fuga & maxime de idolis ſuis, quę furata fuerãt Racheli, Iacob ignorante: Reſpondit Iacob cauſam aſſignans ne retineret familiam ſuam & ſubſtantiam: furtum negans, & quod quæreret. Sed quærente tabernacula,

Rachel

A.M. 2143. Rachel ſedente ſuper ſtramenta, ſub quibus erant abſconſa non reperit. Demum fœdere inito cum Iacob rediit domum,& Iacob perſecutus eſt iter.

Expoſitio ſuperiorũ. Laban cum ſuis perſequens Iacob cum vxoribus & filiis,vt eum caperent & ad ſe reducerent, figurat perſecutionem infideliũ contra fideles, ex eo quod receſſerunt à ritibus patrum, quærentes ad priora reducere: & poſt multa Deus ita exterruit, quod non potuerunt præualere, ſed facti beneuoli ſunt vel ex conuerſione, vel ſaltem pacifica conuerſatione cum Iudæis & Paganis, ſubtracta idololatria à gentilitate.

In itinere obuiam habuit Angelos Dei dicentes caſtra Dei ſunt hæc. Miſitque nuncios ad Eſau fratrem ſuum ad nunciandum ei reuerſionem ſuam. Gen.32. Cumque reuerſi nuncij referrent ei quod appropinquabat Eſau, veniens ad eum cũ quadringentis viris multum timuit orans Deum vt liberaret eum de manibus ſuis. Miſitque munera ante ſe ad eum vt placaret iram eius,ſcilicet greges ouium cum arietibus,capras cum hircis,vaccas cum tauris, camelos & aſinas per plures nuncios.

Cumque omnia feciſſet eum antecedere,remanſit ſolus. Et ecce vir luctabatur cum eo,id eſt Angelus in forma humana. Cumque præualeret Iacob, Angelus percuſſit neruum femoris eius, & ſtatim factus eſt ſtupidus vt poſtea claudicaret,vocauitque nomen eius Iſrael, & benedixit ei dicens. Vidi dominum facie ad faciẽ, & ſalua facta eſt anima mea.

Tho.in 1. p.q.12. ad 1. Iacob vidit Deum facie ad faciem quõ intelligẽdum. Lũcta Iacob cum Angelo ſignificat incarnationem. Quod Iacob dixit, vidi Dominum facie ad faciem, non eſt intelligendum de viſione patriæ faciali, ſed quia in ſubiecta creatura, ſcilicet Angeli, eum cognouit clariori cognitione vltra communem quæ eſt per fidem, & ſignat myſterium incarnationis lucta iſta, in qua duæ naturæ coniunctæ vt ſunt luctantes, aliquando vna videbatur præualere, id eſt,magis oſtendi quàm altera, vt humana in neceſſitatibus corporis, aliquando magis diuina, vt in miraculis, demum præualuit humana in paſſione,vbi & Deus viſus eſt.

Leuans Iacob oculos pergens in via vidit Eſau venientem cum ſuis.Gen.33. Et fecit tres turmas de familia ſua. In primo loco ponens ancillas cum liberis. In ſecundo Liam cum liberis. Tertio loco Rachelem cum Ioſeph, præcedenſque ipſe ſepties adorauit pronus in terram, & poſtmodum cum appropinquaſſent ſibi mutuo, & amplexati oſculati ſunt inuicem. Interroganti Eſau cuius eſſet plebs illa, reſpondit. Sua. Ex quibus munera mittebat, cogens vt ea reciperet, cum ille recuſaret dicens ſe eum vidiſſe vt faciem Dei. Cumque vellet Eſau ſecum ire,renuit ille ſe excuſans ob paruulos & oues. Venit ergo Iacob cum familia ſua ad habitandum prope Sichem, inuocato ibi Domino.

Dina rapitur. Filia autem Iacob Dina egreſſa ad videndum fæminas regionis adamata eſt à Sichem filio Hemor, & rapta ac vi oppreſſa eſt. Geneſ.34. Poſt quod rogauit Sichem Iacob & filios ſuos,vt darent ſibi illam in vxorem. Qui dixerunt ſub dolo ſe hoc facere non poſſe, niſi circunciderentur omnes maſculi illius ciuitatis,& ſic adinuicem matrimonium contrahere poſſent, cui cum illi acquieuiſſent omnibus maribus ſe circuncidentibus tertia die cum grauiſſimus erat dolor vulnerum, Simeon & Leui filij Iacob, arreptis gladiis omnes homines illius ciuitatis occiderunt. Sichemque & patrem Hemor, & omnia prædati ſunt in vltionem ſtupri. Quod Iacob ægre tulit.

A.M. 2148. Dinæ raptus quid ſignificet. A Dina de domo egreſſa ad videndas mulieres regionis violata,oſtendit periculum quod ſequitur ex diſcurſu & curioſitate hominum. de pœn. diſt.5.c.1. Moraliter ſignat animam, quæ extra domum propriæ conſcientiæ vagatur ad creaturas, quæ ex hoc à diabolo capitur, & delectatione & excuſatione peccati ab eo detinetur, nec liberatur niſi filij Iacob id eſt viriles effectus animi quadam quaſi violentia eripiant eam de manu eius, occiſo eo cum familia ſua, id eſt peccato per pœnitentiam expulſo. Poſt hæc Iacob admonita familia vt abiicerent idola, & B mundarentur, inde recedens venit Bethel.Geneſ.35. Immiſitque dominus timorem in omnes habitatores illarum regionum, vt nullus auderet aliquid iniuriæ ſibi inferre. Apparuitque Dominus ibi, promiſſiones factas patribus ſuis de multiplicatione ſeminis & conceſſione illius terræ confirmans ei, vbi & altare fecit. Indeque veniens in Effratam, ibi mortua eſt Rachel in partu ſecundi filij, quem vocauit Benoni, ſed pater appellauit Beniamin. Ruben autem acceſſit ad concubinam patris Balan, quod pater poſtea ſciuit. Demum Iacob venit ad patrem ſuum Iſaac in Hebron, vbi habitabat.& eo C mortuo cum eſſet 180. annorum ſepultus eſt in ſpelunca duplici à filiis ſuis Eſau & Iacob. Mors Rachelis.

Profana tempore Iacob. Com in hiſt. Gen. cap.86. Prometheus dicitur prim' ſculpturæ auctor & annuli. Eo tempore Prometheus frater Athlantis primus dictus eſt feciſſe homines, vt dicit Comeſtor, & hoc quia de rudibus doctos fecit, tum quia legitur feciſſe quaſdam imagines, quas arte quadam faciebat ambulare. Inuenit etiam primus annullum ferreum & incluſit gemmam. Tradidit autem vt in quarto digito poneretur, quem medicum vocant ad ornatum, digniorem hunc reliquis dicens: quia ab eo vſq; ad cor perueniat. Dicitur etiam Triptolemus in Græciam veniſſe & agriculturã ampliaſſe. D Ceres vero inſtrumenta arandi & menſurandi granum adinuenit. Tũc Telchines victi & exules Rhodum condiderunt. In cap.36.Gen. continentur generationes Eſau, quæ deſcenderunt ex eo & duces & reges per plura tempora, & quod recedens de Chanaam à Iacob, quia non poterat eos capere terra illa propter multitudinem gregum amborum, iuit ad habitandum in montem Seir cum familia ſua. Et quod quidam de progenie ſua dictus Ana inuenit [a] aquas calidas in ſolitudine, id eſt balneares cum paſceret aſinas patris.

E *a Varia huius nominis* הַיֵּמִם *interpretatio de inuento huius Anæ varias induxit opiniones, quidam enim aquarum congregationes, id eſt ſtagnum inueniſſe eum perhibent: alij aquas calidas iuxta punicæ linguæ viciniam: alij Onagros ab hoc Ana admiſſos eſſe ad aſinas, vt velociſſimi ex his aſini naſcerentur: alij quarum greges ab aſinis aſcendi feciſſe, vt muli inde naſcerentur Sixt.Sen.lib.8.bibl. & ſan.har.13.*

¶ *De geſtis Ioſeph.* CAP. III.

Gen.37. Geſta Ioſeph. Nic.de ly. in cap.37. Geneſ. DE GESTIS Ioſeph. Hic cum 16. eſſet annorum paſcebat gregem cum fratribus, qui accuſauit fratres apud patrem F de crimine peſſimo. Quidam dicunt de beſtialitate vel ſodomia. Sed Nicolaus de Lyra dicit de diſcordia & rixa inter fratres, & præcipue quia alij contemnebant filias concubinarum, Iacob autem diligebat Ioſeph ſuper omnes, quia in ſenectute genuiſſet eum, & quia melior aliis, propter quod fecit ei tunicam polymilan, & talarem, fratres autem oderant eum,& cum narraſſet ſomnium ſuum

A. M. 2148.

fratribus de manibulis eorum adorantibus ſuum, & altera die de ſole luna & vndecim ſtellis adorantibus eum, magis hoc auxit odium in fratribus. Quadam autem die miſit eum Iacob ad viſitandum fratres in Sichimis, ſi bene haberent, qui prompte obediens acceſſit illuc, & cum non inueniſſet eos nunciato ſibi ꝙ iuiſſent in Dothaim, quæſiuit eos. Sed cum fratres vidiſſent eum à longè, cogitauerunt occidere eum ex odio dicentes. Ecce ſomniator venit, &c. Gen. 37. Sed ſuaſione Ruben, qui intendebat liberare eum de manibus eorum, miſerunt eum exutum tunica in ciſternam ſiccam. Cum autem tranſirent Hiſmaelitæ educentes de ciſterna vendiderunt eum Hiſmaelitis mercatoribus inde tranſeuntibus triginta argenteis, Ruben abſente & incitante Iuda.

Chriſti figura Ioſeph geſſit per omnia. Philip. 2.

Et figurat hoc myſterium Criſti qui genitus, id eſt creatus à patre ſecundum humanitatem in ſenectute, id eſt ſexta mundi ætate, præ cæteris omnibus fuit à patre dilectus, habitu ſpeciali omnium virtutum, & veſte decoratus. Qui conuerſatus inter fratres Iudæos, quia arguebat crimina eorum & ex verbis ſuis oſtendebat & dominium quoddam ſuper eos habiturum, vt ſcilicet in nomine Ieſu omne genu flectatur, inuiderunt ei, & oderunt, & quærebant eũ occidere, contradicentibus tamen quibuſdam vt Nicodemo & Ioſeph actibus eorum, qui ſignantur in Ruben, demum vendiderunt triginta argenteis Iuda fratri, id eſt Apoſtolo ſuo tractante, qui demum ad falſam accuſationem ſynagogæ ſignatæ in muliere, quia noluit cum ea aſſentire in ſuis falſis traditionibus, quaſi voluiſſet eam violare in legibus ſuis, & eam ſibi ſubiicere, præſes Gentilis, qui erat vt vir illius ſynagogæ, ei ſcilicet dominans vel princeps ſacerdotum iratus cõtra eum, tradiderunt eum in carcerem, id eſt in mortem, ex qua anima eius ad carcerem limbi deſendit. Vbi manifeſtauit vnum reum liberandum & reſtituendum ante Pharaonem, ſcilicet patres de limbo, alterum condemnandum acrius, ſcilicet deputatos loco damnatorũ in futuro iudicio in anima & corpore cruciandos. Quod euenit. Deinde Ioſeph tonſo capite, & mutatis veſtibus, id eſt Chriſtus ablatis defectibus mortalitatis, & veſtimento nouo gloriæ corporis indutus in reſurrectione, oſtenſa ſapientia ſua per prædicationem Apoſtolorum à rege Ægypti, id eſt mundi Domino Deo, declaratus eſt, & præconizatus ſaluator mundi, qui frumenta doctrinæ diſtribuit cupientibus veritatem. Et demum fratres ſui in fine mundi. Iudæi, ſcilicet & ipſi veniẽt & adorabunt eum recognoſcentes eum. Et ad occultandum crimen ſuum patri, miſerunt tunicam Ioſeph tinctam in ſanguine hædi ad Iacob, vt videret ſi eſſet tunica Ioſeph. Ipſam autem recognoſcens & exiſtimãs à fera deuoratum multum fleuit & diu. Ioſep autem venditus eſt Putifari eunucho magiſtro militiæ Pharaonis. Iſte Putifar non dicitur eunuchus quòd caſtratus ſit in infantia, ſicut erant eunuchi dominorum, quia habuit vxorem & filios, ſed quia emit Ioſeph pulchrum & elegantem ad turpem vſum vt dicunt Hebræi, quare dominus infrigidauit eum, vt non poſſet coire, ſicut ſi fuiſſet eunuchus, poſtea factus eſt ſacerdos Heliopoleos. Dicit Aug. 1. quæſt. 1. ſicut. Sicut eunuchus fuit qui Ioſeph comparauit, ita qui gratiam mercatur, viuum ſemen non habet ſiccis genitalibus. Vult dicere quòd quia Ioſeph interpretatur augmentum ſignans gratiam, in qua eſt augmentum meritorum,

Quare Putifar fuit dictus eunuchus.

Putifar quid ſignificet. Geneſ. 38.

A qui emit ſacramenta in quibus eſt gratia cum committat ſimoniam, quæ eſt mortale, ideo non poteſt filios bonorum operum generare ſiccata radice gratiæ.

Iudas autem filius Iacob duxit vxorem, Sue filiam Hiram hominis Chananei. Gen. 38. Ex qua habuit tres filios, ſcilicet Her, Onam, & Selam, deditque Iudas filio ſuo primogenito Her vxorem nomine Thamar, qui nequam exiſtens occiſus eſt à domino. Ipſam autem Thamar dedit vxorem Onam, vt ſuſcitaret ſemen fratri ſuo defuncto ſine liberis, qui peſſimus, quia ſemen fundebat in terram occiſus eſt

B & ipſe à domino. Diſtulit autem Iudas tradere Thamar vxorem Selæ timẽs ne & ipſe moreretur. Mortua autem vxore Iudæ, ſcilicet Sue cũ audiſſet Thamar ſocerum ſuum ire ad greges ſuos, poſuit ſe in via, qua erat tranſiturus, ſimulans ſe meretricem: quam ille cognouit neſciens eſſe nurum, & concepit ex eo & ſic peperit Phares & Zeram ipſa Thamar. Et cum poſt menſes innotuiſſet Iudæ [a] Thamar eſſe grauidam, Iudas præcepit vt adducta combureretur, vt fornicaria, ſed illa ſigna dedit annulli & armilæ ſibi dimiſſæ, quòd ex eo concepiſſet, ſicq; Iudas habuit excuſatam, eo quòd diſtuliſſet ſibi da-

C ri in virum Selam, & non cognouit eam vlterius.

Nota pœnã ſtupri.

a Thamar iuxta nonnullos filia fuit Melchiſedech ſacerdotis, hoc coniiciunt ex eo quod Iudas in ſcortatione deprahenſam poſtea Moſes repetiuit, vt filia ſacerdotis quæ ſcortata fuerat combureretur, cæteræ lapidarentur. Gene.

§. I.

Ioſep in Ægypto quid egerit.

VENDITVM igitur Ioſeph in Ægyptũ Putifar fecit eum diſpenſatorẽ & gubernatorem

D omnium quæ habebat, habentem gratiam ſuam & recte omnia prouidentem, & propter eum dominus proſperabat omnia eius. Gen. 39. Et cum Ioſeph pulcher eſſet patrona ex eo amore capta inuitauit eum pluries ad adulterium, quòd ille recuſabat, & vna dierum cum Ioſeph ſolus aliquid in domo faceret, illa accepit eum per pallium, vt dormiret ſecum. Quod ille recuſans aufugit de domo. Illa peſſima pallio retento vocauit famulos dicens, quod Ioſeph voluiſſet vi opprimere eam. Reuertentique viro domum & falſo de hoc accuſanti, Putiphar iratus miſit eum in carcerem, deditque dominus gratiam ei

E coram principe carceris, qui tradidit ſibi curam incarceratorum. Et nota quod in libris duodecim Patriarcharum ponuntur multæ aſtutiæ illius mulieris, quibus conata eſt trahere illum ad nefarium opus & maleficiorum & promiſsionum accipere eum in virum & occidendi maritum & comminationum ſe occidendi & aliorum modorum. Cum Ioſeph teneretur in carcere. Geneſ. 50. duo eunuchi regis Pharaonis, ſcilicet Pincerna regis & Piſtor propter quemdam exceſſum fuerunt incarcerati. Cumque vna nocte habuiſſent ſomnium varium, Pincerna, ſcilicet vidit vitem, ex qua tres propagi-

F nes facientes fructum procedebant, illéque videbatur vuas exprimere in calicem & porrigere Pharaoni, Piſtor vero tria caniſtra plena his quæ fiunt arte piſtoria, & volucres videbat comedere, Ioſeph expoſuit, quòd poſt tres dies Pincerna reſtitueretur officio ſuo, & Piſtor ſuſpenderetur, quod totum impletum eſt. Poſt hæc vidit Pharao in ſomnis ſeptem boues pingues exire de fluuio Ægypti, & paſcentes in palu-

Nota ibi inſanã mulierum libidinem.

In teſtamento Ioſeph 11.

Gen. 41.

A.M. 2134.

in paluſtribus, & poſtea ſeptem alios boues macilentos qui deuorabant priores. Gen. 41. Iterum vidit aliud ſomnium ſeptem ſpicarum in culmo vno pulchrarum & poſtea ſeptem alios deformes percuſſas vredine. Mane igitur vocauit ſapientes Aegypti, vt interpretarentur ſomnia iſta, & ignorabant. Demum pincerna, cuius ſomnium fuerat interpretatus Ioſeph in carcere & vere, recordatus eius, ſignificauit Pharaoni, ad cuius imperium eductum de carcere tonſum & ornatum interrogauit Pharao ab eo interpretationem ſomniorum. Qui eam exponit dicens vtrumq; ſignificare vnum effectum, ſcilicet ſeptem annos futuros magnæ fertilitatis, & poſtea ſeptem alios maximæ penuriæ, ſuadens regi, vt inſtitueret virum induſtriũ ſuper hoc, qui tempore fertilitatis annuatim reponeret quintam partem bladorum in horreis regis, vt tempori ſuperuenienti famis prouideretur. Quod conſilium acceptans Pharao ipſum inſtituit ſuper hoc, dans ei annulum in manu, & ſtolam byſſinam & torquem circa collum faciens eum circunire per Ægyptum præcone ante eum clamante, vt omnes genu flecterent ante eum, vocauitque nomen eius ſaluatorem mundi, deditque illi vxorem Aſeneth filiam Putipharis ſacerdotis Helio poleos, ex qua habuit duos filios, ſcilicet Manaſſem & Effraim.

Explanatio ſomniorũ per Ioſeph.

Aſeneth vxor Ioſeph reliquit Idola.

Tranſactis igitur ſeptem annis fertilitatis & inchoatis annis famis, Ioſeph frumenta congregata multa cœpit vendere. Vin. in ſpe. iſto. ponit hic hiſtoriam pulchram, neſcio vnde extractam, de Aſeneth, quomodo erat pulcherrima, honeſtiſſima, ſed ſuperba contemnens omnem virum. Et quomodo prius noluit, ſed poſtea hoc ſumme deſiderauit, ſcilicet habere Ioſeph in virum ex pulchritudine & ſapientia & modeſtia ſua, ſed ipſe noluit aſſentire niſi prius dimitteret idola quæ colebat. Et contriſtata ſuper hoc Angelo inſtruente effecta eſt fidelis.

Iacob mittit filios in Aegyptũ.

Audiens Iacob frumenta vendi in Aegypto miſit ad emendum decem filios ſuos retento ſecum Beniamin. Geneſ. 42. Qui ingreſſi terram Aegipti comparuerunt coram eo, & ipſos recognoſcens ab eis non eſt cognitus, cœpit autem durius loqui ad eos, & arguere quòd venerant ad explorandam terram. Qui inter ſe loquentes dicebant hanc tribulationem eis accidiſſe propter id quod fecerant fratri vendendo, demum Ioſeph voluit vt vnus remaneret captiuus donec reuerterentur cum Beniamin, & hic fuit Simeon. Reuerſique domum omnia patri nunciauerunt, vt acciderat eis, vt ſciſcitati ab eo reſponderent ad ſingula, & præcipue de patre, & germano paruulo qui remanſerat cũ patre, & quòd deberent eum ſecum ducere reuertentes. Conſumptis frumentis de Aegypto adductis, cum Iacob mandaret filiis vt iterum irent ad Aegyptum ad emendum frumentum. Gen. 43. noluerunt niſi mitterent cum eis Beniamin. Cumque timeret Iacob ne quid ſiniſtri in via ei accideret, Iudas ſuſcepit onus ſuper ſe reducendi eum. Aſſumptis igitur quibuſdam muneribus de fructibus terræ optimis, ex iuſſu Iacob, quæ offerrent Ioſeph, iuerunt omnes etiam cum Beniamin, & præſentauerunt ſe coram Ioſeph, qui fecit eos in domum introduci & parari conuiuium. Timentes autem ipſi ne propter pecuniam reportatam in ſaccis deuolueret in eos calumniam, ſignificauerunt ipſam reportatã & aliam, ſed confortati ſunt ne timerent. Demum ingreſſo Ioſeph in locum vbi illi expectabant, oblatiſque muneribus & eo adorato, reſponderunt interro-

Gen. 43.

Nota beniuolentiã Ioſeph erga fratres.

A ganti patrem bene valere, & Beniamin adeſſe paruulum, de quo dixerant. Demum cum eis comedit, maiorémque partem dedit Beniamin in quintuplo. Gen. 44. Expleto conuiuio iuſſit Ioſeph impleri ſaccos ſingulorum frumento, & pecuniam delatam in ore ſaccorum ſcyphum autem ſuum argenteum in ſacco Beniamin occultè poni. Quo facto cum receſsiſſent, Paulo poſt miſit Ioſeph diſpenſatorem ſuum poſt eos, qui inuentos redargueret eos de furto ſibi facto ſcyphi ſui. Quod cum feciſſet, & illi ſe excuſarent negando factum, obtulerunt ſe libere, B vt apud quem inueniretur occideretur ille, & ipſi ſerui efficerentur. Inquiſitione igitur facta apertis ſaccis omnium, inuentus eſt in ſacco Beniamin, qui nimis dolentes omnes ſimul reuerſi ſunt ad Ioſeph præſentiam. Qui cum eos repræhendiſſet de ſcypho ablato, cum in eo augurarctur, quod non mendacioſe ſed iocoſe, vel ſecundum opinionem vulgi dixit, ſecundum Auguſt. Iudas qui ſuſceperat eum ſuper ſe ad reducendum multa locutus eſt in cauſa illa, rogans vt eum dimitteret liberum, ne pater moreretur præ triſtitia eo non reuerſo, & ipſe remaneret ſeruus ſuus pro eo.

A.M. 2134.

Aug. lib. 1 q. ſup. gen quæſt. 145.

C Demum Ioſeph amplius ſe continere non valens, excluſis aliis cum lachrymis multis. Geneſ. 45. manifeſtauit ſe eſſe Ioſeph, quem vendiderant interrogatiſque de patre pre timore nimio non poterant reſpondere, ſed confortauit eos dicens. Nolite timere, nec vobis durum videatur, quòd vendidiſtis me in Aegyptum, pro ſalute enim veſtra miſit me dominus ante vos in Aegyptum, vt præſeruemini & fame non pereatis, Adhuc enim quinque anni futuri ſunt, in quibus fames durabit. Reuertimini ergo & renunciate patri Iacob gloriam meam, & ex parte mea ei dicite, quòd veniat cum omni D familia ſua in Aegyptum, & ego paſcam vos. Quod cum audiſſet Pharao veniſſe ſcilicet fratres Ioſeph letatus eſt cum omni familia ſua & dixit ſibi, quòd mitteret pro eis, prout ſibi placeret. Miſit ergo plauſtra & iumẽta multa, quibus adducerẽtur res & familiæ, cibaria & ſtolas dedit eis, & plura Beniamin. Qui reuertentes & nunciantes hoc Iacob, quaſi à ſomno euigilans vix credere poterat dicens. Vadam & videbo filium meum antequam moriar. Gen. 46. Iacob igitur recedens de Chanaam cum omni familia ſua, cum veniſſet ad puteum iuramenti ſacrificium Deo obtulit, & in ſomnis vocauit eum Deus, E & confortans eũ ne timeret deſcendere in Ægyptũ, quia ibi eſſet eum in magnam gentem maltiplicaturus. Deſcribuntur quoque qui deſcenderunt in Aegyptum procreati de Iacob & filiis ſuis, qui omnes fuerunt ſeptuaginta, exceptis mulieribus, duo de quindecim filiis Iacob, alij autem filij filiorũ, & ponuntur nomina ſingulorum. Præmiſit autem Iacob Iudam, quæ nunciaret aduentum eius Ioſeph vt occurreret ei in Geſſen. Quo facto occurrens amplexatus eſt Iacob Ioſeph, plorans ſuper eum & dicens. Iam lætus moriar ex quo vidi faciẽ tuã. Cautos autem fecit fratres ſuos, vt cũ nunciaretur hoc Pha- F raoni per eum de aduentu eorũ, ſi interrogarentur de opere ſeu exercitio ſuo, dicerent ſe eſſe paſtores, vt ſic poſſent habitare in terra Geſſen. Ioſeph igitur ſignificante Pharaoni aduentum patris & fratrum Geneſ. 47. adduxit omnes coram eo. Interrogans autem eos de exercitio ſuo cum dixiſſent ſe paſtores eſſe, rogantes vt permitteret eos habitare in terra Geſſen, dixit Pharao Ioſeph, quòd eos ibi habitare faceret, & Iacob interrogatus à Pharaone de

Iacobitæ in Ægyptũ deſcẽdũt.

Iſaac patris ſui.

Iacob Pharaonẽ ſalutat.

A. M. 2238.

de ætate ſua, dixit ſe eſſe annorũ centumtriginta & ſic collocati ſunt in Geſſen. Fame autem perdurãte per orbem, & permaxime in Ægypto & Chanaan Ægyptij ad habendũ triticum primo, expoſuerunt omnes pecunias ſuas pro pretio frumenti. Poſtea Ioſeph accepit pecora eorum pro pretio frumenti, deinde dederunt terras ſuas recipientes triticum pro ſemine, intantum quòd annuatim poſtea in perpetuum de quinta parte fructuum terrarum omnium Aegypti, excepta terra ſacerdotali quæ libera remanſit, de frumento Pharaoni ab eis prouidebatur. Aegrotante autem Iacob viſitauit eum Ioſeph, ſecum conducens duos filios ſuos natos ex Aſeneth. Gen. 48. Cui Iacob dixit, quòd in Luza dominus apparẽs promiſerat multiplicare ſemen ſuum, & ei daturum in poſſeſſionẽ terram Chanaan, & quòd duo ſui filij ſcilicet Ioſeph, Manaſſes & Effraim computarentur in filiis ſuis, quia ſcilicet facerẽt tribus, & reciperent partem ſuam in terra promiſſionis, ſicut alij filij Iacob. Significauit etiam ei ꝙ vxor ſua & mater eius, mortua fuerat & ſepulta iuxta Effratã ſeu Bethlehẽ. Cumq; vellet Iacob benedicere filios Ioſeph, & iam videre nõ poſſet, poſuit Ioſeph Manaſſem (quia maiorem) à dextris Iacob, & Effraim minorem à ſiniſtris. Sed Iacob cancellatis manibus dexteram poſuit ſuper caput minoris & ſiniſtram ſuper alium. Cumq; Ioſeph vellet commutare manus putans ex errore contingere prohibuit, dicens ſe ſcire quid faceret, & benedixit eis: dimiſitque Ioſeph vnam partem præ cæteris quã tulerat de manu Amorrhæ. Demum congregatis duodecim filiis ſuis Iacob prænunciauit quæ ventura eſſent eis nouiſſimis temporibus. Gen. xlix. ſingulis filiis ſpecialia dicens: & præcipuè cum benedixit Iudæi, de cuius tribu natus eſt Chriſtus: prædixit tẽpus aduẽtus Meſſiæ. i. Chriſti ibi. Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda &c. Demũ mãdauit eis vt corpus eius ſepelirent in Hebron in ſpelũca dupli ci, vbi erãt ſepulti Abrahã & Iſaac: ſicq; mortuus eſt.

Iacob ægrotat.

Iacob prænunciauit aduẽtum Chriſti. Iacob moritur.

§. II.

Gen. 50. Iacob ſepelitur.

IOSEPH poſt luctum de morte patris ſui Iacob, corpus eius aromatibus à medicis cõditum de licentia Pharaonis ſimul cum fratribus ſuis deportauerunt in Chanaam ad ſepeliendum in ſpelũca duplici. Poſt quæ timentes fratres, ne Ioſeph ſe vellet vindicare de iniuria ei facta per ipſos: ſcilicet in venditione eius, rogauerunt eum adorãtes ex parte patris vt dimitteret eis offenſam illam. Quos cũ lachrymis benignè ſuſcipiens, ſecuros reddidit: dicens de domini voluntate illud proceſsiſſe ad præſeruandum eos à fame, & multos populos, & malum eorũ Deum cõuertiſſe in bonum. Demum peractis centũ & viginti annis vitæ ſuę mortuus eſt Ioſeph: mãdans aſportari corpus ſuum in Chanaã cum egrederẽtur de Aegypto. Hæc c. 50. Ge. Mortuus eſt ergo Ioſeph ſecundũ Vin. ſpe. hiſt. anno ducatus ſui in Aegypto octuageſimo. Nã triginta annorum erãt, cum factus erat præpoſitus in Aegypto, primus poſt Pharaonẽ. A prima autẽ promiſſione facta Abrahæ in Meſopotamia anno. 287. à natiuitate Abrahæ, in qua incipit tertia ætas anno. 361. ab [a] initio vero mundi bismilleſimo. ccix. ſecundum computationem noſtræ tranſlationis. Nam ſecundũ. lxx. ſunt anni tria millia & vltra. Et ſecundum Ioſephum omnes etiam fratres Ioſeph ſe mandauerũt ſepeliri in terra Chanaã, ibique ſepulti ſunt. Et ponit. Vin. hiſt. teſtamẽta

Qua ætate mortuus eſt Ioſeph.

Ioſeph li. 2. antiq. cap. 4.

a Ioſeph mortuus eſt A. M. 2309. *ſecundum Bedæ computationem.*

A ipſorum duodecim patriarcharum. Fuit itaq; Ioſeph princeps Aegypti ſub quinq; regibus, quorũ primus qui eũ exaltauit ſimpliciter Pharao, licet Comeſtor vocet eum Nefren, ſecundus dictus eſt Amoſis, tertius Chebrõ, quartus Amenophes, quintus Mephres huius ſcilicet Mephres anno nono mortuus eſt Ioſeph, poſt cuius mortem Mephres malignatus contra Hebræos cœpit affligere eos. [a] Et tunc cœpit dura ſeruitus eorum in Aegypto, quæ protracta eſt vſque ad dationem legis per 144. annos, vt impleretur numerus, 430. annorum à prima promiſſione facta Abrahæ cum ſcilicet dominus dixit ei. Egredere

A. M. 2255. Sub quibus regibus Ægipti floruit Ioſeph.

B de terra tua, &c. Ad quod refertur quod ait Apoſtolus ad Gal. 4. ſcilicet poſt 430. annos data eſt lex. Ille igitur Mephres oblitus beneficiorum Ioſeph ſimul cum populo ſuo Aegyptiorum, cœperunt multiplicirer affligere Hebræos, primo [b] operibus duris luti, & lateris, vt ſcilicet lutum platearum & viarum tollerent purgando ciuitatem, vt lateres coquerent, & ædificarent ciuitatem tabernaculorũ, vt fluuium per multas deriuationes diuiderent. Grauabant autem eos, vt laboribus fracti non cognoſcerent vxores, & filios non generarent, inuidentes multiplicationi eorum, opulentiæ, & induſtriæ, ſed Deo ope-

Gen. 12. Gal. 4. Exod. 1.

C rante magis quotidie Hebræi multiplicabãtur, propter quod adinuenit aliud genus nequitiæ ad exterminium eorũ, videlicet præcepit obſtetricibus Hebræorum Sephoræ & Phuæ, vt in obſtetricationis officio occiderent mares fœminis reſeruatis. Quod tamen nõ egerunt pietate ductæ: excuſantes ſe apud Pharaonem mendacioſe tamen. Addidit aliam crudeliſſimam inuentionẽ, præcipiens ſub pœna mortis, quòd cum parerent Hebrææ, maſculos in flumen proiicerent, fœminas reſeruarent ne multiplicaretur populus ille aptus ad bellum. Hæc Exod. 1. c. Et

D multi ſubmerſi ſunt paruuli in flumine propter illud edictum. Pro quo delicto (dicit Comeſtor) creditur Aegyptus in hunc errorem incidiſſe, vt Apim pro Deo colerent. Erat autem Apis (vt dicit Pli. ſe eum vidiſſe) quidam taurus qui ex improuiſo egrediebatur de fluuio illo habens in humero dextro ſignum candidum ad inſtar lunæ corniculatæ. Ad quem apparentẽ vel ſemel in anno vel ſecundum alios in decennio omnes Aegyptij confluebant cũ diuerſis generibus muſicorum adorantes, & eadem die euaneſcebat. Apim dicit Aug. de ciui. Dei fuiſſe regem Argiuorum, qui nauibus veniẽs in Aegyptũ, ſumpſit ibi

In hiſt. ex cap. 4.

Plin. l. 8. c. 46. Egyptij colebant Apim pro Deo. Quis eſſet Apis. Aug. 18. ci. cap. 5.

E regnũ, & ipſo mortuo venerati ſunt vt Deũ edicto publice miſſo: vt ſi quis diceret eum fuiſſe hominẽ occideretur, & in honorem eius bouem nutriebant & venerabantur. Hunc Apim pro maximo Deo Aegyptij colebant, quem etiam dicebant Serapim.

a De numero annorum quo filij Iſrael fuerunt in Aegypto magna eſt diſputatio. Genebrar. in Chron. probat eos per 430. ibi fuiſſe & quoniam Beda hanc ſententiam probat, quem nos hic ſequimur, huic ſententiæ ſubſcribendum putauimus.

F *b Iacobæi inſanas illas pyramidũ & vanitatis Aegyptiacæ ſubſtructiones, quæ in ſeptem mundi miracula collocantur, cogente Pharaone fabricant annis multis poſt obitum Ioſeph. Geneb. ex Ioſ. Com. 1.*

¶ *De geſtis moyſi & libris eius.* CAP. IIII.

MOYSES natus eſt in Aegypto poſt quadringentos & vigintiquinque annos à natiuitate Abrahæ, vbi incipit tertia ætas, de tribu Leui ex patre Amrã & matre Iochabeth regnante in Aegypto Ameno-

Sũma lib. exod. Ex. 2.

A.M. 2255.

Ioſeph li. 2 c.5. dicit Amrã de Moſe adhuc in vẽtre matris poſito ſollicitum, à Deo conſolatum fuiſſe.

A Amenophi octauo Pharaone ab eo qui exaltauerat Ioſeph. Hic Amenophes edictum poſuerat de ſubmerſione marium naſcentiũ in flumen. Exod.1. Propter quod edictũ dicit Ioſephus ꝙ Amram abſtinebat à coniuge ne natam prolem haberet occidere, ſed reuelatũ ei fuit ne hoc faceret. Nam maſculum generaret qui humiliaret Ægyptios. Vnde cognoſcens vxorem genuit Moyſem elegantis formæ: & occultatum tribus menſibus, demũ in fiſcellam ponens expoſuit in flumẽ, Maria ſorore eius aſpiciente euentum eius. Filia autẽ Pharaonis egreſſa ad flumen viſam fiſcellã fecit adduci, & paruulum inuentum in filiũ adoptauit, & lactandum dedit matri ſuæ B id eſt ipſius pueri. Exo.2. Cum autem quadam die vt refert Vin. in ſpe. hiſt. lib.3. rex Pharao in gremio ſeu vlnis teneret infantẽ, & ei coronam quam tenebat poneret in capite paruuli infantis, paruulus Moyſes proiecit in terram & fracta eſt. Inde male auſpicatus quidã, ſcilicet ꝙ ſignum eſſet ꝙ deberet paruulus ei regnum auferre, vel deſtruere, voluerunt eum occidere, ſed attribuentes hoc infantiæ neſcienti, ei pepercerunt, & vt magis huius rei veritas appareret, fecerunt adducere in vaſe prunas ardentes coram puero: qui accepit vnum carbonem viuum mittens C in os & expuens, inde dicitur Moyſes factus elinguis ſeu aliquantulum balbutiens. Et propter hoc attribuentes factum illud pueritiæ, non occiderunt eum. Dicit Ioſephus eum fuiſſe tantæ pulchritudinis, vt nullus eſſet adeo ſeuerus, qui ad aſpectum eius non miteſceret, & quòd dimittebãt homines opera ſua, vt aſpicerent tranſeuntem. Ponit etiam Vin. hiſt. de Moyſe ꝙ iuuenis factus dux exercitus Ægyptiorum acceſſit ad bellandum contra Æthiopes, qui vaſtationem magnam fecerant in Ægyptum, & vt bellicoſus & periti ſſimus in armis, debellans illos in ciuitatem regiã Saba eos fugientes incluſit. Filia autem D regis Ætiopum Tharbe viſa pulchritudine Moyſis philocapta ex eo, obtulit ſe ciuitatem ei daturam, ſi ſumeret eam in vxorem, quod & fecit quia inexpugnabilis erat ciuitas. Et hæc dicitur æthiopiſſa, propter quam murmurauit Maria & Aaron cõtra Moyſem. Tandem cũ Moyſes vellet redire ad Ægyptum & illa non aſſentiret, fecit annulum aureum includens gemmã cum imagine habentem efficaciam inducendi obliuionem, eiq; dedit. Vnde illa eius oblita reuerſus eſt ad Ægyptum. Erat enim Moyſes peritus aſtrorum. Deinde moyſes egreſſus ad videndum Hebræos in terram Geſſen, perſpiciens quendam E Ægyptium iniuriantem cuidam Hebræo, aduertens quòd nullus videret occidit Ægyptium. In quo facto Aug. videtur dicere ex zelo quidem hoc egiſſe, ſed non ſecundũ ſcientiam. Vnde & peccaſſe, ſicut Saulus perſequens eccleſiam, & Petrus auriculam auferens vni ex miniſtris Iudęorum. Alij dicunt non peccaſſe, ſed ex inſpiratione ſpiritusſancti egiſſe, tanquam iam dux populi à Deo conſtitutus ad hoc. Act. 7. Alia vice cum repræhenderet vnum Hebræum alteri iniuriantem, querulatus eſt ille contra eum, tanquam vellet occidere eũ, ſicut Ægyptum illum. Propter quod cernens Moyſes hoc diuulgatum, & F quod Pharao quærebat eum occidere, receſſit in terram Madian, vbi defenſis ſeptem filiabus Iethro ſacerdotis volentibus greges adaquare pecorum à paſtoribus impedientibus, demum accepit vnam earum in vxorem dictam Sephoram, habitanſque cum ſocero ſuo Iethro, paſcebat greges eius in deſerto, qui ex Sephora habuit duos filios ſcilicet Gerſan & Elieſer. Hoc cap.2. Exodi.

Ioſeph huius memi nit hiſt. li. 2. antiq. c.5.

Moſis elegantia.

Ioſeph 16.

Zonar. hanc hab. hiſt. to.1.

Moſes dux belli. Num.12.

Hæc hiſtoria quoniam ſuperſtitionem redolet, videtur eſſe parum veri ſimilis.

Aug. lib.2. q. ſup. ex q.2.

Act.9.

An Moſes occidendo Ægyptium peccauerit.

Deus Moyſi patet.

§. I.

A.M. 2433.

MOYSES cum gregem Iethro ſoceri ſui minaſſet ad interiora deſerti. Exod.3. Vidit rubum ardere & non conſumi. Cumque Moyſes accederet ad hoc prope intuendũ, ei appropinquanti dominus locutus eſt de rubo ardenti vt ſolueret calciamenta pedum. Exindequòd vidiſſet afflictionem populi ſui in Ægypto, cuius miſertus liberaret eos de Ægypto, & induceret in terram parentibus eorum promiſſam, mandans ei vt ipſe cum ſenioribus Hebræorum accederet ad Pharaonem, ex parte ipſius iubens populum ſuum dimittere liberum ad ſacrificandũ ei in deſerto, declarans ei quòd Pharao non dimitteret niſi per flagella. Vnde circa egreſſionem quærerent mutuo vaſa aurea & argentea ab Ægyptiis, & ſecum recedentes aſportarent. Interroganti que Moyſi de nomine mittentis, ſi ab eo quæreretur, & de hoc reſpondit dominus. Ego ſum qui ſum, hoc nomen eſſe affirmans ſuum. Cum autem Moyſes Domino diceret, quòd ei non crederetur, dedit dominus tria in ſignum. Primo virgæ moyſis prouectæ & conuerſæ in ſerpentem, & ſerpentis reſumpti conuerſi in virgam. Secundo manus ſuæ in ſinum miſſæ, & leproſæ effectæ & viſæ cum eduxiſſet de ſinu, & cum remiſiſſet in ſinũ mundatæ. Tertio quod ſumeret de aqua fluminis Ægypti, & effuſa conuerteretur in ſanguinem Exod.4. Cumque Moyſes adhuc ſe excuſaret, quia impeditioris linguæ & tardioris eſſet, & Dominus confortaſſet quòd ſecum eſſet in ore ſuo, adhuc recuſanti & obſecranti, vt mitteret quem miſſurus eſſet. Iratus dominus dixit ei, quòd ſocius eius eſſet Aaron frater ſuus vir eloquens, qui loqueretur pro eo. Petens ergo licentiam ab Iethro ſocero ſuo viſitandi fratres, ſcilicet in Æegyptum, ducebat ſecum vxorem & filios, ſed in diuerſorio: angelus voluit occidere eum propter incircunciſionem filiorum. Vnde circuncidit filios acutiſſima petra, & Sephora dimiſit eum reuerſa ad patrem cum filiis. Aaron autem ex mandato Dei occurrens Moyſi oſculatus eſt eum, & nunciauit ei verba domini, ſimul nunciantibus hæc filiis Iſrael, qui proni gratias Deo egerunt.

De rubo ardẽtiquẽ vidit Moyſes.

Exod.4.

Moſes in Ægyptum reuertitur.

§. II.

MOYSES Itaque & Aaron ingreſſi ad Pharaonẽ ex parte Dei dixerunt ei: vt dimitteret populum ſuum Iſrael ire ad ſacrificandum. Exod.5. Qui non audiuit eos, ſed præcepit his qui præerant operibus ſuper filios Iſrael vt non darentur eis paleę, quæ prius dabantur ad coquendum lateres, ſed irent ad colligendũ, quia enim vacabant otio, ideo vociferabantur pro ſacrificando. Et quia non reddebant numerum conſuetum laterum, quia oportebat tempus ponere in colligendis paleis, flagellati ſunt à miniſtris Pharaonis, de quo conqueſti ſunt apud Pharaonem, qui cõtempſit eos, & apud Moyſem, & Aaron. Cum autem Moyſes Domino referret afflictionem & querelam populi propter grauamen ei additum à Pharaone poſt locutionẽ eorum. Exod.6. Dixit ei Dominus vt ſignificaret populo, quòd educeret eos de illa ſeruitute, qui non audierunt eum oppreſſi laboribus. Ponitur exinde genealogia aliquorum præcipue deſcendentium ex Leui, inter quos fuerũt Aaron & Moyſes & Maria filij Amram. Filij autem Aaron quatuor, ſ. Eleazar, Hamar, Nadab & Abiu, ex vxore dicta Elizabeth filia Aminadab de tribu Iuda. Cumque Moyſes ſe excuſaret apud

Moyſes & Aron cum ad Pharaonẽ ingrederentur c.5.

A.M. 2433.

Primum ſignum factum per Moyſen in Ægypto.

Secúdum ſignum.

Tertium ſignum.

Exod. 8.

apud Deum mittentem eum ad Pharaonem dicen- A
tem ſe incircuncifum labiis. Exod. 7. Dixit ei domi-
nus Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, & Aaron
frater tuus erit própheta tuus, ipſe loquetur pro te.
Iuſſiique eos ſimul ire ad Pharaonem, & coram eo
nolente populum dimittere ſigna facere. Quod &
fecerunt. Primo ſignum virgæ conuerſæ in ſerpen-
tem. Et cum ſimilia feciſſent magi Pharaonis, licet
virga Moyſis deuoraſſet illas magorum, induratum
eſt cor Pharaonis. Secundo fecerunt aliud ſignum,
ſcilicet aquam fluminis conuerti in ſanguinem, vn-

Quartum ſignum.

Quintum ſignum.

Sextum ſignum.

Septimű ſignum.

Octauum ſignum.

de & piſces mori. Et cum ſimilia feciſſent magi in- B
duratus eſt Pharao c. 7. Dicente ergo Moyſe Pha-
raoni vt dimitteret populum, & non acquieſcenti,
extendente manum ſuper fluuium aſcendit rana in-
numerabilis per totam Aegytum domos, lectos &
alia implens. Exod. 8. Et eadem fecerunt magi per
incantationem. Rogante autem Pharaone Moyſem
& Aaron, vt orarent pro remotione ranæ, hoc illis
facientibus mortuæ ſunt ranæ, ſed induratum eſt cor
Pharaonis. Exinde Moyſes percuſſa virga puluere
terræ orti ſunt cyniphes innumeræ. Quod non va-
lentes magi, dixerunt, digitus Dei eſt hic. Deinde
immiſit flagellum muſcarum, quæ totam Aegyptum C
impleuerunt. In terra autem Geſſen vbi habitabant
Hebræi nulla erat. Orante Moyſe ad preces Pharao-
nis promittentis dimittere populum, ceſſauit mu-
ſca, ſed induratus Pharao noluit dimittere. Immiſit
poſt hæc peſtem in iumenta, nec propter hoc di-
miſit. Poſt hæc vlcera in hominibus & iumentis.
Cum autem admonitus iterum eſſet Pharao vt di-
mitteret populum, & nollet audire. Exod. 9. deſcen-
dit grando cum tonitruis, & fulguribus, quæ deſtru-
xerunt omnes arbores & fructus & occiderunt ho-
mines & iumenta, ſuper quæ deſcendit grando. In
terra autem Geſſen grando non fuit. Ceſſauit au- D
tem grando oratione Moyſis promittente Pharao-
ne dimittere populum, ſed non fecit. Comminatus

Exod. 10.

eſt Dominus per Moyſem Pharaoni de locuſta imit
tenda in Aegyptum, niſi populum dimitteret &
quòd induraret cor eius. Exod. 10. Solicitantibus
Aegyptiis Pharaonem vt dimitteret populum, ne
deteriora paterentur, voluit ſolum viros dimittere

Pſal. 104.

& non alios. Propter quod venit locuſta qui & bru-
chus, cuius non erat numerus qui omnia germina
deuorauit, qua plaga ceſſante ad orationem Moyſis
noluit Pharao dimittere eos cum omnibus vt pro-
miſerat, ſed oues & iumenta retinere. Extendente E
autem manum Moyſe ad cœlum apparuerunt tene-
bræ palpabiles, ita vt non poſſent ſe inuicem videre
homines tribus diebus, modo ſe mouentibus de lo-
co ſuo. In Geſſen autem lux erat, nec propter hoc

Nonum ſignum.

dimiſit populum, ſed cominatus eſt mortem Moyſi
& Aaron, ſi amplius venirent coram eo. Prædixit
dominus Moyſi, quòd iſta plaga ſecutura, ſcilicet
de morte primogenitorum Aegypti, Pharao dimit-
teret eos & compelleret exire. Exod. 11. Vnde acce-
perunt filij Iſrael mutuo ab Aegyptiis vaſa aurea &
argentea, qui egredientes de Aegyto ſecum aſpor-

Exod. 12.

Decimum ſignum.

tarent, & hoc in recompenſationem ſuorum dam- F
norum. Dicit dominus ad Moyſem, vt omnis fami-
lia de Iſrael immolaret agnum vel hædum quarta-
decima die menſis illius qui erat primus menſis an-
ni ad veſperum. Exod. 12. Et de ſanguine eius ligne-
runt vtrumque poſtem oſtij domus. Qui agnus de-
bebat eſſe anniculus, & immaculatus ipſumque aſ-
ſatum igni debebant comedere cum quibuſdam ob-
ſeruationibus. Quo facto media nocte angelus

A.M. 2433.

Vndecimum ſignum.

A transiens per Aegyptum occidit omnia primoge-
nita hominum & iumentorum, vbi autem erat ſan-
guis ſuper poſtes oſtij, nil fecit. Et propter hoc Pha-
rao cum tota Aegypto coegerunt populum Iſrael
exire de Aegypto, timentes omnes mori. Qui vaſa
aurea & argentea & veſtes acceptas mutuo ab Ae-
gyptiis ſecum aſportarunt. Et egredientes numero
ſexcenta millia virorum ſine paruulis & mulieribus
cum omnibus rebus ſuis & iumentis de Rama ſe
venerunt in Sochoth. Exod. 13. Mandauit dominus
Moyſi quòd omnia primogenita eſſent ſua. Quia

Maximus numerus virorum. Exod. 13.

Exitus de Ægypto.

B mortuis primogenitis Aegyptiorum, eorum primo-
genita ab angelo deuaſtante illæſa remanſerunt, &
ſic deinceps omne maſculinum quod primo naſce-
batur de homine vel beſtia, domino vt ſuum offere-
batur. Sed primo genita hominum, quæ non erant
de tribu Leui quinque ſiclis redimebantur. Inſuper
etiam de ſolemnitate Phaſe obſeruanda ſeptem die-
bus & cum Azymis & de ritu eius, quod magis ex-
primitur in præcedenti ca. Vbi etiam dicitur quòd
fuerunt in Aegyto, quadringenti & triginta annis,
quæ computatio accipitur à prima promiſſione fa-
cta Abrahæ in Meſopotamia, acceſſerunt autem per
C deſertum verſus mare rubrum angelo eos præce-
dente in die in columna nubis, & nocte in columna
ignis. Cumque audiſſet Pharao eum pœnituit eos
receſſiſſe quòd populum dimiſiſſet. Exod. 14. Vnde
congregatis exercitibus ſuis, & curribus inſecutus
eſt eos, vt reduceret in Aegyptum. Quem filij Iſrael
videntes appropinquare ad eos, cœperunt murmu-
rare cõtra Moyſem, quòd eduxiſſet eos de Ægypto.
Oranteque Moyſe & ex domini iuſſione extenden
te virgam ſuper mare rubrũ, [a] diuiſæ ſunt aquæ fa-
ctis viis in medio mari, per quas incedentes libere
filios Iſrael, Pharao per dictas vias cum ſuis exerci-

Pharao ſubmergitur.

D tibus inſequebatur. Sed egreſſis omnibus de popu-
lo Hebræorum, Moyſe extendente virgam ſuper
mare reuerſæ ſunt aquæ vt prius, ſubmerſis Pharao-
ne cum ſuis in mediis fluctibus. Cecinerunt ergo
Moyſes cum populo, & Maria prophetiſſa ſoror eius
cum mulieribus tympaniſtris canticum iſtud domi-
no. Cantemus domino glo. &c. Exod. 15. Veneruntque inde in Marath vbi erant aquæ amaræ vt bibere
non poſſent, ſed ligno immiſſo in eis per Moyſem,
ex mandato Dei dulcoratæ ſunt. Exinde in Helim
proceſſerunt, vbi inuenerunt duodecim fontes &
ſeptuaginta palmas. De Helim venerunt in deſer-
E tum Syn. & murmurante populo cum Moyſe &
Aaron propter defectum carnium & aliorum cibo-

Manna datur in deſerto.

rum Aegypti. Exod. 16. flante vento miſit eis cotur-
nices, ac etiam pluit illis manna ad modum roris.
Mandauitque quòd ſinguli colligerent de eo Go-
mor, quod erat certa menſura & non plus, nec reſer-
uarent in diem alterum, niſi in ſexta feria, in qua col
ligerent duo Gomor, vnum pro illa die, alterum pro
die Sabbathi. Qui plus colligebant non plus inue-
niebant quam Gomor, & qui réſeruabant in diem
alterum putrefactum inueniebãt: hoc cibo aliti ſunt
in deſerto Hebræi, quadraginta annis. Deſerto Syn.
F proceſſerunt in Raphidim, ibique murmurantibus
ex defectu aquæ, percutiens Moyſes ex mandato
domini petram Oreb virga, aquæ in abundantia

a Mare rubrum, quod nequaquam fluxui & refluxui obnoxium eſt, vt impie Vadianus in Melam retulit, ſic ceſſit Iſraelitis, vt non vnus cunctis tribubus ingreſſus in mare patuerit, ſed diuiſus ſit in duodecim partes ſiue ſemicirculos Hebræi in Pſal. 136.

fluxerunt

A.M. 2293.

fluxerunt,vt bibere poſſent ipſi & iumenta. Exo.17. Amalechitis autem mouentibus contra eos bellum ad impediendum iter eorum, miſit Moyſes. Ioſue cum multis ad bellum contra eos: ipſo Moyſe remanēte in cacumine montis: cum manibus eleuatis ad cœlum tenentibus virgam ſuam, & Aaron & Hur ſuſtentabant brachia eius.quia dum declinabat, populus eius vincebatur:dum ſubleuata tenebat, populus vincebat.Sicque deuictus eſt Amalech.Iethro ſocer Moyſis venit ad viſitandum Moyſem adducēs ei vxorem & filios eius Gerzan & Eliezer. Exod.18. Quibus gratioſe receptis & narratis mirabilib. Dei, Iethro videns magnum laborem Moyſis in audiendis cauſis ſingulorum de mane vſque ſero:conſuluit: ſibi ꝙ inſtitueret diuerſos officiales tribunos,cēturiones, quinquagenarios,& decanos qui audirēt cauſas populi,& magis ardua ſibi reſeruaret.Quod & fecit.

§. III.

Exo.19.
Moyſi lex datur in monte Sinai.

DE Raphin venerunt ad montem Sinai ad radices eius: ibique dominus mandauit eis per Moyſem,vt ſe ſanctificarent,& lauarent veſtimenta ſua duobus diebus,& tertia die aſcēderet ſuper mōtem:nullusque accederet,nec etiam tangeret ipſum montem nec iumentum: alioquin moreretur. Quo facto die tertia mons cœpit fumigare, & tonitrua audiri:& ſonitus buccinæ & fulgura videri:& nubes operuit montem:in quo intrauit Moyſes ad recipiēdum legem.His peractis dedit dominus legē populo ſuo in monte ſynai tertio menſe egreſſionis de Ægypto.Quæ lex diuiditur in triplex genus[a] præceptorū ſcilicet moralium, iudicialium, & ceremonialium. Et moralia quidem ſunt decem præcepta,quæ habētur Exo.xx.c.ſunt & quędam alia moralia ſparſim in diuerſis locis pētateucho,& pręcipuè in Deuter,ſed reducuntur ad decalogum & ſemper hæc obligauerunt & obligant ad obſeruantiam eorum,etiam omnes nationes. Et prima tria ſculpta in vna tabula lapidea nos habent ordinare ad Deum,alia ſeptem ad proximum.

Diuiſio legis Moſaicæ.
Exod.
Thom. in 1.2.q. 99. a.5.
Moralia præcepta obligant omnes homines.

Mandata iudicialia.

Iudicialia mandata erant ordinata ad conſeruandum pacificum conuictum illius populi adinuicem & bonam ciuilitatē, ſicut ſtatuta ciuitatum obligabāt ſolum illum populum vſque ad paſſionē Chriſti, nunc nullum obligant: niſi inquantum Eccleſia vel aliqua ciuitas vellet ſibi aſſumere aliqua de illis præceptis vt ſua ſtatuta:& tunc obligarent: non quia in lege Moſaica ſcripta, ſed quia in ciuitate inſtituta.Et hæc habentur in duobus ca.ſcilicet 21.& 22.& partim 23.ac etiam in aliis locis ſparſim: & maxime in Deute.

Mandata cerimonialia.

Cerimonialia ſunt ordinata ad cultū Dei in populo illo figurātia principaliter mores populi Chriſtiani & Chriſtum:& obligabant ſolum illum populum.Et dicuntur data perfectis in ſignum vt exercerentur in fide eorum quæ per illa figurabatur imperfectis & rudibus in pędagogum,vt ſub illis tenerentur in deuotione: diſcholis & duris in flagellum: vt grauatis ex illis non pateret aditus ad ritus Gētilium.Et quia omnia illa ceremonialia in figuram cōtingebant:quæ impleta ſunt cum Chriſtus venit: & populus Chriſtianus exiſtit: ideo cum euacuata ſint qui ea modo obſeruaret Iudaizaret, & peccaret mortaliter.Diuiduntur iſta cerimonialia in ſacra, ſacrificia,ſacramenta,& obſeruantias. Sacra dicuntur

Diuiſio cęremonialium.
Thom. in 1.2.q. 102. a.4.
Exo.4.

quæ pertinent ad tabernaculum:& quæ circa ipſum ordinata ſunt. [Sacrificia autem ſunt ea quæ in Dei reuerentiam offeruntur,ſacramenta vero conſiſtūt in quadam inſtitutione ad cultum diuinum,quod fit per quandam cōſecrationē vel populi vel miniſtrorū obſeruantiæ, deniq; ſunt in ſingulari quadā cōuerſatione per quā diſtinguūtur ab his, qui Deū nō colunt.] Et in 24.c. dicitur ꝙ Moyſes fecit altare ad
B radices montis ſynai:& immolatis ibi victimis de ſanguine earum: lecto prius libro legis quem ſcripſerat aſperſit populum, promittētibus ipſis omnia domini mandata implere.Poſt quod Moyſes & Aaron cū filiis & ſeptuaginta ſenioribus populi procedentes ad Dominum:Moyſes admonuit populum vt expectarent,dum deſcenderet de mōte.Et ſi aliquid quęſtionis oriretur,referrent ad Aaron & Hur. Aſcēditque in montem & nube montem operiente ſeptem diebus,Moyſes ſeptima die nubem intrauit: & fuit ibi quadraginta diebus & noctibus ieiunans, loquens cum domino.
C

§. IIII.

Ex.25.
Arcæ conſtructio.

MANDAVIT ergo dominus Moyſi, quòd faceret arcam de lignis Sethim: quæ ſunt imputribilia: cuius longitudo eſſet duorum cubitorum cum dimidio: latitudo vero vnius cū dimidio: & ſimiliter altitudo & tota intus & foris eſſet cooperta laminis aureis:& coronam auream de ſuper faceret, & propitiatoriū aureum ꝙ erat quaſi cooperculum arcæ:ſed erat ſurſum erectū imminēs arcę:ſicut cooperculum capſæ,quando eſt ex toto aperta, & ſicut tabulæ imminent altarib.erectę deſuper duos quoq;
D Cherubim,vnum ex vno latere arcæ: alterū ex alio, & hæc habebantur in ſanctaſanctorum. In arca poſita fuerunt virga Aaron, vas aureum plenum manna & duæ tabulæ decalogi. Item mandauit fieri mēſam ligneam de lignis Sethim aureis laminis coopertam cum corona deſuper:ſuper qua continue tenebantur duodecim panes, qui mutabantur omni ſabbatho,& vt faceret candelabrū aureum cum ſeptem lucernis: ac etiam altare aureum ſuper quod offerebatur thymiama & thuribulum: & hæc tria erant in ſancta. Inſuper vaſa plura faceret aurea & thuribula,cyathos,phialas,mortariola,fuſcinulas &
E alia huiuſmodi.Hæc habentur.25.c.Et in 26. mandauit de tabernaculo fiendo de tabulis laminis aureis coopertis:cuius longitudo eſſet triginta cubitorum, latitudo decem & ſimiliter latitudo, cum baſibus argenteis.Et in medio tabernaculi per latitudinem mandauit fieri velum pulchrum appenſum ſuper quatuor columnis, quod diuidebat ſancta à ſancta ſanctorum,& ſpacium à ſanctaſanctorum erat per longitudinem decem cubitorum:ſpacium ſanctorū viginti cubitorū. Habebatur aūt quadruplex operimentum.Primū de cortinis intextis variis coloribus. Secūdū de ſagis cilicinis.Tertiū de pellib.rubricatis.
F Quartū de pellib.hyacinthinis.Et in introitu erat tētorium.Eratque introitus ex parte oriētis,ſicut modo econtra introitus Eccleſiarum eſt, ex parte occidentis.In 27.c.Exodi continetur.quòd mandauit dominus altare fieri holocauſtorum ante introitum tabernaculi.Quod eſſet longitudinis quinque cubitorū:& ſimiliter latitudinis:altum autē trib. cubitis de lignis ſethim,ſed coopertis ęre.Ibiq; cremabātur ſacrificia.Fecit etiā fieri atriū circa tabernaculū quod

Propitiatorium quale eſſet.
Heb.10.
Tabernaculi forma.
Exo.27.
Altare holocauſtorum.
A.M. 2293.

A *a Moſes leges ad religionem & rempublicam pertinentes dedit, in quibus ſunt præcepta affirmantia ducenta quadraginta octo,quot hominū oſſa à Medicis numerantur. Negantia vero trecenta ſexaginta quinque, quanta eſt ſumma dierum anni. Geneb.*

A.M. 3238.

Veſtes q-bus induebantur ſacerdotes.

Ex. 28.

A cortinis ambiebatur: cuius longitudo erat centũ cubitorum, latitudo quinquaginta. In 28.ca. habetur de veſtimentis ſacerdotib. fiendis. Et communes quidẽ ſacerdotib. omnibus cum miniſtrabãt, erãt quatuor ſcilicet fœminalia, & veſtis linea, baltheum & tiara. Summi vero Sacerdotes cum intrabãt in ſanctaſanctorum: quod erat ſemel in anno ſcilicet de mẽſe ſeptembris in feſto propiriationis decima ſcilicet die, erant hæ veſtes quibus induebãtur vltra prædictas, tunica hyacinthina quæ ſtricta erat vt tunicella, in cuius extremitare inferiori erant tintinabula & malogranata intexta, exinde ephotl, poſt rationale in B pectore quod erat quadrum: & retro in ſcapulis ſuper humerale: & lamina in fronte ad modum lunæ.

Exo. 29.

In 29.c. fit mentio de ſacrificiis factis in conſecratione ſeu inũctione ſacerdotis Aaron & filiorum eius.

Exo. 30.

Et in 30.c. mandatur de altari Thymiamaris ſiẽdo & de labro æneo, in quo lauabant ſacerdotes manus & pedes, quando habebanr miniſtrare, quod ponebatur inter introitum tabernaculi & altare holocauſtorum.

Thimiama.

De Thymiamate componendo ad modum vnguẽti ex myrrha, cynamomo, caſia & fiſtula, cannella & oleo quo thymiamate vngerentur omnia quæ erant in rabernaculo: & ipſi ſacerdotes per hãc

Exo. 31.

C vnctionem conſecrabantur. In 31.ca. narratur, quòd Deus dedit ſapiẽtiã Beſeleel de tribu Iuda: & Oliab de tribu Dan ad faciendum omnia prædicta: & pertinent omnia iſta ad omnia ſacra cum ſolennitatib. etiam Iudæorum: quarũ tres ſunt duranres per heb. ſcilicet Paſchæ, Pentecoſtes, & ſcenophegia ſeu tabernaculorum. De ſacrificiis vero quę fiebant de animalibus & oblarionibus, quæ fiebant de rebus aridis vt panibus & huiuſmodi: & libaminibus, de rebus liquidis potiſſime habetur in lib. Leuiti. licet & alibi aliqua ponantur.

Iudæorũ ſacramenta.

Sacramenta Iudæorum erant circuncíſio inchoata in Abraham. Eſus agni paſchalis de quo ſupra in c.12. Exo. D vnctiones ſacerdotum, cinis vitulæ aſperſus & quædam ſacrificia. Obſeruãtiæ vero dicuntur diſcretio mundorum ab immundis, de quibus haberur in Leuiti. Omnia hæc pertinenr ad cerimonialia Iudæorum quæ nunc ceſſant: vnde & damnabiliter obſeruantur.

§. V.

Ex. 32.
Magiſt. in hiſto.
Exo. c. 73.

Hur ſputis ſuffocatur.

Populi Iſraelis Idololatria.

REVERTENDO ad hiſtoriã, Cum Moyſes in monte cum domino permaneret, ſurrexit populus dicens ad Aaron: vt faceret eis Deos aureos quos colerent. Et quia Hur reſtitit & contradixit eis: E ſputis ab eis eſt ſuffocatus, vt tradunt Hebræi: etſi non habetur in textu. Aaron dixit vt afferrent inaures aureas vxorum ſuarum. Quo facto fecerunr ex eis fuſo auro vitulum: & adorauerunt vitulum pro Deo. Dominus autem dixit Moyſi quod deſcenderet de monte: quia populus ſuus peccauerat idololatrãdo, & quod volebat eum delere de rerra: quia duræ ceruicis erat: ſed orans Moyſes placauit iram Domini. Deſcendenſque de monte cum tabulis lapideis ſcriptis digito Dei, ad radices montis videns populum colere vitulum: motus ira per zelum confregit tabulas: & poſt repræhenſionem Aaron de fabricatione vituli, & excuſationem ſui, vitulum fregit: pręcepitque Leuitis vt ſecum acciperẽt gladios: & omnes qui idololatrauerant occiderent nemini parcẽtes: nec etiam parentibus.

Mag. ibi.

Dicunt Hebræi quòd apparebat pilus aureus in barbis idololatrarum: & ſic diſcernebantur ab aliis. Et occiſa ſunt viginti tria millia virorum propter hoc. Reuerſuſque Moyſes ad dominum in montem: rogauit vt aut dimitteret po- A pulo illam culpã aut deleret eum de libro vitæ. Cui dominus reſpondit: quòd deleret eum qui offenderet & quòd duceret populum illum ad locum quem dixerat: & Angelus eius præcederet eum. Hæc omnia ca.32. Poſt hæc Moyſes reuerſus ad caſtra retendit tabernaculum extra caſtra. Illucque aſcendente qui habebat aliquid quæſtionis, ibat ad eũ. Et Moyſes intrans tabernaculum conſulebat dominum: nubes autem ſuper tabernaculum in modum columnę apparebãt. Loquebatur autem Moyſes cum domino vt dicitur in litera, facie ad faciem, ſicut amicus cum amico ſuo. Erat tamen ille angelus dominum repre- B ſentans.

Moyſes vidit Deum per eſſentiam.

D.Tho. 2. ſecundæ. q.175. a.3.

Au.ep.112. ad Paul. c. 13.

D.Thom. tamen in 1.2. q. 98. ar.3. citãs Au. ſup. Ge. ad lit. contrariũ videtur aſſerere.

Rogante autem Moyſe vt oſtenderet ſibi faciem ſuam & gloriam ſuam: reſpondit: quòd faciẽ ſuam videre non poterat homo viuens: ſed in petra ſe poneret: & ipſo tranſeunte poſteriora eius videret. Dixit etiam ei. Oſtendam tibi omne bonũ ꝙ fit in viſione eſſentiæ diuinæ. Vnde Tho.2. & Au. dicũt ipſum in præſenti vidiſſe Deum per eſſentiam. Hec ca.33. Exinde Moyſes ex mandaro Dei faciens duas tabulas lapideas, aſcendit in montem ſynai cum eis: in quibus opere Dei ſcripta ſunt decem præcepta: promittẽſque Deus: quòd populum introduceret in terram promiſſam patribus eorum, præcepit quòd C non colerent Deos eorum, nec inirent matrimonia cum eis: primogenita ſibi offerentur & ter in anno, accederent ad locum nominis ſui: id eſt, vbi eſſet tẽplum. Stetitque Moyſes in monte ſynai ſecũdo quadraginta diebus: non comedens nec bibens. Deſcẽdenſque de monte locutus eſt populo quæ dominus mandauerat. Et ex radiis exeuntibus à facie Moyſi, videbatur habere cornua. Vnde Moyſes velabat faciem cum loquebatur populo. Hæc ca.34. Admonuit autem Moyſes populum, vt offerrent donaria, aurũ, vel argentũ vel quęcunque alia ad conſtructionẽ tabernaculi: quæ ſponte vellent. Quod & fecerunt: vt D habetur in c.35.

Ex. ca. 36. 37.38. & 39.

Ex. 40.

Poſt quod in quatuor capitulis ſequẽtibus continetur quatenus Beſeel & Oliab cum adiutoribus eorum fecerunt tabernaculum: & alia de quibus præceperar dominus Moyſi fieri per ſingula narrando. His igitur completis præcepit dominus Moyſi, vt erigeret tabernaculum ipſum: & omnia pertinentia ad ipſum locaret prout ordinauerat: & Aaron & filios conſecraret: & ſacrificia ordinata offerret. Quæ cum impleta eſſent & omnia aptata: prima die primi menſis ſecundi anni egreſſionis de Ægypto ad radices montis ſynai, impleuit nubes tabernaculum & gloria domini coruſcante non po- E terat Moyſes intrare raberuacalum. Ignis etiam de cœlo deſcendens incẽdit ſacrificia præparata. Qui ignis nunquam defecit vſque ad captiuitaiem Babylonicam illius populi, quem tamẽ ſacerdores ex mãdato Dei nutriebant mane & ſero imponẽtes ligna. Et de iſta erectione tabernaculi agitur in xl. vlti. capit. Exodi.

§. VI.

Explicatio decalogi ex decretorum libris ſumpta.

Omnes ad obſeruationem decalogi tenentur.

QVIA ex decalogo habetur breuis ſumma mandarorum Dei: ad quam ſeruandam ſem- F per & apud omnes nationes quiliber fuit & eſt obligatus: cũ ſint de iure naturali; nec etiam aliter ſaluari potuit adultus niſi obſeruatione horum, ſecundum illud Matthæi vigeſimonono. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, ait Chriſtus, explicando aliqua ex eis. Et quantum ad obſeruationem ſabbathi quod ceremoniale fuit: quo ad determinationem talis diei: tamen inquantum ad vacandum Deo

& ſaluti

A.M. 2293. Exo.20.

A & ſaluti ſuæ pro aliquo tempore fuit morale etiã de
dictamine rationis naturalis.Ideo breuiſſima expo-
ſitio eorum ponetur, ex his que habentur in decre-

Explicatio primi præcepti.

tis. In præfatione autem ipſius decalogi dicit domi-
nus. Ego ſum dominus Deus tuus fortis & zelotes
viſitans iniquitates patrum in filios in tertiã & quar-
tam generationem his qui oderunt me, & faciens
miſericordiam in millia his,qui diligũt me: & cuſto-
diunt præcepta mea.Et exponitur tripliciter.Primo
ſcilicet oſtenditur ſeueritas diuinæ iuſtitię:quia viſi-
tat,id eſt punit peccata commiſſa, non ſolum in pri-
mis autoribus, ſed etiam in filiis patrum ſeu patres
B ſceleris imitatoribus. Vnde ſubdit. His qui oderunt

Deus quomodo punit peccatum patrum in filiis.

me.Et quia ad vltra non ſolent homines viuere, quã
quarta generatio ſequatur ex eis:& cõiter accidit vt
filij imitentur malos mores parẽtum, quos viderint,
ideo dictum eſt. Vſque ad tertiam & quartam gene-
nerationem. Secundo exponitur ad innuendam cle-
mentiam Dei & expectationem,ſcilicet eorum diu-
tinam ad pœnitentiam:viſitat & medendo & ſanan-
do peccata patrum, & expectando eos quamdiu vi-
uere poſſunt, ꝙ eſt vſque ad tertiã vel quartã gene-
rationẽ productã ex eis ſi cõuertantur paratus igno-
C ſcere:vt habetur.j.q.4.hominis §.econtra.Tertio ex-
ponitur moraliter:vt ibi no. gl. bene. Cum enim ſit
quadruplex proceſſus peccati quaſi quadruplex ge-

Quadruplex proceſſus peccati.

neratio. Prima generatio ſunt primi motus peccati,
qui etiam aliquando ſunt peccatum.Secũda genera-
tio eſt cõplacentia ſenſualis de peccato ſuggeſto,ci-
tra tamẽ aſſenſum rationis.Tertia eſt cõſenſus cordis
in peccatũ,quod eſt mortale. Quarta generatio eſt
opus. Deus ergo non punit æternaliter primam &
ſecundam generationem:ſed tertiã & quartã : quia
ibi eſt mortale.Vnde ſubditur. His qui oderunt me.

Præceptũ vnum eſt non habebis & Nõ facies tibi ſculptile. Au.c.23. cap.2. Superſtitioſum quid.

Eſt ergo primum præceptum: vt patet Exo.xx. Non
D habebis Deos alienos coram me.Quod quaſi magis
declarãs ſubdit.Non facies tibi ſculptile neque om-
nem ſimilitudinem eorum quæ ſunt in cœlo, & in
terra vel in aquis. Non adorabis ea veneratione la-
triæ neque coles cultu interiori.Ex quib.verbis pro-
hibetur omnis idololatria & ſuperſtitio. Dicit autẽ
Au.in li.de doct.Chriſtiana.Superſtitioſum eſt quic-
quid inſtitutũ eſt ab hominib. ad faciẽda idola & co-
lenda,pertinens,vel ad colẽdam ſicut Deum creatu-
ram, partemve vllam creaturæ,vel ad conſultatio-
nes & pacta quædam ſignificationũ, cũ dæmonibus
placita vel confœderata: qualia ſunt volumina ma-
gicarum artium,quæ quidem commemorare potius
E quam docere ſolent poëtæ ex quo genere ſunt : ſed
quaſi licentiori vanitate augurũ & aruſpicũ libri.Ad
hæc etiam pertinẽt oẽs ligaturæ atque remedia, quæ
medicorum quoque diſciplina condemnat : ſiue in
præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis, quas
characteres vocant ſiue in quibuſcunque rebus ſuſ-

Ex. Com. Ancyr. c.j.

pendendis atque ligandis.26.quæſt.2. illud quod eſt.
Et concludit quod omnia hæc ſunt à Chriſtiano fu-
giẽda.Sed & in eadem cã.q.5.c. ep. dicitur ꝙ epiſco-
pi debẽt de ſuis parœciis eiicere deditos magicis ar-
tib.& ſortilegiis,& ſceleratas illas [a] mulieres quæ di-

cunt ſe ambulare de nocte ſuper beſtias, quas aliqui
ſtryges vocant declarando illud verum non eſſe,ſed
totum fieri illuſione dæmonum. Et quod in ſomnis,
phantaſmatib. agitur illas falſo æſtimare in ſe reali-
ter agi. Et ſubditur quod omnib.annunciandum eſt
publice quod qui talia credit & his ſimilia,fidẽ per-
B dit.Et in fine c.dicitur.Quiſquis ergo credit poſſe a-
liquam creaturam aut in melius aut in deterius cõ-
mutari:aut transformari in aliam ſpeciem vel aliam
ſimilitudinem : niſi ab ipſo creatore qui eam fecit:
proculdubio infidelis eſt & pagano deterior.Hęc ibi
Item Aug.26.q.7.non obſeruetis ait. Non obſeruetis
dies qui dicũtur Ægyptiaci:neque Calendas Ianua-
rij &c. Et enumeratis multis ſuperſtitionibus augu-
riorum,fatorum,diuinationum, & per pythagoricã
necromantiam, vitam alicuius, vel mortem vel ad-
uerſa vel proſpera futura inquirentium,vel per ſom-
nialia ſcripta & falſo Danieli intitulata : aut ſortes

Nota multa ſuperſtitioſa noſtro etiam tempore non abolita.

C quæ dicuntur Apoſtolorũ:aut in collectionibus her-
barum carmina dicere, (ſ.ſuperſtitioſa) aut pictatio-
las pro quacunq; infirmitate ſcriptas ſuper homines
vel animalia ponere.Cõcludit ibi:quòd qui hęc cre-
dunt aut faciunt aut accedunt ad domos faciẽtium,
fidem Chriſtianã & baptiſmũ abnegarunt.Secundũ

Hie.lib.1. cõ. ad c.4. Secũdum mãdatũ. Cõcordãt legiſtæ in lib.j C.de iureiur.& in auth. vt non luxu. ho. cõtra.

mãdatũ eſt.Nõ aſſumes nomẽ dñi tui in uanũ. Ad ꝙ
reducitur quod alibi apertius dicitur. Nõ periurabis
in nomine meo.Leuit.19. Vbi notãdũ quod ait Hier.
ſuper Hieremiã tractãs id.Et iurabũt in noĩe meo in
iudicio,iuſtitia & veritate.Animaduertẽdũ quod iuſ-
iurãdũ hos habeat comites, veritatẽ, iudiciũ atq; iu-
D ſtitiã. Si iſta defuerint:nõ iuramẽtũ ſed periuriũ erit.
22.q.2.animaduertẽdũ & in §. ſequẽti dicitur. Cum
oẽs qui loquũtur mẽdaciũ perdẽdi ſunt.i.dãnãdi:iux-

Pſal.5. Ex con. Tol.8.c.2. Periuriũ quid & quotuplex.

ta illiud Pſa. Perdes oẽs qui loquũtur mẽdaciũ.Mul-
to magis dãnabiles ſunt qui mẽtiẽdo peierare con-
uincũtur.quia nomẽ Dei in vanũ aſſumũt.Itẽ 22.q.5.
neceſſe.dicitur Neceſſe eſt vt male iurãs cõdignam
agat pœnitẽtiã: eo quod nomen Domini cõtra præ-
ceptum eius in vanum ſumpſit. Eſt ergo periurium
cum quis iurat ſciẽter falſum. & tunc deficit veritas,
& eſt ſemper mortale ſecundum Tho.2.2. Secundo

D.Thom. 2.q.98.a.3.

cum iurat facere illicitum:& tunc deficit ibi iuſtitia,
& videtur etiam mortale cum ſcienter hoc agit, cũ
E teneatur ad contrarium faciendum. Vnde dicitur.
22.q.4.non peierabis. Malum,quod quis ſe facturum
ſacramento deuouit, omnino non faciat: quia ſtulta
vota omnino frangenda ſunt. Et concluſio totius il-
lius quæſtionis quartæ eſt:quod illicita iuramenta &
promiſſa non ſunt ſeruanda nec obligatoria. Quod
probat per multa cap. Sed peccatum eſt in illa illi-
cita promiſſione,iuratione,vel deuotione. Tertio di-
citur periurium large cum quis iurat:& ſi verum &
licitum,tamen ſine aliqua cauſa vrgenti,& tunc de-
ficit ibi iudicium ſcilicet diſcretionis: & in vanum
ideſt inutiliter iurat & videtur veniale. Prohi-
betur etiam iurare per membra Dei caput vel ca-

Tertium præceptũ.

F pillos & alia,quæ ſonant blaſphemiam. xxij. quæſt.
prima ſi quis per capillum. Tertium præceptum eſt.
eſt.Memento vt diẽ ſabbathi ſanctifices id eſt depu-
tes ad Dei cultum abſtinendo ab operibus manua-
libus,& etiam criminalibus.Vbi nota quod dies ſab-
bathi eſt mutata in diẽ dominicam ab Eccleſia vnde
dicitur de cõſe.di.3.pronũciandũ.Oẽm dominicam à

*a Cornelius Agrippa homo plane impius nedum Lu-
F theranus,inquiſitores Lamiarũ ex hoc canone redarguit
eo quod illi eas per aërem vectari dicãt. Sed eos defendit
Sixtus Sen.1.li 5. biblioth.ann.74.Ad id vero quod ex
Ancyrano concilio inquiens affert, reſpõdemus,ſectam
fœminarum ſynodi iuſſu damnatam,diuerſam eſſe à ſecta
lamiarum:illa enim vt in eo decreto dicitur exiſtimat ſe
ad Herodiadis & Dianæ cultum deſerentib. beſtiis acci-
A ri,ac Dei creaturas ab alio quã & à creatore poſſe trãſ-
formari in varias animatorum formas. Cæterum Sy-
nodus non decernit vectationes & tranſlationes illas
mulierũ corporaliter fieri nõ poſſe.hæc ille & plura alia.*

A.M. 2293.

A.M. 2293.

veſpera vſque ad veſperam id eſt ſero.ne à Iudaiſmo capiantur,ſcilicet feriari oportet.Ideo autem ſabbathum mutatum eſt in dominicã, ob reuerentiã reſurrectionis Ieſu Chriſti, qui illa die ſurrexit à mortuis & inchoata eſt in natura humana vita beata etiam quo ad corpora:cum etiã illa die natus ſit,& ſpiritũ ſanctum miſit & mundum inchoauerit. Et vt dicitur de conſe.di.3.ieiunia.Die dominica nihil aliud agendum eſt niſi Deo vacandum:nulla operatio, ſcilicet manualis,in illa ſancta die agatur:niſi tantum hymnis & pſalmis & cãticis ſpiritualib. dies illa trãſigatur.Et ab Eccleſia additum eſt præceptum obligans ad mortale: ſcilicet vt audiatur miſſa dieb. dñicis ab omnib.de conſe.diſ 2.miſſas. Quod præceptũ videtur extẽdi etiã ad alios dies feriatos ab Eccleſia quos ſcilicet Eccleſia mãdauit celebrari per ceſſationem ab operibus,de quibus, habetur de coſeſ. di.3. pronunciandum.& extra de paro. Vt diebus dominicis & feſtiuis.Quartum preceptũ eſt, honora patrem tuum & matrem. Quod intelligitur ſecundũ expoſitionem doctorũ honore reuerẽtiæ & obedientiæ. Et ſub iſto præcepto intelligitur cõprehendi omne ſubſidium ſpirituale vel temporale: quod quis tenetur proximo exhibere & de correctione fraterna: de eleemoſyna impẽdẽda, de inſtructione proximi: de oratione pro aliis & huiuſmodi. Sed primi in numero proximorũ quib. prius & magis tenemur ſubuenire ſunt parentes. Amb. eſt illa probanda liberalitas,vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi illos egere cognoſcas. Melius eſt enim vt ipſe ſubuenias tuis: quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere: aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis, non tamen vt illi ditiores fieri vellent: ex eo quòd tu potes conferre in opibus di.86.non ſatis.Idem in c.ſeq. Cæterum Dei traditio eſt vt prius paſcas parentes. Nam ſi iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur:quanto magis fames quæ multo grauior eſt. Hec ille. Debet quoque quilibet obedire parentibus ſed in licitis, & in his ad quæ tenetur. ſ. quæ pertinent ad diſpoſitionem domus.Nam ad ſtatum ſumendum, puta matrimonij vel clericatus vel religionis,liber eſt, nec tenetur in huiuſmodi parentibus obedire,ſcilicet quòd non intret religionẽ: vel quòd contrahat cum aliqua: in aliis obedire debet:quæ non ſunt contra dominum. Vnde Hieron. ſuper epiſtolam ad Epheſ. ait. Si dominus ea iubet,que aduerſa non ſunt ſanctis ſcripturis;ſubiiciãtur domino ſerui: Si contraria præcepit,magis obediat ſpiritui quam corporis domino. Hoc ipſum & de ſeruo apud dominũ,& de vxoribus apud viros & de filiis apud patres quod in illis tantum debent dominis,viris,atque parentibus eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non ſunt. Hæc ille 11. q.iij. ſi dominus.Sub hoc etiam præcepto comprehenditur cura & prouidentia,quam debent habere parentes carnales & multo magis ſpirituales,vt prælati & rectores ciuitatum de ſibi ſubditis quantum ad mores bonos & ad ſuſtentationem. Qui enim ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, ait Apoſtolus ad Timo.fidem negauit id eſt fidelitatem naturalem:& eſt infideli deterior. Vnde & diſtinctione.30. ſi quis. 10.dicitur. Si quis reliquerit filios proprios & nõ eos aluerit:& (quod pietatis eſt) neceſſaria non præbuerit: ſed ſub occaſionem continentia negligendos putauerit,anathema ſit.Repræhenditur autem non ſolum Hel qui non dure increpauit filios delinquentes:ſed etiam & Dauid & ſi diuino regimini eſſet intentus: quod filios ſuos nimia libertate & vanitate

[Margin notes, left column: Ino.l.2.refert ex Apollinario. — Miſſæ audiendum dieb feſtis præceptũ obligat ad mortale. — Quartum preceptũ — Amb li off.c.30. — Amb.in li. cap.1. — In quibus quis paẽtib.obedire tenetur. — Hier.in c. 6.ep. ad Epheſ. — Parentes carnales & ſpirituales quales eſſe debent. — 1.Timo.4. — 1.Reg.2. — 2 Reg. 13. & 15.]

A vti permiſerit:& in eis punitus fuit vt patet in Amnon & Abſalon, Quod notat Gratia.diſt.47.ſ.neceſſe.& 23.q.4.duo iſta.Quintum præceptum eſt. Non occides,quod exponit Aug.in primo de ciui.Dei.nec te,nec alterum,nec enim qui ſeipſum occidit, alium quam hominem occidit. Et his exceptis quos & lex iuſta generaliter,vel ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter iubet occidi:quiſquis hominem vel ſeipſum, vel alium occiderit:homicidij crimine inuectitur 23.q.5. ſi non licet. Committitur autem homicidium aliquando ſolum corde,vnde Hiero. Licet gladio non B occidas:voluntate tamen interficis.de pœn.di.j.omnis & odium habentes ad proximum dicuntur homicidæ.diſtin.e.homicidiorum. & omnem iniquum motum: ſcilicet deliberatum ad nocendum proximo aperuit dñs in homicidij genere computari. dicit Aug.de pœ.di.homicidium. Aliquando committitur ore.ob vnde Augu:Periculoſe ſe decipiunt,qui exiſtimant eos tantum eſſe homicidas, qui manibus hominem occidũt:& non potius eos per quorũ cõſiliũ fraudem vel exortationẽ homines extinguntur de pœ.di.j.periculoſe.Idem di.e. Quando fratri tuo male perſuades ſcilicet ad mortale committendum, C occidis,ſcilicet ſpiritualiter. Aliquando opere quod fit multipliciter vnde Augu. Cum homo ab homine occiditur multum diſtat vtrum fiat nocẽdi cupiditate,vel iniuſte aliquid auferendi,ſicut fit ab inimico ſicut à latrone aut & vlciſcendi vel obediendi ordine,ſicut à iudice ſicut à carnifice. Vel euadendi aut ſubueniẽdi neceſſitate,ſicut interimitur latro à viatore,Hoſtis à milite: & aliquando qui cauſa mortis fuit potius in culpa eſt quam ille qui occidit: velut ſi quiſpiam decipiat fideiuſſorem ſuum, atque ille pro iſto legitime ſupplicium luat. Nec tamen omnis qui mortis cauſa eſt,reus eſt: veluti ſi quiſpiam ſtuprum D petat,ſeſeque ſi nõ impetrauerit interimat? Quid ſi filius timẽs pia patris verbera ꝑcipitio pereat. Quid ſi alius homine liberato vel ne alius liberetur ſibi ipſi mortẽ inferat &c.hæc cũ accidũt debemus eis humanũ dolorẽ & nõ propter illa ne accidãt recte factorum reprimamus voluntatẽ.hæc Aug.23.q.5.cum hõ ab hoĩe .Sextum præceptum eſt.Nõ mœchaberis Vbi ſupra iſtud.Exo.ait.nec quiſquam præter matrimonij fœdera, aliis fœminis miſceatur ad explendã libidinẽ.22.q.6.nõ mœchaberis. Au.li.de decẽ chordis ait.Nõ mœchaberis id eſt non ibis ad aliquã aliã ꝑter vxorẽ tuã.Tu exigis hoc ab vxore:& nõ vis hoc E reddere vxori:& cũ debeas in virtute ꝑcedere vxorẽ quoniã caſtitas virtus eſt:tu ſub vno impetu libidinis cadis,& vis vxorẽ tuã victricẽ eſſe,& tu victus iaces. Et cum tu caput ſis vxoris, ꝑcedit te ad Deum cuius caput es.hæc Au.22.q.6.non mœchaberis.Sed perfectius exponitur ab eo in li.de qõnibus Deute.vbi dicitur.meretrices eſſe,& ad meretrices accedere, ꝓhibet dominus: quarum publice venalis eſt turpitudo.vbi dicit glo.In eo quod dicit dominus: non erit meretrix de filiabus Iſrael nec ſcortator.Et ſequitur in text. in decalogo autem mœchiæ nomine nõ videtur hoc aperte prohibuiſſe, quoniam mœchia nõ F niſi adulterium intelligi ſolet. Et infra. Sed ſi ſub furti nomine omnis illicita vſurpatio rei alienę prohibita intelligitur, aperte totum intelligens profecto nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi. Hæc ille.32. q. 4.meretrices. Idem Hieron.contra Iouinianum ait.xxxij. quæſtione ſeptima vſus. Vſus naturalis & licitus eſt ſicut in coniugio: & illicitus ſicut in adulterio, contra naturam

[Margin notes, right column: A.M. 2293. — Quintum præceptũ. Augu.in 1. ciui.c. 20. & 21. — Hie.in Ep. Homicidium cõmittitur corde ore & opere. — Aug. c. 23. li.19.cont. fauſt. — Au. tract. 42.in.ca.8. — Au.ep. 54. 54.ad maced. — Variæ cauſæ & rationes ob quas homo ab homine interimitur. — Sextum præceptũ. — Au.li.3.de decem chord. — Quæſt.37. ad cap. 23. Deute.l.5. quæſt. Deu.23. Mœchiæ nomine omnis illicitus concubit. intelligitur. Au.q.71.li. 2. Quæſt. ſup.ex. in cap.19.]

A. M. 2238.

Aug.q.71. lib.ſup.ex. Septimū præceptū.

A turam vero ſemper illicitus & proculdubio turpior & flagitioſior:quē apoſtolus & in maſculis & in fœminis arguebat,ſcilicet. ad Rom.j. Septimum præceptum eſt.Non furtum facies.Vbi Aug.in li. queſt. Exo.ait. Pœnale eſt occulte auferre: multo maioris pœnæ furtum quid viſibiliter eripere. Auferre ergo nolenti ſiue occulte ſiue palam, habet præceptū ſuū: furti enim nomine intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ. Nō enim rapinam permiſit qui furtum prohibuit,ſed & rapinam intelligi voluit:à parte enim totum ſignificauit: quicquid illicite rerum proximi aufertur.14.q.v.pœnale.Dicit etiam Hiero. Diſcant omnes peccatum hoc ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inuenta non reddat.14.q.5. multi. Et Ambro. Si quis vſuram accepit.rapinam facit: vita non viuit, ſcilicet gratiæ. 14.q.4.ſi quis vſuram.Item Aug. Qui contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis,calumniis,oppreſſionibus, inuaſionibus aliqua abſtulerūt reddenda potius quam donanda (ſcilicet pauperib.) eſſe cenſemus: exemplo Zachæi dicentis. Si quem defraudaui,reddo &c.14.q.5.non ſane.& ait idem in q. 6. ſi res.peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum,ſi reſtitui poteſt,de reg.iur. in 6.

Orig.ad c.6.in Leui. Amb.c.12. in l.de bono mor. Aug. epiſ. 54.ad Maced. Luc.19. Aug.16.

Octauum præceptū. Augu.in l.3.c.20.

B Octauum præceptum eſt.Non loqueris contra proximum tuū falſum teſtimonium.Aug.in de ciui.Dei. Quoniam regulam diligendi proximum à ſemetipſo quiſque accepit:cum dictum eſt diliges proximum tuum ſicut teipſum:falſi teſtimonij non minus reus eſt, qui aduerſus ſeipſum falſum fatetur: quam ſi aduerſus proximum hoc faceret.22.q.v.ſi nō licet. Et non ſolum hoc præcepto prohibetur teſtificatio falſa in iudicio, ſed etiam extra iudicium in communi ſermone:vt cum quis detrahit proximo vnde dicit Anacletus Papa.6.q.j. deteriores. Deteriores ſunt qui vitam moreſque bonorum corrumpunt. ſcilicet detrahendo, his qui ſubſtantias aliorum prædámque diripiunt.Et non ſolum detractio ſed etiam mendacium prohibetur:vt ponit Magiſter in 3.ſen.circa finē quia verbū eſt teſtificatio eius quod eſt in corde. Non tamen omne mendacium eſt mortale:ſed quādo eſt contra honorem Dei, & contra pertinentia ad fidem & bonos mores neceſſarios ad ſalutē, vel quando proximus læditur in anima, vel fama vel ſubſtantia notabiliter.& de octo generibus mendaciorum ponit Auguſt.22.q.2.primum.

Anacle. epiſ.3. Detractio quantum malum. Magiſter in 3.d.37. verbū qd Mendaciū quando.

Auguſt.de mēd.c.14. Nonum præceptū. Mat.5. Greg.l.21. c.19.i Iob.

Nonum preceptum reſpicit voluntatem. Non cōcupiſces vxorem proximi tui.Greg.Ex eo quod ait Chriſtus. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo: aperte oſtenditur quod ſolo viſu cum turpiter vel innupta concupiſcitur,adulterium perpetratur.32.q.5.qui viderit.& de pœn. diſt. j. ſi cui.dicit Augu.quòd ſi quis habet voluntatem cognoſcendi vxorem alterius & propter impedimenta non faciat, non minus reus eſt, quaſi deprehendatur in facto,quod verū eſt, quoad Deum & in genere,ſcilicet quod eſt mortale vtrunque, non tamē ita graue. Et idem dicēdum eſt de decimo præcepto ſcilicet ꝙ deſiderium deliberatum auferendi res alienas,quocunque modo illicito:ita eſt mortale ſicut & opus etſi non ita graue, ſic intelligitur.c.ſi propterea.de pœn.diſt.j.Et votum pro opere reputatur. Et ſic in decimo prohibetur deſiderium illicitum rei alienæ ſicut per nonum deſiderium illicitum cuiuſcūque vitij carnalis:& in hoc diſtinguitur à ſexto & ſeptimo,in quib.prohibetur actus exterior. Deſideriū etiam deliberatū cōtra quodcunque aliorum præceptorum vt de homicidio & de periurio etiā eſt mortale, & comprehēditur ipſa prohibitio deſiderij ſub

Aug.l.1.de lib.arb. circa principium.

Decimū præceptū. Quare ꝓhibetur deſideriū venereorum & rerum alienarum.

A ipſo præcepto.Sed in his duabus materiis.ſ.de cōcupiſcentia carnis & rerū tēporalium ideo ſpecialiter fuit facta prohibitio de ipſo deſiderio vltra opus exterius:quia magis mens in huiuſmodi deſideriis delectationē capit quā in aliis reb. De omnib.his præceptis diffuſe habetur in prima parte in titu. de lege Moſaica & adhuc diffuſius in ſecunda parte in diuerſis titulis & capitibus ſecundum materias vitiorum.Quæ autem ſequūtur in textu ſcilicet de cōſtructione tabernaculi & pertinentib.ad eum. tabulis,cortinis,vaſis,& aliis omnia plena ſunt ſacramē-

A.M. 2238.

Ex.21.& ſequentib.

B tis:& figurant Eccleſiam & diuerſos ſtatus & conditiones fidelium,quorum aliqua expoſitio quo ad tabernaculum habetur in prima parte tit.de lege Moſaica.Et quod ille eſſent figuræ futurorum, habes de cōſe.di.j.in prin. Tabernaculum autem quod Deus mandauit fieri per Moyſem, vt dicetur infra,ſignificat Eccleſiam militātē vel ſynagogā,in qua erat Eccleſia in veteri teſtamento.Sicut enim illud tabernaculum erat portatile & trāsferebatur de loco ad locum,ita & Eccleſia militans per doctores transfertur per doctrinā fidei de vna regione ad aliā, cū ſcilicet cōuertuntur ad fidē, & demū perducitur ad lo-

Breuis tabernaculi & eorū quæ in eo erant explicatio.

C cū firmū ſcilicet Eccleſiā triūphātē ſicut illud tabernaculū ſeu arca ducta quę eſt in Hieruſalē cū magna ſolennitate, Synagoga etiā mutata eſt in Eccleſiam ex Gētilib. conuerſam, quam ſignat templum Salomonis ædificatum à Iudæis & Gētilibus ſcilicet Hyram rege Tyri per Chriſtum,illa ſacramenta veteris legis figurabant ſacramenta nouæ legis. Sacerdotiū Aaron,ſacerdotium Chriſti verum noui teſtamenti. Ceremonialia alia ſignabant mores Chriſtianorum bonos,feſta illorum ſolennitates ſignabāt Chriſtianorum:& omnis ille cultus Iudaicus ſignabat Chriſtianorum vitam fidelium iuſtam & ſanctam: De

2.Reg.6.

D his autem plene habes in j.parte ti.de lege Moſaica vbi videre potes.

§. VII.

Hie. in epi.ad Pau. Summa li. Leuit.

DE Leuitico dicit Hiero,quòd tot habet ſacramenta quot verba.Nam quaſi per totum agitur de ceremonialibus, præcipue ſacrificiis,quæ figurabant paſſionem Chriſti,& mortificationem vitiorum in populo Chriſtiano. Vnde in primis nouem ca. agitur de diuerſis generibus ſacrificiorum & modis eorum ſeu cerimoniis in eis obſeruandis. In decimo narratur quòd Nadab & Abiu duo ex fi-

E liis Aron ſacerdores,quia arreptis thuribulis ſuis nō de igne altaris,ſed de igne alio procurato poſito in thuribulis ſuis præſumpſerunt coram domino incenſare: combuſti ſunt à domino miraculoſè igne immiſſo, & mortui educti ſunt de tabernaculo, & ſepulti perſequentibus Aaron cum filiis aliis ſacrificia ſua.In c.11.tractatur de obſeruantiis in cibis, & ibi declaratur quibus poſſent veſci vt mundis, & à quibus deberent abſtinere, vt cibis immundis. In c.12.agitur de ſacrificio puerperę,& quod quadraginta diebus debebat abſtinere ab acceſſu tabernaculi in partu maſculi.In cap.13.de lepra multiplici,ſcilicet

F carnis pilorum veſtis,& domus,& quomodo ſacerdos debebat ſe habere ad iudicandum de ea,& per quæ ſigna: & quid fieri debebat de leproſis,quia ſeparari ab aliis. In cap.14.ponitur de ſacrificio offerendo à leproſo, quando contigiſſet eum emundari à lepra.

In c.15.de patiente fluxum ſeminis, quomodo ſe debebat habere:& de ſacrificio offerēdo,cū ſanabatur.Item & de muliere menſtruata naturaliter ,vel

continue. quomodo erat immunda.

In c.16. de ſacrificio ſolenni offerẽdo in feſto propitiationis ſcilicet duob. hircis, quorum vnus emittebatur in deſertum, alius offerebatur: & vitula ruſa de qua fiebat cinis aſperſionis: qua die ſemel in anno ſolus pontifex intrabat ſanctaſanctorum.

In c.17. prohibetur ſanguis quicunque comedi & morticiniũ. In c.18. ponũtur gradus cõſanguinitatis & affinitatis, à quib. ſecũdũ legem debebant abſtinere in contrahendo adinuicem matrimonia. In c.19. ponuntur quædam moralia præcepta, quæ reducuntur ad decalogum, & quædam obſeruantiæ cerimoniales. In c.20. prohibentur quædam vitia ſub pœna mortis, præcipue pertinentia ad luxuriam & ſuperſtitiones. In c.21. de quibuſdam obſeruãdis à ſacerdotibus in matrimonio contrahendo & aliis, & quòd eſſent immunes à quibuſdam defectibus corporis. In c.22. prohibetur populo comedere de ſanctificatis domino, & declarantur alia offerenda in ſacrificium debere eſſe libera à certis maculis & defectibus. In c.23. de ſolennitatibus celebrãdis præcipue phaſe vel azymorum, Pentecoſtes ſeu hebdomadarum, & ſcenophegia ſeu tabernaculorum, ac etiã de feſto propitiationis & ſacrificiis & aliis obſeruandis in eis. In c.24. de oleo procurando pro lucernis accendẽdis in templo & panibus duodecim propoſitionis mundandis, & de blaſphemio reperto ex Dei mandato lapidato à populo. In c.25. habetur de iubilæo obſeruando ſcilicet quinquageſimo anno, in quo terræ non debebant cultiuari, & ſerui liberi efficiebantur, vendita redibant ad ſuos poſſeſſores, & plura alia circa huiuſmodi. In c.26. promittit dominus multa bona temporalia, pacem, victoriam, abundantiam, obſeruantibus legem. Sed ſi tranſgrediantur, multa flagella & magna. In c.27. & vltimo agitur de votis & redemptione votorum & obligatione ac etiam iuramentorum.

De anno iubilæi.

§. VIII.

Summa li. numeri.

IN libro numeri, in primo cap. fecit dominus numerare omnes maſculos à viginti annis ſupra aptos ad bellum, & reperti ſunt de omnibus tribubus Iſrael ſexcenta tria millia quingenti quinquaginta excepta tribu leui, & declarati duodecim principes tribuum, leuitæ vero fuerunt viginti duo millia. In c.2. mandauit dominus, quòd cum caſtrametarentur firmantes ſe in aliquo loco: ſic ſe locarent in gyro tabernaculi, quòd tres tribus firmarentur ad orientem, quarum prima erat tribus Iuda, tres ad occidentem tres ad auſtrum & tres ad aquilonem cum principibus earum. In c.3. quòd Leuitæ ſimiliter caſtrametarẽtur circumcirca tabernaculum in medio inter populum & tabernaculum, pars ſcilicet ad orientem pars ad occidentem, pars ad meridiem pars ad aquilonem. In 4.c. quomodo ipſis recedentibus de loco ad alium locum, Aaron & filij eius deberent omnia, quæ erant tabernaculi cooperire pellibus hyacinthinis, vel aliis rebus, & tradere diuerſa diuerſis ad portandum. In cap.5. quod eiicerent leproſos de caſtris & de ſacrificio zelotypiæ. In cap.6. de voto Nazaræorum, & quæ debebant obſeruare: & de ſacrificio eorum completo voto: & modo benedictionis dandæ à ſacerdotibus populo. In ca.7. quo in die erectionis tabernaculi duodecim principes Tribuum obtulerunt ſacrificia ſinguli per ſingulos dies. In 8.c. de propoſitione lucernarum, & candelabri in tabernaculo, & de applicatione Leuitarum ad cultum templi pro primogenitis Iſrael,

num. 1.

Caſtrorũ diſpoſitio circa tabernaculum.

A & de ſanctificatione eorum. In ca.9. mandauit dominus quòd qui propter aliquod impedimentum non celebraſſet phaſe tempore ſuo. num.9. die primi menſis: ſuppleret defectum. ſcilicet decimaquarta vndecimaquarta die ſecundi menſis. Item quòd columna nubis de die: & ignis de nocte manebat ſuper tabernaculum: & dum maneret firma populus ibi morabatur ordinatus, vt ſupra, quando mouebatur, & ipſi recedebant de loco eam ſequentes. In ca.10. fecit Moyſes ex Dei præcepto fieri duas tubas argenteas, quarum vſus erat ad quatuor, ſcilicet ad conuocandam multitudinem, vel vocandum principes tri-

B buum. vel ad bellum: vel in Calendis & ſolennitatibus. Nubes autem quæ erant ſuper tabernaculum mouentes ſe: receſſerunt de Sinai in deſertum pharan, & pulſantibus tubis primi mouentes ſe ad iter fuit tribus Iuda, & ſucceſſiue aliæ tribus. In cap.11. murmurante populo & flagrante deſiderio carnium recordati ſunt ciborum Ægypti, faſtidientes manna. propter quod Moyſes attediatus petiit adiutores ad regendum populum, & inſtituti ſunt ſeptuaginta ſeniore, sin adiutorium regiminis ſui: quorum duo Eldad & Medab pre humilitate non ſe preſentantes coram Moyſe, prophetarunt in caſtris in populo: Cantum deſiderio flagrat populus.

C miſit autem dominus coturnices. Sed vt dicit Pſalm. 77. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum & ira Dei aſcendit ſuper eos, ex igne de cœlo miſſo ad cõburendum illos guloſos. In cap.12. ſcribitur de murmuratione Mariæ propheriſſe, & Aaron cõtra Moyſem propter vxorem eius æthiopiſſam, & punitione Mariæ per lepram diebus octo & mundatione. In capitulo decimotertio, de Pharam proceſſerunt in Cardeſbarne. Inde que miſit Moyſes ex Domini iuſſu duodecim exploratores ſingulos de ſingulis tribubus ad conſiderandam terram promiſſionis: vt treferrent vt populo qualitatem eius portantes de Pſalm.77.

Exploratores Moyſes mittit.

D fructibus illius. Qui euntes & perluſtrantes eam totam: poſt quadraginta dies reuerſi ſunt commendãtes terram: ſed dicentes non poſſe eos obtinere propter fortitudinem illarum gentium & ciuitates inexpugnabiles. In 14.ca. audiens hæc populus cæpit lugere & murmurare contra Moyſem & Aaron, quòd eduxerit eos de Ægypto, tractantes vt redirent in Aegyptum, ſoli Caleph & Ioſue ex illis duodecim exploratoribus, contradicebant alij decem, & confortabant & animabant popolum ad eundum ad illam: quia dominus daret illam eis. propter quod populus iratus contra illos duos voluit eos quaſi la-

E pidare. Iratus autem dominus volebat eos peſtilentia occidere: ſed Moyſe orante pro populo placatus eſt Dominus, dixit tamen quod nullus eorum qui numerati erant in exitu de Aegypto viginti annis & ſupra intraret terram promiſsionis: niſi Caleph & Ioſue, & alij decem exploratores qui fuerant cauſa murmuris mortui ſunt, vnde precepit Dominus redire per deſertum. Cumque populus vellet contra ordinationem Moyſis procedere verſus terram promiſsionis: ſurrexerunt Amalechitę & Cananæi cõtra eos, & compulerunt eos redire expugnantes eos. In c.15. de quibuſdam ſacrificiis fiendis & modo eo-

F rum, de primitiis fructuum offerendis, de fimbriis hyacinthinis in veſtimentis habendis, & de quodam colligẽte ligna in ſabbatho, quem Dominus mandauit lapidari. In ca.16. habetur quòd Dathan & Abirõ & Chore cum ducẽtis quinquaginta Leuitis, cœperunt murmurare contra Moyſem & Aaron, quòd vſurpaſſent ſibi ducatum populi & ſacerdotiũ ſummum, & vocatis Dathan & Abyron à Moyſe, excu-

Dathan & Abirõ ſeditio.

ſantibus

A. M. 1493. ſantibus venire ad verbum Moyſis aperta eſt terra: & deglutiuit eos. Thore autem cum ſuis ducentis & quinquaginta thura in thuribilis offerētibus cū Aarō in tabernaculo, egreſſus ignis à domino combuſſit Chore cū ſuis. Cúmq; populus murmuraret cōtra Moyſem & Aarō, ꝙ occidiſſent illos, ignis deuorauit plures de illo populo: ſed Aarō cū thuribulo incenſante inter illos ceſſauit plaga. In c.18. ꝙ Moyſes mandauit duodecim principibus tribuum vt afferrent virgas: quas adductas cū illa Aaron poſuit omnes Moyſes in tabernaculo, & repertū eſt ſolam virgam Aaron germinaſſe flores & fructus amygdalinos feciſſe. Ex quo ſigno oſtenſum eſt populo de domini voluntate, Aaron habuiſſe ſacerdotium. In ca.18. ſtatuit dominus quod Aaron & omnes Leuitæ ſeruirent in tabernaculo, qui eſſent idonei: & ꝙ decimis & prēmitiis & portionibus, quę cōtingebant eis de ſacrificiis contenti eſſent: nec haberent poſſeſſiones aliter inter filios Iſrael. Et ipſi Leuitæ darent decimam decimæ ſummo ſacerdoti. In c. 19. agitur de ſacrificio vitulæ rufæ cōburendæ, de cuius cineribus fiebat aqua expiationis. Et à quibus immunditiis per illum cinerem purgarentur. In ca.20. quomodo mortua eſt Maria, & murmurantibus ex defectu aquæ: mandauit dominus Moyſi vt virga percuteret ſilicem coram multitudine. Et deficientibus Moyſe & Aaron incredulitate: prima vice percuſſa petra non dedit aquas, ſed ſecunda, propter quam incredulitatem dixit dominus Moyſi & Aaron, quod non intrarent terram promiſſionis.

Mors Aaron. Miſit quæ nuncios Moyſes ad regem Edom vt permitteret eos tranſire per terram ſuam. Qui noluit: ſed occurrētē eis in bello declinauerūt ab eo: & veniētibus in montem Hor: ibi mortuus eſt & ſepultus Aaron: factúſque prō eo ſummus ſacerdos Eleazar filius eius. In cap.21. habetur victoria, quam habuerunt Iſraelitæ contra regem Chananæorum, & Seon regem Amorrhæorum & Og, regem Baſan, qui noluerunt eis tranſitum permittere: ſed venerunt in bellum contra eos. Inſuper murmurantibus multis ex labore itineris tædio affectis, immiſit Dominus in eos ſerpentes qui morſu interficiebant eos: ſed facto ſerpente æneo ex mandato domini, & in altum poſito, qui percuſſus aſpiciebat in eum ſanabatur. In cap.22. dicitur quod veniente populo Iſrael in campeſtribus Moab: rex Moabitarum Balach miſit nuncios ad Balaam ariolum, vt veniret ad maledicēdum populum Dei. Qui prima vice noluit ire, prohibitus in ſomnis. Sed reuertentibus nunciis ſecundo iter aſſumpſit, & in via vrgente eo Aſinam vt iret per viam rectam, Aſina cui inſidebat locuta eſt. & exinde Angelum vidit cum gladio euaginato. In c.23. & 24. habetur quod

cap. 23. & 24. Balaā factis ſacrificiis dæmoniis (quia ariolus erat) cœpit loqui in commendationem populi Iſrael, & benedicere ei. Et ſic egit tribus vicibus in variis locis vnde poſſet populum Iſrael videre. Et inter cætera

De prophetia Balaam. prophetauit. Orietur ſtella ex Iacob, &c. poſt quę recedens à Balach dedit ſibi conſilium malum, ſcilicet ad inducendum Iſrael ad fornicandum. In cap. 25. habetur quod fornicati ſunt filij Iſrael cum Madianitis adorantes idola eorum, propter quod dominus mandauit ſuſpendi duodecim principes tribuum. Phinees autem filius Eleazaris percutiens vnum ex filiis Iſrael fornicantem cum Madianita ad mortem: placauit iram Domini. Ceciderúntq; propter hoc malum trigintatria millia ex Iſrael. In c.26. mandauit Dominus iterum numerari omnes

A mares à viginti annis & ſupra per ſingulas tribus. & reperti in totum ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta qui nō fuerunt numerati in egreſsione de Ægypto: quia illi omnes mortui ſunt in deſerto exceptis Ioſue & Caleph. & declarauit dominus quod prædictis tribubus daretur poſſeſſio ſecundum ſortes contingentes. In cap. 27. petentibus quinque filiabus Salphaad hæreditatem, mandauit Dominus eis dari, quod patri contingeret: tradens regulam de ſucceſſionis ordine in hæreditatem, quando moreretur quis ſine filiis maſculis. A. M. 1493.

B Exinde præcepit Moyſi vt aſcenderet in montem Abarim, indéque aſpiceret terram promiſſam patribus, in quam non introiret propter incredulitatem ad aquas condictionis. Et quod inſtitueret ducem populi Ioſue pro eo, qui in agendis conſuleret Eleazar ſummum ſacerdotem, ibique mortuus eſt. Mors Moyſis. In cap. 28. & 29. fit mentio de ſacrificiis offerendis & obſeruantiis eorum, ſeu modis. Et primo de holocauſto quotidiano id eſt duobus agnis vno mane, altero veſpere offerendis in altari: deinde de ſacrificio in Calendis fiendo. deinde de ſacrificiis

C fiendis in ſolennitatibus phaſæ, Pentecoſtes, in tabernaculorum & feſto propitiationis. In cap. 30. agitur de votis & iuramentis quæ fiunt à mulieribus, dum ſunt in domo parentum vel cùm ſunt coniugatæ vel viduæ: quomodo vel quando poſſunt irritari à parentibus vel maritis. In capit. 31. miſſa ſunt plura millia ex Iſrael ex mandato Domini ad bellandum contra Madianitas, qui debellantes eos omnes occiderunt, exceptis fœminis virginibus: ciuitates cœperunt, & prædam multam nimis, & inter omnes diuiſerunt, occidentes cum aliis etiam Balaam ariolum. In cap. 32. petierunt tribus Ru-

D bem & Gad, & dimidia tribus Manaſſe, dari eis ibi citra Iordanem paſsiones & manſiones, quibus Moyſes poſt increpationem dedit: cum hoc pacto, quòd tranſirent Iordanem ad bellandum cum aliis donec obtinerent terram promiſsionis. In cap. 33. de quadraginta manſionibus factis in deſerto per quadraginta annos & nominibus earum. In ca. 34. de terminis terræ promiſsionis, quam debebant poſsidere, & quomodo deberent eis tribubus terram diuidere & nomina eorū. In c. 35. de ciuitatibus oppidis & ſuburbanis earum quæ debebantur dari Leuitis. Et de ciuitatibus refugij tribus citra Ior-

E danem: & de tribus vltra Iordanem. In cap. 36. & vltimo quod non contraherent matrimonium viri vel mulieres niſi de tribu ſua: ne hæreditas tranſiret de tribu in tribum: & ſic confunderentur & immiſcerentur tribus.

§. XI.

LIBER Deuteronomij dicitur ſecunda lex: quia eſt quaſi replicatio legis: cum multis tamen additionibus & declarationibus ad præcepta moralia, iudicialia, & ceremonialia. Et in cap. 28. ordinauit Moyſes, quòd ſex ex tribubus aſcenderent in Deuteronomij ſumma breuis.

F montem Hebal, & ibi Leuitæ clamantes imprecarētur maledictiones multas, quę ibi ſcribuntur trāſgreſſoribus legis. Et contra in montē Gariſim aſcenderent ſex aliæ tribus & Leuitæ clamantes imprecarentur benedictiones plurimas circa temporalia quæ in c.28. narrantur obſeruatoribus legis. Et in 32. cap. habetur canticum Audite cæli. In 33. cap. benedictiones quas dedit Moyſes ante mortem ſingulis tribubus. In vltim. cap. qualiter aſcendente Moyſe in montem Nebo ex mandato Dei oſtenſa Mors Moyſis.

A. M. 2493.

ei à domino terra promiſsionis: appoſitus eſt ad patres, nec inuentum eſt ſepulchrum eius: luxitq; eum omnis Iſrael triginta diebus. & Ioſue ducatum populi ſumpſit. Hiero. ſuper Amos dicit Moyſem, raptum in Paradiſum cum Enoch.

§. X.

Profana tempore Moſis.

TEMPORE Moyſis dicit Helinandus, quod in creata regnauit Abderas qui ciuitatem condens nomine ſuo Abderas appellauit de qua ciuitate oriundus fuit democritus philoſophus, & in Creta quidam rex vetuſtiſſimus Gargaris: colligendi mellis primus vſum inuenit, huius filia ex inceſtu cùm filium procreaſſet, pater pudore flagitij eum iuſſit exponi, primo diuerſis feris vt occideretur, poſtea marinis fluctibus: ſed ad littus ab vndis proiectus, & à ceruis nutritus ad vltimum laqueo captus cum ceruis, cum quibus manebat, & regi oblatus, eum recognoſcens miſeratus, ipſius ſucceſſorem inſtituit Auidis nomen imponẽs. Qui leges inſtituit populo, boues poſt aratrũ domari: & frumẽta in ſulco quærere docuit. Anno Moyſis triceſimo quinto. Cecrops philoſophus regnabat in attica à quo vſque ad Troiæ captiuitatem fuerunt anni. 375. & extunc id eſt poſt annum prænotatum regni Athenienſium annotatur principium: quo Cecrope regnante nata eſt Minerua nomine quæ Græcè ἀθήνη dicitur Athenæ illa patria nuncupata eſt. Huic Cecropi ſucceſſerunt decem & ſeptem reges, vnus poſt alium per multos annos, quorum vltimus fuit Codrus qui in Bello Peloponneſſiaco occiſus eſt, quod ipſe procurauit. Nam cum reſponſum habuiſſet à diis, quod ille exercitus haberet victoriam, cuius rex occideretur in bello, vt victoriam haberet exercitus ſuus, in habitu transformato, ne cognoſceretur accedens ad exercitum hoſtium: contendens cum vno occiſus eſt ab eo. Ea victoria habita Cecropidarum imperium deſtructum eſt: quod durauerat per annos. 437. Poſt quem [a] Codrum fuerunt Athenis duodecim alij reges ſucceſſiue, poſtea fuerunt principes & magiſtratus, demum principes & magiſtratus: demum principes nouem qui annuatim mutabantur. Tempore quoque Moyſis Hercules primus fertur Antheum luctæ viciſſe certamine, primus Cecrops bouem immolans, Iouem appellauit. Deucalion apud eos regnare exorſus eſt, qui circa Parnaſſum morabatur. Diluuium quod ſub Deucalione factum eſt in Theſſalia: & incendium quod factum eſt per Phaetontẽ in Æthiopia multæ peſtilentiæ locales: vt Plato memorat fuerunt. Apollini Delphis templum à Cecrope ædificatur.

Chron. Euſeb. in — *Athenæ vrbs eſt, regio verò attica dicitur.* — *Plato in Tim.*

a Poſt Codrum nulli fuerunt Athenis reges ſed magiſtratus & principes, qui morte finiebantur. Euſeb. in Chron.

¶ *De geſtis Ioſue, & aliorum iudicum filiorum Iſrael.* CAP. V.

Summa libri Ioſue.

IN libro Ioſue continentur quæ geſta ſunt ſub ducatu eius ſuper populum Iſrael. Et in primo cap. habetur quod inſtitutus poſt Moyſen dux populi à domino confortatus eſt ab eo, ne timeret: quoniam eum iuuaret ad inducendum populum in terram promiſsionis: & quod obſeruaret legem Dei, & imitaretur veſtigia Moyſis, omniſque populus decla-

A rauit ſe ei velle obedire. In cap. 2. Ioſue miſit exploratores ad explorandum Hierico, quos recepit in domo, & occultauit Laab meretrix, quę ei domui & familiæ ſuæ promiſerunt immunitatem, ſi poneret ſignum coccineum in feneſtra & occulte dimiſit eos abire. In cap. 3. quod tranſierunt Iordanem facta via miraculosè antecedentibus Leuitis cum arca. In cap. 4. quod egreſsis de Iordane Ioſue fecit de flumine ſumi duodecim lapides & poni in Galgalis, & duodecim alios in medio Iordanis in memoriam facti. In cap. v. facta eſt circuncifio in Galgalis, quia nati in deſerto nondum erant cir-

B cuncifi. Et Phaſe celebrarunt decimaquarta die menſis primi. Et comederunt de frugibus terræ, deficiente manna quo paſti ſunt per quadraginta annos. Et vidit Ioſue Angelum cum gladio euaginato, qui ei dixit ſe veniſſe in adiutorium ſui. In ſexto capit. Ex mandato Dei circuneuntes bellatores ciuitatem Hiericho clauſam tubis buccinantes ſex diebus ſemel & ſeptima ſeptem vicibus corruerunt funditus muri Hiericho & ingreſsi omnes occiderunt, & ſubſtantias expoſuerunt igni, excepta domo Raab cum ſuis. In c. 7. habetur, quod procedentes ad bellum contra Hay, fugati ſunt, aliqui

C occiſi: & oranti Ioſue propter hoc reuelatum eſt, quod oblatũ fuerat aliquid de anathemate Hierico. Quo quęſito per ſortes repertus Achor, & cõfeſſus furtum lapidatus eſt à populo. In c. 8. quod obtinuerunt Hay per inſidias ſimulantes fugam, vt omnes educerent de ciuitate: & omnibus occiſis cœperunt ciuitatem regem ſuſpendentes. In cap. 9. quod Gabaonitæ ſimulantes ſe venire de partibus longinquis inierunt fœdus pacis cum eis cum iuramento firmantes, ſed detecta pia deceptione propter iuramentum ſeruauerunt eos, adiiciendo tamen eos cuidam ſeruituti. In c. 10. habetur, quod

D quinque reges venerunt ad obſidendum Gabaonitas: eo quòd confœderati fuiſſent cum Iſrael: poſtulantibus autem Gabaonitis adiutorium à Ioſue, proceſsit contra illos quinque reges Ioſue cum ſuis & debellauit. Cúmque fugientes perſequeretur, & ſol appropinquaret ad occaſum, ad orationem & poſtulationem huius rei, ſol firmatus eſt in cælo & luna per magnum ſpacium, demum illos quinque reges eductos de quadam ſpelunca vbi contutauerant, fecit Ioſue in ligno ſuſpendi. In cap. 11. quod multas ciuitates cœpit, gentes & reges earum occidendo: & multa loca igni exponendo & gladio. In

Sol ſtetit ad vocem Ioſue.

E cap. 12. quod triginta & vnum reges, qui regnabant in diuerſis ciuitatibus in terra promiſsionis debellauit & occidit, ciuitates eorum capiendo. A ca. 13. vſque ad 20. continetur quomodo Ioſue & Eleazar pontifex cum duodecim principibus tribuum diuiſerunt terram promiſsionis nouem tribubus & dimidiæ, ſcilicet Manaſſe vnicuique partem ſuam ciuitatum & locorum. Aliis duabus ſcilicet Ruben Gad & dimidiæ Manaſſe, iam datá erat terra à Moyſe vltra Iordanem. Et in cap. 15. habetur quod Aſa filia Caleph deſponſata Ottoniel recepit à patre ipſa ſuſpirante & petente irriguum ſuperius & inferius. In cap. 20. deſignantur ciuitates

F refugij, ad quas confugere poterat qui caſu occiderat aliquem, vt ibi tutus eſſet vſq; ad mortem ſummi ſacerdotis. In cap. 21. aſsignantur Leuitis ciuitates cum ſuburbanis ſine alio territorio pro eo habituri decimas, primitias, & oblationes. In cap. 22. Licentiatæ duæ tribus cum dimidia à Ioſue, vt redirent ad terrã eis conceſſam vltra Iordanem: iuxta

Iordanem

A. M. 2519.

Iordanem fecerunt altare infinitæ magnitudinis: propter quod Ioſue cum aliis ſuſpicantes de idololatria miſſis nunciis poſtquam ſciuerunt ab eis non ad immolandum feciſſe altare illud, ſed in memoriam quod eſſent de populo Iſrael quietati ſunt. In cap. 23. & 24. Ioſue ſenex effectus congregatis populis animauit eos ad obſeruantiam legis & cultum Dei veri: recolens beneficia eis exhibita à Deo, qui obtulerunt ſe Deo obedituros, & demum mortuus eſt Ioſue cum centum & decem eſſet annorum. Tenuit autem ducatum populi & rexit viginti ſex annis ſecundum Vin. hiſt. fuitque ſibi data in poſſeſſionem Cariacha vel Thannaſa, & ſecundum Ioſephum etiam Sichem. Ioſeph autem oſſa, quæ ſecum adduxerunt filiis Iſrael de Ægypto poſita ſunt in Sichem. Ex prædictis apparet quod iura primogenituræ conſiſtebant in tribus præcipue, quia ſcilicet primogenitus habebat regnum & ſacerdotium, & diuidere hæreditatem: primum ſcilicet regnum datum eſt tribui Iudæ quod maxime apparet in Dauid: & multomagis in Chriſto qui ſuper omnia regnat: & hoc promeruit in mari rubro, quia prima tribus quæ intrauit mare poſt Moyſem, fuit tribus Iuda aliis dubitantibus. Secundum ſcilicet ſacerdotium datum fuit tribui Leui. Tertium ſcilicet diuidere: tribui Ephrain, quia Ioſue, qui diuiſit terram fuit de tribu Ephrain.

Iura primogenituræ conſiſtebant in tribus.

Iudæ tribus quare ad regnũ premota eſt.

§. I.

Iudices in populo quales fuerint.

POST Moyſem & Ioſue duces ſucceſſerunt in populo iudices, qui nil iuris habentes in eo, nequaquam reges vt illi principabantur, ſed in tribulationibus ſuis eorum conſilio & prudentia populus vtebatur. Sciendum autem quod in Chronica iudicium plerúmque inter duos iudices ponitur tempus afflictionis Iudæorum, quarum ſcilicet afflictionum tempora ſecundum Hebræos annis poſteriorum iudicium aggregantur, vt habeatur præciſe numerus annorum 480. ab egreſſu Ægypti vſque ad ædificationem templi qui in tertio regum computatur. [a] Itaque poſt mortem Ioſue Iudæos alienigenæ annis octo ſubiectos tenuerunt. qui anni temporibus Ottoniel primi iudicis ſecundum Hebræos adiuncti ſunt. Iterum inter Ottoniel & Aioth anni ſeruitutis octodecim leguntur. qui temporibus Aioth computantur ſecundum eos. Similiter poſt Aioth viginti poſt Deboram ſeptem, poſt Iair octodecim, poſt Abdon, quadraginta, qui anni omnes ſimul computati centum & vndecim ſunt. Deinde ſi ab annis iudicum ſeperati cum eis numerent ab egreſſu Ægypti vſque ad fundationem templi ſexcenti & vnus anni fiunt computatis ſcilicet decem annis Ahiaton qui in ſeptuaginta non habetur. Nos autem Euſebium chronographum & Hebræos ex parte ſequentes: ſic annos iudicum numerabimus, vt minorem illum numerum præciſe, qui in 3. libro Regum legitur habeamus: hoc Vin. ſpe. hiſto. Et dicit Ioſephus quod hiſtoria de idolo Michæ & de vxore Leuitæ violata, propter quod ſecutum eſt bellum: & tribus Beniamin quaſi deleta, quæ narrantur in fine libri iudicum, contigerit poſt mortem Ioſue & ante Ottoniel. Tempore Ioſue Europæ filiæ Phœnicis regis tyri & Sidonis Iupiter, qui Deus apud Ethnicos habitus eſt, turpiter

3. Reg c.6.

3.Reg.c.6. Ioſeph li. 5.antiq. cap.2.

Externa tempore Ioſue & Iudicum. Euſeb. in Chron.

a Δημήτηρ Græcè ea eſt quam Cererem Latini vocant: ſic dicta quaſi τῆς γῆς μήτηρ. i. terræ mater extiterit. Cic.2.de nat.Deor.

A mixtus eſt. Tẽpore Ottoniel Cadmus Thebis regnauit, ex cuius filia Semele natus eſt. Dion. liber pater, ſub quo & Linus Thebæus muſicus fuit. Ea quoq; quæ de Dimetra dicuntur, quam Iſidem eſſe aiunt, & Danae, ex qua Perſeus naſcitur his tẽporibus geſta ſunt. Tempore Aioth iudicis Athenis ſextus regnauit Erichtheus. Cuius filiam Orithyam Boreas Thrax rapuit, quem fabula ventum eſſe confingit, fabula quoque Proſerpinæ huius temporis fuit. Tempore. Deboræ iudicis Midas regnauit in Phrygia. Ilium ab Ilo eſt conditum. Argiuorum
B regnum defecit in Mycenas tranſlatum: vbi primus Perſeus regnauit tempore Gedeonis iudicis Iſrael. Orpheus Thrax clarus habetur cuius diſcipulus fuit Muſeus. Linus qui magiſter Herculis omnibus efficitur notus, Hercules certamina conſummat Antheum interficit: Ilium vaſtat. Varro in lib. 4. diuinarum rerum putat Herculem victorem dici eo quod omnium animalium genus vicerit. Sed Hercules Iouis filius ab aliis inuictus Omphale mulieri ſubiacuit, quæ illum nere fecit, & muliebria officia exercere. De eodem dicit Albertus. Hercules deuicto Gerione veniens in Italiam ab Euandro tunc rege ſuſceptus eſt. Et cum
C ſe Iouis filium dixiſſet: & virtutem ſuam morte Caci probaſſet: pro numine habitus eſt, & aram meruit quæ maxima dicta eſt, quæ & ei dicata eſt, quam Delphicus Apollo ei in Italia fore prædixerat. Demum in morbum peſtilentem incidit, & ob remedium doloris in flammas ſe iniecit: ſicque mortuus eſt. Vnde & Sen. in vltima tragedia vocat Herculem Oeteum, ab Oeta monte in quo ſuccenſus eſt. Ecce qualis Deus Gentilium effœminatus & impatientiſſimus. Hunc etiam Herculem tradunt poëtæ fabuloſè occidiſſe ſerpentem Hydram habentem capita nouem, cuius proprietas erat quod
D vno ſucciſo, oriebantur ſeptem, vnde ipſum combuſſit. Sed rei veritas eſt Hydra locus fuit euomens aquas & vaſtans ciuitatem vicinam. In quo vno meatu clauſo erumpebant multi alij meatus, quod Hercules videns loca ipſa exuſſit, & ſic clauſit aquę meatus. Nam ab aqua, Hydra dicta eſt. & ſecundum Ambr. ſignat hæreſim: Fuitque Hercules vſque ad tempora Iepte iudicis Iſrael vel circa Vincen. hiſtor. ſpec.

A.M. 2519.

Iliũ quãdo conditũ.

Hercules.

Qualis Deus Hercules.

Hydra quid vere fuerit.

Hydra hęreſis.

Amb.lib.2. de fide cap.4.

§. II.

E IVDICES poſt Ioſue hi fuerunt. primus Ottoniel frater Caleph. Sed ante ipſum in primo cap. lib. iudicum narrant, quod tribus Iuda cum tribu Symeonis aſcendentes ſimul in prœliũ contra Chananæum debellauerunt eum capto rege Adonizech, qui abciſſis ſibi ſummitatibus manuum & pedum, dixit iuſte hoc dominum egiſſe, quia ſeptuaginta reges captos ipſe abciſſis ſummitatibus manuum & pedum tenuerat ſub menſa ſua. Aſa quoque vxor Ottoniel recepit à patre Caleph irriguum ſuperius & inferius, prout poſtulauerat. Ibique narratur quod filij Iſrael non deleuerunt gentes illas in terra promiſſionis ex toto: ſed fecerunt plures ex eis
F ſibi tributarias, ꝙ dominus permiſit, ſcilicet ex toto non deleri: vt erudiret Iſraelem in eis. In cap. 2. & 3. habetur quod Angelus Domini apparens eis & arguens eos de tranſgreſſione legis improperans beneficia eis à Domino collata, ad fletum eos induxit. Et ibi in genere habetur, quomodo pluribus vicibus receſſerunt à Deo & propter ea traditi ſunt in ſeruitutem plurium tyrannorum: & pœniten-

Ottoniel iudicum primus.

 tes

A. M. 2689.

tes liberati ſunt per diuerſos iudices, & poſt liberationem ſæpe recidiuauerunt in mala. Primus ergo iudex, qui liberauerit eos de manu Chuſanraſathaim regis Meſopotamiæ, cui ſeruierat Iſrael 8. annis fuit Otthoniel & quieuit terra 40. annis. Reuerſi aũt ad mala traditi ſunt in manus Æglõ regis Moabitarũ, & in manus etiam Ammonitarum & Amalechitarum octodecim annis.

Aioth iudex 2.

Sed clamantes ad dominum liberati ſunt per Aioth, qui ſimulans ſe velle regi Æglõ loqui ſecreto in cubiculo cum gladio interfecit, & per poſticũ fugiẽs cõgregato exercetu Moabitas plurimos occidit & quieuit terra annis octoginta.

Sangar tertius iudex.

In c.4.[a] Samgar qui fuit tertius iudex, occidit ſexcẽtos ex Philiſtiim, volẽtes intrare in territorium eorum vomere, poſt hæc malum facientes

Barath iudex 4.

traditi ſunt in manus Iabin regis Chanaam: cuius princeps exercitus erat Siſara. Eſt autem congreſſus in bello cum Barath ad hoc ſuadente & aſſociante Debora propheteiſſa. Exterrito autem exercitu Siſaræ à domino, fugientem Siſaram de bello & abſcondentem ſe in domo Iahel vxoris Iaber Cynæi ipſum dormientem Iahel clauo per tempora transfixit. In capitulo quinto canticum Deboræ quod fecit in gratiarum actionem Domino pro victoria populi ſui. In capitulo ſexto reuerſi ad inquitates priſtinas Iudæi traditi ſunt in manus Madianitarum ſeptem annis quorũ principes erant Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana. Sed liberati ſunt.

Gedeon iudex 5.

per Gedeonem quintum iudicem. Angelus enim apparens ei purganti triticum, prænunciauit liberationem fiendam per eum qui Angelus virga percutiens carnes, ius & azyma poſita à Gedeone ſuper petram, ignem accendit conſumens illa: poſt hæc petiit in ſignum futuræ victoriæ Gedeõ vellus in area poſitum rore compleri area ſicca remanẽte, poſtea iterum econuerſo, quod totum factum eſt. In ca. 7. de exercitu congregato cum Gedeone, receſſerunt primo viginti duo millia, quia formidoloſi. Secundo ductis his qui cum eo remanſerant ſcilicet decem millibus ad fluuium ad bibẽdum, ſolum qui non genuflexo, ſed manu aquam mittebant ad os in potando, aſſumpti ſunt qui fuerunt trecenti tantum, cum quibus bellum geſſit contra Madianitas, confortatus è ſomnio, quod audiuit recitare in caſtris inimicorum, ſcilicet quod panis ſubcinericius fuit viſus à quodam percutere caſtra Madianitarum. Cum tubis ergo illis trecentis bucci-

Gedeonis opera.

nantibus, & vaſa teſtea ad inuicem confringentibus lampadibus accenſis patefactis euigilantes Madianitæ à ſomno fugerunt mutua cæde ſe occidentes. In cap. 8. quod inſecuti ſunt eos fugientes, & viros tribus Ephraim Iurgantes contra Gedeonem, eo quod non vocaſſet eos ad prælium humilibus & humanis verbis placauit, & occiſis centum & viginti millibus de Madianitis & Oreb & Zeb, quinque millia, qui euaſerunt cum Zebee & Salmana, repauſantes quaſi ſecuros etiam occiderunt, & præda ſumpta ex ſpoliis Gedeon ex annulis aureis ſibi datis fecit Ephoth, in quo fornicatus eſt popu-

Gedeon habuit 70. filios quæ omnes dempto Ioatham fuerunt obtrũcati.

lus à Deo, & iudicauit Gedeon quadraginta annis. In c.9. Abimelech illegitimus Gedeonis ſuaſit viris Sichem, vt occiderẽt ſeptuaginta fratres ſuos legitimos filios Gedeonis, vt ipſe ſolus dominaretur.

a Samgar pugnans pro Iſraele ſexcentos homines cædit ſtimulo boum aut vomere aut extremo anno iudicis Aod. R. Abraham in cab. Iudex tertius quibuſdam ſed male Geneb.

A. M. 2689.

Quod & fecerunt ſuper lapidem vnum decapitantes illos excepto minimo dicto Ioatham, qui abſconditus fuit, qui Sichimitis dixit parabolam de lignis quæ fuerant ad vitem & ficum & oliuam, & demum ad rhamnum id eſt ſentem, vt facerent ſibi illam regem. Abimelech autem diſſenſionem ſumens poſtea cum Sichimitis, ignem ſuppoſuit turri Sichem, ex quo mille mortui ſunt. Et demum ipſe obſidens Thebe cum de muro percuſſus fuiſſet à muliere per fragmen molæ iactatæ in capite, ne videretur occiſus à muliere ab armigero ſuo fe-

Thola iudex ſextus.

cit ſe ad plenum occidere. In cap. 10. iudex ſextus fuit Thola de tribu Iſſachar, qui iudicauit Iſrael à viginti tribus annis: Poſt hunc ſeptimus Iair qui iudi-

Iair Iudex ſeptimus.

cauit viginti duobus annis habens triginta filios inſidentes aſinis principes triginta ciuitatum, quibus dedit vxores, poſt quod Iſraelitæ, peccãtes à do-

Iephte iudex octauus.

mino afflicti ſunt multipliciter ab Ammonitis & Madianitis. In cap. 11. Iephte illegitimus princeps latrocinantium, factus eſt dux exercitus Galaaditis, vt pugnaret contra Ammonitas, & miſſis prius nunciis Iephte ad regem Ammon, ratione oſtẽdens iniuſte eos vſurpare velle terras eis à domino conceſſas, cum nollet eum audire facto voto de offe-

Iephte ſtultus in vouendo impius in implendo.

rendo quod ei primo occurreret de domo reuertẽti cum victoria, acceſſit contra Ammonitas & debellauit eos. Cui reuertenti occurens filia virgo cum tympano, vt votum ſeruaret immolauit [b] eam, ſtultus in vouendo, impius in implendo. In cap. 12. orta

Ephrãthæi cum Galaaditis pugnant.

eſt ſeditio inter Ephraim & Galaaditas, quia non vocaſſet eos ad prælium contra Ammon, & iurgantes pugnauerunt ſimul. Galaaditæ occupantes vada Iordanis, cum illi de tribu Ephraim vellent tranſire ſparſim fugientes, vt cognoſcerent ſi erant Ephratæi, faciebant eos dicere Schibboleth. Cúmque proferre non poſſent ſed dicerent Sibboleth occidebant eos, & occiſa ſunt de Ephraim quadraginta duo millia. Iudicauítque Iephte Iſrael ſex an-

Abeſan Iudex à nonus.

nis iudex octauus. Poſt quem iudicauit nonus Abeſam de Bethlehem annis ſeptem, habens triginta filios & totidem filias. Poſt quem iudicauit decimus Ahialon Zabulonites annis decem. Iudica-

Ahialon iudex decimus. Abdon iudex 11.

uit poſt illum Abdon octo annis, habens quadraginta filios iudex decimus. Addentes autẽ filij Iſrael mala malis, traditi ſunt in manus Philiſtinorum quadraginta annis, ſed adiuti ſunt per Samſonem

Samſon iudex. 12.

duodecimum iudicem è tribu. Vnde in cap. 13. narratur quod Angelus domini apparens primo vxori ſterili Manuæ, & poſtea ipſi Manuæ, ſignificans eis quod filium haberent qui Nazareus eſſet, qui inciperet liberare populum de manu Philiſtinorum, offerentibúſque ei hædum coctum accenſo igne, Angelus in flammam ſe eiiciens diſparuit, ex quo territus Manue confortatus eſt ab vxore. In cap. 14. habetur quod Samſon grandis factus accepit vxorem de Philiſtæis, pergẽnſque cum parentibus ad ciuitatem videndam Philiſtinorum, inde vxorem accepit, declinans à parentibus occidit leonem: in cuius ore cadaueris altera vice inuenit mel apum: celebratiſque nuptiis propoſuit problema ſeptem ſociis ſibi datis, quod ſoluere neſciebant, niſi vxor

b Iephte iuxta noſtros ad aram filiam ſacrificauit: ſic & veteres Hebræi, & Ioſeph. lib. 5. antiquit. cap. 9. perpetuæ duntaxat virginitati conſecrauit iuxta recentiores Rabbinos R. Dauid in Rad. הבה ab aliquo accepi iſtos hanc interpretationem excogitaſſe, ne inde typus filij Dei á patre ſacrificati duceretur. Geneb.

Samſon

A.M. Samſon importune extorquens declarationem eius A
2689. ab ipſo ad preces & minas eorum ipſos edocuiſſet.
In c.15.continetur ꝙ quia ſocer eius tradiderat vxo-
rẽ Sãſonis alteri viro, propterea Sãſon trecẽtas vul-
pes colligatas ſimul binas in caudis, facibus incẽſis
ibi poſitis miſit per ſata Philiſtinorum quæ com-
buſſerunt omnia frumenta. Cum autẽ propter hoc
Iſraelitæ ligatum tradidiſſent Samſonem in ma-
nibus Philiſtinorum, ſubito ſpiritu Dei rumpente
ligamia cum maxilla aſini de terra aſſumpta oc-
cidit mille ex Philiſtæis. Cúmque ex labore ſiti-
ret valde, de ipſa maxilla proiecta in terram exi- B
uit aqua, vnde bibit. In capitulo decimoſexto nar-
ratur, quod clauſus Samſon in ciuitate Gazam, ad
quam deſcenderat de nocte, & circa noctis medium
ſurrexit, & portas ciuitatis cum vectibus in mon-
tem humeris aſportauit. Exinde in valle Soiech
Dalilam mulierem adamauit, quæ ad requiſitio-
nem oblationem pecuniæ à Philiſtæis, inueſtigans
ab eo in quo eſſet tanta fortitudo eius, primo didi-
cit in ſeptem neruis, ſi eis eſſet ligatus, poſtea de
funibus nouis, poſtea de ſeptem crinibus capitis li-
Samſonis cio plexis & clauo his circumligatus fixo in terram,
mors. quibus omnibus expertis ſubito omnia rumpebat. C
Tandem ab ea importunatus manifeſtauit Samſon
quod eſſet in capillis capitis vnde eis raſis ipſo dor-
miente in gremio eius, captus à Philiſtæis, & exo-
culatus eſt, quem in carcere obſeruabant. Adue-
niente autem feſto in templo Dagon Dei eorum
Philiſtini, perducentes eum coram populo ad tri-
pudiandum capillis capitis iam augmentatis, tactis
columnis templi præmiſſa oratione ait. Moriatur
Michæ anima mea cum Philiſtiim: corruénſque templum
idolum. occidit ſeipſum & plurimos Philiſtinorum. Iudi-
cauit autem Iſrael Samſon quadraginta annis. In
capit.17. habetur quod quidam nomine Michas de D
monte Ephraim reſtituit matri mille & centum ar-
genteos, quos ſibi dederat in depoſitum, ex quibus
illa fieri fecit ſculptile & quædam ornamenta ſa-
cerdotalia, & ædiculam ſeu capellã in domo ſua. In
cap.18. Filij Dan volentes ſibi terminos dilatare,
miſerunt nuncios ſeu exploratores ad inueſtigan-
dum loca eis aptiora, quibus declinantibus pro ho-
ſpitio in domum Michæ ſacerdos declarauit eis quo
modo ibi maneret, demum reuertentibus illis alia
vice duxerunt ſecum ſacerdotem illum, aſportantes
idolum Michæ cum aliis rebus ſecum, & venientes
cum exercitu Lais, cœperunt illos ſecure habitantes
& cum nullo habentes ſocietatem. In cap.19. ſcri- E
bitur de Leuita quodam qui perrexit ad ſocerum
ſuum vt reconſiliaret ſibi vxorem ſuam, quæ irata
receſſerat ab eo. Qui amicabiliter receptus ab eo,
& benigne recedens ab ipſo cum vxore ſibi recon-
ciliata facto ſero declinauerunt pro hoſpitio ad vr-
bem Gabaa. Cúmque à quodam fuiſſet in domum
Vxor Le- inductus, viri peſſimi illius ciuitatis pulſantes do-
uitæ vio- mum, petebant virum illum ad ſe educi, vt eo abu-
lata & di- terentur. Et cum non acquieſcerent hoſpiti hoc
ſcepta. præcibus prohibenti, demum Leuita ille miſit ad
eos concubinam, id eſt vxorem, quæ hic concubina
dicitur, quia forte non ducta ſolennitate legali, qua F
tota nocte abutentes, de mane ante oſtium domus
corruit mortua. Quam Leuita ponens ſuper aſi-
num & reuertens in domun, fecit de cadauere eius
duodecim partes, & miſit ad quamlibet tribum
partem vnam. In cap.20, ponitur quod abhorren-
tes tantum facinus omnes tribus congregatæ ſunt:
& miſerunt nuncios ad homines tribus Beniamin,

vt traderent eis homines de Gabaa, vt puniren- A M.
tur. Quibus nolentibus ſed congregatis in adiuto- 2798.
rium eorum: omnes aliæ tribus mouerunt bellum Iſraelitæ.
contra eos, & in primo egreſſu occiderunt illi de cum Ben-
tribu Beniamim de Iſraelitis reliquis viginti duo iamitis
millia. In ſecundo prælio iterum viri de Beniamim pro Leui-
interfecerunt de Iſraelitis octodecim millia, & hoc tæ iniuria
quia confidebant in multitudine ſua. In tertio præ- digladian-
lio poſt orationem & humiliationem, Iſraelitæ de tur.
bellauerunt & occiderunt de tribu Beniamim Magna
viginti quinque millia, & ciuitatem Gabaa incen- clades tri-
derunt & alias ciuitates Beniamim. In capitu.21. bus Benia
& vlti. continetur quod filij Iſrael congregati in min.
Silo planctum fecerunt pro deletione & extermi- cap.21.
nio tribus Beniamim nõ enim remanſerant & eua-
ſerant de eis niſi ſexcenti viri quæ fugerunt in de-
ſertum. Reperto autem quod viri de Iabes Galaad
præcepto non obedierãt edicto vt omnes deberent
conuenire, ſed in terminis ſuis remanſerant, miſe-
runt viros bellatores contra eos, qui eos gladio
expoſuerunt, ſolum virgines reſeruantes quæ erant
quadringentæ quas dederunt vxores quadringentis
de Beniamim. Aliis ducentis prouidentes, vt in
quadam ſolennitate in qua multi conueniebant
etiam puellæ virgines, ſibi ex eis vxores accipe-
rent, quod & factum eſt, ſed hæc hiſtoria de Leuita
& præcedens de Micha dicitur contigiſſe inter tem- lib. Ruth
pus Ioſue & tempus Otthoniel medio tempore. ſumma.

Habetur poſt librum iudicum lib. Ruth. conti-
nens hiſtoriam rei geſtæ tempore vnius iudicum [a]
ſcilicet Heli ſacerdotis, de quo infra, videlicet quod
Elimelech de Bethleem Iuda propter famen ſeu
annonæ caritatem peregrinatus eſt cum vxore ſua
Noemi & duobus filiis Maalon & Chelion, in ter-
ram Moabitarum. Ibique mortuo Elimelech filij
eius duxerunt vxores Moabitidas, quarum vna di-
cta eſt Orpha, altera Ruth. Mortuis illis ſcilicet
Maalon & Chelion Noemi volens reuerti in Beth-
leem dixit nuribus ſuis, vt reuerterentur ad do-
mum parentum ſuorum, & cum vtraq; vellet eam
ſequi, demum Orpha dimiſit eam. Ruth vero ob-
firmato animo dixit ſe nunquam receſſuram ab
ea quocunque pergeret. Cum illa ergo reuerſa eſt
Bethleem, tempore meſſium, & quia pauperculæ
erant, iuit Ruth in agrum [b] Booz ſequens meten-
tes vt colligeret ſpicas remanentes, & cognita
Booz bonitate eius de ſero dedit ei de frumento
collecto. Demũ quia maritus qui fuerat Ruth vnũ
propinquiorem habebat, quàm ſibi eſſet Booz, cum
ille ſponte & coram teſtibus fateretur ſi nollet eam
habere in vxorem, ſeruato more qui tunc ſeruaba-
tur in huiuſmodi, quia ſcilicet ille qui cedebat iu-
ri ſuo ſe diſcalciebat, Booz cõtraxit matrimonium
cum Ruth Moabitide, de quibus natus eſt Obeth.
Obeth autem genuit Ieſſe ſeu Iſai patrem Dauid.

a Hiſtoria Ruth contigit Abeſaijs iudicis temporib. vt Hebræi tradunt. Quin etiam hunc Abeſan aiunt eſſe Booz cui nupſit Ruth. Ioſepho tamen Ruth vixit temporibus Heli, cui potius quam cerebroſis illis Rabbinis credendum puto, & proinde merito D. Anton. ad Heli tempora hanc hiſtoriam reduxiſſe.

b Tres extiterunt Booz, tribus Iudæ nobiliſſimi, quorum primus Salmonis fuit filius, ſecundus nepos, tertius abnepos, Lyr. in 2. & 4. Reuth. qui tanquam vnus numerantur in Dauidi & Chriſti genealogia Ruth. 4. & Matth. 1. iuxta Hebræorum regulam cuius meminit Kimnihi initio Aggæi, nepotes ſunt tanquam filij.

DE

A.M. 2858.

§. III.

Belli Troiani hiſtoria. Roma qui bus Hebræorum regibus condita. Aug. li. 18. ca. 22. ciui. Oro. lib. 1. cap. 17. Dares Phrig. in med. fere libelli ſui.

De bello Græcorum contra Troianos & deſtructione Troiæ & cauſa ſecundum Vin. hiſt. lib. 3. cap. 162. & ſecundum Helinandum anno quo mortui ſunt Iephte & Hercules, Alexander qui & Paris, Priami filius, rapuit Helenam vxorem Menelai vnde bellum decennale ſurrexit propter hoc. Ab hoc anno vſque ad quartum annum Achaz regis Iuda qui eſt primus annus vrbis id eſt Romæ conditæ. inueniuntur in chronicis anni 338. Quamuis teſte Augu. quidam ſcripſerint Romam conditam fuiſſe ſub Ezechia rege filio Achas. Oroſius dicit anno ante vrbem conditam 430. pro raptu Helenæ fuiſſe factam coniurationem Græcorum & concurſum mille nauium extitiſſe, & deinde obſidionem decennem. Porro Phrygius Dares qui ſcripſit hanc hiſtoriam dicit, quod duces Græcorum contra Troiam fuerunt ſexaginta nouem qui adduxerunt naues mille centum quadraginta duas. Summa autem belli Troiani ex hiſtoria Daretis quam tranſtulit Cornelius iſta eſt. Caſtor & Pollux audientes ſororem ſuam Helenam pulcherrimam vxorem Menelai fratris Agamẽnonis raptam fuiſſe ab Alexandro ſeu Paride, nauem aſcendentes ſecuti ſunt eam, & cum in Lesbio littore nauem ſoluerent, maxima tempeſtate orta nunquam comparuerunt. Quos Lesbij vſque ad Troiam quæſierunt, & non inuenientes crediderunt immortales deos factos. Conuenerunt igitur apud Athenas duces Græcorum ſexaginta nouem cum nauibus mille centum & quadraginta duabus. Miſsíque ſunt primo legati Diomedes & Vlyſſes ad Priamũ, vt ſatisfieret iniuriæ. Infectóque negotio pugnatum eſt inter eos, & in primo bello Hector filius Priami Proteſilaum interfecit. In ſecundo bello Patroclum & Memonem & Aiacem Telamonium occidiſſet, niſi eum de ſanguine ſuo recognouiſſet. Erat enim natus de Heſiona ſorore Priami: Primæ induciæ datæ ſunt Graiis petentibus per biennium. In tertio prælio Hector Boetem Archilocum & Prothenorem ducem occidit. In quarto prælio Alexander Menelai femur ſaggita transfixit. In quinto bello Hector ſeptem fortiſſimos duces occidit, Æneas duos, Achiles quatuor, Diomedes duos. In ſexto bello continuis diebus octoginta pugnatum eſt, Graij ſecũdas petunt inducias in triennium, quo cõpleto iterũ pugnatur. Hector in prima acie interfecit quatuor duces fortiſsimos, Achiles qui erat ex parte Græcorum occidit duos de parte Troianorum, pugnatur diebus triginta. Priamus tertias petit inducias ſex menſibus, [vt autem prælij tempus aduenit acriter per duodecim dies pugnatur.] Iterum Agamẽnon qui ex parte erat Græcorum petiit quartas inducias dierum triginta. In nono bello voluit Andromache vxor Hectoris ipſum Hectorem retinere, quia in ſomnis viderat ei non expedire, vt prodiret in bellum, quod cum facere non poſſet, Aſtyanactem filium ſuum ad pedes eius poſuit. Sed nec ſic eum retinuit. Hector igitur in bellum prodiens tres duces fortiſſimos occidit, duos vulnerauit, & tertium Achilem, à quo tandem occiditur. Graij quintas petunt inducias duorum menſium [poſt per aliquot dies prælia fiunt, ex vtraq; parte multi ductores occiduntur: ſed plures à Priamo.] Poſt bellum decimum Troiani, ſextas ponunt inducias per annum. In bello vndecimo Palamedes qui rex per comorionem factus fuerat occiditur. In bello duodecimo Troilus multos occidit. In decimo tertio prælio pugnatur continuis diebus ſeptem. Agamennon ſeptimas petiit inducias triginta dierũ. In bello decimooctauo Troilus Achillem ſauciat, & pugnatur continuis diebus ſeptem. In bello decimonono, Troilus ex equo cadens ab Achille occiditur. In vigeſimo bello cadit Mennon dux perſarum, Priamus decimas petit inducias dierum triginta. In bello vigeſimoprimo, Alexander occidit Achilem in fano Appollinis: vbi eum ad colloquium vocauerat concordiam ſimulans. Græci igitur petunt vndecimas inducias. In vigeſimoſecundo prælio, Alexander Aiacem ſauciat, & Aiax ſauciatus Alexandrum interfecit, & de vulnere ſtatim moritur. In bello vigeſimotertio & quarto Penteſilea regina Amazonum viriliter Neoptolemum Achillis filium ſauciat, à quo tandem ipſa occiditur. Antenor, Polydamas & Æneas dicunt Priamo vt faciat pacem, quo nolente patriam produnt. Capta igitur Troia Agamennon prædam omnem æqualiter diuiſit. Itaque pugnatum eſt ad Troiam annis decem, menſibus ſex, diebus duodecim. Et vt refert Dares Phrygius, corruerunt ex Argiuis octingenta & octoginta & ſex millia. Et Troianis autem ſexcenta ſeptuaginta ſex millia hominum vſq; ad opidum proditum: eo autem prodito occiſa ſunt ex Troianis ducenta ſeptuaginta ſex millia: Aeneas nauibus profectus eſt, cum quibus Alexander in Græciam iuerat numero viginti duabus: quem ſecutus eſt numerus trium millium quadringentorum hominum ex Troianis. Antenorem ſecuti ſunt mille ducenti. Et Helena cum Caſſandra & Andromache & Hecuba vxore Priami cum mille ſeptingentis crimuſium petiit. Menelaum & Helenam vxorẽ eius dicit Homerus ad Thuorim regem Aegypti quem Polypum vocat poſt captam Troiam diuertiſſe. De Diomede & Vlyſſe cum ſociis ſic dicit Aug. in 18. de ciui. Dei. Græci victores deletam Troiam relinquentes diuerſis & horendis cladibus dilacerati & contriti ſunt. & tamen ex eis deorum ſuorum numerum auxerunt. Nam & Diomedem fecerunt Deum quem pœna diuinitus irrogata perhibent ad ſuos non reuertiſſe eiúſque ſocios in volucres fuiſſe conuerſos non fabuloſo Poëticoque mendacio ſed hiſtorica atteſtatione confirmant, quibus nec Deus, vt putant, factus humanam naturam reuocare vel ipſe potuit, vel certe à Ioſue ſuo rege tanquam cælicola nouitius impetrauit. hæc Aug. Et paulopoſt ſubdit. Hoc Varro vt aſtruat commemorat alia non minus incredibilia de illa maga famoſiſſima Circe, quæ ſocios Vlyſsis mutauit in beſtias, & de Arcadibus, qui ſorte ducti tranſnatabant quoddam ſtagnum, atque ibi conuertebantur in lupos, & cum ſimilibus feris per illius regionis deſerta viuebant. Si autem carne non veſcerentur humana, rurſum poſt nouem annos eodem renatato ſtagno reformabantur in homines &c. Nos autem cum eſſemus in Italia audiebamus talia de quadam regione illarum partium, vbi ſtabularias mulieres imbutas his malis artibus in caſeo dare ſolere dicebant, quibus vellent ſeu poſſent viatoribus, vnde in iumenta illico conuerterentur, & neceſſaria quæque portarent. poſt quę perfuncta opera iterum ad ſe redirent, nec tamen eis mentem fieri beſtialem, ſed rationalem humanámque ſeruari. Nec ſane dæmones naturas creant. ſi quid tale faciunt ſed ſpecie tenus id eſt ſecundum apparentiam Circe ſocios mutauit Vlyſsis, ſecundum iſtum modum

Bellum Troianũ Caſtor & Pollux quomodo mortui.

Hector proteſilaum & alios perimit.

Capitur Troia à Græcis. Magna clades hominum.

Dares in lib. extremo.

Æneæ nauigatio. Euſeb. in Chron.

Hom. in ody.

Maga circe. Ibid. c. 17.

Arcadum in lupos cõuerſio.

Ibid. c. 18.

A.M. 2858. modũ mihi videtur fieri potuiſſe, ſi tamen factum eſt. Et ſic concludit quod opere dæmonum iſtæ fiebant conuerſiones ſecundum apparentiam ad ſenſum, non ſecundum rei veritatem. & hoc firmatur. 16. q. 5. nec mirum & c. Epiſt. 2. Poſt deſtructionem Troiæ quæ fuit anno tertio Abdõ iudicis Iſrael, primus apud Latinos regnauit Æneas, ante quem regnauerunt Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, & Latinus, annis circiter centum quinquaginta. Regnauit autem tertio anno vel (vt quidam volunt) poſt annos octo à captiuitate Troiæ annis tribus. Secundus regnauit filius eius Aſcanius annis trigintaduobus. Poſt hunc regnauerunt ſucceſsiue alij tredecim quorum vltimus dictus eſt Amulius. Et tempus regni omnium iſtorum ab Ænea vſq; ad Amulium eſt circa annos quadringentos viginti tres. Huius Amulij autem regis tempore nati ſunt Remus & Romulus à Marte & Ilia, qui condiderunt Romam. Qua cõdita Latini vocati ſunt Romani. Quibus ſcilicet Romanis primus regnauit Romulus occiſo Remo Germano, & cœpit regnare anno ſexto Achaz regis Iudæ, & regnauit annis trigintaocto, poſt quem regnauerunt ſucceſsiue ſex alij reges, ſcilicet Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius, Ancus Martius, Tarquinus Priſcus, Seruius Tullius & Tarquinius ſuperbus. hi ſeptem reges imperauerũt annis ducentis quadraginta vel circa. Exinde finito regio dominatu apud Romanos, à Bruto conſules eſſe cœperunt, deinde tribuni militum, & dictatores & rurſum conſules rempublicam obtinuerũt, per annos ferme quadringentos quadragintaquatuor, vſq; ad Iulium Cæſarem, qui primus ſibi ſingulare arripuit imperium, & à quo poſtea imperatores Cæſares appellati ſunt. Vin. hiſto. refert quod ex hiſtoria francorũ habetur, quod tempore Aioth iudicis Iſrael ædificata eſt Troia, & ſtãs annis octogintaquinq; ſupra cẽtum capta eſt & deleta tẽpore iudicis Abdõ Iſrael. Poſt cuius euerſionem multitudo magna fugiens & in duos populos ſe diuidens, quãtum ſcilicet ad deſcendentes ex Priamo, alia [a] Frãconem Priami regis nepotẽ ſcilicet filium Hectoris, alia Turcum filium Troili filij regis Priami ſecuta eſt, & inde tradunt quidam duos populos ab his deſcendentes nominari ſcilicet Francos & Turcos. Aſcanius autem Æneæ filius condidit Albam prope Romam, ſed poſtea deſtructam à Romanis.

Quid ſentiendum de mutatione hominũ in beſtias.

Euſeb. in Chro. Latinorũ reges.

Romani imperij fundamẽta.

Franci. Turci.

a Francum de genere Hectoris veniſſe in Pannoniam fabulantur, illicque regnum conſtituiſſe, quod progreſſu temporis in Frãconiam Germaniæ, poſtremo in Franciã Galliæ tranſierit. Errant autem quoniam nec Galli nec Gallorum reges ſiue è Troianis ſiue è Germanis deſcenderũt, ſed ſunt indigenæ: dicti autem Franci labente Romano imperio, vel quia pro libertate nomen illud ſumpſerunt quod vernacula lingua liberum etiam hodie ſignificat, vel quia Francos ſeu francones Germaniæ populos perpetuo vicerunt. Gen. Chronol. lib. 1.

¶ *De geſtis Heli & Samuelis & Saul, iuxta ſeriem primi libri Regum.*

CAP. VI.

REDEVNDO ad ſacram hiſtoriã poſt Samſonẽ, iudicauit Heli, qui & ſacerdos & à digniori ſacerdos eſt nominatus non iudex, tranſlato enim ſacerdotio à filiis Eleazar hic primus de filiis Ithamar arripuit. Et forſitan ipſemet factus iudex, ſacerdotium ad ſe trãſtulit. Cœpit autẽ iudicare anno ab exitu de Ægy- A pto. 366. ætatis autem tertiæ. id eſt ab Abrahain 1361. mundi vero bis milleſimooctingenteſimonono. Et iudicauit annis quadraginta. Huius tempore cõtingit hiſtoria Ruth de qua ſupra. Sub huius tẽpore natus eſt Samuel propheta, vt habetur in j. lib. Regum. vnde & perſequendo eius hiſtoriam ſcilicet de libro Regum. In 1. capitu. 1. narratur quòd Helcana habuit duas vxores ſcilicet Annam & Fenennam. Anna autẽ ſterilis erat: ſed magis à viro diligebatur quã Fenenna fœcunda propter quòd exprobrauit Annæ de ſua ſterilitate, ſuper quo contriſtata valde acceſſit ad tẽplum orans, & votum faciens pro filio obtinendo. Et B cum reprehenderetur ab *Hely* quòd vt ebria oraret: illa humiliter ſe excuſauit indicans ſuam afflictionẽ. Exaudiuit autem dominus orationem Annæ & dedit ei filium maſculum, ſcilicet Samuelem Prophetã, quem ablactatum obtulit domino ad tabernaculum Dei, & ibi dimiſit eum ad ſeruiendum in eo. In ca. 2. ponitur canticum. Exultauit cor meũ &c. quod Anna compoſuit Deo gratias agendo. Deinde narratur quòd duo filij Hely ſcilicet Ophni & Phines miniſtrantes in tabernaculo erant guloſi, propter quod faciebant de animalibus in ſacrificium oblatis ante quòd incenderentur, ſumere partem ſuam cõtra legem per miniſtros eorum. Ac etiam dormiebant in C tabernaculo id eſt atriis eius cũ mulieribus: quod audiens Hely reprehendit eos, ſed nimis remiſſe. In 3. propheta quidam redarguit Hely de ſua negligentia circa filiorum correctionem: prænuncians eorũ (propter ſcelera) occiſionẽ. Ac etiã narratur quomodo Samuel ter vocatus in ſomnis à dño exiſtimans ſe vocari ab Hely: ibat ad eũ. Qui tertio docuit eũ vt ſi amplius vocaretur, diceret: loquere domine, quia audit ſeruus tuus. Quo id obſeruante dominus locutus eſt ei, de defectu Hely & filiorum & punitione futura. quòd Samuel ab Hely interrogatus totum retulit. D In 4. Philiſtæi procedentes ad bellum contra Iſrael fugauerunt eos occiſis quatuormillib. ex Iſrael: propter quod Iſraelitæ pro ſui adiutorio fecerunt portare arcam domini in caſtra ſua: ſuper qua exultante populo Iſrael Philiſtiim contriſtati ſunt dicentes væ nobis &c. Exhortantes tamen ſe inuicem prælium ineuntes contra Iſrael: debellauerunt eos: capta arca & occiſis filiis Hely, hoc pater audiens cadẽs retrorſum expirauit. In c. 5. Arca Dei ducta à Philiſtæis in Azotum, ponẽtes in templo Dagon idoli eorum inuenerunt bis Dagon in terram proiectum ante arcã, percuſſi etiam ſunt Philiſtiim vlceribus in natib. Et E quocunque ferebant arcam ſequebatur plaga illa, muribus ex terra ortis corrodẽtibus eas in poſterioribus. In cap. 6. Inito conſilio remiſerunt arcam cum quinque natibus & muribus aureis ſecundum numerum quinque ciuitatum eorum Philiſtæi ponentes eam in plauſtro, quod ducerent duæ vaccæ lactantes vitulos, eis tamen clauſis: quæ recto itinere mugientes tulerunt arcam in Bethſames, quæ eſt in Iſrael. Et ex Betſanitis mortui ſunt quinquaginta millia qui viderunt arcam domini. In cap. 7. tranſlata arca de Bethſames in Cariathiarim, Samuel admonuit populum ad idola dimittenda: & vt ad do- F minum reuerterentur ſeruiendo ei: quod & fecerunt celebrato ieiunio pœnitentiam agentes. Et cũ Philiſtæ irent contra eos ad pugnam: Samuele orante & agnum offerente pro Iſrael: dominus exterruit Philiſtæos. & debellati ſunt. Iudicauit autẽ Samuel populum diſcurrens annuatim per diuerſa loca ad populum dirigendum. In cap. 8 Samuel ſenex effectus conſtituit loco ſui duos filios ad iudicãdum po-

A.M. 2870.

Samuel naſcitur.

Filiorum Hely improbitas.

Capitur arca Dei à Philiſtæis.

Samuel iudex 14. & vltimus

Heb. ſacerdos & iudex lib. 1. Reg. ſumma.

Philiſtæi vincuntur à filiis Iſrael.

A.M. 2870.

pter munera iudicium peruertebant. Populus ex hoc ſcădalizatus petiit à Samuele regĕ inſtitui ſuper eos. Samuel autem ægre ferens conſuluit ſuper hoc dominum, qui reſpondit quòd exaudiret eos: ſed declararet eis ius regis, videlicet quòd multa grauamina ab eo haberent: hoc vero faciente Samuele omnino petiuerunt ſibi regem dari ſicut habebant aliæ gentes. In c.9. Saul de tribu Beniamin altior cæteris corpore ab humero & ſurſum: quo nullus melior in Iſrael: cum de mandato patris ſui Sis iret ad inquirendum aſinas patris amiſſas: acceſſit ad Samuelem cū quarta parte ſtateris argenti, ad inueſtigandum de aſinis vt à ſciente occulta. Cui dominus reuelauit, ꝙ iſte eſſet rex fiendus. Vnde Samuel retinuit eum ſecum ad comedendum: ponens ante eum armum animalis cocti. In c.10. Samuel inunxit Saulem in regem ſolum cum eo exiſtentem prænuncians ſibi tria in via euentura in ſignum huius, quòd dominus hoc diſpoſuerat: & tertium ſignum fuit quòd inueniret cuneum prophetarum. i. admodum religioſorum cū muſicis prophetantium: cum quibus & ipſe etiam prophetaret, quod impletum eſt. Demum congregatis omnibus tribubus in Maſpha: miſſis ſortibus cecidit ſors ſuper Saul. Quo ibi non præſente: reuelauit dominus domi eſſe abſconditum ſcilicet præ humilitate. Adductus ergo declaratus eſt à Samuele eſſe rex Iſrael: quem quibuſdam contemnĕtibus ipſe diſſimulauit audire. In cap.11. poſt menſem Naas rex Ammonitarum proceſſit in bellum contra viros de Iabes Galaad qui cum quærerent pacta ab eo, & ſeruirent ei, ille reſpondit hoc fœdus agere velle cum eis vt erueret omnium oculos dextros. Viri ergo Iabes venerunt pro adiutorio ad Saulĕ qui congregato maximo Iſrael exercitu debellauit Naas, & liberauit illos, propter huiuſmodi victoriam innouauit populus regnum Saul in Galgala. In cap.12. Samuel populo declarauit innocentiam ſuæ conuerſationis inter eos, & quòd in iudicando nec calumniam, feciſſet, nec extorſiones à quoque. Exinde recolens eis beneficia à Deo collata in populo: & liberationem de ſeruitute tyrannorum per manus iudicum: & cū regem haberent vt poſtularant, ſi à mandatis Dei recederent, perirent cum rege ſuo. Ad oſtendendum tamen quod male fecerant in petendo regem aere ſereno fecit deſcĕdere pluuias, mugire tonitrua, fulgura apparere, orante tamen pro eis ceſſauerunt. In ca.13. congregatis Philiſtæis in maxima multitudine ad bellandum contra Iſrael, rex Saul & ipſe collegit exercitum ad repugnandum, expectáſque in Galgala Samuelem ſeptem diebus cum non veniſſet, ipſe Saul obtulit ſacrificium ſuper quo Samuel poſtea veniens reprehendit eum dicens, quòd non vltra progrederetur regnum ſuum: ſed de alio rege ſibi dominus prouiderat. In c.14. Ionathas filius Saul inſcio patre acceſſit cum armigero ſuo ad ſtationem Philiſtinorum per viam difficillimam: & occidit arcu viginti Philiſtæos in modico ſpatio propter quod caſtra Philiſtinorum conturbata ſunt mutuo ſe cædentes, & multi ex Iſrael quæ fugerant reuerſi ſunt in adiutorium eius. Saul autem perſequens eos edictum fecit ſub pœna mortis, quòd nullus de exercitu comederet vſque ſero. Quod neſciens Ionathas in via inuento ex alueari apum fauo mellis, guſtauit cū virga accipiens aliquantulum mellis, factaque plaga magna interfectionis in Philiſtæos: cum poſt repauſationem conſuleret dominū ſi vltra perſequeretur Philiſtæos & non reſponderet dominus: ſuſpicatus eſt perpetratum peccatū: vnde hoc quæſiuit per ſor-

Saul in regem inungitur.

Saulis res geſtæ.

Samuel populum admonet.

Nobilis de Phhyliſtęis victoria.

Ieiunium à rege indictum obligat ſub ditos.

A tes quis eſſet: & contingente ſorte Ionathæ manifeſtante eo de eſu mellis contra prohitionem, Saul voluit occidere eum: ſed populus non dimiſit: cum ab eo proceſſiſſet victoria. Multas alias victorias habuit Saul contra Philiſtæos. In c.15. præcepit dominus per Samuelem Sauli, vt pergens cōtra Amalechitas omnes gladio exponeret, & iumĕta, nulli parcĕdo. Debellato ergo Amalech Saul reſeruauit regem Agag, & quędā iumenta meliora. Reuertente autem à prælio Samuele reprehĕdit ex parte domini de ſua inobedientia. Cumque ille ſe excuſaret: reſpondit Samuel magis Deo placere obedientiam, quam ſacrificia. Et volĕtĕ ab eo diſcedere Saul retinuit per chlamydĕ: quæ ſciſſa, dixit Samuel ei quòd dominus ſci- diſſet regnum eius: & meliori dediſſet. Aſſociauit tamen eum rogatus Samuel & occidit Agag regem Amalech. In c.16. dominus mandauit Samueli vt nō amplius lugeret Saulem: quia à ſe eiecerat: ſed iret in Bethlehem ad vngĕdum in regem Iſrael vnum ex filiis Iſai. Perges igitur in Bethlehem quaſi ad ſacrificium offerendum cum ſeptem filiiſ Iſai ad requiſitionem eius adducti fuiſſent coram Samuele, reuelauit ei dominus, quòd nullum eorum inūgeret: ſed minorem omnium qui erat in paſcuis ſcilicet Dauid: quĕ vltimo adductum inunxit. Spiritu autem malo exagitante Saulem, audito quod filius Iſai ſcilicet Dauid bene pulſaret in cythara, pulcher, bellicoſus, & prudens, fecit eum ad ſe venire: vt pſallendo cythara ceſſaret vel minueretur vexatio ſpiritus mali. Quod factum eſt: & fuit factus armiger eius. In c.17. cōgregatis Phyliſtæis cōtra Iſrael in præliū Goliath gigas egrediebatur de exercitu Philiſtiim contra Iſrael inuitans ad ſingulare certamĕ. Dauid autĕ cum eſſet in paſcuis, miſſus fuit à patre ad viſitandum fratres, qui erant in exercitu cum Saule. Qui videns gigantem diſcurrĕtĕ: interrogās ſuper hoc & audiens ꝙ qui vixiſſet eū, fieret gener regis, & multas diuitias haberet. Ille ſe ad hoc obtulit: præſentatuſque coram Saule dixit quomodo in paſcuis interfecerat & vrſum & leonĕ demum reiectis armis quibus indutus fuerat pergens contra Philiſtæū ad certamen Dauid lapide ex funda proiecto in frōte Goliath percuſſit: quem cadĕtĕ in terram gladio ipſius Goliath caput eius amputauit portās illud ad Saul. Et exercitus eius procedens contra Philiſtū proſtrauit eos. In c.18. Dauid ſe præſentante Sauli Ionathas filius eius ibi præſens maximā amicitiā cū Dauid cōtraxit: ita vt omnibus veſtimentis ſuis faceret eum indui. Aſcendentib. autem Saule & Dauid cum populo in Hieruſalĕ cum victoria & choris puellarum cum muſicis cantantib. in obuiam eorum Saul percuſſit mille & Dauid decem millia, contriſtatus eſt Saul inuidia, timĕs ne regnum deueniret ad eum. Et quadam die pſallĕtĕ corā eo in cythara, Saul lancea quæſiuit tranſfigere eum. Poſtea autĕ fecit eū tribunū ſuper gentes armorū promiſitque Saul Dauid dare in vxorĕ filiā ſuā Michol: ſi ei afferret centum præputia Philiſtinorum ſcilicet eos occidendo, intendens ex hoc mortĕ Dauid inferendam à Philiſtæis. Qui aſſentiens attulit ducenta præputia occidens illos in bello iuſto, quia inimici erant populi Iſrael. In c.19. Ionathas diligens valde Dauid verbis ſuis reconciliauit cum patri ſuo Sauli, quem quærebat occidere. Et cum in bello habito contra Philiſtæos Dauid feciſſet plagā magnā in Philiſtæos, Saul quæſiuit haſta ſua confodere Dauid cytharizantem coram eo, ſed Dauid declinauit ictum. Fugientem que ad domum, cum Saul miſiſſet ſatellites ad capiendū eum & occidĕdū: Michol vxor ſua

A.M. 2870.

Saulis cōtra Amalechitas expeditio

Dauid in regem inungitur.

Dauidis cum gigăte monomachia.

Saul Dauid i tendit inſidias.

Dauid Saulem fugit.

A.M. 2790.

ſua nunciauit ei,& emiſit eum per feneſtram. Cumque nunciatum fuiſſet Sauli,quòd eſſet in Naioth cũ Samuele, miſit apparitores vt caperẽt Dauid,plures & varios tribus vicibus qui cum veniebant inuenientes prophetantem cum Samuele Dauid: & ipſi cum eis prophetabãt laudantes Deum. Demum ipſe Saul acceſſit qui etiam ſimul cũ illis prophetauit nudus ſe expolians.In cap.22.Ionathas promiſit Dauid hoc requirenti quòd renunciaret ei diſpoſitionem Saulis erga eum in bonum vel malum & hoc ei in agro certa die ſe occultanti per ſignum trium ſagittarum ab eo emiſſarum, & modum locutionis ad puerum, quem mitteret pro eis recolligendis inſinuaret: quia ſi diceret vltra puerum eſſe ſagittas ſignum eſſet malæ intentionis Saulis cum eo.Si diceret citra eum eſſe ſagittas:ſignum eſſet recõciliationis. Quod & fecit indicans Saulem male diſpoſitum contra eum. Et iurantes demum adinuicem alter alteri miſericordiam exhibiturum in ſe & ſemen ſuum diſceſſerunt ab inuicem poſt fletum multum. In 21. venit Dauid ad Achimelech ſacerdotem & petenti Dauid ad comedendum,dedit ei & ſociis panes propoſitionis,non habens aliud in promptu: ac etiam gladium Goliath. Exinde vadẽs in Geth cum notum hoc fieret regi,& iuſſiſſet eum capi:ipſe Dauid ſimulauit ſe fatuũ & ſic euaſit. In c.22.Saul audito quòd Achimelech conſuluiſſet dominum pro Dauid & dediſſet ei panes & gladium: miſit pro eo, & fecit eum occidi cum octoginta quinque aliis ſacerdotib. & ciuitatẽ eorũ Nobe gladio & igni expoſuit. In 23.Dauid percuſſit Philiſtæos plaga magna obſidentes Ceylam: & liberauit eã & reuelãte Domino quòd Saul venturus erat ad capiendum eum hinc receſſit. Et cum nunciatum fuiſſet Saul, quòd Dauid erat in deſerto Maon acceſsit cum exercitu, vt caperet ipſum cum ſociis.Et cum eſſet in procinctu eum capiendi, nunciato ſibi quòd Philiſtæi venerant contra Iſrael, reuerſus omiſit obſidionem & captionẽ Dauid.In 24. Saul cum tribus millib. audito quòd Dauid cum ſuis eſſet in Engaddi,acceſsit illuc vt caperet eum: & cũ in via poſitus intraſſet quamdũ ſpeluncam ad requiſita naturæ & in interiori parte eius eſſet Dauid cum aliquibus,inſtigatus fuit ab eis vt occideret Saul,qui noluit: ſed occulte ſolum præcidit oram chlamydis eius.Egreſſo autem Saule de ſpelunca & perſequente iter Dauid clamauit poſt eum,declarans quomodo potuerat occidere eum cõquerens de iniuſta perſecutione eius. Quod audiens Saul cum lachrymis confeſſus eſt ſe male feciſſe.In 25.mortuum Samuelem omnis Iſrael luxit.Dauid autẽ audito quòd Nabal faceret magnum conuiuium in monte Carmelo, tondendo greges multos ouium quas habebat: miſit ad eum nuncios, vt ſibi & ſuis mitteret de conuiuio, qui noluit:ſed dura & iniurioſa locutus eſt eis propter quod Dauid iratus ex verbis illius diſpoſuit cũ ſuis ire ad occidendum eum. Sed Abigail vxor dicti Nabal pulchra, & prudentiſsima: percipiens duritiam viri ſui: ipſa cum aſinis onuſtis rebus comeſtibilibus iuit ad Dauid: & obuians ei in via obtulit omnia: rogans vt parceret viro ſuo de illa inhumanitate.Quod & fecit pacatus verbis eius.Ipſa autem reuerſa cum nũciaſſet viro ſuo periculum, mortuus eſt ex timore. Et Dauid accepit poſtea Abigail in vxorem ſuam. In 26.Saul cum nunciantib.ei Ziphæis veniſſet in deſertum Ziph cum exercitu vt caperet Dauid dormientibus cunctis de nocte, Dauid intrauit ſecreto cum Abiſai tẽtorium Saul:& cũ poſſet occidere eum ſuggerente ei hoc Abyſai, noluit,

Dauid & Ionathæ pactum.

Dauit fugit in Geth.

Moritur Samuel

Nabal moritur ex timore.

A.M. 2990.

ſed arrepta haſta & ſcypho qui erat ad caput Saulis receſſerunt nemine aduertente. Elongatis autem, clamauit Dauid ad Abner arguens eum de negligẽtia cuſtodiæ domini ſui: & quomodo intrauerat in tentorium Saulis:& potuit occidere. Quod audiens Saul ingemuit ſe accuſãs,& illum laudãs.In 27. Dauid ne incideret in manus Saulis perſequentis eum, iuit cum ſuis ad regem Achis in Geth, petens ab eo manſionem in vna vrbium ſuarum: qui ei dedit Sicelech, & cũ Dauid frequenter faceret ſtrages & prædas de Philiſtęis,dicebat Achis regi quòd illa feciſſet contra populum Iſrael.In 28.congregati ſunt Philiſtiim in prælium contra Iſrael & Saul cum ſuis venit in Gelboe, qui timens caſtra Philiſtiim, cum nõ poſſet habere reſpõſum de euentu belli nec per Prophetas, nec per ſacerdotes:acceſsit ad Pythoniſſam in habitu transformato: & ſuſcitare fecit per artem ſuam Samuelem iam mortuum: qui produxit ei in bello ipſum cum filiis occidendum,& Iſrael debellandum. Vtrum autem fuerit verus Samuel qui apparuit [a] vel diabolus in forma eius:habes 26. q.5.nec mirum.In 29.congregatis Philiſtæis cũ Satrapis ſuis, inter quos erat Achis rex Geth: cum vidiſſent Satrapæ Dauid cum ſuis Hæbræis eſſe cum Achis:conqueſti ſunt opinãtes.quòd non fideliter ageret,ſed fraudulenter cõtra eos:vnde mandauerunt Achis, quòd remitteret eum,& non eſſet cum eis in prælio quòd & fecit ſubito.In c.30.Dauid reuertentes in Sicelech inuenit ſuccenſam ab Amalechitis qui ceperant eã & duxerunt ſubſtantiam eius & vxores & filios Dauid & cæterorum, turbatus exercitus voluit Dauid lapidare:ſed confortatus à domino dato ſibi reſpõſo à Deo, quod irruens in eos ipſos caperet, proceſsit contra eos:& à quodam Ægyptio ſeruo cuiuſdam ex Amalechitis,qui prædam fecerant inuento in via præ debilitate à Domino ſuo dimiſſo & fame periclitante,poſt refocillationem edoctus de via illorum Amalechitarum cum ipſo irruit ſuper eos: & ipſis deuictis omnia reportauit ablata. Et dedit partem prædæ ducentis qui laſſi ſubſtiterant ad cuſtodiendas ſarcinulas.In 31.Saul & tres filij ſcilicet Ionathas Aminadab & Melchiſue, interfecti ſunt in bello in monte Gelboe à Philiſtæis:& Saul vulneratus ab eis irruit ſuper gladium ſuum,vt ſe occideret,& cũ nõ ex toto eſſet mortuus præcepit cuidam ſeruo ſuo Amalechitæ ibi prope eum exiſtẽte,vt ex toto occideret ſe:quod & fecit,& totus Iſrael fugatus & debellatus eſt.

Saulis interitus

a Dubium magnum eſt inter ſacros doctores an anima Samuelis vel diabolus in eius forma,Sauli apparuerit & quamuis can.ab Anton.citatus diaboli hanc formam fuiſſe non Samuelem aſſeueret. Thom.tamen in 2.2.q.174.a.5.vtrãque opinionem poſſe teneri adſtruit:ait enim & ſi voluntate Dei anima Samuelis Sauli euentum belli prænunciauit, Deo ſibi hoc reuelante pertinet hoc ad rationem Prophetiæ, nec obſtat quod arte Dæmonum hoc dicitur factum:poteſt enim hoc fieri diuina virtute,vt dum Dæmon conſulitur, ipſe Deus per ſuum nuncium veritatem nunciet. Quamuis etiam dici poßit quod non fuerit anima Samuelis, ſed Dæmon ex perſona eius loquens quem ſcriptura Samuelem nominat ſecundum opinionem Saulis & adſtantium, qui ita opinabantur. hæc ille.

§. I.

IN ſecundo libro regum in 1. cap. habetur ꝙ iuuenis ille Amalechita, qui cõpleuerat occidere Sau-

A.M. 2930. initium regni Iſrael

Homerus tempore Saulis claruit.

Externa temporib. Samuelis & Saulis.

le ad preces eius, venit ad Dauid, hoc ei ſignificans quaſi bonum nuncium: propter quod Dauid dolens fecit eum occidi: fleuitque Dauid cũ ſuis ſuper morte Saulis & Ionathæ & aliorum de populo Iſrael ſcideruntque veſtimenta ſua & ieiunauerunt. A Saule itaque cœperunt tempora regum, à Samuele tempora nominatorum prophetarum. Et viuente Samuele Saul regnauit annis octodecim, & eo mortuo duobus. In morte autẽ Saulis terminatur tertia ætas habens annos nongentos 40. Huius temporibus putatur fuiſſe [a] Homerus apud Athenienſes pro inſano habitus, eo quod Deos inter ſe belligeraſſe diceret: Hic vt aiunt leuem neſcio quã quæſtionem à nautis ſibi propoſitam non potuit explicare, hanc ſcilicet.

[Ὃσσ' ἕλομεν λιπόμεσθα, ὃσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα. i.
Non captos ferimus, captos ſed perdimus omnes.]

Vale. li. 9. cap. 12.

Intelligebant piſcatores de pediculis quos ceperant & à ſe eiecerãt Homerus autem putabat de piſcibus.

à qb. cũ impudẽtius & ꝓcaci⁹ derideret vir verecũdi ingenij: quaſi toxicato cõfuſionis iaculo profoſſus ad mortem ſpiritum exhalauit: vt refert valerius. Quod de Platone aſſerit Flauianus in li. de veſtigiis Philoſophorũ, Xenophõtinos aduers⁹ Platonis gloriã cõfinxiſſe, qui Homerum Platoni ſynonimũ fuiſſe putauerunt. His temporibus duo regna initium habuerũt ſcilicet Lacedæmoniorum & Corinthiorum. Et ſecundum Euſe. in chronicis, anno decimoquinto regni Saulis primus Lacedæmoniis regnauit Euriſteus, poſt quem octo ſucceſſiue regnauerunt quorũ vltimus dictus eſt Thalchamenes: ſub quo defecit dictum regnum anno quadrageſimonono regni Oziæ regis Iuda. Eo etiam tempore ſcilicet anno decimoquinto regni Saulis primus Corinthi regnauit Aletes, poſt quem regnauerunt ſucceſſiue decem reges: horum vltimus dictus eſt Cheleſtes: ſub quo reges Corinthiorum defecerunt: anno ſcilicet quadrageſimoſecundo Regni Oziæ regis Iuda.

a Homerum & Heſiodum non ſub Saule rege, ſed ſub Ioas. i. ducentis poſt annis floruiſſe ex Herodoto colligit Genebra. Chron. li. 1. indeque Helleniſmum cuius iſti duo præcipui fuerant ſcriptores & patroni, indicat eſſe recentiſſimum.

Titulus tertius de quarta ætate mundi.

¶ *De geſtis Dauid ſecundum ſeriem ſecundi libri Regum.* CAP. I.

Secundi lib. Reg. Summa.

QVARTA autem ætas inchoatur à Dauid, & durat vſque ad tranſmigrationem, per annos 384. ſecundum Hebræos & ſecundũ 70. interpretes plus vno. Qui Dauid primus regnauit de tribu Iuda apud Hebræos annis ſeptem in Hebron ſuper tribũ Iuda: & triginta tribus ſuper totum Iſrael. Inchoatur autem quarta ætas in Dauid: non quia primus regum: ſed quia primus regum de tribu Iuda: quoniam ei fuit facta expreſſa promiſſio de Chriſto naſcituro de tribu Iuda. Geſta eius habẽtur per totum ſecundum librum regum, qui breuiſſime hîc ponẽtur in ſubſtantia. Vnde in j. cap. ſecundi regum habetur, quòd Dauid audita morte Saulis luxit cum ſuis: & ieiunauit & inſtituit carmen lugubre. In 2. ca. Dauid ex conſilio domini aſcendit cum ſuis in Hebron, ibique inunctus eſt in regem ſuper ſolam tribum Iuda: & Hiſboſeth filius

a Hæc ætas iuxta Bedæ computationem eſt annorum quadringentorum ſeptuaginta trium ſecundum Hebraicam veritatem, ſed ſeptuaginta his duodecim addunt.

A.M. 2930.

A Saulis operante Abner auunculo eius factus eſt rex ſuper alias vndecim tribus Iſrael qui regnauit duobus annis. Congregatis autem exercitu Dauid ſub Ioab principe exercitus eius & Abner principe Hiſboſeth ex communi aſſenſu duodecim ex vna parte, & duodecim ex alia luctati ſunt ad inuicem, & alter alterum occidit vno ictu. Fugientibuſque his qui erant cum Abner, Aſahel germanus Ioab perſquens Abner, nolenſque ad preces eius omittere perſecutionem: demum fuit percuſſus Aſahel ab Abner in inguine auerſa haſta, & mortuus eſt. In ca. 3. quòd facta eſt longa concertatio inter domum Saul & B domum Dauid. Dauid proficiens & ſemper ſeipſo robuſtior: domus autem Saulis decreſcens quotidie. Nati ſunt autem Dauid in Hebron primo genitus Ammon, ſecundus Cheleab, terius Abſalon, quartus Adonias & alij de pluribus vxoribus. Abner autem qui regebat domum Hiſboſeth redargutus ab eo, quia cognouerat concubinam Saul: indignatus contra eum acceſsit ad Dauid & promiſit ei populum totum Iſrael reducere ad ſubiectionem eius. Quod cum tractare diſponeret reducta vxore Dauid ſcilicet Michol ad eum: Ioab proditorie occidit ipſum C Abner in vltionem fratris ſui Aſahel. Quod Dauid diſplicuit, & fecit eum honorabiliter ſepeliri, aſſocians cadauer cum ſuis lugens & ieiunans pro morte illius. In c. 4. Hiſboſeth in domo ſua iacentem duo principes latronum Rechab & Banaab ingreſsi latenter domum dormitante oſtiaria domus interfecerunt, caput eius portantes Dauid in Hebron, qui fecit eos ſuſpendi. In c. 5. vniuerſæ tribus Iſrael vnxerunt Dauid in regem ſuper totum Iſrael, qui cũ ſuis cepit Hieruſalem, quæ occupabatur à Iebuſæis, & primus aſcendens in arcem Syon fuit Ioab, propter quod fuit factus princeps exercitus. Et in Sion ædifi- D cauit Dauid habitationem ſuam miſsis ibi artificib. & lignis ab Hyrã rege Tyri: Natique ſunt ei in Hieruſalem vndecim filij ſumens ſibi plures vxores: & inter alias Betſabee ex qua habuit Salamonẽ: quod intelligitur factum ex diſpenſatione Dei de pluralitate vxorum: bis autem bellum exercuit cõtra Philiſtæos & deuicit eos & fugauit. In cap. 6. Dauid cum magna ſolennitate faciebat reducere arcam domini in Hieruſalem: ſed quia percuſſus eſt Oza à domino eo quòd temere retinuiſſet arcam inclinatam à bobus recalcitrãtibus: poſuit eam in domo Obededon. Sed poſt tres menſes iterum ordinauit reduci E in Hieruſalem: quod & fecit cum plurimis victimis in via & muſicis inſtrumentis, & Dauid cum populo ſaltabat coram ea & pulſabat organa nudus. Quem vides Michol vxor eius per feneſtram deſpexit & cũ intranti Domum ſuam ipſa hoc ei improperaret, reſpondit contemnendo verba eius. In ca. 15. & 16. Primi para. habetur, quòd Dauid fecit Leuitas ponere arcam in tabernaculo, quod ei parauerat: & ordinauit qui deſeruirent in tabernaculo ex Leuitis coram arca in offerendo ſacrificia & laudando Deum & pulſando in diuerſis generibus muſicorum, vt tubis organis & cymbalis vnde à Dauid inuentus eſt F primo decantationis vſus diuinorum officiorum in Eccleſia. In c. 7. Dauid conſulente Natham Prophetam de templo domini conſtruendo, Reſpõdit Nathan vt faceret quia gratum hoc Deo eſſet. Sed dominus locutus eſt Nathan, vt inſinuaret Dauid ex parte ſua, quòd non ipſe ędificaret ſibi domum id eſt templum, ſed filius ſcilicet Salomon: & ipſe eſſet ſibi in patrem, & ille in filium, & regnum eius ſtabiliter in æternum. Quod ſi delinqueret eũ corriperet ſed

Filij Dauid nati in Hebron.

Mors Hiſboſeth.

xj. filij Dauid nati in Hieruſalẽ

Arca in Hieruſalẽ reducitur.

Dauid inuenit modũ cantandi in Eccleſia.

ſed miſericordiā ab eo non auferret. Super quo Dauid magnifice Deo gratias egit. In capitu.6. Dauid debellauit Philiſtæos quib. erat Iſrael factus tributarius percuſſit etiā Moabitas & Adarezer regē, Soba & ſyriā fecit tributariā, & Ammonitas & Idumæos: prædamque auri argenti & æris reſeruauit pro conſtructione tēpli, faciebatque iuſtitiam omni populo. In capitu.9. Dauid audiens Miphiboſeth filium Ionathæ filij Saulis ſuperſtitem eſſe, qui erat claudus vtroque pede fecit eum commenſalem ſuum: & reſtitui fecit ei omnes poſſeſſiones Saulis: mandans Sibæ ſeruo Saulis, quòd ipſe cum filiis ſuis ſeruiret ipſi Miphiboſeth. In ca.10. Dauid audita morte Naas regis Ammonitarum amici ſui, miſit oratores ad conſolandum Hanon filium eius ſuper morte. Qui Hanon dehoneſtauit illos oratores radens eis mediam barbam & præcidens veſtes vſque ad nares: conſilio ductus ad hoc aliorum dicentium ꝙ non ad conſolādum miſſi fuerant ſed ad explorandum. Quod audiens Dauid congregato exercitu miſit Ioab contra Ammonitas in prçliū. In c.11. de adulterio perpetrato à Dauid cum Berſabee vxore Vriç & conceptu eius. Quod Dauid volens occultare miſit pro Vria fideliter cum Ioab pugnante contra Ammonitas & cum non poſſet ei ſuadere, vt ad domum iret & vxorem cognoſceret: miſit per eum epiſtolas ad Ioab: vt poneret dictum Vriam in prælio in loco periculoſo vt occideretur, quod & factum eſt. Et illo interfecto ſcilicet Vria, Dauid Berſabee duxit vxorem, quæ peperit ei filium. In c.12. Nathan propheta miſſus à domino redarguit Dauid de adulterio & morte Vriæ, loquens ſub parabola diuitis, qui occiderat ouem pauperis, vt pararet hoſpiti conuiuium. Quo confitente humiliter peccatum dixit, dominus tranſtulit peccatum tuum. Verum propter hoc vt ſuſcitaret ei malum de domo ſua. Et hæc fuit perſecutio Abſalonis, & coniuratio contra eum. Dauid autem orante & ieiunante pro paruulo nato & infirmato, vt ſanaretur: audita morte ſurrexit ad comedendum. Exinde natus eſt Salomon ei ex Berſabee: poſt quæ Dauid acceſſit cum exercitu ad capiendum Rabath ciuitatē principalem Ammonitarū, occiſis plurimis. In ca.13. Ammon primogenitus Dauid philocaptus & infirmatus ex amore ad Thamar ſororē ſuā ex parte patris, viſitatus ab ea: vi oppreſſit eam: propter quod Abſalon diſſimulata iniuria, poſt biennium faciendo tondere greges ſuos inuitauit omnes fratres ſuos ad conuiuium: & in ipſo occidi fecit Ammon à ſeruis ſuis: & fugit ad regem Geſſur. In c.14. Ioab miſit mulierem viduam Thecuitem ad Dauid, vt ſimularet ſe habere cauſam talem, ſcilicet quòd vnus filiorum ſuorum occiſus fuerat ab altero propter quod quærebatur ad mortem, petēs miſericordiam ab eo ne occideretur: & cauſam reduxit ad Abſalon, vt illi parceret. Quod intelligens Dauid proceſſiſſe à Ioab reuocare eū iuſſit ab exilio. Sed reuerſus in Hieruſalē cum non permitteret Dauid vt videret faciē eius: fecit venire Abſalon ad ſe Ioab per cōbuſtionē ſegetum agri eius: & poſuit eum mediatorem ad reconciliandum Dauid patrem vt poſſet eum videre: quòd & obtinuit. In c.15. Abſalon adulationibus variis traxit ad ſe beneuolentiam Iſrael. Et facta coniuratione contra patrem dixit ei, quòd ibat in Hebron ad explendum quoddam votum ſuum: & cōgregata ſecum maxima multitudine Iſrael & Achitophel factus eſt rex Hebron. Quo audito Dauid cum ſuis, fugit de Hieruſalem: & ſacerdotes qui eum ſequebantur cum arca domini remiſit in ciuitatem Hieruſa-

Ammonitæ legatos Dauidis violant. — *Dauidis adulteriū.* — *Salomon naſcitur.* — *Ammon violat Thamar & occiditur.* — *Abſalon contra patrem bellum mouet.*

A lem: ſimiliter Chuſi amicum ſuum vt deſtrueret cōſilium Achitophel. In c.16. Abſolon ingreſſus Hieruſalem de conſilio Achitophel: ingreſſus eſt coram populo ad concubinas patris. Dauid autem fugiente per montes cum ſuis: occurrit ei Siba ſeruus Saulis cum iumentis oneratis comeſtibilibus ad reficiēdum ea illi offerens: qui falſo accuſauit Miphiboſeth quòd noluiſſet occurrere ei. propter quod Dauid omnia bona eius dedit ſibi. Occurrit etiam ei Semei maledicens Dauid, & contra eum lapides iaciēs. Et cum Abiſai voluiſſet ire ad occidendum eum non permiſit Dauid, patienter ferens iniuriam, vt dominum placaret. B In c.17. Abſalon quærens conſilium quid eſſet agendum dimiſſo conſilio Achitophel de ducendo exercitum contra patrem, vt caperent eum: ſecutus eſt conſilium Chuſi. quod fuit in contrarium ſub ſpecie quòd melius poſſent capere eum poſt aliquod tempus. Et vtrumq; conſilium per ſacerdotes Abyathar & Sadoch fuit intimatum Dauid per filios eorum: Achitophel autem ſe ſuſpēdit. Berzellai Galaadites & quidam alij refecerunt Dauid & ſuos feſſos. In ca.18. ordinato prælio Dauid diuiſit exercitum ſuū in tres partes: & cum vellet cum eis ire in prælium non permiſerunt, præcepitque Dauid vt Abſalō reſeruarent. C Sed deuicto exercitu Abſalonis cum ipſe fugeret mulæ inſidens remanſit ſuſpenſus per capillos in ramis quercus. Quod cum quidam nūciaſſe Ioab: ipſe tres lanceas in eum iaciens occidit. Cum autem Chuſi iuiſſet ad nunciandum Dauid: amariſſime lugebat mortem Abſalonis. In c.19. cum Dauid lugeret filium Ioab ingreſſus ad eum reprehendit: admonens vt procuraret reductionem populi ad ſe: alias nullus remaneret cum eo. Quod fecit per Abyathar & Sadoch quo ad tribum Iuda: promittens Amaſæ qui fuerat princeps exercitus Abſalonis quòd faceret eum principem ſuum pro Ioab: & hoc D vt reduceret Iſrael ad ſui obedientiam: ſed & Semei occurrētiſibi, & petenti veniam de iniuria illata pepercit. Et Miphiboſeth venienti ad eum, & ſe excuſanti quòd non potuerat ire cum eo: ſtatuit vt poſſeſſiones ſuas diuideret cum Siba pro medietate. In reductione autem Dauid regis, & recognitione dominij eius, contendebant ad inuicem tribus Iuda: & aliæ tribus Iſrael. In c.12. quodam peſſimo viro nomine Siba perſonante buccina & dicente: Non eſt nobis pars in domo Dauid ſchiſma fecit & ſeparatus eſt Iſrael à Iuda. Sed Ioab & Abiſai cum exercitibus perſequentes Siba diſcurrentem per ciuitates ad ſe- E quendum eum, demum obſederunt eum in Adela ciuitate. Ciues autem abſcindentes caput Sibæ miſerunt per muros ipſi Ioab. Qui dimiſit obſidionem: prius tamen in via proditoriè interfecerat Amaſam, qui debebat inſtitui princeps exercitus pro Ioab. In cap.21. orta fame, in Iſrael per triennium durante, Dauid conſulenti ſuper hoc dominum: reuelatum hanc eueniſſe propter occiſionem factam à Saule de Gabaonitis, contra iuramentum eis præſtitum à Ioſue. Et propter hoc ad requiſitionem Gabaonitarum: Dauid dedit in manus eorum duos filios Saulis & concubinam & quinque filios filiæ F Saulis: qui eos crucifixerunt. Quo facto repropitiatus eſt dominus Iſrael. Miphiboſeth autem pepercit Dauid propter iuramentum præſtitum patri eius Ionathæ. Exinde narratur de tribus bellis geſtis contra Philiſthæos [a] quoſdam gigantes: & de quarto, in quo cum vnus percuſſiſſet Dauid: Abyſai defendit eum: & amplius non permiſerunt Dauid accedere ad bellum ne occideretur. In c.22. canticū habetur ꝙ

A.M. 2238. — *Dauid fugit Abſalonem.* — *Mors Abſalonis turpiſſima.* — *Dauid in regnum redit.* — *Fames in Iſrael propter Gabaonitas Ioſue 9.*

A.M. 2970.

fecit Dauid cum fuit liberatus de manu Saulis, quod eſt Pſal.17. ſcilicet. Diligam te domine fortitudo. In cap.23. De triginta ſeptem fortiſſimis viris in bello qui erant cum Dauid: & præ cæteris tres fuerunt, qui deſiderãti Dauid aquam de ciſterna Bethlehem, vbi erant Philiſtæi: per medium hoſtium tranſeuntes hauſerunt aquam de ciſterna illa: afferentes eam Dauid qui noluit bibere. Faciente Dauid numerare populum ſubditum per Ioab ex ſuperbia in cap.14. propter peccatum iſtud miſſus à Domino Angelus ad dandum ſibi optionem eligendi vnum ex tribus aut famem in Iſrael ſeptem annis: aut tribus mẽſib. perſecutionem & fugam ab hoſtibus: aut triduo peſtem in populo. Qui elegit vltimum: vnde infra triduum mortui ſunt ex peſte ſeptuaginta millia. Et cũ vidiſſet Dauid Angelum extendentem manum ad Hieruſalem: rogauit Dauid vt magis percuteret familiam ſuam, & ſe, qui peccauerat. Placatuſque dominus prohibuit Angelo percuſſuram. Et Dauid ex mandato Dei per Gad empto prædio Areuna Iebuſei, in area vbi viderat Angelum, ædificauit altare domino, vbi poſtea factum eſt templum. In ca. 22. & perſequentia. c. vſque ad 29. & vlti. ca. j. Paral. agitur de his quę Dauid dixit filio ſuo Salomoni paruulo, quomodo diſpoſuerat ipſe tẽplum domino ædificare: ſed dominus prohibuit: quia multum ſanguinẽ in bellis fuderat: ſed filius eius ſcilicet Salomõ in pace regnãs ædificaret ei templum: propter quod præparauerat ei impenſas in auro argento & ære & ferro nimis: admonens eum ad executionem: & de diſpoſitione ædificij eius. Ordinauitque cantores in templo & pulſantes in organis & aliis muſicis inſtrumentis ſub Aſaph, Eman, & Iethum diuidens ſacerdotes à Leuitis, viginti quatuor familias: è quibus vnus qui erat primus in familia illa ſorte eligebatur ad miniſtrandum in templo cum ſuis coadiutoribus per hebdomadam ſuam. Confortauit inſuper barones & principes tribuum, vt adiuuarẽt Salomonem in opere templi: & ordinauit de officiis eorum in quibus deſeruirent Salomoni.

Peſtis in Iſrael graſſatur propter populi cenſum.

Supplimẽta hiſtoriç regum ex libris Paralipomenon.

Dauid tẽplum ædificandum ordinat.

a Vbi nos habemus de ſtirpe Arapha, hos Philiſtæos eſſe procreatos. Chaldæus interpres vertit, de filiis robuſti ſeu Bigantis, & ſeptuaginta de ſtirpe bigantum. quare D. Ant. hos gigantes merito nominat. Cæterum non in quarto prælio ſed in primo Dauidem vulneratum ſcriptura commemorat.

¶ *De geſtis Salomonis, & eius gloria oſtenſa reginæ Sabæ.* CAP. II.

Tertij lib. Re. ſũma.

DE regno Salomonis in quo inchoatur tertius liber Regum. Et in primo c. dicitur: quòd cum Dauid propter ſenectutẽ non poſſet calefieri veſtibus: quæſita eſt ei puella pulcherrima Abyſagſuna, mitis virgo: quæ dormiens cum rege calefaceret eum quæ tamen nõ cognouit eam. Et cum Adonias filius Dauid feciſſet ſibi currus, & equites, quærens ſibi accipere regnũ, habens ſecum Ioab principem exercitus, & Abathar ſacerdotem facto conuiuio magno omnes fratres ſuos inuitauit excepto Salomone. Quod audiens Berſabee mater Salomonis, ſecundum conſiliũ Nathan prophetæ intrauit ad Dauid inſinuans quomodo Adonias accepiſſet ſibi regnum eo ignorãte. Dauid autem iurauit ei quòd Salomon regnaret poſt eũ vnde mandauit ſeruis ſuis, quòd imponerent Salomonẽ ſuper mulã ſuã, & Sadoch & Nathan inungerẽt eum regẽ. Quod & factum eſt acclamante omni populo. Viuat rex Salomon. Adonias hoc audiens

Dauid regẽ declarat Salomonem.

A.M. 2689.

A timẽs Salomonẽ fugit ad tẽplũ: ſed data ſibi ſecuritate, ipſe etiam acceſſit, & adorauit Salomonẽ vt regẽ. In c.2. habetur quòd a Dauid ad extrema vitæ deductus exhortatus eſt Salomonem ad obſeruantiam legis: & rememorauit ei mala quæ fecerat Ioab: & iniurias ſemel, & beneficia Berzelai. Ipſoque mortuo Adonias rogauit Berſabee: vt intercederet apud filium ſuum Salomonẽ, vt daret ſibi Abyſag in vxorẽ. Quod cũ feciſſet non exaudiuit eã: ſed fecit illum occidere & ſimiliter Ioab, Abyathar exilio tradidit, Semei ſub pœna mortis præcepit ne egrederetur B Hieruſalẽ. Et cũ poſt annos tres egreſſus fuiſſet ad recuperãdos ſeruos fugientes: occiſus eſt ab eo. In c.3. ducta filia regis Ægypti in vxorem ex ea in vndecimo anno ætatis ſuæ ſecundum Hebræos habuit filiũ & aſcendit in Gabaon vbi erat tabernaculum, & altare æneum Moyſis, ſed nõ arca Dei: immolatiſq; ibi mille hoſtiis, dominus apparẽs ei in ſomnis, dixit ei, vt peteret quod vellet ab eo. Qui poſtulauit ſapientiam ad regẽdum populum ſuum. Dixitque ei dominus, ꝙ quia non petierat diuitias, gloriã, vel mortẽ inimicorũ, vel longã vitã: ſed ſapientiã, exauditus erat. Et nihilominus daret ſibi diuitias & gloriã ſu- C per omnes, ſi tamen legem ſeruaret. Primumque iudicium in quo oſtẽſa eſt ſapiẽtia eius fuit de duab. meretricib. habẽtib. filios, quorũ vno à matre nocte oppreſſo: cõtẽdebant de ſuperſtite, cuius eſſet. Et data ſentẽtia per Salomonem, quòd diuideretur in duas partes, rogauit mater vera, ꝙ totus viuus daretur potius alteri mulieri: & ex hoc iudicauit Salomon eſſe illã verã matrẽ: ſibique dari infanrẽ viuũ iuſſit. In c. 4. ponuntur principes eius & gloria ſua. Nã duodecim præfectos habebat qui prouidebãt ei de annona: ſinguli per ſingulos menſes. Deſcribitur latitudo dominij eius. Cibus quoque curiæ eius, videlicet per D ſingulos dies triginta cori ſimilæ & ſexaginta cori farinæ: decem boues pingues, & viginti paſcuales, & cẽtũ arietes excepta venatione ceruorum, capreãrũ & altiliũ auiũ. Et habebat quadraginta millia præſepia equorũ curriliũ, & duodecim millia equeſtrium. Præcedebat quoque ſapiẽtia Salomonis ſapiẽtiã omniũ Oriẽtaliũ & Aegyptiorũ: & erat ſapiẽtior cũctis hominib. Et diſputauit de lignis à cedro libani vſq; ad hyſopũ. Et diſſeruit de iumẽtis, volucrib. reptilib. & piſcib. & locutus eſt tria millia parabolas, & quinque millia carmina: habebatq; pacẽ ĩ circuitu, & oẽs cõfluebãt vndiq; ad audiẽdũ ſapiẽtiã eius. In 5.c. Salomõ miſit ad Hirã regẽ Tyri & Sidonis, vt per ſuos E faceret ſibi incidere ligna cedrina & abiegna de mõte libani: vt de eis poſſit ædificare domum domini: ꝙ & factũ eſt. Cæpitq; ædificare Salomon tẽplũ domini anno quarto regni ſui, qui fuit quadringẽteſimus & octogeſimus egreſſionis Iſrael de Aegypto, à natiuitate Abrahæ nongenteſimus octuageſimus quartus, ab initio vero ſæculi bis milleſimus nõgẽteſimus triceſimus tertius & ſecũdũ cõputationẽ Hebræorũ & quorundã ex noſtris. Nã ſecũda cõputatio Bedæ, ꝙ̃ cõitet tenet eccleſia excedit numerũ pręfatũ in mille & triginta ſex. perfecitq; opus tẽpli in ſeptẽ annis

Dauidis mors.

Salomõnis regni primordia.

Primũ iudicium Salomonis.

Hîc deſcribitur gloria Salomonis.

Templũ quando conſtrui cœptum.

a Dauid forma fuit veri principis non Cyrus Xenophontis. Regnum enim auſpicatur à reſtituẽdo cultu nu- F *minis. Toto vitæ tempore etiam grauiſſimis bellis occupatus, in loculis repoſuit neceſſaria ad decus tanti templi. Denique Salomonẽ obſtrinxit ad tãti tẽpli exædificationẽ. finẽ regni pietate terminauit, ſemper fauit muſarũ piis cultoribus inexeremo morbo aulicos ſuo limine excluſit, prophetam natum & ſimiles intromiſit. Geneb.*

cum

A. M. 2689.

Templi & eorũ quæ in eo erãt deſcriptio.

Mons moria.

Gen. 22. & 28. 2. Reg. 24.

Vide etiã Com. in hiſt. Reg. lib. 3. c. 9. & ſeq. & Ioſeph. lib. 7. antiq. c. 2.

cum dimidio, poſt quod ædificauit domum ſuam in tredecim annis, & domum ſaltus. & de huiuſmodi ædificiis agitur in cap. 6. & 7. Cuius templi conſtructionis breuis ſumma eſt ſecundum Vincen. hiſto. lib. 3. Templum hoc fuit ædificatum in Hieruſalem in monte Moria, vbi Abraham voluit filium immolare, & Iacob vidit in ſomnis ſcalam de cælo ad terram, & in Area vbi Dauid vidit Angelum ceſſantem à percuſsione populi gladio peſtis. Fuit autem ædificatum de Marmore candido, quod parium dicitur. & feneſtræ obliquatæ erant in parietibus templi id eſt ab extra ſtrictæ & intus latificatæ, quæ ſolent dici baleſtriere. Et longitudo fuit ſexaginta cubitorum, latitudo viginti, altitudo centum & viginti. Et cum hac diſpoſitione quod à pauimento iuxta terram vſque ad primum tabulatum erat altitudo triginta cubitorum. & à primo tabulato ſeu ſolario vſque ad ſecundum, erat altitudo triginta cubitorum, & ab iſto ſecundo ſolario vſq; ad tertiũ quod erat tectum templi erat altitudo ſexaginta cubitorum. Habebat ergo duo ſolaria inter pauimentum & tectum, & in quolibet ſolario & in tecto erat ab extra in circuitu deambulatorium, iſtud deambulatorium dicitur in euangelio pinnaculum, ſuper quod Chriſtus à Diabolo tentatus, fuit poſitus, & tendebatur vltra per quinq; cubitos. Et erant ibi cancelli ante, ne inde caderent ambulantes. Pars autem infima ſeu prima manſio ab intra erat tota cooperta tabulis cedrinis vel abiegnis, quibus deſuper erant affixæ laminæ aureæ cum clauis aureis, etiam pauimentum. Et diuidebatur in duas partes ſcilicet in ſancta, ad quem locum primo erat ingreſſus in templũ ex parte Orientis quadraginta cubitorum longitudinis, & ſanctaſanctorum viginti. Erátq; in medio inter ſancta & ſanctaſanctorum, paries factus tabulis cedrinis, & poſtea laminis aureis coopertus, altus viginti cubitis ante quem velũ appenſum tenue pulcherrime intextum quod ſciſſum eſt à ſummo vſque deorſum tempore paſsionis. Intra ſancta ſanctorum erat arca domini facta à Moyſe in medio, inter duo Cherubim de oliuis ſculpta & cooperta auro, qui recti erant, & duas alas eorum extẽdebant ſupra propitiatorium, quod propitiatoriũ erat tanquã cooperculũ capſæ erectũ ſuper eam, cum eſt aperta, & ſicut ſe habent, tabulæ altarium pictæ, duas alas extendebant, itaq; ala vnius Cherubim tangebat alam alterius: & alia extremitate alarũ tangebant parietẽ templi, & erat longitudinis decẽ cubitorũ quilibet eorum. In arca erant tabulæ decalogi. Solum ſemel intrabat ſummus ſacerdos in anno in ſanctaſanctorum, in feſto propitiationis, cũ magna ſolennitate & in veſtibus ornatiſſimis vt patet ſupra. In ſancta autem circa velum intrabant ſæpe ſoli ſacerdotes in certis ſacrificiis ad accẽdendas lucernas, & ibi ex parte meridionali erat candelabrum aureum, quod fecerat Moyſes cum ſeptem lucernis. & ex parte aquilonari, menſa propoſitionis panum aurea. In medio autem erat altare aureum, factũ à Moyſe ſed addidit Salomon decem alia cãdelabra aurea eiuſdẽ ſchemaris, ſed maioris quantitatis, quinque ad dexteram & quinque ad ſiniſtram. Et ſimiliter decem menſas aureas maiores alia. Et in medio horum altare thymiamatis, factũ de lapidibus, coopertũ tabulis cedrinis, poſtea aureis: ſuper quo dabatur incenſum thymiamatis. Et forte altare paruũ factum à Moyſe aureum erat in ſanctaſanctorum, quia ibi erat thuribulũ aureum, ſecundũ Apoſtolum ad Heb. in parietibus vero tẽpli ab intra erãt ſculpturę pulcherrimæ Cherubim & palmarũ & aliorũ pulcherrimæ. Super tectũ templi erant per gyrum veruа aurea in magnitudine hominis, vt videretur à longe quaſi ſylua aurea, & in labio exteriori per circuitũ erant vites aureæ cum vuis & pampinis aureis, & in illa ſummitate iuxta tectum cum conſummaretur templum poſitus fuit ille lapis reprobatus ab ædificantibus, qui coniungebat in angulis duos parietes. Quomodo autem eſſent diſpoſitæ illæ duæ manſiones ſeu ſolaria quę erant ſupra primam deſcriptam modo, vel quid ibi cõtineretur non legitur. Aſcendebatur autem ad dicta loca per ſcalas factas inter parietes templi ad modum teſtudinis limacis.

Velum templi. — Matth. 27. — Cherubin velantes Ariã quales. — Candelabrum aureum vbi erat. — Hebr. c. 9. — Lapis reprobatus.

Portæ autem templi quæ erãt de lignis abiegnis laminis aureis coopertæ & ſculptæ cum Cherub & palmis erant ad orientem. In facie templi erat porticus, qui in euangelio dicitur veſtibulum templi: habens columnas ereas, inter quas erant duæ mirabiliores cæteris in medio pulcherrimæ ſculpturæ, vna dicebatur Iachim à dextris, & quæ à ſiniſtris Booz. Erat autem hæc porticus viginti cubitorum longitudinis iuxta menſuram latitudinis templi decem latitudinis ante faciem templi. In hoc veſtibulum ſeu porticum aſcendebatur ab atrio ſacerdotum duodecim gradibus ſecundum alios ſeptem. Poſt veſtibulum ædificauit Salomon triginta domunculas paruas, quę ſui compactione totum templi ſpacium extrinſecus ambiebant, harum ſingulæ habebant quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & in altitudine quindecim. Ingreſſuſque earum ita diſpoſuit, vt ex vna ingrederetur ad alteram aliquo ſpacio interpoſito. & ſupra eas ædificatæ ſint aliæ, menſura & numero æquales, ita vt latera templi tria per circumitum tegerentur domumculis illis, vſque ad primum tabulatum exterius, reliqua pars templi ſuperior videbatur libere. hæ autem domus fuerunt cubilia & cænacula hebdomadariorum & gazophylacia vaſorum & veſtium ſacerdotalium.

Portæ tẽpli quales. — Domunculę in tẽpli circuitu extructæ.

Erant autem plura Atria circa templum, primum erat Atrium ſacerdotum, & de hoc primo fit mentio in lib. regum. Erat igitur iſtud atrium platea grandis, ex omni parte circa templum diffuſa per quadrum, quæ præ foribus templi ad Orientem plurimum extẽdebatur, quia ibi erat altare æneum vbi à ſacerdotibus immolabantur id eſt incendebantur animalia in ſacrificium, hoc altare erat longitudinis viginti cubitorum, & totidem latitudinis, vnde & quadrum, altitudinis decem. Erátque vacuum deſuper craticulatum, vnde infra deſcendebant cineres, quæ euacuabantur per oſtium, quod infra erat. Et mare æneum, & luteres. Circa vero latera templi duo ſcilicet ad aquilonem & meridiem, non erat ita lata illa platea ex parte occidentis, ſed adhuc ſtrictior, huius plateæ ex omni parte pauimentum vario marmore ſtratum & variis imaginibus figuratum, hoc autem Atrium cingebat murus breuis altitudinis trium cubitorum, coopertum tabulis cedrinis per gyrum, vt cæteros à miniſtris ab ingreſſu huius atrij prohiberet & ad hunc parietem appodiabant ſe pſallentes, & conuerſi ad populum ſuper hunc inclinanti loquebantur, hic ambitus muri proprio nomine vocabatur Gyon. Vnum ſolum introitum habebat ad Orientem contra portam templi habens aperturam viginti quinque cubitorum. Vſque ad hunc introitum aſcendebant viri & mulieres deferentes oblationes ſuas ad miniſtros ſibi occurrentes, & aſcendebant per vigintiquatuor gradus, intra iſtud atrium

Atria templi. — 3. Reg. 6.

A. M. 2990.

erat vt dictum eſt: non ſolum altare æneum longe maioris quantitatis quam illud quod Moyſes fecerat, quod quidem in aliqua parte atrij ſeruatum fuit. Erat & mare ęneum ad modum caldarię decem cubitorum à labio vſque ad aliud labium, econtra rotundum erat: eius ambitus triginta cubitorũ erat. Et poſuit illud ad dexterã partem templi ſuper duodecim leunculos æneos, & ibi ſacerdotes manus & pedes lauabãt miniſtraturi, fecit etiã decem luteres æneos, id eſt conchas quinq; ad dexteram, & quinq; ad ſiniſtram, vbi lauabantur carnes animalium, quæ cõburebantur ſuper altare æneum, prius tamen exteriora animalium lauabantur in probatica piſcina quæ erat in Hieruſalem. Erat exinde ſub iſto aliud atrium longe maius ex omni parte, quod circũibat ex omni parte templum continens in ſe primum, & murus ambiẽs ipſum erat in altitudine vigintiquinque cubitorũ, & ex parte occidẽtali templi nullam habebat portã, ſed clauſus erat totus. Ex parte vero meridionali habebat quatuor portas & ſimiliter ex parte aquilonari. Ex parte autem orientali ſcilicet ante faciẽ templi erat in medio porta quæ dicebatur ſpecioſa, in angulis autem huius partis duæ portæ paruæ, & ex his tribus partibus ſcilicet aquilonis, meridiei & orientis, erat porticus, vbi manebãt homines tempore pluuiarum. Nam aere ſereno manebant ſub dio ad orandum. Solum autem mundis viris licebat manere in hoc atrio. Hoc atrium laicorum in euangelio dicitur templum, in quo Chriſtus prædicabat ſæpe. Et ex partibus oriẽtalibus atrij manebant nũmularij, & vẽdentes animalia offerenda: quos Chriſtus dicitur eieciſſe de tẽplo id eſt de hoc atrio. Erant autem in porticibus & circa portas huius atrij diuerſæ capſæ pro oblationibus. Vna dicebatur Muſach, vbi recipiebantur oblationes regum & aliorum etiam ſed in feſtiuitatibus. Alia dicebatur corbona vbi mittebantur oblationes ſacerdotum & votiua. De qua dixerunt de triginta argenteis, non licet eos mittere in corbonam. Tertia, quæ dicebatur proprie gazophylacium vbi mittebantur oblationes pauperũ, & quotidianæ, vel ad vſus pauperum. In lateribus autẽ huius atrij ſcilicet auſtrali & meridionali in porticibus erãt paſtophoria id eſt loca ſeparata in quibus comedebãtur à laicis mundis quæ eis contingebant de ſacrificiis animalium. In porticibus etiam illis erant tria genera ſedilium, prima dicebãtur cathedrę, vbi ſedebant doctores in gymnaſio. Secunda dicebãtur ſynedræ, vbi auditores in conſiſtorio. Tertia exedræ, vbi aſſeſſores cum iudice ad aliquid retractandum ſecrete ſecundum Iſid. Sub hoc atrio erat aliud ſeu tertiũ atrium in decliuiori parte montis, quod etiam erat maioris circuitus, quam contineret ſecundũ, ſed non erat tãtæ venuſtatis, & erat eiuſdẽ cõpoſitionis cum ſecundo ſed nõ tanti ornatus. Ibi orabant & manebant mulieres mundæ tantũ. Sub hoc erat & quartũ atrium cuius murus per circumitum ab extra erat in radice collis huius. Et aſcẽdebat quadringentis cubitis vſq; ad verticem tantum collis vbi templũ erat ſitum. Et ita hic murus non prohibebat aſpectum templi, nec eorum qui miniſtrabant in atrio interiori, hic orabãt immundi viri & mulieres & Gẽtiles qui veniebant ad orandũ in templo. Primũ atrium ponitur in 3. Reg. c. 6. & 7. Secundum ponit Ioſephus. Alia duo ponit Vincen. in ſpecu. hiſto. vt dictum eſt. Fecit quoque fieri Salomon multa vaſa in vſum templi, aliqua aurea, aliqua argentea, aliqua ænea vel de orichalco. Dicitur etiam in 3. Regum 6. cap. quod in cõſtructione ipſius templi malleus & ſecuris vel aliud ferramentum non ſunt audita, ita prius omnia poliebantur. Erant quoque in templo multæ ſculpturæ Cherub, & palmarum in parietibus & in columnis æris & diuerſis locis quæ cauſa breuitatis omiſſa ſunt.

[Margin: Mare æneum. — Probatica piſcina. — Porta ſpecioſa. — Ioan 3. — Corbona quid. — Quartum atrium. — Ioſeph li. 8. ciui. c. 2. — De vaſis tẽpli quæ fecit Salomon. cap. 7.]

A. M. 2990.

De domo autẽ quam ſibi fecit & vxori filiæ Pharaonis, & de domo ſaltus vbi tenebantur in inferiori parte aromata & pigmenta ad vſus tẽpli, in parte ſuperiori ſeu ſolario erant arma non ſolum ad pugnandum, ſed etiam ad oſtentationem & ornatum. Nam & ibi habebantur ducenta ſcuta aurea, & tricentæ peltæ aureæ vt rotellæ, has portabant domicelli Salomonis ante eum equitando cum egrederetur de domo in curru ſuo. Et circa hanc domum ſaltus in circumitu erat pulcherrimum viridarium. Cõummato autem templo, fecit deferri per Leuitas arcam domini in ſanctaſanctorum vniuerſo populo congregato cum maxima ſolennitate & innumeris victimis, faciẽs dedicationem templi ſeptem diebus, & impleuit nubes templum, & ignis deſcendit de cœlo ad comburendum holocauſta, quẽ nutriebat ſacerdos, mane & ſero imponens ligna, hic ignis extinctus eſt, quando Iaſon emit ſummum ſacerdotium, vt dicitur. 1. q. 1. ſicut eunuchus. Significabat templum iſtud Eccleſiam ſanctam per Chriſtum regem pacificum ædificatam, vt exponit Rabanus per ſingula ſuper lib. reg. Salomon autẽ orauit dominũ, vt exaudiret orantes in templo vel verſus templum, ſi longe eſſent pro diuerſis neceſſitatibus vel bellorum ſeu inimicorum eos perſequentium, vel peſtis vel famis vel ſiccitatis vel aliarum tribulationum, ſi tamen reuerſi ad pœnitentiam recognoſcerent peccatum ſuum, vt patet. 3. Reg. 8. Et in cap. 9. habetur quod dominus apparuit in ſomnis Salomoni dicens ſe exauditum, ſi tamen ambularet ipſe & populus in præceptis ſuis. Alioquin ſi declinarent ad Deos alienos exterminaret eos, & templum nomini ſuo factum abiiceret. Deditque Salomon Hiram regi Tyri qui per ſuos multum laborauerat pro ædificiis Salomonis viginti oppida in terra Galilææ pro remuneratione, omnes autem gentes Chananæorum fecit ſibi tributarias. De filiis Iſrael neminem voluit ſeruire ſibi, ſed conſtituit eos milites, miniſtros, & duces ſuos. Miſit quoque claſſem cum ſeruis Hiram regis Tyri in Ophir, inde aſportans multum aurum.

In ca. 10. dicitur quod regina [a] Saba audita fama Salomonis venit à finibus terræ, audire ſapientiam eius, & de omnibus quæ interrogauit, ei ſatisfecit. Videns autem ordinẽ domus & familiæ, & audiens ſapientiam, multum laudauit eum. Deruntq; alter alteri magna munera. Fecit quoq; Salomon thronũ eburneum, ad quem ſex gradibus aſcendebatur. Ponitur etiam quãtitas redditũum eius & magnificentia equitatus eius. Omnẽſq; vndique terrarum deſiderabant videre faciem eius.

In cap. 11. ſcribitur de laſciuia eius & punitione. Nã duxit vxores plurimas alienigenas contra man-

[Margin: De domo Salomonis. — Arca domini fertur in ſanctaſanctorum. — 2. Mac. 4. — Oratio Salomonis. — Regina Saba Salomonem conſulit. — Salomonis petulantia.]

a Makeda Aethiopum regina, è Saba Nili inſula, poſtea à Cambyſe Meroe appellata ad Salomonem venit, de lignis arborib. & cæteris reb. naturalibus præſertim auditura filium ex eo cõceptum nomine Meilich, deinde Dauidem regnandi iure fœminis ſublato regem renunciauit, & nobili imperio Pretoloannis (quod hodie etiamnum viget) principium dedit. Ex quo iam tot annos primo legem, deinde euangelium per Eunuchum & Philippum diaconũ præd catum ſeruant extremam manum adhibente Matthæo. ex hiſt. Aethiop.

datum

A.M. 1990.

A datum Dei, habuítque ſeptingentas vxores, & concubinas trecentas, quibus ardentiſſimo amore inhæſit, ita vt coleret Deos earum ad complacendum eis, propter quod iratus Deus ſuſcitauit circa finem vitæ eius diuerſa bella à finitimis. Hieroboam quoque, quem præfecerat ſuper tribum Ioſeph, occurrens Ahias propheta ſciſſo palliofuo nouo in duodecim partes dedit ſibi decem, dicens dominum ſibi dediſſe regnum decem tribuum Iſrael, tribum Iuda ſtirpi Dauid reſeruaſſe. Quod audiens Salomon quæſiuit occidere eum, ſed ille fugit in Ægyptum.

B De Salomone eſt varia opinio vtrum ſit ſaluatus, aliqui enim dicunt quod non, alij Hier. Amb. & Chryſ. quod ſic, quia pœnitentiam egit de ſuis laſciuiis & peccatis ante mortem, vnde & Hebræi librum eius Ecclesiaſten intitulant de pœnitentia Salomonis.

Hier. in c. 43. Eſa.

Geneb. atteſtatur.

cap. 12.

¶ *De regibus ſubſequentibus, iuxta ſeriem librorum. Regum & Paralippomenon.*

CAP. III.

Ioſeph. li. 8. anti. c. 3.

IN 12. capitulo habetur quod mortuo Salom. qui regnauerat quadraginta annis,

C & ex hoc apparet falſum eſſe quod dicit Ioſephus in lib. antiqui. videlicet quod regnauit triginta annis & vixit nonaginta quatuor cum in lib. Reg. 3. & in lib. Paral. 2. dicatur quod regnauit quadraginta annis cum filius eius Roboam ſumpſiſſet regnum populus Iſrael ad eum congregatus, rogauit vt minueret iugum patris id eſt collectas, qui poſt triduum ſpreto conſilio ſeniorum, qui fuerant cum patre, vt ſcilicet benigne reſponderet populo, ſecutus conſiliũ iuuenum in reſponſione fienda dure reſpondit, dicens magis ſe aggrauaturum populũ, & propter hoc ſecutum eſt ſchiſ-

3. Reg. 11. 2. Paral. 9.

Roboam rex Iuda. 4.

D ma in Iſrael. Et decem tribus quæ poſtea appellatæ ſunt Iſrael,[a] fecerunt ſibi regẽ Hieroboam, tribus Iuda cum Beniamin remãſit cum Roboam, & cum pararet ſe Roboam cum exercitu ſuo bellare cõtra Iſrael, dominus prohibuit per prophetã. Hieroboã autem regnãs ſuper Iſrael timens ne populus Iſrael vadens in Hieruſalem ad templum ſecundum mandatum legis, recederet à dominio eius, & reuerteretur ad Roboam, fecit duos vitulos aureos, vnum in Dan, aliũ in Berſabee finibus Iſrael collocans, præcepítq; vt illos adorarent in Deos.

Creatur Hieroboã rex Iſrael. 1.

E In cap. 13. venit quidam propheta de Iuda in Samariam à Deo miſſus, qui cum repræhẽderet regem Hieroboam ſtantem in altari ad immolandum idolis prænuncians regem naſciturum ex Iuda nomine Ioſiam, qui combureret oſſa ſacerdotum idololatrãtium ſuper illud altare, cum rex extẽdiſſet manum, innuens vt caperetur propheta ille, aréfacta eſt manus eius, & orante pro eo ſanata eſt manus. Et quia propheta ille comedit in illo loco contra mandatũ domini ſibi ſuper hoc factũ inuitatus tamen ab alio ſed falſo propheta prophetante ex parte domini vt comederet ſecũ, in via pergens ſuffocatus eſt à leone propter inobedientiam prædictam.

F In ca. 14. Infirmato filio Hieroboam vxor eius &

a Regnum Iudæorum in duo regna ſcinditur, Catholicum quod continebat Iudam Beniamin & Leui. Nam Leuitæ antea per totam diſperſi Iudæam ſeſe receperunt ad legitimum Eccleſiæ locum, & hæreticum, quod decem alias tribus continebat, retinuit circunciſionem, & alios fere ritus Moſaicos, niſi quod eos ſubinde variabat nouis & peregrinis aliarum gentiũ ritib. Geneb.

A.M. 1990.

A mater pueri in habitu ſimulato acceſſit ad Ahiam prophetam præ ſenectute non videntem, ſed in ſpiritu cognouit eam, manifeſtans quæ eſſet, & indicans ei mortem pueri, ac repræhendens virum eius de idololatria.

Roboam autem filius Salomonis regnauit ſuper Iudam ſeptemdecim annis & idololatrauit cũ populo ſuo, propter quod rex Ægypti venit Hieruſalem & prædatus eſt omnes theſauros templi & regiæ domus. Sed & bellum habuit ſemper cum Hieroboam.

B In ca. 15. mortuo Roboam regnauit ſuper Iudam filius eius Abia tribus annis, fecítq; malum in conſpectu domini cum populo ſuo. Mouit contra eum bellum Hieroboam rex Iſrael habenſs in exercitu ſuo octoginta millia bellatorũ & Abias quadraginta millia. Et cum exercitus Hieroboam ex parte ante & poſt ex inſidiis bellarent contra Abiam, ipſo Abia ſe domino cõmendante & fiduciam habente, extertuit dominus exercitum Hieroboam, & cæſa ſunt quinquaginta millia ex his vt habetur 2. paral. 13.

Mors Roboam.

Abia rex Iudçorũ 5.

Mortuo Abia regnauit filius eius Aſa. 42. annis

C ſuper Iudã, qui abſtulit effœminatos de terra, & idola & matrem ſuam Maacha depoſuit de imperio, vt non eſſet princeps in ſacris Priapi. Mortuo autem Hieroboam, qui regnauit vigintiduobus annis ſuper Iſrael, regnauit filius eius Nadab duobus annis, quem interficiens Baaſa cum omni progenie ſua regnauit ſuper Iſrael quatuordecim annis. Aſa autem regnante & bene ſecundũ legem domini ſe habente, egreſſus eſt cõtra eum Zara Aethiops cum exercitu ſuo habens decies centena millia cum curribus trecẽtis. Ipſe autẽ Aſa cum exercitu ſuo obuians ei, dominũ inuocauit, qui exterruit Æthiopes & verſi

Aſa rex Iud. 6.

Moritur Hieroboam.

Nadab rex Iſrael 2.

Baaſa rex Iſia. 4.

D ſunt in fugam, vt habetur. 2. paral. 14. Azarias autem propheta reuertenti à prælio cum victoria Aſæ occurrit cõfortans eum, prophetãs de tempore circa finem mundi. vt habetur. 2. paral. 15, Anno autem. 36. regni Aſa Baaſa rex Iſrael aſcendit in Iudã, & muris quærebat circũdare Rama, vt includeret Iudam, ita vt nullus poſſet illinc ingredi vel exire, propter quod Aſa territus, accepta magna quãtitate auri & argenti de theſauris templi Benadab regẽ Syriç vocauit in adiutoriũ ſuum cõtra Baaſa. Quo veniente & inuadente ciuitates Iſrael, Baaſa fuit compulſus omittere ædificiũ inchoatũ, vt regi Syriæ reſiſteret,

E & interim de materia ibi præparata ædificauit ſibi Gabaa & Maſpha. vt habetur. 3. Reg. 15. Ad quod additur. 2. Para xvj. quod Hanani propheta ex parte domini repræhendit eum, quod habuiſſet magis fiduciam in homine quam in domino. Aſa autem iratus ex hoc poſuit prophetam in neruum, infirmatúſque Aſa dolore pedũ vehementiſſimo per annũ & vltra, non quæſiuit dominũ in infirmitate ſed magis confiſus eſt in arte medicorum, mortuo autẽ eo & cum magna pompa ſepulto, regnauit Ioſaphat ſuper Iudã filius eius. Mortuo autẽ Baaſa vt habetur. 3. Reg. 16. regnauit filius eius Hela in Iſrael duobus annis.

Aſa moritur.

Ioſaphat rex Iudæ. 7.

Ela rex Iſra. 5.

F Quẽ temulentum effectũ occidit Zambri dux partis exercitus eius, & omnẽ domum eius deleuit, hic autem regnauit ſeptem diebus. Cúmq; eum obſideret in Therſa Amri dux exercitus Iſrael, ipſe Zãbri cernens expugnationem vrbis, ſuccendit ſe cum palatio ſuo, diuiſúſq; eſt populus Iſrael in duas partes, quarũ vna ſequebatur Thebin vt faceret eum regẽ, alia prædictum Amri, ſed præualuit pars quæ ſequebatur Amri, & factus eſt rex Iſrael, qui regnauit duodecim

Zãbri rex Iſr. 6.

Amri rex Iſra. 7.

Aſcha 8.

A. M. 3031

duodecim annis.Eóq; prauo mortuo,regnauit filius (A) eius Achab anno tricesimooctauo regni regis Aſa, & regnauit vigintiduobus annis. Vxor autem eius fuit Iezabel filia regis Sidoniorum peſſima mulier, dedita idololatriæ Baal cũ viro Achab. Ioſaphat aũt rex Iuda tertio anno regni ſui miſit ſacerdotes & Leuitas per regnũ Iuda ad docendũ populũ legem domini. Omneſq; gentes in circũitu timebant eum, & Philiſtiim & Arabes,habebátq;in exercitib.ſuis vndecim cẽtena millia & quadraginta millia militũ.

Iezabel mulier peſſima. *Exercitus regis Ioſaphat numeroſiſſimus.*

In ca.17.vſq;ad 18.habetur de Helia,de quo nihil in paralip.præcipiente Helia Thesbite,ꝙ non plueret (B) in Iſrael niſi de mãdato dñi abſcõditus eſt Helias in torrente Carith, vbi coruus deferebat ei panẽ & carnes mane & ſero. Et deficiente aqua torrentis, miſſus eſt in Sareptã Sidoniorũ ad mulierem viduã: quæ pauit eum tẽpore famis, nec defecit eius pugillus farinæ & parum olei, ſed ſuffecit ſibi, & filio, & Heliæ, qa primo pauit Heliã de illo modico. Ægrotauit autẽ filius illius viduæ & mortuus eſt: ſed Helias reſuſcitauit.& dicitur hic fuiſſe Ionas propheta.

Heliç miracula. *Helias ſuſcitauit puerum. & de alia eius geſtia.*

In c.18.Mittente Achab rege Iſrael Abdiam prophetam diſpenſatorem domus ſuæ ad quærendum (C) herbam pro equis,occurrit ei Helias, qui dixit ſibi, quod indicaret hoc Achab:hic Abdias pauit cẽtum viros colentes Deum & abſcondit à facie Iezabel, cum interfici iuſſit prophetas domini, veniente autem Achab ad Heliam iuſſit,vt congregaret,omnes prophetas Baal quadringentos quinquaginta & vnũ & ſacerdotes lucorum quadringentos & omnem populum Iſrael in monte carmeli. Quo facto, Helias dedit populo optionem, vt ſi prophetæ Baal facerent ſuis inuocationibus ignem de cælo deſcendere ad comburendum ſacrificium ſcilicet vnum bouem Baal populus adoraret. Si autem hoc nõ poſſent,& ipſe hoc ageret Deum ſuum (D) adorarent. Cum autem ſacerdotes Baal diu inuocantes eum nil facerent. Helias, breui oratione,fecit ignem deſcendere,qui combuſsit ſacrificium,ex quo totus populus adorauit, & confeſſus eſt Deum Heliæ. Quo facto Helias occidit omnes illos prophetas Baal in torrẽte Ciſon.Fecitq; exinde per orationẽ ſuam magnam pluuiam ſuperuenire poſt tres annos & dimidiũ,quo tẽpore non pluerat ſuper terram, & reuerſus eſt Achab domũ Helia præcedẽte.

Helias prophetas Baal occidit.

In c.19.Iezabel audita occiſione ſuorum prophetarum miſit nuncium ad Heliã comminans ei mortẽ (E) die ſequenti. Quod timens Helias perrexit in deſertum,& obdormientẽ ſub iunipero Angelus excitauit, hortãs vt comederet panẽ ſubcinericium ſibi miſſum à Deo:in cuius fortitudine ambulauit vſque ad montem Dei Oreb:vbi habuit mirabilem viſionem,ſibique mandauit vt inde proficiſcens inungeret Heliſęum in prophetam pro ſe:ꝙ & fecit inuento eo cũ duodecim aratoribus, qui ſecutus eſt eum.

In c.20.Benadab rex Syriæ collecto exercitu ſuo, & trigintatribus regibus eum adiuuantibus, venit contra Achab regem Iſrael in prælium, & dominus per prophetã prædixit victoriam. Quod & factum (F) eſt illis fugatis. Iterum infra annũ reſtaurato exercitu venit rex Syriæ contra Iſrael bellum mouens in vallibus, dicentibus Syris,quod Dij montium erant Dij Iſrael, ideo victi prius fuerant. Sed debellatus eſt exercitus Syriæ occiſis centum millibus de eis,& ad decem & ſeptẽ millia, qui remãſerant fugientes in ciuitatem,murus ciuitatis ruẽs oppreſsit eos. Benadab autẽ rex Syriæ occultans ſe,miſit nuncios indutos cilicio & cinere aſperſis capitibus petens miſericordiam,quod Achab fecit eum dimittens liberum. Quod propheta quidam redarguit in habitu ſimulato, & ſub parabola dati alicuius in cuſtodiam ſub pœna mortis ſic concluſit, quod quia dimiſerat Benadab dignum morte, ipſe & populus ſuus Iſrael eſſet pro eo ſcilicet periturus.

Victoria regis Iſrael cõtra Benadab regẽ Syriæ.

M. A. 2689.

In c.21.Naboth Iezrahelites cum haberet vineã prope domũ regis Achab, voluit ipſe Achab,& requiſiuit Naboth,vt venderet ſibi vineam pro horto faciendo. Qui cum noluiſſet ei acquieſcere,contriſtatũ ſuper hoc, vxor ipſius Achab Iezabel hoc audiens conſolata eſt eum,& procurauit per falſos teſtes ipſum Naboth accuſari de blaſphemia Dei,quo facto ille innocenter lapidatus eſt. Et cum Achab iuiſſet ad capiẽdum vineam Naboth,dominus miſit ad eum Heliam, qui prænunciaret ei exterminium eius,& domus ſuæ propter tale ſcelus.

De Naboth viro bono.

In c.22.Achab humiliato exterius ex redargutione Heliæ,dominus dixit quod ſententia differretur. Ioſaphat autẽ rex Iuda cũ eſſet factus gener Achab, pergens ad viſitandũ eum in Samariã acceſsit. Qui cum vellet ire ad recuperandã Ramoth Galaad ſibi ablatam à rege Syriæ, requiſiuit Ioſaphat ad eũdem ſecum in prælium,cui rei aſſenſit,admonens tamen eum Ioſaphat,vt prius cõſuleret dominũ ſuper hoc. Vocatis autẽ quadringentis prophetis Baal conſuluerunt,ꝙ iret & dominus traderet ei terram illam. Sed cum Ioſaphat peteret conſiliũ haberi à propheta domini, adductus eſt Michæas propheta, vt ipſe ſuper hoc reſponderet,& adiuratus vt diceret veritatem,prænunciauit ſibi ibi occidendũ in bello, exprimens viſionẽ de modo deceptionis eius per falſos prophetas.Et propter hoc Micheas percuſſus eſt in maxilla à Sedechia falſo propheta, & iuſſu regis miſſus in carcerem ad panẽ & aquam. Pergentibus autẽ ad bellũ ſimul rege Iuda & Achab rege Iſrael contra Syros,vulneratus eſt Achab in bello & inde mortuus. Additur in 2.Paral.c.19. quod reuertente Ioſaphat Hieruſalẽ Iehu propheta repræhẽdit eum de amicitia contracta & auxilio cum impio Achab rege Iſrael, propter quod meruit iram domini,niſi opera eius bona pacaſſent dominũ. Ponitur etiam ibi magna diligentia eius, quam habuit ad dirigendum populum ad legem ſeruãdam, ponens iudices per ciuitates,admonens facere iuſtitiam cunctis.

Et in c.17.dicitur ꝙ mittebat ſacerdotes per ciuitates cũ lege Dei ad inſtruendũ populũ,propter quæ erat in magna veneratione & timore apud oẽs etiã finitimas nationes & in diuitiis & magna gloria.

Ioſaphat regis in lege propaganda ſtudium.

In c.20.Paral.habetur ꝙ Ammonitæ & Moabitæ & Syri gentes innumerę venerunt ad pugnã contra Ioſaphat.Qui indixit ieiuniũ populo & excitauit ad orandũ Deum, populo autẽ cõgregato in Hieruſalẽ ad orandũ ipſo exhortãte ad confidendũ in Dei adiutorio,quidam propheta ſcilicet Iahaziel & ex parte Dei prædixit eis victoriam cõtra inimicos. Vnde confortati accedentes contra hoſtes canentes tubis & laudantes dominum dicentes. Confitemini domino &c. ipſi hoſtes contra ſe inuicem dimicantes ſeinuicem occiderunt, quibus omnibus interfectis tribus diebus continuis totus populus occupatus eſt ad detrahendum ſpolia,laudantes Deum.

§. I.

IN quarto libro Regum primo capitulo habetur ꝙ mortuo Achab regnauit pro eo in Iſrael filius eius Ochozias,regnauitq; duobus annis,male ſe habens ſicut pater eius. Infirmatus autẽ miſit ad cõſulendum Beelzebub, ſi euaſurus erat de infirmitate.

4.lib.Reg. ſumma. *Ochozias rex Iſrael 9.*

Quibus

A. M. 3990. Quibus euntibus obuiauit Helias propheta dicens eis ex parte Dei, quod reuerterētur ad dominum ſuū ſignificādo quod nō ſanaretur, ex eo quòd miſiſſet ad conſulendū Beelzebub, & non Deū verū. Quod cum enunciaſſet depræhēdens ex ſignis quibuſdam, ꝙ eſſet Helias, miſit pro eo vnū quinquagenarium cum quinquaginta viris. Qui accedens ad eum vocandū conſumptus eſt cum ſuis ab igne de cælo deſcendēte ad preces Heliæ. Miſſo ſecundo quinquagenario cū ſuis, idem eis euenit. Tertius miſſus cum humiliter ſe ei recōmēdaret, ne ei accideret ꝙ aliis, iuit Angelo admonente cum eo ad regē, & intimauit illum moriturum, quod & factū eſt, & regnauit pro eo frater eius Ioram.

Iorā rex Iſrael 10. Hoc regnante vt habetur c. 2. cum Helias iter faceret cum diſcipulo ſuo Heliſæo, venientes ad Iordanis fluuium, percuſſis aquis pallio Heliæ facta via per mediū tranſierunt. Miraculū Heliæ. Quo tranſacto dixit Helias Heliſęo, vt peteret quod vellet antequam tolleretur ab eo. Qui poſtulauit duplicem ſpeciem eius, id eſt faciendi mirabilia & prophetādi. Reſponditq; ei ſe hoc recepturū, ſi eum videret cum tolleretur ab eo. Sermocinātibus autē ſimul apparuit currus igneus cum æquis igneis, in quem Helias aſcendens aſ- Helias in cælum aſſumitur. ſumptus eſt in cœlū: id eſt in Paradiſum terreſtrem, vbi [a] viuus permanet cum Enoch vſq; ad tempora Antichriſti: [b] cōtra quē deſcendet ad prædicādum.

Heliſæo autem vidēte & clamāte pater mi [currus & Iſrael auriga eius nō viſus eſt amplius ab eo] accepitq; palliū Heliæ, ꝙ ei ceciderat, & reuertens ad Iordanē tangendo ipſas pallio ſecūda vice aquæ diuiſę ſunt. Veniēs autem ad habitandū in Hierico, ibi ad preces habitatorū loci ſanauit aquas peſſimas illius loci miſſo in eis vaſe nouo fictili cū ſale in eo. Et exinde cum aſcenderet Bethel deridentibus eum pueris, & dicentibus, Aſcende calue: maledixit eos, poſt ꝙ duo vrſi de ſaltu egreſſi lacerauerūt quadraginta duos ex illis pueris. Ioram autem filius Achab vt habetur 3. c. cum regnaret cū rege Iuda Ioſaphat, & rege Edon bellum mouit contra regem Moab, quia ceſſauerat à tributo conſueto ei ſoluendo, pergentib. cū autē exercitibus ſuis deficiēte eis aqua, acceſſerūt ad Heliſæū conſulendū, qui adducto pſalte corā eo cū caneret prophetauit dicens, eis ꝙ foderēt in torrente ibi exiſtēte & aquas inuenirent, quod & factum eſt. Moabitæ autem parantes ſe ad pugnam, cum de mane vidiſſent aquas rubeas vt ſanguis, exiſtimantes ꝙ mutuo cōtra ſe bellantes illi reges cum ſuis ſe occidiſſent, acceſſerunt ad caſtra eorum pro præda aſportanda, contra quos pugnantes rex Iſrael cum ſuis debellauerunt eos, omnia vaſtantes & capientes vſque ad occiſionem ciuitatis Moab.

In c. 4. Heliſæus mulieri viduæ ſe ei recōmendāti pro debito viri ſui, mādauit, vt mutuo acciperet vaſa vacua, in quibus infunderet modicū olei, quod habebat. Quod cum feciſſet per filium, ſubito vaſa implebantur miraculoſe, de cuius pretio olei venditi ſoluit creditoribus debitū, de reſiduo viuēs cū filio. Exinde mulieri Sunamitę, quæ cū magna deuotione & liberalitate recipiebat eum in domum cum trāſiret per Sunam, impetrauit ei ſterili filium hoc prædicens. Qui natus poſt aliquod tempus mortuus eſt. Sed ad preces matris euntis ad eum & exponentis caſum acceſſit ad domum eius eum reſuſcitans. Exinde coctas herbas mixtas cum amara colloquintida, cum comederent filij prophetarum & ſenſiſſent amaritudinem, Heliſæus mitti iuſſit farinam in ollam, & dulcoratum eſt pulmētum, poſtea panes ſibi oblatos multiplicauit, vt comederent ex eo centum viri, & ſuperfuit de panibus. A. M. 3565.

De Naaman Syro leproſo. In ca. 5. Naaman princeps militiæ regis Syriæ factus leproſus acceſſit cum literis recommēdatoriis ad regem Iſrael, vt curaretur à lepra. Cum autem adueniſſet ad domum Heliſæi, iuſſit ei vt lauaret ſe ſepties in Iordane & mundaretur. Quod etſi prius indignans non acquieſceret, demum ad ſuaſionem ſeruorum pergens ad Iordanē & lauans ſe mundatus eſt à lepra, qui reuertēs ad Heliſæum cum multa ei obtuliſſet, nihil voluit accipere, ſed Giezi diſcipulus Heliſæi occulte acceſſit ad Naamā poſtquam receſſerat, & petiit ex parte Heliſęi quiddam ab eo portans ad domum ſuam. Quod ſcelus detexit Heliſæus, & propter hoc lepra percuſſus eſt.

Miraculū Heliſæi. In cap. 6. filiis prophetarum euntibus ad incidendum ligna cum Heliſæo iuxta Iordanem, vt facerēt ſibi cellulas, vni eorū excuſſum eſt ferrū ſecuris de manubrio in aquā demerſum, ſed Heliſæo mittente lignum in aquā ferrum enatauit, & illud reſumpſit.

Rege autem Syriæ pugnāte contra regem Iſrael, cum poneret inſidias ad capiendum, Heliſæus reuelabat ei inſidias. Quod cum audiſſet rex Syriæ, miſit exercitum ad capiendum Heliſæum, quos obſidētes domum Heliſæi, cum Giezi videret & dolēret, oratione Heliſæi factum eſt, vt videret mōtem propinquum domui plenum equis & in curribus igneis. Exercitus autem Syriæ paſſus eſt cæcitatem.

In c. 7. Heliſæus ipſe duxit illum exercitum Syriæ in Samariam ante regem eius, & aperti ſunt oculi eorum. Mandauit tamē regi, vt non percuteret eos, ſed eos cibis refectos dimitteret redire ad ſuos.

Obeſſio Samariæ. Benadab rege Syriæ obſidēte Samariam facta eſt fames valida, ita vt vna mulier conueniret cum alia de comedendo filio ſuo, & poſtea alterius ſimul, & cum comeſto vno alia nollet ſuū dare, poſuit querelam corā rege Samarię. Quod audiens iratus miſit nuncium ad decapitandū Heliſæum, quod ipſe prænunciauit ſociis. Venienti autem regi ad eum, prænunciauit maximam abundantiam futuram die ſequenti, quod & factum eſt. Nam dominus miſit ſonitum in caſtra Syrorum tanquam multarum gentium venientiū contra eos, quod timentes fugerunt omnes, omnia ſua relinquentes. Quatuor autem leproſi hoc perpendētes nunciauerunt in ciuitate Samariæ, qui priùs inquirētes ne inſidioſe hoc factum eſſet comperta rei veritate, omnes exierunt ad capienda ſpolia, vnde ſecuta eſt maxima abundantia victualium. Et quia non credidit vnus ex ducibus, conculcatus eſt in porta ciuitatis à multitudine & mortuus eſt.

In ca. 8. mulieri cuius filium reſuſcitauerat Heliſæus mandauit ipſe, vt tempore illo famis peregrinaretur. Cui reuertenti rex mandauit reſtitui agros ſuos audito à Giezi, quomodo filiū eius reſuſcitauerat Heliſæus. Exinde Benadab rex Syriæ miſit Hazael ad Heliſæum cum eſſet infirmatus ad inquirendum, ſi ſanaretur. Heliſæus autem prædixit ei, quod eſſet regnaturus in Syria, & multa mala facturus Iſrael. Qui reuerſus dixit ꝙ ſanaretur ſed die ſequenti ſuffocauit

a Helias ante decimum octauum annum regni Ioſaphat tranſlatus in cœlum, miſit cælitus litteras ad Ioram regem Iuda filium Ioſaphat, in quib. fata eius explicabat. 2. paral. cap. 21. & Ioſeph. lib. 9. Antiq. cap. 2. ita ſanctis mortuis res viuorum curæ ſunt.

b Septem homines dantur qui mundi durationem continenti ſerie metiuntur: Adam, Mathuſalem, Sem, Iacob, Amram, Ahias Silonites & Helias, qui adhuc ſuperſtes eſt. Geneb. ex Seder olei.

A.M. 3065. ſuffocauit eum,& regnauit pro eo. Receſſit autem Edon à Iuda,& cõſtituit ſibi regem tempore Ioram regis Iuda qui regnauit octo annis, cuius vxor fuit Athalia filia Achab regis Iſrael. Qui & occidit omnes fratres ſuos filios Ioſaphat, vt dicitur. 2. paral.21. Cui propter peccata ſua ſuſcitauit Deus Philiſtæos & Arabes cõtra eum, qui vaſtauerunt terram Iuda, & diripuerunt ſubſtantiam regis, & cœperunt filios & vxores. Ipſe quoque infirmatus plaga inſanabili, per biennium paulatim egeſſit viſcera ſua. Mortuo autem eo regnauit Ochozias filius eius pro eo.

Ioram rex Iuda.8.

Ochozias rex Iuda 9.

In ca.9. Heliſæus mandauit vni ex filiis prophetarũ, vt iret in Ramoth Galaad, quã obſidebat princeps exercitus Iorã regis Iſrael nomine Iehu, quem prænũciaret regem Iſrael qui delere deberet omne ſemen Achab ex præcepto Dei, quod & fecit. Referente autem Iehu hoc exercitui, omnes acceptauerunt eum in regem. Ipſe autẽ Iehu cum exercitu ſuo acceſſit in Iezrahel vbi erat rex Ioram infirmus ex vulnere ſuſcepto in Ramoth à Syris, contra quos bellabat: & Ochozias rex Iuda illuc venerat ad viſitãdum eum. Cum autem audiſſet Ioram, quod Iehu veniret in Iezrahel, ipſe & Ochozias exierunt ei obuiã, & Iehu ſagitta percuſsit eum & occidit, & regẽ Iuda fugientem inſecutum occidi fecit. Intrans autem ciuitatẽ Iezrahel, Iezabel matrẽ Iorã de feneſtra domus reprẽhendentẽ eum prẽcipitari a ſeruis fecit.

Iehu rex Iſrael.11.

Iehu regis Iſrael opera.

In cap.10. homines ciuitatis Samariæ ad requiſitionem ipſius Iehu, occiderunt ſeptuaginta filios Achab, qui erant in Samaria, & capita eorum miſerunt ad eum in cophinis, pergens inde Iehu in Samariam, & obuiam in via fratribus Ochoziæ regis Iuda quadragintaduobus, eos omnes occidi fecit, poſtmodũm ſimulauit Iehu ſe velle colere & honorare Baal pluſquam fecerat Achab. Vnde & congregari fecit prophetas & ſacerdotes Baal pro ſacrificio ſolẽni ei exhibẽdo, quib. & veſtes dari fecit, vt bene diſcernerentur à cæteris, & expleto holocauſto omnes ſacerdotes Baal fecit occidi, & templum Baal deſtruxit, faciens latrinas. Regnauit autẽ Iehu ſuper Iſrael vigintiocto annis, ſecutus tamen eſt idololatriã & peccata Hieroboam. Pro iſto autem Zelo exercitato pro Dei honore fuit ſibi promiſſa continuatio regiminis in Iſrael vſque ad quartam generationem.

In cap.11. Athalia mater Ochoziæ audiens filium occiſum, vt regnaret ipſa ſuper Iudam, occidit omne ſemen regium, id eſt filios Ochoziæ, qui vno tantum anno regnauerat in Iuda. Sed dum occiderentur ipſi filij Iochabeth ſoror Ochoziæ & vxor Ioiadæ ſummi pontificis, furata eſt vnum ex filiis Ochoſiæ, & occultauit ſeptẽ annis quibus regnauit Athalia in Iuda vocabatur autẽ Ioas. Septimo igitur anno ætatis ſuæ Ioiada manifeſtauit quibuſdam filium regis, ordinem tradẽs ad occiſionem Athaliæ, quod ſecutum eſt, & Ioas ab omni populo ſuſceptus eſt in regem. Ingreſſuſq; eſt omnis populus terræ templum Baal & deſtruxerunt aras eius & imagines contriuerunt valide, Matham quoque ſacerdotem acceperunt coram altari. Lætatuſque eſt omnis populus terræ & ciuitas conquieuit. Athalia autem occiſa eſt gladio in domo regis ſeptẽmque annorum erat Ioas cum regnare cœpit.

Athalia regina Iuda 10.

Ioas rex Iudæ.11.

In cap.12. regnauit Ioas quadraginta annis ſuper Iudam, & recte ſe habuit omnibus diebus quibus eum docuit Ioiada ſacerdos, qui reparare fecit domum domini & vaſa eius, arguens ſacerdotes de negligentia huius mortuo autem Ioiada centeſimo &

A vigeſimo anno ætatis obſequiis & adulationibus principum delinitus Ioas, receſsit à via Dei, propter quod reprehendens eum & populum de tranſgreſſionibus eorum Zacharias propheta filius Ioiadæ prẽfati, lapidatus eſt in atrio templi iuſſu regis Ioas, vt additur. 2. paral. 24. & ibi ſubditur, quod euoluto anno venit rex Syriæ contra eum cum paucis, cum ipſe Ioas haberet maximũ exercitum, & capta magna præda & multis interfectis, & ipſo rege Ioas ignominioſe tractato receſsit, ipſúmque in languoribus dimiſſum interfecerunt ſerui ſui. In Iſrael au- A.M. 3111.
B tem mortuo Iehu, vt dicitur cap.13. regnauit filius eius pro eo Ioachas annis ſeptemdecim & ſecutus eſt peccata Hieroboã primi regis Iſrael. Quo mortuo, regnauit oIas filius eius pro eo annis ſexdecim. Et fecit malũ in conſpectu domini. Cum autem infirmaretur Heliſæus ad mortem, ipſe rex Ioas viſitauit eum dolens de eius morte. Dixit autem ei Heliſæus, quod percuteret terram ſagitta emiſſa de arcu. Quod cum feciſſet ter, & non amplius, iratus eſt Heliſæus dicens, ſi percuſiſſes quinquies aut ſexies deleuiſſes Syriam ex toto, nunc autem ter percuties eam. Et mortuus Heliſæus ſepultus eſt. Mortuũ au-
C tem cum portarent homines ad ſepulturam, videntes latrunculos venientes de Moab contra ſe, proiecerunt cadauer illud in ſepulchro Heliſæi, & ſubito reſurrexit mortuus ille.

Ioachas rex Iſrael 12.

Ioas rex Iſrael.13.

In regno autem Iuda mortuo Ioas vt habetur 4. Reg.14. regnauit Amaſias filius eius pro eo annis viginti nouem. Qui congregauit triginta millia hominum bellatorum de Iuda, & centum millia de Iſrael, vt procederet in bellum contra Edon. Sed propheta ex parte Dei ſibi dixit quod non duceret ſecum illos de Iſrael conductos, quia debellaretur. Et quamuis iam dediſſet ſtipendia centum talenta
D argenti eis cõdictis dominus erat ſufficiens ad eum reſtaurandum. Quod faciens & pergens cõtra Idumeos victoriam habuit viginti millia occidendo ex illis, reuerſus autẽ in Hieruſalem aſſumpſit in Deos ſuos idola Idumeorum quos deuicerat. Cúmq; propheta de hoc argueret eum, non audiuit eum, ſed comminatus eſt ei mortem, vt dicitur. 2. paral. 25. Mandauit autem Amaſias ad Ioas regem Iſrael, vt in quodam loco conuenirent, vt ſe inuicem viderẽt. Qui reſpondit vt maneret in loco ſuo, nec efferretur in ſuperbiã propter victoriam de Idumæis. Noluit autem acquieſcere, ſed venit in Bethſames, vbi Ioas rex Iſrael percuſſit Iudam, & regem Amaſiam
E captum duxit in Hieruſalem deſtruens muros eius quadringentis cubitis, & ablatis theſauris templi & domus regiæ, & acceptis obſidibus reuerſus eſt, in Samariam, Amaſias autem poſtea occiſus eſt, facta coniuratione contra eum à ſuis in Lachis. Mortuo autem Ioas rege Iſrael regnauit Hieroboam filius eius pro eo quadraginta & vno anno & fecit malum ſicut prẽdeceſſores ſui. Quo mortuo regnauit Zacharias filius eius pro eo ſex menſibus.

Moritur Heliſæus propheta.

Amaſias rex Iuda 11.

Hieroboã rex Iſrael. 14.

Zacharias rex Iſrael. 15.

In ca.15. Mortuo Amaſia regnauit in Iuda Ozias qui etiam dicitur Azarias filius eius pro eo annis quinquaginta duobus. Et vt dicitur 2. paral. 26. hic
F fecit multa bona, & habuit crebras victorias contra Philiſtẽos cõtra Arabes & Amonitas in exercitu ſuo habens trecenta ſeptem millia quingenta bellarorum, multumque magnificauit ciuitatem & ampliauit diuitias, ſed demum elatus in ſuperbiam, ingreſſus eſt templum ad offerendum coram domino incenſum, & arguenti eum Azaria, ſacerdotem comminatus eſt propter quod ſubito Ozias factus

Ozias rex Iuda.13.

Lepra Oziæ.

eſt

A.M. 3065.

eſt leproſus, toto tempore vitæ ſuæ vitam agens ſeparatã, & filius eius Ioatham regnabat pro patre leproſo. In Iſrael regnauit [a] Zacharias menſibus ſex, contra quem cõiurauit Sellum & occidit eum. Qui Sellum regnauit menſe vno in Samaria, quem occidens Manachez regnauit pro eo annis. 10. Quo mortuo regnauit pro eo Phaceias filius eius annis duobus, contra quem coniurans Phacee filius Romeliæ & occidens regnauit pro eo, huius tempore venit Theglatphalaſſar rex Aſſur contra Iſrael & cepit Galileam & vniuerſam terrã Nephtalim, & multas ciuitates Iſrael, & homines illos trãſtulit in Aſſyrios. Coniurans autem Oſee contra Phacee occidit eum, & regnauit pro eo. In Iuda autẽ regnauit poſt mortem Ozie Ioatham filius eius pro ipſo ſexdecim annis. Fecitq́; quod rectũ erat coram domino, ædificauitq́; ciuitates & caſtra multa, & pugnãs contra Ammonitas fecit eos tributarios. vt additur 2. Par. 27.

Sellũ rex Iſrael 16.

cap. 16.

Achã rex Iuda. 15.

In quatto Regum c. 16. Ioathan de hac luce ſubtracto, regnauit Achã filius eius pro eo in Iuda, qui dedit ſe idololatriæ & filium ſuum conſecrauit per ignem. Cumq́; aſcendiſſet contra eum in prælium Phacee filius Romeliæ rex Iſrael, vt habetur 2. Para. 28. occidit in vna die de Iuda centum viginti millia bellatorum, & infinitam prædam ac ducenta millia puerorum & puellarum & mulierum duxerunt captiua in Samariam. Propheta autem quidam repræhendit eos de tanta crudelitate, præcipue de captiuis ductis, conſulens vt relaxerent, ne Dominus iraſceretur contra eos. Quod & fecerunt ipſos refectos & indutos ducentes in Hiericho ad ſuos. Rex autem Syriæ veniens contra Iudam fecit prædã magnam, & ſimiliter Philiſtæi & Idumæi. Iterum Phacee rex Iſrael & Raſim rex Syriæ venerunt contra Achab in prælium. Qui expolians templum domini, & domum ſuam miſit maxima munera ad Theglathphalaſſar regem Aſſyriorum vt veniret in adiutorium eius contra regem Syriæ. Qui veniens cepit Damaſcum ciuitatem regiam Syriæ, & occidit Raſim regem eius. Acceſſit autem Achab ad viſitandum Theglathphalaſſar, ad congratulandum de victoria. Qui cernens altare deorum Damaſci, iuſſit Vriæ ſacerdoti, vt ſimile altare faceret conſtrui in domo domini, vbi offerrentur ſacrificia, relicto altari Dei, quod & factum eſt ad idololatriã, vt habetur 4. Reg. 16. Sub iſto Acham rege condita fuit Roma à Romulo & Remo geminis in monte Auentino. vt dicetur infra.

Sub Achã rege fuit condita Roma.

Ezechias rex Iuda 16.

Migrante autem Acham peſſimo, vt habetur. cap. 17. regnauit Ezechias filius eius optimus in Iuda. Cuius tempore cum Oſee rex Iſrael regnaret poſt Pha-

A cee, & rebellare diſponeret [b] Salmanaſar regi Aſſyriorum, cui Oſee erat tributarius, venit contra eum Salmanaſar, & anno nono regni Oſeæ cepit Samariam, & Oſeæ gentem Iſrael totam transſtulit in Aſſyrios & Medos, relicta ſola tribu Iuda cum Beniamin. Et ponitur ibi diffuſe cauſam huius captiuitatis fuiſſe peccatum eorũ & obſtinationem præcipue Idololatriæ. Miſit autẽ rex Aſſyriorũ ad habitandũ in Samaria & partes illas homines de gente Babyloniorũ & aliarum nationum. Et quia non ſeruabant ceremonialia legis, immiſit dominus leones, B qui dilacerabant eos, propter quod rex Aſſyriorum miſit illuc aliquos ex ſacerdotibus Iſraelitis tranſlatis in captiuitatem, qui docerent cultum Dei ſecundum legem. Quibus hoc facientibus ceſſauit plaga. Et nihilominus cum hoc adorabant diuerſa idola. In c. 18. anno tertio, Oſee regis Iſrael regnare cœpit Ezechias in Iuda, & viginti nouẽ annis regnauit, & optime. Ipſe diſſipauit excelſa, & cõminuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregit ſerpentẽ æneum, quem fecerat Moyſes in deſerto, quæ omnia pertinebãt ad idololatriam: & non fuit ſimilis illi de cunctis regibus Iuda: rebellauit autẽ contra regem Aſſyriorum. C Aſcendit autem Sennacherib rex Aſſyriorum cõtra eum, ſed Ezechias rogauit eum, vt recederet impoſito ſibi quod vellet onere. Qui miſit ei trecenta talenta argenti, & triginta auri ab eo petita, accepto auro & argento quod erat in templo Domini & domo regis. Sed his non contentus, miſit oratores ſuos Hieruſalem ad perſuadendum Ezechiæ, & populo, vt ſe traderent regi Aſſyriorũ: quia non poſſet Deus eorum, liberare eos de manu Aſſyriorũ, ſicut nec dij aliarum gentium quas ſubiugauerat, potuerunt liberare eas, quoniã ſibi eas ſubiiceret, & multa alia in blaſphemiam Dei. In c. 19. Auditis his Ezechias ſcidit D veſtimẽta ſua, & inductus ſacco acceſſit ad templum ad orandum Deum, miſitq́; nuncios ad Iſaiam prophetam, vt oraret pro populo poſito in tanto periculo. Sed Iſaias confortauit eos, ꝙ non timerent regem Aſſyriorum, quia non caperet ciuitatem, ſed confuſus abſcederet, quod & factum eſt. Nam vna nocte angelus Domini interfecit centum octoginta quinque millia exercitus Sennacherib, hoc autẽ de mane ipſe cernens reuerſus eſt cõfuſus in Niniuem. Et cum adoraret in templo Dei ſui, occiſus eſt à filiis ſuis. In ca. 20. Egrotauit Ezechias vſque ad mortem, quod dicitur fuiſſe propter euectionẽ eius de tanta E victoria, vt dicitur 2. Paral. 33. vel propter ingratitudinem ſecundum Ioſephum: & dictũ eſt ei ex parte Dei ab Iſaia, ꝙ moreretur. Quo amariſſimè flente Iſaias ex parte Dei nunciauit veniam obtentam, nec moriturum tunc, ſed quindecim annos ſuperuicturum. Datúmq́; eſt ei ſignum ſanationis, retrogreſſio Solis decem gradibus in cælo. quod impletũ eſt. Qui ſanatus, fecit canticũ illud. Ego dixi in dimidio dierũ &c. quod habetur. Eſa. 38. In illo tempore miſit Metodach Baladam rex Babylonis literas, & munera ad Ezechiam ad congaudendum ei de ſanatione. Qui oſtendit eis omnes theſauros ſuos & res pretioſas. F Venitque Eſaias ad eum prænuncians ex parte Dei, quòd omnia, quæ viderant oratores regis Babylonis aſportarentur in Babylonẽ in futurum & filij eius. Sed & in principio regni ſui, vt habetur 2. Paral. 29. excitauit populum ad culturam veri Dei, & ſacerdotes ad officium eorum diligenter implendum, & ad laudandum Deum, & ſacrificia ſolennia offerenda. Et in c. 30. dicitur quòd miſit nuncios per omnes terminos Iſrael, à Dan vſq́; ad Berſabee, quòd omnes venirent

A.M. 3208.

Sennacherib rex Aſſyriorum.

De egritudine Ezechię.

Ezechiæ regis pietas.

a Inter hunc Zachariam, & ſequentem Sellum collocat Geneb. interregnum annorum octo, ſicut inter regem Phaceæ filium Romeliæ & Oſee vltimum Iſrael regem aliud nouem annorum interregnum collocat, idque vt tempora regum Iſrael & Iuda conſentiant.

b Salmanazar rex Aſſyriorum bis in Iſraelem expeditionem ſuſcipiens, bis populum Iſrael captiuum in Aſſyriam duxit. Nam primo initio regni Oſee vltimi regis Iſrael abduxit tribus Aſer, Iſſaſchar, Zabulon & Nephtalim in Aſſyriam, reliquos Iſraelitas tributarios faciens. Deinde cum rebellaſſet Oſee anno regni ſexto adeſt iterum Salmanazar & tribum Ephraim & dimidiam tribum Manaſſe in Aſſyriam abducunt: ſicq́; tres Iſraelis fuerunt transmigrationes, prima ſub Teglathphalaſſar, ſub Salmanazar duæ aliæ. Geneb.

A.M. 3208. venirent ad celebrandũ Phaſe domino in Hieruſalem, & ſolicitandũ vt reuerterentur ad pœnitẽtiam, vt Deus indulgeret eis. Et multi venerunt de diuerſis tribubus ad celebrandũ Phaſe. Et orauit Ezechias pro his qui nõ ſanctificati vt lex mandauit, faciebãt. Et non ſolũ de iuda ſed & de aliis tribubus acceſſit populus ad euertendũ idola, vt dicitur 2. Para. 31. Et ſerioſe ordinauit prouiſionem Leuitarũ in ſacrificiis & primitiis. Dormiuit demũ Ezechias cum patribus ſuis vt habetur. c. 31. Et regnauit Manaſſes filius eius pro eo cũ duodecim eſſet annorum. Quinquaginta quinq; annis regnauit in Hieruſalem faciens innumera mala, ædificauit excelſa quæ deſtruxerat pater eius. Fabricauit aras Baal, adorauit oẽm militiã cæli. Trãſtulit filium ſuum per ignẽ, ariolatus eſt, obſeruauit auguria & pythones, impleuit Hieruſalẽ ſanguine innocentũ. Secutuſque eſt eũ populus in omnibus ad tranſgrediendum legem Dei. Et (vt additur in 2. Paral. c. 33.) cum loqueretur dominus per prophetas ad eũ & populũ vt reuerterẽtur, noluerũt audire. Quinimo Eſaiã prophetam iuſſit Manaſſes ſecari ſerra lignea ad maiorẽ cruciatũ vt dicit Hiero. Propter quòd induxit dominus principes Aſſyriorum contra eũ, qui capientes victũ duxerũt in Babylonem in compedibus tenentes. Qui coanguſtatus valde in carcere illo orauit ad dominum & egit pœnitentiã valde coram Deo. Eſt eius humilis oratio in fine 2. Paral. Propter quod Deus miſertus eſt eius, & eduxit de captiuitate illa, reducendo in Hieruſalẽ ad regnũ ſuum. Qui reuertens abſtulit omnia, quæ pertinebant ad idololatriam & emendauit vitã ſuam in melius. Eo autem decedente regnauit Amon filius eius pro eo duobus annis in Hieruſalem, & fecit malum in conſpectu domini, cunctis idolis quæ fuerat fabricatus Manaſſes pater eius immolauit & ſeruiuit, nec eſt reueritus faciem domini ſicut Manaſſes pater eius, ſ. reuertẽs ad pœnitentiam. Forte vanam ſpem ſibi promittens circa ſenectutẽ reuerti ad pœnitentiam ſicut pater, ſed hæc ſpes eum fefellit, nam ſerui ſui coniurantes contra eum, occiderunt eum in domo ſua. Reliqua autẽ populi multitudo cæſis interfectoribus eius conſtituerunt Ioſiam filium eius pro eo, vt habetur 21. c. Octo annorũ erat Ioſias cum regnare cœpiſſet, & annis 31. regnauit optime, & in principio fecit inſtaurari ſartatecta templi. i. ruinas. Helchias autẽ Pontifex librum inuentum in domo domini. ſ. Deuteronomium miſit ad Ioſiam regem, quem cum feciſſet legere & audiret ex eo cõminationes domini contra tranſgreſſores legis, ſcidit veſtimenta ſua, timens valde iudicia domini, & præcepit Helchiæ, vt conſuleret dominum ſuper ſe & populum, conſiderans iram domini ſuper, eos deſcenſuram. Qui acceſſerunt ad Oldã prophetiſſam vxorem Sellum. Quæ reſpondit eis ex parte Dei, ꝙ omnia mala quæ legerant in libro legis ventura eſſent ſuper locum illum & habitatores eius, propter ſcelera eorum. Sed quia rex Ioſias timuerat & humiliauerat ſe coram Deo libro audito, in pace moreretur vt nõ videret ipſe mala illa. Fecit ergo Ioſias, vt habetur 4. Reg. 24. cõgregari omnem populum & legi librũ & percuſſit fœdus, ipſe & populus cum eo coram domino obſeruandi præcepta domini, & purgauit de templo omnem immunditiam idololatriæ, & deleuit aruſpices eos qui adolebãt incenſum Baal & ſoli & lunæ & duodecim ſignis cœli & omni militiæ cœli. Deſtruxit quoq; ædiculã effœminatorum, quæ erat in domo domini, & alia loca idolatriæ dedita. Inſuper acceſſit in Bethel, vbi Hieroboam fe-

[Left margin notes: cap. 21. Manaſſes rex Iuda. 17. — lib. 15 cõm. in Eſa. — Manaſſes in Babylonem ducitur. — Amon rex Iuda 18. — Iſaias rex Iuda 18. — Ioſias rex optimus. — Olda propheſſa. — cap. 23.]

A cerat altare idolis & deſtruxit, ſepulchrũ autem prophetæ, qui iuerat de Iuda ad arguendũ Hieroboã de idololatria ſuffocati à leone in via, qui etiã prophetauerat de nomine Ioſiæ & actu illo fiendo ab eo, iuſſit dimitti, & ſic egit in ciuitatibus Samariæ. Iuſſit etiam fieri Phaſe ſecundũ legem. Nec eſt factũ Phaſe tale à diebus iudicum qui iudicauerũt Iſrael, & omnium regũ Iſrael & Iuda, quod fecit Ioſias decimooctauo anno regni ſui, poſt hæc, vt dicitur, 2. Para. 35. aſcendit Nechao rex Ægypti ad pugnandũ in Carcamis, & Ioſias iuit contra eũ in prælium. Qui rex Ægypti miſit ad eũ nuncios ꝙ non veniebat contra eũ, B ſed dominus miſerat eum ad aliã gentem feſtinanter. ſ. regẽ Aſſyriorũ vnde deſiſteret eũ impedire, ne interficeretur. Qui Ioſias noluit audire ſermones Nechao ex ore Dei, ſed pergens contra eũ ad bellum in campo Maggedo vulneratus eſt à ſagitariis. Quod ſentiens dixit ſeruis ſuis, vt educerẽt eum de prælio, quia vulneratus erat grauiter. Et aſportatus de curru in currũ mortuus eſt in Hieruſalem, & luxerũt eum vniuerſus Iuda & Hieruſalem. Hieremias maxime, cuius omnes cantores & cantatrices vſq; in præſentem diem lamentationem ſuper Ioſiam replicant, vt ibi dicitur. Nechao autẽ rex Ægypti occiſo Ioſia, vt C habetur 4. Reg. 24. intrauit Hieruſalẽ, & Ioachan filium Ioſiæ quẽ populus cõſtituerat regem pro patre vinctum duxit in Ægyptũ, imponens tributũ terræ, centum talenta argenti, & vnũ auri. Inſtituit autem regem in Hieruſalem Heliachim, quẽ vocauit Ioachim fratrẽ eius & filium Ioſie. Ioachim iſte malus fuit, qui & regnauit vndecim annis. Et contra hunc venit rex Babylonis & tributariũ fecit. Sed cũ poſt triennium ſe rebellaſſet regi Babyloniæ venit cõtra eum in Hieruſalẽ. Anno 4. regni huius Ioachim Hieremias clauſus mãdauit Baruch filio Nerię, vt ſcriberet omnia quæ ſibi diceret ex parte domini, & legeret coram omni populo. Sententia autem ſcripturæ D erat, vt populus reuerteretur ad pœnitentiã, vt euaderet mala, quæ dominus cõminatus erat eis. Quo facto poſtea cũ legeretur coram Ioachim rege, ipſe rex dilacerauit librum ipſum & comburi fecit ſuper arulam plenam prunis, & quærere fecit Hieremiam & Baruch ad capiendũ. Propter hoc Hieremias prophetauit contra eum, ꝙ veniret rex Babylonis & cadauer eius proiiceret occiſum ad æſtum & gelu. Et iterum fecit dominus ſcribere eoſdem ſermones & plures alios, vt habetur Hier. 36. [Cũ ergo rex Babylonis vt dictũ eſt veniſſet in Hieruſalẽ, ſub iure fœ- E deris intrauit in eam. Sed cum intraſſet fidem non ſeruauit, ſed iuuenes quoſq; fortiſſimos occidit, vna cum rege eorum Ioachim, quem & ante muros inſepultum proiici iuſſit] Fecitq; filiũ eius dictum etiam Ioachim regẽ pro eo. Sed cũ receſſiſſet cogitans & timẽs, ne forte propter hoc more patris in vindictã ſe rebellaret, reuerſus eſt in Hieruſalem. At Ioachim timens, ad conſiliũ Hieremiæ egreſſus eſt ei obuiam cum matre ſua & multis aliis. [Et ſuſcepit eos rex Babylonis anno octauo regni ſui, & tulit vniuerſa vaſa aurea de domo domini, & theſauros domus regiæ, & tranſtulit in Babylonem cum rege & matre F eius, de domo circiter duo millia de principibus viris & robuſtis ſeptem millia] artifices & incluſores mille, & cum illis Danielem, Ananiam, Azariam, & Miſaelem, & Ezechielem prophetam cum Ioachim duxit captiuos in Babyloniam, etiam Mardocheum cum eis. Conſtituit autem in Hieruſalem regem alium filium Ioſiæ dictum Mathathiam, quem vocauit Sedechiam, qui regnauit vndecim an-

[Right margin notes: A.M. 3253. — Phaſe ſolenne factum à Ioſia rege. — Ioachim rex Iuda. 20. — Hier. 35. — Ioachim alter rex Iuda 21. — Hæc quæ videbantur deſiderari addidimus verbis Come. — Ex Come. — Ioachim rex in Babyloniam traducitur.]

A.M. 3341. cim annis in Hieruſalem. Fecitq; in conſpectu Dei malum & rebellauit contra Nabuchodonoſor cui promiſerat fidelitatem. In ca.25.anno autem nono menſe decimo regni ipſius Sedechiæ,aſcendit Nabuchodonoſor contra eum, & vallata ciuitate Hieruſalem præualente fame intra, capta eſt ciuitas anno vndecimo fugienté autem regem Sedechiam inſecuti ſunt Chaldæi,& captũ in Reblatha adduxerunt ad Nabuchodonoſor.Qui occidi fecit filios eius coram eo. Poſtea exoculatum & vinctum duxit in Babylonem, & Nabuzardã princeps exercitus Chaldæorum combuſſit templũ domini, aſportatis vaſis & ornamentis templi, domũ regiam & totam ciuitatem muroſq; eius diruens. Præfecit autem rex Babylonis his qui remanebãt Godoliã filium Ahicam. Venientibus autem quibuſdam qui euaſerant de nobilioribus.ſ.Hiſmaele filio Nathaniæ & aliis ad Godoliam promiſit eis ſecuritatem, Iohanã autem filius Chareæ inſinuauit Godoliæ, ꝙ caueret ſibi ab Hiſmaele,quia quærebat mortẽ eius, ſed Godolias non credidit ei, quod tamen ſecutum eſt. Nam Hiſmael doloſe occidit Godoliã & Iudæos & Chaldæos quos reperit cũ eo.Sequenti die cum hoc neſciretur, octoginta viros de Sichẽ & Samaria raſis barbis & ſciſſis veſtibus,qui veniebant ad offerendum in domo domini, ipſe Hiſmael plorans occurrit eis dicẽs ſe eos aſſociaturum ad Godoliam. Qui in medio ciuitatis occidit eos, exceptis decẽ, promittentibus ei manifeſtare theſauros in agro,frumenti,hordei,mellis & olei propter quod eos non occidit.Reliquias autem populi ſecum captiuas ducebat in terra Ammõ. Sed Iohanna filius Chareæ cum multis bellatoribus hæc audiens pergebat contra eum ad bellandum. Quod cernens Hiſmael dimiſit reliquas & fugit,& Iohanna reduxit in ciuitatẽ reliquas. Et cũ timeret Chaldæos propter mortem Godoliæ, rogauerunt Hieremiam , vt oraret pro eis & conſuleret dominũ ſi deberent remanere,vel in Ægyptũ ire. Qui reſpondit eis ex parte Dei ꝙ remanerent. Qui non acquieuerunt ei dicentes falſum, ex ſe cõfinxiſſe,& non à Deo habuiſſe,vt habetur Hie.43.Sicq; tranſlatus eſt Iuda, de terra ſua in Babylonẽ,& occiſis plurimis qui erãt ex principalioribus trãſtulit Nabuchodonoſor quatuor millia & ſexcentas animas in Babylonem cum Sedechia rege exoculato, & incarcerato,vt habetur Hier.52.Ipſe quos Hieremias, cum primo tranſlatus eſt.Ioachim rex in Babylonem prædixit,vt patet.25.c.Hier.ꝙ 70.annis debebat durare captiuitas illa in Babylonia,quibus expletis reducerentur in Hieruſalem. Vnde & multi pſeudoprophetæ,qui erant in Hieruſalem ſeducebant populum & Sedechiam regem dicentes ex parte Dei ſed falſo, eos qui iam captiui ducti erant cum Ioachim liberandos.Vnde & quidam Ananias nomine, falſus propheta in anno quarto Sedechiæ dixit publice ex parte Dei, ꝙ poſt duos annos exinde reducendus eſſet populus de Babylone ſimul cum Ioachim rege. Qui & cathenas ligneas quas portabat in collo Hieremias,ad ſignandum iugum ſeruitutis duraturum ſub Nabuchodonoſor cõfregit, pro quo dominus dixit ſibi ꝙ faceret cathenas ferreas, pro eis in ſignũ ſeruitutis ſub Nabuchodonoſor. Et quia Annanias prophetauerat nõ miſſus à Deo, ideo prædixit ſibi Hieremias illo anno moriturum.Quod & impletũ eſt,vt habetur Hie.28.

Sedechias rex Iudæ 22.

Hieruſalem capitur & Sedechias rex eius.

Quæ pertinent ad hiſtoriam captiuitatis ex Hieremia.

Deſtructio tẽpli. Iere.40.

Iere.41.

Hier.42.

Tranſmigratio Babylonis.

Idem etiam Hieremias, cum regnaret Sedechias ſcripſit his qui tranſlati erant iam in Babylonẽ cum Ioachim,ꝙ ædificarẽt domos,& plantarent hortos, & ducerent vxores in Babylone,& quærerẽt pacem

A Babylonis,& orarent pro ea,nec crederent prophetis,qui prænunciarent eis celerem liberationem eorum, quia non fieret niſi completis ſeptuaginta annis, prænuncians etiam ꝙ duo pſeudoprophetæ in Babylone,qui annunciabant Iudæis exiſtentibus in Babylonia,ꝙ cito eſſent liberãdi,ꝙ eſſent tradẽdi in manibus Nabuchodonoſor & publice occidendi,hi dicebantur Sedechias & Achab , & dicuntur vt habetur Hier. 29.c.hi fuiſſe illi duo iniqui ſenes qui accuſarunt Suſannã de adulterio,qui primo lapidati à populo , inde à Nabuchodonoſor frixi ſunt in oleo. Et quia Hieremias prædicabat ciuitatẽ capiendam à B Chaldæis, voluerũt pluries eum occidere,ſed diuerſis modis euaſit. Semel autẽ petentibus hoc principibus populi , conſenſit Sedechias rex vt poneretur in carcerem.Qui miſſus fuit in puteum vbi non erat aqua, ſed lutum, vt ibi moreretur,ſed Abdemelech vir Æthiops eunuchus regis hoc regi nunciauit, arguens malitiam eorum coram ipſo. Quem rex fecit inde educi, & ſecreto alloquens & interrogans perſuaſit ſibi, ꝙ ſponte ſe offerret regi Babylonis, & ſic non moreretur, nec ciuitas igni exponeretur, ꝙ ſi nõ faceret nõ euaderet. Et manſit in carcere Hieremias vſq; ad captionẽ ciuitatis. Tunc enim mandauit Na- C buchodonoſor eum liberari & humane tractari , & in libertate ſua dimitti,ſi vellet ire in Babylonẽ, vel remanere,vt habetur Hier.40.ducti autẽ ſunt in Babyloniam cum Ioachim rege Ezechiel propheta & Daniel, qui prophetauerunt ibi ſimiliter Ananias Azarias & Miſael, vt patet Eze.1.& Dan.1. Anno autem tranſmigrationis regis Ioach.37.Euilmerodach regnãs poſt Nabuchodonoſor in Babylone eleuauit Ioachim & eduxit de carcere, & poſuit thronũ eius ſuper thronos regum qui erant in Babylone,& cum eo comedebat, vt habetur Hie.52.prophetauit inſuper Hieremias deſtructionẽ Babylonis,vt patet Hie. D 50.&51.c.quod impletũ eſt tempore Balthaſar vltimi regis Babylonis,quando capta eſt per Cyrũ,& occiſus ab eo vt patet Dan.5. In tranſmigratione ergo Hebræorũ in Babylonẽ cum Sedechia vltimo rege, terminata eſt quarta ętas, quę inchoauerat in Dauid 2. & habuit viginti & vnũ reges de Iuda inchoando à Dauid. Et ſecundũ libros regum regnatũ eſt quingentis annis nõ plene, ſed ſecundũ Ioſephum quingentis viginti tribus, menſibus ſex, & diebus decem. Ab egreſſu autẽ de Ægypto poſt mille ſexaginta duos menſes ſex,& dies decẽ. Et fuerunt quindecim ſummi ſacerdotes per ſucceſſionẽ à [a] Sadoch quem in- E ſtituit Salomon vſq; ad patrem Ioſedech Saraiam, quẽ occidit Nabuchodonoſor. Prius autẽ.i.regnante Phacee filio Romeliæ in Iſrael , quod fuit anno ſecundo Oziæ regis Iudæ, Teglathphalaſſar rex Aſſyriorum venerat in Iſrael, & captiuas duxit duas tribus cum dimidia, quæ habitabant transiordanem, Galilæam quoque vaſtans , multos de Zabulon & Neptalim tranſtulit in Niniuem, & inter cæteros captiuos ductus fuit Thobias. Exinde nono anno Oſeæ, qui regnauit poſt Phaceẽ filium Romeliæ, & fuit vltimus regum Iſrael rex Aſſyriorum Salmanaſar deprehendens quòd Oſee contra eum rebella- F re diſponeret, quem ſibi prius fecerat tributarium

A.M. 3352.

Dan.3.

Hieremias mittitur in puteum. Hier 38.

Succeſſio ſacerdotum.

4.Reg.15.

Tres Iudæorum tranſmigrationes. Tobias.

a Quoniam ſucceſſio Pontificum maximũ eſt Eccleſiæ indicium, operæ pretium duxi eam ſucceſſionem quæ fuit tẽplo Hieroſolymitano primo vigente notare:hi ergo pontifices ſibi inuicem ſucceſſerunt. Sadoch , Achimas, Azarias, Abimelech, Ioachas, Ioarib, Ioſaphat, Ioiadas Pedæas, Sedechias, Ioel, Ioathan, Vrias, Nerias, Oſaias Sellum, Azarias & Seraias, omnes decem & octo.

A.M. 3341. venit contra eum, & cæpit eum, ac Samariā anno, ſ. ſexto Exechiæ, & trāſtulit in Aſſyrios ſeptem tribus Iſrael quæ remanſerant, nam aliæ tres iam tranſlatę fuerant. Sicq; remanſit tribus Iuda cum Beniamin, quæ etiam poſtea tranſlatæ ſunt in Babylonem, vt dictum eſt ſupra, & quia in libris regum emergunt quædam contrarietates ſecundum apparentiam in Com in hiſt. lib.4. Reg.c.47 computatione & callatione annorum regum Iuda & regum Iſrael, dicit Petrus Comeſtor in hiſt. ſcho. quòd vbi non inuenitur determinatio ſeu concordantia talis contrarietatis,[a] ſcriptorū hoc vitio credimus accidiſſe, qui in propriis nominibus & numeris ſæpe falluntur. Aliquæ aliæ determinari & concordari poſſunt vel per ſynecdochen, vel quia quidam regnauerūt ſimul cum patribus antequam ipſi ſoli regnarent. Vel quia fuerunt aliquando regna illa Syriæ regis. Et ſic ipſe plura contraria concordat in fine libri regum, vt ibi patet.

a Scriptorum vitio talem accidiſſe in annorum computatione diſcordiam non crediderim: ſed potius cogitanda in impio regno multa interregna, licet minime explicata fuerunt. Nam certam & indubitatam Deus voluit extare regni Catholici recenſionem, incertam & difficultatib. plenam regni hæretici, vt doceremur in hæreſ. omnia eſſe confuſa, incerta malorum plena vt de his hiſtoria liquida haberi non poſſit. Gene. in Chron.

¶ *De prophetiis David & Salomonis.* *CAP. IIII.*

Dauid ſummus propheta QVAMVIS ſanctorum patrum veteris teſtamenti vita fuerit quaſi prophetica: ex ipſis tamen aliqui claruerunt ſpiritu prophetico, multa myſteria Chriſti & Eccleſiæ pertinentia ad bonos mores annunciantes & in ſcriptis dimittentes & poſt Moyſem ante tempora iudicum exiſtentē, qui fuit ſimpliciter maximus prophetarum ſecundū Tho. in ſumma, 2.2.q.174. art.4. tempore regum, quo maxime & copioſe prophetæ effulſerunt, primus & maximus ſecundum quid, ſ. quo ad miſteria Chriſt fuit Dauid rex Iſrael, cuius pſalterium eſt ſumma theologiæ in miſteriis fidei & materia morali. Qui[a] cōpoſuit omnes pſalmos, ſ. centum, & quinquaginta ſecundum Aug. (licet Nico. de Augu.17. ciu.c.14. Lyra & aliqui alij aſſerant non omnes ab eo, ſed ab aliis editos ſecundum titulos eorum) ex quibus hic ponentur aliqui verſus pſalmorum exprimentes ſatis aperte articulos fidei. Et de articulis humanitatis Chriſti, quantum ad eius incarnationem & natiuitatem, ait Pſa.71. Deſcēdit ſicut pluuia in vellus, &c. Incarnatio Chriſti quomodo prædicta à Dauide. Iud.3. Vbi videtur tangere quòd fuit datum in ſignum victoriæ Gedeonis de rore, ſ. deſcendente de cœlo in vellus in area poſitū, area arida remanente, de quo rore expreſſo ex vellere impleta eſt concha, ad deſignandum quòd ros verbi diuini deſcendens in vterum virginis & ſe vniens velleri noſtræ mortalitatis areā corporis virginalis dimiſit immaculatā, quo vellere, ſ. corporis compreſſo per crucem, de rore gratiæ eius impleta eſt Eccleſiæ concha. Et in ſequentibus dicti Pſa.71. oſtenditur dominium Chriſti vniuerſale, ſ. in omnes conuerſos ad fidem, quorum primitiæ fuerunt magi reges Tharſis ab oriente munera ei nato offerentes. De articulo paſſionis eius quid apertius eo, quod ipſe Dauid in perſona Chriſti in cruce ait, Pſal. 21. Deus Deus meus reſpice in me,

a David compoſuit omnes Pſalmos ſecundum Aug. ſed d. Hiero. in ep. ad Cyprianum & Sophor. hoc negat. & alij.

A quare me dereliquiſti longe à ſalute mea verba delictorum meorum. Appellans delicta ſua humani generis peccata pro quibus patiebantur, quæ longe fecerunt eum eſſe à ſalute corporali. Et infra. Foderunt manus meas & pedes meos, ſcilicet clauis in cruce, in qua membris violenter extenſis dinumerauerunt homines omnia oſſa eius, quòd de nullo alio legitur. De deſcenſu eius ad inferos ait Pſal. 15. A. M. 3341. Item paſſio Chriſti. Caro mea requieſcet in ſpecie. ſ. reſurrectionis: quoniam non derelinques animā meam in inferno, ſcilicet dependentem: nec dabis ſanctum tuum, ſci-

B licet corpus meum: videre corruptionem. De reſurrectione autem in perſona eius ſecundum Aug. de ciu. Dei. ait Ego dormiui, ſ. ſomnum mortis in cruce capienda Pſa.3. quādo inclinato capite vt dormiens Reſurrectio Aug. 17. ciui. c. 18. Io.19. emiſit ſpiritum. & ſoporatus ſum magnum. ſ. ſomnum faciendo. ſ. 40. horarum, quibus mortuus manſit. & exurrexi, non quidem propria virtute humanitatis qua in morte ceciderat, ſed ſuæ diuinitatis. Quod exprimit ſubdēs. Quia dominus ſuſcepit me. De aſcenſione ipſum Chriſtum alloquitur dicens. Pſal.67. Aſcendiſti in altum, ſ. cœlum ſupremum, cepiſti captiuitatem, multitudinem, ſ. cœlum ſupre-

C mum, cepiſti captiuitatem, multitudinem, ſ. patrum qui captiui à diabolo tenebantur in limbo, ſecum ducendo. Dediſti bona hominibus, ſecundum aliam tranſlationem dona, ſ. ſpiritus ſancti in diſcipulos copioſe infundendo. De aduentu eius ad iudiciū in Pſal.109. poſt conſeſſum Chriſti ad dexteram patris Aduentus Chriſti ad iudicium. quem exprimit dicens. Dixit dominus, ſ. pater, domino meo, ſ. Chriſto, ſede à dextris meis. Et generationem eius æternā à patre inſinuatam, cum ait. Tecum principium, &c. ex vtero, ſ. mentis paternæ, nobis abſconſo, genui te. Ac ſacerdotium eius, deſcriptum, quo nos offert Deo cū ait. Tu es ſacerdos, &c.

D Demum eius futurum iudicium innuit dicens. Iudicabit in nationibus, omnibus vtique, ipſe Chriſtus implebit ruinas, ſ. angelorum ex electis ſuis quibus dicet. Venite benedicti patris mei percipite regnum, &c. Cōquaſſabit capita, id eſt mentes & corpora malorum, ſ. reproborum, quibus dicet. Ite maledicti in ignem æternū, & hoc in terra, ſ. infernali. Matth. 25. Dei vnitas. Quantum ad articulos diuinitatis de vnitate diuinæ eſſentiæ, ait dominus Pſal. 80. Si audieris me, non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deū alienum. Ego enim ſum dominus Deus tuus, ſ. vnus. De trinitate vero perſonarū in vnitate eſſentiæ inquit Pſal.

E 66. Benedicat nos Deus, ſ. pater, Deus noſter, ſ. filius, noſter per aſſumptam humanitatem. Benedicat nos Deus, ſ. ſpiritus ſanctus. Nec enim fruſtra ter denominaſſet Deus, niſi trinitatem perſonarum ſignare voluiſſet. Et ne quis crederet ex eo, quòd quælibet Perſonarum trinitas. perſona diuina nuncupata eſt Deus, tres Deos exiſtere, ideo ad vnitatem diuinitatis & eſſentiæ oſtendendam ſubdit in ſingulari. Et metuant eum, Benedictio Dei quid. non eos omnes fines terræ. Benedictio autem Dei eſt boni callatio, corporis, ſ. & animę, & ideo bis poſtulat benedictionem. De ipſis autem nominibus perſonnarum quantum ad patrem ait ipſe de Chri-

F ſto. Ipſe inuocabit me, pater meus es tu. Pſalm. 88. Quantum ad filium, Pſal.2. ait. Dominus, ſ. pater dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie, id eſt æternaliter genui te. In æternitate enim omnia ſunt præſentia. Quantum ad ſpiritum ſanctum, Pſa.103. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur. De articulo creationis rerum, Pſal.101. Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuū tuarū ſunt cœli, ipſi peribunt, non quidem quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad

A.M. 3341.

A ad præſentem figuram, tu autem permanes, ſcilicet immutabilis. Quantum ad articulũ collationis gratiæ, per quam Eccleſia iuſtificatur ait Pſal. 84. Deus tu conuerſus, ſcilicet ad nos, viuificabis nos, ſ. gratia tua, vnde & alia tranſlatio habet. Iuſtificabis nos, & plebs tua, ſ. Eccleſia lætabitur in te. Sed & ſeptem ſacramenta Eccleſiæ quibus iuſtificatur Eccleſia per gratiã innuit Pſal. 28. in ſeptẽ vocibus ibi notatis. Et de incarnatione verbi & collectione Eccleſiæ ex gentibus variis cecinit in Pſal. 44. vt declarat Aug. in lib. de ciui. Dei, vltimo de collatione gloriæ finalis ait. Gratiam & gloriam dabit dominus. Pſal. 83.

Hæc dictio vox ſepties in Pſalmo repetita indicat ſeptẽ ſacramenta.

Aug. 17. de ciui. c. 16.

Salomon clatuit ſpiritu prophetico.

B Poſt eum claruit ſpiritu prophetico filius eius Salomon in tribus libris ab eo indubie editis, ſ. Prouerbiorum, Eccleſiaſtis, & cantica canticorum, qui ſunt in canone ſcripturæ, vnde & autentici etiam ſecundum Hebræos. Quorum doctrina & ſi ſit maxime moralis, tamen quia à ſpiritu ſancto reuelata fuit, non per inuentionem ſeu acquiſitionẽ, ideo ad prophetiam pertinet. Horum primus, ſ. Prouerbiorum, quia ad informationem morum, & extirpationem vitiorum pertinet, incipientibus adaptatur. Secundus qui & Eccleſiaſtes quia inducens ad mundi contemptum oſtendit in omnibus inferioribus vanitatem, proficientibus congruit. C Tertius autem magis ad perfectos ſpectat, quia ibi agitur de feruenti dilectione Dei ad animam & econuerſo. Notantur tamen & in eis myſteria pertinentia ad Chriſtum, & Eccleſiam, & præcipue Prouerbiorum vltimo capitulo deſcribens mulierem fortem in conditionibus eius notat Eccleſiam & Chriſtũ eius virum ſeu ſponſum. Et in Eccleſiaſte ca. 9. notat Chriſti incarnationem in viro paupere ſapiente, liberante ciuitatem obſeſſam à magno rege, ſ. diabolo. Sed & canticum canticorum totum exponitur de Chriſto & Eccleſia. Librum autem qui intulatur ſapientiæ, D quamuis aliqui dicãt editum etiam à Salomone, ab aliis hoc negatur. Vnde & apud Hebræos nuſquam eſt ſecundum Hier.[a] ſ. in numero authenticorum librorum. Et affirmant Iudæi ipſi compoſitum à quodam Philone Græco, in quo & multa moralia continentur & ſatis eloquenter. Sapientiã mirabiliter extollens à 6. c. vſq; ad 8. incluſiue, & ſcribens virtutes eius ſeu effectus, qui intelligitur vel de filio qui eſt ſapientia Dei patris, vel de ſapientia nobis infuſa per gratiam ſaluantẽ. Specialiter autem 2. c. agit de tractatu Iudæorum quem fecerunt ad Chriſtum occidendum, vnde & ibi concludunt dicendo, morte turpiſſima condemnemus eũ. Ita no. Aug. de ciu. Dei. E

Caſſ. coll. 3. c. 6.

Liber ſapientiæ à quo editus fuit.

Hiero. in præfatione ĩ Prou. Eccle. & cauſa.

Aug. li. 17. c. 20.

Liber Eccleſiaſtic⁹ cõpoſitus fuit à Ieſu Sirach.

Librum vero qui dicitur Eccleſiaſticus, vt ab omnibus tenetur edidit quidã nominatus Ieſus Sirach qui fuit tempore Simeonis filij Ouiæ poſt reuerſionem populi Iudæorum de Babylonia, qui quamuis ſit plenus morali ſapientia,[b] & ideo ab Eccleſia te-

a Hæc gloſſa in Hieron. non ſatis placet, propterea quod hic liber Sapientiæ quamuis non fuerit receptus ab Hebræis inter canonicos in magna Sonodo ſub Eſdra habita: in alijs tamen receptus apud Hebræos authoritatem optinuit vide Genebrardi Chronologiam, quare cum d. Hier. ait eum apud Hebræos nuſquam eſſe, ſignificat F *eum Hebraice non extare propter recutitorũ ignauiam.*

b Quod hoc loco ſentit auctor ex d. Hiero. ſumptum: intelligendum eſt de Eccleſia orientali nam occidentalis Eccleſia ſemper eos libros in canone ſcripturarum numerauit. & tota Eccleſia eos in conc. Carth. Lateranenſi magno & multis alijs recepit. vide Sixtum Senen. lib. 1. Biblioth. ſanctæ & 8. Hær. 9.

A ceptus ad legendum, non tamen authenticus ad probandum ea quæ veniunt in contentionem fidei, ideo habetur in 1. cap. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis.

A.M. 3341.

¶ *De prophetia Eſaiæ.* CAP. V.

INTER quatuor prophetas qui maiores dicuntur, quia prophetiæ eorum ſunt multiplices & multam ſcripturam continent. Primus eſt Eſaias, qui ita aperte deſcribit myſteria incarnationis & paſſionis Chri- B ſti, vt ſecundum Hiero. videatur magis hiſtoriam euangelij texere, quàm futura propheticè denunciare. Et prout fuit nobilis genere, quia de ſemine regio, ita & vrbanam eloquẽtiam ſeruat in ſuo prophetico ſermone, nil ruſticitatis habens admixtum. Habuit autem vxorem & filios, prophetauit autem temporibus Oſie Ioathan, Achas, Ezechiæ, & Manaſſe, regum Iuda in Hieruſalem, à quorum vltimo omniũ, ſuo tamen conſanguineo, quia idololatriam & alia ſcelera eius arguebat, ſectus eſt in duas partes, & ſerra lignea, vt magis cruciaretur, ſecundũ Hier. Et vt dicitur in hiſt. ſchola. cum ipſe Eſaias ex an- C xietate pœnæ ſitiens aquam peteret ad refrigerandum os ſuũ, Iudæi vt crudeliſſimi noluerunt ei concedere, ſed Deus de cœlo miſit in os eius. Hic à 13. c. vſq; ad 23. prophetãdo deſcribit onera Iudæorum, id eſt iudicia & exterminia futura de propinquis illis nationibus quas nominat, ſcilicet Babylonis, Moab, Damaſci, Ægypti, deſerti maris, Vallis viſionis, Tyri & aliarum.

Hie. in ep. ad Paul.

Hiero. lib. 15. cõm. in Iſ.

Com. in Hiſt. 4. Re. cap. 32.

ſumma prophetia Iſaiæ.

§. I.

PROPHETAVIT quoque Eſaias de exterminio & flagellatione, quã dominus fecit con- D tra multas ciuitates per Nabuchodonoſor, vt inſtrumentum ſuæ iuſtitiæ propter quod dixit dominus, Virga furoris mei Aſſur, quia ſ. per eum regem Aſſyriorum multos flagellauit. Et ſubdit. Ipſe autem ſcilicet Aſſur non cognouit me, quia non Deo attribuit illam potentiam, & victoriam, ſed ſuis viribus: nec vt miniſter & executor diuinæ voluntatis hæc faciebat, ſed vt ambitioni ſuæ & cupiditati ſatisfaceret. Demum & ipſe à Deo flagellatus eſt, quando conuerſus eſt in beſtiam ſecundum phantaſiam ſui & aliorum. Et de illo etiam dicitur. Quomodo cecidiſti de [cœlo lucifer qui mane oriebaris] Eſaiæ E 14. Quæ verba habent duplicem ſenſum literalem, vnus eſt de diabolo ex ſuperbia ruẽre, & ſic eſt prophetia de præterito. Alius eſt de Nabuchodonoſor ſuperbo, & ex his verbis videtur damnatus in inferno. Sed cum dicat Aug. 23. q. Nabuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam & idem Gratia. de pœn. d. 1. quamobrem oportet dicere quòd iſtud intelligitur de nepote ſuo Balthaſar vel ſi de magno Nabuchodonoſor intelligitur, quòd poſtea recidiuauit in peccata idololatriæ vel aliorum.

Nabuchodonoſor flagella ab Iſaia prædicuntur Iſ. 10.

Aug. li. de prædeſt. ſancto c. 15.

§. II.

F LOCVTVS eſt dominus ad Achaz dicens. Pete tibi ſignum à domino Deo tuo, &c. Pro huius declaratione ſciendum quòd iſte Achaz rex iuda fuit impius, & idololatra, & ideo tradidit dominus eum in manibus regis Syriæ & regis Samariæ, primo quando venerunt contra eum ab bellum, nam magnam partem exercitus eius ceperũt, vt habetur in 4. Reg. Cum autẽ ſecundo veniſſent prædicti duo

Exponitur prophetia inſignis de Chriſto. cap. 16.

A.M. 3341. reges contra Achas ad deponendum eum de regno, dominus conſolatus eſt iſtum Achas Itimentem illos, promittens liberationem ſuam ab eis. Et quia non firmiter credebat, ideo dixit Eſa. ex parte Dei. Locutus eſt dominus. Pete tibi ſignum q. d. ſi non credis verbis meis ad confirmationem veritatis, quam dixi tibi, ſcilicet quòd liberaberis, pete quod vis ſignum vt cogaris credere. In profundum inferni, id eſt vt ſcindatur terra, & pateat os inferni, ſicut aperta eſt terra & deglutiuit Dathan. (Num. 16.) Vel vt Samuel reuocatus ab inferis ad requiſitionem Saulis. (1. Reg. 28.) Siue in excelſum ſupra, id eſt de cœlo ſicut petiit, & obtinuit ſignum Ezechias in ſole reuertente retro decem lineis. (4. Reg. 20.) Sed Achas vt malus homo reſpondit, Non petam, ſcilicet ſignum à domino, & quaſi ſub ſpecie pietatis ſe excuſans ſubdit, Non tentabo dominum, q. d. hoc eſſet tentare Deum, quod non licet. Sed ipſe non hac ratione negauit ſe petiturum, ſed reuera, quia malus erat, auerſus à Deo & idololatriæ deditus, & ideo noluit petere ſignum timens, ne in ſigno Deus glorificaretur, & idola ſua vilificarentur in quibus confidebat. Vnde & alia litera habet, Nec exaltabo dominum. Vel etiam, quia in regno ſuo vel potentia ſua vel rege Aſſyriorum confidebat & non in Deo, vnde quaſi non curabat de adiutorio Dei. Cui Eſaias. Audite ergo domus Dauid. Et hoc, vel quia omnes de domo ſua conſentiebant ei in malitia ſua, vel quia Dauid promiſſus eſt Chriſtus. Et ideo domui Dauid dabatur Chriſtus in ſignum. Nunquid parum vobis eſt ad merendam diuinam iram, moleſtos eſſe hominibus, quos ſpoliaſtis vel prophetis, quibus non credidiſtis? Quia moleſti eſtis & Deo meo, eum relinquendo & idolis ſeruiēdo, propter hoc dabit vobis dominus ſignum veſtræ liberationis ſequendæ q. d. Et ſi non vultis ſignum petere propter malitiam veſtram ne ex ſigno huius exaltetur Deus, ipſe tamen dabit. Et ſignum, quod maximum erit, ſcilicet liberationis vniuerſalis mundi à peccato, & diabolo. Et per hoc maius poteſtis perpendere, quòd poteſt & minus, ſcilicet liberare vos à poteſtate & malitia temporali illorum duorum regum. Signum autē hoc eſt. Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c. Vbi ſciendum ꝙ Iudæi obſtinati in ſua perfidia multa circa iſtam prophetiam obiiciunt ad negandum vel obſcurandum myſterium incarnationis hîc expreſſum. Et primo ſic. (Prima obiectio Iudæorum.) Dominus intendebat dare ſignum illius liberationis Achas de manibus illorum duorum regum, vt dictum eſt, ſed ad illam liberationem nihil conſonat incarnatio Chriſti. Ad quod dicendum, quòd incarnatio ipſa ſignificat illam liberationem per locum à maiori, quia ſi Deus dabit filium ſuum ad ſalutem totius mundi, multo magis poterat ſaluare ab illa particulari & temporali afflictione. Secundo obiiciunt (Secunda obiectio.) ſignum quod dabatur de virgine paritura, datur ad præſentes, ſed incarnatio non fuit facta temporibus illorum, & ſic videtur, quòd nullum ſit ſignum. Reſpondetur quòd quamuis incarnatio non fuerit facta præſentibus hominibus illius temporis, fuit tamen facta manente domo Dauid, vnde ſignanter dicit propheta, Audite ergo domus Dauid. Tertio obiiciunt (Tertia obiectio.) quòd in Hebræo non habetur virgo, ſed עַלְמָה quod apud eos ſignificat iuuenculam, ſed & ſi habeatur iuuencula, quæ apud eos ſignat virginem, non oportet quòd manens virgo conceperit, ſed poterat eſſe, quòd exiſtens prius virgo poſtea ex ſemine Ioſeph conceperit. Sed erubeſcat Iudæus infidelis, qui dicit Chriſtū ex ſemine

A Ioſeph natum. Nam ſi ſic eſſet, nullum ſignum ſeu mirum fuiſſet, quia hoc naturaliter euenit, cum tamen dominus voluerit aliquid magnum ſignificare, hîc Pete tibi ſignum. (A. M. 3341.) Quarto obiiciunt dicentes quòd loquatur propheta de Ezechia. ſed hoc ſtare non poteſt, quia vt patet 4. Regum 18. quando Achas (Quarta obiectio.) cœpit regnare iam Ezechias erat nouem annorum, vnde iam erat natus quando Eſaias hoc dixit Achas. Præterea quomodo poſſunt alia virificari quæ dicuntur infra de iſto puero naſcituro de virgine in Eſaia cap. 8. Antequam ſciat puer inuocare patrem

B & matrem, auferetur fortitudo Damaſci & ſpolia Samariæ nam Ezechias erat annorum 31. quando Samaria & Damaſcus fuerunt deſolatæ à rege Aſſyriorum. Sed Auguſt. in quodam ſermone oſtendit illud ſpiritualiter impletum in puero filio virginis, quando adoratus fuit à Magis, qui erant reges potentes, infideles tamen, ſed per fidem quam habuerunt in puerum Chriſtum (qui apparebat tunc neſcire inuocare patrem putatiuum Ioſeph, & matrem veram virginem, cum tamen omnia ſciret) animæ illorum magorū infidelium fortium & Gentilium fuerunt ablatæ à poteſtate diaboli & à vitiis ſpoliatæ.

C Quinto alij dicunt (Quinta obiectio.) quòd intelligitur de filio Eſaiæ, quia dicitur infra cap. 8. quòd Eſaias acceſſit ad propheriſſam, ſcilicet vxorem ſuam, & peperit filium. Sed illud ſignum non fuiſſet, quia naturale erat Eſaiam ex vxore filium habere. Nec aliquo modo poſſunt de filio Eſaiæ verificari, quæ ibi dicuntur, ſed ille acceſſus Eſaiæ ad prophetiſſam mirabiliter (Virgo Maria prophetiſſa.) exponitur de virgine, quæ habuit ſpiritum prophetiæ & omnis ſanctitatis: ad quam acceſſit Eſaias per fidem & intelligentiam myſterij ſibi datam à Deo. Quæ virgo concepit Ieſum de ſpirituſancto, & vocatū eſt nomen eius, ſcilicet & pueri naſcituri: Ac-

D celera ſpolia, ſcilicet homines, detrahere, ſcilicet à diabolo abſtrahendo eos, feſtina prædari, ſcilicet infernum. Et iſti effectus incarnationis omnes includuntur in nomine Ieſu ſibi impoſito. (Nomen Ieſu continet omnes effectus incarnationis. Tho. in 3. p. q. 37. q. 2.) Et quod ibi dicitur cap. ſcilicet 8. quòd Eſaias in hoc aſſumpſit ſibi duos teſtes fideles, ſcilicet Vrinam ſummum ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Non videtur bene poſſe intelligi ſecundum ſuperficiem literæ, quia nec ille Vrias erat teſtis fidelis & Zacharias iam erat diu defunctus. Item quòd iſti fuerint inducti in teſtes acceſſus carnalis Eſaiæ ad vxorem videtur abſurdum, quòd in conſpectu illorum cognouerit vxorem. Sed illis duobus intendebat propheta in-

E ducere in teſtimonium illius myſterij, ſcilicet Chriſti concepti, & nati de prophetiſſa virgine ſecundum legem & prophetas. Lex enim deſignatur per Vriam ſacerdotem, ad ipſos [enim ſacerdotes] ſpectabat legem populo exponere, & per Barachiam prophetia. Vtrumque enim frequenter reddit teſtimonium de eo. Sciendum, quòd vt dictum eſt, in Hebræo non habetur virgo, ſed עַלְמָה quod nomen habet duplicem ſignificationē ſecundum linguam hebraicam. (שִׂכָה) Nam vno modo dicitur idem, quod adoleſcentula, & ſic accipiunt peruerſi Iudæi. (Quid ſignificet Hebr.) Secundum aliud ſignificatum עַלְמָה idem eſt quod

F apocrypha, id eſt occulta vel clauſa vel abſcondita, quod eſt principale in virginibus. (Luc. 1.) Vnde beata virgo erat in conclaui clauſa & abſcondita, quando angelus venit ad eam. (Hæc vox non ſcribitur per ם clauſum ſed vox. לְמַרְבֵּה i. Multiplicabitur. c. 9. Iſ.) Etiam lingua punica, hoc nomen alma virginem ſignificat & lingua latina ſancta ſonat. Et Iudæi pene omnibus linguis vtuntur. Dictum autem fuit ſemel à quodā perito Iudæo, quòd hic in Eſa. Alma ſcribitur cum litera ם clauſa, per

A.M. 3341. Alma lingua punica virginẽ ſignat. Mat.1.

per quod notatur alma, id eſt virgo. Exponitur ergo ſecundum catholicos doctores. Ecce virgo. permanens virgo concipiet, quòd eſt miraculoſa operatio & mirabile ſignum. Et pariet virgo remanens, quod eſt miraculoſum. Et vocabitur nomen eius Emanuel. Quod nomen interpretatur Mattheus euangeliſta inducens hanc authoritatem Eſa. & dicens: Nobiſcum Deus, id eſt Deus in natura humana, vt notet diuinitatem in filio virginis. Butyrum & mel comedet, id eſt cibis infantium paſcetur, quia de lacte ſuaui virginis vbere de cœlo pleno, vt notetur vera humanitas. Vel ſic, de natura humana non ſumet totum, ſcilicet pœnalitatem & culpam, ſed butyrum quod eſt flos lactis, id eſt innocentiã à culpa non tamen à pœnalitate, qua purgentur noſtra peccata, quia butyrum eſt purgatiuum, & mel dulce benignitatis. Iuxta illud apoſtoli ad Titum, apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei. Vnde quaſi exponens ſubdit. Vt ſciat reprobare malum, ſcilicet culpæ non eam aſſumendo, ſed ab ea ſe immunem faciendo, & eligere bonum gratiæ & pœnæ vnde ſatisfaciet pró nobis, & inde pœna illa bonum.

cap.3.

§. III.

Alia de chronica prophetia admirabilis.

IN CAP. IX. Prophetia ſingularis de natiuitate Chriſti, & eius diuinitate & fructibus incarnationis, cum ſcilicet dicitur, Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, &c. Ante hæc verba paulo ſuperius dicit Eſa. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, &c. Quam prophetiam Matth. euang. in cap.4. inducit, oſtendens eam impletam, quando Chriſtus poſt baptiſmum & tentationem in deſerto cœpit prædicare & clareſcere doctrina, miraculis, & vitæ ſanctitate in partibus Galilææ, ſed quia ſenſus literalis aliquando eſt duplex, vt alias dictum eſt, vltra prædictum ſenſum poteſt & aliter dici, ſcilicet quòd à principio illius capituli 9. cum ait, Primo tempore, &c. vſque ad iſtum locum paruulus natus eſt, &c. denotat propheta primo captiuitatem factam trium tribuum ex Iſrael, & poſtea ſub Salmanaſar rege Aſſyriorum captiuitatem aliarum ſeptem tribuum. Secundo tribulationem magnam regni Iuda ſub Ezechia ex obſidione Hieruſalem facta per Sennacherib, quæ afflictio dicitur tenebræ & vmbra mortis, propter maximum periculum captionis ciuitatis, cum vis humana reſiſtere non valeret potentiæ eius habentis in exercitu, centum octoginta quinque millia bellatorum, in qua tenebra lux dicitur eis orta & magna, quia angelus domini lucidus apparens vna nocte occidit omnem illum exercitum Sennacherib, eo cum confuſione reuertente in patriam ſuam. Et ex præda relicta inimicorum ditatus eſt populus & lætificatus. Quam hiſtoriam rerum vere geſtarum propheta breuiſſime & obſcure tangit vt figuram rei gerendæ, ſcilicet liberationis Hieruſalẽ.i. Eccleſiæ & fidelium de manibus ſathanæ cum exercitibus ſuis dæmonum obſidentibus genus humanum & ex toto ſibi ſubiicere quærentibus: A qua oppreſſione liberati ſumus virtualiter per natiuitatem Chriſti: qui vocatur magni conſilij angelus: nocte natiuitatis & cum magna luce. Vnde & cum magna luce angelus apparuit paſtoribus ſaluationem mundi denuncians per ipſum natum: & pacem hominibus cum aliis decantans. Vnde propheta poſt dictam hiſtoriam enarratam ſubdit. Paruulus enim natus eſt nobis. q.d. Ideo iſta refero: quia ſignificant liberationem fiendam per Chriſtum naſciturum. Vtitur autem propheta verbo præteriti temporis pro futuro more prophetarum qui propter certitudinem eorum, quæ prænunciant, cum ea videant in libro præſcientiæ Dei quæ eſt infallibilis, de futuro loquuntur verbis præteriti temporis, vt illud Pſalm. 21. Foderunt manus meas, &c. id eſt fodient. Futura enim erat tunc paſſio Chriſti inde ad mille annos vel circa. Sic intelligitur iſtud: Paruulus natus eſt nobis, id eſt naſcetur paruulus in corpore, ſed maximus in ſanctitate, poteſtate & ſapientia, natus eſt temporaliter de virgine Maria. Vnde ipſe Eſa. ait c. vlt. Antequam veniret tempus partus eius, id eſt, apertio & ſolutio ſignaculi virginalis, peperit maſculum Ieſum totum virilem, per clauſam enim portam vteri virginalis introiuit Dominus, carnem ex ea ſuſcipiens, & per clauſam exiuit ex ea naſcens. Et quia præter naturam eſt ipſe Ieſus partus ex virgine, ait Amb. de conſe. diſt. 2. reuera, ſicut & reſurgens clauſo exiuit ex tumulo, Ideo ſubdit Eſa. Quis vnquam audiuit talia? q.d. nullus. Natus eſt nobis, id eſt ad noſtram vtilitatem, vt oſtendet, & filius, ſcilicet Dei per excellentiam, filius datus eſt no. ſcilicet ſola gratia non meritis noſtris. Et quia Deus & homo iſte eſt, ideo oportet exaltari. Vnde ipſam exaltationem, quæ ignominioſa viſa eſt, ſcilicet in cruce, tamen in virtute glorioſam notat ſubdens. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius, id eſt crux, in qua principaliter triumphauit, propter quam dominus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne, quia in cruce vicit mundum, & diabolum, & in prædicatione crucis apoſtoli ſubiecerunt orbem terrarum Chriſto. Super humerum eius, quia ipſam crucẽ geſtauit in humeris, & in ea extenſus fuit. Et vocabitur nomen eius, &c. His ſex nominibus quæ ſequuntur notatur & diuinitas & humanitas eius ac magnificentia. Et in primo nomine innuitur diuina ſapientia, Admirabilis. Mirabile eſt enim, & omni admiratione digniſſimum, quòd Deus factus eſt homo. Maximus in ſermone. Viderunt venerabiles patres noſtri magna & innumerabilia mirabilia opera Dei, hoc autem nulli videre datum eſt, vt vnigenitus altiſſimi, quem archangelorum poteſtates trementes ſuſpiciunt, hominem ſe hominibus exhiberet. Secundum nomen eſt conciliarius, in quo oſtenditur humana eius ſapientia in doctrina ſua, præceptis conſilia vtiliſſima addens & non cogens, quia difficiliora. Tertium nomen eſt Deus, exprimens diuinam potentiam, quia creator omnium. Solus enim Dei eſt ex nihilo aliquid facere, vnde Gen.1. In principio creauit Deus cœlum & terrã, & Iob 1. Omnia per ipſum verbum quem Deus dixerat facta ſunt. Quartum nomen exprimit humanam ſufferentiam, quia fortis, qua fortitudine ipſe in humanitate ſuſtinuit tot opprobria & afflictiones tam viriliter, Pſal. 23. Dominus fortis, in ſuſtinendo & potens, in vincendo, in prælio, quod ſcilicet erit in cruce cum diabolo, Auguſt. Manu inermi & affixa cruci debellauit aereas poteſtates. Quintũ includit bonitatis affluentiam [Pater enim futuri ſæculi nominatur quod ei competet] quantum ad naturam diuinam, quia ſolus Dominus eſt qui generat filios ad ſupernam felicitatem. Sexto nominatur Princeps pacis, exprimens bonitatis affluentiam, quantum ad naturam humanam, inquantum, ſcilicet ipſe eſt mediator Dei & hominum & pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.

Septuaginta interpretes non fuerunt auſi dicere de

Reg.19. Senſus literalis eſt duplex aliquando. Prophetæ quare vtũtur verbis præteriti temporis tum de futuris loquuntur.

A.M. 3341. Ambr. lib. de his qui myſt. init. cap.9. Item Cruce Chriſtus triũphauit. Phil.2. Sex Chriſti nomina quib. eius diuinitas & humanitas notatur. Max. in ſerm. de natiui. 1. Tim. 2. Ephe. 2. Quare ſeptuaginta interpretes nõ expoſuerũt hanc prophetiam.

A. M. 3341.

ſuum in oculis omnium gentium, & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri. Quod de filio Dei gentibus reuelato exponit gloſ. & primo Eſa. agit de incarnatione Chriſti d. Aſcendet ſicut virgultum coram eo. Hic innuitur locus conceptionis & modus. Locus, quia conceptus eſt in Nazareth, quod interpretatur virgultum, vel etiam flos, quia tempore quo flores incipiunt conceptus eſt, ſ. in Martio. Modus, quia conceptus natus eſt de virgine ſine opere humano, ſicut virgultum de terra naſcitur ſine opere hominis. Coram eo, id eſt Deo, quia ad voluntatẽ patris implendam eſt natus de virgine. Et ſicut radix, quæ quidẽ latet in aſpectu, ſed virtute oſtenditur in effectu, ſic Chriſtus latuit in carne eius, ſ. deitas Eſa. 45. Vere tu es Deus abſconditus. Sed cũ ramis, id eſt, membris ſuis humorem miniſtrat gratiæ & fructum gloriæ oſtendit virtutem ſuam, & ſicut radix deſpectior eſt pars arboris tamen arborem ſuſtentat, ſic Chriſtus dicitur nouiſſimus virorũ, ratione ſuæ paſſionis ignominioſæ, & tamen ipſe eſt fundamentum Eccleſiæ. Ab ipſa radice quælibet arbor, id eſt quilibet homo fructum accipit. Hæc autẽ radix aſcendet de terra ſitienti, id eſt de beata virgine, cuius vterus non fuit humectatus ſemine virili, vel de terra ſitienti, id eſt de beata virgine ſitienti & eſurienti ſalutem humani generis.

Incarnatio Chriſti eſt ſicut virgultũ.

Chriſtus radix.

Poſtquam autem propheta poſuit natiuitatem Chriſti, deſcendit ſubito ad paſſionem, nihil enim nobis naſci profuit (ait Greg.) niſi redimi profuiſſet. Nõ eſt ei ſpecies neq; decor, ſ. in paſſione, ideo quod prædicamus, ſ. Chriſtum Dei filium, pauci credũt ex Iudæis, quia non eſt ſpecies vel aliquis decor oſtenſiuus diuinitatis in homine Chriſto ſic vilificato & mortuo. Et vidimus eum, & nõ erat aſpectus deitatis, ſ. in eo ſic contumeliato maxime enim abſcondit virtutem ſuæ diuinitatis tempore paſſionis, vnde dicebant Iudæi inſultando, Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce, & ipſe tanquam impotens in ea manebat fixus. Et quia propheta lumine gratiæ videbat per illam ignominioſam paſſionem mundum liberandum, ideo ſubdit. Et nos deſiderauimus eum deſpectum, &c. Non quidem gaudendo vel appetendo afflictiones eius, ſed attendendo ad fructum paſſionis. Et quaſi abſconditus vultus eius, id eſt manifeſtatio ſuæ diuinitatis. Et dicit quaſi non ſimpliciter, quia etiam tempore paſſionis non ex toto latuit vultus eius: vt in obſcuratione ſolis, & proſtratione proditoris, & aliis vnde nec reputauimus eum, ſ. eſſe Deũ, quod dicit ex perſona Iudæorum non credentium. Et vlterius oſtendit propheta nõ ſuis peccatis illa paſſum, ſed noſtris, ſubdens, vere languores noſtros ipſe tulit, id eſt abſtulit à nobis peccata inueterata. Languor enim dicitur morbus inueteratus, & dolores noſtros ipſe portauit, id eſt aſportauit vt languor ad originalia, dolor ad actualia peccata referatur. Vel tulit languores, & dolores portauit, inquantum peccata noſtra omnia ipſe portauit in corpore ſuo ſuper lignum crucis, vt ait Petrus in canonica ſua, id eſt ſuſtinuit pœnã debitam nobis pro peccatis in ſe. Et hoc vere non putatiuè. Et nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo. Hæc dicit propheta in perſona Iudæorum incredulorum, qui leproſum, id eſt peccatorem volunt [eſſe Chriſtum] & percuſſum à Deo, ſ. pro peccatis ſuis, vnde & dicebant. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum, vnde tanquam leproſum extra caſtra, id eſt ciuitatem eiecerunt. Vel poteſt dici, quòd loquatur propheta in perſona eorũ, qui prius

Greg. in offic. ſab ſancti.

Poſt natiuitatem Chriſti ꝓpheta annunciat paſſionem eius.

Matt. 27.

Languor & dolor qd.

1. Pet. 2.

Io. 19.

A exiſtimabant eum ſic condemnatum propter peccata ſua, ſed poſtea conuerſi ex ſignis, dicebant, Nos putauimus ſic, ſed nunc cognouimus, quòd nõ propter ſua, ſed propter noſtra peccata hoc paſſus eſt, vnde ſequitur. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, ſ. lancea & clauis, attritus eſt flagellis & alapis propter ſcelera noſtra, ſ. purganda, & iniquitates referũt ad minora, ſcelera ad maiora. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Bellũ erat inter Deum & homines, propter peccata ipſorum hominum ſe Deo rebellantium, ſecundum illud Eſa. 59. Peccata noſtra diuiſerunt, i. diuiſionem fecerunt, inter nos & B Deum noſtrum. Et iſta pax fieri nõ poterat niſi mediante diuina iuſtitia, quæ in homine dicitur diſciplina. Ad componendam igitur iſtam pacem, Deus diſciplinauit filium incarnatum, qui tenebat locum totius humani generis, quia ipſe eſt caput noſtrum, propter quod facta eſt pax. Vnde dicitur pax noſtra, quæ fecit vtraque vnum, ex quo ſecutum eſt, quòd liuore eius ſanati ſumus. Tripliciter autem ſanati ſumus. Primo per modum prouocationis ad caritatem, quæ eſt cauſa remiſſionis peccatorum, quia ſuſtinendo paſſionẽ pro nobis, prouocamur ad Deum diligendum ſuper omnia. Secundo per modum re- C demptionis. Cum enim ſit ipſe Ieſus caput noſtrum, per paſſionem ſuam, quã ex caritate & obedientia ſuſtinuit, liberauit nos tanquam membra ſua à peccatis, quaſi per pretium ſui ſanguinis. Tertio ſanati ſumus per paſſionem Chriſti per modum efficientiæ ſeu inſtrumenti. Secundum enim ꝙ Chriſtus paſſionem ſuſtinuit, eſt inſtrumentum diuinitatis, ex quo paſſiones omnes & actiones operantur virtute diuina ad expellendũ peccatũ. Et huiuſmodi diſciplina paſſionis fuit neceſſaria omnibus, vt de via per quã omnes ambulabant, ſ. tranſgreſſionũ, reducerentur in viam ſalutis & virtutũ. Vnde ſubditur. Omnes nos D quaſi oues errauimus. Omnes enim in Adam peccauerunt, vt prima oue. Vnuſquiſq; in viam ſuam propriæ voluntatis & ſenſualitatis declinabat, & dominus iniquitatem omnium noſtrũ poſuit ſuper eum, quando, ſ. paſtor quærens ouẽ, quæ errauerat, inuentam in humeris ſuis poſuit, ſ. grauamen peccatorum eius, i. pœnã ſuſtinens. Iudæi moderni dicunt & falſo, ꝙ in veteri teſtamento recte viuentes ibant ad gloriam. Sed cũ hic dicatur, ꝙ omnes errauimus, ſ. peccando, & cũ huiuſmodi errore nullus poſſit ad gloriam ire antequã purgaretur iſte error cõmunis, quod factũ non fuit, niſi per Chriſti paſſionem, ideo E ante paſſionem nullus ibat ad gloriã. Nam & ſi peccata tollerentur per ſacrificia animalium ex opere operãt. i. ex deuotione offerentiũ & compunctione, non tamen ad plenũ, adhuc enim remanebat natura vitiata purganda ad plenum per verũ ſacrificium. i. Chriſtũ, ouem & agnum immaculatum in illis figuratum ſacrificiis, quam immolationem. i. paſſionem voluntariè ſuſtinuit, & hoc eſt quod ſequitur, Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Voluit quidem pati propter noſtram liberationem, ſed noluit Iudæorum malam intentionem, qua eum occiderunt. Et ex hoc, ſ. ꝙ voluntariè, apparuit eius patientia in paſſione, quam F oſtendit dicens, Sicut ouis ad occaſionẽ ducetur, & quaſi agnus, &c. Non ſe defendẽs, ſed totum permittens, nec murmurãs, de anguſtia, ſ. paſſionis & de iudicio. i. iniuſto Pilati cõtra eum, ſublatus eſt. ſ. in reſurrectione. Conſequenter ponit propheta magnitudinem eius dicens, Generationem eius quis enarrabit? Tripliciter poteſt dici generatio Chriſti. Æterna, quia ex parte æternaliter eſt verbum genitum. Tempo-

A. M. 3341.

Eſa. 59.

Ephe. 2.

Tripliciter Chriſti paſſione ſanati ſumus.

Rom. 5.

Luc. 15.

Similis eſt Caluiniſtarũ error de iiſdem.

Ante Chriſtũ nemo ibat ad gloriam.

Sacrificia vetera quomodo tollebant peccata.

De magnitudine Chriſti.

Triplex Chriſti generatio.

A. M. 3341. Temporalis, qua verbũ caro factum eſt tẽporaliter A ex matre. Non ſolum autẽ prima à nobis eſt inenarrabilis & incõprehenſibilis, ſed etiam ſecunda, quomodo. ſ. ſit facta illa vnio verbi ad carnẽ, quomodo conceptus & natus ex virgine. Tertia, quæ eſt generatio actiua, qua. ſ. ipſe generat filios adoptiuos ex fide. Quis etiam iſtam enarrabit, quot. ſ. ſunt filij multiplicati eius fideles ex ipſa paſsione & qualiter fiat in mente hominũ iſta generatio? q. d. nullus. Et hoc factum eſt per paſsionem, quod oſtendit ſubiiciens, quia abſciſſus eſt de terra viuentium. ſ. per mortem ſuam de cõuerſatione hominũ remotus. Et quia iſta B generatio ſpiritualium filiorum non poteſt eſſe niſi purgatis eorũ peccatis, quæ purgatio virtualiter fuit facta per paſsionẽ, ideo ſubdit, propter ſcelus populi mei percuſsi eum, & loquitur in perſona Patris. Ego ſ. pater, percuſsi. i. permiſi percuti à Iudæis & aliis, eum. ſ. filium meum incarnatũ, propter ſcelus. ſ. delictum populi. Et quia nõ permiſit Deus malitiã percutientium Chriſtum impunitam, ſubiungit hoc innuens. Dabit impios pro ſepultura, Chriſtus. ſ. dabit Iudæos impios, Romanis. ſ. ſub Tito & Veſpaſiano, pro ſepultura. i. pro eo ꝙ perſecuti ſunt Chriſtũ vſq; ad mortẽ, ex qua ſepultus eſt, dabit captiuos & afflictos nam etiã poſt mortẽ perſecuti ſunt, munientes C lapidẽ ſepulturæ cũ cuſtodibus. Et diuites pro morte ſua. ſ. Scribas & Phariſæos & principes ſacerdotũ gloriãtes de diuitiis doctrinæ legis dabit morti, quia tradiderunt eũ morti. Et ratio huius quòd. ſ. iniuſtè morti tradiderint eum, aſſignatur eo ꝙ iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Quod de nullo alio dici poteſt, quia nemo mundus à ſorde, Iob 14. ſaltem originali, & quia dixerat ſupra, Omnes ſicut oues errauimus, ipſe autem ſine peccato, & hoc ſatis indicat ipſum non eſſe purum hominem, ſed Deum & hominem oſtendit, ratione cuius vnionis eſt ſine D peccato. Sed tamen & ſine culpa Dominus voluit eum cõterere in infirmitate. i. conteri permiſit in infirmitate. i. in ea parte, qua erat infirmus. i. in carne aſſumpta. Si poſuerit pro peccato animam ſuam. i. ſi voluntariè vitam ſuam dederit ad mortem pro peccato hominum delẽdo, videbit ſemen longæuum. i. filios ſuos ſpirituales fideles vſq; in finem ſæculi, vel ſemen ſuum. i. euangelium, ſeu euangelij doctrinam vſq; in finẽ permanere. Hinc Iudæi arguunt de Chriſto Nazareno iſta non poſſe intelligi, cum non habuerit filios, ſed permanſerit virgo. Sed quia carnaliter ſapiunt & intelligunt ſcripturas, ideo accipiunt E de filiis carnalibus, cũ loquitur propheta de filiis ſpi- 1. Tim. 2. ritualibus, & ſemine ſpirituali. Et voluntas domini, qua. ſ. vult omnes homines ſaluos fieri, in manu eius dirigetur. i. implebitur, in operatione eius. ſ. paſſionis, quia ſufficiens eſt quantum ad meritũ paſſio ipſa ad omnes ſaluandos. Et ratio huius, pro eo ꝙ laborauit anima eius, ecce fructus laboris. Videbit. ſ. ipſe Chriſtus id pro quo laborauit. ſ. Eccleſiã de gentibus in toto orbe terrarum congregatam & conuerſam, quam conuerſionem hominũ eſuriebat & ſitiebat, & ideo ipſorum conuerſione ſaturabitur delectatus Aba. 2. ex ea. Et quia iuſtus ex fide viuit, ideo Chriſtus ex ea F iuſtificat homines, vnde ſequitur, In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe ſeruus meus multos. In ſcientia. ſ. doctrinæ ſuæ, & in fide hominibus infuſa, quæ notitia à Deo eſt, iuſtificabit. i. de iniuſtis faciet iuſtos. Et dicit Rom. 8. iuſtus iuſtificabit, quia ſolus Deus eſt qui iuſtificat, ergo Chriſtus noſter eſt Deus. Et dicitur filius Dei ſeruus Dei, quia formam ſerui ſuſcepit. Multos dicit, nõ omnes, quia multi ſunt vocati, pauci vero electi,

Fatui Iudæi quàm fatuè argumẽtantur.

Chriſtus iuſtificat.

Iuſtificare quid.

ex defectu hominum. Et iniquitates illorum, ſ. iuſtificandorum ipſe portabit, quo ad efficientiam purgationis, & pœnã portabit ſatisfaciendo pro eis, hoc enim iuſtitia diuina exigebat. Nã Chriſtus vt caput humanæ naturæ fecit ſe debitorẽ Deo propter vnionem humanæ naturæ, & pro ea voluit pœnã, quam exigebat diuina iuſtitia in ſe ſuſtinere. Et iſto modo placauit diuinam iuſtitiã, & conſequenter iuſtificauit multos, pœnam peccatorũ eorum portando, non omnes, ſed illos qui cõiunguntur ei per ſacramenta deuote ſuſcepta, in quibus remanſit virtus paſſionis. Et quia ſupra dixerat ꝙ dederat pater Iudæos Romanis in prædam & in mortem, ideo conſequenter oſtendit quomodo Deus pater ei recompenſabit in gentibus dicens, Diſpertiã ei plurimos, & ſunt verba Dei patris loquentis de Chriſto quaſi dicat. Si Iudæi negligentes erunt & nõ venient per fidem ad Chriſtum pro ipſis Iudæis diſpertiam. i. recõpenſabo ruinam Iudæorum multitudine Gentiũ venientium ad fidem Chriſti. Et fortium. i. dæmonũ, diuidam ſpolia. i. genus humanũ, quod Diabolus decipiendo ſibi abſtulerat ab ipſo Diabolo eripietur, & Apoſtolis & ſequacibus eorum tribuetur in dominiũ. Nam Apoſtoli fuerũt primi qui præfuerũt gentibus conuerſis. Et hoc fiet pro eo ꝙ tradidit in mortẽ animam ſuam. i. vitam, & cum ſceleratis reputatus eſt, ſ. latronibus à Iudæis, & ipſe peccata multorũ tulit. i. abſtulit, vel pœnam ſuſtinuit. Et pro tranſgreſſoribus orauit dicens. ſ. vt habetur Lucæ 22. Pater ignoſce illis. Ad quam vocem ſecundum euangelium Nazaræorum multi Iudæorũ conuerſi ſunt. Ex qua prophetia clare oſtendit Eſaias Chriſtũ fuiſſe & eſſe verum Deum & verum hominem cõtra Iudæos, qui nolunt aſſentire ꝙ Chriſtus debeat pati, quẽ errando expectant adhuc venturum, ſed credunt ꝙ debeat habere poteſtatem magnã in mundo temporaliter, vt magnus dominus tẽporalis, negantes etiam, ꝙ ſit verus Deus ſed dicunt purũ hominem. Quomodo autẽ Deum teſtetur Chriſtum per fructum ſuæ paſſionis Iudæis relictis propter ſuam perfidiam [collecturum Eccleſiam] ex conuerſione Gentium, in ſequenti cap. ſcilicet 54. declarat dicens.

A. M. 3341. Matt 20.

Iuſtificantur nõ oẽs ſed qui p ſacramenta Chriſto cõiunguntur.

Apoſtoli præfuerũt gentib. cõuerſis.

Chriſtus verus Deꝰ & homo.

Iudæorũ perfidia.

§. V.

LAVDA ſterilis quæ nõ paris, decanta laudem quæ non pariebas, quia multi filij deſertæ magis, quàm eius quæ habet virum. Pro horũ declaratione ſciendum ꝙ ſecundum prophetã in ſcriptura fit mentio de duplici cõgregatione. ſ. populo Iſraelitico & Gentili, & vterq; populus habuit originem à Noe. Et tũc gentilitas edocta à Noe in filiis ſuis adorabat vnum Deum creatorem omnium, & hæc gens ſponſa erat vnius veri Dei, cui per fidem coniuncta erat. Tempore autem ædificationis Babel gentilitas, quã ſibi dominus deſponſauerat in Noe & filiis ſuis, quaſi in adoleſcentia fornicãs & recedens à Deo & adherens diabolo per idololatriam, derelicta eſt à ſponſo ſuo Deo vſq; ad incarnationem & plebs Iudaica fuit electa quaſi ipſa ſola, vt ſpõſa Deo, quãdo diſperſi ſunt per diuerſa loca orbis & diuerſi ritus idololatriæ, homines introducti ſunt remanẽte vera fide vnius Dei & cultu eius in domo ſola Heber, poſtea in familia Abrahæ, demũ in domo Iacob, & deſcendentibus ex duodecim filiis eius. Et ſic Gentilitas facta eſt quaſi vidua à Deo recedens, vnde nec filios ſpirituales Deo parere poterat, quod fit per fidem. Et plebs Iudaica fuit quaſi maritata Deo per veram fidem, & pariebat filios ſpirituales Deo ſaluandos

cap. 54. Collectio Eccleſiæ ex gentib. per Chriſtũ facta.

Duæ congregationes ortæ à Noe.

A M. 3341.

uandos in fide Chriſti venturi & hoc vſq; ad Chriſti tempora. Poſt paſſionem autem Chriſti prædicantibus Apſtolis gentilitas conuerſa ad fidem, deſponſata eſt Deo per fidem, & generauit valde multos filios, omnes, ſcilicet ex ea ad fidem conuerſos. Iudaica etiam aliquos generauit, non tamen niſi illos qui in Chriſtum crediderunt. Et quia pauci fuerunt reſpectu conuerſorum ex gentilitate, ideo dicit, Lauda ſterilis. i. tu gentilitas, quæ prius eras ſterilis derelicto ſponſo Deo, & deſerta. i. à Deo derelicta, quia tu Deũ reliqueras, lauda Deum. Multi enim filij ſpiritualiter geniti per fidẽ. i. multo plures q̃ eius quæ habet virum. i. congregationis Iudæorũ, quæ virum. i. ſponſum habuit Deum vſq; ad tempora Chriſti, & poſtea quantum ad conuerſos ex Iudaiſmo, qui tamen pauciores fuerunt gentilibus conuerſis.

§. VI.

De Chriſti aduentu.

DE IPSO autem Chriſti aduentu luminoſo per doctrinam ſuam, miracula, & ſanctitatem vitæ, ex quo Iudæi tenebris errorum & perfidiæ obſcurati ſunt, & caligine vitiorũ operti, ſed & gentes illuminatæ, quarum primitiæ fuerunt ſancti Magi, qui Chriſtum natum de partibus remotis venerunt ad adorandum, & muneribus venerandum ſignantibus veram fidem, quam de eo habebant, ſatis aperte loquitur. Eſa. in c. 60. vbi ait, Surge & illuminare Hieruſalẽ, quia venit lumen tuum, &c. De plenitudine gratiæ ſeptiformis Chriſto collatæ inquantum homo loquitur propheta Eſa. c. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe. i. virgo Maria de generatione Ieſſe, qui fuit pater Dauid, binomius enim erat, vocatus Ieſſe & Iſai. Et flos de radice eius. i. Chriſtus de ipſa progenie ſecundum corpulentam ſubſtantiam deſcendens non carnaliter propagatam, ſed ſine opere humano, vt flos ex virga. i. virgine Maria conceptus & natus. Et requieſcet ſuper eũ ſpiritus Domini. Requieſcet ait, quia nullã inquietudinẽ ſeu ſtimulum peccati in eo reperiret, quod in nullo contingit ſaltem quantum ad originale. Spiritus ſapientiæ & intellectus ſpiritus cõſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. De prædicatione eius c. 61. Spiritus domini ſuper me, eo q; vnxerit me, ad annunciandũ manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam &c. Loquitur propheta in perſona Chriſti, qui fuit inunctus inquantũ homo vnctione gratiæ à ſpiritu ſancto, & miſſus ad prædicandum. Vnde & legitur Lucæ 4. Cum Chriſtus intraſſet ſemel in ſynagoga Iudæorum in Nazareth, & fuiſſet ei porrectus liber Eſaiæ prophetæ, cœpit legere quod primo ſibi occurrit in eo. Et fuit iſtud. Spiritus Domini, &c. vt dictũ eſt. Quo lecto ait. Hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. De eius miraculis dicit Iſai. c. 35. Dominus veniet & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet claudus, ſicut ceruus, & aperta erit lingua mutorum, &c. Hæc miracula feciſſe omnia nullum legimus in veteri teſtamento, ſed dominus Ieſus Chriſtus omnia fecit.

Matt. 2.

De donis ſpirit' ſancti Chriſto collatis.

De Chriſti prædicatione.

§. VII.

De Chriſti aſcenſione.

Boſra qd ſignificat.

DE admiratione angelorũ, & inquiſitione eorũ in aſcenſione Chriſti 63. Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Angeli inferiores videntes Chriſtum aſcendere in tanta gloria interrogant admirantes. Edon interpretatur terrenus, vel ſanguineus, & ſignificat mundũ. Boſra interpretatur inuncta vel firma, & ſignificat infernũ, qui

A ita erat firmus, q; nullus poterat exire. q. d. Angeli videntes Chriſtum aſcendere propria virtute, & cum animabus ſanctorum dicebãt admirantes. Quis eſt iſte qui venit de mundo, quia homo, & inferno ita munito cum animabus beatificatis. Quamuis enim Angeli omnes cognouerunt ab initio ſuę creationis ſeu glorificationis in verbo myſteriũ incarnationis, non tamẽ omnes omnia particularia concernentia ipſum myſteriũ, ſed cũ adimplerentur cognouerũt. Reſpõdent ergo Angeli ſuperiores vt ma[illegible] particulari de huiuſmodi illuminati. Iſte fo[illegible]
B ſtola ſua. i. in habitu humanitatis gradie[illegible] multitudine fortitudinis ſuæ. i. per viã crucis, vbi [illegible]ercuit fortitudinem ſuam in vincendo Diabolũ ad cœlum veniens. Vel poteſt dici quòd tota iſta locutio ſit inferiorum Angelorũ. Et ipſis Chriſtus reſpondit dicẽs. Ego qui loquor in iuſtitiã. i. qui iuſtitia exigente reddo vnicuiq; ſecundum opera ſua, & iuſtitia, non potentia, redemi humanum genus, ſuſtinens pœnam pro peccato hominum, vt ſatisfieret offenſæ Dei. Et iuſtum etiam fuit, vt diabolus, qui deceptum hominem tyrannice poſſidebat, inducens Iudæos ad inferendum mortẽ ei, qui non erat debitor mor-
C tis, debitores mortis amitteret homines. Et propugnator ſum, id eſt pugnans contra diabolũ & mundum pro hominibus vincens ad ſaluandum, ſcilicet eos. Interrogant [autem eum] vel Angeli vel ipſe Eſaias. Quare ergo rubrum eſt veſtimentum tuum, id eſt, vnde habes ſigna paſſionis ex qua veſtimentum, id eſt corpus fuit in ſanguine rubeum factum? Quibus reſpondit. Torcular calcaui ſolus, id eſt crucem ſuſtinui. Solus, quia nullus ex Iudæis vel diſcipulis vel amicis vel ex Angelis adiuuit. Conculcaui populos, dæmones ſuppeditando & mundum, in furore meo, id eſt valde iratus contra vitia & dæ-
D mones & contra Iudæos demum, &c. De Apoſtolis & miſſis ad prædicandum c. 66. id eſt Mittam ex eis qui ſaluati fuerunt, ſcilicet conuerſis ad fidem diſcipulos & alios, ad gentes, in mare, in Aphricam, in Lydiam tenentes ſagittas, ſcilicet verborum Dei, in Italiam & Græciam & ad inſulas longe, vt Siciliam & Angliam, ad eos, qui non audierunt de me, ſcilicet per prophetas, & non viderunt gloriam meam, & annunciabunt gloriam meam Gentibus. Lydia eſt in Aſia, Italia & Græcia in Europa.

A.M. 3341.

Quomodo Chriſtus per iuſtitiam liberauit genus humanum.

Diſcipulorum miſſio.

¶ *De prophetia Hieremiæ.*
CAP. VI.

E

HIeremias propheta fuit de ſacerdotibus Anathoth ſanctificatus in vtero, & pater, 1. c. & miſſus ſeu deputatus ad prædicandum à pueritia ſua à Deo, prænunciauit captiuitatem illius populi fiendam à Nabuchodonoſor rege Chaldæorum & ciuitatẽ capiendam & incendendam ab eo, & templum deſtruendum, & Sedechiam regem Iuda cum multis aliis ducendum in Babyloniam, arguens peccata populi, & ad pœnitentiam exhortans. Qui, quia ſe non correxerunt, vidit oculis ſuis omnia euenire, quæ pro-
F phetauerat mala illis. Qui capta ciuitate honoratus à rege Nabuchodonoſor remanſit cum reliquiis vulgi in vrbe Hieroſolyma incenſa & deſolata. Sed poſtea occiſo Godolia, quem rex Babylonis præfecerat ibi relictis, cum Hieremias eos timentes vindictam regis propter occiſionem Godoliæ, confortaret ex parte Dei, ſuadens ne deſcenderent in Aegyptum, ſed ſecuri ibi manerent, non crediderunt nec acquieuerunt verbis eius, ſed perrexerunt in Ægyptum

Summa prophetię Hieremię Breuis eiuſdem vita.

A.M. 3341.

gyptum ducentes ſecum ipſum Hieremiam: & ipſum demum eos arguentem lapidauerunt in Ægypto. Hic Hieremias virginitate ſua euangelicum virum Chriſti eccleſiæ dedicans: quibuſdam aliis prophetis videtur eſſe ruſticior, vt ait Hier. in prologo eius; ſed ſenſibus par eſt, quippe qui eodem ſpiritu prophetauit. Porro ſimplicitas eloquij, de loco in quo natus eſt, ei accidit. De Anathot enim viculo fuit tribus milliaribus à Hieruſalem diſtante. Qui & [illegible] Hieruſalem quadruplici planxit alphabeto, [illegible] in threnis ſeu lamentationibus, ruinam eccleſiæ [illegible] in malis Chriſtianis. Vltra prophetiam flagellorum populi Iudaici & multorum aliorum, B prophetauit etiam multa myſteria Chriſti, nam de incarnatione eius ait cap. 31. Creauit dominus nouum ſuper terram. Vbi notandum quòd conceptio

Prophetia de incarnatione Chriſti.

Chriſti & natiuitatis dicitur creatio. Nouum fuit, ꝙ virgo conceperit, & pepererit virgo, nouum fuit, quòd homo viuens ſine peccato eſſet, nouum quòd Deus naſceretur, factus homo. Fœmina circundabit virum, id eſt virgo Maria abſq; virili ſemine in gremio vteri habebit Chriſtum filium Dei. Non creabit id eſt non generabit opere humano, ſed diuino, circundabit filium Dei in vtero, virum id eſt perfectum ſcientia & virtute.

De paſſione Chriſti. Prophetia

De paſſione Chriſti in cap. 11. Tu autem domine demonſtraſti mihi, & cognoui, tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum, & ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Et non cognoui, quia cogitauerunt ſuper me conſila dicentes. Mittamus lignum in panē eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Iudæi & noſtri Iudaizantes (vt dicitur in glo.) exponunt iſta de Hieremia. Cum enim argueret peccata populi, & comminaretur eis mala ventura, propter huiuſmodi cogitauerunt multi occidere eum diuerſis inſidiis & modis, vt patet Hiere. 38. Vnde & principes petierunt, & obtinuerunt à rege Sedechia, vt mitteretur in lacum ſeu puteum, vbi erat lutum, non aqua, vt moreretur. Sed Abdemelech Aethiops eunuchus regis rogauit eum pro eo vt inde educeretur, quod & factum eſt. Has cogitationes malignas eorum propheta prius ignorauit, ſed poſtea ſibi reuelatum eſt à Deo. Et inter cætera quærebant aliqui modum occultum occidendi, vt per venenum, & hoc eſt quod dicunt. Mittamus lignum, id eſt aliquod occultum toxicum in panem eius, ſcilicet cibum vel potum eius. Sed melius ſecundum ſanctos doctores exponitur de Chriſto vnde propheta & ante & poſt verba iſta, prænunciat exterminium Iudæorum factum per Romanos in punitionem tanti ſceleris eorum. Loquitur ergo propheta in perſona Chriſti ad patrem dicens, Domine ſcilicet pater, tu demonſtraſti mihi.

Omnis cognitio eſt à Deo.

Omnis enim cognitio veritatis à Deo eſt, vt primo magiſtro, ſtudia eorum, id eſt inſidias & machinationes Iudæorum contra me. Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, id eſt non reſtiti, non querulaui, ſed manſuete & patienter me in captione habui, & non cognoui, id eſt, diſſimulaui & tacui, ac ſi non cognoſcerem inſidias eorum cum tamen non eſſem [earum ignarus,] Cogitauerunt ſuper me conſilia, collegerunt enim principes ſacerdotum & Phariſæi cōſilium dicentes, Quid facimus

Ioan 11. Matt. 26.

[quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum & venient Romani & tollent gentem noſtram & locum. Cumque vnus ex eis Caiphas nomine qui erat Pontifex anni illius conſilium dediſſet, quia expedit vobis vnum hominem pro populo & non tota gens pereat conſilium ſuum concluſerunt] & ab iſta hora cogitauerunt occidere eum. Et dicebant. Non in die feſto [Ne forte tumultus fieret in populo, timebant enim ne ſi populus qui plurimum eius ſermonibus delectabatur & miraculis iuuabatur pro illo capto ad arma veniret & tumultū concitaret & Chriſtus manus illorum] euaderet. Dicunt autem,[a] Mittamus lignum in panem eius. Lignū ſcilicet crucis, in panem eius, id eſt in vitam eius quia dixerat de ſe aliquādo, Ego ſum panis viuus, id eſt auferamus ei vitam per mortem ligni crucis. Vel doctrinæ eius, quæ panis ſpiritualis eſt, contradicamus & reſiſtamus, & offendiculum in doctrina eius ponamus, ſcilicet ignominiam crucis, quia occidendo eum morte tam ignominioſa nullus credet in eum vt Meſſiam, & vt verum Deum, quem ſe nominat, cum mortuus in ligno crucis dicatur maledictus in lege, ſcilicet maledictione infamiæ. Et eradamus eum de terra viuentium, id eſt de mundo iſto ex toto auferamus, ſicut quod eraditur ex toto aboletur, ita quòd & doctrina eius, & nomen non ſit amplius in recordatione hominum. Vnde ſubditur. Et nomen eius non memoretur amplius. Sed totum contrarium ad malignam C cogitationem & intenſionem euenit. Nam Chriſtus, qui ante paſſionem notus tantum in Iudæa erat, [poſt paſſionem & mortem ſuam] factus eſt notus glorioſus & exaltatus per totum orbem.

A.M. 3342. — Ioan. 6. — Deu. 21.

a Vbi nos habemus lignum Hebraice habetur עץ *lignum quod inter alia crucem ſignificat, quaſi dicerent ponamus crucem in humeris eius qui dixit ſe eſſe panem viuum, qui de cœlo deſcendit.*

§. I.

Quod Chriſtus Meſſias in lege promiſſus (quem Iudæi ex ſua perfidia expectant venturum & Antichriſtum pro meſſia recipient, vt Chriſtus eis D prædixit Ioan. 5.) ſit verus Deus, quod ipſi Iudæi negant, oſtenditur Hiere. 23. vbi dicitur. Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iudiciū & iuſtitiam in terra. [In diebus illis ſaluabitur Iuda & Iſrael habitabit confidenter, & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. Totam hanc prophetiam.] Iudæi exponunt de Zorobabel, quia ipſe fuit ille dux, qui eduxit populum de captiuitate Babylonica & ſaluus factus eſt Iuda, & illi pauci qui erant de Iſrael in illa captiuitate, & partibus illis & hi ex captiuitate redeuntes habitauerunt confiden-E ter in terra promiſſionis. Et propterea nomen Zorobabel vocatum eſt dominus iuſtus noſter, quia ſic Iudæi imponebant nomen Dei filiis ſuis, vt Emanuel, vel Adeodatus & huiuſmodi. Sed cum Zorobabel non fuerit rex poſt reuerſionem à captiuitate illa, necante, ideo ipſa expoſitione reiecta vt falſa, alia vera ponenda eſt. Ecce dies veniunt id eſt tempore incarnationis, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. Dauid id eſt Chriſtum, qui factus eſt ex ſemine Dauid, id eſt progenie, non ex virili ſemine ſed opere ſpiritus ſancti. Vnde in Pſalm. Iurauit dominus Dauid veritatem & non fruſtrabitur eum. De F fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, ſcilicet ad regnandum, de fructu ſignanter dicit, quia in conceptione filiorum à patre ſemē deciditur à lumbis eius, à matre vero & ventre materia conceptus deriuatur. Quia igitur in conceptione Chriſti, non fuit ſemen viri, ſed materia ex matre virgine præparata, ideo dixit. De fructu ventris, nō de fructu lumborum. q. d. fructus Mariæ deſcendētis ex Dauid qui eſt

Chriſtus verus De' eſſe probatur. — Iudæi per uertūſcripturas. — Expoſitio prædictorum. — Rom. 1. — Pſal. 131. — Quare nō dicitur de fructu vētris.

A.M. 3342.

qui eſt Chriſtus Ieſus ſine parte in terris: ſedebit ſuper regnum Dauid in regno ſpirituali Eccleſiæ. Omnes alij reges Iuda mortui ſunt, & deſierunt eſſe reges: Chriſtus autem deſcendens ex Dauid, ex quo cœpit regnare, ſcilicet incarnatus, nunquam deſiit eſſe rex: ſed regnum eius ſemper durat, quo regit Eccleſiam militantem & triumphantem, ſed & poteſtatem & dominium temporale, vt dominus omnium habebat & habet: ſed hic non vſus eſt, ſcilicet viuens cũ curia regali, & exercitio poteſtatis regalis: & ideo propriè dicitur ſuſcitatus. Et propriè vocatur Chriſtus germen iuſtum: quia ſolus Chriſtus fuit in germine, id eſt conceptione iuſtus, quod de nullo alio poteſt dici, cùm omnes in peccato concepti ſunt ſecundum communem ſententiam doctorum. Vnde alia litera habet orientem iuſtum. Ezec. 34. Suſcitabo germen iuſtum nominatum. Et regnabit rex & ſapiens erit. Verus vtique rex temporalis, quo ad dominium, licet non quo ad vſum. Spiritualis etiam Eccleſiam gubernans & æternalis beatis dominans & ſatians. Sapiens erit omni ſapientia diuina & humana, beata, in via acquiſita, experimentali, omnia optimè gubernans & deducens cuncta ad deſtinatum finem. Et faciet iudicium & iuſtitiam in terra, quod erit manifeſtè in ſecundo aduentu, quando iudicando orbem reddet vnicuique ſecundum opera ſua, vt iuſtitia exigit. Faciet etiam iudicium in primo aduentu inter diabolum & hominem, quem tenebat captiuum, & iuſtitiam, ſatisfaciendo pro peccato humani generis, & ſic ſoluendo Adæ debitum. Vnde dixit Chriſtus appropinquante paſſione. Nunc iudicium eſt mundi &c. Ioan. 12. Et in diebus illis ſcilicet huius primi aduentus ſaluabitur Iuda, id eſt, aliquis de regno Iuda, & Iſrael, id eſt, aliquis de populo Iſrael habitabit confidenter, confidens in Deo Chriſto Ieſu. Si illud faciet iudicium &c. referatur ad ſecundum aduentum ſcilicet in finali iudicio, tunc in diebus illis ſcilicet prope finale iudicium ſaluabitur Iuda & Iſrael, quia mortuo Antichriſto quem tenuerunt Meſſiam, conuertentur (vt ait Pſalm.) ad veſperam id eſt finem mundi Iudæi credentes in Chriſtum, & habitabunt confidenter in eccleſia. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum ſcilicet populus de Iuda & Iſrael conuerſi in primo aduentu, vel circa ſecundum, dominus iuſtus noſter. Et per hoc oſtenditur quòd Dauid iſte, id eſt Chriſtus ſuſcitatus erit Dominus vniuerſorum, & per conſequens Deus. Vnde quia Dominus ideo reuerendus & timendus per veram fidem. Et quia iuſtus, ideo fiducialiter expectandus, quia reddet bonis valdè bona. Et quia noſter, ideo amplexandus & amandus per veram caritatem. Ex hac prophetia oſtenditur quòd Meſſias per prophetas promiſſus, ſit verus Deus & homo, quia communiter omnes Hebræi tenent hanc prophetiã de Meſſia dictam. Et ſicut in hoc quod dictum eſt: Suſcitabo Dauid germẽ iuſtum inſinuatur vera humanitas, ita ex hoc quod hic dicitur. Hoc eſt nomen quod vocabunt eũ Dominus iuſtus noſter oſtenditur eius diuinitas. Et firmatur hoc per literam Hebraicam, quia vbi habemus, Dominus iuſtus noſter, in Hebræo habetur nomen Domini tetragrammaton. Quod quidem nomen eſt propriiſſimum inter nomina diuina, & propter hoc de nullo dicitur niſi de Deo vero. Rabbi Moyſes maximus doctor Hebræorum in libro directionis perplexorum idẽ declarat dicẽs, q̃ omnia nomina diuina deriuata sũt ab operibus diuinis, præter nomẽ domini tetragrãmaton, quod eſt appropriatum altiſſimo creatori, quia ſecundum ipſum ſignificat diuinam eſſentiam cum pro-

Chriſtus rex in æternum.

Omnes in peccato originali concepti excepto Chriſto & B. Virgine ex priuilegio.

Matt. 16. Rom. 2.

Pſal. 58.

Chriſtus verus Deus & homo.

Nomen tetragrammaton Deo propriiſſimũ.

Rabbi Moyſes, Gen Mẽ. 60. par. 1. apud Galatinum. 2 cap. 10.

Nicol. de Lyra hæc habet in glo in eũ locum.

A prietatibus ſuis intrinſecis. Cætera nomina diuina poſita ſunt ab operibus diuinis: ſicut patet de hoc nomine *Heloim* & *Adonai* quæ inter cætera ad Deum videntur magis propria, & tamen hoc nomen *Heloim* imponitur ad ſignificandum Deum, ex generali prouidentia & propter hoc, nomen illud communicatur aliis: nam & iudices & ſapientes dicuntur in ſcriptura aliquando Heloim. Vnde in Pſalm. vbi in latino dicitur, Ego dixi dij eſtis, in Hebræo habetur. אני אמרתי אלהים אתם dij vos, ſupple, eſtis. Similiter hoc nomen *Adonai* ponitur ab vniuerſali præſidentia: & ideo etiam illud communicatur aliis, vt dicatur de potentibus & re-B gentibus *Adonay*. Non ſic eſt de illo nomine tetragrammaton, quod ſignificat diuinam eſſentiam nudam & puram abſque reſpectu ad extra, & ſic iſtud nomen non eſt communicabile alteri, vt dicit Rabbi Moyſes præfatus. Ex quo concluditur quòd cum Chriſtus Meſſias vocetur hoc nomine, quòd ſit verus Deus. Si autem dicatur prout à quibuſdam Iudæis obiicitur contra prædicta, quod etiam iſtud nomen tetragrammaton non dicitur de Deo tantum ſed etiam de aliis. Nam Ezech. vltim. de illa ciuitate ibi deſcripta dicitur. Et nomen ciuitatis dominus ibidem, loco cuius in Hebræo habetur nomen domi-C ni tetragrãmaton יהוה Et Ge. 22. vbi nos habemus. Et vocauit Abraham nomẽ loci illius dominus videt in Hebræo habetur יהוה יראה Et in libro Iudicum vbi nos habemus. Et vocauit Gedeon nomen altaris illius quod fecerat, Domini pax, in Hebræo eo autem Dominus pax, nẽ Hebraicè ibi ponitur יהוה שלום ex quibus videtur quòd tetragrãmaton dicatur nõ ſolum de Deo vero, ſed & de ciuitate, de loco, & de altari. Reſpondetur q; iſtud nihil valet. Nam nullum prædictorũ nominatur nomine proprio Dei ſimpliciter & abſolutè tetragrammatõ, ſed nominatur cum additione à quodam effectu Dei eius, qui eſt verus Deus. D Et hoc non eſt inconueniens ſicut ſi aliquis homo, vocetur Adeodatus vel Deuſdedit, quia aliquis effectus Dei apparuerit, ꝓpter quod dicitur dat⁹ à Deo, ſed nullus vocatur Deus abſolutè, quia eſſet impium. Sic ad propoſitum vbi dicitur in Ezechiele nomen ciuitatis dominus ibidem, & in Hebræo nomen domini tetragrammaton, non dicitur abſolutè hoc, ſed cũ additione ſcilicet dominus ibidem *Iehoua Schãma* id eſt dominus vel nomen domini tetragrammaton ibi, in Hebræo eſt ſcilicet q; debeat ciuitas illa ſic denominari ab inhabitatione domini, & hoc patet per tranſlationem in Chaldaicam, quæ ſic nomen ciuitatis expo-E nit, à die qua fecit dominus deſcendere diuinitatẽ ſuã ſic & in Geneſi non dicitur abſolutè vocauit Abrahã nomen loci illius dominus, ſed cum additione videt, dicens Dominus videt, quia ſcilicet vidit dominus afflictionem Iſaac, & humilitatem, & liberauit eum à morte arietem præparans. Vel ex eo quòd vidit in ſpiritu Abraham ibi templum Salomonis conſtituendum, in quo dominus videret preces & oblationes populi, & hoc expreſſè habetur ex tranſlatione Chaldaica. & ſic de aliis. Alij Iudæi videntes ſe per iſta concluſos: aliter exponunt dictam prophetiam corrumpentes textũ & dicentes, quod non ſic eſt in Hebræo, vt interpretati ſunt, ſed hoc eſt nomen eius quod vocabit F dominus iuſtus noſter, ita quòd nomen domini tetragrammaton non refertur ad Meſſiam illum Deum, ſed ad verum Deum, qui vocabit ipſum Meſſiam ad liberationem populi Iudæorum à ſeruitute, quando ei placebit. Contra iſtam autem expoſitionem non poteſt argui, niſi quòd ipſi corrumpunt literam, vt ſic negent Chriſti diuinitatem. Sed aliqui fideles pa-

Nomen Heloim non ſoli Deo tribuitur.

Pſal. 81.

Nomen Adonai vnde dicatur.

Iudæorũ ad hanc veritatem elidendam intricata ſeq̃uela.

Iud. 6.

Reſpõſio ad Iudæorum impium tetragrammaton nomen pertinere habet Galatinus l. 3 c. 9. ex Hebræorum commentariis.

Iudæi iſti corrumpunt, vt Chriſto nomen diuinitatis auferunt.

A.M. 2870.

tui iuramento firmarunt ſe vidiſſe alias in antiquis A Bibliis Hebraicis, ſicut Hiero. tranſtulit. [a] Nec eſt credendum quòd tantus vir Hier. aliter tranſtulerit, quàm Hebraica veritas ſe haberet, cùm coram tot Iudæis & Catholicis peritis publicauerit ipſam tranſlationem. Inſuper ad conuincendum eos de falſificatione recurrendum eſt ad aliorum tranſlationes, quas rationabiliter negare non poſſunt: ex quibus falſitas illa deprehendi poteſt. Et primo in tranſlatione ſeptuaginta facta à Iudæis peritiſſimis ex Hebræo in Græcum ſic habetur, vt in tranſlatione noſtra ex Hebræo in latinum facta à Hiero. Quod patet ex officio Eccleſiæ ſumpto ex ipſa tranſlatione ſeptuaginta. Di- B citur enim ibi: Et vocabunt, non vocabit, eum dominus iuſtus noſter, ſcilicet conuerſi ex Iudaiſmo: ita quod dominus, loco cuius eſt nomen Dei tetragrammaton in Hebræo refertur ad Meſſiam ipſum. Quod verò ipſi ſeptuaginta non poſuerunt ponere nomen domini tetragrammaton in Græco, in proprio ſignificatu: [hoc factum eſt] vel quia non inuenerunt nomen ita propriè correſpondens: vel ſi inuenerunt ad occultandum myſterium diuinitatis in Meſſia Prolemæo, ne ſcandalum ſumeret incapax tanti myſterij, ipſum ideo propriè non poſuerunt ſicut & in pluribus aliis locis: ſed loco huius poſuerunt: & vocabũt C eum Κύριος: quod Græcum latinè ſonat dominus. Quod quia nomen commune eſt, & poteſt dici & de Deo, & de quolibet magno principe, ideo facile myſterium trinitatis poterat Prolemæo occultare. Eodem modo Hieron. qui tranſtulit de Hebræo in latinum, quia non habuit nomen proprium in latino correſpondens illi Hebraico nomini tetragrammaton, poſuit dominus in latino. Quod nomen quidem communiter dicitur de Deo & principibus mundi: ideo ex ipſa littera noſtra ſecundum tranſlationem Hieron. non poſſet probari diuinitas Chriſti Meſſiæ: ſed ex Hebręa non corrupta litera. Patet etiam falſi- D tas Iudæorum ex tranſlatione Chaldaica, quæ eſt authentica apud eos. Dicitur enim ibi: Ecce dies veniẽt, & ſtatuam Dauid Meſſiam iuſtum. Vnde patet quòd prophetia iſta loquitur de Meſſia Chriſto. Et ſequitur: Et hoc eſt nomen, quod appellabunt eum dominus iuſtus noſter. Vbi ponitur nomen domini tetragrammaton in Hebræo, ponitur in Chaldaico dominus. Et non dicitur ibi: vocabit, ſed vocabunt ſeu appellabunt eum: & ſic refertur ad ipſum Meſſiam tetragrammaton. [a] Conſiderandum eſt etiam ꝙ ſacra ſcriptura multipliciter fuit ſcripta. Vno modo purè Hebraicè, ſicut primò tradita eſt, quo ad vetus teſtamentum ſcilicet ſermone Hebraico & literis Hebraicis. Alio modo fuit ſcripta Hebraicè: ſed non purè, ſermone ſcilicet Chaldaico, licet literis Hebraicis, quia Hebraicum & Chaldaicum ſunt idiomata propinqua eundem numerum literarum habentia, quæ literæ quamuis diſcrepent in figura, tamen conueniunt in ſono & virtute: vt dicit Hieron. Et ideo vnum idioma poteſt facilius ſcribi per literas alterius: hoc ergo modo multi ſcripſerunt vetus teſtamentum: & maximè Ionathas filius Vziel: cuius ſcriptura eſt ita authentica apud Iudæos, quòd nullus eſt auſus ei contradicere, propter hoc in libris notabilibus Hebræorum ponunt Hebraicum purum in vna columna: & Chaldaicum ſcriptum ab iſto Ionatha in alia colũna literis Hebraicis. Et vtuntur Iudæi Chaldaico quaſi pro expoſitione, quia aliqua, quæ ſunt multum obſcura in Hebraico puro, clarius ponuntur, & quaſi exponuntur in ipſo Chaldaico. Et ideo illa tranſlatio eſt multum valens ad huiuſmodi. [Tertio modo ſacra ſcriptura Græco ſermone edita eſt. Cum enim Ptolemæus rex Ægypti ſacros libros in ſuam Bibliothecam, quam inſtructiſſimam eſſe cupiebat, reponi optaret: miſit ad Oniam tunc pontificem nuncios qui libros ſacros & interpretes qui eos verterent ad ſe mitti poſtularunt. Cui Onias aſſentiens ſeptuaginta duos viros ex omnibus tribubus delectos ad eum miſit, à quibus ſacra ſcriptura ex Hebræo idiomate in græcũ ſermonẽ eſt conuerſa.] Fuerunt enim hi 70. peritiſſimi in vtraque lingua: vt refert Ioſephus li. 12. antiqui. ipſi autem non ſemper tranſtulerunt de verbo ad verbum, ſed aliquando & frequenter ſenſum ex ſenſu mutantes aliqua, vel occultantes ex induſtria, quæ potuiſſent eſſe cauſa erroris Ptolemæo regi Ægypti. Cum igitur per tranſlationem ſeptuaginta & Chaldaicam conuincantur Iudæi, quòd Meſſias ſit Deus, quęrunt aliqui eorum aliud ſubterfugiũ dicentes, ꝙ quamuis Meſſias nominetur Deus, non tamen erit, ſed purus homo, licet ſanctiſſimus ſit & maior Moyſe. Sed hoc eſt impoſſibile, quia ſi permitteret ſe vocari nomine domini tetragrammaton, & ſic non eſſet, ſcilicet verus Deus re, ſed nomine tantum, incurreret peccatum blaſphemiæ, vnde non eſſet ſanctiſſimus, ſed malus.

D. Hiero. tráſlatio, quæ eſt vulgata fideliſſima

In officio Eccleſiæ aduentus tempore crebro hoc legitur.

Sacra ſcriptura multipliciter ſcripta.

Tráſlatio Hieron. Chaldaica.

Hieron. in Prol. in li. Reg.

Hebraica lingua & Chaldaica conueniunt

R. Ionatha. Ben Vziel autor Chaldaicæ interpretationis vi. de Galat. li. 1. cap. 3

Ioſeph. c. 12. anti. 2.

Septuaginta interpretes quomodo ſacram ſcripturam Græcè ſunt interpretati: vide præter Ioſephum Ariſteam & alios.

Aliud planeſtò idũ Iudæorum ſubterfugium.

Meſſias ſi non eſſet Deus & talem vocari ſe permitteret eſſet improbiſſimus. cùm igitur impliũ ſit: hoc dicere ſequiturcum vt ſe nominari patitur vere eſſe Deum.

[a] Locus hic palmaris eſt pro Chriſti domini noſtri diuinitate, qui tum c. 23. tum 33. iiſdem pene verbis habetur. Nam ſic c. 23. hebraica habet veritas וזה שמו אשר יקראו יהוה E *&c. vbi cum legiſſet Diuus Hieronimus* Iichtu *nõ* Iichro *vt hodie punctuatur. bene & rectè interpretatus eſt* vocabunt *non* vocabit *& proinde Hebraica veritas Chriſti diuinitatis aperte fauet cap. porro. 33. eadem pene verba quæ ſuprà habentur, quem locum 70. ita reddiderunt, καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ ὄνομα ὃ καλέσουσιν αὐτὸν κύριος δίκαιος ἡμῶν. Præterea D. Aug. in 18. ciuit. c. 33. hunc citans locum prorſus cum vulgata noſtra editione conſentit, vnde ſequitur 70. interpretes, quos pene ſolos D. Aug. nouerat, in hoc loco veritatem Hebraicam recte expreſſiſſe, & Chriſti diuinitatem aperte prodidiſſe, ſi per nomen κύριος, nomen incommunicabile & ineffabile, vt eſt in Hebræo intelligatur. Deniqne recentiores interpretes, qui* F *Hebraicam veritatem fidelius exprimere conati ſunt, ſi tamen [illegible] & Vatablus, & Genebrardus in Ioſeph. [illegible] in 2. de Trinitate conſentiunt cum noſtra editione [illegible] aperte Chriſtum Deum verum eſſe ex hoc loco cla[illegible] omnes, qui etiam idem profitentur, quos vide apud Galatinum [illegible]. Porro Dei nomen τετραγράμματον [illegible] græc. & latinè Dominus, redditur, quia in Hebræo fonte pro eo religionis cauſa Adonai id eſt Dominus vulgo legitur.*

[a] Editiones ſacræ ſcripturæ ante Chriſti aduentũ celebratas D. Ant. commemorare ſolum voluit, ſed à Chriſti ortu plurimi in eo opere elaborarunt vt Aquila, Theodotio, Symmachus, Lucianus martyr fueruntq; aliquot editiones incertis auctorib. prolatæ quæ ſimul in vnũ corpus cõpactæ nũc tetrapla nũc exapla nunc vero octapla dicebãtur. vide Sixtũ Senenſe l. 3. Bi. ſanctæ.

§. II.

DE lege autem euangelica danda dicitur Hier. 31. Poſt dies illos dabo legem meam in viſceribus eorum & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populũ. Ante iſta verba immediatè ſuprà dicit dñs. Feriã domui Iſrael & domui Iuda, id eſt conuerſis ad fidẽ ex illis gẽtib. fœdus: F nõ ſecundũ pactũ quod pepigi cũ patrib. eorũ in die qua apprehẽdi manũ eorũ: vt educerẽ eos de terra Ægypti: pactum quod irritũ fecerũt, ſed hoc erit pactum ꝙ feriam cum domo Iſrael. Et ſequitur quod ſuprapoſitũ. Poſt dies illos &c. Hanc authoritatem Hieremię inducit apoſtolus ad Hebr. 8. ad oſtendendum teſtamentum nouum ſuccedere veteri: & legem literæ mutatam in legẽ ſpiritus: vt illa legalia ſeu ceremonialia ſpiritualiter nõ literaliter impleãtur. Fecit ergo mentionem

Prophetia Hieremiæ de lege euangelica de eadem vide Iuſtinum contra Thryphonem Aug. lib. 18. ciuit. cap. 33.

A.M. 1990.

Duplex fœdus Dei cum hominibus. Paulo diuerſa ratio fœderis feriendi afferetur à Liuio li. primo.

tionem propheta de duplici fœdere ſeu pacto, quod dominus fecit cũ hominib. Primũ fecit cum antiquo populo Iſrael. Secũdũ cũ populo Chriſtiano. Vbi ſciẽdũ ꝙ fœdus dicitur à ferieda porca: quia ſicut in pactis antiquorum animal in medio facientium pactũ adinuicem trucidabatur: & effundendo ſanguinem eius dicebatur: ſic fundatur ſanguis eius qui hoc pactum violauerit, ſic fecit Moyſes quando fecit fœdus ſeu pactum cum populo Iſraelitico poſt egreſſionẽ de Ægypto. Nã acceptum ſanguinem vitulorum occiſorum in ſacrificium: lecta lege aſperſit de ipſo ſuper populum dicens: Hic eſt ſanguis fœderis, quod B pepigit dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonib. iſtis, vt habetur Exo. 24. Et de illo etiam ſanguine aſpergebatur velum ꝙ erat ante tabernaculum quod occultabat, quæ erant intra: vt arcam & huiuſmodi. Fecerunt ergo iſtud pactum cum Deo obſeruandi illam legẽ inquãtũ erat ſub figura: ſed nõ ſeruauerũt illud pactũ ꝙ figura: nec etiã erat in figurato. Figurabatur enim ꝙ ſanguinẽ Chriſti figurati in vitulo & agno reciperent tãtum in velamine figurarum permanentes: non ad intra myſteria clauſa penetrantes.

Chriſti ſanguis verè eſt fœdus.

Iſte ſanguis Chriſti vere effuſus, qui in medio mundi trucidatus eſt: eſt fœdus inter nos & Deum noſtrũ C vt timeamus eum & ſeruemus eius mandata. Quod pactum per ſanguinem Chriſti confirmatum: ſi trãſgreſſi fuerimus: ſic transgreſſoris ſanguis effundetur: quia æternaliter trucidabitur. Si ergo Dominus nouum pactum cum hominibus debet facere, vt hic Hieremias dicit: oportet quòd pactum antiquum irritum ab hominibus factum remoueat ipſe Deus, vt nouum in hominibus magis præualendo conſurgat. Illud pactum ſcilicet legis antiquæ in duris lapidibus ſcriptum fuit, quia duræ nationi dabatur Iudæorum. hoc autẽ fœdus ſcilicet nouæ legis in cordib. carnalibus non atramento vel ſtylo viſibili, ſed D ſpiritu ſancto conſcriptum eſt ſecundum illud Ezeç. 11. & 36. Auferam à vobis cor lapideum: & dabo vobis cor carneũ. Vnde propheta ſubiungit: poſt dies illos ſcilicet veteris legis vel incarnationis, paſſionis reſurrectionis, & aſcenſionis: dabo legẽ meã. ſ. ſpiritus ſancti: quæ data eſt in cœnaculo Apoſtolis, primo in die pentecoſtes in viſceribus eorum, non in lapidibus ſed in intimis penetralibus & in corde eorum ſcribam eam. Vbi nota ꝙ lex iſta dicitur ſcripta in viſceribus & in corde: quia lex iſta euangelica habet illuminare & afficere hominem, & ideo merito dicitur in viſceribus id eſt affectionibus & in corde, id eſt ratione. Et hæ ſunt duæ tabulæ in quibus ſcripta E eſt lex noua in interiori homine, vt credamus, & affectu amemus. Vnde credentes & amantes legem ſpiritusſancti in corde recipientes ſunt vere timẽtes & honorantes Deum: propter quod ſequitur, quod ſubinfertur. Ego ero eis in Deum: & ipſi erunt mihi in populum ſcilicet peculiarem qui habent Deum ſibi appropinquantem. Et quia iſta lex Euangelica eſt firma & ſtabilita, nec alia in mundo ei ſuccedet, vt quidam hæretici dixerunt. Ideo ſubdit. Si defecerint leges iſtæ coram me tunc & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit gens coram me cunctis dieb. Cum tamen dicat Chriſtus: Non præteribit generatio hæc donec omnia fiant, Luc. 21. ſcilicet quæ euenire debent ante finale iudicium. Quod Deus mutet ſententiam in F promiſſis flagellis vel proſperitatibus, ſecundũ quã homo mutatur de bono ad malum & econuerſo. Vnde dicit dominus Hierem. 18. Repente loquar aduerſus Gentem & aduerſus regnum vt euertam & eradicem & deſtruam illud. Si penitentiam egerit

Differentia inter vtrumque fœdus.

Act. 2.

Deus mutat ſententiam in promiſſis flagellis.

A gens illa à malo ſuo: agam & ego pœnitentiam à malo quod cogitaui vt facerem ei: & ſubito loquar de gente & regno vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis vt non audiat vocem meam, agam & ego pœnitentiam ſuper bonum quod cogitaui facere illi. Vbi Hier. Non enim hominibus, ſed vitiis iraſcitur Deus: quę ſi mutata fuerint nõ erunt quib. iraſcatur Deus: de pœ. di. j. quamobrẽ.

A.M. 1990. Hiero. ad c. 4. Dani.

De prophetia Ezechielis. CAP. VII.

Ezechiel Propheta quis.

EZECHIELIS propheta, vt ait Hie. in prologo ſuper ipſum cum Ioachim rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem: ibique cum his qui captiui ducti fuerant de Iudæa prophetauit. Trigeſimo autem ætatis ſuæ anno & captiuitatis quinto, exortus eſt ad concaptiuos loqui. Eodem tempore licet poſterior Ezechiel in Chaldæa, Hieremias in Iudæa prophetauerunt. Stylus eius nec ſatis diſertus: nec admodum ruſticus, ſed ex vtroque medio modo temperatus. Sacerdos & ipſe fuit ſicut Hieremias: principium eius & finem magnis habens obſcuritatibus inuoluta. Vnde & Hebræi ante trigeſimum ætatis ſuæ annum eã non legũt. Occiſus demum eſt ab ipſis Iudæis in partib. illis. Et in prima viſione quæ habetur. j. c. deſignatur ſtatus eccleſiæ militantis, & dominus ei præſides vt exponit Greg. ſuper Eze. De vnitate autem Eccleſiæ & eius vno rege & paſtore domino Ieſu Chriſto prophetauit. Vnde ca. 34. ait per eum dominus, Suſcitabo ſuper eas ſcilicet oues meas, paſtorem vnũ qui paſcet eas, ſeruum meum Dauid. Ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorẽ. Ego autẽ dominus ero eis in Deum: & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum & faciam cum eis pactum pacis, & non tradentur vltra in rapinam gentibus. Quidam exponunt illa de Zorobabel, qui reduxit populum Iudaicum de captiuitate Babylonica in terram ſuam & fuit eis dux bonus & paſtor. Sed quædam ſunt in prophetia quæ nõ poſſunt intelligi de Zorobabel: ſcilicet quod dictum eſt in fine. Nã à gentib. plurib. traditi ſunt in rapinã, vt ab Antiocho, à Pompeio, à Tito, & Veſpaſiano. Expoſitio igitur vera eſt de Chriſto quẽ Dauid vocat: quia deſcendit de progenie Dauid ſecundum carnem. Et quia fortis eſt robore contra Diabolum, & decorus aſpectu diuinitatis & humanitatis. hoc enim interpretatur Dauid fortis vel decorus. Suſcitabo, quia non ex virili ſemine: ſed opere diuino verbum Dei factum eſt caro. Paſtorem vnum, ſingulariter Ego (ait Chriſtus) ſum paſtor bonus. Ioan. x. & fiet vnum ouile & vnus paſtor. ibidem. Et quia humiliauit ſe vſque ad mortẽ crucis Deus exaltauit eũ ponendo eũ paſtorem & caput Eccleſiæ, qui ductor eſt ouium: id eſt Eccleſiæ: & per ſuam humanitatem ducit ad cognitionem diuinitatis, & tanquam ouis quilibet fidelis ſub eo ingreditur ad contemplationem claram deitatis & egreditur ad intuitionẽ humanitatis & paſcua inueniet fruibilitatis. Et ſic ſeruus Dauid id eſt Chriſtus omnino Deo ſubiectus in forma ſerui, eſt princeps in medio ouium, ad quem omnes circunferentiæ reſpiciunt & reſpectum habent. Et factum eſt tunc pactum pacis inter naturam humanam & Deum tum propter vnionem, tũ propter paſſionem, qua Deo ſatisfecit pro nobis: tum propter coniunctionem inter Iudæos & Gentiles conuerſos ad fidem in dilectionem fraternam. Et non ſunt vltra in rapinam Gẽtibus id eſt dæmonibus vel infidelibus ſcilicet oues Chriſti cum quibus eſt vſque ad cõſummationẽ ſæculi. Vnde ipſe ait

De vno paſtore Chriſto.

Quod ſi is paſtor vnus eſt, nonne & is qui in terris vices eius gerit vnus erit.

A M. 2858.

Ioan. 10. Non rapiet eas quiſquam de manu mea. Sed nota diligẽter quòd dominus per prophetam ipſum reprehendit dure malos paſtores: id eſt prælatos dicens. Væ paſtoribus qui paſcebant ſemetipſos lac comedebatis & lanis operiebamini, ſcilicet earum, gregem autem meum non paſcebatis: & quod craſſum erat occidebatis: quod infirmum fuit non conſolidaſtis &c.

§. I.

De reſurrectione mortuorum.

MYSTERIVM generalis reſurrectionis corporum fuit ſibi oſtenſum, quando in viſione imaginaria ductus fuit in cãpum plenum oſſibus mortuorum, quæ ad vocem prophetæ ex parte domini ad ea loquentis, facta commotione magna ex eis iuncta ſunt oſſa ad oſſa, carnes & nerui aſcenderunt, & extenſa eſt cutis ſuper ea, & demum ad vocem prophetæ ingreſſus eſt in illis corporibus mortuis ſpiritus, & ſurrexerunt, & ſteterunt viui ſuper pedes ſuos, vt habetur Ezech. 37. Et poſtea ſubdit dominus dicens. Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris populus meus, & introducam vos in terram Iſrael &c. Ad literam per hæc prænunciatum fuit illis, qui erant in captiuitate Babylonica quòd exirent de ea: de quo quaſi deſperabãt illi. Sed & veritas futuræ reſurrectionis & poſſibilitas oſtenſa hic fuit.

§. II.

De Dei miſericordia & iuſtitia.

DE miſericordia Dei immenſa recipiente omnem peccatorem pœnitentem ad veniam: & de iuſtitia eius puniente quemcunque: etſi pro tempore ſanctum & iuſtum: tamen ad malum declinãtẽ & non reuertentẽ ad pœnitentiam: ac etiam de æquitate eius non puniente patrẽ pro culpa filij vel econuerſo nullus clarius eo loquitur Ezec. 18. per totum. Dicit enim: Anima quæ peccauerit ipſa morietur, ſcilicet morte ſpirituali: quæ eſt priuatio gratiæ, ex qua ſequitur mors æterna. Filius non portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatem filij, quod eſt verum de pœna in alia vita. ſ. inferni vel purgatorij. Nam in vita iſta pœna temporali bene punitur vnus pro alio. Et hæc materia pulchrè & diffuſe tractatur 1. cauſſa q. 4. iam itaque & c. homini ſ. econtra dominus. cum ſeq. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt: & cuſtodierit omnia præcepta mea: & fecerit iudicium & iuſtitiã: vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius non recordabor. Nota verba ſingula: ſi pœnitentiam egerit. Aug. Neminem putes à quocunque magno vel paruo peccato ad correctionem ſine pœnitentia poſſe tranſire. de pœn. di. 3. Et intelligitur de illa pœnitentia interiori, quæ definitur à Gre. & Am. de pœn. diſt. 3. pœnitentia. Pœnitentia eſt præterita mala plangere & plangenda iterum non committere, id eſt proponere non committere. Et dicit ab omnibus peccatis ſuis, Aug. Totum hominem Chriſtus ſanauit in ſabbatho, quia corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione [liberauit] indicans pœnitentem oportere ſimul dolere de omni crimine orto in anima & corpore. Quomodo enim qui crimẽ reſeruat vnum: de alio reperiet veniam? de pœn. di. 3. ſunt plures. Et cuſtodierit omnia præcepta mea propoſito, quando vere pœnitet: & poſtea executione. Nam vt dicitur Iaco. 2. Qui totã legẽ ſeruauerit offendat autem in vno ſcilicet præceptorum, factus eſt omnium reus: quia vt dicitur de pœ. di. 5. fratres. Sicut ſi peccatis omnib. eſſet inuolutus, ita ſi in

Aug. Epiſ. 48. Greg. ho. 34. in Eliã. Eſt ergo quædam pœnitẽtia interior. Auguſt. de pœn. c. 6. Tres partes pœnitentiæ hic notantur. Inno. 2.

A M. 2870.

A vno tantum maneat æternæ vitę ianuã non intrabit. Et fecerit iudicium ſcilicet diligenter diſcutiendo cõſcientiam de cõmiſſis, & ad iudiciũ pœnitentiale per cõfeſſionẽ recurrẽdo, vt ait Aug. de pœ. di. 1. iudicet. Iudicet ſe homo dum poteſt, & mores conuertat in melius, & tunc veniat ad antiſtites Eccleſię &c. Et iuſtitiam per congruã ſatiſfactionẽ peccatorum. Eſt enim pœnitentia ſecundum Aug. de pœ. di. 3. c. pœnitẽtia. dolentis quædã vindicta puniẽs in ſe quod dolet cõmiſiſſe. Vindicta autẽ ſeu punitio ad iuſtitiam pertinet. Vita viuet, gratiæ & poſtea gloriæ, & non morietur morte æterna: omnium iniquitatũ eius nõ B recordabor ſcilicet quo ad punitionẽ, ſi perfectè ſatiſfecerit. Quod ſi auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ ſuę non recordabuntur, id eſt nullum opus bonum factum per eum cũ eſſet in gratia, poſtea erit deo gratũ vel meritoriũ vitæ æternæ. Vnde Gre. ſupra dicta autoritate, de pœ. di. 4. c. hoc nobis, ait. Nobis cõſiderãdum eſt quia [cũ mala cõmittimus, ſine cauſſa mala tranſacta reuocamus, quoniã] in perpetratione malorum nulla debet eſſe nobis fiducia bonorum præteritorum, quo ſcilicet ad vitam æternam conſequendam. Eadẽ plenius etiam ponuntur c. 33. vbi etiam præmittitur periculũ C & perditio, quæ imminet prælatis & prędicatoribus ſi non annunciant & corrigũt peccata populorum: quia cum eis dãnantur. Dicit enim. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, ſi dicente me ad impium, morte morieris, [non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat à via ſua ipſe impius] in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requirã. Si autẽ annunciante te ad impium, vt à viis ſuis conuertatur non fuerit cõuerſus à via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur: porro tu animã tuã liberaſti &c.

Au. ſer. 50. Aug. de vera & falſa. pœ. cap. 8. Gre. ho. 12. ad c. 3. Ezec.

§. III.

D ITEM in c. 28. loquitur contra principẽ Tyri, quæ erant ciuitas quædam multum opulenta & fortis, dedita negotiationib. vicina Galilææ, & prænunciat occiſionem eius & exterminium ciuitatis propter ſuperbiã ſuã, & ſubdit de rege Tyri. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus decore, in delitiis Paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis pretioſus operimentum tuum, Sardius, topazius, Iaſpis, Chryſolitus, Onyx, & Beryllus, & Saphyrus, & Carbũculus, & Smaragdus &c. vltra ſenſum literalem de illo rege Tyri, cuius excellentia per ſimilitudinẽ rerum exprimitur, & poſtea eius deiectio, exponitur etiam E ad literã dictũ de lucifero, vt notat diffuſe Grego. in li. moralium, & habetur de pœ. di. 2. principium. Vbi dicit ad oſtẽdẽdã excellẽtiã. Quid boni nõ habuit ille ſcilicet primus Angelus? Primus dignitate perfectionis, dictus Beemoth vel Lucifer, & Cherub, qui ſignaculũ Dei ſimilitudinis fuit, cũ dicitur. Tu ſignaculũ &c. Licet enim homo ad ſimilitudinẽ Dei creatus ſit: Angelo tamen quaſi maius aliquid tribuẽs nõ eũ ad ſimilitudinẽ Dei cõditũ, ſed ipſum ſignaculum ſimilitudinis Dei dicit, vt quo ſubtilior eſt natura: eo in illũ ſimilitudo Dei plenius credatur expreſſa. Vnde & primatus eius adhuc potẽtiam inſinuãs ſubdit. F Omnis lapis pretioſus operimentum tuum &c. Nouem dixit genera lapidum: quia nimirum nouẽ ſunt ordines Angelorum, quæ per ſacra eloquia nominãtur, ſcilicet Angeli, archãgeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, poteſtãtes, Cherubim & Seraphim. His lapidibus pretioſis Cherub iſte opertus fuiſſe narratur: quia eos quaſi veſtem ad ornamẽtum ſuum habuit, quorũ dũ claritatem tranſcenderet, ex eorum

Nomina lapidum pretioſorum quid ſignificet. Gre. li. 33. mor. c. 24. Greg. Ib. c. 25. Nouem ſunt ordines Angelorum.

A. M. 2870.

corum comparatione clarior fuit. Et ſequitur. Fora- A
mina tua in die qua conditus es præparata ſunt: fo-
ramina in lapidibus pretioſis fiunt, vt vinculati auro
in ornamenti compoſitione iungantur, habuit ergo
lapis iſte forâmina : ſed per ſuperbiæ vitium Cari-
tatis auro non ſunt repleta: Quæ verba Gregorij
nõ videntur intelligẽda, quaſi in ipſo non fuerit au-
rum caritatis: cum iudicatur inferius quòd ambula-
uit in medio lapidum ignitorum Cherub iſte id eſt
inter Angelorum corda caritatis igne incenſa cla-
rius extitit: ſed aurum illud ſcilicet perfectiſſimæ &
inamiſſibilis caritatis beatorum, qua Angeli boni B
fuerunt vinculati id eſt confirmati non habuit. Fue-
rũt ergo in eo facta foramina id eſt aptitudo data ei
ad talem caritatem indeficientẽ qua ſuperbia ſe pri-
uauit. Et concludit Gre. poſt prolixam expoſitionem

Greg. ibi c.26.

hui⁹ propheriæ. Idcirco hæc tam mira, in quibus fuit
& quæ amiſit iſte inſinuat: vt territo homini oſtẽdat,
quod ipſe ſi ſuperbiat de elationis culpa paſſurus ſit:
ſi feriẽdo illi parcere noluit, quem creando in gloria
tantæ claritatis eleuauit. Hæc ibi. de pœn. diſt. 2.

§. IIII.

De ciuitate Ezech. quid ſentiendum.
Greg. ho. 13. ſu. Eze.
Hier. ſup. Ezec. & aſſertur à Lyr. in fine. Ezechi.
Richar. de S. vict. l. explan. templi.

VLTIMAM viſionem Ezechielis valde ob- C
ſcuram, quæ ponitur articul. cap. 50. vſque ad
finem ſcilicet de ciuitate mirabili in monte ædifica-
ta ſibi oſtenſa in ſpiritu. Gre. ſuper Eze. exponit mo-
raliter de Eccleſia. Et dicit literaliter nõ poſſe intel-
ligi: quia contineret abſurditatem & cõtradictionẽ,
ſcilicet quòd contentum eſſet maius dimenſiue quã
cõtinẽs. Similiter Hiero. Dicit intelligendum illud æ-
dificium ſpiritualiter de Chriſto & Eccleſiæ ſacra-
mentis & moribus eius. Gre. tamen non expoſuit ni-
ſi, 40. c. Rich. de Sancto Victo. expoſuit totam viſio-
nem de ædificio materiali & Hebræi antiqui dice-
bant iſtud ædificium Ezechieli in viſione imagina- D
ria oſtenſum, fuiſſe impletum in reædificatione fa-
cta poſt reditũ de Babylonia per Zorobabel & Nee-

Nicol. de Ly. in fine. Eze. gl. ordin.

miam. Sed Nico. de Ly. reprobat hoc per efficaces
rationes: quia nec tantæ magnitudinis fuit illud tem-
plum & ciuitas reædificata : quantæ hîc deſcribi-
tur: nec aquæ ibi fuerunt. Moderni Hebrȩi dicunt ta-
le ædificium non factum adhuc, ſed fiendum ma-

Hebræorũm de tẽplo Ezec. delyramenta.

terialiter per Meſſiam quem expectant venturum
& purum hominem, ſed ſpecialiter regnaturum cũ
magna pompa. Sed Nic. hoc etiam reprobat multi-
pliciter: oſtendẽs ex ſcipturis errores eorum ſcilicet
ꝙ ſit purus homo, ꝙ temporalia tribuat eis, & ꝙ nõ- E
dũ venerit. Et ipſe Nico. ad literã ponit expoſitionẽ
& aliter intelligendo & exponendo tollit illam ab-
ſurditatem & contradictionem à Greg. expreſſam.
Si autem dicatur, quòd nunquam illi populo Iudæo-
rum, data talis ciuitas vel habita fuit, quæ promitti-
tur in viſione. Vnde & prophetia non vera, non im-
plente promiſſum Deo. Reſpondet ꝙ non eſt hoc in
conueniens, ſcilicet quòd nõ ſit data eis talis ciuitas.
Nam multæ promiſſiones factæ ſunt à Deo cõditio-

Hier. ſup. c. 8. Am.

nales de proſperis & aduerſis: vt patet. Hiere. 18. Et
Hier. ſuper Amos de pœ. di. j. ſi agamus ait. Si agamus
pœnitẽtiã, & ipſum quoque pœnitebit ſentẽtiæ, rur- F
ſus iuxta eũdem prophetam promittit proſpera, ſi e-
gerimus pœnitentiam : quòd ſi negligentia diſſolua-
mur: & illum pœnitebit ſpõſionis: promiſſáque mu-
tabit. Cuius rei exemplum Samariam & Hieruſalẽ
habere poſſumus: quorum alij de imminentibus ſup-

Ex com. Tolet.

pliciis liberati ſunt: alij quæ patrib. promiſſa fuerant
perdiderũt. Et 22. q. 4. incõmutabilis dicitur. Incõmu-
tabilis ideq; ſemper exiſtẽs: Deique ſumma natura,
ſæpe in ſacris ſcripturis legitur ſua mutaſſe promiſſa.

A. M. 2870.

A Fuit ergo eis promiſſa talis ciuitas ita glorioſa cõdi-
tionaliter ſi reuerſi Hieroſolymã Dei prȩcepta ſerua-
rẽt. Quod quia nõ fecerũt peiora malis addendo: nõ
ſolum non fuit illa conceſſa: ſed quæ reȩdificata fue-
rat ad fundamẽta vſque deſtructa. Exponit ergo pri-
mo ad literam illud materiale ædificium. Et vt me-
lius intelligatur ponit figuras per picturam ibi ſu-
per Ezec. talis ædificij, poſt ea in fine ponit expoſi-
tionem breuem, moralem de Chriſto & Eccleſia &
ſtatibus & moribus eius. Et quia propter proceſſum
Eccleſiæ oſtendendum in veteri & nouo teſtamento
B iſta hinc inde collecta ſunt iſtam breuem expoſitio-
nem eius hîc pono, quæ pene omnia comprehendit
pertinentia ad ſtatus & mores eius omittẽdo autho-
ritates ſcripturæ quas inducit ad probãdum adapta-
tionem expoſitionis. In Eccleſia igitur quæ eſt con-

Expoſitio moralis tẽpli Ezechielis ex Ric. victorino.
Duplex in Eccleſia regimen.

gregatio fidelium, duplex eſt regimen. Vnum quan-
tum ad ſpiritualia: & hoc deſignatur per ædificiũ tẽ-
pli. Aliud quantum ad temporalia: & hoc deſignatur
per diuiſionem terræ, & ædificium ciuitatis: vtrũque
tamen regimen eſt à Deo diſt. 10. quoniam idem. Per
montem igitur ſuper quem prophetadicit ſe fuiſſe
poſitum. c. 40. & ciuitas ædificata eſt ſignatur Chri-
C ſtus ſecundum Gre. ſuper quem Eccleſia eſt ædificata
quãtum ad vtrumque regimen ſpirituale ſcilicet &
temporale. Et primo videndum eſt de ædificio tẽpli,
quòd ſignat ſtatum ſpiritualem. Circa ædificium er-
go tẽpli deſcribitur triplex murus circundans ipſum
ex omni parte, exterior, medius, & interior. Per ex-
teriorem murum qui circundat omnia ædificia : ſi-
gnatur protectio & cuſtodia diuina omnia comple-

Cuſtodia in Eccleſia triplex.

ctens. Per murum medium intelligitur protectio
ſeu cuſtodia angelica. Per murũ interiorẽ qui eſt mi-
noris ambitus intelligitur cuſtodia & protectio per
prælatos Eccleſiæ & eius miniſtros, quæ vtique eſt
D minoris efficaciæ quam Angelica. Per muros iſtos
eſt ingreſſus ex trib. partib. ſcilicet ad templum: per
quas partes intelligũtur tres partes terrȩ habitabiles
ſcilicet Aſia, Aphrica, & Europa, ex quibus partibus
multi & innumeri ingreſſi ſunt ad Eccleſiam per ba-
ptiſmum & fidei ſuſceptionem : & ingrediuntur in
præſenti & in futuro. Ex qualibet autem parte ſcili-
cet Orientali, auſtrali, & aquilonari, erant tres por-
tæ in murorum circuitu ex oppoſito ſe reſpicientes:
per quas deſignantur tres ſtatus ſeu gradus venien-
tium ad fidem: ſcilicet incipientium, quæ deſignan-
tur per portam exteriorem primam, proficientium,
E quæ ſignantur per portã ſecundam mediã, & perfe-
ctorum, quæ ſignantur per tertiam: quæ eſt interio-
ris muri. In portis exterioris muri non ſunt ædificia
magna: ſed quædam domumculæ ſuper eas ædificatȩ
per quod deſignatur quòd ſtatus incipientium eſt ad
huc notabiliter imperfectus. In portis autem mediis
ſunt ædificia pulchra, & multo magis in portis in-
terioris muri: ad deſignandum ꝙ proficientes plus
habent de perfectione virtutum quam incipiẽtes: &
perfecti magis, quàm proficiẽtes. Vnde & ad portas
medias erat aſcẽſus per ſeptẽ gradus, & ad portas in-
teriores per octo. Habet autẽ quælibet ſex portarũ,
F veſtibulũ, porticum, duas frontes & ſex thalamos id
eſt cameras. Per veſtibulũ præcedens porticũ intelli-

Gratia præueniẽs & ſubſequens.

gitur gratia præueniens: per portic. vero gratia ſub-
ſequens. Vel per iſta duo, intelliguntur volũtas bona
& operatio ſancta. Per duas frontes, quȩ ſunt ad de-
corem & fortitudinem portarum, factæ ad modum
duarum turricularum ex vtraq; parte cuiuſlibet por-

P› duplex.

tæ, intelliguntur patientia in aduerſis, ne frangatur,
& modeſtia in proſperis ne eleuetur. Per thalamos
autẽ in q b. homines dormiũt & quieſcũt, intelligitur

 pax.

A.M. 2990.

pax.Eſt autem duplex pax:interna ſcilicet & fraterna.Ad quod ſignãdum dicuntur thalami eſſe hinc & inde ex vtraque parte portæ.Tres ex vna parte:quia pacem internam tria faciunt,ſcilicet cõſcientia mũda,amicitia diuina & ſufficiẽtia modeſta.Ex alia parte etiam ſunt tres thalami, quia pacem fraternã tria conſtituunt: ſcilicet humilitas vera,ſecundum eſt æquitas iuſta,tertiũ eſt taciturnitas debita. Ex immoderata enim & incauta locutione tollitur frequenter pax fraterna. Poſt expoſitionem portarum vidẽdum eſt de gazophylaciis quę dicuntur eſſe circa pauimentum:& dicũtur eſſe triginta, per quæ deſignatur impletiò mundatorum tribus temporibus neceſſaria ſcilicet tempore legis naturæ, legis Moſaicæ, & gratiæ,ſeu Euangelicæ legis. Denarius enim numerus multiplicatus per ternarium conſurgit in triceſimũ.Et dicuntur gazophylacia à gaza quod eſt diuitiæ:& φυλακὴ, id eſt cuſtodia quia per impletionem mandatorum conſeruantur diuitiæ virtutũ.Poſt gazophylacia ſequitur de mẽſis quæ dicuntur eſſe octo. Per has deſignantur quatuor partes ſacræ ſcripturæ veteris teſtamẽti,ſcilicet legales,prophetales, hiſtoriales, ſapientiales: quibus correſpondent in nouo:lex Euangelica,epiſtolæ,actus Apoſtolorum: & Apocalypſis.Ex ſcripturis tanquam de ſpiritualibus menſis reficitur totus populus Chriſtianus,quia non in ſolo pane viuit homo &c.Poſt menſas ſequitur de atrio interiori:vbi ſecundum Hebræos quatuor erãt ſcilicet altare holocauſtorum, gazophylacia ſacerdotum ſcilicet hebdomadariorum, gazophylatia cantorum hebdomadariorum, qui ſcilicet per hebdomadas deſeruiebant in templo,& tranſitus aquarum à latere dextro altaris.Per altare holocauſtorũ vbi incendebantur ſacrificia,ſignatur ſacramentum Euchariſtiæ: in quo repræſentatur paſſio Chriſti: & eſt impletiuum omnium illorum ſacrificiorum, quæ erant in figura huius. Per gazophylacia ſacerdotum & cantorum quæ erant interius iuxta altare:ſignantur miniſtrantium & miniſtrorum ipſorum merita in Eccleſia. Per aquas egredientes à latere intelligitur baptiſmus mundans ſordes vitiorum.Et iſta duo ſunt præcipua ſacramenta Eccleſiæ. Primum maius in eſſe.Secundum maius in effectu:quæ Chriſtus per ſe inſtituit quo ad materiam, & formam, & ea in ſe ſuſcepit:& alia ſub his includuntur.Nunc videndum eſt de templo illo. Non enim ædificatio Eccleſiæ cõſiſtit tantum in moribus & doctrina ſcripturæ & ſacramẽtis:ſed etiam in articulis fidei,qui hic deſignãtur in templo.Diuiditur autem templum in tres partes ſcilicet porticum,ſanctum, & ſanctumſanctorũ. Et per porticum habetur ingreſſus ad alias partes tẽpli.Vnde ſignat articulum vnitatis diuinæ eſſentiæ: & diuinæ prouidentiæ quantum ad præmiationem boni, & punitionem mali.Semper enim hoc oportuit credere:ſcilicet quòd ſit vnus Deus, & ſit præmiator bonorum:& punitor malorum. Et per hunc articulum eſt via ad alios. Per ſanctumſanctorum, vbi occulta erant quę ibi erant ſcilicet arca cum ſuis reb.ſignatur articulus trinitatis.Arca enim erat imputribilis & deaurata:ſignãs perpetuitatem & perfectionis pretioſitatem. In quo erat virga, ſignans diuinam iuſtitiam:manna miſericordiam, tabulæ, ſapientiam:propitiatorium, omnipotentiam: quæ maxime manifeſtatur in propitiando, & Cherubim gloriam beatorum. In ſancto quod ſignat Chriſtum erat candelabrum:ſignans perfectiones gratiæ ſeptiformis,ex ſeptem lucernis.Mẽſa panum omnis doctrinæ & ſcientiæ.Altare incenſi ſummę deuotionis.

Quæ conſtituunt pacem fraternam.

Gazophylacium, vnde dicatur.

Quatuor partes ſacræ ſcripturæ.

Mat.4.

Sacramentum Euchariſtiæ.

Articuli fidei in templo Ezechielis quomodo deſignari.

Heb.10.

Trinitas in templo Ezech.

A.M. 2990.

A Per ſanctumſanctorum intelligitur articulus trinitatis ſecundum tres manſiones ibi exiſtentes in quibus per vnam ad aliam intrabatur, quia licet ibi non ſit ſuperioritas nec inferioritas propriè: tamen filius à patre, & ſpiritusſanctus ab vtroque procedit.Per partem templi, quæ dicitur ſanctum: intelligitur arteculus incarnationis,per quam tres naturæ in ſuppoſito filij ſunt vnitæ ſcilicet diuinitas, anima Chriſti,& caro:quæ ſignificantur per tres mãſiones:ibi vna ſuper aliam exiſtentes.Nam diuinitas ſuperior anima & anima ſuperior carne. Per gazophylacia templi intelliguntur miracula confirmatiua fidei.Per cochleas quibus aſcenditur ſurſum [poſſunt intelligi] notitiæ craturarum, quibus aſcẽditur ad notitiam creatoris. Per appenditia circa templum [exiſtentia] intelliguntur omnia alia ad fidem pertinentia: quæ reducuntur ad ſupradictos articulos. Ædificium quod eſt circa templum ex parte auſtrali,vnde ſpirat ventus calidus eſt feruor caritatis, quæ eſt in fidelibus. Ædificium vero ex parte aquilonari, eſt timor filialis. Per quatuor atriola,quæ ſunt intra muros diuerſis locis, poſſunt intelligi quatuor virtutes cardinales.Per culinas ſeu coquinas poſſunt intelligi doctores, qui cibũ ſcripturæ decoquũt ſuis meditationibus:vt ſapiãt populis.Et hoc fit in atriolis:quia ipſi prius debent eſſe in virtutib.cardinalib. exercitati. Poſt expoſitionẽ templi & ædificiorũ circa templum, dicendum eſt quid ſignificetur per ſacerdotes in ipſo miniſtrantes. Circa quos quinque ſunt deſcripta ſcilicet eorum genus,habitus,modus, victus,& actus.Circa primum dicitur ꝙ ſunt filij Sadoch:qui interpretatur iuſtus.Et per hoc innuitur ꝙ miniſtri Eccleſiæ debẽt eſſe per imitationẽ ſpiritualem filij Chriſti, qui per excellentiam dicitur iuſtus: ſecundum illud Eſa.45.Nubes pluãt iuſtum.Hi habebant veſtes lineas,quæ ſignant puritatem mentis & corporis: fœminaliaque linea ad cooperiẽdam turpitudinem:& ſignat ꝙ nihil turpe vel immodeſtum debet eſſe in cõuerſatione,geſtu,facto, vel exemplo in miniſtris Eccleſiæ.Dicitur etiam ꝙ in aliis veſtib. debent eſſe in templo, & cum aliis dum conuerſantur in populo: quod ad literã ſeruatur in clericis in nouo teſtamento moraliter:quia in exercitio miniſtrandi nil mundanũ & ſæculare debet in eis apparere:ſed tota tunc conuerſatio mẽtis in cœlis [eſſe debet.] Item ꝙ comam non nutriant quod etiam ad literam nunc ſeruatur:ſed moraliter ſignatur ꝙ tẽporalia non debent ſibi multiplicare: ſed pauperib. ſuperflua erogare.12.q.2.gloria.Item ꝙ non comedant captum à beſtia nec mortuum: id eſt non viuant de alieno,nec de aliquo illicito contractu vel exercitio. Quod vinum non bibant ingreſſuri templum id eſt ſint ſobrij à vino & paſſionibus. Quod celebrent diuinum officium,& doceant populum: & de dubiis determinent quid agendum: per quæ deſignatur deuotio in eis habenda,& notitia ſcripturarum,& tanto maior quanto in maiori gradu. Poſt deſcriptum ſtatum clericalem deinde agit de ſtatu ſæculari ſeu regimine eius.Circa quæ tria ponit ſcilicet diuiſionem terræ inhabitandæ ab eis, conditionem principis,& qualitatem ciuitatis ædificandæ. Quantum ad primum manifeſtum eſt quòd nulla communitas poteſt bene conſiſtere, ſine obſeruatione iuſtitię.Hæc autẽ eſt duplex ſ.cõmutatiua,& diſtributiua Et commutatiua eſt propriè inter populares in emptionib.& aliis iuſtis commutationibus:& hoc circa bona mobilia & immobilia.Et hoc innuitur dum dicitur: quòd diuidatur terra illa, quæ eis promittitur

Quid ſignificent ſacerdotes in templo miniſtrãtes.

Agitur hic de regimine ſeculari.

Iuſtitia duplex.

A. M. 2980. titur duodecim tribubus per æqualitatem, quia populus Chriſtianus debet vti iuſtitia commutatiua cuius medium attenditur ſecundum æqualitatem quantitatis, vt dicitur. 5. ethicor. Et hoc fit de immobilibus cum vnuſquiſque propria hæreditate eſt contentus, & non accipit per violentiam vel fraudem de poſſeſſionibus alterius. Quantum ad mobilia dicit. Statera iuſta ſit, & ephi iuſtũ &c. Quantum ad principes dicitur quod ſint contenti terminis ſuæ poſſeſſionis, per quod intelligitur, quod principes Chriſtiani debent eſſe cõtenti redditibus ſuis, & nõ grauare ſubditos exactionib. indebitis, nec aliorũ regna & dominia vſurpẽt in toto vel in parte. Iuſtitia diſtributiua proprie pertinet ad ſuperiores, qui ſunt honorũ & onerũ ſubditis impoſitores. Et medium hîc attenditur non ſecundum æqualitatem quantitatis, ſed proportionis, vt vnuſquiſque honorificetur plus & minus ſecundum meritum ſuum, & puniatur de malo plus & minus, & grauetur in impoſitionibus ſecundum qualitatem ſuam. Vnde dicitur quod principes debeant facere iuſtitiam & iudicium. Quantum ad tertium ſcilicet ædificium ciuitatis dicitur, quod debet eſſe in quadro. Et quia ciuitas dicitur ciuium vnitas, quæ debet eſſe in Eccleſia ſcilicet in fide, ſpe, charitate, & ſacramentis, ideo ipſa deſignatur in quadro, quia in quatuor virtutibus cardinalibus ſe debent exercere. Et nomen ciuitatis, dominus ibidem, & ſic communitas populi Chriſtiani denominatur à Chriſto. Menſurę & numeri calamorum & cubitorum, quæ ſignant quantitatem meritorum, Deo ſoli ſunt notæ.

Ariſto. 5. ethic. c. 4.

De ædificio ciuitatis.

¶ *De prophetia Danielis.* CAP. VIII.

De Daniele propheta. Act. 10.

QVAMVIS omnes prophetæ Chriſto teſtimonium perhibeant, vt venturo in mundum, nullus tamen ita determinauit de tempore, quo venturus eſſet ſicut Daniel in cap. 9. vbi ipſe ait: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum. Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem, vſq; ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem & hebdomades ſeptuaginta duæ erunt. Et rurſus ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum, & poſt hebdomades ſeptuaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas &, poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & in templo erit abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finem perdurabit deſolatio. Hæc in textu. Licet multi multa & varia dicãt circa iſtam prophetiam, omnes tamen de Chriſto venturo in carnem exponunt. Et Beda quidem & Aphricanus incipiũt iſtos annos enumerare à vigeſimo anno Artaxerxis, qui dedit licentiam Neemiæ, vt rediret in Hieruſalem, & conſtrueret muros eius, & protrahunt eos vſque ad paſſionem Chriſti. Verum quia ipſi accipiunt iſtas hebdomadas (quæ non ſunt dierum ſed annorum, ita vt quælibet contineat ſeptem annos) pro annis lunaribus. Annus autem lunaris eſt duodecim lunationũ. Vnde & minor eſt anno ſolari (qui continet duodecim menſes) vndecim diebus. Septuaginta autem hebdomades annorum, ſunt quadringẽti & octaginta anni, qui ſi accipiantur vt anni lunares, reſultant in annos ſolares quadringentæ ſeptuaginta quinque. Sed Nico. de Ly. ſuper Dan. reprobat iſtam acceptionem Bedæ ſcilicet quod de annis lunaribus intelligatur, quod Beda accipit ex eo quod dicitur ſeptuaginta hebdomades abbreuiatæ, vt iſta abbreuiatio referatur ad annum lunarem, qui eſt breuior ſolari vndecim diebus, vt dictum eſt. Sed vt dicit ipſe Nico. In Hebræo vbi nos habemus, abbreuiatæ, ibi habetur præciſæ, ac ſi diceret. Illud tempus eſt determinatum & taxatum à Deo ita quod abbreuiatio non ſonat temporis diminutionem, ſed determinationem. Vnde expoſitores Iudæorum non faciunt hic mentionem de annis lunaribus, ſed de ſolaribus. Nec alibi fit computatio in veteri teſtimonio ex annis lunaribus. Sunt ergo iſtæ hebdomades annorum ſolarium quę continẽt quadringentos nonaginta annos ſolares. Ad huius euidentiã eſt accipienda iſta computatio per annos ſecundum Ioſe. cuius hiſtoria eſt magis authentica apud Iudæos & Catholicos. Per textum enim bibliæ non poſſumus computare, eo quod à reditu captiuitatis Babilonicæ vſque ad conceptionem Chriſti non habetur certa computatio temporis ex ſacra ſcriptura. Et ideo recurrendum eſt ad Ioſephũ, Dicit autem ipſe quod poſt ſeptuaginta annos captiuitatis Babylonicæ populus rediens gubernatus eſt per Sacerdotes vſque ad Antiochum Eupatorem, & durauit ille principatus quadringentis & quatuordecim annis, & ex tunc Machabæi ſumpſerunt principatum, qui à Ioſepho dicuntur Aſſamonæi & durauit ille principatus vſque ad Herodem alienigenam ſub quo natus eſt Chriſtus, vt patet Matth. 2. Durauit autem ille principatus Machabæorum centum vigintiſeptem annis, vt dicit Ioſe. in 20. lib. antiq. Herodes autem qui poſt mortem Antigoni (qui Antigonus vltimus tenuit principatum de Machabæis) regnauit vigintiocto annis vſque ad Chriſti natiuitatem. Non obſtat quod aliquæ hiſtoriæ dicunt quod Chriſtus natus eſt trigeſimoſecundo anno Herodis, quia illæ hiſtoriæ computant regna Herodis ab illo tempore, quo ſibi datum fuit regnum à Romanis, & hoc fuit per quatuor annos ante mortem Antigoni, vt patet in hiſt. ſcho. & in Ioſe. Et ſic verum eſt quod Herodes poſt mortem Antigoni regnauit vigintiocto annis. A natiuitate autem Chriſti vſque ad Baptiſmum eius per Ioannem fuerunt vigintinouem anni completi, vt habetur Lucæ 3. A baptiſmo autem Chriſti vſque ad quatuor annos poſt paſſionem Chriſti fluxerunt anni ſeptem. Sic igitur iſti anni prædicti à reditu de captiuitate Babylonica vſq; ad quartũ annum poſt paſſionẽ Chriſti inueniuntur anni ſexcenti & quinque vt patet coniungendo partes prædictas.

A. M. 2990.

De ſeptuaginta hebdomadib. Danielis.

Nicol. de ly. in 9. ca. Daniel. in Heb. eſt נחתך i. definitæ ſunt.

Ioſephus author authenticus.

Hierodes illæ nigena.

Ioſep. lib 20. antiq. cap. 8.

Vlterius conſiderandum eſt quod computatio ſeptuaginta hebdomadum debet inchoari à vigeſimo anno Artaxerxis, quando data eſt licentia Neemiæ reædificandi Hieruſalem, vt habetur Eſdræ 2. Et hoc expreſſe dicitur in tex. Scito & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ędificetur Hieruſalem, vt tunc incipiat Angelus computare hebdomades, tunc enim exiit ſermo de reædificatione Hieruſalem. Cyrus autem prius dederat licentiam reædificandi templum tantum. Patet igitur ex prædictis quod ſi ſubſtrahatur tempus, quod fluxit à reditu de

A.M. 1990.

Ætas Chriſti hic vere deſcribitur.

A captiuitate Babylonica vſque ad vigeſimum annum Artaxerxis de [ſexcentis quinque annis prædictis, remanenr tantum quadringenti nonaginta] anni ſolares, qui faciunt ſeptuaginta hebdomades annorum. Modo reſtat probare quod ſuppoſitum eſt ſcilicet quod ſubtracto tempore quod fluxit à reditu de captiuitate Babylonica vſque ad vigeſimum annum Artaxerxis remaneant quadringenti & nonaginta anni, vt dictum eſt præciſè. Hoc autem ſic probatur primo anno Cyri data eſt licentia reuertendi ad reædificandum templum. Regnauit autem triginta annis. Et poſt eum Cambiſes filius eius annis octo, poſt quē duo magi fratres

Regū Perſarum Catalogus.

B menſibus ſeptem qui computantur pro vno anno, quia eſt maior pars anni. Poſtea regnauit Darius Hyſtaſpis triginta ſex annis ſub quo Zorobabel iterum venit in Hieruſalem ſecundo anno regni eius vr perficeret opus reædificationis templi inchoatum ſub Cyro, ſed prohibitum perſequi. Poſt Darium Hyſtaſpis regnauit Xerxes filius eius viginti annis poſtea Artabanus menſibus octo qui computantur pro vno anno ratione ſuperius dicta. Poſtea Artaxerxes nouemdecim annis integre vſque ad licentiam datam Neemiæ de reædificando Hieruſalem

C ſcilicet anno vigeſimo regni ſui. Et nota, quod tempora iſtorū Regū vſq; ad Artaxerxem poſſunt probari partim per textum Bibliæ non tamen totaliter. & ideo recurrendum eſt ad Ioſephum & hiſtoriam ſcho. qui ponunt tempora regum iſtorum vt dictū eſt, & acceperunt hæc de Hiſtoriis Perſarum & Medorum. Si autē iſti anni prędicti à primo anno Cyri vſq; ad vigeſimum Artaxerxis ſimul iungātur, inueniuntur anni centum & quindecim & tot annos ponunt Beda & Aphricanus in huiuſmodi computatione. Si ergo ſubtrahantur à prædictis annis [ſexcentis quinque annis centum & quindecim, patet quod

D non remaneant niſi anni quadringenti & nonaginti ſolares, qui ſunt ſeptuaginta] hebdomades abbreuiatæ id eſt pręciſæ, nec plus nec minus.

Et accedo ad expoſitionem literæ, eſt notandum quod Daniel orabat pro liberatione populi ſui de captiuitate Babyloniæ, conſiderans appropinquare terminum ſeptuaginta annorum dictæ captiuiratis, quam Hieremias prophetauerat. Et vt dicit Hiero. ſuper Dan. non hoc fecit Daniel quaſi dubitans de ſententia Dei per Hieremiam prædicta, ſed eum magis ſollicitum facit ne ſecuritas negligentiam pariat, & negligentia offenſam, vnde mererentur

Hiere. 29. in cap. 9. Daniel.

Expoſitio Danielis.

E liberationem differri, de pœnit. diſtinct. 1, prædixerat. Angelus autem Gabriel ad conſolationem eius & aliorum, non ſolum liberationem ab illa captiuitate temporali, ſed liberationem totius humani generis reuelauit à captiuitate ſpirituali Diaboli & peccati, qua mundus detinebatur obnoxius, quod fuit per paſſionem Chriſti, quam Angelus prænunciauit. Et tempus determinatum quo hoc impleretur ſcilicet in iſtis ſeptuaginta hebdomadibus, in tres partes diuiſit, ſcilicet in ſeptem, ſexaginta duas & vna. Et hoc quia ſpecialia opera facta ſunt in iſtis

F partibus numeri pro populo Iudaico. Nam in primis ſeptem populus reædificauit cum magno labore ciuitatem, & eam tenuit contra gentes in circumitu eos moleſtantes, quia vna manu faciebant opus, alia gladium tenebant ad defendendm ſe contra inimicos, vt patet. Neem 4. cap. In aliis hebdomadibus ſcilicet ſexaginta duabus populus aliquando habuit proſpera & aliquando aduerſa, & præcipue tempore Machabæorum. In vna vero hebdo-

A.M. 1990.

Expoſitio verborū Danielis.

A made vltima quæ inchoatur à baptiſmo Chriſti, & terminatur quarto anno poſt paſſionem Chriſti implentur myſteria ſeu opera noſtræ ſalutis, quæ exprimuntur. Veniendo igitur, ad expoſitionem, Scito igitur, ait Angelus, tu Daniel, & animaduerte id eſt diligenter attende qualiter ſiut intelligendæ iſtæ ſeptuaginta hebdomades ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem., ſcilicet à vigeſimo anno Artaxerxis mitentis Neemiam ad reædificandum Hieruſalem vſque ad Chtiſtum ducem id eſt vſque ad manifeſtationem vnctionis ſanctiſanctorum, qui eſt vere Chriſtus interpretatus

B inūctus & dux fidelium, erunt hebdomades ſeptem in quibus populus cum labore ædificauit, detinuit ciuitatem de nouo reædificatam: & hebdomades ſexaginta duæ in quibus populus nunc proſpera, nunc aduerſa ſuſtinebit. Et iſtæ hebdomades ſeptem & ſexaginta duæ diſtinctæ poſitæ hîc ſimul iunctæ faciunt quadringentos octaginta duos annos & tot anni fluxerunt à vigeſimo anno regni Artaxerxis vſque ad baptiſmum Chriſti, in quo vnctio eius declarata eſt per plenitudinē gratiæ ſpiritus ſancti in ſpecie columbæ ſuper eum apparentis, & patre de cœlis teſtificante. Hic eſt filius meus dilectus. Matt.

C 3. Et Hieruſalem reædificabitur, hoc refertur ad tempus illarum ſeptem hebdomadum. Et platea, & muri eius in anguſtia, hoc dicit, quia cum magno labore fuerunt in illis ſeptem hebdomadibus annorum, & reædificauerunt ciuitatem, muros eius & domos poſtea ſexaginta duabus hebdomadibus habitauerunt in ea ſcilicet vſq; ꝙ ſecutus eſt Chriſti baptiſmus ſuſceptus à Ioanne Baptiſta. Et ex tūc ſcilicet in baptiſmo inchoata eſt vltima hebdomas ex iſtis ſeptuaginta in quo Chriſtus prædicauit & paſſus eſt. Et hoc eſt quod dicit poſt ſexaginta duas hebdomades ſcilicet vltra illas ſeptem prius nomi-

D natas, & in vltima hebdomade terrio anno & tribus menſibus occidetur Chriſtus, quia poſtquam prædicauerat tribus annis cum parte quarti paſſus eſt. Et non erit eius populus qui eſt eum negaturus, quia ex tunc Iudæi negantes eum coram Pilato non fuerunt populus Chriſti, ſed Chriſtiani ſunt populus eius. Et ciuitatem ſcilicet Hieruſalem, & ſanctuarium id eſt templum diſſipabit populus ſcilicet Romanus, cum duce venturo ſcilicet Tito, hoc tamen non fuit impletum tunc immediate poſt mortem Chriſti ſed poſt quadraginta annos. Hîc tamen ponitur immediatè poſt mortem Chriſti nō ad de-

E ſignandum, quod tunc fieret ſed quia in pœnam talis ſceleris perpetrati ab eis. Et finis eius vaſtitas & cætera, quia totaliter deſtructa eſt. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna. Reuertitur propheta ad loquendum de vltima hebdomade quid amplius fiet in ea dicens. Confitmabit & cætera quia lex noua id eſt euangelica data & prædicta eſt à Chriſto in illa hebdomade vltima id eſt tribus annis & menſibus & per eius mortem & miracula lex euangelica fuit confirmata, quæ dicitur pactum, quando [& rurſus per Apoſtolos tri-

F bus aliis annis & ſept em menſibus fuit publicata & miraculis confirmata] poſt paſſionē miſſo in Apoſtolos ſpiritu ſancto fuerunt confirmati, & ſine timore legem ipſam publicè prædicauerunt, vnde multi cōuerſi ſunt. Et ſic in tribus annis & menſibus quatuor quibus Chriſtus prædicauit, & tribus aliis annis & ſeptem menſibus quibus Apoſtoli prędicauerunt poſt paſſionem, lex euangelica confirmata eſt, & ſatis dilatata in cordibus fidelium. Et quod

Lex Euāgelica quare pactū.

lex

A. M. 2990. lex euangelica dicatur pactum, habes Hier. 31. pactum dicitur, quia Deus videtur cum homine paciſci ſe ei daturum vitam æternam obſeruanti, & damnationem tranſgredienti, & in medio hebdomadis deficiet hoſtia, quia cum Chriſtus paſſus eſt, quod fuit in medio vltimæ hebdomadis tunc omnia legalia & ſacrificia effecta ſunt mortua & inutilia ad ſalutem. Et in templo erit abominatio, hoc dicit propter imaginē Cæſaris, quam poſuit Pilatus in templo venerandã, Iudæi enim idolum vocabant abominationem. Vel quia per Caium miſſum eſt illuc, vt imago eius adoraretur. Vel quia poſt hæc tempora ſtatua Adriani poſita eſt vbi erat prius arca domini. Et vſque in finem & conſummationem ſcilicet mundi perſeuerauit deſolatio. Iudæi autem vt ſubterfugiant iſtum radium veritatis, qui conuincit eos de errore ſuo, quo Meſſiam adhuc expectant, dant aliam expoſitionem quæ eſt Rabbi Salomonis doctoris eorum, qui dicit iſtas ſeptuaginta hebdomades annorum comprehendere tempus, quo Nabuchodonoſor deſtruxit ciuitatem & templum, vſque ad ſecundam deſtructionem eius factam per Titum, quod dicit eſſe præciſe tempus ſeptuaginta hebdomadum annorum, id eſt quadringentorum nonaginta. Infra quod tempus aliquando habuerunt proſpera, aliquando aduerſa. Sed à ſecūda deſtructione facta per Titum ſunt in perfecta captiuitate, in qua vt dicit iſte Rabbi Salomon, dimittit eos Dominus, vt corrigantur de iniquitatibus ſuis & puniantur & mereantur per hæc quod viſiones & prophetiæ de Meſſia impleantur, quo veniente credunt ſe per eum liberandos, & temporaliter & ſpiritualiter, populum ſcilicet Iudæorum ſuper alios exaltandum, ſed Antichriſtus erit quem in Chriſtum recipient. Iſtam autem expoſitionem eſſe falſam & extortam oſtendunt. Nicolaus de Lyra, & alij, pluribus rationibus quæ cauſa breuitatis dimittuntur. Et inter cætera, cum dicitur, Vſque ad Chriſtum ducem exponit ille Rabbi Salomon de Cyro rege Perſarum, & Poſtea cum dicitur. Occidetur Chriſtus, Chriſtum vocat Agrippam regem. Nicol. de Lyr. ſuper Dan. dicit ſe fuiſſe ſecutum prædictam expoſitionem communem doctorum, incipiens enumerare hebdomades à vigeſimo anno Artaxerxis, qui miſit Neemiam ad reædificandum muros ciuitatis, vt dictum eſt, in quadam expoſitione ſuper Dan. Sed poſtea cum aggreſſus eſt exponere totam Bibliam, ad Danielem perueniens, aliter inchoat enumerare iſtas ſeptuaginta hebdomades, & aliter terminat. Dicit enim inchoandum eſſe non à vigeſimo anno Artaxerxis, ſed ab anno quinto Sedechiæ regis Iuda, qui ductus fuit captiuus in Babylonem. Nam cum ad falſorum prophetarum prædicationem populus Hieruſalem inductus eſſet ad ſperandum reditum Ioachim regis cum aliis captiuis de Babylonia in Hieruſalem, & liberationem de manu Nabuchodonoſor, Hieremias contrarium aſſerabat. Vnde & literas ſcripſit captiuis Iudæis in Babyloniam, quod non crederent verbis pſeudoprophetarum, quia ſeptuaginta annis erant permanſuri in captiuitate illa in Babylonia. Et ſubdit Hiere. cap. 29. ex parte domini loquens. Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum, iſtum &c. Ab iſto ergo tempore dicit enumerandas iſtas hebdomadas, quia Angelus dixit, Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem id eſt à pri-

Falſa Iudæorum ſeptē hebdomadorū interpretatio.

Nicol. de Ly. in Daniel.

Hier. c. 29.

A mo verbo ex reuelatione Domini procedenti de reædificatione Hieruſalem, hoc autem fuit primo, cum Hieremiæ fuit reuelatum, & ab eo dictum ex parte Dei. Terminat autem iſtas ſeptuaginta hebdomadas in paſſione Chriſti, & ſecundum hiſtoriam Hebræorum computat iſtas ſeptuaginta hebdomadas annorū id eſt quadringentos nonaginta annos præciſe infra iſtud tempus. Sed expoſitio prima, qua inchoatur numeratio hebdomadum à vigeſimo anno Artaxerxis, eſt communior computatio annorum ſecundum hiſtoriographos Latinos, B quam Nicol. prius tenuit, & videtur magis tenenda quàm iſta vltima, quæ eſt ſecundum computationem Hebræorum. A. M. 2990.

§. I.

DANIEL igitur de ſtirpe regia Iuda ductus fuit captiuus in adoleſcentia cum Anania, Azaria, & Miſaele in Babyloniam: Hi ex ordinatione regis fuerunt eruditi in omni ſcientia Chaldæorum. Et vt ait Hiero. Qui de menſa & vino regis nolunt comedere ne polluantur, vtique ſi ſapientiam atque doctrinam Babyloniorum ſcirent eſſe peccatum nunquam acquieſcerent diſcere quod eis C non liceret. Sed diſcunt non vt ſequantur, ſed vt iudicent & conuincant. Diſcunt ergo ea mente doctrinã Chaldaicam, qua & Moyſes omnem ſapientiam Ægyptiorum. diſtin. 37. qui de menſa. Hi propter continentiam & abſtinentiam, ac etiam obedientiam diuinæ legis, quia noluerunt vti cibis gentiliū quibus ordinauerat rex eos paſci de mēſa eius, ſed legumina & aquam, in breui tēpore reperti ſunt ſapientiores cęteris & pulchriores. Præcipue autem Danieli dedit Deus intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum. Ponuntur autem decem viſiones in libro hoc. Prima eſt de ſtatua quam vidit Na- D buchodonoſor in cap. 2. cuius caput erat aureum, pectus cum brachiis argenteum, venter & femora ærea, tibiæ ferreæ & pedes, ſed mixti terra, & vidit lapidē exciſum de monte percutere ſtatuam in pedibus, & redigere in fauillam, quæ ſignificauit monarchias quatuor mundi ſucceſſiuas, ſcilicet Aſſyriorum, Perſarum ſeu Medorum, Græcorum, & Romanorum, quas lapis id eſt Chriſtus ſubiecit imperio ſuo per fidem.

Libri Danielis ſumma.

Hier. ſup. p. ca. Dan.

Dan. ca. 1.

Decē viſiones quas Danielis lib. continet.

E Secunda viſio eſt de quarto ſimili filio hominis in cap. 3. quem vidit Nabuchodonoſor rex Babylonis cum tribus in fornacem miſſis, Anania, Azaria, & Miſaele, quia noluerunt adorare ſtatuam quam fecerat. *Secunda viſio.*

Tertia viſio eſt de arbore altiſſima in ca. 4. quam vidit Nabuchodonoſor præciſam ſignante mutationem eius in beſtiam. *Tertia viſio.*

Quarta eſt ſecundum ordinem libri de ſcriptura quam vidit Balthaſar filius Euilmerodach [a] filij Nabuchodonoſor formata in pariete tribus digitis ſcilicet. Mane, Thecel, Phares, à tribus digitis manus. *Quarta viſio.*

F Quinta viſio in ca. 6. cum Darius rex Medorum & Perſarum Danielem miſſum in lacum leonum, quia adorabat quotidie Deum ſuum contra ſtatutum factum à Dario ad inſtantiam æmulorum Danielis vidit illæſum manere inter leones virtute Dei ſui. *Quinta viſio.*

Sexta in cap. 7. cum Daniel vidit quatuor beſtias exire de mari, vnam poſt aliam ſcilicet primam *Sexta viſio.*

a alij Euilmerodach filium Merodac, hunc vero filium Nabuchodonoſor eſſe dicunt, vide Geneb. Chron.

A.M. 2990.

quaſi leænam, ſecundam ſimilem vrſo, tertiam ſimilem pardo, quartã terribilem habentem dentes ferreos, & decem cornua, inter quæ ortum eſt cornu paruulum. Quatuor beſtiæ ſignãt quatuor monarchias ſupra dictas, & in quarta quę eſt Romanorũ decẽ cornua ſignant decem diuiſiones imperij. Cornu paruulum Antichriſtum, de cuius actibus ibi agitur.

Septima viſio.

Septima eſt in cap. 8. in qua vidit Daniel primo arietem, & poſt eum hircum eum occidentem, & fracto cornu eius oriebantur exinde quatuor, & ex vno vnũ aliud paruum, quod ſignat Antichriſtum, cuius geſta ibi ponuntur. Aries autem ſignat imperium Medorum & Perſarum, hircus Alexandrum magnum, cuius imperium poſt mortem eius in quatuor diuiſum eſt.

Octaua viſio.

Octaua eſt in ca. 9. qua vidit Gabrielem reuelantem (cum in oratione & ieiunio perſiſteret pro liberatione populi ſui) ex captiuitate eius liberationem fiendam quinimmo & liberationem humani generis per Chriſtum poſt ſeptuaginta hebdomades ſcilicet annorum à die licentiæ dandæ per Artaxerxem de reædificatione Hieruſalem.

Nona viſio.

Nona eſt in cap. 10. qua vidit Angelum veſtitum lineis; cuius forma deſcribitur, ad cuius aſpectum cecidit, ſed ab eo confortatus vires reſumpſit, qui Angelus attendebat ad liberationẽ populi, ſed princeps Perſarum ſcilicet Angelus reſiſtebat ei viginti & vno diebus, ſed Michael adiuuabat, etiã princeps Græcorum ſcilicet Angelus ei occurrerat.

Decima viſio.

Decima viſio Danielis eſt in ca. 11. de regno Medorum & Perſarum, quod tunc florebat, & de Alexandro rege Græcorum, quomodo illud ſibi ſubiicerat, poſtea de rege Auſtri & de rege Aquilonis pugnantibus adinuicem, multa ibi obſcura, vbi prędicitur de Antichriſto. Capitulum 12. eſt de Michaele principe magno, & de vltima reſurrectione, & tempore poſt Antichriſtum, obſcure tamen. Poſtea hiſtoria Suſannæ, belis & draconis. Apud Hebræos nõ habetur hiſtoria Suſannę, Eccleſia tamen illã recipit. Et Daniel in dicans ſeniores iniuſtè accuſantes Suſannam, figurat Chriſtum in iudicio condemnantem Scribas & Phariſæos, accuſantes Eccleſiam de adulterio ſpirituali ſcilicet quod credit in Chriſtum, & hoc habetur 2. quæſt. 7. §. cum Balaam.

¶ *De 12. prophetis minoribus & eorum dictis.*

CAP. IX.

De duodecim prophetis minoribus.

DVODECIM prophetæ minores apud Hebræos in vno volumine habentur, qui diuerſis temporibus prophetauerunt in Iuda vel Iſrael. Horum primus ponitur Oſee ſub his regibus quibus prophetauerat Eſaias. Prædixit autem reprobationem Iudæorum & electionem gentium, vt patet 1. & 2. cap. Vade, dixit dominus ad Oſee, ſume tibi vxorem fornicationum &c. Hiero. Non eſt culpandus Oſee ſi meretricem quam duxit (ſcilicet in matrimonium) ad pudicitiam conuertit, ſed potius laudandus, quia ex mala bonam fecit. 32. quæſt. 1. ca. vlt. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iudicio & iuſtitia & in miſericordia, & ſponſabo te mihi in fine. Prima deſponſatio fuit in incarnatiõe ſecũda in paſſione, qua in ſe fecit iuſtitiam Deo ſatisfaciendo, & nobis miſericordiam tribuendo, & Diabolo iudicium eiectionis. Tertia eſt particularis electorum per conuerſionem ad fidẽ. Vnde ait, Væ eis quoniam receſſerunt à me &c. Et infra Cadent in gladio &c. Gratianus de pœn. diſt. 4. §. filiis quos. cum c. ſeq. declarat quod non propter peccata parentum, ſed propter ipſorum propria peccata caſuri ſint, & puniendi grauiter & exterminandi. Ex Ægypto vocaui filium meum, hoc teſtimonium inducit Matth. Euang. 2. cap. de reductione Ieſu paruuli ex Ægypto. Et infra. Sicut Adæna dabo te. Et ſicut Seboim ponam te, conuerſum eſt cor meum in memetipſo, cõturbata eſt pœnitudo mea, non faciam &c. Auguſtin. Nonne ex Oſee apparet; quod ideo nobis peccantibus indignatur dominus Ieſus, vt indignationis ſuæ nos terrore cõuertat? Indignatio ergo eius nõ vltionis executio eſt: ſed magis abſolutionis operatio de pœn. diſtin. 1. ſed & cotinuo. De reſurrectione noſtra vltima inchoata in Chriſto reſurgente exemplari noſtræ reſurrectionis, loquitur in 6. cap. dicens. Viuificabit nos poſt duos dies, & die tertia ſuſcitabit nos.

Oſee primus propheta. — Hier. lib. 1. in Oſee — Oſee. 2. — Eius prophetię ſingulares. — Oſee. 11.

§. I.

Ioel propheta ſecundus.

SECVNDVS ex minoribus propheta Ioel tempore ille prophetauit deuaſtationẽ populi Iudæorum fiendam per quatuor monarchias ſucceſſiuas, ſignatas per illa quatuor quæ ponit in principio. Reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Eruca Aſſyrios, locuſta Medos & Perſas, bruchus Græcos quoad Antiochum, rubigo Romanos. Expergiſcimini ebrij, & flete &c. Inuitat eos ad pœnitentiam di. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fle. &c. Quid ſit conuerſio & quid ſciſſio, habes de pœnit. diſtinct. 1. §. ſcindite. & ſeq. ſcilicet conuertimini. Annunciat miſſionem copioſam ſpiritusſancti ſuper diſcipulos dicens. Super ſeruos meos & ancillas meas effundam ſpiritum meum &c. In tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem congregabo omnes gentes & educam eas in vallem Ioſaphat, & diſſeptabo cũ eis ibi ſuper populo meo. Quod intelligitur de finali iudicio. Et ſubditur vitium quod maxime arguetur, quia poſuerunt puerũ in proſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino.

§. II.

Amos propheta tertius.

AMOS paſtor & ruſticus tempore Oziæ regis Iuda prophetauit dicens. Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum. Idem ſubdit de ſeptem aliis nationibus ſcilicet Gaze, Tyri, Edom, Ammon, Moab, Iuda & Iſrael aſſignans cauſas inconuerſionis eorum. Vide expoſitionem moralem de quatuor gradibus in peccato de pœn. diſtinct. 2. ſuper tribus. Quod poteſt adaptari ſuperbia cum ſeptem capitalibus vitiis. Dicit enim Hieron. ibi declarans illos quatuor gradus. Primum eſt cogitaſſe quæ mala ſunt. Secundum, cogitationibus acquieuiſſe peruerſis. Tertium quod mẽte decreueris, opere adimplere. Quartum, poſt peccatum non agere pœnitentiam, ſcilicet in ſuo ſibi complacere delicto. Hec Hiero. Et hoc quartum eſt illud, de quo dicit dominus, Non conuertam eum ſcilicet infundẽdo gratiam, in aliis tribus innuens conuerſionẽ & veniam. Ibi quoq;, ſcribitur: Ecce dies veniunt dicit dominus, & emittam famem in terram, non famem panis neq; ſitim aquę, ſed audiendi verbum domini, quod fuit in prædicatione Apoſtolorum. Amos. 4. Plui ſuper

Hier. ſup. Amb. lib. 1.

.A.M. 0652

ciuitatem vnam, & *ſuper alteram ciuitatem non pluit, pars vna compluta eſt, & pars ſuper quam non pluit, aruit. Quod dicitur de parte compluta & non compluta intelligitur quo ad deteſtationem aliquorũ peccatorum, de pœnit. diſtinct. 3. ca. quæ rat. §. illud.

§. III.

Abdias propheta quartus. D. Hiero. in ep. 27. & in initio comment. in eundem vide Sixtum Sen. lib. 1. Bibl.

QVarto ponitur Abdias quem dicunt Hebræi fuiſſe illum, qui ſub Achab & Iezabel impiiſſima pauit centum prophetas in ſpeluncis abſconſos. Hic de paſſione Chriſti agens inquit, Viri fœderis tui illuſerunt tibi, & inualuerunt aduerſus te viri pacis tuæ, qui comedent tecũ ponent inſidias ſubter te, & nõ eſt prudẽtia in eis, & intelligitur de Iudæis & de Iuda proditore Chriſti. Et in mõte Sion erit ſaluatio & erit ſanctus, intelligitur de Chriſto & ſpiritu ſancto miſſo.

§. IIII.

Ionas propheta. 5. D. Hiero. initio lib. Ionæ vide Sixtum. Ibid. 3. Reg. 17.

QVinto loco habetur Ionas, quem Iudæi dicunt filium viduæ Sareptanæ: quem Helias à mortuis ſuſcitauit. Fuit autem temporibus Hieroboam regis Iſrael. Hic cum à Deo mitteretur ad prædicandum Niniuitis interitum: ne illuc iret, nauim aſcẽdit Tharſum petentem humanum aliquid paſſus: timens ne Deo mutante ſententiam ad illorum pœnitentiam, ille mendax iudicaretur. Vel ne gentibus per ſuam C prædicationem conuerſis ad cultum Dei populus

Summa libri Ionæ.

Iudaicus reprobaretur. Orta autem tẽpeſtate propter hoc in mare proiicitur: à ceto deuoratur: ibi Deum laudans tertia die euomitur viuus: & ad prędicandum accedit. Ad cuius verbum Niniuitæ conuertuntur ad pœnitentiam: propter quod Deus veniã pręſtat. Et cũ egreſſus Ionas de Niniue feciſſet vmbraculum inſtar domus: dominus fecit hederam ſuper illud aſcẽdere: ad cuius vmbram Ionas multum lætabatur. Sed in vna nocte vermis corroſit radicem hederæ: qua areſcente Ionas ex calore turbabatur: de quo dominus eum arguit. Hic Ionas ſignat paſſionem & reſurrectionem Chriſti: vt ipſe expoſuit Mat. 12. Et conuerſionẽ gentilitatis ad pœnitentiã reprobata ſynagoga. Hieron. ſuper Ionam ait. Sicut ait Herodotus, à rege Medorum ſubuerſa eſt Niniue, regnante apud Iudęos Ioſia. Vnde patet illã prædicante Iona ex pœnitentia veniã promeruiſſe: ſed quia poſtea ad vomitũ rediit, grauioribus criminibus ſe implicans, ex ira Dei ſubuerſam fuiſſe. de pœn. diſt. 3. ſicut ait Herodotus.

Hieron. in proœ. Ion. Herod. l. 1.

§. V.

Michæas propheta ſextus ex D. Hieron. in eũdem.

SExto loco ponitur Micheas, qui fuit temporibus Ioatham, Achaz & Ezechię regum Iuda: [hic] pronunciat captiuitatem & interitum Iudæ & Iſrael propter idola & auaritiam & alia mala, vnde inter cæt. ait ca. 3. iudices eius in muneribus iudicabant, ſacerdotes eius in mercede, docebant & prophetæ eius in pecunia diuinabant, &c. Hierony. Nemo ambigat propter ſcelera, quæ hic ponuntur Hieruſalem fuiſſe ſubuerſam. 1. q. 1. iudices. De reſurrectione & aſcenſione Chriſti prophetans ait: aſcendet pandens iter ante eos: diuident & tranſibunt portam & ingredientur per eam: & tranſibit rex eorum coram eis: & dominus in capite eorum. De incarnatione Chriſti, prędicatione, & conuerſione ad fidem ait: Erit in nouiſſimis diebus mons domus domini [præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis eius, quia de Sion egredietur lex, & verbum domini de Hieruſalem] De natiuitate Chriſti tẽporali in Bethlehem, & ęternali ait: Tu Bethlehẽ Ephrata [paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael & egreſſus eius à diebus æternitatis] Quæ principes ſacerdotum & ſcribæ dixerunt Herodi de Chriſto dicta: vt patet Mat. 2. Et de paſſione ait: In virga percutient maxillam iudicis Iſrael. Conqueritur dominus de ingratitudine populi ſui dicens, popule meus quid feci tibi? aut quid moleſtus fui? reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruitutũ liberaui te &c. & infra. Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonũ, & quid dominus requirat à te: vtique facere iudicium quo ad ſe ſcilicet per diſcuſſionem conſcientiæ & pœnitentiæ: & miſericordiam diligere, ſcilicet quo ad proximum per virtutem eleemoſynæ, de pœn. diſt. 1. in medicina, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo, quo ad dominum de conſe. diſtinct. 1. quando.

& ſuper D. Hier. in 3. cap. Michæ.

Eius de Chriſto propheti æ cap. 2.

Cap. 4.

Cap. 5.

Cap. 6.

§. VI.

Nahũ propheta 7. eius prophetiæ argumentum D. Hiero. in prologo & habetur de pœn. d. 1. c. Nahum. Na. c. 1. Ibi iux. 70

SEptimo loco Nahum ponitur: quem Hebræi dicunt prophetaſſe ante trãſlationem Iſrael in Aſſyrios. Prænunciat autem exterminium Niniuæ futurum. Cùm enim Niniuitæ ad prædicationem Ionæ pœnitentiã egiſſent: propter quod reuocauit ſententiam Deus: ingrati beneficio grauioribus ſceleribus ſe implicuerunt, propter quod propheta iudicium Dei contra eos annuncians ait in principio, Deus æmulans & vlciſcens: dominus habens furorem & vlciſcens, dominus in hoſtes ſuos, [& iraſcens ipſe inimicis ſuis] &c. Non iudicabit dñs bis in idipſum in tribulatione non conſurget duplex tribulatio. ſuper quo ait Hiero. Ergo qui hic puniti ſunt, poſtea non punientur: ſcilicet in futuro. Quod intelligit Gratianus, & benè: de illis q inter ipſa flagella cõpuncti, reuertuntur ad Deũ de pœnit. diſt. 3. ſũt plures. §. auctoritas Nahũ. Et cũ homo talis eſt, pœna hic inflicta à Deo vel homine [valet] vt ſatisfaciat de culpis cõmiſſis: alioquin pro eo quod minus eſſet ſatisfactũ, in alio ſęculo punietur. Vnde Hier. 23. q. 5. quid ergo, Et infra. Ad q reſpondebimus Deum, vt omnium rerum: ita ſuppliciorum, quoque ſcire menſuras, & non præuenire ſententia iudicis: nec illi in peccatorem exercendæ dehinc pœnæ auferri poteſtatem: & magnum peccatum magnis diuturniſque lui cruciatibus. Culpa autem leuis præſenti ſupplicio compenſatur. Et ponit exemplum de eo, qui fuit lapidatus à populo: quia collegerat ligna in ſabbatho. Quod intelligitur, vt dictum eſt: quando ipſum pœnitet, & patiẽter fert. Et ſecundũ Hier. Niniue interpretatur ſpecioſa: ſignans mundum. vnde quicquid de Niniue dicitur, de mundo figuraliter prædicatur: qui demũ iudicandus eſt. In conſolationem ergo ſanctorum prophetia hæc texitur: vt quæcunque in hoc mundo videntur, quaſi prætereuntia & caduca contemnãt: & præparẽt ſe ad iudicij diem, vbi vltor aduerſus Aſſyrios id eſt malos, futurus dominus eſt. De prędicatione euangelica ait inter cętera. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem.

Hier. in c. 1. Nahum.

Hier. in c. 1. Nahum

Quomodo ſupplicia præſentis vitæ hominib. proſint. Num. 15

Hieron. in prol. ſup. Nahum.

Ibid.

§. VII.

Abachuc propheta ex Hiero. in prol. in eum.

OCtauo loco ponitur Abachuc. Nullus (ait Hieron.) tam audaci voce auſus eſt dominum ad diſceptationem iuſtitiæ prouocare: cur in rebus humanis & mundi huius tanta verſatur iniquitas. Nemo videns hic malos proſperitatem habere turbetur. Non eſt hic plena retributio vitij aut virtutis: ſed veluti quidam guſtus, vt hi qui reſurrectioni non credunt, talibus exemplis doceantur, Quãdo itaque videmus malignum diteſcere, non ſubtuamur, & quando videmus iuſtum bonum mala pati non turbemur: illic corona illic ſupplicia &c. Chryſoſtom. de pœn. diſt. 3. quid ergo. Hic Abachuc in principio voluminis ſui deſcribit diabolum cum membris ſuis. In fine annunciat aduentum paſſionemque Saluatoris: nam de quo alio niſi de Chriſti aduentu qui futurus

Malos proſperitatem habere videns non turbetur.

Cryſoſt. homi. 67. ad Popul. Antio li. Cap. 2.

A.M. 3342. turus, et ... elegit illud. Apparebit in fine & nō mē-
tietur: ſi moram fecerit expecta eū, quia veniens veniet
& non tardabit. De paſſione autē in cruce & nomine
Cap. 3. Ieſu in cātico. Dne audiui auditū tuū & timui: & Cor
nua in manib. eius, & illud: Exultabo in Deo Ieſu meo.

§. VIII.

Sophonias propheta. 9. ex D Hie. Cap. 1.

NOnus exiſtit Sophonias, quem filiū prophetæ Hebræi tradunt vaticinantem ſub Ioſia rege Iuda. Diem iudicij oſtendit terribilem nimis dicens: Iuxta eſt dies domini magnus, iuxta eſt velox nimis. Vox diei domini amara: & tribulabitur ibi fortis: dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ. De reſurrectione ait: Expecta me in die reſurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum: vt congregem gentes & colligam regna, effundam ſuper eos indignationem meam, omnem iram furoris mei.

Cap. 3.

§. IX.

Aggæus propheta decimus.

POſt prædictum ſequitur Aggæus decimus, qui prophetauit in Hieruſalem captiuus poſt reuerſionem populi Iuda de Babylone. Cùm enim ſecundum Hier. ſeptuaginta anni Babylonici fuiſſent pronūciati à Hieremia & ſexageſimo ſecundo anno captiuitatis ipſius ſubuerſo regno Chaldæorum per Darium regem Medorum & Perſarum, vt patet Dan. 5. Moriente poſtea Dario, & Cyro Perſarum ſuccedente in regno, completis ſeptuaginta annis: Cyrus dedit licentiam redeundi Hieruſalem, vt patet. 2. Para: vltimo fi. Succedente exinde dicto Cyro alio Dario cū impedirentur à finitimis Iudæi reædificare ciuitatem: Aggæus propheta miſſus eſt à domino ad confortandum Zorobabel, qui erat de ſemine regio Iuda: & Ieſum filium Ioſedech ſummum ſacerdotē ad reædificationem ciuitatis: & certificandum annos captiuitatis completos. Et qui congregauerunt mercedes miſerant eas in ſacculum pertuſum. Gregor. De ſacculo pertuſo aliunde exit, quòd aliunde intritur: quia indiſcretæ mentes mercedem quæ de bono opere acquiritur: quomodo ex malo opere perdatur non aſpiciunt. de pœn. diſt. 4. de pertuſo quippe ſacculo non ſimpliciter: ſed quo ad præmium æternum. Inter cætera prædixit Chriſti aduentum inquiens: Adhuc vnum modicum & ego mouebo cœlum, terram & mare & āridam: & mouebo omnes gentes & veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria. dicit Aug. in de ciui. Dei, hoc impletum in natiuitate Chriſti, in purificatione virginis: & prædicatione Chriſti in templo.

Hieron in prolo. ſup. Agg.

Gre hom. 4. ſuper 1. c. Ezech.

Caput. 2.

Li. 18. ciui. cap. 35.

§. X.

Zacharias propheta vndecimus & eius libri ſumma.

VNdecimus ſecundum ordinem eſt Zacharias, qui eo tempore prophetauit, quo & Aggæus ſcilicet ſecundo anno Darij poſt Cyrū: exhortans populum cum Aggæo ad reædificationem templi quod, & factum eſt, Hier. diſt. 50. Ieſus ſic ait: Ieſus Ioſedech filius ſacerdos magnus, quamquam in typo aducentum præceſſerit ſaluatoris qui noſtra peccata portauit: & alienigenam ex gentibus ſibi copulauit Eccleſiam, tamen ſecundum literam poſt ſacerdotium ſordidatus inducitur, aſtat diabolus à dextris eius, & candida deinde illi veſtimenta redduntur. Eſt autem ſecundum Hier. multiplex in prophetia. Nam Ieſum ſacerdotem vidit ſordidis veſtibus exutum, candidis poſtea indutum, lapidem oculorum ſeptem, caud. librum aureū cum [toridem lucernis quot oculis id eſt Chriſtum cum gratia ſeptiformi, duas oliuas à ſiniſtris lampadis cernit & à dextris. equos quoque nigros, rufos, varios & albos, diſſipatas quadrigas [ex Ephraim & equum de Hieruſalem.] prædixit etiam. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper pullū filiū ſubiugalis Zac. 9. Item vidit volumen volans: cuius longitudo viginti cubitorū, & latitudo decē. Ite vidit amphoram & mulierem ſedentē in medio amphoræ, & talentū plumbi portabat & dixit, hæc eſt impietas. Item & de triginta argenteis qui fuerunt pretium appretiati ſcilicet Chriſti proiectis ad ſanctuarium. Dicit etiam ibi. Effundam ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritū gratiæ & precum: & aſpicient in me quem confixerunt: & plangēt eum quaſi vnigenitum & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti, & infrà, In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalē in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Et infrà, Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarū? Et dicet. His plagatus ſum in domo eorum, qui me diligebant: percute paſtorem & diſpergentur oues.

Hier. in c. 3. Zach.

Hieron. in ep. ad Pau. cap. 5.

Cap. 5.

Cap. 11.

Cap. 12.

Cap. 13.

Ibid.

§. XI.

Malachias propheta duodecimus et eius libri ſumma.

MAlachias eſt duodecimus in ordine prophetarum qui prophetauit vltimus in Babylone: quē Hebræi dicunt fuiſſe Eſdram ſcribam. Reprehendit autem ſacerdotes de indebitis ſacrificiis: & quòd ſcandalizant populos propter mala eorum opera. vnde facti ſunt contemptibiles, vnde dicit: Sacerdotes vos deſpicitis nomen meum. diſt. 49. ſacerdotes, ait Hieronym. ſuper Malac. Sacerdotes nomen domini deſpiciunt: & quantum ad ſe panem pollutum offerunt, qui ad altare indignè accedunt: quique dato munere ſacerdotium exercere præſumunt. Panem quoque polluit, qui doctrinam domini in populo male diſpertit: qui honorat potentem, & deſpicit pauperem. Si offeratis cæcum animal ad immolandum, nonne malum eſt? Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti: magiſtrúmque facit, qui vix poterat eſſe diſcipulus. Claudum offert qui lucra terrena quærentem locat, vt ponit pedem in diuerſa ponentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. Languidum offert, qui vinoſum pro religioſo, quippe tardum & pigrum pro patiente habet. Reuertimini ad me & ego reuertar ad vos, &c. & infrà. Et dixiſtis in quo confiximus te? Et ait in decimis & primitiis, quia ſcilicet eas non datis, & in penuria vos maledicti eſtis. Hierem. Si quando fames & penuria & omnium rerum egeſtas opprimit mundum, ſciamus hoc ex ira Dei deſcēdere, qui ſe in pauperibus ſi non recipiunt eleemoſynā fraudari loquitur, & ſuas poſſeſſiones, 16. q. 1. reuertimini. Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, &c. & infrà. Ecce ego mittam Heliam Theſbitem antequam veniat dies domini magnus & terribilis, & conuertet cor patrum ad filios. Fuerunt & plures alij prophetæ in veteri teſtamento, ſed vel non ſcripſerunt libros ſuarum prophetiarum, vel ſi ſcripſerunt non ſunt recepti in canone quamuis multa prophetica eorum dicta in diuerſis libris habeantur, vt patet in lib. Reg. Præcipui autem fuerunt, qui etiam claruerunt miraculis, Helias & Heliſæus in populo Iſrael, de quibus dictum eſt ſuprà in 3. & in 4 Regum. Notandum etiam ſecundum Aug. quòd non ſolum verba patrum veteris teſtamenti, quibus aliqua futura prædixerunt fuerunt prophetica, ſed etiam geſta illius populi fuerunt quædam prophetiæ vitæ populi Chriſtiani. Vnde & Hebræi in numero prophetarum ponunt omnes libros hiſtoriales ſuperius poſitos ſcilicet Ioſue, Iudicum, & Regum, & à libris prophetarum excludunt Iob, Paralipomenon, Danielem, Pſalterium & libros Salomonis, appellantes hos agiographa, vt dicetur plenius in §. ſequenti.

Hieron. c. 1. Malac.

Quomodo mora li ter viati ſacrificiorum ſacerdotib. accommodantur. Cap. 3.

Hier. in c. 3. Malac

Nota magnum eſſe peccatum fraudare pauperes eleemoſyna.

Cap. 4.

Aug. 17. de ci. Dei cap. 5. & lib. 2. contra auſtu c. 24.

Hebræi ponunt libros hiſtoriales in numero prophetarum.

A.M. 3363.

§. XII.

De Iob & lib.eius.

IOB autem gentilis etſi in libro ſuo multa prophetice dixit, maxime de vltima reſurrectione corporum apertius cæteris omnibus ſecundum Hieron. Scio inquit quòd redemptor meus viuit: & vnde redemptor niſi per paſſionem? Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum &c. Et de multis aliis myſteriis Chriſti & Eccleſiæ vt oſtendit Grego. in Moral. libris, tamen ab Hebræis non in numero Prophetarum ponitur, ſed agiographorum. Diuidunt enim Hebræi vetus teſtamentum in quatuor partes, primam appellāt legem ſcilicet quinque libros Moyſis complectentem, ſecundam Prophetas vocant, ſub hac comprehendentes librum Ioſue, primum librū iudicum ſecundum, cum hiſtoria Ruth, tertium ponentes primum & ſecundum regum Samuel intitulantes, quartum tertium, & quartum libros regum quintum. Eſaiam ſextum Ieremiam ſeptimum, Ezechielem, octauum volumē duodecim Prophetarum minorum. Tertiam partem veteris teſtamenti nuncūpant agiographa, id eſt ſancta ſcripta quæ authentica habentur: & ſunt nouem ſcilicet Iob, Pſalterium Dauid, Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſtes eius, & Canticum canticorum, Daniel, Paralypomenon, primus & ſecundus Eſdras, duos habens libros, Heſter. Et ſic in totum viginti duos ponunt authenticos. Quartā partē appellāt apochrypha. ſ. librum ſapiētiæ, Eccleſiaſticū, Thobiæ, Iudith, & Machabeorum & ſecundum. Eccleſia ſancta tamē etiam Apochrypha recipit vt vera, vt patet diſtin. 15. ſancta Romana & vt vtilia & moralia veneratur, etſi in contentione eorum quæ ſunt fidei non vrgentia ad arguendum. Reuertendo ad Iob ſciendum primo quòd aliqui dixerunt & male Iob non fuiſſe in rerum natura: ſed iſtam hiſtoriam eſſe parabolam cōfictam, vt thema diſputationis de diuina prouidētia. Sed beatus Tho. in expoſitione ſuper Iob hoc reprobat, per hoc quòd connumeratur aliis qui fuerunt in mundo. Dicitur enim. Ezech. 14. Si fuerint Noe & Iob & Daniel iſti tres viri in medio eius ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. & Iacob. 5. dicitur patientiam Iob audiſtis &c. Fruſtra autem proponeretur nobis in exemplum patientiæ Iob, ſi non fuiſſet in rerum natura, non ergo de hoc dubitandum. Secundo dubitatur quis fuerit iſte Iob, & de quo genere. Et aliqui quidem dicunt deſcendiſſe ab Eſau, aſſerentes eſſe illum de quo di. 1. Paral. 1. Mortuus eſt Bale & regnauit pro eo Iobab filius Sarę de boſra. Huius opinionis fuit Iſid. in lib. de ortu & obitu ſanctorū, vbi ait: Iob filius Sare de boſra rex Idumeorū quartus poſt Eſau ſucceſſor Bale filij Beor in regno. Idem Polycratus. Hie. autem in Hebraicis quæſtionib. videtur dicere quòd Iob deſcenderit à Nachor fratre Abrahæ ex Melcha vxore eius. Dicitur enim quòd de Nachor natus eſt filius nomine Hus, de cuius ſtirpe Iob deſcendit vnde dicitur in principio huius libri, Vir erat in terra Hus vnde & Iſido. dicit Iob adæquatum eſſe Moyſi id eſt quòd fuerit quaſi eo tempore quo Moyſes. Tertio dubitatur quis compoſuerit librū Iob. Ad quod quidam dicunt fuiſſe Moyſem referentem geſta illius ſancti viri. Alij vnum alium ex Prophetis non determinantes quem, alij Salomonem vel amicos Iob: cæteri ipſum Iob, & iſta eſt communior opinio quā ſequi videtur Greg. Papa di. arbitrari verius poſſumus, quòd idem Iob, qui certamina ſpiritualis pugnæ ſuſtinuit, etiam conſummatæ ſuæ victorię geſta narrauit. Sed idem in prin. Moral. ait. Quis hæc ſcri-

Hie. in ep. ad Paul.

Diuiſio ſacræ ſcripturæ cuius memi nit D. Hi. in prol. 61. Leo. & 16. li. 6. Etym.

Et hæc quæ appellātur apocrypha plenam etiam ad redargūēdas hæreſes ſortita ſunt autho ritatem. vide Con. Tri. ſeſſ. 4.

D. Tho. in prol. ſup. Iob.

Iob. an fuerat.

Iſid. lib. de patribus vet. teſt.

Hieron. in qō. Heb. ſup. Gen. cap. 22.

Moyſes & Iob coeui fuerunt.

Greg. cap. 2. præfat.

A pſerit valde ſuperuacue quæritur. cum autor huius libri ſpiritus ſanctus fideliter credatur, ſicut etiam qui noſcet literas aliquas eſſe regis inaniter quæreret, quo calamo ſcriptæ fuerint. Et ſic apparet de cauſa efficienti principali ſcilicet Deo, & ſecundaria ſcilicet Iob. Cauſa autem finalis eſt ſecundum Thom. ſuper Iob in princ. ad oſtendendum qualiter res humanæ diuina prouidentia reguntur. Cuius opinio maxime contraria humano generi eſt nociua, nam, ſublata diuina prouidentia, nulla apud homines Dei reuerentia, aut timor cum virtute remanebit. Hanc peſſimam opinionem ſecutus eſt Epicurus ſecūdum B Lactantium in lib. inſtituit eam, & multi qui ſibi ſapiētes videntur ſectantur, dicentes omnia in hominibus euenire vel à caſu, niſi quantum humana prouidentia & conſilio reguntur, vel à fato neceſſitante id eſt conſtellationibus cœli. Vnde eorum qui diuino ſpiritu ſapientiam conſecuti ſunt: fuit pręcipuum ſtudium hanc falſam opinionem remouere à cordibus hominum. Et hoc fit in lib. Iob. Oſtenditur enim per probabiles rationes res humanas à diuina prouidentia regi. Id autem quod præcipue videtur impugnare res humanas diuina regi prouidentia eſt afflictio iuſtorum. Nam quòd bona malis eueniant, C & ſi irrationabile primo aſpectu appareat, & prouidentiæ contrarium, tamen habere poteſt aliquam excuſationem ſcilicet ex miſeratione diuina. Sed quòd iuſti affligantur ſine cauſa videtur totaliter ſubruere prouidentiæ fundamentum. Proponitur ergo ad quæſtionem intentatam quaſi quoddam thema multiplex & grauis afflictio ſanctiſſimi Iob, & amici quidam Iob eum viſitantes credebant quidem diuinam prouidentiam circa res humanas: ſed in hoc multum errabāt, quia exiſtimabant totam retributionem bene vel male geſtorum hīc haberi, ſeu à Deo conferri, non in alia vita, & per conſequens afD flictiones ſolum ex culpa homines ſuſtinere: & proſperitatem ex benefactis haberi: & hinc arguebant Iob fuiſſe malum & hypocritam, & propter peccata ſua fuiſſe ita afflictum: quorum dicta, bis à ſingulis eorum explicata Iob reſpondens confutauit, oſtendens eſſe aliam retributionem operum quam in præſenti, & ipſum non ex culpa fuiſſe flagellatum. Eius rationibus non valentib. amicis reſpōdere amplius, vtpote conuictis: alius ibi præſens Heliu iunior cæteris locutus eſt, reprehendens etiam tres amicos Iob eo quòd non amplius poterant eum arguere: & ipſum Iob ex eo quòd viſum eſt ei in ſua lo E cutione Deum iniuſte eum iudicaſſe & flagellaſſe: quod tamen non fecerat. Demum dominus determinans diſputationem & Heliu reprehendit de ſua opinione eo quòd iniuſte Iob condemnaſſet, vt maleſentientem de Dei iuſtitia: & Iob redarguit, quòd ita locutus eſt, quòd illis dediſſet occaſionem iudicandi de Deo, quòd male conſentiret de Dei iuſtitia tanquam ſi iniuſte flagellaſſet. quod tamen ea intentione non dixit, ſed ſolum volens oſtendere, quòd ex culpis ſuis non fuerat flagellatus, ſed ad exercitium virtutis, ſicut erat. Contra amicos autem Iob iratus F eſt, quia male ſentiebant de cauſa afflictionum, vnde & Iob & ſimulatorem & iniquum appellauerant: mādando eis in ſatisfactionem vt offerret certum ſacrificium: vt patet in fi. Quia enim humana ſapientia non ſufficit ad veritatē diuinæ prouidentię comprehendendam, ideo neceſſarium fuit, vt dicta diſputatione de prouidentia diuina authoritate terminaretur, quòd incipit fieri in capitul. 38. vbi dicitur Reſpōdens dominus de turbine &c. Interrogat domi-

A. M. 3363.

D. Thom. in prol.

Lact. lib. 1 inſt. ca. 2. Prouidētiam diuinam opinio tollēs perniciosiſſima, vide Cic. in 1. de natu. Deo.

Scopus libri Iob, & totius libri argumentum.

A.M. 3363.

dominus Iob de diuinis effectibus in dicto cap. vbi dicit. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ. &c. qui effectus humanis ſenſibus præſto ſunt, quos cum homo ignorare oſtenditur, multomagis conuincitur ſublimiorum ſcientiam non habere, vt de prouidentia Dei. Et interrogat de elementis & cœlis & creaturis quæ ſunt in eis. Et inde dominus arguit Iob oſtendendo excellentiam Dei ſuper homines, cuius iuſtitiæ & bonitati comparata omnis humana iuſtitia, iniuſtitia videtur. Cuius autem excellentia manifeſtatur in effectibus, quos operatur in hominibus bonis & malis, & in diabolo, de quo multa loquitur, de proprietatibus behemoth id eſt elephantis & leuiathan id eſt cete. vt Iob. 40. Cauſa igitur quaſi materialis eſt hiſtoria qua narratur primo proſperitas Iob in ſubſtantia, familia, & poteſtate. Exinde aduerſitas ex amiſſione omniũ prædictorũ & morte filiorum & etiam ſanitatis vno tẽpore, improperium vxoris, & poſtea amicorum ad conſolandum viſitantium. Et in omnibus his non peccauit Iob nã cum maledixit diei ſuo: locutus eſt non ſecundum deliberationem rationis, ſed ſecundum motum ſenſualitatis horrentis talem afflictionem, & abominantis ea ex quibus in illam inciderat ſcilicet natiuitatem & conceptum, quæ quia fiunt in die vel nocte dicuntur mala: non ratione temporis, ſed ratione euentus in ea, ſicut Apoſtolus dicit, Dies mali ſunt, ſicut etiam ſapiens medicinam amaram etſi ſanatiuam in guſtando ſecũdum appetitum ſenſualem diceret malam & maledictam ratione amaritudinis, quam in ea ſentiret quamuis ſecũdum rationem iudicet bonam. Non peccauit etiam recitando bona opera ſua vt patet 31. ca. quia non fecit ad iactantiam, ſed ad refouendam fiduciam in Deum, ne laberetur in deſperationem inter tot aduerſa. Demum ponitur reſtitutio proſperitatis Iob ex duplicitate quoad ſubſtantiam, non autem quoad filios in numero, ſed in virtute: quia poſtmodum ſeptem filios habuit: & tres filias ſicut habuerat pulcherrimas: & ei ſanato addita vigoroſitas, vnde & vixit poſtea annis centum quadraginta. Et hoc ad innuendum quòd diuina prouidentia etſi promittat bonos hic & ſine culpa eorum affligi: copioſe tamen poſtmodum remunerat in alia vita, quæ ſemper durat. Ponitur autem huius Iob gentilis hiſtoria inter geſta ſanctorum patrum, veteris & noui teſtamenti in exemplum omnimodę patientiæ & maximę ſapientiæ de Dei prouidentia: & omnis perfectionis iuſtitiæ & in figurã Chriſti & Eccleſiæ, vt declarat Gregorium exponendo allegorice & moraliter. Tho. autem literaliter & mirabiliter. Et hoc ad rememorandum, quòd non eſt acceptio perſonarum apud Deũ, ſed in omni gente, qui timet Deum acceptus eſt illi, vt dixit Pet. Act. 10. Secundo ad confuſionem malorum fidelium & acuẽdũ ſtimulum iuſtorum in bonis agendis. Si enim gentilis ſola lege naturali aſtrictus, ita perfectę vixit, quanto magis hoc agere debet filius qui liber adiutus lege Moſaica & Euangelica. Tertio, vt quia Chriſtus pro omnibus ſaluandis erat venturus Iudæis & Gentilibus decuit ab omni genere Iudæorum & gentilium prænuntiari & figurari. Cauſa formalis libri eſt modus tractandi, qui eſt narratiuus & diſputatiuus. Et vt dicit Hieron. Proſa incipit verſibus labitur ab eo ſcilicet loco, pereat dies, vſque ad illud: me reprehendendo cap. 40. poſtea in proſa terminatur. Nam & [a] verſus haberi in libris Hebræorũ, vt in Pſalterio, Iob & Threnis aſſerunt Euſebius & Orig. & alij. Sed in tranſlatione facta ab Hiero. de Hebraico vel Chaldaico in Latinum, non ita potuerunt ſeruari metra, ſed ad proſam omnia deducta. vt patet.

Iob quomodo nõ peccauit.

Ad Eph 5.

Quare Iob gentilis hiſtoria inter libros ſacros numeratur.

Hieron. in Prol.

Verſus habentur in Hebraico

Euſ. in lib. 11 præpar. Euã.

a Nemini profecto dubium eſt librum Iob, Pſalmos, prouerbia Eccleſiaſten, Cantica canticorum & Threnos præter innumerabilia Cantica & verſus qui in reliquis ſacræ ſcripturæ libris reperiuntur, metro conſtare ſed illorum ſcandendi ratio ſicut & Odarum Pindari & ſimilium poetarum iamdiu intercedit. Geneb.

§. XIII.

QVIA Hiſtoria Thobiæ fuit ante captiuitatem & tranſlationem Iudæ in Babyloniam, quia tempore Acham & Ezechiæ, ideo eam breuiter reſumemus. Thobias iſte fuit de tribu Neptalium & in Galilæa habitans pene ſolus in Iſrael legem obſeruabat. Ductus autem in captiuitatem in Niniuem cum pluribus à Salmanaſar rege Aſſyriorum ibi ſe exercebat in operibus miſericordiæ multipliciter. Mortuiſque ſepulturam exhibebat. Cui vna dierum requieſcenti ad parietem, inclinato ſtercora hirundinum deſuper decidentia oculos eius excæcauerunt. Nec tamen ex hoc contriſtatus eſt ex probratione autem ei facta ab vxore Anna, & filia Raguelis contumelia ab vna ex ancilla, quam repræhenderat de occiſione ſeptem eius coniugum, [ambo cõtriſtati orauerunt dominum. Et orationibus eorum exauditus, miſſus eſt Raphael ad curandum vtrumque. Thobias credens ſe exauditum, vt moreretur inſtruxit filium ſuum etiam Thobiam, de vitiis cauendis, & bonis præcipue eleemoſynis faciendis. [Cumque à filio ſibi à Gabelo qui in Rages Medorũ habitabat deberi pecuniam indicaſſet, & filius viam ſe neſcire qua illuc itur, profeſſus eſſet.] Apparens Raphael Angelus in forma viatoris ductus ad Thobiam patrem & interrogatus de nomine ſuo dixit ſe eſſe Azariam, offerens ſe ad ducendum filium ſuũ in Rages Medorum ad Gabelum & reducendum. In via poſitis cum iuxta flumen Tigrim Thobias pedes lauaret; piſcis egreſſus eſt ad deuorandum eum. Sed ad iuſſum Raphaelis eductum occidit, carnes eius aſſauit ad comedendum in via: cor, fel, iecur, reſeruauit pro medela. Et ſuaſit Angelus, vt hoſpitarentur penes Raguelem propinquum, vt filiam eius Saram acciperet in vxorem. Raguel autem ſuſcepit eos lætanter. Et poſtquam cognouit Thobiam Angelo manifeſtante, demum petenti filiam eius in vxorem, timens ad ſuaſum Angeli eam dedit. Celebratis nuptiis Thobia in camera ponente de iecore piſcis ſuper prunas, Raphael religauit dæmonem nomine Aſmodæum qui ſuffocauerat ſeptem maritos, (quos habuerat Sara) in deſerto. Et tribus noctibus ſteterunt in oratione: quarta autem conſummauit matrimonium, & diabolus nocere non potuit. Thobias miſit Raphaelem ad Gabelum in Rages ad repetendum pecuniam mutuatam. Et reddita pecunia debita conduxit Angelus eum ad nuptias Thobiæ. Cum autem moram facerent in redeundo, mater Thobiæ Anna inconſolabiliter deflebat. & Thobias cæcus confortabat eam. Domum valefaciens Raguelí, iter arripuit Thobias cum vxore accepta Sara & Raphaele. Præcedens autem.

Thobiæ li. ſumma Tho.

A.M. 3363.

autem Thobias citius aliis cum Angelo applicuit domum. Cui occurrit obuiam pater cæcus, & ſumēs de felle piſcis ac ponens ſuper oculos eius illuminauit eum, ſuperuenientibuſque aliis benedixerunt Deum conuiuantes. Thobias minor recolens patri beneficia Raphaelis ſuaſit patri vt medietatem omnium bonorum ſuorum ei offerret, quem hominem exiſtimabat. Sed tunc Angelus ſe manifeſtauit inducens eos ad gratias agendum & diſparuit benedicentibus illis Deū. Prophetia ponitur ipſius Thobię qua multa prædixit de Eccleſia, vltimo ponitur quòd vixit centum & duobus annis, quinquaginta ſex annorum erat cum cæcus eſt effectus, ſexagenarius cum illuminatus eſt, prædixit deſtructionem Niniue imminere, quòd non ibi manerent.

§. XIIII.

Externa temporib. Regum Iuda.

VT continuemus hiſtorias regum Iuda & Iſrael non omiſſis geſtis gentilium nunc breuiſſime reſumemus geſta notabilia, quæ illorum temporib. diuerſis acciderunt. Et primo de Sibyllis dicit Iſid. in 8. Ethym. 8. Sibyllæ dicuntur generaliter omnes fœminæ vates lingua Græca. Nam σιὸς Eolico ſermone Deus: βουλὴ Græci mentem nuncupant. Vnde Sibylla quaſi Dei mens. Proinde igitur, quia diuinam voluntatem hominibus interpretari ſolebant, Sibyllæ nominatæ ſunt. Sicut enim omnis vir prophetans vates vel propheta dicitur: ſic omnis fœmina prophetans Sibylla vocatur: quod nomen ex officio, nō ex proprietate eſt vocabuli.

Sibillæ vnde dictæ ex Varro. vt eſt apud Lactan. li. 1. cap. 6.

Decē fuerunt Sibyllę. Ex Var. Aug. de Ciuit li. 18. c. 23. & Lac. lib. 1. ca. 6.

Decem autem Sibyllæ à doctiſſimis authoribus eſſe traduntur: quarum prima Perſica fuit, ſecunda Libyſſa, tertia Delphica in templo Delphici Apollinis nata, quæ ante Troiana bella vaticinata eſt, cuius plurimos verſus operi ſuo Homerus inſeruit, quarta Cumea in Italia, quinta Erythræa nomine Hierophyla in Babylone orta quæ Græcis Ilium petentibus vaticinata eſt, perituram eſſe Troiam: & Homerum mendacia ſcripturum. Dicta eſt autem Erythræa, quia in eadem inſula eius carmina inuenta ſunt. Sexta Samia, quæ Samanæa dicta eſt à Samo inſula, vnde fuit cognominata, ſeptima Cumana, nomine Amalthea: quæ nouem libros attulit Tarquino Priſco, in quibus erant decreta Romana deſcripta. Ipſa eſt & Cumæa, de qua Vergil. ait. Vltima Cumæi venit iam carminis ætas. Dicta eſt autem Cumæa à ciuitate Cumis quæ eſt in Campania, cuius ſepulcrū in Sicillia adhuc manet. Octaua Helleſpontiaca in agro Troiano nata [quæ ſcribitur Solonis & Cyri fuiſſe temporib. Nona Phrygia, quæ vaticinata eſt Ancyre. decima Tiburte nomine Albunea, quarū omnium carmina & feruntur & habentur,] in quibus de Deo, de Christo & de gentibus multa ſcripſiſſe manifeſtiſſime comprobatur. Celebrior autē & nobilior Erythræa inter cæteras perhibetur, quam nō nulli vaticinatam ferunt cum Roma condita eſt, & tunc rex erat in Iuda Acham, vel ſicut alij computāt Exechias filius eius. Ad idem Hiero. contra Iouinia. Quid referam Sibyllas Erythræam & Cumanam & octo reliquas: quarum inſigne virginitas eſt & virginitatis prætium diuinatio. Lactan. quoque in lib. inſtit. facit mentionem de ipſis, & ponit multa earum dicta in Græco & Latino: quæ Augu. in 18. de ciui. Dei. cap. 23. colligendo refert. Vbi expreſſe fit mētio de vno Deo colendo omnium creatore de ipſo incarnato, & eius paſſione, morte, & reſurrectione.

Erythræa Sibylla celebrior cæteris. Hier. lib. 1. aduer. Io.

Lac. li. 4. c. 18. & lib. 1. cap. 6.

A Ponuntur etiam & viginti ſex verſus ipſius Sibyllæ exprimentes apertiſſime finale iudicium. Quorum verſuum & primas literas aſſumendo & coniungendo ex eis reſultant hæc verba. Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator. Sic autem incipiunt verſus. A.M. 3363.

Iudicij ſignum tellus ſudore madeſcet,
E cælo rex adueniet per ſæcla futurus:
Scilicet in carnem præſens vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent incredulus atque fidelis.
Celſum cum ſanctis, æui iam termino in ipſo.
B *Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipſe.*
Cum iacet incultus denſis in vepribus orbis.
Reiicient ſimulacra viri, cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis pontumque polumque
Inquirens, tetri portas effringet Auerni.
Sanctorum, ſed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, ſontes æternaque flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tunc quiſque loquetur
Secreta, atque Deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus omnes.
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris.
Soluetur cælum, lunaris ſplendor obibit.
C *Deiiciet colles, valles extollet ab imo.*
Non erit in rebus hominum ſublime, vel altum.
Iam æquantur campis montes, & cærula ponti.
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni.
Sed tuba cum ſonitum triſtem dimittet ab alto.
Orbe, gemens facinus miſerum, varioſque labores:
Tartareumque Chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram hic domino reges ſiſtentur ad vnum.
Decidet à cælo ignisque & ſulphuris amnis.

D In his verſibus Latinis de Græco vtcunque tranſlatis, ibi non potuit ille ſenſus occurrere, qui fit, cum literæ, quæ ſunt in eorum capitibus conectuntur, vbi υ litera in Græco poſita eſt, quia non poterunt latina verba inueniri quæ ab eadem litera inciperent, & ſententiæ conuenirent. Hi autem ſunt verſus tres quintus & decimus octauus & decimus nonus. Denique literas quæ ſunt in capitib. omnium verſuum connectentes, horum trium quæ ſcriptæ ſunt non legamus, ſed pro his literam υ tanquam in eiſdem locis ipſa ſit poſita recordemur. Et exprimitur in verbis quinque. Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator, vt dictum eſt ſupra: ſed cum Græcè non Latinè hoc dicitur. E Hæc autem Sibylla ſiue Erythræa ſiue vt quidam magis credunt, cum ita nihil habet in toto carmine ſuo, cuius exigua iſta particula eſt, quod ad Deorum falſorum ſeu fictorum cultum pertineat, quinimmo ita etiam contra eos & contra cultores eorum loquitur, vt in numero eorum deputanda videantur, quæ pertinent ad ciuitatem Dei. Inſerit etiam Lactantius operi ſuo quędam de Chriſto vaticinia Sibyllæ, quamuis non exprimat cuius. Aug. ibid.

F *a Acroſtichis Sibyllæ, quam M. T. vidiſſe ſe ſignificat in 2. de Diuin.) habetur Græcè apud Euſeb. in oratione Conſt int. ex cuius litteris initialibus apud Græcos hæc colliguntur.* ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρὸς, *id eſt Ieſus Chriſtus Dei filius crux, vt intelligas Crucem, quam hodie hæretici paſſim euertunt, ab ipſis Sibyllis quæ Chriſti myſteria manifeſtarunt fuiſſe decantatam.*

A.M. 1870.

riti iuramento firmarunt ſe vidiſſe alias in antiquis Bibliis Hebraicis, ſicut Hiero. tranſtulit. [a] Nec eſt credendum quòd tantus vir Hier. aliter tranſtulerit, quàm Hebraica veritas ſe haberet, cùm coram tot Iudæis & Catholicis petitus publicauerit ipſam tranſlationem. Inſuper ad conuincendum eos de falſificatione recurrendum eſt ad aliorum tranſlationes, quas rationabiliter negare non poſſunt: ex quibus falſitas illa deprehendi poteſt. Et primo in tranſlatione ſeptuaginta facta à Iudæis peritiſſimis ex Hebræo in Græcum ſic habetur, vt in tranſlatione noſtra ex Hebręo in latinum facta à Hiero. Quod patet ex officio Eccleſiæ ſumpto ex ipſa tranſlatione ſeptuaginta. Dicitur enim ibi: Et vocabunt, non vocabit, eum dominus iuſtus noſter, ſcilicet conuerſi ex Iudaiſmo: ita quod dominus, loco cuius eſt nomen Dei tetragrammaton in Hebræo refertur ad Meſſiam ipſum. Quod verò ipſi ſeptuaginta non potuerunt ponere nomen domini tetragrammaton in Græco, in proprio ſignificatu: [hoc factum eſt] vel quia non inuenerunt nomen ita propriè correſpondens: vel ſi inuenerunt ad occultandum myſterium diuinitatis in Meſſia Ptolemæo, ne ſcandalum ſumeret incapax tanti myſterij; ipſum ideo propriè non poſuerunt ſicut & in pluribus aliis locis: ſed loco huius poſuerunt: & vocabũt eum Κύριος: quod Græcum latinè ſonat dominus. Quod quia nomen commune eſt, & poteſt dici & de Deo, & de quolibet magno principe, ideo facile myſterium trinitatis poterat Ptolemæo occultare. Eodem modo Hieron. qui tranſtulit de Hebræo in latinum, quia non habuit nomen proprium in latino correſpondens illi Hebraico nomini tetragrammaton, poſuit dominus in latino. Quod nomen quidem communiter dicitur de Deo & principibus mundi: ideo ex ipſa litera noſtra ſecundum tranſlationem Hieron. non poſſet probari diuinitas Chriſti Meſſiæ ſed ex Hebręa non corrupta litera. Patet etiam falſitas Iudæorum ex tranſlatione Chaldaica, quæ eſt authentica apud eos. Dicitur enim ibi: Ecce dies veniẽt, & ſtatuam Dauid Meſſiam iuſtum. Vnde patet quòd prophetia iſta loquitur de Meſſia Chriſto. Et ſequitur: Et hoc eſt nomen, quod appellabunt eum dominus iuſtus noſter. Vbi ponitur nomen domini tetragrammaton in Hebræo, ponitur in Chaldaico dominus. Et non dicitur ibi: vocabit, ſed vocabunt ſeu appellabunt eum: & ſic refertur ad ipſum Meſſiam tetragrammaton. [a] Conſiderandum eſt etiam quod ſacra ſcriptura multipliciter ſunt ſcripta. Vno modo pure Hebraicè, ſicut primò tradita eſt, quo ad vetus teſtamentum ſcilicet ſermone Hebraico & literis Hebraicis. Alio modo ſunt ſcripta Hebraicè: ſed non pure, ſermone ſcilicet Chaldaico, licet literis Hebraicis, quia Hebraicum & Chaldaicum ſunt idiomata propinqua eundem numerum literarum habentia, quæ licet ra quamuis diſcrepent in figura, tamen conueniunt in ſono & virtute: vt dicit Hieron. Et ideo vnum idioma poteſt facilius ſcribi per literas alterius: hoc ergo modo multi ſcripſerunt vetus teſtamentum: & maximè Ionathas filius Vziel: cuius ſcriptura eſt ita authentica apud Iudæos, quòd nullus eſt auſus ei contradicere, propter hoc in libris notabilibus Hebræorum ponitur Hebraicum purum in vna columna: & Chaldaicum ſcriptum ab iſto Ionatha in alia colũna literis Hebraicis. Et vtuntur Iudæi Chaldaico quaſi pro expoſitione, quia aliqua quæ ſunt multum obſcura in Hebraico puro, clarius ponuntur, & quaſi exponuntur in ipſo Chaldaico. Et ideo illa tranſlatio eſt multum valens ad huiuſmodi. [Tertio modo ſacra ſcriptura Græco ſermone edita eſt. Cum enim Ptolemæus rex Ægypti ſacros libros in ſuam Bibliothecam, quam inſtructiſſimam eſſe cupiebat, reponi optaret: miſit ad Oniam tunc pontificem nuncios qui libros ſacros & interpretes qui eos verterent ad ſe mitti poſtularunt. Cui Onias aſſentiens ſeptuaginta duos viros ex omnibus tribubus delectos ad eum miſit. à quibus ſacra ſcriptura ex Hebræo idiomate in græcũ ſermonẽ eſt conuerſa.] Fuerunt enim hi 70. peritiſſimi in vtraque lingua: vt refert Ioſephus li. 12. antiqui. ipſi autem non ſemper tranſtulerunt de verbo ad verbum, ſed aliquando & frequenter ſenſum ex ſenſu mutantes aliqua, vel occultantes ex induſtria, quæ potuiſſent eſſe cauſa erroris Ptolemæo regi Ægypti. Cum igitur per tranſlationem ſeptuaginta & Chaldaicam conuincantur Iudæi, quòd Meſſias ſit Deus, quærunt aliqui eorum aliud ſubterfugiũ dicentes, quod quamuis Meſſias nominetur Deus, non tamen erit, ſed purus homo, licet ſanctiſſimus ſit & maior Moyſe. Sed hoc eſt impoſſibile, quia ſi permitteret ſe vocari nomine domini tetragrammaton, & ſic non eſſet, ſcilicet verus Deus re, ſed nomine tantum, incurreret peccatum blaſphemiæ, vnde non eſſet ſanctiſſimus, ſed malus.

D. Hiero. trãſlatio, quæ eſt vulgata fideliſſima

B

In officio Eccleſiæ aduentus tempore crebro hoc legitur.

C

D

A.M. 1870

Sacra ſcriptura multipliciter ſcripta.

Trãſlatio Bonorũ Chaldaica.

Hieron. in Prol. in 4. Reg.

Hebraica lingua & Chaldaica conueniunt

R. Ionathas Ben Vziel auctor Chaldaicæ interpretationis vide Galat. li. 1. cap. 3

Ioſeph. c. 12. anti. 2.

Septuaginta interpretes quomodo ſacram ſcripturam Græce ſint interpretati: vide præter Ioſephum Ariſteam & alios.

Aliud planè ſtolidũ Iudæorum ſubterfugium.

Meſſias ſi non eſſet Deus & talem vocari ſe permitteret eſſet improbiſſimus. cùm igitur impiũ ſit hoc dicere ſequitur eum vt ſe nominari pariter verè eſſe Deum.

[a] Locus hic palmaris eſt pro Chriſti domini noſtri diuinitate, qui tum c. 23. tum 33. iiſdem pene verbis habetur. Nam ſic c. 23. hebraica habet veritas וזה שמו אשר יקראו יהוה *&c. vbi cum legiſſet Diuus Hieronimus* Iichru *nõ* Iichro *vt hodie punctuatur, bene & rectè interpretatus eſt* vocabunt *non* vocabit *& proinde Hebraica veritas Chriſti diuinitati apertè fauet cap. porro. 33. eadem pene verba quæ ſuprà habentur, quem locum 70. ita reddiderunt, καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ ὄνομα ὃ καλέσουσιν αὐτῷ κύριος ὁ δίκαιος ἡμῶν. Præterea D. Aug. in 18. ciuit. c. 33. hunc citans locum prorſus cum vulgata noſtra editione conſentit, vnde ſequitur 70. interpretes, quos pene ſolos D. Aug. nouerat, in hoc loco veritatem Hebraicam rectè expreſſiſſe, & Chriſti diuinitatem apertè prodidiſſe. ſi per nomen κύριος, nomen incommunicabile & ineffabile, vt eſt in Hebræo intelligatur. Denique recentiores interpretes, qui Hebraicam veritatem fidelius exprimere conati ſunt, ſi tamen [illegible] & Vatablus, & Genebrardus in Ioſeph. [illegible] & in 2. de Trinitate conſentiunt cum noſtra editione [illegible] apertè Chriſtum Deum verum eſſe ex hoc loco [illegible] qui etiam idem propterea [illegible], quos vide [illegible] loco citato. Porro Dei nomen τετραγράμματον κύριος græc. & latine Dominus, redditur, quia in Hebræo fonte pro eo religionis cauſa Adonai id eſt Dominus vulgo legitur.*

E

[a] Editiones ſacræ ſcripturæ ante Chriſti aduentũ celebratas D. Ant. commemorare ſolum voluit. ſed à Chriſti ortu plurimi in eo opere elaborarunt vt Aquila, Theodotio, Symmachus, Lucianus martyr fueruntq; aliquot editiones incertis authorib. prolatæ quæ ſimul in vnũ corpus cõpactæ nũc tetrapla nũc exapla nunc vero octapla dicebãtur. vide Sixtũ Senenſe l. 3. Bi. ſanctæ.

§. II.

DE lege autem euangelica danda dicitur Hier. 31. Poſt dies illos dabo legem meam in viſcerib. eorum & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populũ. Ante iſta verba immediatè ſuprà dicit dñs. Feriã domui Iſrael & domui Iuda, id eſt conuerſis ad fidẽ ex illis gẽtib. fœdus: nõ ſecundũ pactũ quod pepigi cũ patrib. eorũ in die qua apprehẽdi manũ eorũ: vt educerẽ eos de terra Ægypti: pactum quod irritũ fecerũt, ſed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael. Et ſequitur quod ſuprapoſitũ. Poſt dies illos &c. Hanc authoritatem Hieremię inducit apoſtolus ad Hebræ. 8. ad oſtendendum teſtamentum nouum ſuccedere veteri: & legem literæ mutatam in legẽ ſpiritus: vt illa legalia ſeu ceremonialia ſpiritualiter nõ literaliter inculcãtur. Facit ergo mentionem

F

Prophetia Hieremiæ de lege euangelica de eadem vide Iuſtinum contra Thryphonem Aug. lib. 18. ciuit. cap. 33.

A.M. 1990.

Duplex fœdus Dei cum hominibus.

Paulo diuerſa ratio fœderis feriendi aſſertur à Liuio li. primo.

tionem propheta de duplici fœdere ſeu pacto, quod dominus fecit cũ hominib. Primũ fecit cum antiquo populo Iſrael. Secũdũ cũ populo Chriſtiano. Vbi ſciẽdũ ꝙ fœdus dicitur à feriẽda porca: quia ſicut in pactis antiquorum animal in medio facientium pactũ adinuicem trucidabatur: & effundendo ſanguinem eius dicebatur: ſic fundatur ſanguis eius qui hoc pactum violauerit, ſic fecit Moyſes quando fecit fœdus ſeu pactum cum populo Iſraelitico poſt egreſſionẽ de Ægypto. Nã acceptum ſanguinem vitulorum occiſorum in ſacrificium: lecta lege aſperſit de ipſo ſuper populum dicens: Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonib. iſtis, vt habetur Exo. 24. Et de illo etiam ſanguine aſpergebatur velum ꝙ erat ante tabernaculum quod occultabat, quæ erant intra: vt arcam & huiuſmodi. Fecerunt ergo iſtud pactum cum Deo obſeruandi illam legẽ in quã iũ erat ſub figura: ſed nõ ſeruauerũt illud pactũ ꝙ figura: nec etiã erat in figurato. Figurabatur enim ꝙ ſanguinẽ Chriſti figurati in vitulo & agno reciperent tãtum in velamine figurarum permanentes: non ad intra myſteria clauſa penetrantes.

Chriſti ſanguis vere eſt fœdus.

Iſte ſanguis Chriſti vere effuſus, qui in medio mundi trucidatus eſt: eſt fœdus inter nos & Deum noſtrũ vt timeamus eum & ſeruemus eius mandata. Quod pactum per ſanguinem Chriſti confirmatum: ſi trãſgreſſi fuerimus: ſic transgreſſoris ſanguis effundetur: quia æternaliter trucidabitur. Si ergo Dominus nouum pactum cum hominibus debet facere, vt hic Hieremias dicit: oportet quòd pactum antiquum irritum ab hominibus factum remoueat ipſe Deus, vt nouum in hominibus magis præualendo conſurgat. Illud pactum ſcilicet legis antiquæ in duris lapidibus ſcriptum fuit, quia duræ nationi dabatur Iudæorum. hoc autẽ fœdus ſcilicet nouæ legis in cordib. carnalibus non atramento vel ſtylo viſibili, ſed ſpirituſancto conſcriptum eſt ſecundum illud Ezec. 11. & 36. Auferam à vobis cor lapideum: & dabo vobis cor carneũ. Vnde propheta ſubiungit: poſt dies illos ſcilicet veteris legis vel incarnationis, paſſionis reſurrectionis, & aſcenſionis: dabo legẽ meã. ſ. ſpirituſſancti: quæ data eſt in cœnaculo Apoſtolis, primo in die penteccoſtes in viſceribus eorum, non in lapidibus ſed in intimis penetralibus & in corde eorum ſcribam eam. Vbi nota ꝙ lex iſta dicitur ſcripta in viſceribus & in corde: quia lex iſta euangelica habet illuminare & afficere hominem, & ideo merito dicitur in viſceribus id eſt affectionibus & in corde, id eſt ratione. Et hæ ſunt duæ tabulæ in quibus ſcripta eſt lex noua in interiori homine, vt credamus, & affectu amemus. Vnde credentes & amantes legem ſpirituſſancti in corde recipientes ſunt vere timẽtes & honorantes Deum: propterquod ſequitur, quod ſubinfertur. Ego ero eis in Deum: & ipſi erunt mihi in populum ſcilicet peculiarem qui habent Deum ſibi appropinquantem. Et quia iſta lex Euangelica eſt firma & ſtabilita, nec alia in mundo ei ſuccedet, vt quidam hæretici dixerunt. Ideo ſubdit. Si defecerint leges iſtæ coram me tunc & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit gens coram me cunctis dieb. Cum tamen dicat Chriſtus: Non præteribit generatio hæc donec omnia fiant, Luce. 21. ſcilicet quæ euenire debent ante finale iudicium.

Differentia inter vtrumque fœdus.

Act. 2.

Deus mutat ſententiam in promiſſis flagellis.

Quod Deus mutet ſententiam in promiſſis flagellis vel proſperitatibus, ſecundũ quã homo mutatur de bono ad malum & econuerſo. Vnde dicit dominus Hierem. 18. Repente loquar aduerſus Gentem & aduerſus regnum vt euertam & eradicem & deſtruam illud. Si penitentiam egerit gens illa à malo ſuo: agam & ego pœnitentiam à malo quod cogitaui vt facerem ei: & ſubito loquar de gente & regno vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis vt non audiat vocem meam, agam & ego pœnitentiam ſuper bonum quod cogitaui facere illi. Vbi Hier. Non enim hominibus, ſed vitiis iraſcitur Deus: quę ſi mutata fuerint nõ erunt quib. iraſcatur Deus: de pœ. di. j. quamobrẽ.

A. M. 1990.

Hiero. ad c. 4. Dani.

¶ *De prophetia Ezechielis.* CAP. VII.

Ezechiel Propheta quis.

EZECHIELIS propheta: vt ait Hie. in prologo ſuper ipſum cum Ioachim rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem: ibique cum his qui captiui ducti fuerant de Iudæa prophetauit. Trigeſimo autem ætatis ſuæ anno & captiuitatis quinto, exortus eſt ad concaptiuos loqui. Eodem tempore licet poſterior Ezechiel in Chaldæa, Hieremias in Iudæa prophetauerunt. Stylus eius nec ſatis diſertus: nec admodum ruſticus, ſed ex vtroque medio modo temperatus. Sacerdos & ipſe fuit ſicut Hieremias: principium eius & finem magnis habens obſcuritatibus inuoluta. Vnde & Hebræi ante trigeſimum ætatis ſuæ annum eã non legũt. Occiſus demum eſt ab ipſis Iudæis in partib. illis. Et in prima viſione quæ habetur. j. c. deſignatur ſtatus eccleſiæ militantis, & dominus ei præſidẽs vt exponit Greg. ſuper Eze. De vnitate autem Eccleſiæ & eius vno rege & paſtore domino Ieſu Chriſto prophetauit. Vnde ca. 34. ait per eum dominus, Suſcitabo ſuper eas ſcilicet oues meas, paſtorem vnũ qui paſcet eas, ſeruum meum Dauid. Ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorẽ. Ego autẽ dominus ero eis in Deum: & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum & faciam cum eis pactum pacis, & non tradentur vltra in rapinam gentibus. Quidam exponunt iſta de Zorobabel, qui reduxit populum Iudaicum de captiuitate Babylonica in terram ſuam & fuit eis dux bonus & paſtor. Sed quædam ſunt in prophetiã quæ nõ poſſunt intelligi de Zorobabel: ſcilicet quod dictum eſt in fine. Nã à gentib. plurib. traditi ſunt in rapinã, vt ab Antiocho, à Pompeio, à Tito, & Veſpaſiano. Expoſitio igitur vera eſt de Chriſto quẽ Dauid vocat: quia deſcendit de progenie Dauid ſecundum carnem. Et quia fortis eſt robore contra Diabolum, & decorus aſpectu diuinitatis & humanitatis. hoc enim interpretatur Dauid fortis vel decorus. Suſcitabo, quia non ex virili ſemine: ſed opere diuino verbum Dei factum eſt caro. Paſtorem vnum, ſingulariter Ego (ait Chriſtus) ſum paſtor bonus. Ioan. x. & fiet vnum ouile & vnus paſtor. ibidem. Et quia humiliauit ſe vſque ad mortẽ crucis Deus exaltauit eũ ponendo eũ paſtorem & caput Eccleſiæ, qui ductor eſt ouium: id eſt Eccleſiæ: & per ſuam humanitatem ducit ad cognitionem diuinitatis, & tanquam ouis quilibet fidelis ſub eo ingreditur ad contemplationem claram deitatis & egreditur ad intuitionẽ humanitatis & paſcua inueniet fruibilitatis. Et ſic ſeruus Dauid id eſt Chriſtus omnino Deo ſubiectus in forma ſerui, eſt princeps in medio ouium, ad quem omnes circunferentiæ reſpiciunt & reſpectum habent. Et factum eſt tunc pactum pacis inter naturam humanam & Deum tum propter vnionem, tũ propter paſsionem, qua Deo ſatisfecit pro nobis: tum propter coniunctionem inter Iudæos & Gentiles conuerſos ad fidem in dilectionem fraternam. Et non ſunt vltra in rapinam Gẽtibus id eſt dæmonibus vel infidelibus ſcilicet oues Chriſti cum quibus eſt vſque ad cõſummationẽ ſæculi. Vnde ipſe ait

De vno paſtore Chriſto.

Quod ſi is paſtor vnus eſt, nonne & is qui in tertiis vices eius gerit vnus erit.

A M. 1858.

Ioan.10.Non rapiet eas quiſquam de manu mea.Sed
nota diligẽter quòd dominus per prophetam ipſum
reprehendit dure malos paſtores: id eſt prælatos di-
cens. Væ paſtoribus qui paſcebant ſemetipſos lac
comedebatis & lanis operiebamini, ſcilicet earum,
gregem autem meum non paſcebatis: & quod craſ-
ſum erat occidebatis: quod infirmum fuit non con-
ſolidaſtis &c.

§. I.

De reſurrectione mortuorum.

MYSTERIVM generalis reſurrectionis
corporum fuit ſibi oſtenſum, quando in vi-
ſione imaginatia ductus fuit in cãpum plenum oſſi-
bus mortuorum, quæ ad vocem prophetæ ex parte
domini ad ea loquentis, facta commotione magna
ex eis iuncta ſunt oſſa ad oſſa, carnes & nerui aſcen-
derunt, & extenſa eſt cutis ſuper ea, & demum ad vo
cem prophetæ ingreſſus eſt in illis corporibus mor-
tuis ſpiritus, & ſurrexerunt, & ſteterunt viui ſuper
pedes ſuos, vt habetur.Ezech.37.Et poſtea ſubdit do-
minus dicens.Ecce ego aperiam tumulos veſtros, &
educam vos de ſepulchris veſtris populus meus, &
introducam vos in terram Iſrael &c.Ad literam per
hæc prænunciatum fuit illis, qui erant in captiuitate
Babylonica quòd exirent de ea: de quo quaſi deſpe-
rabãt illi.Sed & veritas futuræ reſurrectionis & poſ-
ſibilitas oſtenſa hic fuit.

§. II.

De Dei miſericordia & iuſtitia.

DE miſericordia Dei immenſa recipiente om-
nem peccatorem pœnitentem ad veniam: &
de iuſtitia eius puniente quemcunque; etſi pro tem-
pore ſanctum & iuſtum: tamen ad malum declinãtẽ
& non reuertentẽ ad pœnitentiam: ac etiam de æ-
quitate eius non puniente patrẽ pro culpa filij vel e-
conuerſo nullus clarius eo loquitur Ezec. 18.per to-
tum.Dicit enim: Anima quæ peccauerit ipſa morie-
tur, ſcilicet morte ſpirituali; quæ eſt priuatio gratiæ,
ex qua ſequitur mors æterna.Filius non portabit ini-
quitatem patris: nec pater iniquitatem filij, quod eſt
verum de pœna in alia vita.ſ.inferni vel purgatorij.
Nam in vita iſta pœna temporali bene punitur vnus
pro alio.Et hæc materia pulchrè & diffuſè tractatur
1.cauſſa q.4.iam itaque & c.homini ſ.econtra domi-
nus.cum ſeq.Si impius egerit pœnitentiam ab om-
nibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt; & cuſtodierit
omnia præcepta mea: & fecerit iudicium & iuſtitiã:
vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum e-
ius non recordabor.Nota verba ſingula: ſi pœniten-
tiam egerit.Aug. Neminem putes à quocunque ma-
gno vel paruo peccato ad correctionem ſine pœni-
tentia poſſe tranſire.de pœn.di.3.Et intelligitur de il-
la pœnitentia interiori, quæ definitur à Gre. & Am.
de pœn.diſt.3. pœnitentia. Pœnitentia eſt præterita
mala plangere & plangenda iterum non committe-
re, id eſt proponere non committere.Et dicit ab om-
nibus peccatis ſuis, Aug.Totum hominem Chriſtus
ſanauit in ſabbatho, quia corpus ab infirmitate, &
animam ab omni contagione [liberauit] indicans
pœnitentem oportere ſimul dolere de omni crimine
orto in anima & corpore. Quomodo enim qui cri-
mẽ reſeruat vnum: de alio reperiet veniam? de pœn.
di.3.ſunt plures.Et cuſtodierit omnia præcepta mea
propoſito, quando vere pœnitet: & poſtea execu-
tione.Nam vt dicitur Iaco.2.Qui totã legẽ ſeruaue-
rit offendat autem in vno ſcilicet præceptorum, fa-
ctus eſt omnium reus: quia vt dicitur de pœ.di.5. fra-
tres.Sicut ſi peccatis omnib.eſſet inuolutus, ita ſi in

Aug. Epiſ. 48.
Greg. ho. 34. in Eliã.
Eſt ergo quædam pœnitẽtia interior.
Auguſt. de pœn.c.6.
Tres partes pœnitentiæ hic notantur. Inno.2.

A vno tantum maneat æternæ vitę ianuã non intrabit.
Et fecerit iudicium ſcilicet diligenter diſcutiendo
cõſcientiam de cõmiſſis, & ad iudiciũ pœnitentiale
per cõfeſſionẽ recurrẽdo, vt ait Aug.de pœ.di.1.iudi-
cet.Iudicet ſe homo dum poteſt, & mores conuertat
in melius, & tunc veniat ad antiſtites Eccleſię &c.Et
iuſtitiam per congruã ſatisfactionẽ peccatorum.Eſt
enim pœnitentia ſecundum Aug.de pœ.di.3.c.pœni-
tẽtia.dolentis quædã vindicta puniẽs in ſe quod do-
let cõmiſiſſe. Vindicta autẽ ſeu punitio ad iuſtitiam
pertinet. Vita viuet, gratiæ & poſtea gloriæ, & non
morietur morte æterna: omnium iniquitatũ eius nõ
B recordabor ſcilicet quo ad punitionẽ, ſi perfectè ſa-
tisfecerit.Quod ſi auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, &
fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ ſuę non recorda-
buntur, id eſt nullum opus bonum factum per eum
cũ eſſet in gratia, poſtea erit deo gratũ vel meritoriũ
vitæ æternæ.Vnde Gre.ſupra dicta autoritate, de pœ.
di.4.c.hoc nobis, ait.Nobis cõſiderãdum eſt quia [cũ
mala cõmittimus, ſine cauſſa mala tranſacta reuoca-
mus, quoniã] in perpetratione malorum nulla debet
eſſe nobis fiducia bonorum præteritorum, quo ſcili-
cet ad vitam æternam conſequendam.Eadẽ plenius
etiam ponuntur c.33. vbi etiam præmittitur periculũ
C & perditio, quæ imminet prælatis & prędicatoribus
ſi non annunciant & corrigunt peccata populorum:
quia cum eis dãnantur.Dicit enim. Fili hominis ſpe-
culatorem dedi te domui Iſrael, ſi dicente me ad im-
pium, morte morieris, [non fueris locutus, vt ſe cu-
ſtodiat à via ſua ipſe impius] in iniquitate ſua mo-
rietur: ſanguinem autem eius de manu tua requirã.
Si autẽ annunciante te ad impium, vt à viis ſuis con-
uertatur non fuerit cõuerſus à via ſua, ipſe in iniqui-
tate ſua morietur: porro tu animã tuã liberaſti &c.

A M. 1870.
Au.ſer.50.
Aug. de vera & falſa. pœ.cap.8.
Gre.ho.11. ad c.3.Ezec.

§. III.

D ITEM in c.28.loquitur contra principẽ Tyri, quæ
erant ciuitas quædam multum opulenta & fortis,
dedita negotiationib.vicina Galilææ, & prænunciat
occiſionem eius & exterminium ciuitatis propter
ſuperbiã ſuã, & ſubdit de rege Tyri. Tu ſignaculum
ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus decore,
in delitiis Paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis pretioſus
operimentum tuum, Sardius, topazius, Iaſpis, Chry-
ſolitus, Onyx, & Beryllus, & Saphyrus, & Carbũcu-
lus, & Smaragdus &c. vltra ſenſum literalem de illo
rege Tyri, cuius excellentia per ſimilitudinẽ rerum
exprimitur, & poſtea eius deiectio, exponitur etiam
E ad literã dictũ de lucifero, vt notat diffuſe Grego.in
li.moralium, & habetur de pœ.di.2.principium.Vbi
dicit ad oſtẽdẽdã excellẽtiã.Quid boni nõ habuit il-
le ſcilicet primus Angelus? Primus dignitate perfe-
ctionis, dictus Beemoth vel Lucifer, & Cherub, qui
ſignaculũ Dei ſimilitudinis fuit, cũ dicitur.Tu ſigna-
culũ &c.Licet enim homo ad ſimilitudinẽ Dei crea-
tus ſit: Angelo tamen quaſi maius aliquid tribuẽs nõ
eũ ad ſimilitudinẽ Dei cõditũ, ſed ipſum ſignaculum
ſimilitudinis Dei dicit, vt quo ſubtilior eſt natura: eo
in illũ ſimilitudo Dei plenius credatur expreſſa. Vn-
de & primatus eius adhuc porẽtiam inſinuãs ſubdit.
F Omnis lapis pretioſus operimentum tuum &c.No-
uem dixit genera lapidum: quia nimirum nouẽ ſunt
ordines Angelorum, quæ per ſacra eloquia nominã-
tur, ſcilicet Angeli, archãgeli, throni, dominationes,
virtutes, principatus, poteſtates, Cherubim & Sera-
phim His lapidibus pretioſis Cherub iſte opertus
fuiſſe narratur: quia eos quaſi veſtem ad ornamẽtum
ſuum habuit, quorũ dũ claritatem tranſcenderet, ex

Nomina lapidum pretioſorum quid ſignificet.
Gre. li. 33. mor.c.24.
Greg. Ib. c.25.
Nouem ſunt ordines Angelorum.

A. M. 2870.

A eorum comparatione clarior fuit. Et ſequitur. Foramina tua in die qua conditus es præparata ſunt: foramina in lapidibus pretioſis fiunt, vt vinculati auro in ornamenti compoſitione iungantur, habuit ergo lapis iſte forāmina: ſed per ſuperbiæ vitium Caritatis auro non ſunt repleta: Quæ verba Gregorij nō videntur intelligēda, quaſi in ipſo non fuerit aurum caritatis: cum iudicatur inferius quòd ambulauit in medio lapidum ignitorum Cherub iſte id eſt inter Angelorum corda caritatis igne incenſa clarius extitit: ſed aurum illud ſcilicet perfectiſſimæ & B inamiſſibilis caritatis beatorum, qua Angeli boni fuerunt vinculati id eſt confirmati non habuit. Fuerūt ergo in eo facta foramina id eſt aptitudo data ei ad talem caritatem indeficientē qua ſuperbia ſe priuauit. Et concludit Gre. poſt prolixam expoſitionem huiꝰ prophetiæ. Idcirco hæc tam mira, in quibus fuit & quæ amiſit iſte inſinuat: vt tetrito homini oſtēdat, quod ipſe ſi ſuperbiat de elationis culpa paſſurus ſit: ſi feriēdo illi parcere noluit, quem creando in gloria tantæ claritatis eleuauit. Hæc ibi. de pœn. diſt. 2.

Greg. ibi c. 26.

§. IIII.

De ciuitate Ezech. quid ſentiendum.

VLTIMAM viſionem Ezechielis valde obſcuram, quæ ponitur articul. cap. 40. vſque ad C finem ſcilicet de ciuitate mirabili in monte ædificata ſibi oſtenſa in ſpiritu. Gre. ſuper Eze. exponit moraliter de Eccleſia. Et dicit literaliter nō poſſe intelligi: quia contineret abſurditatem & cōtradictionē, ſcilicet quòd contentum eſſet maius dimenſiue quā cōtinēs. Similiter Hiero. Dicit intelligendum illud ędificium ſpiritualiter de Chriſto & Eccleſiæ ſacramentis & moribus eius. Gre. tamen non expoſuit niſi, 40. c. Rich. de Sancto Victo. expoſuit totam viſionem de ædificio materiali & Hebræi antiqui dicebant iſtud ædificium Ezechieli in viſione imagina- D ria oſtenſum, fuiſſe impletum in reædificatione facta poſt reditū de Babylonia per Zorobabel & Neemiam. Sed Nico. de Ly. reprobat hoc per efficaces rationes: quia nec tantæ magnitudinis fuit illud templum & ciuitas reædificata; quantæ hîc deſcribitur: nec aquæ ibi fuerunt. Moderni Hebręi dicunt tale ædificium non factum adhuc, ſed fiendum materialiter per Meſſiam quem expectant venturum & purum hominem, ſed ſpecialiter regnaturum cū magna pompa. Sed Nic. hoc etiam reprobat multipliciter: oſtendēs ex ſcipturis errores eorum ſcilicet E ꝙ ſit purus homo, ꝙ temporalia tribuat eis, & ꝙ nōdū venerit. Et ipſe Nico. ad literā ponit expoſitionē & aliter intelligendo & exponendo tollit illam abſurditatem & contradictionem à Greg. expreſſam. Si autem dicatur, quòd nunquam illi populo Iudæorum, data talis ciuitas vel habita fuit, quæ promittitur in viſione. Vnde & prophetia non vera, non implente promiſſum Deo. Reſpondet ꝙ non eſt hoc inconueniens, ſcilicet quòd nō ſit data eis talis ciuitas. Nam multæ promiſſiones factæ ſunt à Deo cōditionales de proſperis & aduerſis: vt patet. Hiere. 18. Et Hier. ſuper Amos de pœ. di. j. ſi agamus ait. Si agamus F pœnitētiā, & ipſum quoque pœnitebit ſentētiæ, rurſus iuxta eūdem prophetam promittit proſpera, ſi egerimus pœnitentiam: quòd ſi negligentia diſſoluamur: & illum pœnitebit ſpōſionis: promiſsáque mutabit. Cuius rei exemplum Samariam & Hieruſalē habere poſſumus: quorum alij de imminentibus ſuppliciis liberati ſunt: alij quæ patrib. promiſſa fuerant perdiderūt. Et 22. q. 4. incōmutabilis dicitur. Incōmutabilis ideq; ſemper exiſtēs: Deique ſumma natura, ſæpe in ſacris ſcripturis legitur ſua mutaſſe promiſſa.

Greg. ho. 13. ſu. Eze. Hier. ſup. Ezec. & affertur à Lyr. in fine. Ezechi. Richar. de S. vict. l. ex plan. templi.

Nicol. de Ly. in fine. Eze. gl. ordin.

Hebræorūm de tēplo Ezec. delyramenta.

Hier. ſup. c. 8. Am.

Ex com. Tolet.

A. M. 2870.

A Fuit ergo eis promiſſa talis ciuitas ita glorioſa cōditionaliter ſi reuerſi Hieroſolymā Dei pręcepta ſeruarēt. Quod quia nō fecerūt peiora malis addendo: nō ſolum non fuit illa conceſſa: ſed quæ rędificata fuerat ad fundamēta vſque deſtructa. Exponit ergo primo ad literam illud materiale ædificium. Et vt melius intelligatur ponit figuras per picturam ibi ſuper Ezec. talis ædificij, poſt ea in fine ponit expoſitionem breuem, moralem de Chriſto & Eccleſia & ſtatibus & moribus eius. Et quia propter proceſſum Eccleſiæ oſtendendum in veteri & nouo teſtamento B iſta hinc inde collecta ſunt iſtam breuem expoſitionem eius hîc pono, quæ pene omnia comprehendit pertinentia ad ſtatus & mores eius omittēdo authoritates ſcripturæ quas inducit ad probādum adaptationem expoſitionis. In Eccleſia igitur quæ eſt congregatio fidelium, duplex eſt regimen. Vnum quantum ad ſpiritualia: & hoc deſignatur per ædificiū tēpli. Aliud quantum ad temporalia: & hoc deſignatur per diuiſionem terræ; & ædifitium ciuitatis: vtrūque tamen regimen eſt à Deo diſt. 10. quoniam idem. Per montem igitur ſuper quem propheta dicit ſe fuiſſe poſitum. c. 40. & ciuitas ædificata eſt ſignatur Chri- C ſtus ſecundum Gre. ſuper quem Eccleſia eſt ædificata quātum ad vtrumque regimen ſpirituale ſcilicet & temporale. Et primo videndum eſt de ædificio tēpli, quòd ſignat ſtatum ſpiritualem. Circa ædificium ergo tēpli deſcribitur triplex murus circundans ipſum ex omni parte, exterior, medius, & interior. Per exteriorem murum qui circundat omnia ædificia: ſignatur protectio & cuſtodia diuina omnia complectens. Per murum medium intelligitur protectio ſeu cuſtodia angelica. Per murū interiorē qui eſt minoris ambitus intelligitur cuſtodia & protectio per prælatos Eccleſiæ & eius miniſtros, quæ vtique eſt D minoris efficaciæ quam Angelica. Per muros iſtos eſt ingreſſus ex trib. partib. ſcilicet ad templum: per quas partes intelligūtur tres partes terrę habitabiles ſcilicet Aſia, Aphrica, & Europa, ex quibus partibus multi & innumeri ingreſſi ſunt ad Eccleſiam per baptiſmum & fidei ſuſceptionem: & ingrediuntur in præſenti & in futuro. Ex qualibet autem parte ſcilicet Orientali, auſtrali, & aquilonari, erant tres portæ in murorum circuitu ex oppoſito ſe reſpicientes: per quas deſignantur tres ſtatus ſeu gradus venientium ad fidem: ſcilicet incipientium, quæ deſignantur per portam exteriorem primam, proficientium, E quæ ſignantur per portā ſecundam mediā, & perfectorum, quæ ſignantur per tertiam: quæ eſt interioris muri. In portis exterioris muri non ſunt ædificia magna: ſed quædam domumculæ ſuper eas ædificatę per quod deſignatur quòd ſtatus incipientium eſt adhuc notabiliter imperfectus. In portis autem mediis ſunt ædificia pulchra, & multo magis in portis interioris muri: ad deſignandum ꝙ proficientes plus habent de perfectione virtutum quam incipiētes: & perfecti magis, quàm proficiētes. Vnde & ad portas medias erat aſcēſus per ſeptē gradus, & ad portas interiores per octo. Habet autē quælibet ſex portarū, F veſtibulū, porticum, duas frontes & ſex thalamos id eſt cameras. Per veſtibulū præcedens porticū intelligitur gratia præueniens: per portic[um] vero gratia ſubſequens. Vel per iſta duo, intelliguntur volūtas bona & operatio ſancta. Per duas frontes, quę ſunt ad decorem & fortitudinem portarum, factæ ad modum duarum turricularum ex vtraq; parte cuiuſlibet portæ, intelliguntur patientia in aduerſis, ne frangatur, & modeſtia in proſperis ne eleuetur. Per thalamos autē in q̃b. homines dormiūt: & quieſcūt, intelligitur

Expoſitio moralis tēpli Ezechielis ex Ric. victorino.

Duplex in Eccleſia regimen.

Cuſtodia in Eccleſia triplex.

Gratia preueniēs & ſubſequens.

Pax duplex.

A.M. 2990.

pax. Eſt autem duplex pax: interna ſcilicet & fraterna. A Ad quod ſignãdum dicuntur thalami eſſe hinc & inde ex vtraque parte portæ. Tres ex vna parte: quia pacem internam tria faciunt, ſcilicet cõſcientia mũda, amicitia diuina & ſufficiẽtia modeſta. Ex alia parte etiam ſunt tres thalami, quia pacem fraternã tria conſtituunt: ſcilicet humilitas vera, ſecundum eſt æquitas iuſta, tertiũ eſt taciturnitas debita. Ex immoderata enim & incauta locutione tollitur frequenter pax fraterna. Poſt expoſitionem portarum vidẽdum eſt de gazophylaciis quę dicuntur eſſe circa pauimentum: & dicũtur eſſe triginta, per quæ deſignatur impletiò mandatorum tribus temporibus neceſſaria B ſcilicet tempore legis naturæ, legis Moſaicæ, & grãtiæ, ſeu Euangelicæ legis. Denarius enim numerus multiplicatus per ternãrium conſurgit in triceſimũ. Et dicuntur gazophylacia à gaza quod eſt diuitiæ: & φυλακὴ, id eſt cuſtodia quia per impletionem mandatorum conſeruantur diuitiæ virtutũ. Poſt gazophylacia ſequitur de mẽſis quæ dicuntur eſſe octo. Per has deſignantur quatuor partes ſacræ ſcripturæ veteris teſtamẽti, ſcilicet legales, prophetales, hiſtoriales, ſapientiales: quibus correſpondent in nouo: lex Euangelica, epiſtolæ, actus Apoſtolorum: & C Apocalypſis. Ex ſcripturis tanquam de ſpiritualibus menſis reficitur totus populus Chriſtianus, quia non in ſolo pane viuit homo &c. Poſt menſas ſequitur de atrio interiori: vbi ſecundum Hebræos quatuor erãt ſcilicet altare holocauſtorum, gazophylacia ſacerdotum ſcilicet hebdomadariorum, gazophylatia cantorum hebdomadariorum, qui ſcilicet per hebdomadas deſeruiebant in templo, & tranſitus aquarum à latere dextro altaris. Per altare holocauſtorũ vbi incendebantur ſacrificia, ſignatur ſacramentum Euchariſtiæ: in quo repreſentatur paſſio Chriſti: & eſt impletiuum omnium illorum ſacrificiorum, quæ D erant in figura huius. Per gazophylacia ſacerdotum & cantorum quæ erant interius iuxta altare: ſignantur miniſtrantium & miniſtrorum ipſorum merita in Eccleſia. Per aquas egredientes à latere intelligitur baptiſmus mundans ſordes vitiorum. Et iſta duo ſunt præcipua ſacramenta Eccleſiæ. Primum maius in eſſe. Secundum maius in effectu: quæ Chriſtus per ſe inſtituit quo ad materiam, & formam, & ea in ſe ſuſcepit: & alia ſub his includuntur. Nunc videndum eſt de templo illo. Non enim ædificatio Eccleſiæ cõſiſtit tantum in moribus & doctrina ſcripturæ & ſacramẽtis: ſed etiam in articulis fidei, qui hic deſignãtur in templo. Diuiditur autem templum in tres partes E ſcilicet porticum, ſanctum, & ſanctumſanctorũ. Et per porticum habetur ingreſſus ad alias partes tẽpli. Vnde ſignat articulum vnitatis diuinæ eſſentiæ: & diuinæ prouidentiæ quantum ad præmiationem boni, & punitionem mali. Semper enim hoc oportuit credere: ſcilicet quòd ſit vnus Deus, & ſit præmiator bonorum: & punitor malorum. Et per hunc articulum eſt via ad alios. Per ſanctumſanctorum, vbi occulta erant quę ibi erant ſcilicet arca cum ſuis reb. ſignatur articulus trinitati. Arca enim erat imputribilis & deaurata: ſignãs perpetuitatem & perfectionis pretioſitatem. In quo erat virga, ſignans diuinam iuſtitiam: manna miſericordiam, tabulæ, ſapientiam: propitiatorium, omnipotentiam: quæ F maxime manifeſtatur in propitiando, & Cherubim gloriam beatorum. In ſancto quod ſignat Chriſtum erat candelabrum: ſignans perfectiones gratiæ ſeptiformis, ex ſeptem lucernis. Mẽſa panum omnis doctrinæ & ſcientiæ. Altare incenſi ſummę deuotionis,

Quæ conſtituunt pacem fraternam.

Gazophylacium, vnde dicitur.

Quatuor partes ſacræ ſcripturæ.

Mat. 4.

Sacramentum Euchariſtiæ.

Articuli fidei in templo Ezechielis quomodo deſignari.

Heb. 10.

Trinitas in templo Ezech.

A Per ſanctumſanctorum intelligitur articulus trinitatis ſecundum tres manſiones ibi exiſtentes in quibus per vnam ad aliam intrabatur, quia licet ibi non ſit ſuperioritas nec inferioritas propriè: tamen filius à patre, & ſpiritusſanctus ab vtroque procedit. Per partem templi, quæ dicitur ſanctum: intelligitur arteulus incarnationis, per quam tres naturæ in ſuppoſito filij ſunt vnitæ ſcilicet diuinitas, anima Chriſti, & caro: quæ ſignificantur per tres mãſiones: ibi vna ſuper aliam exiſtentes. Nam diuinitas ſuperior anima & anima ſuperior carne. Per gazo- B phylacia templi intelliguntur miracula confirmatiua fidei. Per cochleas quibus aſcenditur ſurſum [poſſunt intelligi] notitiæ craturarum, quibus aſcẽditur ad notitiam creatoris. Per appenditia circa templum [exiſtentia] intelliguntur omnia alia ad fidem pertinentia: quæ reducuntur ad ſupradictos articulos. Ædificium quod eſt circa templum ex parte auſtrali, vnde ſpirat ventus calidus eſt feruor caritatis, quæ eſt in fidelibus. Ædificium vero ex parte aquilonari, eſt timor filialis. Per quatuor atriola, quæ ſunt intra muros diuerſis locis, poſſunt intelligi quatuor virtutes cardinales. Per culinas ſeu coquinas poſſunt C intelligi doctores, qui cibũ ſcripturæ decoquũt ſuis meditationibus: vt ſapiãt populis. Et hoc fit in atriolis: quia ipſi prius debent eſſe in virtutib. cardinalib. exercitati. Poſt expoſitionẽ templi & ædificiorũ circa templum, dicendum eſt quid ſignificetur per ſacerdotes in ipſo miniſtrantes. Circa quos quinque ſunt deſcripta ſcilicet eorum genus, habitus, modus, victus, & actus. Circa primum dicitur ꝙ ſunt filij Sadoch: qui interpretatur iuſtus. Et per hoc innuitur ꝙ miniſtri Eccleſiæ debẽt eſſe per imitationẽ ſpiritualem filij Chriſti, qui per excellentiam dicitur iuſtus: ſecundum illud Eſa. 45. Nubes pluãt iuſtum. Hi habe- D bant veſtes lineas, quæ ſignant puritatem mentis & corporis: fœminaliaque linea ad cooperiẽdam turpitudinem: & ſignat ꝙ nihil turpe vel immodeſtum debet eſſe in cõuerſatione, geſtu, facto, vel exemplo in miniſtris Eccleſiæ. Dicitur etiam ꝙ in aliis veſtib. debent eſſe in templo, & cum aliis dum conuerſantur in populo: quod ad literã ſeruatur in clericis in nouo teſtamento moraliter: quia in exercitio miniſtrandi nil mundanũ & ſæculare debet in eis apparere: ſed tota tunc conuerſatio mẽtis in cœlis [eſſe debet.] Item ꝙ comam non nutriant quod etiam ad literam nunc ſeruatur: ſed moraliter ſignatur ꝙ tẽporalia non debent ſibi multiplicare: ſed pauperib. ſu- E perflua erogare. 12. q. 2. gloria. Item ꝙ non comedant captum à beſtia nec mortuum: id eſt non viuant de alieno, nec de aliquo illicito contractu vel exercitio. Quod vinum non bibant ingreſſuri templum id eſt ſint ſobrij à vino & paſſionibus. Quod celebrent diuinum officium, & doceant populum: & de dubiis determinent quid agendum: per quæ deſignatur deuotio in eis habenda, & notitia ſcripturarum, & tanto maior quanto in maiori gradu. Poſt deſcriptum ſtatum clericalem deinde agit de ſtatu ſæculari ſeu regimine eius. Circa quæ tria ponit ſcilicet diuiſionem terræ inhabitandæ ab eis, conditionem principis, & qualitatem ciuitatis ædificandæ. Quantum ad primum manifeſtum eſt quòd nulla communi- F tas poteſt bene conſiſtere, ſine obſeruatione iuſtitię. Hæc autẽ eſt duplex ſ. cõmutatiua, & diſtributiua Et commutatiua eſt propriè inter populares in emptionib. & aliis iuſtis commutationibus: & hoc circa bona mobilia & immobilia. Et hoc innuitur dum dicitur: quòd diuidatur terra illa, quæ eis promittitur

A.M. 2990.

Quid ſignificent ſacerdotes in templo iſto miniſtrãtes.

Agitur hic de regimine ſecolari.

Iuſtitia duplex.

A. M. 1980.

titur duodecim tribubus per æqualitatem, quia populus Chriſtianus debet vti iuſtitia commutatiua cuius medium attenditur ſecundum æqualitatem quantitatis, vt dicitur. 5. ethicor. Et hoc fit de immobilibus cum vnuſquiſque propria hæreditate eſt contentus, & non accipit per violentiam vel fraudem de poſſeſſionibus alterius. Quantum ad mobilia dicit. Statera iuſta ſit, & ephi iuſtũ &c. Quantum ad principes dicitur quod ſint contenti terminis ſuæ poſſeſſionis, per quod intelligitur, quod principes Chriſtiani debent eſſe cõtenti redditibus ſuis, & nõ grauare ſubditos exactionib. indebitis, nec alio- B rũ regna & dominia vſurpẽt in toto vel in parte. Iuſtitia diſtributiua propriè pertinet ad ſuperiores, qui ſunt honorũ & onerũ ſubditis impoſitores. Et medium hic attenditur non ſecundum æqualitatem quantitatis, ſed proportionis, vt vnuſquiſque honorificetur plus & minus ſecundum meritum ſuum, & puniatur de malo plus & minus, & grauetur in impoſitionibus ſecundum qualitatem ſuam. Vnde dicitur quod principes debeant facere iuſtitiam & iudicium. Quantum ad tertium ſcilicet ædificium ciuitatis dicitur, quod debet eſſe in quadro. Et quia C ciuitas dicitur ciuium vnitas, quæ debet eſſe in Eccleſia ſcilicet in fide, ſpe, charitate, & ſacramentis, ideo ipſa deſignatur in quadro, quia in quatuor virtutibus cardinalibus ſe debent exercere. Et nomen ciuitatis, dominus ibidem, & ſic communitas populi Chriſtiani denominatur à Chriſto. Menſuræ & numeri calamorum & cubitorum, quæ ſignant quantitatem meritorum, Deo ſoli ſunt notæ.

Ariſto. 5. ethic. c. 4.

De ædificio ciuitatis.

¶ *De prophetia Danielis.* CAP. VIII.

De Daniele propheta. Act. 10.

QVAMVIS omnes prophetæ Chriſto D teſtimonium perhibeant, vt venturo in mundum, nullus tamen ita determinauit de tempore, quo venturus eſſet ſicut Daniel in cap. 9. vbi ipſe ait: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum. Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem, vſq; ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem & hebdomades E ſeptuaginta duæ erunt. Et rurſus ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum, & poſt hebdomades ſeptuaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas &, poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & in templo erit abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finem perdurabit deſolatio. Hæc in textu. Licet F multi multa & varia dicãt circa iſtam prophetiam, omnes tamen de Chriſto venturo in carnem exponunt. Et Beda quidem & Aphricanus incipiũt iſtos annos enumerare à vigeſimo anno Artaxerxis, qui dedit licentiam Neemiæ, vt rediret in Hieruſalem, & conſtrueret muros eius, & protrahunt eos vſque ad paſſionem Chriſti. Verum quia ipſi accipiunt iſtas hebdomadas (quæ non ſunt dierum ſed annorum, ita vt quælibet contineat ſeptem annos) pro annis lunaribus. Annus autem lunaris eſt duodecim lunationũ. Vnde & minor eſt anno ſolari (qui continet duodecim menſes) vndecim diebus. Septuaginta autem hebdomades annorum, ſunt quadringẽti & octaginta anni, qui ſi accipiantur vt anni lunares, reſultant in annos ſolares quadringentæ ſeptuaginta quinque. Sed Nico. de Ly. ſuper Dan. reprobat iſtam acceptionem Bedæ ſcilicet quod de annis lunaribus intelligatur, quod Beda accipit ex eo quod dicitur ſeptuaginta hebdomades abbreuiatæ, vt iſta abbreuiatio referatur ad annum lunarem, qui eſt breuior ſolari vndecim diebus, vt dictum eſt. Sed vt dicit ipſe Nico. In Hebræo vbi nos habemus, abbreuiatæ, ibi habetur præciſæ, ac ſi diceret. Illud tempus eſt determinatum & taxatum à Deo ita quod abbreuiatio non ſonat temporis diminutionem, ſed determinationem. Vnde expoſitores Iudæorum non faciunt hic mentionem de annis lunaribus, ſed de ſolaribus. Nec alibi fit computatio in veteri teſtimonio ex annis lunaribus. Sunt ergo iſtæ hebdomades annorum ſolarium quę continẽt quadringentos nonaginta annos ſolares. Ad huius euidentiã eſt accipienda iſta computatio per annos ſecundum Ioſe. cuius hiſtoria eſt magis authentica apud Iudæos & Catholicos. Per textum enim bibliæ non poſſumus computare, eo quod à reditu captiuitatis Babilonicæ vſque ad conceptionem Chriſti non habetur certa computatio temporis ex ſacra ſcriptura. Et ideo recurrendum eſt ad Ioſephũ, Dicit autem ipſe quod poſt ſeptuaginta annos captiuitatis Babylonicæ populus rediens gubernatus eſt per Sacerdotes vſque ad Antiochum Eupatorem, & durauit ille principatus quadringentis & quatuordecim annis, & ex tunc Machabæi ſumpſerunt principatum, qui à Ioſepho dicuntur Aſſamonæi & durauit ille principatus vſque ad Herodem alienigenam ſub quo natus eſt Chriſtus, vt patet Matth. 2. Durauit autem ille principatus Machabæorum centum vigintiſeptem annis, vt dicit Ioſe. in 20. lib. antiq. Herodes autem qui poſt mortem Antigoni (qui Antigonus vltimus tenuit principatum de Machabæis) regnauit vigintiocto annis vſque ad Chriſti natiuitatem. Non obſtat quod aliquæ hiſtoriæ dicunt quod Chriſtus natus eſt trigeſimoſecundo anno Herodis, quia illæ hiſtoriæ computant regna Herodis ab illo tempore, quo ſibi datum fuit regnum à Romanis, & hoc fuit per quatuor annos ante mortem Antigoni, vt patet in hiſt. ſcho. & in Ioſe. Et ſic verum eſt quod Herodes poſt mortem Antigoni regnauit vigintiocto annis. A natiuitate autem Chriſti vſque ad Baptiſmum eius per Ioannem fuerunt vigintinouem anni completi, vt habetur Lucæ 3. A baptiſmo autem Chriſti vſque ad quatuor annos poſt paſſionem Chriſti fluxerunt anni ſeptem. Sic igitur iſti anni prædicti à reditu de captiuitate Babylonica vſq; ad quartũ annum poſt paſſionẽ Chriſti inueniuntur anni ſexcenti & quinque vt patet coniungendo partes prædictas.

A. M. 1990.

De ſeptuaginta hebdomadib. Danielis.

Nicol. de ly. in 9. ca. Daniel. in Heb. eſt נחתך i. definitæ ſunt.

Ioſephus author authenticus.

Hierodes illæ nigena.

Ioſep. lib 20. antiq. cap. 8.

Vlterius conſiderandum eſt quod computatio ſeptuaginta hebdomadum debet inchoari à vigeſimo anno Artaxerxis, quando data eſt licentia Neemiæ reædificandi Hieruſalem, vt habetur Eſdræ 2. Et hoc expreſſe dicitur in tex. Scito & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ędificetur Hieruſalem, vt tunc incipiat Angelus computare hebdomades, tunc enim exiit ſermo de reædificatione Hieruſalem. Cyrus autem prius dederat licentiam reædificandi templum tantum. Patet igitur ex prædictis quod ſi ſubſtrahatur tempus, quod fluxit à reditu de captiuitate

A.M. 2990.

Ætas Chriſti hic vere deſcribitur.

captiuitate Babylonica vſque ad vigeſimum annum Artaxerxis de [ſexcentis quinque annis prædictis, remanenr tantum quadringenti nonaginta] anni ſolares, qui faciunt ſeptuaginta hebdomades annorum. Modo reſtat probare quod ſuppoſitum eſt ſcilicet quod ſubtracto tempore quod fluxit à reditu de captiuitate Babylonica vſque ad vigeſimum annum Artaxerxis remaneant quadringenti & nonaginta anni, vt dictum eſt præcisè. Hoc autem ſic probatur primo anno Cyri data eſt licentia reuertendi ad reædificandum templum. Regnauit autem triginta annis. Et poſt eum Cambiſes filius eius annis octo, poſt quē duo magi fratres menſibus ſeptem qui computantur pro vno anno, quia eſt maior pars anni. Poſtea regnauit Darius Hyſtaſpis triginta ſex annis ſub quo Zorobabel iterum venit in Hieruſalem ſecundo anno regni eius vt perficerer opus reædificationis templi inchoatum ſub Cyro, ſed prohibitum perſequi. Poſt Darium Hyſtaſpis regnauit Xerxes filius eius viginti annis poſtea Artabanus menſibus octo qui computantur pro vno anno ratione ſuperius dicta. Poſtea Artaxerxes nouemdecim annis inregre vſque ad licentiam datam Neemiæ de reædificando Hieruſalem ſcilicet anno vigeſimo regni ſui. Et nota, quod tempora iſtorū Regū vſq; ad Artaxerxem poſſunt probari partim per textum Bibliæ non tamen totaliter. & ideo recurrendum eſt ad Ioſephum & hiſtoriam ſcho. qui ponunt tempora regum iſtorum vt dictū eſt, & acceperunt hæc de Hiſtoriis Perſarum & Medorum. Si autē iſti anni prędicti à primo anno Cyri vſq; ad vigeſimum Artaxerxis ſimul iungātur, inueniuntur anni centum & quindecim & tot annos ponunt Beda & Aphricanus in huiuſmodi computatione. Si ergo ſubtrahantur à prædictis annis [ſexcentis quinque annis centum & quindecim, patet quod non remanent niſi anni quadringenti & nonaginti ſolares, qui ſunt ſeptuaginta] hebdomades abbreuiatæ id eſt pręciſæ, nec plus nec minus.

Regū Perſarum Catalogus.

Et accedo ad expoſitionem literæ, eſt notandum quod Daniel orabat pro liberatione populi ſui de captiuitate Babyloniæ, conſiderans appropinquare terminum ſeptuaginta annorum dictæ captiuitatis, quam Hieremias prophetauerat. Et vt dicit Hiero. ſuper Dan. non hoc fecit Daniel quaſi dubitans de ſententia Dei per Hieremiam prædicta, ſed eum magis ſollicitum facit ne ſecuritas negligentiam pariat, & negligentia offenſam, vnde mererentur liberationem differri, de pœnit. diſtiuct. 1, prædixerar. Angelus autem Gabriel ad conſolationem eius & aliorum, non ſolum liberationem ab illa captiuitate temporali, ſed liberationem totius humani generis reuelauit à captiuitate ſpirituali Diaboli & peccati, qua mundus detinebatur obnoxius, quod fuit per paſſionem Chriſti, quam Angelus prænunciauit. Et tempus determinatum quo hoc impleretur ſcilicet in iſtis ſeptuaginta hebdomadibus, in tres partes diuiſit, ſcilicet in ſeptem, ſexaginta duas & vna. Et hoc quia ſpecialia opera facta ſunt in iſtis partibus numeri pro populo Iudaico. Nam in primis ſeptem populus reædificauit cum magno labore ciuitatem, & eam tenuit contra gentes in circumitu eos moleſtantes, quia vna manu faciebant opus, alia gladium tenebant ad defendendm ſe contra inimicos, vt patet. Neem 4. cap. In aliis hebdomadibus ſcilicet ſexagintaduabus populus aliquando habuit proſpera & aliquando aduerſa, & præcipue tempore Machabæorum. In vna vero hebdo-

Hiere. 29. in cap. 9. Daniel.

Expoſitio Danielis.

A made vltima quæ inchoatur à baptiſmo Chriſti, & terminatur quarto anno poſt paſſionem Chriſti implentur myſteria ſeu opera noſtræ ſalutis, quæ exprimuntur. Veniendo igitur, ad expoſitionem, Scito igitur, ait Angelus, tu Daniel, & animaduerte id eſt diligenter attende qualiter ſint intelligendæ iſtæ ſeptuaginta hebdomades ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem, ſcilicet à vigeſimo anno Artaxerxis mitentis Neemiam ad reædificandum Hieruſalem vſque ad Chriſtum ducem id eſt vſque ad manifeſtationem vnctionis ſanctiſanctorum, qui eſt vere Chriſtus interpretatus B inūctus & dux fidelium, erunt hebdomades ſeptem in quibus populus cum labore ædificauit, detinuit ciuitatem de nouo reædificatam & hebdomades ſexagintaduæ in quibus populus nunc proſpera, nunc aduerſa ſuſtinebit. Et iſtæ hebdomades ſeptem & ſexagintaduæ diſtinctæ poſitæ hîc ſimul iunctæ faciunt quadringentos octaginta duos annos & tot anni fluxerunt à vigeſimo anno regni Artaxerxis vſque ad baptiſmum Chriſti, in quo vnctio eius declarata eſt per plenitudinē gratiæ ſpiritus ſancti in ſpecie columbæ ſuper eum apparentis, & patre de cœlis teſtificante. Hic eſt filius meus dilectus. Matt. C 3. Et Hieruſalem reædificabitur, hoc refertur ad tempus illarum ſeptem hebdomadum. Et platea, & muri eius in anguſtia, hoc dicit, quia cum magno labore fuerunt in illis ſeptem hebdomadibus annorum, & reædificauerunt ciuitatem, muros eius & domos poſtea ſexaginta duabus hebdomadibus habitauerunt in ea ſcilicet vſq; ꝙ ſecutus eſt Chriſti baptiſmus ſuſceptus à Ioanne Baptiſta. Et ex tūc ſcilicet in baptiſmo inchoata eſt vltima hebdomas ex iſtis ſeptuaginta in quo Chriſtus prædicauit & paſſus eſt. Et hoc eſt quod dicit poſt ſexaginta duas hebdomades ſcilicet vltra illas ſeptem prius nomi- D natas, & in vltima hebdomade tertio anno & tribus menſibus occidetur Chriſtus, quia poſtquam prædicauerat tribus annis cum parte quarti paſſus eſt. Et non erit eius populus qui eſt eum negaturus, quia ex tunc Iudæi negantes eum coram Pilato non fuerunt populus Chriſti, ſed Chriſtiani ſunt populus eius. Et ciuitatem ſcilicet Hieruſalem, & ſanctuarium id eſt templum diſſipabit populus ſcilicet Romanus, cum duce venturo ſcilicet Tito, hoc tamen non fuit impletum tunc immediate poſt mortem Chriſti ſed poſt quadraginta annos. Hîc tamen ponitur immediatè poſt mortem Chriſti nō ad de- E ſignandum, quod tunc fieret ſed quia in pœnam talis ſceleris perpetrati ab eis. Et finis eius vaſtitas & cætera, quia totaliter deſtructa eſt. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna. Reuertitur propheta ad loquendum de vltima hebdomade quid amplius fiet in ea dicens. Confirmabit & cætera quia lex noua id eſt euangelica data & prædicta eſt à Chriſto in illa hebdomade vltima id eſt tribus annis & menſibus & per eius mortem & miracula lex euangelica fuit confirmata, quæ dicitur pactum, quando [& rurſus per Apoſtolos tri- F bus aliis annis & ſeptem menſibus fuit publicata & miraculis confirmata] poſt paſſionē miſſo in Apoſtolos ſpirituſancto fuerunt confirmati, & ſine timore legem ipſam publicè prædicauerunt, vnde multi cōuerſi ſunt. Et ſic in tribus annis & menſibus quatuor quibus Chriſtus prædicauit, & tribus aliis annis & ſeptem menſibus quibus Apoſtoli pręducauerunt poſt paſſionem, lex euangelica confirmata eſt, & ſatis dilatata in cordibus fidelium. Et quod

lex

A.M 2990.

Expoſitio verborū Danielis.

Lex Euāgelica quare pactū.

A.M 1990.

lex euangelica dicatur pactum, habes Hier.31. pactum dicitur, quia Deus videtur cum homine paciſci ſe ei daturum vitam æternam obſeruanti, & damnationem tranſgredienti, & in medio hebdomadis deficiet hoſtia, quia cum Chriſtus paſſus eſt, quod fuit in medio vltimæ hebdomadis tunc omnia legalia & ſacrificia effecta ſunt mortua & inutilia ad ſalutem. Et in templo erit abominatio, hoc dicit propter imaginẽ Cæſaris, quam poſuit Pilatus in templo venerandã, Iudęi enim idolum vocabant abominationem. Vel quia per Caium miſſum eſt illuc, vt imago eius adoraretur. Vel quia poſt hæc tempora ſtatua Adriani poſita eſt vbi erat prius arca domini. Et vſque in finem & conſummationem ſcilicet mundi perſeuerauit deſolatio. Iudæi autem vt ſubterfugiant iſtum radium veritatis, qui conuincit eos de errore ſuo, quo Meſſiam adhuc expectant, dant aliam expoſitionem quæ eſt Rabbi Salomonis doctoris eorum, qui dicit iſtas ſeptuaginta hebdomades annorum comprehendere tempus, quo Nabuchodonoſor deſtruxit ciuitatem & templum, vſque ad ſecundam deſtructionem eius factam per Titum, quod dicit eſſe præciſe tempus ſeptuaginta hebdomadum annorum, id eſt quadringentorum nonaginta. Infra quod tempus aliquando habuerunt proſpera, aliquando aduerſa. Sed à ſecũda deſtructione facta per Titum ſunt in perfecta captiuitate, in qua vt dicit iſte Rabbi Salomon, dimittit eos Dominus, vt corrigantur de iniquitatibus ſuis & puniantur & mereantur per hæc quod viſiones & prophetiæ de Meſſia impleantur, quo veniente credunt ſe per eum liberandos, & temporaliter & ſpiritualiter, populum ſcilicet Iudæorum ſuper alios exaltandum, ſed Antichriſtus erit quem in Chriſtum recipiẽt. Iſtam autem expoſitionem eſſe falſam & extortam oſtendunt. Nicolaus de Lyra, & alij, pluribus rationibus quæ cauſa breuitatis dimittuntur. Et inter cætera, cum dicitur, Vſque ad Chriſtum ducem exponit ille Rabbi Salomon de Cyro rege Perſarum, & Poſtea cum dicitur. Occidetur Chriſtus, Chriſtum vocat Agrippam regem. Nicol. de Lyr. ſuper Dan. dicit ſe fuiſſe ſecutum prædictam expoſitionem communem doctorum, incipiens enumerare hebdomades à vigeſimo anno Artaxerxis, qui miſit Neemiam ad reædificandum muros ciuitatis, vt dictum eſt, in quadam expoſitione ſuper Dan. Sed poſtea cum aggreſſus eſt exponere totam Bibliam, ad Danielem perueniens, aliter inchoat enumerare iſtas ſeptuaginta hebdomades, & aliter terminat. Dicit enim inchoandum eſſe non à vigeſimo anno Artaxerxis, ſed ab anno quinto Sedechiæ regis Iuda, qui ductus fuit captiuus in Babylonem. Nam cum ad falſorum prophetarum prædicationem populus Hieruſalem inductus eſſet ad ſperandum reditum Ioachim regis cum aliis captiuis de Babylonia in Hieruſalem, & liberationem de manu Nabuchodonoſor, Hieremias contrarium aſſerabat. Vnde & literas ſcripſit captiuis Iudæis in Babyloniam, quod non crederent verbis pſeudoprophetarum, quia ſeptuaginta annis erant permanſuri in captiuitate illa in Babylonia. Et ſubdit Hiere. cap. 29. ex parte domini loquens. Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum, iſtum &c. Ab iſto ergo tempore dicit enumerandas iſtas hebdomadas, quia Angelus dixit, Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem id eſt à primo verbo ex reuelatione Domini procedenti de reædificatione Hieruſalem, hoc autem fuit primo, cum Hieremiæ fuit reuelatum, & ab eo dictum ex parte Dei. Terminat autem iſtas ſeptuaginta hebdomadas in paſſione Chriſti, & ſecundum hiſtoriam Hebræorum computat iſtas ſeptuaginta hebdomadas annorũ id eſt quadringentos nonaginta annos præciſe infra iſtud tempus. Sed expoſitio prima, qua inchoatur numeratio hebdomadum à vigeſimo anno Artaxerxis, eſt communior computatio annorum ſecundum hiſtoriographos Latinos, quam Nicol. prius tenuit, & videtur magis tenenda quàm iſta vltima, quæ eſt ſecundum computationem Hebræorum.

Falſa Iudæorum ſeptẽ hebdomadorũ interpretatio.

Nicol. de Ly. in Daniel.

Hier. c. 29.

§. I.

DANIEL igitur de ſtirpe regia Iuda ductus fuit captiuus in adoleſcentia cum Anania, Azaria, & Miſaele in Babyloniam: Hi ex ordinatione regis fuerunt eruditi in omni ſcientia Chaldæorum. Et vt ait Hiero. Qui de menſa & vino regis nolunt comedere ne polluantur, vtique ſi ſapientiam atque doctrinam Babyloniorum ſcirent eſſe peccatum nunquam acquieſcerent diſcere quod eis non liceret. Sed diſcunt non vt ſequantur, ſed vt iudicent & conuincant. Diſcunt ergo ea mente doctrinã Chaldaicam, qua & Moyſes omnem ſapientiam Ægyptiorum. diſtin. 37. qui de menſa. Hi propter continentiam & abſtinentiam, ac etiam obedientiam diuinæ legis, quia noluerunt vti cibis gentiliũ quibus ordinauerat rex eos paſci de mẽſa eius, ſed legumina & aquam, in breui tẽpore reperti ſunt ſapientiores cęteris & pulchriores. Præcipue autem Danieli dedit Deus intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum. Ponuntur autem decem viſiones in libro hoc. Prima eſt de ſtatua quam vidit Nabuchodonoſor in cap. 2. cuius caput erat aureum, pectus cum brachiis argenteum, venter & femora ærea, tibiæ ferreæ & pedes, ſed mixti terra, & vidit lapidẽ exciſum de monte percutere ſtatuam in pedibus, & redigere in fauillam, quæ ſignificauit monarchias quatuor mundi ſucceſſiuas, ſcilicet Aſſyriorum, Perſarum ſeu Medorum, Græcorum, & Romanorum, quas lapis id eſt Chriſtus ſubiecit imperio ſuo per fidem.

Libri Danielis ſumma.

Hier. ſup. P. ca. Dan.

Dan. ca. 1.

Decẽ viſiones quas Danielis lib. continet.

Secunda viſio eſt de quarto ſimili filio hominis in cap. 3. quem vidit Nabuchodonoſor rex Babylonis cum tribus in fornacem miſſis, Anania, Azaria, & Miſaele, quia noluerunt adorare ſtatuam quam fecerat. Secunda viſio.

Tertia viſio eſt de arbore altiſſima in ca. 4. quam vidit Nabuchodonoſor præciſam ſignante mutationem eius in beſtiam. Tertia viſio.

Quarta eſt ſecundum ordinem libri de ſcriptura quam vidit Balthaſar filius Euilmerodach[a] filij Nabuchodonoſor formata in pariete tribus digitis ſcilicet. Mane, Thecel, Phares, à tribus digitis manus. Quarta viſio.

Quinta viſio in ca. 6. cum Darius rex Medorum & Perſarum Danielem miſſum in lacum leonum, quia adorabat quotidie Deum ſuum contra ſtatutum factum à Dario ad inſtantiam æmulorum Danielis vidit illæſum manere inter leones virtute Dei ſui. Quinta viſio.

Sexta in cap. 7. cum Daniel vidit quatuor beſtias exire de mari, vnam poſt aliam ſcilicet primam Sexto viſio.

a alij Euilmerodach filium Merodac, hunc vero filium Nabuchodonoſor eſſe dicunt, vide Geneb. Chron.

A. M. 3999.

quaſi leænam, ſecundam ſimilem vrſo, tertiam ſimilem pardo, quartã terribilem habentem dentes ferreos, & decem cornua, inter quæ ortum eſt cornu paruulum. Quatuor beſtiæ ſignãt quatuor monarchias ſupra dictas, & in quarta quę eſt Romanorũ decẽ cornua ſignant decem diuiſiones imperij. Cornu paruulum Antichriſtum, de cuius actibus ibi agitur.

Septima viſio. Septima eſt in cap. 8. in qua vidit Daniel primo arietem, & poſt eum hircum eum occidentem, & fracto cornu eius oriebantur exinde quatuor, & ex vno vnũ aliud paruum, quod ſignat Antichriſtum, cuius geſta ibi ponuntur. Aries autem ſignat imperium Medorum & Perſarum, hircus Alexandrum magnum, cuius imperium poſt mortem eius in quatuor diuiſum eſt.

Octaua viſio. Octaua eſt in ca. 9. qua vidit Gabrielem reuelantem (cum in oratione & ieiunio perſiſteret pro liberatione populi ſui) ex captiuitate eius liberationem fiendam quinimmo & liberationem humani generis per Chriſtum poſt ſeptuaginta hebdomades ſcilicet annorum à die licentiæ dandæ per Artaxerxem de reædificatione Hieruſalem.

Nona viſio. Nona eſt in cap. 10. qua vidit Angelum veſtitum lineis, cuius forma deſcribitur, ad cuius aſpectum cecidit, ſed ab eo confortatus vires reſumpſit, qui Angelus attendebat ad liberationẽ populi, ſed princeps Perſarum ſcilicet Angelus reſiſtebat ei viginti & vno diebus, ſed Michael adiuuabat, etiã princeps Græcorum ſcilicet Angelus ei occurrerat.

Decima viſio. Decima viſio Danielis eſt in ca. 11. de regno Medorum & Perſarum, quod tunc florebat, & de Alexandro rege Græcorum, quomodo illud ſibi ſubiicerat, poſtea de rege Auſtri & de rege Aquilonis pugnantibus adinuicem, multa ibi obſcura, vbi prędicitur de Antichriſto. Capitulum 12. eſt de Michaele principe magno, & de vltima reſurrectione, & tempore poſt Antichriſtum, obſcure tamen. Poſtea hiſtoria Suſannæ, belis & draconis. Apud Hebræos nõ habetur hiſtoria Suſannę, Eccleſia tamen illã recipit. Et Daniel in dicans ſeniores iniuſtè accuſantes Suſannam, figurat Chriſtum in iudicio condemnantem Scribas & Phariſæos, accuſantes Eccleſiam de adulterio ſpirituali ſcilicet quod credit in Chriſtum, & hoc habetur 2. quæſt. 7. §. cum Balaam.

¶ *De 12. prophetis minoribus & eorum dictis.*

CAP. IX.

De duodecim prophetis minoribus.

DVODECIM prophetæ minores apud Hebræos in vno volumine habentur, qui diuerſis temporibus prophetauerunt in Iuda vel Iſrael. Horum primus ponitur Oſee ſub his regibus quibus prophetauerat Eſaias. Prædixit autem reprobationem Iudæorum & electionem gentium, vt patet 1. & 2. cap. Vade, dixit dominus ad Oſee, ſume tibi vxorem fornicationum &c. Hiero. Non eſt culpandus Oſee ſi meretricem quam duxit (ſcilicet in matrimonium) ad pudicitiam conuertit, ſed potius laudandus, quia ex mala bonam fecit. 32. quæſt. 1. ca. vlt. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iudicio & iuſtitia & in miſericordia, & ſponſabo te mihi in fide. Prima deſponſatio fuit in incarnatiõe ſecũda in paſſione, qua in ſe fecit iuſtitiam Deo ſatisfaciendo, & nobis miſericordiam tribuendo, & Diabolo iudicium eiectionis. Tertia

Oſee primus propheta. Hier. lib. 1 in Oſee. Oſee. 2. Eius prophetię ſingulares.

A. M. 3990.

A eſt particularis electorum per conuerſionem ad fidẽ. Vnde ait, Væ eis quoniam receſſerunt à me &c. Et infra. Cadent in gladio &c. Gratianus de pœn. diſt. 4. §. filiis quos. cum c. ſeq. declarat quod non propter peccata parentum, ſed propter ipſorum propria peccata caſuri ſint, & puniendi grauiter & exterminandi. Ex Ægypto vocaui filium meum, hoc teſtimonium inducit Matth. Euang. 2. cap. de reductione Ieſu paruuli ex Ægypto. Et infra. Sicut Adæna dabo te. Et ſicut Seboim ponam te, conuerſum eſt cor meum in memetipſo, cõturbata eſt pœnitudo mea, non faciam &c. B Auguſtin. Nonne ex Oſee apparet, quod ideo nobis peccantibus indignatur dominus Ieſus, vt indignationis ſuæ nos terrore cõuertat? Indignatio ergo eius nõ vltionis executio eſt: ſed magis abſolutionis operatio de pœn. diſtin. 1. ſed & cõtinuo. De reſurrectione noſtra vltima inchoata in Chriſto reſurgente exemplari noſtræ reſurrectionis, loquitur in 6. cap. dicens. Viuificabit nos poſt duos dies, & die tertia ſuſcitabit nos.

Oſee. 11.

§. I.

Ioel propheta ſecundus.

C SECVNDVS ex minoribus propheta Ioel tempore ille prophetauit deuaſtationẽ populi Iudæorum fiendam per quatuor monarchias ſucceſſiuas, ſignatas per illa quatuor quæ ponit in principio. Reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Eruca Aſſyrios, locuſta Medos & Perſas, bruchus Græcos quoad Antiochum, rubigo Romanos. Expergiſcimini ebrij, & flete &c. Inuitat eos ad pœnitentiam di. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fle. &c. Quid ſit conuerſio & quid ſciſſio, habes de pœnit. diſtinct. 1. D §. ſcindite. & ſeq. ſcilicet conuertimini. Annunciat miſſionem copioſam ſpiritusſancti ſuper diſcipulos dicens. Super ſeruos meos & ancillas meas effundam ſpiritum meum &c. In tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem congregabo omnes gentes & educam eas in vallem Ioſaphat, & diſſeptabo cũ eis ibi ſuper populo meo. Quod intelligitur de finali iudicio. Et ſubditur vitium quod maxime arguetur, quia poſuerunt puerũ in proſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino.

§. II.

Amos propheta tertius.

E AMOS paſtor & ruſticus tempore Oziæ regis Iuda prophetauit dicens. Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum. Idem ſubdit de ſeptem aliis nationibus ſcilicet Gaze, Tyri, Edom, Ammon, Moab, Iuda & Iſrael aſſignans cauſas inconuerſionis eorum. Vide expoſitionem moralem de quatuor gradibus in peccato de pœn. diſtinct. 2. ſuper tribus. Quod poteſt adaptari ſuperbia cum ſeptem capitalibus vitiis. Dicit enim Hieron. ibi declarans illos quatuor gradus. Primum eſt cogitaſſe quæ mala ſunt. Secundum, cogitationibus acquieuiſſe peruerſis. Tertium F quod mẽte decreueris, opere adimplere. Quartum, poſt peccatum non agere pœnitentiam, ſcilicet in ſuo ſibi complacere delicto. Hec Hiero. Et hoc quartum eſt illud, de quo dicit dominus, Non conuertam eum ſcilicet infundẽdo gratiam, in aliis tribus innuens conuerſionẽ & veniam. Ibi quoq;, ſcribitur: Ecce dies veniunt dicit dominus, & emittam famem in terram, non famem panis neq; ſitim aquę, ſed audiendi verbum domini, quod fuit in prædicatione Apoſtolorum. Amos. 4. Plui ſuper

Hier. ſup. Amb. lib. 1.

ciuitatem

A.M. 0632

ciuitatem vnam, & ſuper alteram ciuitatem non A pluit, pars vna compluta eſt, & pars ſuper quam non pluit, aruit. Quod dicitur de parte compluta & non compluta intelligitur quo ad deteſtationem aliquorũ peccatorum, de pœnit. diſtinct. 3. ca quęrat. §. illud.

§. III.

Abdias propheta quartus. D. Hiero. in ep. 17. & in initio comment. in eundem vide Sixtum Sen. lib. 1. Bibl.

QVarto ponitur Abdias quem dicunt Hebræi fuiſſe illum, qui ſub Achab & Iezabel impiiſſima pauit centum prophetas in ſpeluncis abſconſos. Hic de paſſione Chriſti agens inquit, Viri fœderis tui illuſerunt tibi, & inualuerunt aduerſus te viri pacis tuę, qui comedent tecũ ponent inſidias ſubter te, & nõ eſt prudẽtia in eis, & intelligitur de Iudæis & de Iuda proditore Chriſti. Et in mõte Sion erit ſaluatio & erit ſanctus, intelligitur de Chriſto & ſpirituſanctomiſſo.

§. IIII.

Ionas propheta. 5. D. Hiero. initio lib. Ionæ vide Sixtum. Ibib. 3. Reg. 17. Summa libri Ionę.

QVinto loco habetur Ionas, quem Iudæi dicunt filium viduæ Sareptanæ: quem Helias à mortuis ſuſcitauit. Fuit autem temporibus Hieroboam regis Iſrael. Hic cum à Deo mitteretur ad prædicandum Niniuitis interitum: ne illuc iret, nauim aſcẽdit Tharſum petentem humanum aliquid paſſus: timens ne Deo mutante ſententiam ad illorum pœnitentiam, ille mendax iudicaretur. Vel ne gentibus per ſuam prædicationem conuerſis ad cultum Dei populus Iudaicus reprobaretur. Orta autem tẽpeſtate propter hoc in mare proiicitur: à ceto deuoratur: ibi Deum laudans tertia die euomitur viuus: & ad prędicandum accedit. Ad cuius verbum Niniuitæ conuertuntur ad pœnitentiam: propter quod Deus veniã prę̨ſtat. Et cũ egreſſus Ionas de Niniue feciſſet vmbraculum inſtar domus: dominus fecit hederam ſuper illud aſcẽdere: ad cuius vmbram Ionas multum lætabatur. Sed in vna nocte vermis corroſit radicem hederæ: qua areſcente Ionas ex calore turbabatur: de quo dominus eum arguit. Hic Ionas ſignat paſſionem & reſurrectionem Chriſti: vt ipſe expoſuit Mat. 12. Et conuerſionẽ gentilitatis ad pœnitentiã reprobata ſynagoga. Hieron. ſuper Ionam ait. Sicut ait Herodotus, à rege Medorum ſubuerſa eſt Niniue, regnante apud Iudęos Ioſia. Vnde patet illã prædicante Iona ex pœnitentia veniã promeruiſſe: ſed quia poſtea ad vomitũ rediit, grauioribus criminibus ſe implicans, ex ira Dei ſubuerſam fuiſſe. de pœn. diſt. 3. ſicut ait Herodotus.

Hieron. in proœ. Ion. Herod. l. 1.

§. V.

Michæas propheta ſextus ex I. Hieron. in eũdem.

SExto loco ponitur Micheas, qui fuit temporibus Ioatham, Achaz & Ezechię regum Iuda: [hic] pronunciat captiuitatem & interitum Iudæ & Iſrael pro pter idola & auaritiam & alia mala, vnde inter cæt. ait ca. 3. iudices eius in muneribus iudicabant, ſacerdotes eius in mercede, docebant & prophetæ eius in pecunia diuinabant. &c. Hierony. Nemo ambigat propter ſceleta, quæ hic ponuntur Hieruſalem fuiſſe ſubuerſam. 1. q. 1. iudices. De reſurrectione & aſcenſione Chriſti prophetans ait: aſcendet pandens iter ante eos: diuident & tranſibunt portam & ingredientur per eam: & tranſibit rex eorum coram eis: & dominus in capite eorum. De incarnatione Chriſti, prędicatione, & conuerſione ad fidem ait: Erit in nouiſſimis diebus mons domus domini [præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis eius, quia de Sion egredietur lex, & verbum domini de Hieruſalem] De natiuitate Chriſti tẽporali in Bethlehem, & ęternali ait: Tu Bethlehẽ Ephrata [paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael & egreſſus eius à diebus æternitatis] Quæ principes ſacerdotum & ſcribæ dixerunt Herodi de Chriſto [illegible] Mat. 2. Et de paſſione ait: In virga percutient maxillam iudicis Iſrael. Conqueritur dominus de ingratitudine populi ſui dicens, popule meus quid feci tibi? aut quid moleſtus fui? reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruitutiũ liberaui te &c. & infrà. Indicabo tibi, ó homo, quid ſit bonũ. & quid dominus requirat à te: vtique facere iudicium quo ad ſe ſcilicet per diſcuſſionem conſcientiæ & pœnitentiæ: & miſericordiam diligere, ſcilicet quo ad proximum per virtutem eleemoſynæ, de pœn. diſt. 1. m. dicina, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo, quo ad dominum de conſe. diſtinct. 1. quando.

& ſuper D. Hier. in 3. cap. Micheę.

Eius de Chriſto prophetiæ cap. 2.

Cap. 4.

Cap. 5.

Cap. 6.

§. VI.

Nahũ propheta 7. eius propheti æ argumentum. D. Hiero. in prologo & habetur de pœn. d. 3. c Nahum. Na c. 1. Ibi iux. 70 Hier. in c. 1. Nahum.

SEptimo loco Nahum ponitur: quem Hebræi dicunt prophetaſſe ante trãſlationem Iſrael in Aſſyrios. Prænunciat autem exterminium Niniuæ futurum. Cũm enim Niniuitæ ad prædicationem Ionæ pœnitentiã egiſſent: propter quod reuocauit ſententiam Deus: ingrati beneficio grauioribus ſceleribus ſe implicuerunt, propter quod propheta iudicium Dei contra eos annuncians ait in principio, Deus æmulans & vlciſcens: dominus habens furorem & vlciſcens, dominus in hoſtes ſuos, [& iraſcens ipſe inimicis ſuis] &c. Non iudicabit dñs bis in idipſum in tribulatione non conſurget duplex tribulatio, ſuper quo ait Hiero. Ergò qui hic puniti ſunt, poſtea non punientur: ſcilicet in futuro. Quod intelligit Gratianus, & benè: de illis q inter ipſa flagella cõpuncti, reuertuntur ad Deũ de pœnit. diſt. 3. ſũt plures. §. auctoritas Nahũ. Et cũ homo talis eſt, pœna hic inflicta à Deo vel homine [valet] vt ſatisfaciat de culpis cõmiſſis: alioquin pro eo quod minus eſſet ſatisfactũ, in alio ſęculo punietur. Vnde Hier. 23. q. 5. quid ergo, Et infra. Ad q reſpondebimus Deum, vt omnium rerum: ita ſuppliciorum. q. [illegible] ſcire menſuras, & non præueniri ſententia iudicis: nec illi in peccatorem exercendæ dehinc pœnæ auferri poteſtatem: & magnum peccatum magnis diuturniſque lui cruciatibus. Culpa autem leuis præſenti ſupplicio compenſatur. Et ponit exemplum de eo, qui fuit lapidatus à populo: quia collegerat ligna in ſabbatho. Quod intelligitur, vt dictum eſt: quando ipſum pœnitet, & patiẽter fert. Et ſecundũ Hier. Niniue interpretatur ſpecioſa: ſignans mundum, vnde quicquid de Niniue dicitur, de mundo figuraliter prædicatur: qui demũ iudicandus eſt. In conſolationem ergo ſanctorum prophetia hæc texitur: vt quæcunque in hoc mundo vident, quaſi prætereuntia & caduca contemnãt: & præparẽt ſe ad iudicij diem, vbi vltor aduerſus Aſſyrios id eſt malos, futurus dominus eſt. De prędicatione euangelica ait inter cętera. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem.

C D E

Hier. in c. 1. Nahum

Quomodo ſuppliciapræſentia homines prolini. Num. 15.

Hieron. in prol. ſup. Nahum.

Ibid.

§. VII.

Abachuc propheta ex Hiero. in prol. in eum. Malos proſperitatem habere videns non turbetur.

OCtauo loco ponitur Abachuc. Nullus (ait Hieron.) tam audaci voce auſus eſt dominum ad diſceptationem iuſtitiæ prouocare: cur in rebus hu- F manis & mundi huius tanta verſatur iniquitas. Nemo videns hic malos proſperitatem habere turbetur. Non eſt hic plena retributio vitij aut virtutis: ſed veluti quidam guſtus, vt hi qui reſurrectioni non credunt, talibus exemplis doceantur. Quãdo itaque videmus malignum directere, non ſubruamur, & quando videmus iuſtum bonum mala pati non turbemur: illic corona illic ſupplicia &c. Chryſoſtom. de pœn. diſt. 3. quid ergo. Hic Abachuc in principio voluminis ſui deſcribit diabolum cum membris ſuis. In fine annunciat aduentum paſſionemque Saluatoris: nam de quo alio niſi de Chriſti aduentu qui futurus

Cryſoſt. hom. 6. ad Popul. Antioch. Cap. 2.

A.M. 3343.

tetus eſt intelligit illud. Apparebit in fine & nō mē-
tietur. ſi morā fecerit expecta eū, quia veniens veniet
& non tardabit. De paſſione autē in cruce & nomine
Ieſu in cātico. Dñe audiui auditū tuū & timui: & Cor
nua in manib. eius, & illud: Exultabo in Deo Ieſu meo. (Cap. 3.)

§. VIII.

(Sophonias propheta. 9. ex D Hie. Cap. 1.)

NOnus exiſtit Sophonias, quem filiū prophetæ
Hebræi tradunt vaticinantem ſub Ioſia rege
Iuda. Diem iudicij oſtendit terribilem nimis dicens.
Iuxta eſt dies domini magnus, iuxta eſt velox nimis.
Vox diei domini amara: & tribulabitur ibi fortis: dies
iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ. De reſur-
rectione ait: Expecta me in die reſurrectionis meæ in
futurum, quia iudicium meum: vt congregem gentes
& colligam regna, effundam ſuper eos indignationem
meam, omnem iram furoris mei. (Cap 3.)

§. IX.

(Aggæus propheta decimus.)

POſt prædictum ſequitur Aggæus decimus, qui
prophetauit in Hieruſalem captiuis poſt reuer-
ſionem populi Iuda de Babylone. Cùm enim ſecun-
dum Hier. ſeptuaginta anni Babylonici fuiſſent pro-
nūciati à Hieremia & ſexageſimo ſecundo anno ca-
ptiuitatis ipſius ſubuerſo regno Chaldæorum per Da
rium regem Medorum & Perſarum, vt patet Dan. 5.
Moriente poſtea Dario, & Cyro Perſarum ſuccedenk-
te in regno, completis ſeptuaginta annis: Cyrus de-
dit licentiam redeundi Hieruſalem, vt patet. 2. Para.
vltim fi. Succedente exinde dicto Cyro alio Dario cū
impedirentur à finitimis Iudei rędificare ciuitatem
Aggæus propheta miſſus eſt à domino ad confortan-
dum Zorobabel, qui erat de ſemine regio Iuda: & Ie-
ſum filium Ioſedech ſummum ſacerdotē ad reædifica
tionem ciuitatis: & certificandum annos captiuita-
tis completos. Et qui congregauerunt mercedes miſe
runt eas in ſacculum pertuſum. Gregor. De ſacculo
pertuſo aliunde exit, quòd aliunde mittitur: quia in-
diſcretæ mentes mercedem quæ de bono opere ac-
quiritur: quomodo ex malo opere perdatur non aſpi-
ciunt. de pœn. diſt. 4. de pertuſo quippe ſacculo non
ſimpliciter: ſed quo ad præmium æternum. Inter cæte
ra prędixit Chriſti aduentum inquiens: Adhuc vnum
modicum & ego mouebo cælum, terram & mare &
àridam: & mouebo omnes gentes & veniet deſidera-
tus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria:
dicit Aug. in de ciui. Dei, hoc impletum in natiuitate
Chriſti, in purificatione virginis: & prædicatione
Chriſti in templo. (Hieron in prolo. ſup. Agg; Gre hom. 4. ſuper 1. c. Ezech.; Caput. 2.; Li. 18. ciui. cap. 35.)

§. X.

(Zacharias propheta vndecimus & eius ſi- bri ſūma.)

VNdecimus ſecundum ordinem eſt Zacharias,
qui eo tempore prophetauit, quo & Aggæus ſci
licet ſecundo anno Darij poſt Cyrū: exhortans popu-
lum cum Aggæo ad reædificationem templi quod, &
factum eſt, Hier. diſt. 50. Ieſus ſic ait: Ieſus Ioſedech fi-
lius ſacerdos magnus, quamquam in typo aduentum
præceſſerit ſaluatoris qui noſtra peccata portauit: &
alienigenam ex gentibus ſibi copulauit Eccleſiam, ta
men ſecundum literam poſt ſacerdotium ſordidatus
induitur, aſtat diabolus à dextris eius. & candida de-
inde illi veſtimenta redduntur. Eſt autem ſecundum
Hier. multiplex in prophetia. Nam Ieſum ſacerdotem
vidit ſordidis veſtibus exutum, candidis poſtea indu-
tum, lapidem oculorum ſeptem, candelabrum aureū
cum [totidem lucernis quot oculis id eſt Chriſtum
cum gratia ſeptiformi, duas oliuas à ſiniſtris lampa-
dis cernit & à dextris. equos quoque nigros, rufos,
varios & albos, diſſipatas quadrigas [ex Ephraim &
equum de Hieruſalem.] Ipſa dixit etiam. Ecce rex tuus
venit tibi manſuetus ſedens ſuper pullū filiū ſubiuga
lis Zac. 9. Item vidit volumen volans: cuius longitudo
viginti cubitorū, & latitudo decē. Itē vidit amphoram
& mulierem ſedentē in medio amphoræ, & talentū
plumbi portabat & dixit, hæc eſt impietas. Item & de
triginta argenteis qui fuerunt pretium appretiati ſci-
licet Chriſti profectis ad ſanctuarium. dicit etiam ibi.
Effundam ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritū gra-
tiæ & precum: & aſpicient in me quem confixerunt:
& plangēt eum quaſi vnigenitum & dolebunt ſuper
eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti. & infrà, in
die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus
Hieruſalē in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Et
infrà, Quid ſunt plagæ iſtę in medio manuum tuarū?
Et dicet. His plagatus ſum in domo eorum, qui me
diligebant: percute paſtorem & diſpergentur oues. (Hier. in c. 3. Zach.; Hieron. in ep. ad Pau. cap. 7.; A.M. 3474.; Cap. 5.; Cap. 11.; Cap. 12.; Cap. 13.; Ibid.)

§. XI.

(Malachias propheta duodecimus & eius li- bri ſūma.)

MAlachias eſt duodecimus in ordine propheta-
rum qui prophetauit vltimus in Babylone: quē
Hebræi dicunt fuiſſe Eſdram ſcribam. Reprehendit au
tem ſacerdotes de indebitis ſacrificiis: & quòd ſcan-
dalizant populos propter mala eorum opera, vnde
facti ſunt contemptibiles, vnde dicit: Sacerdotes vos
deſpicitis nomen meum. diſt. 49. ſacerdotes, ait Hie-
ronym. ſuper Malac. Sacerdotes nomen domini de
ſpiciunt: & quantum ad ſe panem pollutum offerunt,
qui ad altare indignè accedunt: quique dato munere
ſacerdotium exercere præſumunt. Panem quoque pol
luit, qui doctrinam domini in populo male diſpertit:
qui honorat potentem, & deſpicit pauperem. Si of-
feratis cæcum animal ad immolandum, nonne ma-
lum eſt? Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum
loco docti: magiſtrúmque facit, qui vix poterat eſſe
diſcipulus. Claudum offert qui lucra terrena quæren
tem locat, vt ponit pedem in diuerſa ponentem, vnum
in diuinis, alterum in carnalibus. Languidum offert,
qui vinoſum pro religioſo, quippe tardum & pigrum
pro patiente habet. Reuertimini ad me & ego reuer-
tar ad vos, &c. & infrà. Et dixiſtis in quo confiximus
te? Et ait in decimis & primitiis, quia ſcilicet eas
non datis, & in penuria vos maledicti eſtis. Hierem.
Si quando fames & penuria & omnium rerum ege-
ſtas opprimit mundum, ſciamus hoc ex ira Dei deſcē-
dere, qui ſe in pauperibus ſi non recipiunt eleemoſy-
nā fraudari loquitur, & ſuas poſſeſſiones, 16. q. 1. reuer-
timini. Ecce ego mittam angelum meum, & præpara-
bit viam ante faciem meam, &c. & infrà. Ecce ego
mittam Heliam Thesbitem antequam veniat dies do
mini magnus & terribilis, & conuertet cor patrum
ad filios. Fuerunt & plures alij prophetæ in veteri te-
ſtamento, ſed vel non ſcripſerunt libros ſuarum pro-
phetiarum, vel ſi ſcripſerunt non ſunt recepti in ca-
none quamuis multa prophetica eorum dicta in di-
uerſis libris habeantur, vt patet in lib. Reg. Præci-
pui autem fuerunt, qui etiam claruerunt miraculis,
Helias & Heliſęus in populo Iſrael, de quibus dictum
eſt ſuprà in 3. & in 4 Regum. Notandum etiam ſecun
dum Aug. quòd non ſolum verba patrum veteris te-
ſtamenti, quibus aliqua futura prædixerunt fue-
runt prophetica, ſed etiam geſta illius populi fuerunt
quædam prophetiæ vitæ populi Chriſtiani. Vnde &
Hebræi in numero prophetarum ponunt omnes li-
bros hiſtoriales ſuperius poſitos ſcilicet Ioſue, Iu di-
cum, & Regum, & à libris prophetarum excludunt
Iob, Paralipomenon, Danielem, Pſalterium & libros
Salomonis, appellantes hos agiographa, vt dicetur
plenius in §. ſequenti. (Hier. in c. 1. Malac.; Quomodo mora li ter viati ſacrificiorum ſacer dotib. accommodantur.; Cap. 3.; Hier in c. 3. Malac; Nota magnum eſſe peccatum fraudare pauperes eleemoſyna.; Cap. 4.; Aug. 17. de ciui. Dei cap. 3. & lib. 1. contra aduerſ. c. 24.; Hebræi ponunt libros hiſtoriales in numero prophetarum.)

§. XII

A.M. 3563.

§. XII.

De Iob & lib. eius.

IOB autem gentilis etſi in libro ſuo multa prophetice dixit, maxime de vltima reſurrectione corporum apertius cæteris omnibus ſecundum Hieron. Scio inquit quòd redemptor meus viuit: & vnde redemptor niſi per paſſionem: Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum &c. Et de multis aliis myſteriis Chriſti & Eccleſiæ: vt oſtendit Grego. in Moral. libris, tamen ab Hebræis non in numero Prophetarum ponitur, ſed agiographorum. Diuidunt enim Hebræi vetus teſtamentum in quatuor partes, primam appellãt legem ſcilicet quinque libros Moyſis complectentem, ſecundam Prophetas vocant, ſub hac comprehendentes librum Ioſue, primum librũ iudicum ſecundum, cum hiſtoria Ruth, tertium ponentes primum & ſecundum regum Samuel intitulantes, quartum tertium, & quartum libros regum quintum. Eſaiam ſextum Ieremiam ſeptimum, Ezechielem, octauum volumẽ duodecim Prophetarum minorum. Tertiam partem veteris teſtamenti nuncupant agiographa, ideſt ſancta ſcripta quæ authentica habentur: & ſunt nouem ſcilicet Iob, Pſalterium Dauid, Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſtes eius, & Canticum canticorum, Daniel, Paralypomenon, primus & ſecundus Eſdras, duos habens libros, Heſter. Et ſic in totum viginti duos ponunt authenticos. Quartã partẽ appellãt apochrypha. ſ. librum ſapiẽtiæ, Eccleſiaſticũ, Thobiæ, Iudith, & Machabeorum & ſecundum. Eccleſia ſancta tamẽ etiam Apochrypha recipit vt vera, vt patet diſtin. 15. ſancta Romana & vt vtilia & moralia veneratur, etſi in contentione eorum quæ ſunt fidei non vrgentia ad arguendum. Reuertendo ad Iob ſciendum primo quòd aliqui dixerunt & male Iob non fuiſſe in rerum natura: ſed iſtam hiſtoriam eſſe parabolam cõfictam, vt thema diſputationis de diuina prouidẽtia. Sed beatus Tho. in expoſitione ſuper Iob hoc reprobat, per hoc quòd connumeratur aliis qui fuerunt in mundo. Dicitur enim. Ezech. 14. Si fuerint Noe & Iob & Daniel iſti tres viri in medio eius ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. & Iacob. 5. dicitur patientiam Iob audiſtis &c. Fruſtra autem proponeretur nobis in exemplum patientiæ Iob, ſi non fuiſſet in rerum natura, non ergo de hoc dubitandum. Secundo dubitatur quis fuerit iſte Iob, & de quo genere. Et aliqui quidem dicunt deſcendiſſe ab Eſau, aſſerentes eſſe illum de quo di. 1. Paral. 1. Mortuus eſt Bale & regnauit pro eo Iobab filius Sarę de boſra. Huius opinionis fuit Iſid. in lib. de ortu & obitu ſanctorũ, vbi ait Iob filius Sare de boſra rex Idumeorũ quartus poſt Eſau ſucceſſor Bale filij Beor in regno. Idem Polycratus. Hie. autem in Hebraicis quæſtionib. videtur dicere quòd Iob deſcenderit à Nachor fratre Abrahæ ex Melcha vxore eius. Dicitur enim quòd de Nachor natus eſt filius nomine Hus, de cuius ſtirpe Iob deſcendit vnde dicitur in principio huius libri, Vir erat in terra Hus vnde & Iſido. dicit Iob adæquatum eſſe Moyſi id eſt quòd fuerit quaſi eo tempore quo Moyſes. Tertio dubitatur quis compoſuerit librũ Iob. Ad quod quidam dicunt fuiſſe Moyſem referentem geſta illius ſancti viri. Alij vnum alium ex Prophetis non determinantes quem, alij Salomonem vel amicos Iob: cæteri ipſum Iob, & iſta eſt communior opinio quã ſequi videtur Greg. Papa di. arbitrari verius poſſumus, quòd idem Iob, qui certamina ſpiritualis pugnæ ſuſtinuit, etiam conſummatæ ſuæ victorię geſta narrauit. Sed idem in prin. Moral. ait. Quis hæc ſcripſerit valde ſuperuacue quæritur. cum autor huius libri ſpiritus ſanctus fideliter credatur, ſicut etiam qui noſcet literas aliquas eſſe regis inaniter quæreret, quo calamo ſcriptæ fuerint. Et ſic apparet de cauſa efficienti principali ſcilicet Deo, & ſecundaria ſcilicet Iob. Cauſa autem finalis eſt ſecundum Thom. ſuper Iob in princ. ad oſtendendum qualiter res humanæ diuina prouidentia reguntur. Cuius opinio maxime contraria humano generi eſt nociua, nam, ſublata diuina prouidentia, nulla apud homines Dei reuerentia, aut timor cum virtute remanebit. Hanc peſſimam opinionem ſecutus eſt Epicurus ſecũdum Lactantium in lib. inſtituit eam, & multi qui ſibi ſapiẽtes videntur ſectantur, dicentes omnia in hominibus euenire vel à caſu, niſi quantum humana prouidentia & conſilio reguntur, vel à fato neceſſitante id eſt conſtellationibus cœli. Vnde eorum qui diuino ſpiritu ſapientiam conſecuti ſunt: fuit pręcipuum ſtudium hanc falſam opinionem remouere à cordibus hominum. Et hoc fit in lib. Iob. Oſtenditur enim per probabiles rationes res humanas à diuina prouidentia regi. Id autem quod præcipue videtur impugnare res humanas diuina regi prouidentia eſt afflictio iuſtorum. Nam quòd bona malis eueniant, & ſi irrationabile primo aſpectu appareat, & prouidentiæ contrarium, tamen habere poteſt aliquam excuſationem ſcilicet ex miſeratione diuina. Sed quòd iuſti affligantur ſine cauſa videtur totaliter ſubruere prouidentiæ fundamentum. Proponitur ergo ad quæſtionem intentatam quaſi quoddam thema multiplex & grauis afflictio ſanctiſſimi Iob, & amici quidam Iob eum viſitantes credebant quidem diuinam prouidentiam circa res humanas: ſed in hoc multum errabãt, quia exiſtimabant totam retributionem bene vel male geſtorum hîc haberi, ſeu à Deo conferri, non in alia vita, & per conſequens afflictiones ſolum ex culpa homines ſuſtinere: & proſperitatem ex benefactis haberi: & hinc arguebant Iob fuiſſe malum & hypocritam, & propter peccata ſua fuiſſe ita afflictum: quorum dicta, bis à ſingulis eorum explicata Iob reſpondens confutauit, oſtendens eſſe aliam retributionem operum quam in præſenti, & ipſum non ex culpa fuiſſe flagellatum. Eius rationibus non valentib. amicis reſpõdere amplius, vtpote conuictis: alius ibi præſens Heliu iunior cæteris locutus eſt, reprehendens etiam tres amicos Iob eo quòd non amplius poterant eum arguere: & ipſum Iob ex eo quod viſum eſt ei in ſua locutione Deum iniuſte eum iudicaſſe & flagellaſſe: quod tamen non fecerat. Demum dominus determinans diſputationem & Heliu repræhendit de ſua opinione eo quòd iniuſte Iob condemnaſſet, vt maleſentientem de Dei iuſtitia: & Iob redarguit, quòd ita locutus eſt, quòd illis dediſſet occaſionem iudicandi de Deo, quòd male conſentiret de Dei iuſtitia tanquam ſi iniuſte flagellaſſet. quod tamen ea intentione non dixit, ſed ſolum volens oſtendere, quòd ex culpis ſuis non fuerat flagellatus, ſed ad exercitium virtutis, ſicut erat. Contra amicos autem Iob iratus eſt, quia male ſentiebant de cauſa afflictionum, vnde & Iob & ſimulatorem & iniquum appellauerant: mãdando eis in ſatisfactionem vt offerret certum ſacrificium: vt patet in fi. Quia enim humana ſapientia non ſufficit ad veritatẽ diuinæ prouidentię comprehendendam, ideo neceſſarium fuit, vt dicta diſputatione de prouidentia diuina authoritate terminaretur, quòd incipit fieri in capitul. 38. vbi dicitur Reſpõdens dominus de turbine &c. Interrogat

Marginal notes: Hie. in ep. ad Paul. — Diuiſio ſacræ ſcripturæ cuius memi nit D. Hi. in prol. 61. Leo. & Iſi. li. 6. Etym. — Et hæc quæ appellatur apocrypha plenam etiam ad redarguẽdas hæreſes ſortita ſunt authoritatem. vide Con. Tri. ſeſſ. 4. — D. Tho. in prol. ſup. Iob. — Iob. an fuerat. — Iſid. lib. de patribus vet. teſt. — Hieron. in qõ. Heb. ſup. Gen. cap. 22. — Moyſes & Iob coæui fuerunt. — Greg. cap. 2. præfat. — A.M. 3363. — D. Thom. in prol. — Lact. lib. 1 inſt. ca. 2. — Prouidẽtiam diuinam opinio tollẽs pernicioſiſſima, vide Cic. in 1. de natu. Deo. — Scopus libri Iob, & totius libri argumentum.

Section letters: A, B, C, D, E, F.

A.M. 3363.

A dominus Iob de diuinis effectibus in dicto cap. vbi dicit. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ. &c. qui effectus humanis ſenſibus præſto ſunt, quos cum homo ignorare oſtenditur, multomagis conuincitur ſublimiorum ſcientiam non habere, vt de prouidentia Dei. Et interrogat de elementis & cœlis & creaturis quæ ſunt in eis. Et inde dominus arguit Iob oſtendendo excellentiam Dei ſuper homines, cuius iuſtitiæ & bonitati comparata omnis humana iuſtitia, iniuſtitia videtur. Cuius autem excellentia manifeſtatur in effectibus, quos operatur in hominibus bonis & malis, & in diabolo, de quo B multa loquitur, de proprietatibus behemoth id eſt elephantis & leuiathan id eſt cete. vt Iob. 40. Cauſa igitur quaſi materialis eſt hiſtoria qua narratur primo proſperitas Iob in ſubſtantia, familia, & poteſtate. Exinde aduerſitas ex amiſſione omniū prædictorū & morte filiorum & etiam ſanitatis vno tēpore, improperium vxoris, & poſtea amicorum ad conſolandum viſitantium. Et in omnibus his non peccauit Iob nā cum maledixit diei ſuo: locutus eſt non ſecundum deliberationem rationis, ſed ſecundum motum ſenſualitatis horrentis talem afflictionem, & abominantis ea ex quibus in illam inciderat C ſcilicet natiuitatem & conceptum, quæ quia fiunt in die vel nocte dicuntur mala: non ratione temporis, ſed ratione euentus in ea, ſicut Apoſtolus dicit; Dies mali ſunt, ſicut etiam ſapiens medicinam amaram etſi ſanatiuā in guſtando ſecūdum appetitum ſenſualem diceret malam & maledictam ratione amaritudinis, quam in ea ſentiret quamuis ſecūdum rationem iudicet bonam. Non peccauit etiam recitando bona opera ſua vt patet 31. ca. quia non fecit ad iactantiam, ſed ad refouendam fiduciam in Deum, ne laberetur in deſperationem inter tot aduerſa: De-D mum ponitur reſtitutio proſperitatis Iob ex duplicitate quoad ſubſtantiam, non autem quoad filios in numero, ſed in virtute: quia poſtmodum ſeptem filios habuit: & tres filias ſicut habuerat pulcherrimas: & ei ſanato addita vigoroſitas, vnde & vixit poſtea annis centum quadraginta. Et hoc ad innuendum quòd diuina prouidentia etſi promittat bonos hîc & ſine culpa eorum affligi: copioſe tamen poſtmodum remunerat in alia vita, quæ ſemper durat. Ponitur autem huius Iob gentilis hiſtoria inter geſta ſanctorum patrum, veteris & noui teſtamenti in exemplum omnimodę patientiæ & maximę ſapien-E tiæ de Dei prouidentia: & omnis perfectionis iuſtitiæ & in figurā Chriſti & Eccleſiæ, vt declarat Gregorius exponendo allegorice & moraliter. Tho. autem literaliter & mirabiliter. Et hoc ad rememorandum, quòd non eſt acceptio perſonarum apud Deū, ſed in omni gente, qui timet Deum acceptus eſt illi, vt dixit Pet. Act. 10. Secundo ad confuſionem malorum fidelium & acuēdū ſtimulum iuſtorum in bonis agendis. Si enim gentilis ſola lege naturali aſtrictus, ita perfecte vixit, quanto magis hoc agere debet filius qui liber adiutus lege Moſaica & Euangelica. Tertio, vt quia Chriſtus pro omnibus ſaluandis F erat venturus Iudæis & Gentilibus decuit ab omni genere Iudæorum & gentilium prænuntiari & figurari. Cauſa formalis libri eſt modus tractandi, qui eſt narratiuus & diſputatiuus. Et vt dicit Hieron. Proſa incipit verſibus labitur ab eo ſcilicet loco, pereat dies, vſque ad illud: me reprehendendo cap. 40. poſtea in proſa terminatur. Nam & [a] verſus haberi in libris Hebræorū, vt in Pſalterio, Iob & Threnis aſ-

Iob quomodo nō peccauit.

Ad Eph. 5.

Quare Iob gentilis hiſtoria in libris ſacris ponitur.

Hieron. in Prol.

Verſus habentur in Hebraico

ſerunt Euſebius & Orig. & alij. Sed in tranſlatione facta ab Hiero. de Hebraico vel Chaldaico in Latinum, non ita potuerunt ſeruari metra, ſed ad proſam omnia deducta. vt patet.

A.M. 3363. Euſ. in lib. 11 præpar. Euā.

a Nemini profecto dubium eſt librum Iob, Pſalmos, prouerbia Eccleſiaſten, Cantica canticorum & Threnos præter innumerabilia Cantica & verſus qui in reliquis ſacræ ſcripturæ libris reperiuntur, metro conſtare: ſed illorum ſcandendi ratio ſicut & Odarum Pindari & ſimilium poetarum iamdiu intercedit. Geneb.

§. XIII.

QVIA Hiſtoria Thobiæ fuit ante captiuitatem & tranſlationem Iudæ in Babyloniam, quia tempore Acham & Ezechiæ, ideo eam breuiter reſumemus. Thobias iſte fuit de tribu Neptalium & in Galilæa habitans pene ſolus in Iſrael legem obſeruabat. Ductus autem in captiuitatem in Niniuem cum pluribus à Salmanaſar rege Aſſyriorum ibi ſe C exercebat in operibus miſericordiæ multipliciter. Mortuiſque ſepulturam exhibebat. Cui vna dierum requieſcenti ad parietem, inclinato ſtercora hirundinum deſuper decidentia oculos eius excæcauerunt. Nec tamen ex hoc contriſtatus eſt ex probratione autem ei facta ab vxore Anna, & filia Raguelis contumelia ab vna ex ancilla, quam repræhenderat de occiſione ſeptem eius coniugum, ambo cōtriſtati orauerunt dominum. Et orationibus eorum exauditis, miſſus eſt Raphael ad curandum vtrumque. Thobias credens ſe exauditum, vt moreretur inſtruxit filium ſuum etiam Thobiam, de vitiis ca-D uendis, & bonis præcipue eleemoſynis faciendis. [Cumque à filio ſibi à Gabelo qui in Rages Medorū habitabat deberi pecuniam indicaſſet, & filius viam ſe neſcire qua illuc itur, profeſſus eſſet.] Apparens Raphael Angelus in forma viatoris ductus ad Thobiam patrem & interrogatus de nomine ſuo dixit ſe eſſe Azariam, offerens ſe ad ducendum filium ſuū in Rages Medorum ad Gabelum & reducendum. In via poſitis cum iuxta flumen Tigrim Thobias pedes lauaret; piſcis egreſſus eſt ad deuorandum eum. Sed ad iuſſum Raphaelis eductum occidit, carnes eius aſſauit ad comedendum in via: cor, fel, iecur, re-E ſeruauit pro medela. Et ſuaſit Angelus, vt hoſpitarentur penes Raguelem propinquum, vt filiam eius Saram acciperet in vxorem. Raguel autem ſuſcepit eos lætanter. Et poſtquam cognouit Thobiam Angelo manifeſtante, demum petenti filiam eius in vxorem, timens ad ſuaſum Angeli eam dedit. Celebratis nuptiis Thobia in camera ponente de iecore piſcis ſuper prunas, Raphael religauit dæmonem nomine Aſmodæum qui ſuffocauerat ſeptem maritos, (quos habuerat Sara) in deſerto. Et tribus noctibus ſteterunt in oratione: quarta autem conſummauit matrimonium, & diabolus nocere non potuit. F Thobias miſit Raphaelem ad Gabelum in Rages ad repetendum pecuniam mutuatam. Et reddita pecunia debita conduxit Angelus eum ad nuptias Thobiæ. Cum autem moram facerent in redeundo, mater Thobiæ Anna inconſolabiliter deflebat. & Thobias cæcus confortabat eam. Demum valefaciens Ragueli, iter arripuit Thobias cum vxore accepta Sara & Raphaele. Præcedens autem.

Thobiæ hiſtoria ſumma Tho. 1.

A.M. 3363.

autem Thobias citius aliis cum Angelo applicuit domum. Cui occurrit obuiam pater cæcus, & ſumēs de felle piſcis ac ponens ſuper oculos eius illuminauit eum, ſuperuenientibuſque aliis benedixerunt Deum conuiuantes. Thobias minor recolens patri beneficia Raphaelis ſuaſit patri vt medietatem omnium bonorum ſuorum ei offerret, quem hominem exiſtimabat. Sed tunc Angelus ſe manifeſtauit inducens eos ad gratias agendum & diſparuit benedicentibus illis Deū. Prophetia ponitur ipſius Thobię qua multa prædixit de Eccleſia, vltimo ponitur quòd vixit centum & duobus annis, quinquaginta ſex annorum erat cum cæcus eſt effectus, ſexagenarius cum illuminatus eſt, prædixit deſtructionem Niniue imminere, quòd non ibi manerent.

§. XIIII.

Externa temporib. Regum Iudæ.

VT continuemus hiſtorias regum Iuda & Iſrael non omiſſis geſtis gentilium nunc breuiſſime reſumemus geſta notabilia, quæ illorum temporib. diuerſis acciderunt. Et primo de Sibyllis dicit Iſid. in 8. Ethym. 8. Sibyllæ dicuntur generaliter omnes fœminæ vates lingua Græca. Nam σιὸς Eolico ſermone Deus: βουλὴν Græci mentem nuncupant. Vnde Sibylla quaſi Dei mens. Proinde igitur, quia diuinam voluntatem hominibus interpretari ſolebant, Sibyllæ nominatæ ſunt. Sicut enim omnis vir prophetans vates vel propheta dicitur: ſic omnis fœmina prophetans Sibylla vocatur: quod nomen ex officio, nō ex propriate eſt vocabuli.

Sibillæ vnde dictæ ex Varrō. vt eſt apud lactan. li. 1. cap. 6.

Decē fuerunt Sibyllę. Ex Var. Aug. de Ciuit. li. 18. c. 23. & Lac. lib. 1. ca. 6.

Decem autem Sibyllæ à doctiſſimis authoribus eſſe traduntur: quarum prima Perſica fuit, ſecunda Libyſſa, tertia Delphica in templo Delphici Apollinis nata, quæ ante Troiana bella vaticinata eſt, cuius plurimos verſus operi ſuo Homerus inſeruit, quarta Cumea in Italia, quinta Erythræa nomine Hierophyla in Babylone orta quæ Græcis Ilium petentibus vaticinata eſt, perituram eſſe Troiam: & Homerum mendacia ſcripturum. Dicta eſt autem Erythræa, quia in eadem inſula eius carmina inuenta ſunt. Sexta Samia, quæ Samanæa dicta eſt à Samo inſula, vnde fuit cognominata, ſeptima Cumana, nomine Amalthea: quæ nouem libros attulit Tarquino Priſco, in quibus erant decreta Romana deſcripta. Ipſa eſt & Cumæa, de qua Vergil. ait. Vltima Cumæi venit iam carminis ætas. Dicta eſt autem Cumæa à ciuitate Cumis quæ eſt in Campania, cuius ſepulcrū in Sicillia adhuc manet. Octaua Helleſpontiaca in agro Troiano nata [quæ ſcribitur Solonis & Cyri fuiſſe temporib. Nona Phrygia, quæ vaticinata eſt Ancyre. decima Tibure nomine Albunea, quarū omnium carmina & feruntur & habentur,] in quibus de Deo, de Chriſto & de gentibus multa ſcripſiſſe manifeſtiſſime comprobatur. Celebrior autē & nobilior Erythræa inter cæteras perhibetur, quam nōnulli vaticinatam ferunt cum Roma condita eſt, & tunc rex erat in Iuda Acham, vel ſicut alij computāt Exechias filius eius. Ad idem Hiero. contra Iouinia. Quid referam Sibyllas Erythræam & Cumanam & octo reliquas: quarum inſigne virginitas eſt & virginitatis prætium diuinatio. Lactan. quoque in lib. inſtit. facit mentionem de ipſis, & ponit multa earum dicta in Græco & Latino: quæ Augu. in 18. de ciui. Dei. cap. 23. colligendo refert. Vbi expreſſe fit mētio de vno Deo colendo omnium creatore de ipſo incarnato, & eius paſſione, morte, & reſurrectione.

Erythræa Sibylla celebrior cæteris. Hier. lib. 1. aduer. Io.

Lac. li. 4. c. 18. & lib. 1. cap. 6.

A Ponuntur etiam & viginti ſex verſus ipſius Sibyllæ exprimentes apertiſſime finale iudicium. Quorum verſuum & primas literas aſſumendo & coniungendo ex eis reſultant hæc verba. Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator. Sic autem incipiunt verſus.

Iudicij ſignum tellus ſudore madeſcet,
E cælo rex adueniet per ſæcla futurus:
Scilicet in carnem præſens vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent incredulus atque fidelis.
Celſum cum ſanctis, æui iam termino in ipſo.
B *Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipſe.*
Cum iacet incultus denſis in vepribus orbis.
Reiicient ſimulacra viri, cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis pontumque polumque
Inquirens, tætri portas effringet Auerni.
Sanctorum, ſed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur. ſontes æternaque flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tunc quiſque loquetur
Secreta, atque Deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus omnes.
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris.
Soluetur cælum, lunaris ſplendor obibit.
C *Deiiciet colles, valles extollet ab imo.*
Non erit in rebus hominum ſublime, vel altum.
Iam æquantur campis montes, & cærula ponti.
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni.
Sed tuba cum ſonitum triſtem dimittet ab alto.
Orbe, gemens facinus miſerum, varioſque labores:
Tartareumque Chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram hic domino reges ſiſtentur ad vnum.
Decidet à cælo ignisque & ſulphuris amnis.

Aug. ibid.

In his verſibus Latinis de Græco vtcunque traſla-
D tis, ibi non potuit ille ſenſus occurrere, qui fit, cum literæ, quæ ſunt in eorum capitibus conectuntur, vbi υ litera in Græco poſita eſt, quia non poterunt latina verba inueniri quæ ab eadem litera inciperent, & ſententiæ conuenirent. Hi autem ſunt verſus tres quintus & decimus octauus & decimus nonus. Denique literas quæ ſunt in capitib. omnium verſuum connectentes, horum trium quæ ſcriptæ ſunt non legamus, ſed pro his literam υ tanquam in eiſdem locis ipſa ſit poſita recordemur. Et exprimitur in verbis quinque. Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator, vt dictum eſt ſupra: ſed cum Græcè non Latinè hoc di-
E citur. Hæc autem Sibylla ſiue Erythræa ſiue vt quidam magis credunt, cum ita nihil habet in toto carmine ſuo, cuius exigua iſta particula eſt, quod ad Deorum falſorum ſeu fictorum cultum pertineat, quinimmo ita etiam contra eos & contra cultores eorum loquitur, vt in numero eorum deputanda videantur, quæ pertinent ad ciuitatem Dei. Inſerit etiam Lactantius operi ſuo quędam de Chriſto vaticinia Sibyllæ, quamuis non exprimat cuius.

a Acroſtichis Sibyllæ, quam M. T. vidiſſe ſe ſi-
F *gnificat in 2. de Diuin.) habetur Græcè apud Euſeb. in oratione Conſtant. ex cuius litteris initialibus apud Græcos hæc colliguntur.* ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρὸς, *id eſt Ieſus Chriſtus Dei filius crux, vt intelligas Crucem, quam hodie hæretici paſsim euertunt, ab ipſis Sibyllis quæ Chriſti myſteria manifeſtarunt fuiſſe decantatam.*

A.M. 3363.

A.M. 3363.

A Sed quæ ſigillatim poſuit ego arbitratus ſum cõiunctim eſſe ponenda: tanquam vnum eſſe prolixum, quæ ille plura cõmemorauit & breuia, In manus iniquas inquit infideliũ poſtea veniet. & Dabũt Deo alapas manibus inceſtis, & impurato ore expuent venenata ſputa. Dabit vero ad verbera ſimpliciter ſanctum dorſum: & colaphos accipiens tacebit ne quis agnoſcat quo verbum vel vnde venit, vt inferis loquatur & corona ſpinea coronetur. Ad cibum autem fel & ad ſitim acetum dederũt, in hoſpitalitate hanc monſtrabunt menſam. Ipſa enim inſipiens gens, tuum Deum non intellexiſti: ludentem mortalium mentibus: ſed ſpinis coronaſti: & horridum fel miſ- B cuiſti. Templi vero velum ſcindetur, & medio die nox erit tenebroſa nimis in tribus horis, & morte morietur tribus diebus ſomno ſuſcepto. Et tunc ab inferis regreſſus ad lucem lætam veniet, primus reſurrectionis principio reuocatus oſtenſo. Iſta Lactan. carptim per interualla diſputationis ſuæ: ſicut ea poſcere videbantur quæ probare intenderat, teſtimonia Sibillina adhibuit: quæ nos nihil interponentes: ſed in vnam ſeriem connexa ponentes: ſolis capitibus, ſi tamen ſcriptores deinceps ea ſeruare non negligant, diſtinguenda curauimus. Nonnulli Erythræam Sibillam: non Romuli ſed belli Troiani C fuiſſe tempore ſcripſerunt. Hæc omnia Auguſt. in li. 18. de ciui. Dei. cap. 24. Vbi etiam notandum quod ait Auguſti. libr. contra Manichæos. Si quid veri de Deo Sibilla aut Orphæus, cæteri vigintilium vates, aut Philoſophi prædixiſſe perhibentur, valet quidem ad Paganorum vanitatem reuincendã, non ad illorum auctoritatem complectendam. Quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem Angelorum & confeſſionem dæmonum: tantum inter authoritatem prophetarum, & curioſitatem ſacrilegarum ſcripturarum. diſt. 37. ſi quid. & Hieron. diſt. c. qui de menſa ait. Si quando cogimur literarum ſæ- D cularium recordari, & aliqua ex his dicere quæ olim omiſimus: non noſtræ voluntatis eſt: ſed (vt ita dicam) grauiſſimæ neceſſitatis: vt probemus ea, quæ à ſanctis prophetis ante multa ſæcula prædicta ſunt, tam Græcorum quam Latinorũ & aliarum gẽtium libris contineri. Hæc ille. In Chron. quoque quod & refert beatus Thom. ij. ij. reperitur quod tempore Conſtantini Imperatoris, nõ primi, ſed eius qui imperauit cum ſua matre Irene, repertum eſt in quodã ſepulchro cuiuſdam gentilis ante Chriſti incarnationem defuncti, in quadam lamina, quæ erat ad ca- E put eius hoc ſculptum. Chriſtus naſcetur de virgine Maria & credo in eum. O ſol & iterũ me videbis tẽpore Irene & et Conſtantini. Et Aug. quoque 22. de ciui. Dei. c. 27. ait. Singula quædam dixerunt Plato atque Porphirius quæ ſi inter ſe communicare potuiſſent, facti eſſent fortaſſe Chriſtiani. Plato dixit ſine corporibus animas in æternum eſſe non poſſe. Ideo dixit etiam ſapientum animas poſt quodlibet longum tempus, tamen ad corpora redituras quod etiã Verg. ex Platone accipiens ait & rurſum incipient in corpora velle reuerti. Porphyrius dixit animam purgatiſſimam cum redierit ad patrem, ad hæc mala F mundi nunquam eſſe redituram. At per hoc quod verum vidit Plato ſi dediſſet Porphyrio, etiam iuſtorum atque ſapientum purgatiſsimas animas ad humana corpora redituras. Rurſus quod verum vidit Porphyrius, ſi dediſſet Platoni, nunquam ſcilicet redituras ad miſerias corruptibilis corporis animas ſanctas: vt non ſinguli hæc ſingula: ſed ambo atque

Au. li. 13. cont Fauſtum c. 15.

Hier. in j. c. Daniel.

Diac. li. 23. Zona. li. 3. D. Tho 2. q. 2. a. rt. 7. ad 3.

Hoc ſepulchrũ Platonis fuiſti multi exiſtimarum.

Plato Porphirius quomodo poſſent eſſe Chriſtũ.

Alia prophetia cuiuſdam Sibylli.

A ſinguli vtrumque dicerent, puto quòd viderent iam eſſe conſequens: vt & redirent animæ ad corpora, & alia reciperent corpora in quibus beatè atque immortaliter viuerent, hæc ibi. Inueni etiam alia dicta cuiuſdam Sibyllæ: cuius nomen non inueni de Chriſto teſtificantis videlicet. Exurget mulier de ſtirpe Hebræorum nomine Maria, habens ſponſum nomine Ioſeph, & procreabitur ex ea ſine commixtione viri & de ſpiritu ſancto filius Dei nomine Ieſus, & ipſa erit virgo ante partum, & virgo poſt partum. Qui vero ex ea naſcetur erit verus Deus, & verus homo & adimplebit legem Iudæorum, & ſuam adiun- B get propriã, & permanebit regnum eius in ſęcula ſęculorum. Venietque ſuper eum vox dicens. Hic eſt filius meus dilectus: ipſum audite. Mortuorum reſurrectio erit: & claudorum curſus velociſſimus, & ſurdi audient, & cæci videbunt, loquentur non loquentes. Et de quinque panibus & duobus piſcibus multa hominum millia ſaturabuntur. Ventos compeſcet verbo, mareque furens ſe dabit, pedibus mare calcãs, ambulans ſuper vndas, infirmitatem hominibus ſoluens, repellens multos dolores.

Item alia Sibylla, quæ dicitur fuiſſe Erythræa ait, In vltima ætate humiliabitur Deus, humanabitur C proles diuinę: iungetur humanitati deitas, & iacebit in fœno agnus, & puellari officio educabitur Deus & homo. Eliget ſibi ex piſcatoribus & eiectis numerum duodenarium hæc illa. Au. x. de ciui. Dei c. 2. ait. Sępe multumque Plotinus Philoſophus aſſerit, ſenſum Platonis explanans, ne illam quidem quam credunt eſſe vniuerſitatis animam aliunde beatam eſſe, quã noſtrã, idque eſſe lumen, quod ipſa non eſt, ſed à quo creata eſt: & quo intelligibiliter illuminante intelligibiliter lucet. Dicit ergo ille magnus Platonicus animã rationalẽ aut potius intellectualis dicẽda ſit ex quo genere etiã immortali beatorũque animas D eſſe intelligit, quos in cæleſtibus ſedibus habitare nõ dubitat ſcilicet Angelos, non habere ſupra ſe naturã niſi Dei, qui fabricatus eſt mundum, à quo & ipſa facta eſt. Nec aliunde illis ſupernis præberi vitam beatam & lumen intelligentiæ veritatis: quam vnde prębetur & nobis: & hinc illos, vnde & nos fieri beatos obiecto quodam lumine intelligibili, quod Deus eſt illis: ſicut lunam ſolis obiectu illuminari putat. Item idem Auguſt, lib, c. cap. 29. ait de Porphyrio gentili: quem aſſerit nobiliſsimum Philoſophorũ: ſed acerrimum inimicum Chriſtianorum. Prædicãs patrem & eius filium quem vocat paternum intellectum ſeu E mentem & horum medium, quem putamus te dicere ſpiritũ ſanctũ, & more veſtro appellas tres Deos vbi & ſi verbis indiſciplinatis vtimini, videtis tamẽ qualitercunque & quaſi per quædam tenuis imaginationis vmbracula quo nitendum ſit] ſed incarnationẽ incommutabilis filij Dei, qua ſaluamur vt [ad illa quæ credimus peruenire poſsimus.] non vultis agnoſcere qui videtis vt cũque etſi de longinquo patriam, in qua manendum eſt: ſed viam, qua eundum eſt non tenetis. Confiteris tamen gratiam, quandoquidem per virtutem intelligentiæ ad Deum peruenire paucis dicis eſſe conceſſum, proculdubio F enim cum dicis conceſſum, Dei gratiam non hominis ſufficientiam confiteris. Et Platonis ſententiam ſequens: nec ipſe dubitas hominem in hac vita nullo modo ad perfectionem ſapientiæ peruenire, ſecundum intellectum tamen viuentib. omne quod deeſt, prouidentia Dei & gratia poſt hanc vitã poſſe compleri. Idem cap. 27. de Porphyrio ait. Veſtra

vt

A.M. 3363.

Hanc prophetiam D. Bernardinus habet 6. ſer. Alia Sibylla.

Porphyrius nobiliſſimus Philoſop. & Chriſtianorum inimicus.

A.M. 3363.

vt tuipſe ſcribis) oracula Chriſtum ſanctum & immortalem confeſſa ſunt. De quo etiam poeta nobiliſſimus, poetice quidem, quia in alterius adumbrata perſona veraſciter, tamē ſi ad ipſum referas dixit.

Te duce ſi qua manet ſceleris veſtigia noſtri.
Irrita perpetua ſoluet formidine terras.

§. XV.

De Lycurgo. Euſeb. in Chron.

TEMPORIBVS Ioas regis Iuda, qui fuit anno 182. & ab initio mundi anno termilleſimo [a] trigeſimo, ſecundum computationem breuiorem Lycurgus ſecundum Euſe. inſignis eſt habitus, qui iura Lacedæmoniis compoſuit. Hic vt refert Iuſti.lib.3. cum fratri ſuo Polybitæ regi Spartanorum ſucceſſiſſet: & regnare ſi vellet, potuiſſet, Charilao filio eius qui natus poſthumus erat: cū ad ætatē adultam peruenifſet regnum fide ſumma reſtituit vt ſcirent omnes quanto plus valerent apud bonos pietatis iura, quàm opes. Medio autem tempore dum cōualeſcit infans, leges inſtituit, ſed nihil ipſe lege vlla in alios ſanxit, cuius non ipſe documentum primus daret. Auri argentique vſum vt omnium ſcelerum materiam ſuſtulit, populo legendi ſenatum: vel creādi quos vellet magiſtratus poteſtatem permiſit, fundos omnium æqualiter inter omnes diuiſit: vt æquata patrimonia neminem potentiorem altero redderent. Conuiuari omnes publice iuſſit, ne cuiuſquā diuitię vel luxuria in occulto eſſet. Iuuenibus non amplius vna veſte vti toto anno permiſit: nec aliquem cultius quam alterum progredi: nec opulentius epulari. Emi ſingula, non pecunia, ſed compenſatione mercium iuſſit. Pueros puberes non in forum, ſed in agrum deduci mandauit, vt primos annos non in luxuria, ſed in opere & laboribus agerent. Nihil eos ſomni cauſa ſubſternere, & vitam ſine pulmēto degere, nec prius in vrbem redire, quā viri facti eſſent, ſtatui Virgines ſine dote nubere iuſſit vt vxores non pecuniæ cauſa eligerentur: ſeueriuſque matrimonia ſua viri coercerent: cum nullis frenis dotis tenerentur maximum honorem nondiuitum & potentum, ſed ſeniorū eſſe cenſuit: quare nunquā ſenectus locum in orbe terrarum honoratiorem habuit. Hęc & alia ſimilia quia ſolutis antea moribus dura videbātur, authorem eorum Apollinem Delphicum finxit, & inde ſe ea detuliſſe. Deinde vt æternitatem ſuis legibus daret: iureiurando obligat ciuitatem, nihil eos de his legibus mutaturos: priuſquam reuerteretur in patriam, & velle ſe iterum conſulere Apollinē quid addendum quid diminuendum his legibus videretur. Profectus eſt autem Cretam vbi voluntarium exilium perpetuo egit, ſed & moriens oſſa ſua in loculo plumbeo in mare abiici iuſſit. ne forte Lacedęmonem relatis putaret Lacedæmonii iuramento ſe ſolutos hęc Iuſtinus. Idem. Poſtremus Aſſyriorum regum fuit Sardanapalus, vir muliere corruptior, qui cum inuentus eſſet ab Arbacto Medorum præpoſito inter ſcortorum greges fœmineo habitu, purpuram colo nens: mollicie corporis & oculorum laſciuia omnes fœminas antecedens: penſa inter eas partiēs. Indignatus Arbactus tali fœminæ tantum virorum ſubiectum, bellum aduerſus eum commouit. Qui fugiēs, ſe recepit in regiam: vbi ſtructa & incenſa pyra ſe & ſuas diuitias ſuccendit: hoc ſolo imitatus virum

Lacedemoniorū inſtituta à Lycurgo edita.

Sardanapalus rex Aſſyriorū vltimus. Iuſt.lib.1.

a Beda, quem in computatione annorum hic ſequimur Ioam ad annum mundi.3111. ponit.

A Cicero de eo ait in Tuſcul. Sardanapalus ſepulcro ſuo inſcribi iuſſit.

Cic.5.Tuſ.

Hoc epitaphium Græcè ſic extat.

κεῖνα ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα καὶ σὺν ἔρωτι,
τέρπν', ἔπαθον, τὰ δὲ πόλλα καὶ ὄλβια πάντι λέλυπτα,
Hæc habeo quæ edi: quamque exſaturata libido
Hauſit, at illa iacent multa & præclara relicta.

Addit ibidem Cic. Quid aliud, inquit Ariſtoteles, in bonis non in regis ſepulchro inſcriberes: hæc habere B ſe mortuum dicit, quæ ne viuus quidem diutius habet fruebatur.

Victo ergo ab Arbacto Medo Sardanapalo: qui ſe ipſum (vt dictū eſt) cremauit: Arbactus trāſtulit Monarchiam ab Aſſyriis ad Medos ſecundum Vincen. & hoc, tempore Oſiæ regis Iuda. Fuerunt tamen & poſtea reges Aſſyrij ſine Monarchia potentes vſque ad deſtructionem Niniues, quæ videtur fuiſſe facta per Nabuchodonoſor regem Babylonis, cuius regnum omnino defecit in Balthaſar nepote ſuo, vel pronepote occiſo à Cyro & Dario. Et tunc exaltata eſt Monarchia Medorum & Perſarum, & ſecundum C hoc dicitur tunc inchoata: ſcilicet in ſua maxima potentia.

Hæc eadem dicit Iuſtinus lib.1.

§. XVI.

Hanc de Gyge fabulam M.T. ex Plat. in 2. de rep. ſumpſit.

ANNO Manaſſe regis Iuda decimotertio, in Lydia regnauit Gyges. De quo dicit Tullius in 3. de offi. quod cum eſſet regius paſtor, facta pro luuione imbrium deſcendit in quemdam hiatum terrę, vbi inuenit hominem quemdam mortuum, in equo æneo ſedentem, in cuius digito inuenit quemdam D annalem, per quem inuiſibilis factus, ſtuprum reginę intulit: & adiutrice ea regem dominum interimit. Helinandus de interfectione quidem domini ſui concordat & Iuſtinus cum Tullio, ſed de inuētione annulli nuſquam repperi ſcriptum alibi niſi in Amb. de of. qui hoc idem ex Cicerone retractat. Huius Gygis anno 5. Midas vel Mides cum apud Phryges regnaret, ſanguine tauri potato extinctus eſt. Hoc tempore Archilochus, Simonides, & Ariſtoxenus muſicus inſignes habiti ſunt. Dicit autem Vale.li.6. quòd libros Archilochi Poetæ Lacedęmonij aſportari ex vrbe iuſſerunt: quia parum pudicam eorum lectionē E arbitrabantur. Noluerunt enim liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingeniis prodeſſet. Itaque & maximum poetam: quia domum ſibi inuiſam obſcenis maledictis carminum lacerauerat exilio multauerunt. Idem Simonides poeta anno octuageſimo docuiſſe carmina, & in eorum certamen deſcendiſſe ſe gloriatur. Qui cum ad littus nauem appuliſſet: & corpus inhumatum iacens ſepeliſſet, admonitus ab eo ne proximo die nauigaret: in terra remanſit. Qui autem nauigare cœperunt fluctibus & procellis [in conſpectu eius] obruti ſunt ſunt. Anno Manaſſe: lib. Zaleuchus legi- F ſlator apud locros frequentibus præconiis celebratur. Hic vt refert Vale.lib.6. cum filius eius adulterio damnatus, vtroque oculo carere deberet: & tota ciuitas in honorem patris aliquandiu repugnaret: ad vltimū victus, ne lex ſua violaretur: ſuo prius, demū filij eruto oculo, viri que vſum videndi reliquit. Sicque mirabilis æquitatis temperamento ſe immiſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem patitus eſt

Amb.li. 3. off. cap 5. Eu. in Ch.

Vale lib. cap.3. Archilochi libri Athenis exuſti.

De Simonide poeta Val li.8. c.7. & 1. li. cap.7.

Zaleuch. legiſlator Val. lib.6, c.5.

A.M. 3363.

§. XVII.

De credulitate Phalaridis erga Peryllum.

REGNANTE Amon filio Manaſſe in Iuda Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrãnide depopulatur. Qui crudelis mente cõmentis crudelior, omnia nefarie in innocentes agens: inuenit aliquando quem iuſte puniret iniuſtus. Nam Peryllus quidam æris opifex, affectans tyranni amicitiam: aptum munus ratus crudelitatis illius taurum æneum fecit: cui adfabre ianuam è latere compoſuit quæ ad contrudendos damnatos receptui foret. vt cum incluſus ibidem ſubiectis ignibus torreretur· ſonum vocis extortæ capacitas concaui æris augeret, pulſuque ferali competens imagini murmur emitteret: nefarioque ſpectaculo mugitus pecudis: non hominis gemitus videretur. Sed Phalaris factum amplexus, factorem execratur, & vltioni materiam tribuit & crudelitati, nam ipſum opificem ſua inuentione puniuit. Hec Oroſius lib. 1.

Oroſ. li. 1. c. 20. Zeno Philoſo. 3. Val. l. 3. c. hæc Zeno ne Eleate commemorat.

Floruit ea tempeſtate Zeno Philoſ. qui patriam propriam egreſſus, in qua frui ſecura libertate poterat, Agrigentum miſerabili ſeruitute obrutum petit: tanta fiducia ingenij & morum ſuorum fretus, vt ſperauerit & tyranno, & Phalaridi mentis feritatem à ſe adimi poſſe. poſtquam demum apud illum plus conſuetudinem dominationis, quam conſilij ſalubritatẽ valere animaduertit: nobiliſſimos eius ciuitatis adoleſcentes cupiditate liberandæ patriæ inflammauit. Cuius rei enim iudicium ad tyrãnum manaſſet: cõuocato in forum populo torquere eum vario cruciatu quem cœpit: vt conſcios coniurationis aduerſus eum perderet. At ipſe neminem nominans increpare populum cœpit, qui conuenerat ad ſpectaculum, quare tyrannidem eius tandiu tolerarent: & adeo ſermonibus ſuis eos aduerſus eum incitauit, quòd eum lapidauerunt. Vale. tamen li. 3. de hoc Zenone aliter refert ſcilicet quòd cum à quodam tyrãno torqueretur, vt ediceret eum qui de eius morte tractaſſet: dixit ſe ſecreto velle loqui cum eo. Laxatus oculeo, aurem eius morſu corripuit: nec ante dimiſit, quam vita ipſe & ille parte illa corporis careret.

Val. ibidẽ hoc alteri eiuſdem nominis Philoſop. tribuit quamuis Laer. li. 9. eundem fuiſſe dicunt.

Sub Ioſia rege Iuda Arion fidicen Leſbius cum nauigaret habens copioſam pecuniam, & nautæ ipſum vellent occidere, ob eius ſubſtantiam habendam, nec ipſa eis oblata placare eos poſſet: rogauit vt ſaltem permitterent eum veſtibus indutum, in ſui ſolamen aliquandiu carmen canere caſus ſui conſolabile. Quo permiſſo cum voce ſublatiſſima fidibus caneret proiiciẽti ſe in mare delphinus magnæ molis inter vndas affuit dorſoque ſuo cadentem Arionẽ recepit: atque incolumen illum cum ornatu ſuo veſtium ad littus vſque deuexit: qui Corinthum veniẽs talem ſe Periandro qualis à delphino vectus fuerat obtulit, [eique] rem ſicut acciderat enarrauit: ſed rex minus credidit nautas vero cum de Arione interrogaret, illi eum ſanum pecuniaque florentem atque fortunatum [in Italia fuiſſe] reſponderunt. Inter quæ verba Arion cum ornatu & fidibus ſe oſtendit.

Arion fidicẽ Leſbi. Hero. li. 1. Ang. li. 16. cap. 19.

Thales Mileſius.

Eo tempore claruit Thales Mileſius primus phyſicus Philo. Anno Sedechie regis Iuda ſecundum Iuſti. lib. 43. condita eſt Maſſilia prope oſtia Rhodani amnis in remoto ſinu velut angulo maris à Phocenſibus Græcis. Ab his Galli vſum vitæ cultioris & agrorum cultus, & vrbes menſibus cingere didicerũt manſue factaque barbarie legibus non armis viuere & vitem ponere, & oliuam inſerere ſtuduerunt. De hoc etiam dicit Valer. libr. 2. A condita Maſſilia gladius ibi eſt: quo noxij iugulantur rubigine quidem exeſus: ſcilicet ad monumentum vetuſtatis. Ibi etiã ſeruatur venenum cicuta temperatum: quod datur ei qui cauſſas ſexcentis propter quas illi mors ſit expectẽda, exibuit eorum vrbem, nemo cum telo ingreditur. Maſſilienſium ciuitas ſeueritatis cuſtos acerrima, nullum aditum mimis dat in ſcenam: quorum argumenta ex parte maiore ſtuprorum continent actus: ne talia ſpectandi & audiendi conſuetudo, etiam imitandi licentiam ſumat.

Maſſiliæ conſtructio. Euſ. in Cron. Val. lib. 2. cap. 1.

A.M. 3363.

Milo Crotonienſis. Soli. ca. de homine.

Circa ea tempora comperitur fuiſſe Milo Crotonienſis: de quo ait Solinus quòd bouem vnũ in Olympico certamine per ſtadium portauerit in humeris: & eundẽ ictu manus interfectum victimam fecerit, & eo die non grauatus eundem totum comederit: & quòd victor omnium certaminum obierit.

Titulus quartus de quinta. mundi ætate.

¶ *De regno Nabuchodonoſor, & de Cyro rege Perſarum & aliis ſubſequentibus.*

CAP. I.

De quinta mundi ætate.

QVINTA ætas ortum habuit à captiuitate Iudæorum in Babyloniam & protenditur vſque ad Chriſti natiuitatẽ per dcxc. annos. In hac reperiuntur quatuor mundi Monarchiæ ſcilicet Aſſyriorũ, Perſarum ſeu Medorum, Græcorum, & Romanorum: quæ figuratæ fuerunt & oſtenſæ Danieli in quatuor animalib. de mari exeũtibus, & quatuor partibus diuerſæ materiæ ſtatuæ viſæ. Et ſecundam quidem monarchiã, & tertiam comprehendit ex integro, de quarta ſcilicet Romanorum tãgit initium. Nam hæc ætas quinta terminatur in Chriſti natiuitate, quæ fuit tempore imperatoris Octauiani. Monarchia autẽ Romanorum inchoata eſt in prędeceſſore eius Iulio Cęſare. Primæ autem ſcilicet Aſſyriorum finem continet. Nam etſi in Sardanapalo diminutum eſt dominium Aſſyriorum vt deſiſteret eſſe monarchia recedentib. Medis ab eorum dominio, remanſit tamen regnum adhuc. Poſtmodum à rege Medorum ſecundum Hie. tempore Ioſie deuaſtata eſt Niniue. Anno autẽ quinto euerſionis Hieruſalem deſcendit Nabuchodonoſor in Syriam interiorem, & obtinuit eam, & Moabitas, & Ammonitas ſubiugauit ſibi, & tãdem intrauit in Ægyptum, eamque ſubuertit, & regẽ qui erat in ea occidit, aliumque in ea conſtituens denuo Iudæos cum eo captiuos duxit vt ait Magiſter. Qui etiam dicit quod mortuo magno Nabuchodonoſor regnauit filius eius pro eo ſcilicet Nabuther, & ſic magnificatum eſt regnum Babyloniorum, quod tamen videtur includi in Monarchia Aſſyriorũ. Mortuo autem Nabuther regnauit pro eo Euilmerodach: qui trigeſimoſeptimo anno tranſmigrationis ſubleuauit caput in Ioachim regis Iuda de carcere, Non eſt hîc contrarietas, vt apparet, in eo quòd dicitur Euilmerodach trigeſimoſeptimo anno tranſmigrationis ſubleuauit Ioachim de carcere, & tamen infra dicitur quòd anno trigeſimo captiuitatis Iudaicæ occiſus fuit Balthaſar filius vel nepos Euilmerodach à Cyro & Dario, & capta Babylon: Nam iſte Ioachim de quo dicitur, fuit tranſlatus, & ductus in Babyloniam ante vndecim annos captiuitatis vltimæ, in qua ductus eſt Sedechias qui vltimo regnauerat vndecim annos in Hieruſalem.

Dan. 7. Dan. ca. 2. Quatuor mũdi monarchiæ.

Deſolatio Niniues. Hie. in Iõ. Comeſt. in hiſt. Capt. Hier. c. 4. Succeſſio regum Babyloniæ. Hiſt. ſcholaſt. Comm. in hiſt. Dan. ca. 5. Hũc Nabuther Magiſter vocat Nabuchodonozor.

Tradunt

A.M. 3363.

Tradũt quidam quòd Euilmerodach iſte, frater minoris Nabuchodonoſor in diebus eiectionis paternæ, quãdo conuerſus eſt in beſtiam, multa geſſit impiè: & patre reſtituto poſt ſeptennium in priſtinum ſtatum, accuſatus apud eum, miſit eum in carcerẽ, vbi erat Ioachim vſque ad mortem fratris ſui. Cumque regnare cœpiſſet, eleuauit Ioachim, quem ſociũ habuerat in carcere: timénſque ne pater reſurgeret, qui prius de beſtia redierat in hominem, conſuluit Ioachin, ad cuius ſuaſionem corpus patris effoſſum diuiſit in trecentas partes, & dedit eas trecentis vulturibus. Et ait Ioachim: Non reſurget pater tuus, niſi vultures redierint in vnum. Huic Euilmerodach ſecundum Ioſe. ſucceſſit filius dictus Negliſar, poſt quem regnauit Balthaſar. Euſe. tamen dicit: quòd poſt Euilmerodach ſucceſſit Balthaſar nil dicens de Negliſar. Hoc Balthaſar interfecto à Dario rege Medorum (qui Cyri regis Perſarum auunculus) Cyro Perſa (quem propter duo regna aſcenſorem bigæ, ſcilicet cameli & aſini vocant) deſtructum eſt regnũ Babyloniorum prout notant Xenophon, & Pompeius, & alij. Non autem legitur quãtum vnuſquiſque iſtorum quatuor ſucceſſorum magni Nabuchodo. ſcilicet Nabuther, Euilmerodach, Negliſar regnauerint: ſed non regnauerunt ipſi quatuor vt videtur niſi annos vigintiunum. Tantum enim temporis eſt à nono anno captiuitatis Iudaicæ quo Euſeb. ponit mortem Nabuchodonoſor primi vſque ad primum annum Cyri: in quo vltimus illorum quatuor occiſus eſt. Et in hac quinta ætate claruerunt multi prophetæ & poetæ, vt patebit, & multa præclara geſta narrantur de gentilibus: vt de regibus Perſarum & Medorum, de regno Alexandri magni, de bellis Romanorum. De populo autem Iudæorum tantum ea quæ pertinent ad reductionem eorum de Babylonia in Ieruſalem, & reædificationẽ ciuitatis & templi poſtea de regimine eorum, per Iudam Machabęum, Ionatham, & Simonem fratres ſacerdotes ſimul & duces populi, prout habetur in lib. Macha.

Ioſe. li. 10. ca. 12. anti. Euſeb. in Chron.

Xen. in Cyri pęd. & Pompeius quem Iuſtinus redigit in epit.

In 5. ætate quæ geſta ſunt.

§. I.

Perſici imperij initium.

ANNO igitur à mundi initio ter milleſimo quadringenteſimo quarto ſecundum [a] Hiero. & Euſeb. ſed ſecundum alios quater milleſimo quadrageſimoſexto, à captiuitate Iudæorum, vnde & quintæ ætatis. 30. Cyrus rex Perſarum ſubuerſo Medorum & rege Aſtyage, ac etiam regno Babyloniorum & rege Balthaſar, regnum ſeu monarchiam tranſtulit ad Perſas, quæ permanſit duo centeſimoſexto annis per ſucceſſiones duodecim regum Perſarum vſque ad Alexandrum magnum, qui deſtruxit monarchiam ipſorum Perſarum, occiſo Dario vltimo rege Perſarum, vt ait Vincen. in Spe. hiſto. lib. 4. in prin. Regnauit autem Cyrus annis. 30. Vbi ſciẽdum eſt quod Eſa. prophetauit de iſto Cyro per ducẽtos & decẽ annos antequã regnaret, cùm dicit. Hæc dicit dominus Deus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexterã, vt ſubiiciam ei gentes, & dorſa regum vertam &c. Eſa. 45. Vnde & anno quarto regni Ioatham regis Iuda, vt dicit Ioſephus. Iſte Cyrus ſecundum hiſtoriam ſchola. fuit nepos Darij ex ſorore, nepos autẽ Aſtyagis ex filia. Aſtyages enim vnicam habuit filiam Mandamẽ & vidit ſomnium quod de genitalibus filiæ oriebatur vitis: quæ totam

Aſtyages fuit vltimus rex Medorũ.

De hoc Cyro vide Iuſtinum lib. 1. lib. 11. anti. cap. 1.

Comm. in hiſt. Dan. cap. 17.

a Euſeb. in Chron. quem Hieron. eſt interpretatus hæc reducit ad annum quater milleſimum ſexcenteſimum trigeſimum.

A Aſiam occupabat, & accepit à coniectoribus ſe habiturum nepotem ex filia, qui dominus eſſet Aſiæ, & ipſum à regno expelleret. Quod timens dedit filiam ſuam vxorem Cambyſi militi plebeio, ne filius ex ea naſceretur nobilis & potens. Præterea filiam prægnantem acciuit, & natum ex ea filium cuidam principi arcanorum Harpago tradidit occidẽdum. Qui credens regnum tranſiturum ad filiam, filium ipſius veritus eſt occidere, & vni de paſtoribus regis tradidit in nemore exponendum. Qui cùm expoſuiſſet eum, & id indicaſſet vxori, quæ in diebus illis pepererat, ſupplicauit ei mulier vt paruulum ei B deferret alendum, & proprium pro eo exponeret. Cúmque paſtor rediiſſet ad puerum, inuenit canem ei præbentem vbera, & eum à feris & auibus defendentem. Cùm autem adduxiſſet eum ad vxorem, alluſit ei tanquam diu notæ. Vocauitque puerum Spacon, id eſt catulum. Spacos enim Perſicè canem ſonat. Qui cùm eſſet grandiuſculus à pueris ludentibus factus eſt rex eorum, & contumaces & inobedientes ſibi grauiter affligebat. Quod grauiter ferẽtes patres eorum, detulerunt ad regem querelam de filio paſtoris, quem cùm aduocaſſet rex, & argueret quòd pueros plagaſſet, ille intrepidus ſe vt re- C gem feciſſe reſpondit. Et admiratus rex, & quædam ſigna generis ſui in eo deprehendens, accito paſtore ſecretius rei veritatem agnouit. Verumtamen timor eius de nepte mitigatus eſt, exiſtimabat enim quod verbum cõiectorum de regno puerorum impletum eſſet, in regno. Et eidem cui prius commiſerat occidendum, commiſit alendum, non indicãs tamen eſſe niſi paſtoris filium, filium quidem illius ſecretarij ſui clanculum dedit ei ad comedendum: quia non obedierat ori eius, & poſtea idipſum indicauit ei: factum eſt autem vt Aſtyages traderet exercitum ſuũ illi ſecretario ſuo ad hoſtes expugnandos D ſcilicet Perſas, ipſe verò reſedit in Meda. Porrò ille non immemor maleficij regis, perſuaſit exercitui vt Spacum regem Perſidis ſibi eligerent, & cognominauit eum Cyrum, quod interpretatur hæres. q. d. licet reluctetur Aſtyages, hic tamen erit hæres. Quo facto timens Aſtyages, Darium conſobrinum adoptauit ſibi in filium. & collecto exercitu congreſſus eſt aduerſus Cyrum, & fugerunt perſæ. Vxores autem eorum & matres egreſſę ſunt ad eos, & detectis partibus pudendis ſuis aiebant eis. Vultis ne introire in vteros matrum, & renaſci? Hoc pudore excitati Perſæ rediẽrũt in hoſtes, & victus eſt Aſtyages. Cy- E rus autem magis ſe exhibuit illi nepotem quam victorem. Nam regnum Hircanorum dedit ei, Dario verò tanquam fratri matris ſuæ tradit regnum Medorum, tamen ſub certa ſpe reuertendi ad ipſum.

A.M. 3363.

Spacos lingua Perſica canis dicitur.

Cyrus adipiſcitur regnum Perſarum.

Anno primo regni Cyri Æſopus Delphis interimitur ſecundum Euſeb. Extant autem Æſopi fabulæ elegantes & famoſæ, quas Romulus quidam de Græco in Latinum tranſtulit, & ad filium ſuum Tyberinum dirigit ita ſcribens, De ciuitate Attica Æſopus quidam homo Græcus & ingenioſus famulos docet, quid obſeruare debeant homines, & vt vitam hominum oſtendat & mores inducit arbo- F res, aues, & beſtias loquentes, ſi legas inuenies compoſita ioca, quæ tibi miſceant riſum, & acuant ſatis ingenium. Vtrum autem ſit ille Æſopus occiſus à Delphis vel alius ignoratur inquit Vincen. ſpe. hiſt.

Æſopus Euſeb. in Chron.

§. II.

Babylonis occupatio & deſtructio.

DE captione & deſtructione Babyloniæ Oroſius libro 2. Cyrus cunctis contra quos ierat perdomitis

A.M. 5423. perdomitis, Aſſyrios & Babyloniam petit, gentem vrbémque cunctis opulentiorem. Sed impetus eius Gyndes fluuius ſecūdæ poſt Euphratē magnitudinis intercepit. Nam cum vnum regiorum equitum candore formáque excellentem transmeandi fiducia perſuaſum, qua per rapacem alueum offenſi vado vertices attolebantur, arreptum præcipatúmq; merſiſſet, Rex iratus vlciſci in amnem ſtatuit, conteſtās eum qui tam præclarum militem voraſſet, fœminis vix genua tingentibus permeabile relinquendum. Nec peragendo ſegnior perpeti, totis copiis anno per magnas conciſum deductúmque foſſas, in quadringentos & quadraginta alueos comminuit, eo opere prędoctis foſſeribus Cyrus Euphratem longe validiſſimum & mediam Babyloniam influentem deriuauit, ac ſic meabilibus vadis ſiccum etiam patentibus aluei partibus inter fecit. Cœpitq; vrbem, quam vel humano opere exſtrui potuiſſe, vel humana virtute deſtrui poſſe vtrunque pene incredibile apud mortales erat. Denique quicquid eſt opere vel manu factum labi & conſumi vetuſtate Babylon capta confirmat, cuius vt primum ac potentiſſimum imperium extitit, ita & primum ceſſit. Hiero. ſuper Eſa. lib. 5. exprimens magis particulariter nobilitatem & magnificentiam eius inquit, Babylonem fuiſſe potentiſſimam & in campeſtribus per quadrum ſitam, ab angulo vſque ad angulum muri ſexdecim millia paſſuum tenuiſſe ſimul per circumitum quadringenta octaginta quatuor ſtadia refert Herodotus, & alij multi qui Græcas ſcripſerunt hiſtorias. Arx autem id eſt capitolium illius vrbis & turris, quæ ædificata eſt poſt diluuium, in altitudine dicitur tenere tria millia paſſuum, paulatim de lato in anguſtias coarctata, vt pondus imminens facilius à latioribus ſuſtentetur. Deſcribunt ibi templa marmorea, aureas ſtatuas, plateas auro lapidibúſque pretioſis fulgentes, & multa alia quæ pene videntur incredibilia. Hoc totum narrauimus, vt oſtenderemus quod ad iram Dei omnis potentia puluis ſit, & fauillæ & cineri comparetur. Si liceret introire Barbaras nationes, & videre tantæ vrbis extrema veſtigia, videremus poſſeſſionem hæricij, & paludes aquarum, & vere eſſe completum quod Eſaiæ vocibus de ea canitur. Scopabo eam in ſcopa terens. Exceptis enim muris coctilibus, qui propter beſtias concludendas poſt annos plurimos inſtaurati ſunt omne in medio ſpatium ſolitudo eſt, hæc Hieron. Diuiſo igitur Euphrate longe à ciuitate à Cyro per plures riuos, vt alueum qui influebat in ciuitatem vadabilem faceret, per ipſum ingreſſi ſunt hoſtes ciuitatem ſub muro, vt dicit hiſto. ſchola. & interfectus eſt Balthaſar, cui ſucceſſit Darius in regnum anno natiuitatis quadrageſimoſecundo. Nam & Cyrus ei in omnibus tanquam maiori deferebat. Daniel autem qui ibi in Babylone erat, & prædixerat exterminiū ciuitatis, à Dario fuit ductus in Medorum regnū, & erat vnus de Satrapis qui præerant centum & viginti prouinciis, & cum Darius cogitaret præponere eum ſuper totum regnum, inuidentibus aliis accuſatus eſt ab eis, & miſſus fuit in lacum leonum, ſed Dei virtute liberatus, vt dictum eſt &c.

Capta eſt Babylonia à Cyro Perſarum. Hier. in c. 14. Babylonis deſcriptio. Arx Babyloniæ. Eſ. ca. 14. Mag. in hiſt. Dan. cap. 8.

§ III.

De ſeptē ſapientib.

CIRCA ea tempora captiuitatis Babylonicę fuerunt ſeptem mundi ſapientes nuncupati, quorum nomina ſecundum Helinādum ſunt hæc. [a] Thales Mileſius, Solon Athenienſis, Pyttaccus Mi- A tyleneus, Chilon Lacedæmonius, Cleobulus Lydius, Periander Corinthius, Bias Prieneus. De Thalete Mileſio dicit Auguſt. in 8. de ciuitate Dei. cap. 2. Duo philoſophorū genera traduntur. Vnum Italicum ex ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia appellabatur. Alterum Ionicum in eis terris, vbi & nunc Græcia nuncupatur. Italicum genus authorē habuit Pythagoram, Samium. Ionici vero generis princeps fuit Thales Mileſius vnus illorum ſeptem, qui ſapientes ſunt appellati. Sed illi ex vitæ genere diſtinguebantur quibuſdam præceptis ab bene viuendū accōmodatis. Iſte autē Thales vt ſucceſ- B ſores etiam propagaret, rerum naturam perſcrutatus, ſuáſque diſputationes literis mandans eminuit, maximéq; admirabilis extitit, quod aſtrologiæ numeris comprehenſis, defectus ſolis & lunæ etiam prædicere potuit. Aquam tamē putauit rerum principium eſſe, & hinc elemēta omnia mundis ipſúmque mundum & quæ in eo gignuntur exiſtere. Nihil autem huic operi quod mundo conſiderato tam mirabile aſpicimus, ex diuina mente expoſuit. Thaleti vero ſucceſſit Anaximander eius auditor, mutauitque de rerum natura opinionem. Non enim ex vna re, ſicut Thales Mileſius ex humore, ſed ex ſuis pro- C priis principiis quáſque res naſci putauit. Quæ rerum principia ſingularum credidit eſſe infinita, & innumerabiles mundos gignere, & quæcūnq; in eis oriuntur, eóſq; mundos modo diſſolui, modo iterum gigni exiſtimauit, quanta quiſque ætate ſua manere potuerit. Nec ipſe ſicut Thales aliquid diuinæ menti in his rerum operibus tribuens.

A.M. 5423. Nomina ſeptem ſapientum. De Thalete. Anaximander.

De Solone Vin. lib. 3. ſpe. hiſt. cap. 20. hoc refert. Solon aiebat, ſi in vnum locum mala ſua cuncti cōtuliſſent, futurū vt propria deportare domum, quam ex omni miſeriarum aceruo portionem ſuam ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos quę for- D tuito patimur, præcipue intolerabilis amaritudinis iudicare. Idem dicebat aliquid quotidie ſe diſcentem ſeneſcere. Hic moriens aſſidentibus amicis & ſermonem de quadam re inuicem conferentibus caput erexit. Interrogatus quare id feciſſet, reſpondit. Vt cum iſtud de quo diſputatis quicquid illud eſt percepero, moriar. Huius Solonis legitur eſſe illa elegans ſentētia. Fœlicitatis iudex dies vltimus eſt, & appellationis honorem ſapienti confirmat rogus. Tul. de ſenectute. Piſiſtrato tyranno à Solone reſponſum eſt, quærenti qua tandem re fretus ſibi tam audacter reſiſteret, ſenectute.

De Solone. Val. max. lib. 7. ca. 2. Cic. de ſen.

E De Pyttaco Vale. in 4. Pyttacus moderatione pectus inſtructum habuit, qui Alcæum poetam amaritudine odij & viribus ingenij contra ſe pertinaciſſimè vſum, tyrannidem à ciuibus delatam adeptus, tantummodo, quod in opprimendo poſſet, admonuit.

De Cleobulo. Magis inquit amicorum inuidiam, quam inimicorum inſidias debemus cauere. Illud enim apertum, hoc celatum eſt malum, nocendiq; fraus, quo non ſperatur potentior.

De Cleobulo. De Biāte.

De Biante. Vale. ait. Bias Prinæus, cum patriam F eius prienem hoſtes inuaderent, omnibus [quos modo ſæuitia belli incolumes abire paſſa fuerat] pretioſarum rerum pondere onuſtis fugientibus, interrogatus cur nihil de bonis ſuis ſecum ferret, reſpondit. Ego certe inquit bona mea omnia me-

a Thaletem ante captiuitatem, reliquos vero ſapientes captiuitate durante, floruiſſe ſcribit Auguſt. lib. 18. ciui. cap. 24. & 25.

cum

A. M. 3425.

cum porto. Pectore enim illa geſtabat, nō humeris, nec oculis viſendo, ſed animo æſtimanda, quæ domicilio mentis incluſa, manibus mortalium, labefactari nequeunt & vt manentibus præſto ſunt, ita & fugientes non deſerunt. Idem Bias Priæneus aiebat oportere ita homines in vſu amicitiæ verſari, vt meminiſſent eam ad graues inimicitias poſſe conuerti. Sed vt dicit Auguſt. de ciui. Dei, Valde mundus pauper erat & nudus ſapientia, quando ſolum ſeptē nominabātur ex vniuerſo, ſed & hi quoq; ſapientes mundi ſtulti facti ſunt, quia enim non habuerunt ſapientiam, ſcilicet veram Dei notitiam, perierunt propter ſuam inſipientiam.

Ibid. ca. 3. — Similem ſententiā habet Lac. lib. 4. cap. 5.

§. IIII.

Iudæis ad templum reædificādum data licentia.

a De licentia data Iudæis ad redeundem in Hieruſalem. Anno igitur primo Darij ſecundum Vin. ſpe. hiſt. lib. 4. cap. 13. Daniel orauit dominum vt Darius & Cyrus liberarent populum Iudæorum à captiuitate. Et data eſt ſententia de licentia redeundi dāda quam egreſſam à domino Gabriel nunciauit Danieli: diſponente autem Dario de licentia huiuſmodi danda, præuentus morte non impleuit. Poſt mortem vero Darij Cyrus monarchiam tenuit orientis, cuius ſedem poſuit apud Perſas, licet regnum Medorum maius eſſet & honorabilius, eo quod Perſarum in regem ſublimauerant. Itaq; cum vniuerſum regnū Medorum & Perſarum eſſet deuolutum ad eum, in huius regni anno primo ſuſcitauit dominus ſpiritum eius vt impleretur verbum Hiere. Et dedit libertatem omnibus qui erant in regno ſuo Iudæis, & licentiam redeundi in Iudæam & reædificandi domum domini. Excitatus autē fuit ex verbis Eſa. qui ante ducentos & decē annos ſcripſerat dominum de ipſo dicentem. Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram Eſa. 45. [vt ergo hāc mirificam ſcripturam impleret hanc ſcripturam libertatis & licentiæ traduxit in vniuerſum regnum ſuum ſicut] & in principio primi lib. Eſdræ dicitur. In anno primo Cyri regis Perſarum, vt cōpleretur verbum domini ex ore Hieremiæ ſuſcitauit dominus ſpiritum regis Perſarum & traduxit vocem in vniuerſo regno ſuo, etiam per ſcripturam dicens. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum. Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cœli, & ipſe præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Hieruſalem quæ eſt in Iudæa. Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius, Sit Deus cum eo, Aſcendat in Hieruſalem, qui eſt in Iudæa & ædificet domum domini Dei Iſrael. Ipſe eſt Deus qui eſt in Hieruſalem. Omnes reliqui vbicunq; habitant adiuuent eum de loco ſuo auro, argento, & ſubſtantia. Et ſurrexerunt principes patrum de Iuda & Beniamin, ſacerdotes & Leuitæ omnes quorum Deus ſuſcitauit ſpiritum vt aſcenderent ad ædificandū templum domini, quod erat in Hieruſalem. Rex quoq; Cyrus protulit vaſa tēpli domini quæ aſportauerat Nabuch. in Babylonē, & poſuerat ea in tēplo Dei [ſui Protulit autem ea Cyrus rex Perſarum] per manū Mithridatis, & numerauit ea Saſſabaſar principi Iudæ in totum vaſa aurea & argentea ſub diuerſis formis numero quinq; millia quadringenta, quæ

Comm. in hiſt. libro Dan. c. 17. ex I. Eſ. 1. & 3. ca. Hier. 29. — Eſdr. ca. 1.

a Sicuti tres fuerunt captiuitates Babylonicæ, ita tres reditus: primo enim aſcenderunt anno Cyri ſecundo duce Zorobabele, rurſum anno Aſſueri decimoquarto, denique Darij anno ſecundo: poſt quem, quatuor annis templum ædificauerunt. Geneb.

A. M. 3452.

A portata fuerunt in Hieruſalem ab his qui redierunt in Hier. Et in 2. c. Eſd. ponuntur principes familiarū cum familiarum numero, & in ſumma fuerūt quadraginta duo millia trecenta ſexaginta, exceptis ſeruis & ancillis eorum, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem, aſcendentes de Babylone in Hieruſalem cum mulis, equis, aſinis, & camelis multis. Verum quia fere omnes nati erant in Babylonia, & poſſeſſiones ibi habebant, eligebant manere in terra natiuitatis ſuæ. Qui vero aſcendere diſponebant pigri erant & moroſi vſque ad tertium annum Cyri. Quod cernens Daniel magis affligebatur B dolore, orans Deum vt qui dederat regibus animum liberandi, daret & populo animum redeundi. Et tunc oranti apparuit Angelus, qui narrauit de principe Perſarum & principe Græcorum ſibi reſiſtentibus, qui erant Angeli, vel mali ſecundū Hiero. vel boni ſecundum Greg. qui impediebant eorum liberationem & Michaele adiuuante ad eorum liberationem vt habetur Dan. 10. In tertio igitur anno Cyri regis Perſarum exhortante eos ad hoc Zacharia propheta, qui tunc in Chaldæa erat ſub Zorobabel duce & Ieſu magno ſacerdote, egreſſi de Babylone applicuerunt in Hieruſalem menſe ſeptiC mo, conuenientibus autem omnibus in Hieruſalem erecto vtcunque altari obtulerunt ſacrificia ſecundum legem vt habetur 1. Eſdræ. 3. & fecerunt feſtum tabernaculorum. Et hic tertius annus Cyri eſt annus ſeptuageſimus relaxandæ captiuitatis, quam prædixerat Hiere. Nam & Hiero. dicit primum annum Cyri fuiſſe ſeptimum vltimæ decadis. Vnde & tertius annus Cyri, eſt ſeptuageſimus relaxationis fiendæ. Cui conſonat Ioſephus. Et hæc opinio magis eſt certa & plurium authoritatibus ſancita inquit Vin. in ſpe. hiſt. Vbi notandum quod ſecunD dum iſtam computationem oportet quod anni ſeptuaginta captiuitatis de quibus prædixit Hieremias, incipiant computari ab anno Ioſiæ decimotertio ſub quo Hieremias cœpit prophetare & terminantur in primo anno Cyri. Sic enim computantur primo octodecim anni quibus regnauit Ioſias poſt prædictum decimum octauum annum. Secundo vndecim anni Ioachim quibus regnauit pater ſcilicet Ioachim ducto in Babyloniam. Tertio vndecim anni quibus regnauit Sedechias frater eius. Quarto nouem anni quibus poſt captiuitatem vltiE mam & deſtructionem Hieruſalem regnauit Nabuchodonoſor magnus. Quinto viginti & vnus anni quib. regnauerunt filij eius, & Balthaſar, quem occidit Cyrus & illo primo anno capta ab eo Babylonia & facta monarchia dedit licentiam Iudæis redeundi in Hieruſal. Qui numeri ſi ſimul iungantur conſtituunt ſeptuaginta vſq; ad annum primum Cyri, vel tertium ſecundum Hieron. Aliqui alij incipiunt computare annos captiuitatis in Babyloniam à tertio anno Eliachim id eſt Ioachim, & terminant eam in vigeſimo anno Cyri regis. Reſtaurationis vero templi ſub Dario filio Hyſtaſpis comF plentur ſeptuaginta anni deſolationis templi. Sed prima opinio eſt magis trita. Anno autem ſecundo, menſe ſecundo reuerſionis in Hieruſalem iecerunt fundamenta templi. Porro Samaritæ qui erant quaſi vicini indignati impediebant manus eorum. Cúmque per ſe impedire non poſſent, dederunt munera principibus regis, qui pecuniis corrupti, Cyro tamen ignorante adeo impedierunt eos, quod in triginta annis quibus Cyrus regnauit non eduxerunt muros templi, niſi vſque ad vmbilicum. Quantum autem

Dan. c. 10. — Hieron. in Dan. c. 10. — Greg. lib. 17. Mor. cap. 7. — Hier. 25. & 29. — Mag. in hiſt. ſcho. de reædif. tēpl. c. 18. — Anni captiuitatis vnde computandi & quomodo. — 1. Eſe. 3. & Mag. in hiſt. ſchol. de reædif. tēpl. c. 19. ad verbū.

A. M. 3425 autem ſuperuixerit Daniel poſt reditum populi in Iudæam neſcitur, defunctus autem ſepultus eſt in ſpelunca regali.

Captio Crœſi regis Lydorū omnium ditiſsimi.

Anno autem Cyri decimotertio Chræſus à Cyro captus eſt ſecundum Euſebiū in Chro. & Lydorum regnum, cuius erat rex, deſtructum eſt, quod ſtetit annis ducētis triginta & vno. Hæc fuit vltima Chræſi captio. Nam altera vice legitur fuiſſe à Cyro captus ſemel & iterum vnde Boet. Neſciebas Chræſum regem Lydorum Cyro paulo ante formidabilem, mox deinde miſerandum flammis traditum, miſſo cœlitus imbre defenſum. Quod de ſecunda eius captione intelligendum eſt, primo enim eum captum narrant Iuſtinus & Oroſius, ſed vita & patrimonio donatum. Deinde dicit Iuſtinus eum rebellaſſe. Dicit enim Oroſius. Cum Cyrus Babylonem oppugnaret, Chræſus rex Lydorum famoſus opibus, cum ad auxiliandum Babyloniis veniſſet, victus ſolicitè in regnum refugit. Cyrus autē poſtquam Babylonem vt hoſtis inuaſit, vt victor euertit, vt rex diſpoſuit, bellum tranſtulit in Lydiam, vbi conterritum iam ſuperiori prælio exercitum nullo negotio fudit, Chræſum cœpit, captum vita & patrimonio donauit. Quod autem Euſeb. in chron. ſcribit octauo anno Cyri Chræſum cōtra eum bellum iniiſſe, de illo bello accipitur, quo poſt captam Babyloniam iam ab illo captus vita & patrimonio donatus, poſtea rebellauit. De qua Cyri clementia Iuſti. ait, quod non minus victori quam victo vtilis fuit. Nam ex vniuerſa Græcia, cognito, quod illatum Chræſo bellum eſſet, auxilia velut ad commune extinguendum incendium confluebant. Tantus Chræſi amor apud omnes vrbes erat, quod paſſurus Cyrus graue bellum erat, ſi quid in Chræſum grauius conſuluiſſet. Alij hiſtoriographi narrant, quod in ſecunda captione cum Cyrus rogo ſupponi & aſſari iuſſit & ſubito tanta pluuia facta eſt, vt eius immenſitate ignis extingueretur, vnde occaſionem reperit euadendi. Cum olim omnia hîc ſibi proſpere eueniſſe gloriaretur, & opum copia nimium ſe iactaret, dictum eſt ei à Solone quodam ſapiētiſſimo, non debere quemquam in diuitiis & proſperitate gloriari. Quadam nocte vidit in ſomnis, quod Iupiter eū aqua profunderet, & ſol extergeret. Quod cum filiæ ſuæ mane indicaſſet, illa vt res ſe habebat prudenter interpræta eſt, dicens, quod cruci eſſet affigendus, & aqua perfundendus, & ſole exiccandus. Quod ita demum accidit. Nam captus à Cyro crucifixus eſt. Solinus Cum victor inquit Cyrus intraſſet Sardis, vbi tunc Chræſus latebat, Atys filius eius Chræſi qui vſque ad illud tempus fuerat mutus exclamaſſe dicitur, Parce patri meo Cyre, hominem eſſe vel caſibus diſce noſtris.

Boe lib. 2. conſ. pr. 2.

Iuſt. lib. 1. Oroſ. li. 2. cap. 6.

Iuſt. lib. 1.

Hanc hiſtoriā paulo aliter habet Herod in Clio.

Sol. cap. de homine meminit huius hiſt. Herod. in Clio. Gel. lib. 3. ca. 8. Val. 5. ca. 4.

Eo tempore Pyſiſtratus ſecunda vice regnauit Athenis, de quo Iuſti. lib. 2. ait Pyſiſtratus quaſi ſibi non patriæ viciſſet, tyrannidem per dolum occupat. Quippe voluntariis verberibus domi affectus, lacerato corpore in publicum progreditur, aduocata concione vulnera populo oſtendit, de crudelitate principum, à quibus ſe hoc paſſum ſimulabat, conqueritur. Adduntur vocibus lachrimæ, & inuidioſa oratione multitudo credula accenditur. Amore plebis inuiſum ſe ſenatui affirmat, obtinet ad cuſtodiam corporis ſatellitum auxilium, per quos occupata tyrannide per annos triginta tres regnauit. De eodem Vale. li. 8. Pyſiſtratus tantum valuiſſe dicendo dicitur, vt ei Athenienſes regni imperium

A

oratione eius capti permitterent, præſertim cum è contraria parte amantiſſimus patriæ Solō niteretur. A.M. 3431.

Idem Vale. Piſiſtratus Athemenſis tyrannus, quādo adoleſcens quidam amore filiæ ſuæ accenſus in publico obuiam ſibi factam oſculatus eſſet, hortante vxore vt ab eo capitale ſuplicium ſumeret, reſpōdit. Si eos qui nos amant occidemus, quid illis faciemus quibus odio ſumus? Hæc vox de ore tyranni ex humanitate emanauit. In hunc itaque modum filiæ tulit iniuriam, ac multo laudabilius ſuam. Idem à Thraſippo amico inter cœnam conuitio laceratus, ita animum & vocem ab ira cohibuit, vt

B

putares ſatellitem à tyranno male audire. Denique Thraſippus concitæ temulentiæ impetu erectus, os eius ſputo reſperſit, nec illum ad ſui vindictam accendere valuit. Qui etiam filios ſuos violatæ patris maieſtati ſubuenire cupientes, retraxit. Poſtero quoque die Thraſippo ſupplicium à ſe volentaria morte volenti exigere ad eum venit tyrannus, dataque fide, cum eo in eodem amicitiæ gradu permanſit. Temporibus que Cyri Anaximenes phyſicus agnoſcitur. Simonides poeta clarus habetur. Et Chilon qui vnus de ſeptem ſapiētibus fuit, & Thales Mileſius moritur ſecundum Euſeb. Porro Cyrus

Fortes eneruātur delitus.

C

cum percuſſiſſet Chræſum iuxta fluuium halim, gentem Lydorum bellicoſiſſimam aſtute redegit in ſocordiam, tradidit enim eis ſolennitates & ludos præcipiens vt luſibus & comeſſationibus & amplexibus vacarent & quaſi beneuolentiam eis oſtendens, in hunc modum eos eneruauit, & quos bello non poterat, per libidinem expugnauit. Poſtea vero transgreſſus Aruxem amnem à regina Meſſagetarum Tomyri victus & occiſus eſt. Qui caput eius præciſum in vtrem plenum ſanguine humano proiiciens dixit. Satia te ſanguine quem ſitiſti [& cuius per annos triginta inſatiabilis perſeueraſti.]

Iuſt. lib. 1. Mag. in hiſto. de ſcæd. tem. cap. 19.

Oro lib 2. c. 7 & Iuſt. lib. 1.

Hi Maſſagetæ ab aliis Scytæ nominantur.

D

§. V.

CYRO ſucceſſit in monarchia Perſarum filius eius Cambyſes anno quintę ætatis ſexageſimo primo, mundi vero ter. M. 434. ſecundum minorem computationē quā ponit Hier. in tranſlatione ſua, qua vtimur, & Euſ. Secundum autem aliam computationem maiorem, quam ponunt ſeptuaginta & Beda, communius tenetur ab initio mundi vſque ad Cambyſem, ſunt anni quatuor millia ſexcenti ſeptuaginta, & regnauit iſte annis octo ſecundum chron. Hic eſt Cambyſes qui imperio patris adiecit Ægyptum, inquit Helinandus lib. 15. Sed offenſus ſuperſtitionibus Ægyptiorum, Apis cæterorūmque Deorum ædes dirui iuſſit. Ammonis quoque nobiliſſimum templum expugnandum exercitum miſit, qui tempeſtatum & arenarum molibus oppreſſus interiit. Hic Cambyſes adeo ſeuerus fuit, vt quendam iniuſtum iudicem excoriari fecerit & ſuper ſellam cute eius adopertam filium eius iudicis fecerit ſedere, vt timeret iniuſte iudicare, ne ſimile iudicium pateretur.

Cambyſes Perſarum imperator.

Euſeb. ſequitur cō-putationē ſeptuaginta interpretum.

E

Iuſt. lib..

Vale. lib. 6. cap 3.

De malo iudice excoriato.

F

Hic Cambyſes legitur à natiuitate furioſus fuiſſe, & ortum Nili per totum terrarum ſpatium quæſiiſſe, qui epulis ei deficientibus coactus eſt carnes ſuorum comedere ſociorum. Hic Cambyſes ſecuncundum hiſt. ſcho. Cyri filius & in regno ſucceſſor, apud Eſdram Artaxerxes vel Aſſuerus dicitur, in hiſtoria vero Iudith Nabuchodonoſor. Huius igitur tempore principes terræ finitimi Iudææ qui impediebant

Cambyſes alio nomine dicitur Artaxerxes vel Aſſuerus vel Nabuchodonoſor.

A.M. 3431.

diebant Iudæos reuerſos de Babylonia à reædificatione ſcilicet Reum Beelteem quem Ioſephus dicit ſcriptorem omnium quæ accidebant. & alij qui iudicabant Syriam & Phœniciam ſcripſerunt Cambyſi, quod Iudæi reædificabant Hieruſalem ciuitatem peſſimam & rebellem, quæ ſi haberet complementum negaret tributa regibus &c. vt habetur. 1. Eſdre. Quibus reſpondit Artaxerxes qui & Cambyſes hic dicitur, quod prohiberent ipſos Iudæos perſequi ædificium inchoatum. Quod & factum eſt. Et ſic intermiſſum dictum opus vſque & Darij ſecundum annum, vt infra dicetur.

§ VI.

Mag. in hi. Iud. c. 1. Hiſtoria Iudith quo tempore euenerit.

[a] HOC tempore dicitur factum quod ſcribitur in hiſtoria Iudith ſecundum hiſt. ſcho. & Vicen. in ſpe. hiſt. Sed vocatur in dicto libro iſte Cambyſes Nabuchodonoſor. Mortuo enim Cyro rege quidam Arphaxat Medus in Echabatanis ſurrexit, & reparauit eã, & muniuit inexpugnabiliter, quaſdam partes Mediæ ſibi concilians, vt tandem toti Mediæ imperaret. Nabuther vero rex Aſſyriorum qui regnabat in Niniue anno duodecimo regni ſui obtinuit eum. Hic eſt Cambyſes, cui pater adhuc viuens Niniuem, & ſeptius vt ſupra dictum eſt deuictam & debilitatam, & regnum Aſſyriorum conceſſit, & eum Nabuchodonoſor nominauit. Hic mortuo patre duodecimum illius regni annum habebat. Nam in regno monarchiæ non niſi octo annis regnauit. Qui poſt quàm factus eſt monarcha, exaltatum eſt cor eius. Et miſit ad omnes qui habitabant in Cilicia, Damaſco, Galilæa & Samaria vſq; in Hieruſalem, exigens tributa grauiora quam patres ſui. Qui omnes vno animo contradixerunt. [Tunc iratus rex iurauit per thronum ſuum quod defenderet ſe de omnibus.]

Hæc ex hi. Scho. in li. Iud. ſumpta ſunt.

De hiſtoria Iudith.

Tertiodecimo igitur anno regni ſui miſit Holofernem principem exercituum ſuorum cum innumera multitudine, vt omnes ciuitates quas poſſet, ſuo ſubiugaret dominio, omnéſque Deos exterminaret, vt ſolus ipſe adoraretur pro Deo. Cúmque egreſſus ad bellum eſſet contra omnes, nullúſque poſſet eius potentiæ reſiſtere; Iudæi parauerunt ſe ad reſiſtendum, obturantes aditus montium, ne ad eos accedere poſſet. Cúmque hoc audiſſet Holofernes, interrogans de conditionibus gentis illius Achior dux Ammonitarum diffuſe locutus de ea, in laudem eius, & quod Deus propter peccata eorum tradere eos voluit in manus inimicorum, quando male ſe habebant &c. Hoc audiens Holofernes indignatus contra Achior, iuſſit eum deferri ad gentem inimicorum. Quem nuncij aſſociantes, ſentientes quoſdam diſcurrere ex inimicis, ligatum ad arborem dimiſerunt. Sed ad dictum locum venientes Iudæi, & hunc inuenientes duxerunt in ciuitatem. Vbi interrogatus de cauſa illius ligationis totam facti ſeriem explicuit. Qui ſe Deo commendarunt vacantes ieiuniis & orationibus, ſacerdotibus ad hoc exhortantibus. Et cum Holofernes abſtuliſſet eis aquã, & deficeret in ciuitate, ſiccatis ciſternis vt ad menſuram daretur populo, cœperunt conqueri contra maiores, quare non ſe dediſſent inimico Holoferni. Sed Ozias ex

Iud. 7.

a Hiſtoriam Iudith non ad hæc Cambyſis tempora pertinere, ſed ante captiuitatem Babylonicam euenisſe diſerte probat Geneb. lib. 2. Chron.

A prioribus Bethuliæ confortauit eos, promittens ſe ciuitatem daturum ſi Deus infra quinque dies non liberaſſet eos. Quod quum audiſſet Iudith vidua ſancta mulier pulcherrima & ieiuniis & orationibus dedita, egreſſa domum allocuta eſt populum, ſacerdotes reprehendens de exigua confidentia diuini adiutorij. Exinde reuerſa domum facta oratione cum magna deuotione, & poſtea ſe ornans ſtudioſiſſimè, exiuit ciuitatem, cum vna ancilla nemini indicans quid agere intenderet, ſed tantum quod orationi inſiſterent. Attingens autem ad caſtra inimicorum, inuenta ab eis & interrogata de cauſa talis acceſſus, dixit ſe velle loqui Holoferni. Quod & fecit, multa cum alloquens, & quod ſciebat ciuitatem eſſe tradendam in manibus ſuis, & ideo exiiſſe ad eum vt doceret modum ad citius capiendum. Holofernes autem captus eſt amore illius, & iuſſit ſeruis ſuis vt dimitterent eam ire quo vellet. Facto autem conuiuio ipſa inuitata acceſſit, veſcens tamen cibis quos ſecum adduxerat. Expleta cœna ipſe Holofernes cum ſuis, facti ebrij citius ſomnum cœperunt. Iudith facta oratione intrans papilonem Holofernis caput eius dormientis abſcidit, & mittens in ſportam dedit ancillæ ſuæ. Reuerſáque ad ciuitatem ingrediens de nocte conuocato omni populo & Achior, oſtendit omnibus caput Holofernis, factum declarans, & admonens vt ſummo mane procedant contra hoſtes. Quod cum feciſſent, cubicularij volentes excitare principem ſuum, inuenientes decapitatum, hoc diuulgantes dederunt ſe omnes in fugam. Quos Iudæi etſi pauci perſequentes, multos occiderunt, & prædam maximam de caſtris eorum aſportarunt. Venítque ſummus ſacerdos Ioachim de Hieruſalem in Bethuliam ad videndum Iudith, mirabiliter eam laudans. Et ipſa domino de tanto beneficio gratias egit, & canticum edidit.

Iudith abſcidit caput Holofernis.

Vertitur autem in dubium quod ipſa locuta eſt ad Holofernem dicens, quod caperet ciuitatem & huiuſmodi, quæ videntur mendacia. Sed eſt multiplex modus loquendi. Vnus eſt quod vtique mendacia dixerit, nec de hoc laudatur, ſed de indole eius & magna beneuolentia & beneficentia eius ad populum ſuum, pro cuius liberatione ſe ad mortem expoſuit. Alius modus magis pius eſt, quod non dixerit mendacium per illa verba, ſed quod locuta eſt prophetice prædicens Iudæos tradendos ſub manibus populi gentilis ſcilicet ſub Tito & Veſpaſiano propter peccata quæ commiſerunt in Chriſtum & Apoſtolos. Tertius modus eſt, quod ea ſcilicet quæ dixit de populo capiendo Iſrael intelligeret ſecundum demerita illius populi, quia ſcilicet peccata eorum hoc exigebant vt traderentur, ſicut exponebat Iudith. Vel etiam merita eorum, quia adeo iam deſolati erãt & puſillanimes effecti, quod volebant ſe ſponte tradere. Vel omnia intelligenda ſunt ſub conditione, niſi Deus liberaret eos, & ideo non mentiebatur talia loquens, licet audientes aliter intelligerent ſcilicet quod loqueretur ſimpliciter & aſſertiue. Hæc Vincen. in ſpec. hiſtor. De hoc autem quod dicitur ſponte & ſcienter dediſſe occaſionem ruinæ Holoferni, poteſt dici quod ſic ornando ſe non intendebat eum ſcandaliſare, & laqueum vel obicem ad ruinam tendere, ſed intendebat primo liberationem populi ſui, ſecundo vtilitatem Holofernis, vt ſcilicet ad tempus in ea captus amore minus peccaret, habens enim multas concubinas & coniugatas, forte concubinos, multis modis

Iudith an commiſerit mendacium.

Iudith à mendacio excuſatur.

Iudith præbens occaſionẽ peccandi Holoferni, an peccauerit.

A. M. 3432.

marim elegit vnum ex ſeptem magis. Quo facinore perpetrato facti pœnitens, & ſe fratricidam clamitans, eodem gladio quo fratrem occiderat ſe transfuerberauit. Hic autem magus mortuo Cambyſe, vt refert hiſt. ſcho. Aroſſam filiam Cambyſis ducens in vxorem, ſumpſit regnum, ſimulans non velle ſibi regnare, ſed regnum conſeruare Mergidi Cambydis germano, quia puer tunc erat, tanquam viuus eſſet quem occiſum nouerat, cum autem poſt ſeptem menſes regni ſui moreretur, ſubſtituit ſibi fratrem iuuenem elegantem & forma viribus, qui dicebatur Oropaſtes, dicens hunc eſſe Mergidem, filium Cyri, fratrem Cambyſis, erat enim multum ſimilis Mergidi, & apud Perſas ſub ſpeciem maieſtatis, perſona Regis occultatur, vt raro videatur. Sed Orthanes vnus ex ſeptem magis & [vir nobilis] ſuſpicatus illum non eſſe Mergidem, interrogauit Prohedimam filiam, quæ vna erat ex concubinis regis an ille eſſet Cyri filius, an Orapaſtis frater [Comaris.] Cumque diceret ſe hoc neſcire, docuit ei modum ad cognoſcendum, admonens eam videlicet, vt cum de nocte cum eo dormiret, contrectando caput eius inquireret an aures haberet. Sciebat magus ille pater puellæ, fratrem ipſius [Comaris] Oropaſtem, quem ſuſpicabatur eſſe, auriculis carere, quia eas Cambyſes viuens illi ob certam cauſam præcidi fecerat. Quod illa agens, & ſine auriculis fore patri nuncians, coniuratione facta per eum cum aliis magis ipſum occiderunt. Sicque illi duo fratres Magi non per annum integrum apud Perſas regnauerunt. Et refert Valerius lib. 2. quòd Perſæ non aſpiciunt liberos ſuos, priuſquam ſeptem annos impleuerint, quo paruulorum amiſſionem æquiore animo ſuſtineant. Occiſis magis, inquit Iuſtinus lib. 1. magna quidem gloria recuperati regni principum fuit, ſed multo maior in eo quod cum de regno ambigerent, concordare inter ſe potuerunt. Erant enim virtute & nobilitate ita pares, vt difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret. Ipſi ergo viam inuenerunt, qua de ſe iudicium religioni & fortunæ committerent, pactíque ſunt inter ſe, vt die ſtatuta omnes equos ante regiam domum primo mane perducerent, & cuius equus ante ſolis ortum hinnitum primum edidiſſet, is rex eſſet. Nam & ſolem Perſæ vnum Deum eſſe credunt, & equos eidem Deo ſacratos ferunt. Erat inter coniuratos Darius Hyſtaſpis filius, cui de regno ſolicito Oebares equi ſui cuſtos ait, Si ea res victoriam moraretur, nihil negotij ſupereſſe, niſi vt faceret de nocte equum ſuum miſceri equæ in illo loco quo congregandi erant, ratus ex voluptate veneris futurum quod euenit. Quo facto poſtea die cum ad ſtatutam horam & locum conueniſſent omnes, Darij equus cognito loco ex deſiderio fœminæ ſtatim hinnitum edidit, & ſegnibus aliis fœlix auſpicium domino primus emiſit. Tanta autem moderatio cæteris fuit, vt audito auſpicio confeſtim equis deſilirent, & Darium regem ſalutarent, & [incredibile prorſus hoc tanta pietate geſſiſſe eos, quod vt eriperent à Magis, mori non recuſarent, quanquam præter formam virtutémque imperio dignum cognatio Dario iuncta cum priſtinis regibus fuit. Móxque in principio regni, Cyri filiam in matrimonium accepit.

Mag. in hiſto. lib. Iudi. c. 2.

Val. lib. 2. cap. 1.

Iuſt. lib. 1. Perſæ non vident filios ante ſepenniũ.

§. IX.

A. M. 3468.

A IGITVR POST DVOS magos ſecundum Vin. in ſpe. hiſto. quartus à Cyro, Darius filius Hyſtaſpis vnus ex ſeptem Magis Perſarum monarchiam accepit anno quintæ ætatis 69. Mundi vero termilleſimo. 442. ſecundum noſtram tranſlationem, ſecundum vero 70. & Bedam anno quatermilleſimo 679. & regnauit annis 36. Huic Dario familiaris erat Zorobabel filius Salathiel de genere Ioachim de tribu Iuda. Cum enim interdixiſſet Cambyſes reædificationem templi in Hieruſalem, aſcendit ad eum Zorobabel, & per huius B Darij interuentum tentauit animum regis immutare, ſed non valuit. Et tunc perſuaſit Dario ſecretius, vt votum voueret Deo Iſrael, quòd ſi eum regem faceret, reſtauraret templum ipſius, & vniuerſa vaſa domus Domini, quæ adhuc erant penes Reges Perſarum remitteret ad Hieruſalem. Quod & fecit, Vnde cum audiſſet Zorobabel Darium ſuſcepiſſe regnum, ad eum fiducialiter acceſſit pro ea re impetranda. Cumque hortantibus Zacharia & Aggæo prophetis domini populum ad reædificationem templi, & principes Perſarum qui erant eis vicini prohiberent, nec per hoc dimitterent C perſecutionem operis, ſignificauerunt hoc Dario vt nota fieret eis voluntas ſua circa hanc rem, & aſcendit Zorobabel cum dictis nunciis ad Darium, qui honorifice ſuſceptus eſt ab eo. Et cum Darius feciſſet cœnam magnam cunctis principibus prouinciarum, motáque quæſtione ſeu propoſito problemate inter tres cubicularios Darij cuſtodes corporis ſui, quorum vnus erat Zorobabel, quæ res eſſet fortior cunctis. Vnus dixit vinum, ſecundus regem, tertius, qui eſt Zorobabel, dixit mulierem ſed adhuc magis fortem eſſe veritatem cunctis. Promiſit autem Darius magna [munera] ei D qui perfectius quæſtionem reſolueret. Diſcuſſo ergo problemate coram Dario & ſapientibus, & ſingulis aſſignantibus rationem dicti ſui, determinatum eſt iudicio omnium eſſe [præſtantius] quod dixerat Zorobabel, quòd ſcilicet veritas forior eſt omnibus & ſemper manet, vt plene habetur 3. Eſdræ. Et ex hoc offerente ſe Dario ad concedendum quod ab eo poſtularet, petiit Zorobabal, reædificationem templi Hieroſolymorum, & remiſſionem vaſorum eius. Rex autem Darius recolens ſe hoc vouiſſe, gratanter annuit. Vnde & vaſa templi ei conſignans, ſcripſit epiſtolas per eum, vt prin- E cipes finitimarum nationum, Iudææ, qui obtinuerant à Cambyſe, quòd non permitterent perſequi inchoatum ædificium, nullo modo amplius impedirent, ſed iuuarent impenſis regis, ſtatuens vt quicunque faceret contra hoc decretum, lignum ſumeretur de domo eius in quo ſuſpenderetur, & bona eius confiſcarentur. Sic igitur ſecundo anno Darij Hyſtaſpis reſumptum eſt opus templi Domini, & ſeptimo anno regni eiuſdem conſummatum. Vnde à prima licentia data à Cyro quando inchoatum eſt opus, vſque ad ſeptimum annum Darij fluxerunt quadringenta & ſex anni, vt patet ex ſupra- F dictis. Et ſecundum hanc conſtructionem templi interpolatam dixerunt Iudæ Chriſto. Quadringenta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu, &c. Et menſe duodecimo dedicarunt & poſtea tempore ſuo Phaſe celebrarunt. Quid autem fuerit de arca fœderis non eſt certum, creditur tamen quòd Hebræi ad inſtar prioris fecerũt aliam.

Dari⁹ Hyſtaſpis filius Perſarum imperator. 4.

Mag. in hiſto. Iud. c. 2.

Ibid. ca 2. 2. Eſd. 2.

Quid fortiſſimum. 3. Eſd. 3.

3. Eſd. 4.

A.M. 3468.

Nam inter manubias quas tulerunt Romani de Iudæa fuerunt arca, menſa, & candalabrum.

§. X.

Democritus Aul. Gel. l.10.c.17.

HOC TEMPORE Democritus philoſophus, & Heraclitus tenebroſus, & Anaxagoras philoſophus & Æchylus tragœdiarum ſcriptor clari habentur, vt dicit Euſeb. in Chro. De Democrito refert A. Gellius in lib. noctium atticarum, quòd ditiſſimus fuerit, & omne patrimoniū ſuum relinquens ciuibus ſuis, Athenas profectus eſt, & ibi oculos ſibi eruit, vt vegetiores cogitationes haberet, Liberius tamen dicit hoc egiſſe, ne videret bene eſſe ciuibus malis. Tertullianus autem aliam cauſam aſsignat, quia ſcilicet fœminas ſine cōcupiſcentia videre non poterat. Porro merito ſibi oculos eruit, quia magicas tenebras oculis humanis inuexit. Dixit enim Iſido. quòd artem magicam multis ſæculis poſt Zoroaſtrem Democritus ampliauit, quando Hippocratis medicinæ diſciplina effloruit. Heraclitus ſecundum Aug. dixit omnes Deos conſtare ex igne, ſicut Pythagoras ex numeris, Epicurus ex atomis. Hic ſicut Macrobius refert, dixit animam eſſe ſcintillam ſtellaris eſſentiæ. Fuerunt autem vt teſtatur Macrobius, duo Heracliti, vnus qui dictus eſt phyſicus, & cognominatus eſt Heraclitus tenebroſus, alter Ponticus qui dixit animam eſſe lucem.

Tert. adu. Gen. c.45. ars magica. Aug. in 6.c.5.

Heraclit*. Macrob. l. 1. in ſom. Scip. c. 14.

§. XI.

De Anaxagora.

ANAXAGORAS auditor fuit Anaximenis. Hic ſecundum Auguſt. lib. 8. de ciui. Dei. cap. 2. rerum omnium quas videmus effectorem diuinum animam ſenſit, & dixit, ex infinita materia qui conſtaret diſsimilibus inter ſe particulis, rerū omnium genera pro modulis & ſpeciebus propriis ſingula fieri, ſed anima faciente diuina. Merito de his dici poteſt. Neſcierunt diuina, neque intellexerunt humana, quæ eſſent agenda, & ideo in tenebris inferni habitant, licet fecerint vel dixerint aliqua bona. Dicebat hic Anaxagoras, quòd homo eſt menſura omnium rerum. Hic vt ait Valerius lib. 8. poſt longam peregrinationem pro ſapientiæ ſtudio [ſuſceptam] in patriā reuerſus, cum poſſeſsiones ſuas deſertas vidit, non eram inquit ergo ſaluus, niſi iſtæ periiſſent. Hic audita morte filij, illi qui ſibi renunciauerat reſpondit. Nihil inquit mihi inexpectum aut nouum nuncias, ego enim ex me natū ſciebam eſſe mortalem. Si quis hanc vocem (dicit Valerius) efficaciter in animo receperit, non ignorabit ita liberos procreandos, vt meminerit eſſe morituros. Sicut mori neminem ſolere qui non vixerit, ita nec aliquem viuere poſſe qui non ſit moriturus. Huic venenum datum eſt inquit Boe. vt reo mortis, eo quòd dixerit ſolem, non Deum, ſed lapidem eſſe ardentem, quem Athenienſes pro Deo colebant. Sed dicit Auguſt. 18. de ciuit. Dei. cap. 41. Miror cur Anaxagoras reus mortis factus ſit Athenis, quia dixit ſolem eſſe lapidem ardentem, negans vtique Deum, cum in eadem ciuitate gloria floruerit Epicurus, vixeritque ſecurus, non ſolum ſolem vel vllum ſyderum Deum eſſe non credens, ſed nec Iouem nec vllum Deorum omnino in mundo habitare contendens, ad quem preces hominum ſupplicationéſque perueniant. Hic Anaxagoras vt dicit Auguſt. lib. 8. de ciui. Dei. cap. 2. ſucceſſorem habuit Archelaum qui fuit magiſter Socratis, qui Archelaus de particulis inter ſe diſsimilibus, quibus ſingula quæque fierent, ita putauit conſtare omnia, vt etiam mentem ineſſe diceret, quæ corpora diſsimilia, id A eſt illas particulas coniungendo & diſsipando, ageret omnia, Æchylus tragœdiarum ſcriptor: dum quadam die in Sicilia ſub diuo eſſet capite caluo diſcoopertus, aquilam deſuper volitans cum teſtudine rapta, exiſtimans caput illud lapidem, teſtudinem ſuper ipſum illiſit, vt fracta duritia teſtæ, carnibus eius veſceretur. Quo vulnere principium fortioris tragœdiæ extinctum eſt inquit Valerius in nono

Pſal. 81.

Val. l. 8. c. 7

Val. l. 6. c. 10.

Anaxagoras veneno periit eo quod ſolem non Deum ſed lapidem ardentem dixerit.

A.M. 3468.

§. XII.

B ANNO autem Darij Hyſtaſpis decimonono vt refert Iuſt. lib. 2. ipſe Darius rex Perſarū cum filiæ Lanthini ſcytharum regis petitas nuptias non obtinuiſſet, bellum ei intulit. Armatiſque ſeptingentis millibus hominum Scythiam ingreſſus eſt. Non facientibus autem Scythis pugnæ [iuſtæ] poteſtatem, metuēs ne interrupto ponte Iſtri fluminis reditus ſibi intercluderetur, amiſſis octoginta millibus hominum trepidus refugit, quæ iactura abundante multitudine inter damna numerata non eſt. Inde Aſiam & Macedoniam [aggreſſus per] domuit, & Ionas nauali bello ſuperauit. Cognitóque, quòd A- C thenienſes Ionibus contra ſe auxilium tuliſſent, omnem impetum belli in eos conuertit. Quo audito Athenienſes à Lacedæmoniis auxilium petierunt. Interim cum viderent Perſas quatriduanæ religionis otio teneri, nacta occaſione non expectatis Lacedæmoniis inſtructis decem millibus ciuium, & Platæenſibus auxiliaribus mille, aduerſus ſexcenta millia hoſtium in campis Marathoniis in prælium egrediuntur. Miltiades [contra Perſas habita] dux belli erat, & author non expectandi auxilij, quod tanta fiducia ceperat, vt plus præſidij in celeritate, quàm in ſociis duceret. Tantaque in pugnam eun- D tibus alacritas animorum fuit, vt cum mille paſſus inter duas acies eſſent, citato curſu ante iactum ſagittarum ad hoſtem venient, nec audaciæ eius euentus defuit, pugnatum eſt enim tanta virtute, vt hinc viros inde pecudes putares. Victi Perſæ in naues fugerunt, ex quibus multæ ſuppreſſæ, multæ captæ ſunt. In eo prælio Themiſtoclis adoleſcentis gloriam emicuit, & Cynœgiri militis Athenienſis, qui poſt prælij innumeras cædes, cū fugiētes hoſtes ad naues egiſſet, onuſtam nauem manu dextera tenuit, nec prius dimiſit quam amitteret. Qua amiſſa, ſiniſtra quoque nauem tenuit quam & ipſam cum amiſiſſet E ad poſtremum morſu nauem tenuit. Sicque nec cædibus fatigatus, nec duabus amiſſis manibus deuictus, truncus ad vltimum velut rabida fera dimicauit. Ducenta milia Perſarum eo prælio ſine naufragio ceciderunt. Anno Darij 29. Ariſtides cum ignominia de ciuitate ſua eiicitur, ſecundum Euſeb. in chon. Et addit Vincen. in ſpecul. hiſt. quòd legitur expulſus ex eo quòd præter modum iuſtus eſſet.

Iuſt. l. 2. & Oroſ. l. 2. c. 8. Darius Schytas infeſtans fugatur.

Pugna in cāpis Marathōiis cōtra Perſas habita.

Cynœgiri virtus.

Vide Plutarchum in eius vita Darij mors Iuſt. l. 2. Hæc eſt quæſtio iuris de quæ per doct. 3. l. imperialis § his illud C. de nu.

§ XIII.

F DARIVS demum deceſſit relictis multis filiis & in regno & ante regnum ſuſceptis. Ex quibus Arthemenes maximus natu ætatis priuilegio regnum ſibi vendicabat, Xerxes vero ſibi ex naſcendi fœlicitate afferebat. Nam Dario priuato natus ei

A.M. 3488.

tus ei erat Arthemenes, ipſo iam rege Xerxes. Et ideo dicebat fratribus ante regnum natis, patrimonium quod tunc Darius priuatus habebat iure deberi, ſibi autem regnum. Tandem patruum ſuum Anapharnam iudicem elegerunt concordi animo, adeóque fraterna contentio fuit, vt nec victor exultauerit, nec victus doluerit, ſed & ipſo litis tempore munera ſibiinuicem mittebant, & iucunda quoque inter ſe non ſolum ſolatio, ſed & ſedula conuiuia habebant. Iudicium quoque ipſum ſine arbitris, vel ſine conuitio fuit. Tanto moderatius tunc fratres inter ſe maxima regna diuidebant, quanto nunc exigua patrimonia partiuntur. Hæc Iuſti. lib. 2. Igitur

Xerxes rex Perſarum.

Xerxes filius Darij Perſarum quintus cœpit regnare anno ætatis quintæ 116. Mundi vero ter milleſimo 479. ſecundum breuiorem computationem, & regnauit annis 20. Hic vt ait Vale. lib. 9. adeo luxurioſus fuit, vt edicto præmiũ ei proponeret qui nouum voluptatis genus inueniſſet. De hoc Vale. lib. 1. Xerxe Lacædemoniam inuadendi conſilium agitanti, vinum in pateram infuſum non ſemel ſed iterum in ſanguinem conuerſum eſt. Qua de re monitus eſt, ab incœpto deſiſtere. Idem lib. 9. Xerxes Græciæ bellum inditurus, conuocatis Aſiæ principibus, ait. Ne viderer, inquit, meo tantum non vſus conſilio, vos contraxi, cæterum mementote vobis magis eſſe parendum quàm ſuadendum. Sen. 6. de benefi. Cum bellum Græciæ indiceret Xerxes, animum tumentem, oblitúmque quàm caducis confideret, nemo non impulit. Cumque in incerto multa iactarentur, Demaratus Lacedæmonius ſolus dixit. Ipſam illam, qua ſibi placeret multitudinem, indigeſtam & grauem, metuendam eſſe ducenti. Non enim vires habere ſed pondus, in modica nunquam regi poſſe, nec diu durare quicquid regi non poteſt, Oroſius Habuit inquit Xerxes ſeptingenta millia armatorum de regno, & trecenta millia de auxiliis. Roſtratas etiam naues mille ducentas, onerarias tria millia aduerſus tantum exercitum Leonidas rex Spartanorum cum quatuor tantum millibus armatorum in anguſtiis Thermophylarum obſtitit, triduóque continue non duorum pugna, ſed vnius populi cædes fuit. Quarta die cum videret Leonidas, hoſtem vndiq; circunfundi, ſocios hortatur, vt [ſubtrahentes ſe pugnæ in cacumen montis euadant ac] ſe ad meliora, tempore reſeruent. Ipſe cum ſexcentis tantum viris ſexcentorum millium caſtra irrupit. Perſæ quoque ipſi Spartanos adiuuãt mutuis cædibus ſuis. Prælium à principio noctis in maiorem partem diei tractum eſt, poſtremo Spartani vincendo fatigati mortui inter mortuos ceciderunt. Ad ſuos dixerat ante ille clariſſimus Lacedæmoniorum dux Leonidas, illa famoſiſſima incitamẽta, prandete inquit tan quam apud inferos cœnaturi. Iuſti. lib. 2. interim Xerxes mittit quatuor millia armatorum Delphos, ad templũ ſpoliandum, qui omnes imbribus & fulminibus deleti ſunt. Porro in initio belli conſulentibus Spartanis Apollinem Delphicum, reſponſum fuerat aut regi Spartanorum aut vrbi cadendum. Xerxes autem duobus vulneribus in prælio acceptis, nauale certamen experiri ſtatuit. Aduentante autem Xerxe conſulentibus Athenienſibus oraculum Delphicum, reſponſum fuerat, vt ſalutem muris ligneis tuerentur. Quod Themiſtocles dux, nauium præſidium interpretatus, perſuaſit Athenis & ſociis vrbibus, vt naues ædificarent, probatóq; conſilio coniuges & liberos cum pretioſiſsimis rebus

(Marg.: Val. lib. 9. ca. 1. & M. T. 5. Tuſc. — Xerxis libido. — Val. lib. 7. cap. 5. — Sen. lib. 6. ben. c. 31. — Demarati ad Xerxẽ dictũ elegans. — Oro. lib. 2. cap. 9. — Maximus exercitus Xerxis regis. — Pugna ad Thermopylas. — Val. lib. 3. c. 2. & M. T. 1. Tuſc.)

A.M. 5489.

abditis inſulis relicta vrbe demandant. Itaque Xerxes Theſpias & Platæas & Athenas vacuas hominibus incendit. Et quoniam ferro in homines non poterat, igne in ædificia graſſatur. Conferto autem nauali prælio, ipſe in littore ſpectator pugnæ reſidet. Arthemiſia autem regina Halicarnaſsi quæ Xerxi in auxilium venerat inter primos duces acerrime pugnabat, & cum eſſet auceps pugnationes iuxta præceptum Themiſtoclis ſe paulatim certamini ſubtrahere cœperunt. Quorum defectio & animos cæterorum fregit, & Perſas iam fugam dudum circunſpicientes, aperte fugere perſuaſit. In qua fuga multæ naues merſæ multæ captæ ſunt, plures autem ſæuitiam regis timentes, domum dilabuntur. Anxium tot malis regem Mardonius aggreditur perſuadens regi in regnum redire, priuſquam aduerſa fama domi res nouas moliretur. Se autem ſi ſibi reſiduæ copiæ tradantur, & vltionem ab hoſte exacturum, & domeſticam ignominiam propulſaturum. Aut ſi aduerſa fortuna perſeueraſſet, ceſſurum ſe quidem hoſti ſine regis infamia. Probato itaque conſilio, exercitus Mardonio traditur, rex Abydum vbi pontem quaſi victor maris ex nauibus fabricauerat profectus eſt, quem cum hybernis tempeſtatibus ſolutum repperiſſet, piſcatoria ſcapha trepidus tranſiit in regnum. Talis fuit fuga regis cuius tam terribilis fuerat aduentus. Hanc eius fugans pulchre ſignauerat monſtroſus ille partus equæ, quæ in eius exercitu leporem pepererat. Pedeſtres quoque copiæ ſecundum Oroſium quæ ducibus commiſſæ fuerant labore, fame, ac metu contabuerunt, & crudeſcente morbo tanta peſtis, tantáque fœditas morientium exorta eſt, vt viæ cadaueribus replerentur. Vnde diræ aues atque improbæ beſtiæ eſcarum illecebris ſolicitatæ moribundum ſequebantur exercitum.

(Marg.: Vincitur xerxes ab Athenienſibus. — Xerxes è bætia fugit. Val. li. 1. c. 6 & herod. — Oroſ. lib. 2. cap. 10.)

§. XIIII.

CONFECTO autem bello ait Iuſti. lib. 2. cum de præmio ciuitatum ageretur, omnium iudicio Athenienſium virtus cæteris prælata eſt. Inter duces quoque Themiſtocles princeps ciuitatum teſtimonio iudicatus gloriam patriæ ſuæ auxit. Huius tamen Themiſtoclis adoleſcentia tot vitiis in principio ſubdita fuit vt cum pater abdicauerit, mater vero propter eum ſuſpendio vitam finierit. Hic eſt Themiſtocles qui cum eum quidam conſuleret de filia, an eam daret pauperi ſed probato, an locupleti parum probato vxorem, malo inquit virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem. Idem theatrum petens cũ interrogaretur, cuius vox auditu illi futura eſſet gratiſsima, reſpondit. A quo artes meæ optime canentur. Ex quo intelligitur ſecundum Vin. hiſto. eum valde cupidum fuiſſe gloriæ. Hic tandem Themiſtocles exul vt legitur à Perſarum rege Xerxe ſuſceptus, cum eum videret bellum inferre Athenienſibus, ne aut deſtitueret bene de ſe meritum, aut oppugnaret patriam ſuam, Magnaſiæ hauſto tauri ſanguine moritur. Tullius quoque de eo in libro de amicitia ait. Quis clarior in Græcia Themiſtocle? Quis potentior? Qui cum imperator bello Perſico Græciam ſeruitute liberaſſet, propterque inuidiam in exilium pulſus eſſet, ingratæ patriæ iniuriam non tulit, quam ferre debuit, fecit idem quod viginti annis ante apud nos fecerat Coriolanus, his adiutor contra patriam inuentus eſt

(Marg.: Athenienſes eorum qui Xerxem fugarunt principes. — Themiſtocles quis — Val. lib. 5. cap. 11. — Id. lib. 7. c. 2. — Cice. pro Arch. & Val. lib. 8. cap. 15. — Val. lib. 5. cap. 6. — Plut. in eius vita.)

A. M. 3489.

nemo. Itaque vterque ſibi mortem conſciuit, laudantur hi ab ethnicis ſed condemnantur à catholicis, vt patet 23. q. 5. ſi non licet.

§ XV.

TEMPORIBVS his Pindarus, Sophocles & Euripides claruerunt ſecundũ Euſeb. in chron. Hinc Pindarus è conuiuij loco à Caſtore & Polluce ſpectantibus cæteris conuiuis vocatus eſt, & mox coegreſſo ſuper remanentes triclinium collapſum eſt. Hic in gymnaſio cum ſuper gremium pueri quo vnice delectabatur capite poſito quieti ſe dediſſet, placidum finem accepit ſecundum Vale. Sophocles qui vſque ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit, vt teſtatur Vale. cum ab eo iam ſene quidam quæreret, an etiam nunc rebus venereis vteretur. Dî meliora inquit. Libenter enim iſtinc tanquam ab aliqua furioſa damnatione profugi. Idem iam ſenex tragœdiam quandam in certamen miſerat, cumque ſuſpenſus ancipitis certaminis expectaret ſententiam, audiuit ſe vna ſententia viciſſe, & præ gaudio expirauit. De Euripide dicit Boe. in lib. de conſo. Euripidis probo ſententiam, qui carentem libidinis infortunio dixit eſſe felicem. Hic Euripides cum à cœna regis Archelai domum rediret à canibus dilaceratus eſt. Crudelitas fati, ingenio tanto non debita inquit Vale. Idem autem Archelaus rex intantum dilexit Euripidem, vt ei ſummam con ſiliorum committeret. Qui audita eius morte crinem ſuum totondit, quod tamen Seneca dicit eum feciſſe metu repentinæ eccliptis ſolis.

Pindarus. Sophocles. lib 9. c. 12. lib 4 c 3. & Cic. de ſenectu. Val. lib. 9. cap. 12. Euripides laceratus à canibus. lib. 9. c. 12.

Eo tempore Herodotus hiſtoriarum ſcriptor agnoſcitur, & Romæ virgo veſtalis Sunia in ſtupro deprehenſa viua defoſſa eſt, vt ait. Euſe. in Chron.

Herodotus hiſtoricus.

Iuſti. lib. 3. Zerxes ergo terror antea gentium, bello in Græcia infeliciter geſto, etiam ſuis contemptui eſſe cœpit. Et deficiente regis quotidie maieſtate, Artabanus præfectus eius in ſpem regni adductus cum robuſtiſſimis ſeptem filiis aulam regis ingreditur veſperi, quæ illi iure amicitiæ ſemper patebat rege trucidato filios eius dolo aggreditur, dixitque Artaxerxi puero, regem Dario fratre ſuo interfectum, & ſic in necem fratris innocentis impulit eum, qui dormiens inuentus, quaſi ſomnum fingeret, interfectus eſt. Cum ergo Artabanus ſolum illum de regis filiis ſupereſſe videret, metueretque de regno certamina principum aſſumpſit in ſocietatem conſilij Baccabaſum. Qui præſenti ſtatu con tentus, rem prodit Artaxerxi, quomodo pater & frater occiſi ſunt. Quibus cognitis, Artaxerxes verens numerum filiorum Artabani, in poſterum diem paratum eſſe exercitum iubet, quaſi recogniturus & numerum militum, & in armis induſtriam ſingulorum cumque inter cæteros Artabanus ipſe aſſiſteret armatus, rex ſimulat ſe breuiorem loricam habere, & iubet Artabanum ſecum commutare. Exuentem ſe ac nudatum gladio traiicit, & filios eius corripi iubet. Et ſic adoleſcens egregius & cædem patris vindicauit, [& necem fratris] & ſe ab inſidiis liberauit. Iſte igitur Artaxerxes rex perſarum annis ſex regnauit menſibus ſeptem.

Occiditur xerxes ab artabano.

§ XVI.

HVIC SVCCESIT ſeptimus Artaxerxes qui Longimanus cognominabitur. Cuius temporibus eliguntur Athenis duces Pericles, & Sophocles ſcriptor tragoediarum cõtra Thebanos & Lacedemonios. Cumque Lacedæmonij agros Atheniensium populaſſent, agros Periclis intactos reliquerunt, ſperantes ſe illi acquirere poſſe, aut periculum ex inuidia, aut ex ſuſpicione proditionis infamiam. Quod Pericles ante proſpiciens & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ declinandũ impetum, agros ipſos dono reipublicæ dederat, hæc Iuſti. Pericles ſub Anaxagora præceptore ſummo ſtudio inſtructus, vt dicit Vale. lib. 8. egit Athenas & verſauit arbitrio ſuo. Cumque aduerſus voluntatem populi loqueretur iucunda nihilominus & popularis eius vox erat. Quid enim inter Piſiſtratum & Periclem interfuit, niſi quòd ille armatus, hic ſine armis tyrannidem geſſit? Et vt ait Tull. in libro de offic. Cum Pericles & Sophocles ad colloquendum de conſultationibus publicis ſimul conſediſſent, & caſu pulcher adoleſcens tranſiret, ait Sophocles, ô Pericle pulchrum puerum, reſpondit Pericles, Prætorem decet non ſolum manus & linguam, ſed & oculos habere continentes. Eo tempore inquit Comeſtor in hiſto. ſcho. natus eſt Socrates, & lapis habens formam caprinam in ægæum mare de cœlo cecidit.

Artaxerxes qui μακρόχειρ i. Longimanus dictus eſt. A M. 3496. Iuſt. lib. 3. Val. lib. 8. cap. 9. Com in hiſt Iud. cap. 4.

§ XVII.

IN ILLO TEMPORE Eſdras Aaronita legem ſucceſſam à Chaldæis reparauit. Nouos quoque literarum apices excogitauit, qui faciliores ad ſcribendum fierent & ad pronunciandum, & propterea velox ſcriba dictus eſt. Et addit quædam de ſuo, vt titulos Pſalmorum & plura quæ leguntur in pentateucho. Tradunt etiam quidam modum ſcribendi à dextera in ſiniſtram ipſum Hebræis tradidiſſe, cum prius ad modum arantium ſcriptitarent, vnde & ſcriptura exaratio ſolet dici. Scribebant enim à ſiniſtro cornu in dextrum, & à dextro in ſiniſtrum. Iſte igitur Eſdras inuenit gratiam in oculis Artaxerxis, & petiit ab eo licentiam redeundi in Hieruſalem, vt in lege domini, quam reparauerat populum erudiret. Dedit ergo ei rex licentiam cum literis ad principes finitimos Iudææ & cuſtodes arcæ publicæ vt traderent ei neceſſaria. Miniſtros vero templi ab omni vectigali tributo & annonis abſoluit. Dedit etiam poteſtatem amouendi & conſtituendi iudices & præſides trans flumen, & puniendi contumaces. Et aſcenderunt cum eo mille ſeptingenti. Et venientes Hieroſolymam obtulerunt in domo domini ſacrificia. Tunc Eſdras adiurauit ſacerdotes, vt emitterent à ſe vxores alienigenas quas duxerant, & filios natos ex eis, quod & fecerunt. Tunc etiam temporis ſecundũ Euſe. in chron. Empedocles & Parmenides philoſophi claruerunt, hic Empedocles vt teſtatur Boe. in prologo de arte muſica, cum eius hoſpitem gladio quidam furibundus inuaderet, eo quod patrem eius ille accuſatione damnaſſet, inflexiſſe dicitur modum canendi, & ita iracundiam adoleſcentis temperauit. Ariſto. de eo primo Meta. Empedocles finxit quòd lis eſt cauſa corruptionis & principium eius, & exiſtimauit quòd omnia generet iſta, præter vnũ, & quòd omnia præter Deum ab illa facta ſunt. Fingit enim quòd ex lite eſt generatio omnium quæ fuerunt ſunt vel erunt, quòd ſi lis non eſſet in rebus, omnia eſſent vnum. Sed lis cum ſit in rebus diſpergit eas, & non ſinit quieſcere. Fingit etiã, quòd amicicia eſt cauſa propter quam omnia ſunt vnum. Idẽ quærenti cuidam ab eo cur viueret, reſpondit Empedocles vt aſtra inſpiciam. Tolle cœlum, nullus ero. Hic vt refert Lactantius, ſeſe incendiis dedit mortem ſibi inferendo, eo ꝙ æternas eſſe animas arbitrabatur. Dicit tamen Macrobius eum dixiſſe animã ſanguinem eſſe,

Com in hiſt. Iud. cap. 5. Si de Hebræorum punctis loquitur fallitur: com illa à Maſſoretis lõge poſt Chriſti natiuitatem ſunt coniuncta. 3. Eſd. c. 8. Quod & fecit pharao res Ægypti vt habetur Geneſ. 47. c & recitatur in c. non min' extra de immunitate. Empedocles. Ariſto. in 1. Meth. cap. 4.

A.M. 3496. eſſe, in qua ſententia quæ falſiſſima eſt fuit hæreticus. De Parmenide legitur ait Vinc. in ſpe. hiſto. quod in rupe Caucaſi logicam inuenerit. Eo etiam tempore Zeno & Heraclitus tenebroſus agnoſcuntur, Anaxagoras moritur, Ariſtarchus tragædiographus claret. Cratinus quoque & Plato. comædiarum ſcriptores. Crates quoque Comicus & Bacchylides lyricus florent. Sed omnes hi, quia non habuerunt ſapientiam & ſcientiam ſanctorum, perierunt propter ſuam inſipientiam.

Zeno Heraclitus.

1. Eſdr. c cap. 1.

§. XVIII.

IN Viceſimo autem anno huius Artaxerxis erat pincerna regis Neemias, ex filiis captiuitatis Iudaicæ, qui cum eſſet in Suſis caſtro, audiuit peregrinos Hebraice loquentes, vt dicitur in hiſto. ſcho. & accedens ſciſcitatus eſt ab eis de ſtatu Iudææ & Hieruſalem. Qui cum audiſſet ciuitatem eſſe ſine muris, & populum in ea afflictum. Nam per diem ſuſtinebant impetum hoſtium, per noctem intrabant latrunculi, & plateas implebant cadaueribus occiſorum, fleuit Neemias, & multum triſtis manebat. Quod cum rex perpendiſſet, ſciſcitatus cauſam triſtitiæ expreſſit. Qui dedit ei licentiam eundi, ſtatuto ei tempore ad redeundum, concedens ei epiſtolas regis vt ab omnibus haberetur in honore [& neceſſaria ad vrbem reædificandam ei ſuppeditarentur] vnde & per Babyloniam tranſiens multos de filiis captiuitatis ſecum reduxit. Et cum appliquiſſent, conſummauerunt opus, muros, ſcilicet Hieruſalem reædificandi infra duos annos & menſes quatuor propter multa impedimenta, & fecerunt portas eius. Nam finitimæ nationes in manu forti aggrediebantur eos. Sed Neemias mediam partem populi armatam ſtatuit extra ciuitatem, vt ſuſtinerent impetus aggredientium. Alia vero media pars ædificabant, vna manu ponentes lapides, altera gladium tenentes.

De Neemia & quo modo reſtitui Hieruſalē curauerit. Magiſt. in hiſt. Iud. cap. 6.

1. Eſd. cap. 2.

2. Eſd. c. 4. Mag. c. 7.

Secundū impedimentum edificandi ciuitatem Hieruſalē

Poſt iſtud ſuperuenit ſecundum impedimentum. Orta enim fame in terra, obligauit ſe populus ſub vſuris, ſed & agros & vineas & iumenta & demum filios vendere propter famen compulſi ſunt, & conuocata multitudine, poſtmodum fecit diuitibus vſuras & debita relaxari, & à ſeruitute filios liberari.

Tertium impedimentū fuit quia principes tranſflumen, qui inuidebat ei & operi, corruperunt quoſdam ex ſenioribus Iudæorum muneribus, vt eum morti proderent, quod illo præcauente alios modos parabant ad impediendum, aliquando dicentes falſo, quòd regi accuſaretur, vt quia vellet ibi fieri rex, aliquando ſimulabant amicitias ſecum, quibus omnibus reſiſtens opus perfecit, ſex portas erigens nominibus ſuis, vt dicit idem Comeſtor, & muros per totum, vnuſquiſque partem ſuam, præcepitq; Neemias, vt portæ clauderentur ante ſolis occaſum, nec de mane aperirentur ante ſolis calorem, & omnia in figuram, vt habeatur ſcientia reædificandæ animæ dirutæ per peccatum in muris virtutum. Aduenienre autem ſeptimo menſe, ſcilicet ſeptembri conuenientibus omnibus in Hieruſalem ad ſacrificium offerendum, audito à ſenioribus quòd Hieremias tempore captiuitatis abſconderat ſtipites, & prunas altaris in inferioribus terræ in valle Ioſaphat, in puteum miſerunt ad locum, & inuenientes ſtipites & aquam craſſam in puteo adduxerunt. Ea autem effuſa ſuper ſtruem lignorum, & ſacrificia

Tertium impedimentum. 3. Eſt. c. 5.

Com. 16.

Ibid. c. 8.

A poſita ſuper altare, erupit ignis comburens ſacrificia, qui ignis durauit nutritus lignis appoſitis vſque ad tempora Machabeorum, quando venditum fuit ſacerdotium ſummum Iaſoni. Tunc enim extinctum eſt ad ſcientiam dandam exceſſus vitij ſimoniæ, vt ait Auguſt. 1. quæſt. 1. ſicut Eſdras autem adducto libro legis legit ſtans ſuper gradum de mane vſque ad meridiem. Leuitæ autem faciebant ſilentium in populo, vt bene poſſet à cunctis audiri. Et conuenerunt octies in die ad audiendum legem, quater in die, & quater in nocte. Et cum ciuitas eſſet quaſi vacua habitatoribus, rogauit optimates B vt habitarent ibi. De reliqua multitudine ſorte miſſa ſtatuit, vt è decem vnus ibi habitaret. Quibus expletis reuerſus eſt Neemias ad regem Artaxerxem, & Eſdras mortuus eſt in ſenectute bona. Quidam dicunt hunc eſſe Malachiam prophetam. Alij aſſerunt illum alterum eſſe, & natum in Iudæa poſt reuerſionem de captiuitate. Vltra autem duos libros Eſdræ qui authentici habentur in canone noſtro & Hebræorum, habentur duo alij libri ei intitulati, ſed Apocryphi cenſentur, & ideo quæ ibi ponuntur quamuis bona ſint & prophetica tamen C omitto. Vicen. tamen multa ex illis refert lib. 4. cap. 49. ſpe. hiſto.

A. M. 3496. Mach. 4.

Nota de vitio ſimoniæ.

2. Eſd. 11.

Hi duo li. à Cō. Tri. non ſunt recepti.

§. XIX.

ANNO Artaxerxis trigeſimoquinto claruerunt Hippocrates medicus & Gorgias rhetor. Dicit autem Hieron. in quæſtionibus ſuper Geneſ. ſcriptum reperitur in libris Hippocratis, quòd quædam ſuſpitione adulterij fuerat punienda, cum pulcherrimum peperiſſet, & vtrique parenti generique diſſimilem filium, niſi memoratus medicus ſo- D luiſſet quæſtionem, monens quærere ne forte talis pictura eſſet in cubiculo, qua inuenta mulier à ſuſpicione eſt liberata. Dicit autem Vin. in ſpe. hiſt. quòd Gorgias iſte, de quo ſupra, non eſt iſte Gorgias Epirota. de quo refert Vale. lib. 1. quòd dum mater eius feretro ferretur ad tumulum mortua, vtero lapſus inopinato vagitu ferentes ſtare coegit. Sed eſt Gorgias Leontinus, de quo idem refert lib. 7. quòd ſapientiſſimus fuit ſui temporis, & in concione publice poſita, propoſuit ſe omnibus quæſtionibus reſponſurum, vnde & cineres eius eundem honorem aſſecuti ſunt quem oraculum Delphicum, de hoc E etiam refert Tull. de ſenectute, quòd magiſter Socratis fuerit, & quòd centum & ſeptem annos compleuerit, nec vnquam in ſuo ſtudio ceſſauerit. Qui cum ab eo quæreretur cur tandiu vellet eſſe in vita. quia inquit nihil habeo quo accuſem ſenectutem. Hieron. lib. 1. ad io. Iouin. Gorgias inquit rhetor librum pulcherrimum de concordia Græcis diſsidentibus recitauit Olympiæ. Cui Melanthius inimicus eius hic inquit nobis de concordia præcipit, qui tres in vna domo vxorem, ſ. ſe & ancillam concordare non potuit. Aemulabatur quippe vxor eius ancillæ pulchritudini, & caſtiſsimum virum quoti- F dianis iurgiis exagitabat.

Hippocrates Gargias rhetor.

Hier. in li. Quę heb. ſuper Ge. cap. 30.

Val. lib. 1. cap. 8.

Val. lib. 8. cap. 16.

§ XX.

ANNO Artaxerxis quadrageſimo Socrates plurimo ſermone celebratur, hic vt dicit Aug. 8. de ciuit. Dei. cap. 2. Archelai diſcipulus fuiſſe perhibetur

Quæ de Socrate à variis prodita.

A. M. 3496.

A

tur. Qui primus vniuerſam philoſophiam ad corrigendos componendóſque mores flexiſſe memoratur, cum ante illum omnes propheti magis phyſicis, id eſt naturalibus rebus perſcrutandis operam maximam impenderint. Non mihi autem poſſe videtur ad liquidum colligi, vtrum Socrates, vt hoc faceret tædio rerum obſcurarum & incertarũ ad aliquid apertum & certum reperiendum animum intenderit, quod eſſe beatæ vitæ neceſſarium, propter quam vnam omnium prophetarum inuigilaſſe ac laboraſſe videtur induſtria, an vero ſicut de illo quidam beneuolentius ſuſpicantur, nolebat immundos

Cur Socrates de morib. & non de nãturarũ philoſophari voluerit.

B

terrenis cupiditatibus animos, ſe extendere in diuina conari, quando quidem ab eis cauſas rerum videbat inquiri, quas primas ac ſummas, non niſi in vnius veri ac ſummi Dei voluntate eſſe credebat. Vnde nec eas putabat niſi mundata mente poſſe comprehendi & ideo purgandæ bonis moribus vitæ cenſebat inſtandum, vt deprimentibus libidinibus exoneratus animus, naturali vigore in æterna ſe attolleret, naturáq; incorporei & incommutabilis luminis, vbi cauſæ omnium factarum naturarum ſtabiliter viuunt intelligentiæ puritate conſpiceret. Conſtat eum tamen imperitorum ſtultitiam ſe ſcire aliquid opinantium, etiam in ipſis moralibus quæſtionibus, quo totum animum intendiſſe videbatur, vel confeſſa ignorantia ſua vel diſſimulata ſcientia, lepore mirabili diſſerendi, & acutiſſima vrbanitate agitaſſe atque verſaſſe, vnde & concitatis inimicitiis calumnioſa criminatione damnatus, morte mulctatus eſt. In quæſtionum vero moralium diſceptione agitur de ſummo bono, ſine quo fieri homo beatus non poteſt. Eſt autem finis boni quo quis cum peruenerit, beatus eſt. Quod in Socratis diſputationibus dum omnia mouet aſſerit, deſtruit, quoniam non euidenter apparuit, quod cuique placuit ſucceſſorum Socratis inde ſumpſerunt. Ariſtippus enim ſummum bonum dixit voluptatem: Antiſthenes virtutem, hæc Auguſt.

C

D

Item de eo ait Hugo de ſancto victo. Ethicæ inuentor Socrates fuit [a] qui de ea 24. libros ſecundum poſitiuam iuſtitiam conſcripſit. Item Hiero. primo contra Iouinianum. Socrates Xantippem & Myron neptem Ariſtidis duas habuit vxores, quæ cum crebro inter ſe iurgarentur, & ille eas ſolitus eſſet irridere, quòd propter ſe fœdiſsimum hominem, ſimis natibus, recalua fronte, piloſis humeris, & repandis cruribus, diſceptarent, nouiſsime verterunt in eum impetum, & male mulctatum fugientémq; diu perſecutæ ſunt. Quodam autem tempore cum infinita conuicia ex ſuperiori loco ingerenti Xantippe reſtitiſſet, aqua perfuſus immunda, nihil amplius reſpondit quã capite deterſo, ſciebã, inquit, futurũ, vt poſt tonitruum ſequeretur imber. Idem interrogatus ab Albiciade. Cur Xantippem mulierem tam acerbam non abiicerat. Quoniam, inquit, cum illam domi talem perpetior, inſueſco exercеórque, vt cæterorum foris petulantiam & iniuriam facilius feram. Nihil autem ſe ſcire dicebat, niſi hoc ipſum quòd nihil ſciret, hæc Vincen. in ſpe. hiſto. De eodem dicit Sen. quòd inuitatus ab Archelao Principe vt ad ſe veniret, quatenus eum honorare poſſet, reſpondiſſe fertur, nolle ab eo accipere beneficia, cui paria reddere non poſſet. Ioan. Caſsia. in

Socratis deſcriptio.

E

Gel. lib. 1. cap. 17.

F

Sen. lib. 5. de benef. cap. 6.

Caſſ. coll. 13. cap. 5. Mar. Tul. in 2. de diuin.

a Vulgata tamen paſſim opinio eſt, quam etiam di. Hier. in Apol. ad verbum Ruff. ſequitur. Socratem nihil vnquam ſcripſiſſe.

A

lib. colla. ait, Socratem Zophyrus phyſiognomon intuens ait. Oculi tui oculi corruptionis puerorum. Cumque diſcipuli irruentes in eum, punire vellent illatum magiſtro conuicium, hac ſententia illos repreſsit. Quieſcite, ô ſodales quieſcite, etenim ſum quod aſſerit. Sed me contineo. De eodem Aulus Gellius ſtare Socrates ſolitus dicitur pertinaci ſtatu, perdius atque pernox, à ſummo lucis ortu vſque ad ſolem alterum orientem inconueniens, immobilis iiſdem veſtigiis, & ore atque oculis eundem in locum directis, cogitabundus tanquam quodam ſeceſſu mentis atque animi facto à corpore. Temperantia quoque tanta fuiſſe traditum eſt, vt omnia fere vitæ ſuæ tempora valetudine inoffenſa vixerit. Idem dicebat Socrates, multos homines propterea velle viuere, vt ederent & biberent, ſe autem edere & bibere, vt viueret. Tertulianus de ipſo ait. Socrati à pueritia adheſiſſe dæmonium dicitur (peſsimum reuera pædagogum: & ſi philoſophi poſt decem) dæmones deputant. Socratis vox eſt, ſi dæmonium permittat. Idem & cum aliquid de veritate ſapiebat, Deos negans, Æſculapio gallinaceum pro ſe dari iam in fine iubebat. Credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo ſapientiſsimum omnium cecinit. O Apollinem inconſideratum, ſapientiæ teſtimonium reddidit ei viro qui negabat deos eſſe. Hiero. Eundum ſemper vultum habere non poſſumus, quod de Socrate philoſopho falſo gloriatur, quanto magis animum? Multæ facies variæq; hominum ſic & corda diuerſa. Sen. ad Lucinum. Dicebat Socrates, qui volet tibi, iniuriam faciet & contumeliam, tu tamen nihil patieris, ſi tantum virtus tecum erit. Idem quærenti cuidam. Cur ſibi mutatio locorum non prodeſſet ad depoſitionem vitiorum, ait. Quid miraris nihil tibi peregrinationem prodeſſe, cum te circunferas? Vin. in ſpe. hiſto. Hæc infra ſcripta dicuntur ſententiæ eius laudabiles. Melius eſt non viuere quàm pauere. Qui multarum rerum poteſtatem habet, primum purgare conſcientiam debet, vt qui delicta corrigit non admittat. Stultum eſt vt imperare quis velit, cum ſibiipſi imperare non poſsit. Age ſic alienum, vt tuum nõ obliuiſcaris negotiũ. Amico ita prodeſto, ne tibi noceas. Quod habes ita vtere, vt alieno nõ egeas. In tuo magis quàm alieno labore ſarcinam ſuſcipe. Pecuniæ quærendæ & tuendæ modum habere oportet. Velox conſilium ſequitur pœnitentia. Maxime contraria ſunt conſilio, feſtinatio & ira. Cum amicis orationes breues, amicitias longas oportet habere. Negat ſibi ipſe, qui quod difficile eſt petit. Malum alienum, tuum ne feceris gaudium, Principium amicitiæ bene loqui, exordium inimicitiarum maledicere. Amicus raro acquiritur, cito amittitur, multo turpius damnatur. Nulli imponas quod ipſe pati non poſsis. Præſentem laudare minime decet. Sepultus apud te ſermo ſit, quem ſolus audieris. Si bene egeris ipſe tibi perſonæ authoritatem dabis. Peccatum geminat quem nom pudet delicti. Quæ ſupra nos nihil ad nos. Vale 7. lib. de eo. Socrates humanæ ſapientiæ quaſi terreſtre quoddam oraculum, compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat, qui id agerent, vt quales videri vellent, tales etiam eſſent.

A. M. 3524.

Aul. Gell. lib. 2. c. 1.

B

Tert. de anima.

C

Tert. aduerſ. gent. c. 45. Hie. lib. 3. ad verſus pelagianos.

Sapiẽ. lib. 3. ep. 28.

D

Socratis ſentẽtiæ.

E

F

§. XXI.

POST Artaxerxem inquit Euſe. in Chron. regnauit Xerxes duobus menſibus Perſarum rex octauus, poſtquẽ nonus Sogdianus menſibus 7. Cui ſucceſsit

Xerxes & & Sogdianus perſarum reges.

A.M. 3529.

A ſucceſsit Darius cognomento nothus. Cœpit autem regnare anno quintæ ætatis 166. mundi vero ter milleſimo quadringenteſimo triceſimonono. Sed ſecundum computationem Bedæ & 70. anno quarter milleſimo, & 1176. Et regnauit annis, 19. Hic eſt tertius Darius. Nam primus fuit Darius Medus auunculus Cyri. Secundus Darius Hiſtaſpis. Tertius hic Darius nothus. Et vt dicit Oroſius lib. 2. His temporibus grauiſsimo terræmotu concuſſa eſt Sicilia, Inſuper exæſtuantibus Ethnæ montis ignibus fauilliſq; calidis cum detrimento plurimorum agrorum ac villarum vaſtata eſt. Athenienſium quoque miſerabiles reliquias peſtis inuaſit diuque populata eſt. B Anno autem quarto huius Darij natus eſt Plato ſecundum Euſe. in chron. de quo dicit Apuleius in li. de vita & moribus eius, quid prius Ariſtocles nominatus eſt, pater eius Ariſto de genere neptuni fuit. mater eius Periction e à Solone ſapiētiſsimo legum Atticarum fundatore traxit originē. Et vt ait Hiero. contra Iouinianum. Speuſippus ſororis Platonis filius & Anaxilides, dicunt Perictionem matrem Platonis phantaſmate Apollinis oppreſſam, & ſapientiæ Principem non aliter niſi de partu virginis editum arbitrantur. Dicit Vale. de eo quòd dormienti Platoni in cunis apes mel labellis paruuli inferebant, ſignantes ſingularis eloquij ſuauitatem. Cum autem Ariſton pater Platonis deferret eum ad Socratem ad erudiendum paruulum, nocte præcedente ſomnium viderat Socrates, quòd in ſinum eius aduolauerat pullus cygni candoris eximij, & vocis canore de ara cupidinis in Academiam, & de ſinu ſuo cantando volabat in cœlū. Cum igitur vidiſſet puerum Platonē à Patre ad ſe deferri mox Socrates interpretationē ſomnij ſui dixit expletam. Hæc Apuleius. Natus eſt autem Plato anno 44. ætatis Socratis magiſtri ſui. Demum Socrates ætatis ſue anno 70. obiit. De quo Oroſius. Socrates ille author clariſsimus philoſophorum, veneno ſibi apud Athenienſes vitā [a] extorſit. Ex quibus verbis dicit Vin. ſpe. hiſt. Socratem non expectaſſe vt ei à carnifice venenum propinaretur, ſed deceptus conſilio familiaris ſui dæmonis, quem Apuleius Deum Socratis appellat, mortem ſibi intulit, aut amore popularis gloriæ: aut timore maioris pœnæ. Iam autem damnatus erat ab Athenienſibus, quia Deos deſtruebat, vt dicit Tertullianus. Tamen cum pœnitentia ſententiæ Athenienſes, & criminatores Socratis poſtea afflixerint, & imaginem auream in templo collocarint, reſciſſa damnatio teſtimonium Socrati reddidit.

Darij tres.

Oroſ. lib. 2. cap. 18.

De monte Æthna in Sicillia.

De Plato.

Hier. lib. 2. cōt. Iou.

Val. lib. 1. cap. 6.

C

Oroſ. lib. 2. c. 17.

Moritur Socrates.

D

Apul. in li. de Deo Socratis.

Sacrates deos deſtruebat.

Ter. aduerſ gent. cap. 14.

E Valerius de eo. Socratem conſtat ætate prouectum fidibus tractandis operam dare cœpiſſe. Tantis enim doctrinæ ſuæ diuitiis, etiam muſicæ rationis viliſsimum elementum accedere voluit. Dúmque ad diſcendum ſemper ſe pauperem credidit, ad docendum locupletiſsimum fecit. Et infra, hominem quippe rerum natura continui laboris patientem eſſe non ſinit. Id quidem vidit ſapientiſsimus Socrates. Ideóq; non erubuit, tunc cum interpoſita arundine cruribus ſuis, cum paruulis filiolis ludens, ab Alcibiade riſus eſt. Fuit & Alcibiades Socratis

Val. lib. 8. cap. 7.

F

a Socrates quod ſibi vitam extorſit non ſponte ſed coactus iudicio fecit, miuſſu enim imperatoris qui nos in arce huius corporis collocauit, migrandum non eſſe & ſciuit, & eodē quo è vita diſceſſit, die docuit: iniquiſſimo tamen Athenienſium iudicio, quo ill' ingenuos homines veneno tollere conſueuerant, non repugnare auſus eſt, nec ſi voluiſſet contradicere potuiſſet.

A diſcipulus, de quo dicit Vale. & Aug. quòd cum ſe beatum putaret, ex eo quòd diues & pulcher & eloquens eſſet, Socrates cum eo diſputauit, & demonſtrauit quàm miſer eſſet, quoniam ſtultus eſſet, & tamen eum ſuis rationibus exaggerauit vt ipſum flere cogeret. De quo etiam refert Boe. in lib. de conſo. Ariſtotelem dixiſſe, quòd ſi quis lynceos haberet oculos vt interiora corporis humani poſſet inſpicere, videret quòd illud corpus Alcibiadis, quod in ſuperficie pulcherrimum erat, intrinſecus foret turpiſsimum. De eo ait Vale. lib. 6. Alcibiadem quaſi duæ fortunæ partitæ ſunt. Altera quæ ei nobilitatem B eximiam, abundantes diuitias, formam præſtantiſsimam, fauorem ciuium propenſum, ſumma imperia, præcipuas vires, flagrantiſsimum ingenium aſsignaret. Altera quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam mortem infligeret, nec aut hæc aut illa vniuerſa, ſed varia perplexa freto æſtuique ſimillima. Hic Alcibiades ſecundum Euſe. in Chron. propter inuidiam fugit ab Athenienſibus ad Lacedæmonios qui erant hoſtes Athenienſium. Sed iterum apud Lacedæmonios virtus eius plus inuidiæ contraxit quam gratiæ. Fugit autem ad Pharnabazum, qui accepto precio à Lyſandro Lacedæmoniorū principe iuſſit eum interfici. vt ait Heron. libro contra Ioui. miſitque caput eius Lyſandro in teſtimonium cædis eumque reliqua pars inſepulta iaceret cōcubina eius Cimandra funeri buſta perſolui, ob amorem eius mori parata. Alij tamen dicūt ipſum ſeipſum incendiſſe. Alij vt Iuſtinus & Oroſius aſſerunt eum cum ad Perſas fugeret, à tyrannis triginta Athenienſium miſſis vt in via occideretur, & cum apte fieri non poſſet de die de nocte cum dormiret in cubiculo fuiſſe crematum. Claruit eo tempore anno. 5. Darij. 9. Eudoxus Aſtrologus ſecundum Euſe. in chorn. qui in excelſi montis cacumina conſcendit vt aſtrorum cœlique motum depræhenderet.

A.M. 3529.

Aug. lib. 14. ciu. c. 8.

Alcibiades diſcipulus Socratis de hoc Alcibiade & eius geſtis vide latius apud Plutarchū in vita Alcibiadis.

Val. lib. 6. ca. 11.

C

Hie. lib. 1. cont Ioui.

Iuſt. lib. 5 Oroſ. 5. 2. cap. 17.

D

Eudoxus Aſtrologus

§. XXI.

LACEDEMONII ver [b] ſacrum deſtinantes, Heracleam ciuitatem condunt, in qua vt dicit Helinandus lib. 16. fuit illud theatrū mirabile, quod ponitur quintum inter ſeptē mirabilia mundi. Nam de vno monte marmoreo ita ſculptum eſt, vt omnes cellulæ, manſiones, & muri, & antra beſtiarum ex vno ſolidoque lapide facta ſint. Eſt autem totum E theatrum ſuper ſeptem cancros de ipſo lapide ſculptos appendens. Et nemo in gyrum ipſum tam ſecrete aut ſolus aut cum alio loqui poterat, quin omnes qui in circumitu erant audirent. Eo tempore Ægyptus à Perſis receſsit, & rurſum Ægyptiorum renaſcitur dynaſtia. Hieron. in chron. Euripides in Creta Iouis propheta non ſolum à carnibus, ſed & à coctis cibis abſtinuiſſe refertur. Teſtatur autem Helinandus vbi ſupra quòd triginta rectores qui fuerant creati ad diſponendum rempublicam Athenienſium, conuerſi ſunt in tyrannidem, adunatis ſibi tribus millibus ſatelitū, & c. 1200. militibus de exercitu F victore Hi triginta rectores vt refert Hier. con-

Euſeb. in Chron.

Heracleę theatrum inter ſeptē mūdi miracula.

Triginta Tyrani Athenieſium

Hier. lib. con. Ioui.

b Ver ſacrum vouendi mos, magnis enim periculis vouebant adducti quacunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia immolaturos, ſed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant atque ita extra fines ſuos exigebant. Feſtus.

A.M. 3548. Hier. lib. 2. cót. Iou. tra Ioui. quum Phidonem, necaſſent in conuiuio filias eius virgines ad ſe venire iuſſerunt, & ſcortorum more nudari, ac ſuper pauimenta ſanguine patris cruentata, impudicis geſtibus ludere, quæ pauliſper diſſimulato dolore, cum conuiuas temulentos cernerent, quaſi ad requiſita naturæ egredientes inuicem ſe complexæ præcipitauerunt in puteum vt virginitatem morte ſeruarent.

§. XXIII.

De Artaxerxe Rege perſarum. POST Darium regnauit in perſide Artaxerxes filius eius, qui dictus eſt Mnemon, & in libro Eſther dicitur Aſſuerus, vt dicunt Hebræi, & refert hiſt. ſcho. vnde ſub eo conſcripta eſt hiſtoria Eſther, qui liber authenticus eſt etiam ſecundum Hebræos. Regnauit hic ſuper 127. prouincias ab India vſq; ad Æthiopiam, vt erat in Suſis ciuitate ſolium regni illius. Iuſt. li. 10. Iuſtinus & Pompeius Trogus dicunt iſtum Artaxerxem ex pellicibus ſuis centum & quindecim filios habuiſſe, quòd valde conſonat libro Eſther, vbi dicitur quòd poſt repudiationem reginæ Vaſthi per vniuerſas prouincias quæſitæ ſunt puellæ ſpecioſæ & virgines ſemel & ſecundo, & adductæ ad ciuitatem Suſis, quas rex cognouit, & demum ex omnibus illis elegit ſibi in vxorem Eſther. lib. Eſth. ſumma. Eſth. cap. 1.

Iſte igitur Aſſuerus tertio anno regni ſui fecit grande conuiuium cunctis Principibus ſuis Medorum & Perſarum, & perfectis prouinciarum, diebus 180. & poſtea populo qui erat in Suſis diebus ſeptem. De rege Aſſuero. Et ponitur ibi magnificentia apparatus, & pompæ mirabilis. Cumque miſiſſet rex pro Vaſthi regina vxore ſua pulchra valde quæ & ipſa fecerat cóuiuium fœminarum & noluiſſet venire, indignatus eſt, propter quod de conſilio ſapientum repudiauit eam, & regno priuauit. Quæſitæque ſunt virgines ſpecioſæ ex diuerſis locis, vt ornatæ certo tempore, poſtea ingrederentur ad regem certa die. Et inter omnes Eſther de genere hebræorum neptis Mardochei, quam ſibi in filiam adoptauerat, pulcherrima adducta ei ſuper omnes placuit, & vxorem duxit reginam faciens loco Vaſthi. Mardochæus poſt hæc manens ad palatij ianuam detexit proditionem eunuchorum, qui tractabant occidere regem. Exaltauit autem rex Aſſuerus Aman de ſtirpe Agag ſuper omnes Principes ſuos. Vnde omnes eum adorabant, & genua flectebant excepto Mardochæo. Quod ille perpendens & indignans, perſuaſit regi, & literas procurauit, vt certa die occiderentur omnes Iudæi vbicunque inuenti eſſent, veluti diſcordantes à ritibus aliorum & legibus, vt ſic & Mardochæus occideretur cum aliis, quem ſciuerat eſſe de genere Iudæorum. Quod intelligens Mardochæus nunciari fecit reginę Eſther, vt cum rege loquens exterminio eorum obuiaret. Quæ dixit vt induceret Iudæos ad ieiunium & orationem. Eſther poſt triduum ieiunij & orationis ſuæ & populi regalib. veſtimentis ornata, ingreſſa eſt ad regem non vocata, cum vidit eandem rex primo terribilem aſpectum ei oſtendit, propter quod ex timore in pallorem verſa & quaſi lapſa. Nam lex erat quod quicunque ingrederetur ad regem non vocatus ſubito occideretur, niſi rex virgam auream, quam tenebat in manu extenderet ſuper eum. Vertitque Deus ſpiritum regis in manſuetudinem, & exiliens de ſolio ſuſtentauit reginam, & confortauit eam, ne timeret, & oſculata virga ipſa ſe extendit ſuper collum eius. Rogauitq; regem poſt laudationem eius, vt veniret ad conui-

A uium ſuum ipſe & Aman. Quod & promiſit ſe facturum. Egreſſuſque Aman de curia, & occurrens Mardochæo non eum adoranti iratus contra eum, reuerſus domum contulit cum vxore & amicis, & de beneuolentia regis & reginæ, & de indignatione contra Mardochæum nolente eum adorare. Qui ſuaſerunt ſibi vt pararet in domo lignum altum quinquaginta cubitis, & cum ibi ſuſpendi faceret, quod & ordinauit. A. M. 3548. cap. 6. Noctem autem præcedentem conuiuium rex ducens inſomnem, cum legi faceret hiſtorias geſtorum in illius temporibus, ventum eſt ad B coniurationem factam contra regem per eunuchos detectam per Mardochæum, comperienſq; nil enim retributionis percepiſſe pro tanto beneficio, ad Aman reperto in aula quæſiuit de honore impendendo ei quem & ipſe vellet multū honorare, & modo tenendo, qui exiſtimans hunc honorem ſibi à Rege deferendum, modum expreſſit magnificum, & iuſſit rex totum illud adimpleri in Mardochæo, ipſeque Aman ex iuſſu regis anteibat Mardochæum per ciuitatem clamans & dicens. Sic honorabitur quem voluerit rex honorare. Reuerſuſq; in domum ſuam cum magna triſtitia inuidiæ, dixit vxori & familiæ C quod acciderat. Qui dixerunt quòd ſi Mardochæus ille erat de ſemine Iudæorum, non poſſet ei reſiſtere, ſed illi præualeret, Accedente autem eo vocato ad conuiuium per reginam paratam cum rege, poſt cibum interrogauit rex quid peteret ab eo, paratus etiam dimidium regni dare. cap. 7. Quæ petiit vitam ſibi & populo ſuo ſeruari, cum dati eſſent in mortem per ordinationem ipſius Aman. Quod audiens rex ſurrexit iratus de conuiuio contra Aman, pergens in hortum, demū mandauit vt in cruce parata Mardochæo ipſe Aman ſuſpenderetur. Exinde rex annulum ſuum quem ab Aman auferri iuſſerat, dedit cap. 8. D Mardochæo: exaltans eum loco Aman audito quòd eſſet patruus Eſther reginæ. Procurauitque ipſa à rege, quòd epiſtolæ deſtinarentur ciuitatibus cunctis in contrarium, id eſt quid irritatis primis, econtra die illa quæ ſtatuta erat ad occiſionem Iudæorum, daretur licentia ipſis Iudæis occidendi hoſtes eorum. Quod totum factum eſt die, ſcilicet 13. duodecimi menſis, qui dicitur Adar. Sicq; & exitiū Iudæorum & luctus ex periculo cōuerſum eſt in gaudium & feſtum. cap. 9. Et die illa 13. occiſi ſunt in Suſis quingenti hoſtes Iudæorum ab eis, & decem filij Aman ſuſpenſi. In aliis autem ciuitatibus, & locis, 75. millia E hominum occiſa. Ordinauitq; Mardochæus vt dies ille feſtus celebraretur à Iudæis vbique epiſtolam ſcribens, quem adhuc obſeruant appellantes diem illam [a] phurim.

Exinde ponitur ſomnium quod aliquando viderat Mardochæus, ſcilicet duos dracones ad ſe inuicem bellantes, ad quorum clamorem cunctæ concitatæ ſunt gentes. Conturbata eſt gens iuſtorum timentium mala ſua, & præparata ad mortem clamauerúntque ad dominum. Illiſque vociferantibus, fons paruus creuit in flumen maximum, & in aquas plurimas redundauit, lux & ſol ortus eſt, & humiles F exaltati ſunt, & deuorauerūt inclytos dracones. Illi erāt Aman & Mardocheus. Fōs vero paruus Exther. Hæc tamē, in editione vulgata. Similiter verba epi-

a Phurim vocant, (quod ſortem ſignificat) eo quod ſors iacta ſit, quo die & quo menſe, inimici Iudæorum de medio erant tollendi, quemadmodum Aman Iudæorum hoſtis ſortem iecerat, quo die & menſe Iudæos delere decreuerat.

ſtolæ

A.M. 3548.

Aſſuerus modo miũ licus ad fidẽ ſe cõuertit.

ſtolæ miſſæ ab Artaxerxe Aſſuero ſuper interfectione Iudæorum, & cauſa & oratio Mardochæi deuota, & oratio Eſther in editione vulgata, ponitur etiam ibi epiſtola pulchra Artaxerxis ad omnes prouincias ſuo dominio ſubditas, reuocatoria priorum literarum, declarando non procedere ex leuitate talem reuocationem: ſed ex magna ratione, declarando malitiam Aman & beniuolentiam Mardochæi. Sed cum Eſther fuerit primo cognita ab Artaxerxe, non vt vxor, cum adhuc non eſſet vxor, neſcio videre quomodo poſsit aliter excuſari à peccato mortali luxuriæ, niſi dicatur, quòd fecerit hoc familiari conſilio ſpiritusſancti, ſicut & Oſee propheta cognoſcendo mulierẽ fornicariam, & Sampſon Daliam. Vbique enim ſunt magna myſteria inter Chriſtum & Eccleſiam. Sed & Aſſuerus dicitur ductus ad fidem veri Dei per medium Eſther, vnde gloſ. ſuper illud Apoſtoli 1. Corin. 7. Saluatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem. inducit exemplum Aſſueri ſaluati per Eſther vxorem fidelem.

Iud. 16. Oſee 1.

§. XXIIII.

De Xenophonte.

Val. lib. 5. cap. 10.

TEMPORE huius Artaxerxis claruit Xenophon diſcipulus Socratis, qui poſt Platonem ſuper diſcipulos Socratis palmam eloquentiæ aſſecutus eſt. Hic vt refert Vale. lib. 5. cum ſacrificaret, maiorem duobus filiis in prælio periiſſe cognouit, nec ideo cultum deorum dimittendum putauit, ſed tantummodo coronam deponere contentus fuit. Quam ipſam percunctatus quonam modo cecidiſſet, vt audiuit fortiſsime pugnantẽ interiiſſe capiti repoſuit, numina quibus ſacrificabat teſtatus, maiorem ſe de virtute illius voluptatem quàm ex morte ſentire amaritudinem, hæc ille. Ex quo exemplo ſciat fidelis quàm equanimiter ferre debet mortem charorum. Hic vt ait Hiero. contra Ioui. deſcribens vitam Perſarum teſtatur polenta, & cardamo, & ſale, & pane Perſas victitare. Anno 13. Artaxerxis celebris habitus eſt Diogenes caput ſectæ Cynicorum philoſophorum. Tullius tamen dicit Cynicos ab Ariſtippo primum cœpiſſe, qui propterea virtutem cenſebat eſſe laudandam quod efficiens eſſet voluptatis. Sed his temporibus floret Epicurus eiuſdem ſectæ fere adiutor auctórque ſententiæ. De his ſic inquit Auguſt. 14. de ciui. Dei cap. 20. Canini illi, id eſt Cynici philoſophi proferebãt contra humanam verecundiam, caninam hoc eſt immundam impudentémque ſententiam, vt ſcilicet, quoniam iuſtum eſt quod fit cum vxore, palam non pudeat id agere. Vicit tamen pudor naturalis opinionem huius erroris. Nam etſi perhibent hoc feciſſe Diogenem, à poſteris tum Cynicis hoc fieri ceſſatum eſt, pluſque valuit pudor vt erubeſcerent homines hominibus, quàm error vt homines affectarent ſimiles eſſe canibus. De ipſo refert Macrobius in Saturnalibus, quòd cum ex libertate in ſeruitutem deueniſſet, vt venderetur, eméreque eum vellet Xeniades Corinthius, quid artificij nouiſſet percontatus. Reſpondit. Noui inquit hominibus liberis imperare. Miratur reſponſura Xeniades ſtatim eum emiſit manu, id eſt liberauit, filióſque ſuos ei tradens, accipe inquit liberos meos quibus imperes. Huius Diogenis eſt illa ſententia, vulnerat conſcientiam, quicquid mala confixerit lingua. Valerius de eo libro 4. inquit. Diogenes Syracuſis cum olera ei lauanti Ariſtippus dixiſſet. Si Dionyſio adulari velles, iſta non eſſes. immo (inquit) ſi tu iſta eſſe velles, Dionyſio non adulareris. Hieron. contra Iouinia. Antiſthenes [de paupertate diſputantem, dixiſſe fertur] ad diſcipulos, ſuos abite, & magiſtrum vobis quærite, ego enim iam reperi. Statimque venditis, quæ habebat & publice diſtributis, nihil ſibi præter palliolum reſeruauit. Pauperiatiſque eius & loboris teſtis eſt Xenophon. Huius Diogenes ille famoſiſſimus ſectator fuit, potentior rege Alexandro, & naturæ humanæ victor. Nam cum diſcipulorũ Antiſthenes nullum reciperet, & perſeuerantẽ Diogenem remouere non poſſet, nouiſſimè claua minatus eſt, vt abiret. Cui ille ſubieciſſe dicitur caput, atque dixiſſe, nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo poſſit obſequio ſeparare. De hoc Diogene refert Satyrus quòd pallio vſus ſit propter frigus, peram pro cellario habuit, ſecumque portarit clauem ob corpuſculi fragilitatem, qua iam ſenex membra ſuſtentare ſolitus erat, [& ἡμερόβιος[a] vulgo appellatus ſit] in præſentem horam poſcens à quolibet & accipiens cibum. Habitabat autem in portarum veſtibulis & porticibus ciuitatum. Cumque ſe contorqueret in dolio, volubilem ſe habere domum iocabatur, & ſecum temporibus commutantẽ frigoris tempore os dolij vertebat in meridiẽ, æſtate in Septentrionem, vt cumque ſol ſe inclinauerat, Diogenes ſimul prætorium vertebatur. Quodam tempore habens ad potandum cauum ligneum, vidit puerum concaua manu bibere, & illiſiſſe illud fertur ad terram, dicens. Neſciebam quòd natura poculum haberet. Virtutem eius & continentiam mors quoque iudicat. Nam cum ad agonem Olympicum, vbi magna frequentia Græciæ celebrabatur iam ſenex pergeret, febri in itenere apprehenſus dicitur accubuiſſe in crepidine viæ. Volentibus autem cum amicis aut in iumentum aut in vehiculum tollere, non acquieuit, ſed tranſiens ad arboris vmbram, locutus eſt: Abite quæſo, & ſpectatum pergite, hæc me nox aut victorem probabit aut victum. Si febrem vicero, ad agonem veniam. Si me vicerit febris, ad inferna deſcendam. ibique per noctem eliſo gutture, non tam mori ſe ait, quàm febrem morte excludere. Hinc diſce ab infideli mundi contemptum, abſtinentiam, & patientiam, ſed deteſtare inuerecundiam eius.

De Diogene.

Hier. lib. 1. cõtra Iouin. huius rei meminit Xen. in Cyri pręd. & M. T. in 5. Tuſ. κάρδαμον autem græcè latine naſturtiũ dicitur. M. T. in 3. de orat.

Mac. lib. 1. Saturn. cap. 11.

Val. lib. 4. cap 3.

A.M. 3548.

Hie. lib. 2. cõt. Ioui.

De dolio Diogenis.

Mors Diogenis ſua lis.

Hoc etiam tempore inſignis habitus eſt Speuſippus philoſophus Platonis nepos ex ſorore ſecundum Vincem. ſpe. hiſt. Huius fuiſſe dicitur illa ſententia quam in laudantem ſe protuliſſe fertur. Adulator inquit deſine vtroſque fallere, nihil proficis cum te intelligam.

In illo tempore vt refert Iuſti. lib. 18. Carthaginenſes cum diu in Sicilia infeliciter dimicaſſent, tranſlato in Sardiniam bello, amiſſa exercitus maiori parte, graui prælio victi ſunt propter quod ducem ſuum Machœum, cuius auſpiciis & Siciliæ partem domuerant, & aduerſus Aphros magnas res geſſerant: cum parte exercitus, quæ ſuperfuerat, exulare iuſſerunt. Qui ciuitatem cum armis repetentes obſederunt, dicentes non ſe expugnatum ciuitatem ſed recuperatum patriam venire, oſtenſuróſque ſe ciuibus ſuis, non ſibi virtutem in priori bello, ſed fortunam defuiſſe, prohibitis commeatibus vrbem in ſummam deſperationem adduxerunt.

Carthaginẽſes in Sardinia infeliciter dimicant.

a ἡμερόβιος eſt homo in diem viuens, & de craſtino nunquam ſollicitus.

i 5 *Interea*

A.M. 3548.

Interea Cartalo Machæi exulis ducis filius, cum præter caſtra patris à Tyro, quo decimas Herculis ferre ex præda Sicilienſi, quam pater eius ceperat à Carthaginenſibus miſſus fuerat, reuerteretur, accerſitúſque à patre eſſet, prius ſe publicæ religionis officia executurum, quàm priuatæ pietatis, reſpondit. Quam rem Machæus indigne ferens, non tamen vim publicæ religioni afferre auſus eſt. Interiectis autem aliquot diebus Cartalo petito commeatu à populo, reuertitur ad patrem, ornatus purpura & infulis ſacerdotij. Cui in ſecretum adducto ait pater. Auſus ne es nefandiſſimum caput, purpura ornatus, & auro in conſpectu tot miſerorum ciuium venire? Statuam inquit pater Machæus in te exemplum, ne quis poſt hac filius infelicibus patris miſeriis illudat, atque ita eum cum ornatu ſuo in altiſſimam crucem in conſpectu vrbis affligi iuſſit. Non multo poſt Carthaginem cepit, punitiſque authoribus exilij ſui & ſociorum ſuorum, vrbem legibus ſuis reddidit, interfectis decem ſenatoribus, non multo poſt affectati regni accuſatus, occiſus eſt. Hinc ſcias miſeris compatiendum. Machæo ſucceſſit Mago imperator vt refert Iuſti. qui primus omnium ordinata diſciplina militari Pænorum imperium, non minus bellandi arte, quam virtute firmauit. Decedens hic duos filios dereliquit, Aſdrubalem & Amilcharem, his ducibus Sardinæ bellum illatum eſt, vbi Aſdrubal grauiter vulneratus occubuit. In huius locum ſucceſſit Amilchar frater eius, qui in bello Sicilienſi occiſus eſt. Cui cum obſideret Syracuſas dictum eſt per ſomnium vt refert Vale. futurum eſſe proxima die, quòd in vrbe cœnaret, quod & factum eſt, non victor tamen, ſed captiuus intrauit. Huius Amilcharis tempore vt ait Iuſti. Legati à Dario rege Perſarum directi Carthaginem venerunt, afferentes edictum quo Pæni humanas hoſtias immolare, & canina carne veſci prohibentur, petentes ſimul auxilia aduerſus Græciam, cui Darius bellum illaturus erat. Sed Carthaginenſes auxilia negantes propter finitimorum bella aſſidua cæteris, ne per omnia contumaces viderentur, cupide paruerunt. Et Aſdrubal quidem tres filios dereliquit, ſcilicet Annibalem Aſdrubalem, & Sappho. Similiter & Amilchar poſt ſe tres filios dereliquit Amilchonem, Hannonem, & Giſgonem. In locum autem Amilcharis ſucceſſit dux belli in Sicilia Amilcho filius eius, qui cum nauali terreſtríque prælio ſecunda prælia geſſiſſet, repente peſtilentia Syderis exercitum amiſit, vnde & reuerſus Carthaginem cum paucis, vbi maximus luctus omnium ortus eſt ex amiſſo exercitu, ipſe Amilcho ſeipſum ex dolore, gladio occidit. Hoc bellum dicit Oroſius geſtum tempore Darij, nec dicit cuius Darij. Sed Hieron. tempore huius Artaxerxis.

Decima data Herculi.

Mago Carthaginenſis ordinat diſciplinã militaré. Iuſt. 19. Val. lib. 1. cap. 7.

Iuſt. li. 19.

Oro. lib. 4. c. 6. Hier. in Chro.

§. XXV.

De Dionyſio tyranno.

HOC TEMPORE Dionyſius in tyrannide permanet. Hic vt Iuſtin. ait in 20. lib. Fugatis ex Sicilia Carthaginenſibus totius Siciliæ occupauit imperium, & copias ſuas in Italiam traiecit, & aduerſus Græcos, qui proxima Italici maris littora tenebant prima bella habuit. Quibus deuictis, finitimos quoſque aggreſſus eſt, & præcipue omnes Græci nominis Italiam poſſidentes recuperato exercitu. Sed cum ab Italia reuocauit aduentus Carthaginenſium, qui bellum quod deſeruerant auctis viribus repetebant duce Hannone. Cuius inimicus Sutriator Pænorum potentiſſimus odio eius Dionyſio tyranno aduentum exercitus, & ſegniciem ducis Græcis literis familiari ſecreto prænunciauit, ſed comprehenſis literis proditionis damnatus eſt. Factúmque eſt, ſenatuſconſultum ne quis poſtea Carthaginenſis aut literis Græcis aut ſermone Græco ſtuderet, ne aut loqui cum hoſte, aut ſcribere ſine interprete poſſet, Valerius de eod. lib. 6. Dionyſius cum hæreditatis nomine, à patre Syracuſanorum ac pene totius Siciliæ tyrannidem acceſiſſet maximarum opum dominus, exercituum dux, rector claſſium, potens æquitate, tandem propter inopiam literas puerulos Corinthi docuit, eodémque tempore tanta mutatione maiores natu ne quis nimis fortunæ crederet, magiſter ludi factus ex tyranno monuit hæc ille. Et hoc ei accidit in pœnam ſuæ tyrannidis & ſacrilegiorum. Nam vt dicit de eo Valerius. Idem ſacrilegia ſua ioco condiebat. Detracto enim Ioui aureo amiculo, id eſt veſtimento, & iniecto ei laneo, ioco dixit æſtate grauem eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum. Laneum autem ad vtrumque tempus aptum. Idem etiam coronas & pateras deorum ſimulacris tollens, in quibus ſcriptum erat. Bonorum Deorum, non tollere ſed accipere dicebat, ſtultum eſſe dicens, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle ſumere. Idem barbam auream detraxit Æſculapio, dicens non conuenire vt Apollo pater eius imberbis eſſet, & filius eius barbatus.

A.M. 3548.

Val. lib 6. ca. 11. Cic. tuſ. 3.

Nõ de eodem Dionyſio hæc dicit Val. ſed de filio ipſius vt aperte Iuſtinus lib. 21. mõſtrat.

Lib. 1. ca. 2. Lact. l. 2. c. 4. M. T. de nat. Deo.

Mirabilis mutatio Dionyſij tyranni.

Dionyſij ſacrilegia.

Huius Dionyſij cum omnes Syracuſani interitum optarent, quædam vltimæ ſenectutis fœmina ſola quotidie matutino tempore deos orabat vt incolumis, ac ſibi ſuperſtes eſſet. Quod audiens Dionyſius admiratus, cauſam interrogauit. At illa, puella inquit cum eſſem, & grauem tyrannum haberem, tacere eo cupiebam, quod ſucceſſit. Illo etiam cum carere cuperem, tertium te importuniorem cæteris habere cœpimus. Timens ergo deteriorem tibi ſuccedere, caput meum pro tua ſalute deuoueo. Tam factam audaciam Dionyſius punire erubuit, Hæc Valerius.

Val. lib. 6. cap. c.

Nota de hac fœmina.

Huius dionyſij magiſter fuit Plato. vt refert Tull. Porro adeo honorifice Platonem ſuſcepit tyrannus, vt ei iret obuiam cum ingenti multitudine & nauibus velis candidis adornatis. Idem quoque ſcribit de eo, quòd adeo ſuſpicioſus erat, & meticuloſus tyrannus iſte, ſciens ſe ab omnibus odio habitum, quòd ſubmotis amicis, in eorum locum ferociſsimos barbaros quibus latera ſua committeret, ſubſtituit, & etiam tonſorum metu, filias ſuas tondere docuit, quibus adultis uon eſt auſus ferrum committere, ſed inſtituit vt candentium iuglandium ac etiam nucum putaminibus barbam ſibi, & capillum adurerent. Nec ſecuriorem maritum egit quàm patrem. Duarum enim ſimul, ſcilicet Ariſtomaches & Doridis matrimoniis alligatus, neutrius vnquam niſi excuſæ complexum petiit. Lectum quoque, quaſi caſtra, lata foſſa cinxit, in quem ſe ligneo ponte recipiebat, interiorémque forem diligenter obſerabat.

Cic. in 5. Tuſc. Plato magiſter Dionyſij. Ibid.

§. XVI.

De Platone omniũ philoſophorũ laudatiſſimo. Augu. in 3. ciu. c. 4.

EO TEMPORE etiam claruit plato Philoſophus, ſcilicet anno Artaxerxis 17. Hunc ſuper alios

A.M. 3548. per alios ethnicos laudat Auguſt.lib. de ciuit. Dei. Plato inquit Hieron.contra Iouinianum, cum eſſet diues, & thoros eius Diogenes lutatis pedibus conculcaſſet, vt poſſet vacare philoſophiæ, elegit academiam villam ab vrbe procul, non ſolum deſertam, ſed & peſtilentem, vt cura & aſsiduitate morborum, libidinis impetus frangeretur, vnde & plures eius diſcipuli oculos ſibi effoderunt, hæc Hieron. Diſcant hinc miſeri chriſtiani oculos ſaltem vani aſpectus ſibi eruere pro nomine Chriſti, eius doctrina admoniti.

lib.2.cont. Iouin. lib.4.c.1.

Valerius libr. 4. de eo. Plato cum aduerſus ſerui delictum vehementius exarſiſſet: veritus ne vindictæ modum excederet, Speuſippo amico ſuo caſtigationis arbitrium mandauit. Ipſe quoque Plato difficillime criminationes recipiebat. Alioquin enim Xenocratem diſcipulum ſuum audierat multa de ſe impie fuiſſe locutum, reſpuitque criminationem, inſtabat criminator quærens cur ſibi non crederetur: adiecit, non eſſe credibile vt quem rantopere amaret, ab eo inimicem non diligeretur. Volenti criminatore ad iuſiurandum prodire, affirmauit nunquam ea Xenocratem dicturum fuiſſe, niſi expedire ſibi ea dici iudicaret.

Val. lib. 8. cap.7.

Plato in Ægyptum cur profectus ſit.

Idem libr.8.de ſtudioſitate eius. Plato patriam Athenas, præceptorem Socratem ſortitus, & locum & hominem doctrinæ fertiliſsimum, Cum iam omnium ſapientiſsimus mortalium haberetur, & à ſtudioſis iuuenibus certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus peteretur, ipſe Nili fluminis inexplicabiles ripas, & vaſtiſsimos cãpos, effuſamque babariem Ægyptiorum ſenum diſcipulus peragrauit, & à ſacerdotibus illius gentis geometriæ multiplices numeros, cæleſtiúmque rationum obſeruationem percepit.

Italiam quoque ingreſſus eſt vt ab Archita Tarentino & Arione Pythagoræ præcepta ſuſciperet. Tanta enim vis tanta copia literarum vndique colligenda erat, vt inuicem per totum terrarum orbem diſpergi poſſet ac dilatari. Et vt ait Hieron. de eo. Inuenit vir ille vbique quod diſceret ſempérque ſe melior fieret. Auguſt.lib.8.de ciui.Dei.cap.4. Plato (inquit) cum ſuos condiſcipulos ingenio mirabili anteiret, parum putans perficiendæ philoſophiæ ſufficere ſeipſum, ac Socraticam diſciplinam, quàm longe latéque potuit peregrinatus eſt, quaquauerſum eum alicuius nobilitatæ ſcientiæ percipiendæ fama rapiebat. Itaque in Ægypto & Italiæ partibus, vbi Pythagoreorum fama celebrabatur, didicit quæcunque illic magna habebantur, ac docebantur. Cúmque ſtudium ſapientiæ in actione & contemplatione verſetur, vnde vna pars eius actiua, altera contemplatiua dici poteſt, quarum actiua ad agendam vitam, id eſt mores inſtituendos pertinet, contemplatiua autem ad conſpiciendas naturæ cauſas & ſinceriſsimam veritatem. Socrates in actiua excelluiſſe memoratur, Pythagoras vero magis contemplatiuæ quibus potuit viribus inſtitiſſe, proinde Plato vtramque iungens philoſophiam perfeciſſe laudatur, quam in tres partes diſtribuit vnam moralem, quæ in actione verſatur, alteram naturalem, quæ contemplationi deputata eſt, tertiam rationalem, qua verum diſcernitur à falſo, quæ licet vtrique ſit neceſſaria, contemplatio tamen perſpectionem ſibi vendicat veritatis. Quidam putant Platonem, quando perrexit in Ægyptum Hieremiam prophetam audiſſe, ſed diligenter computata ratio temporum quæ Chronica hi-

Hęc de Apollonio Mago ſcripſit S.Hie. ad Paulinum.

Diuiſio Philoſophiæ à Platone.

Hæc Aug. 8.ciui.c.11.

Plato Hieremiã nõ vidit ſacras tamẽ litteras attigit.

A ſtoria continetur, indicat Platonem à tempore quo prophetauit Hieremias centum ferum annos poſtea natum fuiſſe: potuit tamen eſſe, vt homo accerrimi in genij ſicut Ægyptias, ita & Hebręas ſcripturas per interpretem didicerit, quod ideo poteſt opinari, quia in timæo Platonis, quem ipſe ſcripſit de mundi conſtitutione, dicit Deum terram primo, ignémque iunxiſſe, quæ ſententia ſimillima eſt illi quæ eſt in principio Gen. In principio creauit Deus cœlum & terram. Deinde illud quod Plato dicit amatorem Dei eſſe philoſophũ, nihil ſic in illis ſacris literis flagrat, B & maxime illud quod & me plurimum adducit vt pene aſſentiam Platonem librorum illorum expertem non fuiſſe, quòd Plato illa verba domini ad Moyſem, ego ſum qui ſum, vehementer tenuit, & diligentiſsime commendauit. Illa autem tripartitio platonis qua philoſophiam in naturalem, moralem, & rationalem diuidit, non eſt contraria illi diſtinctioni qua dicitur omne ſtudium ſapientiæ in actione & contemplatione verſari.

A.M. 3548.

Exod.3.

Idem Aug. vbi ſuprà lib.8.c.4. Si homo ita creatus eſt, vt per id quod in eo præcellit, attingat illud, quod cuncta præcellit, id eſt vnum, verũ, optimum Deum, C ſine quo nulla natura ſubſiſtit, nulla doctrina inſtruit, nullus vſus expedit. Ipſe quæratur, vbi nobis ſecura ſunt omnia. Ipſe cernatur vbi nobis certa ſunt omnia. Si ergo Plato Dei huius imitatorem, cognitorem, amatorem, dixit eſſe ſapientem, cuius participatione ſit beatus, quid opus eſt exſcutere cæteros, quorum nulli nobis quàm iſti propius acceſſerunt. Idem in lib.9.c.16. Deum omnium ſummum creatorem, quem nos verum Deum dicimus, ſic à Platone prædicari Apuleius aſſeuerat, quòd ipſe ſit ſolus qui nõ poſsit penuria ſermonis humani quamuis oratione vel modice comprehendi. Vix autem D ſapientibus viris, cum ſe vigore animi quantum licuit à corpore remouerunt, intellectum huius Dei, id quoque interdum velut in altiſsimis tenebris rapidiſsimo coruſcamine lumen candidum intermicare. De eo Helinandus. Fuit conſuetudo Platonis libros ſuos intitulare nominibus magiſtrorum ſuorum, vel eorum qui magiſtros ſuos docuerant, vt maiorem ex eorum nominibus authoritatem verbis & rationibus ſuis acquireret. Hinc ſunt libri eius appellati. Timæus. Phedon, Gorgias, Protagoras. Quorum primum & vltimum tranſtulit Cicero. In Phædonis dialogo poſt diſputationem de immortalitate animæ, E diſtinguit loca, quæ hanc vitam relinquentibus ea lege debentur, quam ſibi quiſque viuendo ſanxerit. Similiter in Gorgia poſt peractam diſputationem dixit de habitu poſt corpus animarum, hæc duo ſeruauit in libris de republica, primus enim dedit principatum iuſtitiæ: poſtea diſſeruit quo anima poſt corpus euadat, vel vnde in corpus adueniat. Macrobius lib.1. de ſomnio ſcipionis. Plato in Phædone definit homini non eſſe ſua ſponte moriendum. Sed in eodem iterum dialogo dicit mortem philoſophantibus appetendam, & ipſam philoſophiam meditationem eſſe moriendi. Hæc ſibi F contraria eſſe videntur, ſed non eſt ita. Nam Plato duas hominis mortes nouit, quarum vnam natura, alteram virtutes præſtãt. Homo enim moritur cum anima corpus relinquit ſolutum lege naturæ. Mori etiam dicitur cum anima adhuc in corpore conſtituta, corporis illecebras philoſophia docente contemnit, & cupiditatum dulces inſidias reliquaſque omnes exuit paſsiones. Et hanc mortem dicit Plato ſapientibus appetendam, illam vero quam omnibus natura

Helinandus de Platone ſcribit.

Libri Platonis.

Mac.lib 1. cap. 13. in ſom. Scip.

Duplex mors ex Pla: ſententia.

Macrobius de Platone.

Idẽ lib.2. cap.13.

A. M. 3548.

natura inſtituit cogi vel inferri vel accerſiri vetat.

Hæc argumentatio eſt in Phædro.

Idem in 2.lib. In Phædone Platonis, quem tranſtulit Cicero validiſsimis argumentis animæ immortalitas aſſeritur, & poſt omnes ratiocinationes in vnius ſyllogiſmi compendia ita redigitur. Anima ex ſe mouetur, quod ex ſe mouetur principium motus eſt, quod autem principium motus eſt, natum non eſt, & quod natum non eſt immortale eſt, anima igitur immortalis eſt. Legitur quòd Cleombrotus dum legiſſet librum Platonis de immortalitate animæ, è muro ſe præcipitem dedit præ deſiderio vitæ melioris. Et licet fatue & damnabiliter egerit, hoc tamen adducitur vt ſciatur immortalitas animæ.

Aug.lib. 1. ciui. c. 22. M. T. in 1. Tuſ.

Sententiæ Platonis.

Hæc quoque ſunt verba Platonis in Phædone. Donec habemus corpus permixtúſque ſit tali moli noſter animus, nunquam nos id quod iam olim concupimus, ſatis conſecuturi ſumus, id eſt veri ſcientiam. Infinitas enim occupationes affert corpus, quibus conterimur ob victum quotidianum. Morbis etiam & cupiditatibus & timoribus & innumerabilibus variarum rerum appetitionúmque viſionibus corpus oneratur, vt prę illo ne ſapere quidem in vlla re poſſimus, defunctorum autem animus liber eſt, & à corpore ſolutus. Eo igitur tempore quo viuimus, ita demum appropinquabimus, appropinquabimúrque ſcientiæ, ſi nihil, aut quam minimum corpore vtamur, nec in ſocietatem eius niſi quantum neceſſe eſt animum demittamus. Ita enim minime replebimur turbulenta vitioſaque natura corporis, ſed puri à contagione eius incorrupti ſinceri digredientes ad omnia incorrupta ſinceraq; veniemus. Multa leguntur inquit Vincen. in ſpe.hiſto. lib.4.c.79. egregie dicta à Platone, vt illud quod refert Boe. dixiſſe beatas fore reſpublicas, ſi aut ſapientes eas regant, aut earũ rectores ſapientiæ ſtudeant. Et illud quod Tull. aſſerit eum dixiſſe, aſcam malorum eſſe voluptatem, quòd ſcilicet ea capiuntur homines, ſicut hamo piſces. Idem Plato dixiſſe fertur. Si ſapientiæ forma oculis videri poſſet, maxime ad amorem ſui omnes excitaret. Non poteſt comprehendi forma iuſtitiæ niſi prius diſcutiatur forma iniuſtitiæ. Anima eſt eſſentia ſe mouens. Non ſolum ſcientia quæ remota eſt à iuſtitia, calliditas potius quàm ſapientia appellanda eſt, verum etiam animus paratus ad periculum, ſua cupiditate non omnium vtilitate impellitur audaciç nomen habet potius quàm fortitudinis. Illa eſt iuſtitia veriſſima quæ erga inferiores ſeruatur. Triumphus eſt inocentiæ non peccare vbi poſſe licet. In quem plus potes peccare deſine. Mors philoſophantibus appetenda eſt. Ipſaque philoſophia eſt meditatio moriendi. Potiſſimum philoſpphiæ robur patientia eſt.

Elegãs ſententia quę nũc male ſeruatur, quia principes & nobiles comptemnunt ſcientiam.

Dictum Platonis ad Dyoniſium tyrannum.

Hic Plato, vt refert Helinandus, cũ vidiſſet Dionyſium tyrannum Siciliæ corporis ſui circum ſeptum cuſtodibus. Quod tantum malum (inquit) feciſti, vt neceſſe haberes à tam multis cuſtodiri. Hic duos mundos eſſe aſſeruit (ait Vincen.) vnum intelligibilem in quo veritas ipſa habitaret, iſtum autem ſenſibilem, quem manifeſtum eſt nos viſu tactuque ſentire. Itaque illum verum, iſtum veriſimilem ad imaginem eius factum, & ideo de illo eam quæ ſe cognoſceret, animam velut expoliri, ac ratiocinari veritatem, de hoc autem, in ſtultorum animis non ſcientiam, ſed opinionem poſſe generari. Et vt dicit idem Vincen. vbi ſupra. Errauit Plato in his, non quia dicebat ideas eſſe in mente diuina eorum quæ fiunt exemplar æternum. Quod verum eſt, ſed quia ipſas ideas putauit aliud eſſe quàm mentem diuinam, & hoc eſt falſum, cum idem realiter ſint. Item errauit valde, quia Deum poſuit in diuiſione exiſtentium, cum aliter dicatur eſſe creator, aliter creatura, hoc enim nomen ens non vniuoce prædicatur de Deo & cæteris creaturis, ſed analogice, quare Deus non poteſt poni in diuiſione eorum quæ ſunt, vt in aliquo prædicamento exiſtat, ſed excedit omne ens prædicamentorum. Item errauit circa materiam prouidentiæ, quam poſuit triplicem, vt ponit Tho. in 1. parte dicens triplicem eſſe prouidentiam. Primam, qua prouidetur creaturis intellectualibus & toti mundo quoad genera & ſpecies, hanc Deo attribuit. Secundam qua prouidetur ſingularibus animalium & plantarum, quantum ad generationem, & corruptionem & alias mutationes naturales, hanc attribuit diis qui cœlum circunierunt. Tertiam qua prouidetur rebus pertinentibus ad humanam vitam, ſeu actibus humanis, hanc attribuit dæmonibus. Sed omnia rationibus reprobat beatus Thom. ibi. Eſt enim vna Dei prouidentia, qua omnibus ſimul prouidetur optime, iuxta illud Sap. 6. Ipſi æqualiter eſt cura de omnibus. Ex his quiſque ſcire poteſt illud Hiere. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua videlicet niſi adiuuetur à ſcientia Dei.

Errores Platonis.

Deus non eſt in prædicamẽto.

In pr. par. q.22.a.3.

Prouidentia triplex ex Plat.

Hier. 10.

lib.8. ep. 59.

Moritur Plato.

Mortuus eſt autem Plato anno. 21. Darij filij Artaxerxis qui & Ochus dictus eſt, & vt dicit de eo Sen. Plato natali ſuo deceſſit, & annum vnum atq; octoginta compleuit, ſine vlla deductione. Ideo Magi qui tunc Athenis erant immolauerunt defuncto, amplioris fuiſſe ſortis quàm humanæ rati, quia conſummaſſet perfectiſsimum numerum, quem nouem nouies multiplicata componunt. Auguſt. tamen 2.lib. de ciui. Dei cap.14. ait. Labeo Platonem inter ſemideos ponit, vt Herculem & Romulum. Semideos autem Heroibus præfert vtróſq; tamen inter numina collocat. Nos autem Platonem, nec cuiquam homini Chriſtiano comparamus. Similiter Hieron. ſuper Eccleſiam ponit Platonem cum aliis antiquis philoſophis ethnicis damnatum.

Auguſt. de Platone.

Hieronymus de Platone.

De Archita Tarentino.

Patet etiam ex dictis his temporibus floruiſſe Architam Tarentinum, cum Plato fuerit eius auditor. De quo Tull. lib. de ſenectute ſic ait. Archites Tarentinus cum eius ſermoni Plato Athenienſis intereſſet, nullam capitaliorem peſtem quàm corporis voluptatem dicebat hominibus à natura datam. Cumque nil mente præſtabilius Deus dediſſet homini, huic diuino muneri nil tam eſſe inimicum quàm voluptatem. Quod vt magis intelligi poſſet, fingebat anima tanta corporis voluptate aliquem incitatum, quanta percipi poſſet maxima, nemini cenſebat fore dubium, quin tandiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nil cogitatione, nihil ratione, conſequi poſſet. Idem de eo lib. de amicitia. Natura nihil ſolitarium amat, vnde verum eſt quod ab Archita Tarentino vt opinor dici ſolitum, à ſenibus noſtris audiui, ſi quis in cœlum aſcendiſſet, naturámque mundi & pulchritudinem ſyderum aſpexiſſet, inſuauem illi ſine amico & ſocio admirationem fore, quæ iocundiſsima fuiſſet ſi aliquem cui intimaſſet habuiſſet. Vale. de eod. lib. 4. Tarentinus Architas villico ſuo, ſumpſiſſem inquit, à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem. Maluit enim impunitum relinquere quam propter iram iuſto grauius punire. Aulus Gelius lib. noctium attiquarum. de eo Phauorinus Philoſophus affirmat ſimulacrum columbæ è ligno ratione

Elegãs dictũ de humana ſocietate.

Val. lib. 4. cap. 1.

Gel lib. 10. cap. 12.

A.M. 3588.

Val.lib. 4. cã.1.

Gel.lib.10. cap.12.

A ratione quadam & diſciplina mechanica factum ab Archyta volaſſe. Vincen.lib.4.ca. 8. huius ſententia de anima hæc eſt. Anima ad exemplum vnius compoſita eſt quæ ſic illocaliter damnatur in corpore ſicut vnum in numeris. Nullum ſcelus denique nullum facinus eſt, ad quod ſuſcipiendum non libido voluntatis impellat.

§. XXVII.

Artaxerxis filij.

REDEVNDO Ad hiſtoriam Artaxerxis regis Perſarum, qui & Aſſuerus creditur, vt dictum eſt, ſupra hic ex filiis quos habuit centum quindecim: tres tantum fuerunt iuſto matrimonio B ſuſcepti, Darius, Ariarates, & Ochus. Ex his Darium contra morem Perſarum apud quos rex non niſi morte mutatur, per indulgentiam pater viuus fecit regem vt ait Iuſt.lib.10. Sed Darius pro tanti remuneratione beneficij, ſcelus parricidij in patrem cogitauit, & ad ſocietatem facinoris: quinquaginta fratres aſſumpſit, cauſa vero parricidij ſceleratior ipſo parricidio fuit. Nam rex Artaxerxes Aſpaſiam Cyri fratres ſui pellicem in matrimonium receperat hanc patrem cedere ſibi, ſicuti regno, Darius poſtulauerat. Quod quidem Artaxerxes primum C promiſit. Deinde pœnitentia ductus, vt honeſte negaret quod temere promiſerat, ſolis eam ſacerdotio præfecit: quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iuuenis coniurat contra partem, ſed depræhenſus cum ſociis deletus eſt, coniugeſque omnium cum liberis interfectæ ſunt. Poſt hoc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decidit, hæreditas regni Ocho traditur, qui timens parem coniurationem, regiam cognatorum cæde & ſtrage principum replet. nulla non ſanguinis, non ſexus non ætatis miſericordia motus, atque ita veluti pacificato regno bellum Armeniis D infert. In quo bello aduerſus prouocatorem hoſtiũ, Codomanus quidem cum omni fauore proceſſit, & hoſte cæſo victoriam ſuis obtinuit, ob quod Armen præfectus eſt. Deinde poſt mortem Ochi, ad memoriam priſtinæ virtutis, rex à populo conſtitutus eſt. Huius Ochi tempore Demoſthenes orator cognoſcitur. de quo Valerius lib. 8. Demoſthenes cum primam literam artis rhetoricæ proferre non poſſet propter vocis exilitatem, oris ſui vitium tanto ſtudio expugnauit, vt ea nulla expreſſius referretur. Idem gracilem nimis vocem continua exercitatione ad gratum auribus ſonum perduxit. E Idem ob lateris infirmitatem diſcutiendam multos verſus vno impetu ſpiritus complebat, eóſque aduerſa loca ſceleri gradu ſcandens pronunciabat, ac vadoſis littoribus inſiſtens, declamationes fluctuum fragoribus luctantib. edebat. Ore quoq; calculis inſertis multum ac diu loqui erat ſolitus quo vacuum promptius eſſet & ſolutius. Hic eſt Demoſthenes qui ſtomachum Laidis nobiliſſimæ meretricis iocando ſubpalpans & quæritans, hoc quanti? Cum illa diceret, Mille denariis. Reſpondit. [a] Ego pœnitere tanti non emo. De eodem Iſido.lib.j. Ethymo. Demoſthenes orator fabula aduerſus Philippum vſus eſt. Qui F cum ab Athenienſibus poſtularet: vt ſibi decem oratores darent, & diſcederet, finxit ille hanc fabulam qua diſſuaderet, dicens lupos aliquando paſtoribus quorum diligentiam decipere voluiſſent ſuaſiſſe, vt

Darius in patrem cõiurat.

Moritur Artaxerxes.

Demoſthenes orator de quo Plutarchus in vita Demoſthenis.

Valer. lib. 8. c.7.

Gel.li.j. cap.8

A in amicitiam conuenirent: ea tamen conditione, vt ſibi canes in quibus cauſa erat iurgiorum, vice ſecuritatis traderentur. Annuere paſtores: & ſpe ſecuritatis canes dedere: quos ouium ſuarum, vigilantes cuſtodes habebant. Tunc lupi adempta omni formidine omnem gregem, non pro ſatietate tantum, verum etiam pro libidine lacerauerunt, & ſic Philippus ſublatis oratoribus in populo facturus erat. De eodem Helinandus. lib.11. Demoſthenes quum Ariſtodemum authorem fabularum interrogaſſet, quantum mercedis vti ageret accepiſſet, & reſpondiſſet talentum. At ego ait Demoſthenes plus accepi, B vt tacerem. Ita cauſidicorum lingua damnifica eſt, niſi eam, vt dici ſolet, funibus argenteis vincias, apud aduocatos igitur & ipſum ſilentium venale eſt. Idem Demoſthenes, cum à ſenatu Athenienſi patrocinium peteretur cõtra Philippum regem Macedonum ille ſimulata infirmitate, vt aiunt, lecto decubuit, & reſpondit his qui ad ſe conuenerant, ſe pati morbum ſynanchen. Cui à quodam ex nunciis mordaciſſime reſponſum eſt.[a] Certe non ſynanchen pateris, ſed argentaginam. Eo tempore videtur concurriſſe Æſchynes. de quo Vale.lib.8. Eloquentiæ or- C namenta in pronuntiatione apta: & conueniente corporis motu conſiſtunt. Quibus quum quis ſe inſtruxerit, tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipſa inuadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo. Recte itaque Æſchynes quum propter iudicialem ignominiam Rhodum petiiſſet: & ibi rogatu ciuitatis ſuam prius in Eteſiphontem, deinde Demoſthenis pro eodem orationẽ relictis Athenis clariſſimam recitaſſet mirantib. cũctis eloquentiam vtriuſque, ſed aliquãto magis Demoſthenis. Quid ſi inquit ipſum audiſſetis? Tantus orator ſic inimici vim ardoremque dicendi ſuo mo- D do tam infeſtum aduerſarium ſpexit, vt ſe ſcriptorũ eius parum lectorem idoneum prædicaret, expertus acerrimum vigorem oculorum: terribile vultus pondus, accõmodatum ſingulis verbis ſonum vocis, efficaciſſimos corporis motus. Et ſi igitur illius operi nihil adiici poteſt: tamen in Demoſthene pars magna Demoſthenis abeſt, cũ legitur potius quã auditur. De eodem in lib. de benefi. Socrati. cum cæteri diſcipuli plura offerrent, Æſchynes [b] pauper ſe ſolum obtulit dicens. Quicquid melius habebat, ſe melius obtuliſſe, cæteros autem quum pauca ei dediſſent, plura ſibi E & meliora retinuiſſe. Vnde ait. Te obſecro vt hoc munuſculum paupertatis meæ excolas & tua diligentia & ſedulitate melius & ornatius reddas. Cui reſpondit Socrates, ſe ab illo maximum munus ſuſcepiſſe, niſi ſeipſum paruo æſtimaret, & libenter daturum operam vt eum faceret meliorẽ. De eo Tullius. lib. de republica Æſchynes quum adoleſcens tragœdiam actitaſſet, rempublicam capeſſiuit, & Athenas ſuo arbitrio verſauit & egit, adeo potens erat in eloquentia. Oroſius. Eo quoque tẽpore legati à Carthagine Romam miſſi fœdus cum Romanis pepigerunt. Quem ingreſſum Carthaginenſium F in Italiam malorum grandinem conſecuturam, cõtinuarumque miſeriarũ tenebras iuges, hiſtoriarũ fi-

A.M. 3588.

Gel.lib.11. ca. 10. qui eum Demadem nominat.

Lingua cauſidicorum dicitur damnifica. Eſchines.

Vide Gel. li.1.c.9. qui rem paulo aliter narrat.

Val.lib. 8. cap.10.

Demoſthenis in Demone pars abeſt. ſ.actio.

Seneca. li. 1. de ben. ca.8.

D.Aug. in 2. ciuit.

Oroſ.li. 3. c.7. ca. 10.

Legati carthaginenſium.

a Græca ipſa lepidiora ſunt ait Gel. οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν.

a Venuſtius græcæ hic iocus profertur non ἀργυράγχην, paleris ſed συνάγχην.

b Hic tribuit Aeſchyni oratori Demoſthenis æmulo, quæ Aeſchyni Philoſopho Socratico conueniunt. vide Laer. lib.2.

A.M. 3588.

des, locorum infamiam, & abominatio dierum, quibus ea geſta ſunt proteſtantur. Tunc nox vſque ad plurimam diei partem tendi viſa eſt, & ſaxea grando de nubibus deſcendens veris terram lapidibus verberauit. 25. diebus. Quibus diebus etiam Alexander magnus, magnus vere ille Gurges miſeriarum atque atrociſſimus turbo totius orientis natus eſt.

Alexandri magni vita.

Alexander magnus

¶ *De Alexandro magno.*

CAP. II.

ANNO igitur Ochi Perſarum regis. 10. dicit Vincen. lib. 5. ſpecu. hiſto. cap. j. Philippi autem regis Macedonum 6. Nectanæbi regis Ægypti. 11. Qui annus fuit ætatis quintæ ducenteſimus vigeſimus quintus. Mundi vero quater milleſimus. 733. ſecundum Bedam & 79. interpretes Alexander Philippi regis Macedonũ & Olympiadis vxoris eius filius naſcitur. Quod tamen illi vulgari hiſtoriæ conuenire non videtur omnino, quæ narrat eum Nectanæbo, iam extra regnum acto, generatum fuiſſe. Anno quippe regni Ochi. 14. Nectanæbi 25. ſicut Euſe. ſcribit. Ochus Ægyptum tenuit: Nectanæbo in Æthiopiam pulſo. Vt autem habetur ex hiſtoria Alexandri inter ſapientes Ægypti Nectanæbus excelluiſſe memoratur. hic ſi metus bellicus ei imminebat, non exercitum vel machinamenta martis mouebat, ſed ingreſſus aulæ penetralia regiaque ſecreta, inuecta ſecum pelui, ſolitarium ibi ſe abdens, implebat peluim fonte lympidiſſimo, & ex cera componebat nauigij ſimilitudinem, effigieſque hominum ibi collocabat, quæ omnia moueri ac viuere videbantur. Adhibebat & virgulam ex ligno hebeni & quædam magica loquebatur, quibus vocaret Deos ſuperoſque inferoſque. Sicque laborabat in pelui nauiculam ſubmergere: ex quo fiebat vt ſimul cum ſubmerſione illius ceræ & cereorum incenſorum: etiam omnes hoſtes ſi qui adeſſe prænunciabantur pelago mergerentur. Quodam autem tempore nunciatum eſt ei multas gentes aduerſus eum vna conſpiratione eademque voluntate conſurrexiſſe ſcilicet Iudæos, Arabes, Phœnices, Parthos, & quæcunque ſunt orientis barbaræ gentes. Quibus ille auditis, plauſum dans manibus magno riſu diſſolutus eſt. Confugienſque ad conſuetæ artis peritiam, intellexit ſe ab hoſtibus vincendum, capiendumque, niſi fortuna ſibi conſuleret. Moxque raſo capite & barba collectiſque omnibus, quæ precioſa erant attulit in Macedoniã. Illic ergo amictus veſte linea Aſtrologum ſe profeſſus: vim peritiæ ſuæ cum magna admiratione commendabat, adeoque celebris fama eius facta eſt: vt nec Olympiadem reginam vxorem Philippi regis lateret: enimuero Philippus tunc bello forte aberat, regina autem cœpit peritiam eius conſulere, ille autem pulchritudinem fœminæ admiratus, amore eius captus eſt. Cumque acrius vultum illius intueretur, ait illa. Cur, in me intuendo ita defigeris? Cui ille. Recordor oraculi illius quod apud Ægyptum à diis acceperam, quòd oportet me reginę vera prędicere. Conſule ergo ſuper his quæ cupis: & ſtatim promit tabulas ſuas quas eius peritiæ docti pinaces nominant auro & ebore variatas, & Horoſcopon

Eu. in Chron.

Vix credibile eſt quod hic dicitur.

Nectanæbi magicæ præſtigiæ.

Nectanæbus Aſtrologus.

A ſeptem ſtellas cum ſuis ſpeciebus continentem, vbi viſebantur, Iupiter in aereo lapide hoc eſt in hyacintho, Sol in Chryſtallo, Luna in Adamante. Mars in hæmathite, Mercurius in Smaragdo, Venus in Saphiro, Saturnus in Ophite, Horoſcopus autem in lygdino erat. Tunc admirans Olympias ſtellarum varietatem & propius ſiſtens. O, inquit, intuere queſo meam & Philippi congruentiam. Nam multa fama eſt, quòd ſi ab hoſte reuerſus affuerit, velit in alteram vxorem tranſmigrare. Qui explorata conſtellatione, & eis quæ illa petierat, ait. Vera fama eſt iſta, ſed opitulabor ne quid de diuortio
B formidaueris. Nam fatale tibi eſt ſecundum quod proſpex, miſceri te Deo, geniturамque filium vltorem omnium, ſi qua in te Philippus audebit. Cum illa cuinam inquit Deo ad thorum debeor? Cui ille. Hammoni Deo Lybiæ. Ergo para te ad huius nuptias, vt reginam decet. Videbis autem & ſomnium, & in ſomnio nuptias tibi cum Deo futuras. Abbreuiando autem hiſtoriam. Magicis artibus Nectanæbus ille maleficus fecit illam ſomniare, quòd miſcebatur Deo Hammoni, & quòd de illa grauida fiebat. Quod quum Nectanæbo ipſa retu-
C liſſet, dixit cito hoc implendum, vnde & pararet ſibi lectum iuxta ſuum, vt quum hoc contingeret, ſi aliquid expediret, poſſet eam iuuare. Expreſſitque ſibi venturum ad eam Hammonem in ſpecie draconis cum capite arietis & cornibus, in amictu candido: vnde tunc ſe pararet ad copulam eius. Fecit ergo ille maleficus præſtigiis magicis de nocte in thalamo ei apparere Hammonem in tali forma præſcripta, ad quam ſolam inſpiciens in lecto Nectanæbus qui iuxta erat eam cognouit: ex qua tunc conceptus eſt Alexander. Effecit quoque per ſuas
D incantationes Nectanæbus, vt & Philippus, qui tunc erat in bello hoc ſomniaret, ſcilicet vxorem ſuam Olympiadem Deo Hammoni miſceri. Cumque reuerſus, reginam grauidam audiſſet, cœpit primo hoc quaſi credere, exinde fortiter dubitare ne non Deo, ſed alij homini iuncta fuiſſet: & dure illam increpare, quod ſentiens Nectanæbus arte diabolica egit vt in ſolenni conuiuio vbi aderant Philippus & Olympias, appareret draco in forma illa apparens cum terribili ſibilorum acumine, ita vt fundamenta domus quati viderentur. Intranteque locum conuiuij, omnibus timore concuſſis extendit Olympias manus vt edocta fuerat ad dra-
E conem, qui manſueſcens caput in ſinum eius reclinauit, eique oſculum dedit, & in Sphæram redactus in aquilam conuerſus, è medio euolauit. Tunc Philippus ex hoc ludificatus aſſeruit hoc ſic eſſe, ſcilicet ex Deo eam concepiſſe: ſed ignorabat ex quo, an ex Ioue propter aquillam, an ex Hammone propter formam draconis quia in illa forma ille venerabatur. Cui illa reſpondit. Ex Deo Hammone. Demum parturiente Olympiade, aſſiſtebat Nectanæbus aſtrorum curſus & motus proſpectans. Tandem mulier vehementius ingemiſcens exegit partum. Quæ vbi ad humum lapſus
F eſt, motus protinus inſequitur terræ, & tonitruum, crepor, ventorumque conflictus, & fulgurum corruſcatio. Et vt refert Iuſtinus libro duodecimo. Ea die qua natus eſt Alexander, duæ aquilæ tota die perpetuæ ſupra culmen domus eius ſederunt: omen duplicis imperij Europæ & Aſiæ præferentes. Natum appellauit Philippus Alexandrum in

A.M. 3588.

Hãmon Deus Lybiæ.

Forma Alexandri magni.

A.M. 3598. in memoriam filij ſui, qui ex prioribus nuptiis occubuerat. Et vt ſcribit Vincen. lib.5. cap.5. Erat Alexander forma & vultu pulcherrimus ſubſcripta paululum & flaueſcente Cæſariæ coma Leonina, egregij decoris: oculis altero admodum nigro, læuo vero glauco atque diſſimili. Nutrix vero eius Alachronis nuncupabatur. Pedagogus eius Leonides literaturæ: Lyſimachus Magiſter muſicæ Alcippus geometriæ. Oratoriæ Aneximenes, Philoſophiæ Ariſtoteles ille Stagyrita, vt in hiſtoria eius legitur. Refert tamen Hieron. quòd Ariſtoteles librariorum vtilitate monſtrauerit Alexandro initia literarum. Idem Hieron. ait ad Lætam. Græca narrat hiſtoria Alexandrum potentiſſimum regem [orbiſque domitorem,] & in moribus & in inceſſu Leonidis pedagogi ſui non potuiſſe carere vitiis quibus adhuc paruulus infectus fuerat. Et vt narrat Seneſ. hunc ipſum Leonidem poſtea leonibus Alexander obiecit deuorandum.

Alexandri formæ deſcriptio.

De Alexādro & eius geſtis vide quintū tertium Plutarchū & Arrianū.

Hieron. in ep.7. ad Lætam.

Factus autem Alexander, vt legitur in hiſtoria eius, annorum.12. patri comes fiebat: & vſu armorum ſemper imbui meditabatur, & cum exercitibus videri gaudebat. & equis inſiliens cuncta prudentiſſimus miles agebat. Dum ergo Philippus ad quamdam Illirij ciuitatem proximam proficiſceretur non ſimili affectu, quo ſolitus fuerat Olympiadem diligens, protinus Olympias Nectanebum repetit, cum que conſulit ſuper clandeſtino Philippi conſilio. Qui dum aſſidenti ſibi Alexandro ex arte illa aſtrica loqueretur, petiit Alexander vt artem illam eum doceret, quod & fecit. Quumque iam in illa arte profeciſſet Alexander, non poſt modicum nocte quadam ad foſſæ lacum præceps veniens, vbi Nectanebus eum docere conſueuerat, Alexander Nectanebum ex improuiſo præcipitat. Quumque ille letali ictu ceruicis afflictus conquereretur: cur hoc feciſſet ei. Reſpondit Alexander: conquerendum tibi de arte illa erat, quam noueras, quippe neſcius quæ tibi impenderent humi nunc reſupinus iaces rimare quæ cœli ſunt. Ad hæc magus, nulla mortalium contra fatum fuga eſt. Olim per hanc ſcientiam noui me à filio interfactum iri. Tunc Alexander. Num filius tuus ſum ego? Tunc ille omnia confeſſus eſt, & Ægypti fugam, & qua arte Olympiade potitus ſit. Et his dictis animam emiſit. Tunc Alexander imponit eum in humeris & in regiam reuectat, eique ſepulchrum erigit operoſiſſimum, atque matri omnia indicauit. Tunc illa admirata eſt ſe tot annis à mago illuſam, rem probri feciſſe. hæc ibi. Hinc ſcientiam ſumas quia curioſæ perſonæ ſæpe turpiter decipiuntur: vt meretur curioſitas eorum, & illuſores demum à diabolo illuduntur.

Nectanebi magi mors ſcelesta.

§. I.

Oraculū Philippo de Alexandro datū.

EODEM Tempore vt habetur ex hiſtoria Alexandri: Philippus rex Macedonum Delphos miſit ſuper regni ſui ſollicitus ſucceſſorem. Reſponſumque accepit in hunc modum. O Philippe is demum tuo omniſque orbis potietur imperio: quicunque Bucephalum equum inſiliens per medium Pellæ tranſierit. Erat autem Bucephalus equus forma ſpectabilis, ex regij genere armenti: formatis pedibus ad Pegaſi fabulam & ſunt qui fuiſſe Laomedontis eiuſmodi prædicant: homines autem comedebat vt bellua, & in eiuſmodi pabulum ſæuiebat, hunc

A aſſeruari Philippus iuſſerat ſub clauſtris præferratis. A.M. 3598.
Agebat autem tunc temporis Alexander annum ætatis.14. Qui dum quadam die locum vbi Bucephalus clauſus erat tranſiret, conuerſus ad ſocios ait. Nunquid hinnitus aures meas an vero rugitus leonis aliquis offendit? Ad quem Ptolomeus, qui poſtea Soter dictus eſt: Quinimo hic eſt ille Bucephalus, quem pater tuus ob ſæuitudinem dentium claudi iuſſit hactenus? Alexander autem cuſtodibus euocatis, clauſtris remotis, equum educit, eiuſque læua, quum iubam appræhendiſſet, tergum quadrupedis inſultat, effrenemque hac atque illac circunduxit.
B Quod quum admirationi viſentibus foret: cucurrit quidam, & rem curriculo Philippo nunciauit. Sed ille ad memoriam reducens oraculum cucurrit ad puerum, eumque ſalutauit vt totius orbis dominum Alexander autem annum agens.15. petiit vt ſibi Athenas adire liceret gratia quadrigis certandi, Philippusquoque equos & illi neceſſaria præparari iuſſit. Igitur aſcenſa naui ſecunda admodum tempeſtate appulit Peloponneſum. Quo in loco dum curam equorum famulis mandaſſet: ipſe quoque ad videndum ſtatum loci procederet, obuius ei fuit Nicolaus rex Athenarum quondam ſcholaſticus eius.
C Qui prior ſalutauit Alexandrum non tamen ſine contumelia. Nam aue, inquit, ô puer, nec ille reſalutat. Tunc ſecundo Nicolaus. Et à quo inquit te arbitraris ſalutatū? Quippe ego ſum Nicolaus rex Athenarum. Et Alexander. Quid inquit tibi prodeſt iſta vana iactatio? Neque enim iſtam arrogantiam approbo. Et Nicolaus. Vellem inquit ſcire cur adſis. Fatetur Alexander ſe ad certamina quadrigarum ſtudio coronæ veniſſe. Tunc Nicolaus felle præ nimia indignatione ſuffuſus conſpectum adoleſcentulum & maledictis increpitum dereliquit. At vero Alexander qui omnium diſciplinarum continentiam
D oſtentare didicerat, abſterſit à facie ſputa, & iniuriæ receptæ arridens ait. Iuro equidem Nicolae patris matriſque meæ maieſtatem, quòd te etiam in præſenti certamine ſuperabo. Non multo poſt quum dies certaminis aduenisſet Alexander Nicolao ſuperato, & reliquis, qui certamini affuerant corona redimitus repatriat Macedoniam. Offenditque forte Philippum ſpreta Olympiade in Cleopatræ nuptias denutantem. Die autem nuptiarum intrans triclinium regis coronatus. Sume inquit ô pater hunc primum laboris mei fructum, & coronam in caput eius tranſtulit, & ait. Cum ego matrem meam iterum regalibus nuptiis coniugabo noſtro non participabis conuiuio. Et his dictis aduerſus Philippum
E diſcumbit. Aderat autem inter regales delitias Lyſias quidam, ad riſum excitandum faceti ſſimus. Qui quum in gratiam regis adoleſcentulum vellet admonete: multimodis verborum ridiculis ſæpius illū aggreſſus, ac ſæpius admonitus, vt ad alium ſe verteret, cui laudem ſuam placere ſciret, & ille non obediret: tandem iratus Alexander poculum quod ſibi præ manu erat, iaculans, Lyſiam vulnerat. Sed rex efferueſcente ira proſiliens in Alexandrum, vulnerato crure procumbit. Tunc Alexander arrepto gladio omnes qui veluti ad ſe comprehendendum
F ierant, deſicit, & egreditur. Qui enim aderant Philippum grauiter vulneratum in cubiculo inducentes, lectulo deponunt: poſt plures dies quum iam ſpes eſſet recuperandę ſanitatis: ingreditur Alexander ad Philippum, & Olympiadem matrem reconciliat ei.

Nicolaus rex Athenarum ſcilicet quaſi vero reges tūc tē poris Athenis fuerint. Nōne Godrus vltimus regum ait fuit hæc [illegible] plane ſunt

Lyſias facetiſſimus homo.

A.M. 3594.

§. II.

Mors Philippi.

DE nece Philippi ex hiſtoria Alexandri. Vincen.li.5.His temporibus Methona ciuitas nūciatur ab obſequio regis deſciuiſſe, ad quam Philippus animo incitatus cum adhuc viribus corporis deficeret, cum exercitu miſit Alexandrum: quem breui ſubegit. Ingreſſuſque ad patrem vt victoriam nunciaret, vidit in domo regia viros barbaro habitu indutos: percunctanſque cognoſcit Darij regis legationem. Qui legati venerant pro tributo atque cenſu terræ ſcilicet & aquæ. Miratur que petēdi morem & titulum: dixitque vni illorum qui primus eſſe videbatur. hæc ne elementa venditant Perſæ, mortalibus, quæ Deus cunctis in communi largitus eſt? Igitur ferri iubet ad Darium à ſe mandata, ſcilicet vti ab hac petendi conſuetudine temperarent. Finaliter ſciret ſe cum Alexandro prælio acrius concertaturum, his dictis exigit homines proficiſci, Ruſum dum vicina ciuitas de obſequio vacilaret, Alexādro Datur expeditio, & illuc ire iuſſus eſt. Interea Pauſanias quidam nomine opibus & delitiis affluens in Olympiadis amorem prolapſus eſt. quod cum per internuncios attentaret: & mulier conſentiret ſcilicet vt defuncto Philippo ad illum tranſnuberet, Pauſanias opportunum eſſe tempus exiſtimans, quia Alexander tunc forte aberat: cuius iam formi doloſiſſimum nomen erat, repente ruit ſuper Philippum, eūque vulnere peremit. Qui quum lætaliter percuſſus eſſet, mox Pauſanias feſtinat ad raptum olympiadis. Igitur cū adhuc populus in theatro turbaretur, forte rebus ex ſententia perpetratis Alexander ſuperuenit, offenditque turbas & Philippi vulnera: irruenſque in regiam deprehendit Pauſaniæ violentiam. Cumque eum iaculo percutere deſtinaret, teneretur que formidine matris vulnerandæ, Olympias ſic eum adhortatur. Iaculare inquit fili, iaculare ne dubites. Alexander autem quum Philippum adhuc ſpirare comperiſſet: iuſſit Pauſaniam illuc adduci, gladiumque in dexteram patris miſit, quo manu eius oppeteret, occiditque eum. Ergo iam moriens Philippus ait. Nihil eſt quod me finis vitæ aut mors contriſtet, vltus enim authorem iniuriæ libēs morior. Et adiecit Reminiſcor ô Alexander Deum matri tuæ prægnāti prædixiſſe, quia vindicem filium eſſet paritura.

Aliā cauſſam mortis Philippi refert Iuſt.lib.9.

§. III.

De moribus Philippi regis.

DE Moribus huius Philippi Iuſti. ait lib. 9. Fuit Philippus rex tam armorum quam conuiuiorum apparatibus ſtudioſior, cui maximæ opes erant, inſtrumenta bellorum, diuitiarum quæſtus, quæ cuſtodia ſolertior. Itaque inter quotidiana rapinas ſemper inops erat. Erant in eo miſericordia, & perfidia pari iure dilectæ. Nulla apud eum ratio turpis vincendi fuit. Blandus pariter [& in gratia offenſam ſimulare.] inſidioſus alloquio, qui plura promitteret quàm præſtaret. Amicitias vtilitate non fide colebat, gratiam fingere in odio: inſtruere inter concordantes odia: & apud vtrumque gratiam quærere, ſolennis illi conſuetudo. Inter hæc eloquentia & inſignis oratio acuminis & ſolertiæ plena, vt nec ornatui facilitas, nec faciliati inuentionum deeſſe ornatus. De eo Vale. Philippus Alexandrum quorumdam Macedonum beneuolentiam donis ad ſe conatum attrahere epiſtola ſic increpuit. Quæ te fili ratio in hanc tam vanam ſpem induxit: vt eos tibi fide-

A. M. 3598.

A les futuros exiſtimares, quos ad amorem tui pecunia copulaſſes. Idem Vale. li. 1. Philippus pater Alexandri Apolinis oraculo admonitus, vt à quadrigę violentia ſalutem ſuam cuſtodiret: omnes currus per totum regnum diſiungi fecit. Locum etiam qui in Bœotia quadriga celebrabatur ſemper vitauit. Sed Pauſanias in capulo gladij quo illum occidit quadrigam habuit celatam. His temporibus quum Philippus Methonam vrbem expugnaret in prætereunte de muris ſagitta iacta dextrum eius oculum, inquit Iuſtinus, effodit. Quo vulnere nec ſegnior in bellum, Iuſt.lib. 7.

Philippus oculo priuatur.

B nec iracundior aduerſus hoſtes factus eſt, adeo vt interiectis diebus pacem deprecantibus dederit: nec moderatus tantum, verum etiam mitis aduerſus victos ufit. Grecię autem ciuitates dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt. Itaque Iuſt.lib. 8.
Philippus velut ex ſpecula quadam libertati omniū inſidiabatur. Artaxerxes autem ille, qui & Ochus dicitur: miſit præfectum ſuum omnibus regionibus, quæ erant trans flumē Eufrathen nomine vagoſum vt dicit Comeſtor. Erat autem tunc in Hieruſalem ſummus ſacerdos nomine Ioannes, cuius frater vocatus Ieſus, quum anhelaret ad ſummum ſacerdotium, prædictum vagoſum fecit ſibi familiarem. Qui

Mag. in hiſt. lib. heſt. c. 2.

C Ieſus in templo altercatus cum Ioanne occiſus fuit, propter quod vagoſus indignatus aſcendit in Hieruſalem, & ingreſſus in templum ſpoliauit ipſum & quum reprehenderetur ob ingreſſum templi reſpōdit ſe eſſe mundiorem eis quos occiderant in eo. Et impoſuit miniſtris templi tributa.

§. IIII.

Ocho qui eſt Aſſuerus cui ſucceſſerit.

POST mortem autem Ochi qui à quibuſdam vocatur etiam Artaxerxes qui tenuit regnum Perſarum. 28. annis. Hiſtoriographi variè loquuntur

D de ſucceſſore eius. Nam in Chronicis dicitur quòd regnauit poſt Ochum Arſes glius eius in Periſide, & Euſ. in Ch.
regnauit annis. 4. Helinandus autem ſic ait. hunc inter reges Perſarum non numerat Iuſtinus, ſed ſtatim Tert. in li.
poſt Ochum ponit Darium. Tertullianus autem hūc uer. Iud.
Arcem Argum vocat, quem dicit regnaſſe anno vno. Iſid. autem appellat eum Xerxem, quem dicit annis 4. regnaſſe. Hiero. ſuper Danielē vocat eum Arſen, Ma. 16. c. 2.
quidam alij Arſanium eum appellant. Comeſtor autem ſic ait. Poſt Ochum regē filius eius Arſanius & poſt Arſanium regnauit in Perſide Darius. Et hic eſt cum quo (vt infra dicetur) Alexander bella habuit. de quibus dicitur in Machabeo. j. Poſtquā per-

E cuſſit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia: Darium regem Perſarum & Medorum: conſtituit prælia multa, & omnium obtinuit munitiones, & interfecit reges terræ, & pertranſiit vſque ad fines terræ, & accepit ſpolia multitudinis Gentium: & ſiluit terra in conſpectu eius, & congregauit virtutem & exercitum fortem nimis. Et exaltatum eſt & eleuatum cor eius: & obtinuit regiones gentium & tyrannos, & facti ſunt illi in tributum, hæc ibi. Et monarchia Dario victo, tranſlata eſt à Perſis in Græcos per Alexandrum.

F

§ V.

Alexāder Nectanabi nō fuit filius.

VIDENDA Ergo ſunt aliqua ad declarationem prædictorum, & de præliis eius contra Darium & victoria: & de ſubiugatione aliarum nationum: & demum morte, vbi etiam ex verbis ſcripturæ ſatis apparet eum fuiſſe filium Philippi non

A.M. 3614.

pi non Nectanabi, vt ex hiſtoria eius legitur, quod dictum eſt ſupra, quia hic dicitur Alexander Philippi filius. Niſi quis dicat eo modo quo dicitur Ieſus filius Ioſeph: hic Alexander putatiuus eſt, & filius dictus Philippi. Anno igitur primo Olympiadis 109. qui fuit ætatis quintæ 255. Et ab initio mūdi ter millemus ſexcẽteſimus 28, rex Perſarum 14. regnauit Darius filius Arſanij ſex annis. Eodem anno Alexander Philippo ſucceſſit in regnum, & regnauit annis 12. quod & habetur in Machabeo. 1. Hic ſecundum Iuſtinum & virtute & vitiis maior patre fuit. Vincendi ratio vtrique diuerſa, hic aperta, ille artibus bella tractabat: deceptis ille gaudebat hoſtibus, hic palam fuſis, prudentior ille conſilio, hic magnificẽtior animo. Iram pater diſſimulare plerumque & vincere: hic vbi exarſiſſet, nec dilatio vltionis, nec modus erat: vini nimis vterque auidus, ſed ebrietatis diuerſa vitia: patri mos erat etiam de conuiuio in hoſtem procurrere manum conſerere, periculis ſe temere offerre. Alexander non in hoſtem, ſed in ſuos ſæuiebat, amari pater malebat, hic metui. Literarum cultus vtrique ſimilis, ſolertiæ pater maioris, hic fidei: verbis & oratione Philippus. hic rebus moderatior, parcendi victis filio animus & promptior & honeſtior, frugalitati pater, luxuriæ deditus filius magis erat. Prima Alexandro cura paternarum exequiarum fuit in quibus ante omnia cædis conſcios ad tumulum patris occidi iuſſit: ſoli Alexandro Lynceſtarum pepercit, ſeruans in eum auſpicium dignitatis ſuæ. Nam regem eum primus ſalutauerat. Æmulum quoque imperij Caranum fratrem ex nouerca ſuſceptum interfici imperauit. Iuſtinus hæc lib. 9. & 11.

Alexandri & Philippi cōparatio.

Iuſt. lib. 9.

Iuſt. lib. 11.

§. VI.

EX Hiſtoria Alexandri procurata patris ſepultura, mox aſcendens illius ſolium cōuocataque vniuerſa multitudine plebis ait. Et tempus eſt vt qui cunque cupit Alexandro militare fœduſque cum illo inire, feſtinet. Namque mihi dignum videtur bella primum in eos mouere, qui nos contriſtauere pridem, nunc autem cupiunt ſpoliare etiam libertate. His dictis acquieſcit omnis miles, ac ſi diuinitus vocatus fuiſſet. Et in initio regni ſui (inquit Iuſti.) Alexander Macedonibus immunitatem cunctarum rerum præter militiæ vacationem dedit. Quo facto, tantum ſibi fauorem omnium conciliauit, vt corpus hominis non virtutem regis mutaſſe ſe, dicerent. Tunc Alexander ſecundum hiſto. eius, reſerans patris theſauros, arma opeſque diſtribuit cunctis. Connumeratis ergo militibus, quos ipſe recensſcripſerat, congregat Macedonas, 15. millia peditum, auxiliaque diuerſa in octo millia. Equites vero indigenas duo millia. 7. leuis armaturę, Thraces. 8. vnde hoc numero cum veteri milite congregato collegit ad 70. millia ſeptingenta quatuor militantium. Et vt ait Iuſt. li. 11. & Quintus Curtius, non iuuenes robuſtos, non primo ætatis flores,[a] ſed veteranos, pleroſque etiam emeritæ militię qui cum patre patruiſque militauerant, elegit: vt non tam milites quam magiſtros militiæ electos putares. Ordines quoque ne-

numerus militum Alexādri.

a In exercitu eius fuerunt peditum triginta duo millia, equitum quatuor millia quingenti, naues centum octoginta duæ: Haſta parua vniuerſum terrarum orbem vicerit, an aggredi auſus fuerit incertum eſt. Iuſt. lib. 10.

A mo niſi ſexagenarius duxit, vt ſi principia caſtrorum cerneres, ſenatum te priſcę alicuius reipublicæ videre diceres. Itaque nemo in prælio fugā cogitauit, ſed victoriam, nec in pedibus cuiquam ſpes, ſed in lacertis fuit. Igitur Alexander, vt ex hiſto. eius habetur ſumptum ex Philippi theſauris abundantiſſimè ſumens, claſſe elaborata tranſit in Thraciam: inde in Lycaoniam, cui nunc recens ætas Lucanię nomē dedit, hinc ergo pergēs omnem Zybiam peragrat. Collecto autem in vnum exercitu, ad Ægypti interiora contendit, Ægyptij quoque veſte & ſede regum dignum duxerunt, ſecundum ſeraphim veniſſe dicentes. Rurſuſque omnes Syriæ ciuitates per quaſcūque tranſiit, nomini ſuo addidit. Ac demū Tyrum aduenit, ſed Tyrij mœnibus obſeratis, ingreſſum illi denegant. Ipſe vero dum vrbem violẽter diripere vellet, multis Macædonum cæſis pedem refert. Poſt hęc excidium Tyris minatus, miſſiſque nūciis literas eis huius tenoris iuſſit deferri. Imperiale quidem videbatur cum clementia atque iuſtitia me veſtræ vrbi dominari, ſed quoniam primi omnium extitiſtis qui meis iuſſis inſolentius obuiaretis interribile ſignum aliis præbebitis, quid virium ſit in Macędonum dextris. Valete ſi ſapitis, non enim valebitis ſi in his perſeuerabitis. His literis Tyri lectis, primates legatos corripi iubent, ac tormentis primum affectos crucibus affixerunt. his incentiuis ſtimulatus Alexander grauì indignatione permotus, vehementiuſque vrbē aggreſſus eam diruit, ac vaſtat, omni ſexu & ætate perempta. Tyro deinde Satrapam præfecit. Notandū ſecundum Vincen. li. 5. c. 25. quòd Iuſtinus poſt geminam victoriam de Dario narrat Alexandrum in Syriā veniſſe, vbi multos reges cum infulis obuios habuit, ex quibus pro meritis ſingulorum alios in ſocietatem recepit, aliis regnum ademit ſuffectis loco illorum nouis regibus.

Quintus Curtius Plutarchus & Arrianus deſcribunt Alexādrum Tyrū aggreſſum poſt primam victoriā habitam de Dario. Iuſt. lib. 11.

§. VII.

DE literis deſtinatis à Dario Alexandro & reſponſionibus cum Alexander tenderet contra eum [has Darius ad eum litteras miſit.] Rex regum Darius conſanguineus Deorum Alexandro famulo meo. Iubeo dicóque ac mando tibi, reuerti ad parentes tuos; famulos meos atque in gremio matris cubantem docere virile officium, ad quam rem habenam tibi Scythicam miſi, & pilam, & loculum cum aureis, pilā vero eo quòd eius luſitatio tuæ conueniat ætatulæ. Nam hæc eorum opera qui ritu latronum tibi conſulunt aggreſſus es: nam ſi omne huiuſmodi genus humanum pari conſpiratione tecum duxeris, imperium Perſarū nequaquam terrere poteris. Tāta quippe mihi exercituum multitudo adeſt, vt nulli melius quam arenæ maris poſsit comparari. Auri vero & argenti hic copia. Vt ſi mihi libitū fuerit totam humum inde cooperire poſsim. Quapropter tibi aureos miſi: vt ſi ad reuerſionem ſumptibus indigeres, habeas quo tuis tibique neceſſaria emas. Sin autem iuſſionibus noſtris obtemperare diſtuleris, protinus mittam viros qui te vinctum atque cōtumelioſè verberibus affectum maieſtati noſtræ reducant. Hæc dicta primates Alexandri nimium terruerunt. Quibus Alexander ait. Quid tandem dictis Barbaricis perturbamini, quæ arrogantiæ habent teſtimonium, non confidentiæ probationem? Nam & canibus imbecillioribus mos eſt quāto plus defuerit virium, eò magis latratib. indulgere. His di-

Literę Darij ad Alexandrum inſolentię plenæ.

A.M. 3624.

ctis Perſarum legatos donatos eo auro quod ſecum detulerant, remittit in ſua, cum his literis. Alexander rex regum cōſanguineuſque Deorū Dario ſalutē dicit. Turpe mihi videtur, nimiumque abhorrens, tantum regem, totque viribus vt ſe iactat circunſeptū ſub ditione contemptibilium (vt reris) homunſionū atque intereos abiecto cuidam ac latroni Alexādro diu grauiterque ſeruiturum. Quæſo igitur quorſum te ſententia ducit: quoniam dixiſti te auri & argenti opibus æſtuare? An vt his cognitis, auri ſit nobis feruor & deſiderium & obſtinatius atque audacius dimicaremus aduerſum vos. Addis miſiſſe te mihi habenam, & pilam, loculoſque cum aureis, de quibus quamuis vt viſum eſt dictitaueris, ego tamen mihi velut auſpicato cuncta ex te conceſſa profitebor. Nāque habēnam accipi oportet, qua habeā vti in ſubditos tibi: pila vero ſimiliter, ob rotunditatem ſui totius orbis mihi imperiū promittit. Quodque tertium addidiſti, opum tuarum me dominum futurū teſtatur. Lectis his literis Alexandri Darius, arrogātius motus ad Satrapas vltra taurum montem degētes ſcribit talia. Fertur quidam adoleſcens inſanire Philippi filius, Aſiamque vniuerſam incuſare. Super quo placet nobis vt verberibus puerilib. grauiter afflictus, indutuſque poſt veſte purpurea nobis reddatur. Satrapas vero eius & claſſem cum nautis ponto ſubmergere, militeſque cunctos ad rubri maris vlteriora tranſduci. Rurſuſque eo ſcribente cum arrogantia ad Alexādrum: iurat Alexāder vltra non verbis ſed ſtrictis gladiis rem peragendam. Dimicantibus eis cum ſpes exitus fluctuaret: tandem repentino vmbre procedēte Perſæ cælites ſibi aduerſari dicētes fugā capeſſunt: Dario præcurſore amiſſo curru equoque aſceſo veloci. In hoc prælio primo quod fuit in campis adraſtiis fuerunt Perſarum ſexcenta millia militum, vt ait. in 11. quorum magna cędes fuit. Sed de exercitu Alexandri non ceciderunt niſi nouem pedites, centum viginti equites, quos rex Alexander in penſe humatos ſtatuis equeſtribus donauit, cognatiſque eorum immunitates dedit. Poſt hāc victoriam maior pars Aſiæ ad eūm defecit. Sed de repentino imbre in hac pugna cælitus miſſo ſola loquitur hiſtoria Alexandri, quæ poſt hanc victoriam narrat Alexandrum miſiſſe ad Scamandrum ducem ſuarum partium, vt ſibi auxilia mitteret ſe autē omnem Achaiam peragraſſe, multiſque ciuitatibus acquiſitis collegiſſe centū & ſeptuaginta millia armatorum: quos traduxit Taurū. Hinc per Thebas dicit eum iter ad Darium direxiſſe, ſed cōtra eum Thebani portas clauſerūt, quas quum expugnaret, Eleadas vnus Thebanorū aptauit Tibias, prouolutuſque genibus tyranni cecinit melos dicens. O fortiſſime regum, hanc ne vrbem excides, quam dij immortales proſa piæ tuæ principes tibi pepererę? Reminiſcere hinc liberum ortum: hanc Herculis nutricem, hos muros Amphion Æacus tuæ pars maxima ſtirpis ædificarunt. Sed Alexander ſedari non potuit, quin igne, & ferro eam vaſtaret. Sed poſtea Alexāder per præconem edici fecit Thebas reædificari eſſe permiſſum, in honorem trium Deorum, Herculis, Mercurij, & Pollucis. Poſt hæc Alexander Athenas pergit, quæ cum Lacedæmoniis ab eo ad Perſas defecerant: authore Demoſthene magno auri pondere à Perſis corrupto. Qui quendam ſubornauerat, qui diceret regem Macedonum in Triballis cum omnibus copiis ſuis periiſſe. Itaque inſperatus Alexander aduenit, qui hos motus compeſceret. Hortatur Æchynes vt Alexandro ſe darent, Econtra Demoſthenes nititur vt rebellent. Cuius dicitur eſſe illud dictum egregium. Amico mutuam me rogante pecuniam, & amicum & pecuniam perdo. Conſultuſque Demades in hac varia ſententia inter Æſchynem & Demoſthenem, reſpondit conſilium Æchynis præualere. Itaque corona aurea Alexandro mittitur per eundem Demoſthenem. Hic ipſe Demades Alexandro Athenienſib. diuinos honores exhibere nolentib. ait. videte ne dum cœlos cuſtoditis terram amittatis. Poſt Athenas deuictas Lacedæmonios ſuperauit. Hæc autem omnia dicit Iuſti. feciſſe Alexandrum ante primam congreſſionem cum Dario, de qua dictum eſt.

Explicat munera ſibi à Dario tranſmiſſa.

Primum prælium Alexandri contra Darium.

Hæc aduerſus Thebanos expeditio ſuſcepta eſt, antequam Taurum cōſcenderet & aduerſus Darium pugnaret Iuſti. lib 15.

Alexāder vaſtat thebas vrbē.

A.M. 3624.

Val. lib. 7. cap. 2.

Iuſt. lib. 11.

§. VIII.

ALEXANDER ergo inquit Iuſti. lib. 11. timēs anguſtias, magna celeritate Taurum tranſcēdit: quingenta ſtadia vna die pertranſiens. Cumque Tharſum veniſſet, captus Cydni amnis amænitate per mediam vrbem influentis, qui ſecundum hiſtoriam Alexandri nulli fluuiorum ſecūdus eſt vel magnitudine vel perſpicuitate, proiectis armis plenus pulueris ac ſudoris in præfrigidā aquā ſe proiecit. tū repēte neruos eius occupat rigor. Hiſtoria vero Alexandri dixit, ꝙ cum armis è ponte ſe præcipitauerit, & natabundus exierit. Sed calenti tunc corpore incidens in aquæ vehementiam tantam de rigore eius neruorum iniuriam traxit atque perniciem vt mox expiratus videretur. Sed à Philippo medico poculū cōfectum accepit, ac ſecundum Iuſtinum, quarta die ſanitate recepit. Tunc ſecūdum Quintum Curtium per Medos exercitum duxit laborioſum nimis iter per deſertum emenſus. Et exercitus Darij iuxta tigridis alueum locatus eſt. Habebat autē exercitus Darij vt ait Iuſti. trecenta millia peditum, & centum millia equitum. Tunc ſuos hortatur Alexander, vt ſpernant aciem illam auro argentoque fulgentem in qua plus prædæ quam periculi eſſet. Cœpto conflictu frequentique re bellica, vnus è Perſis indutus armis Macedonicis à tergo Alexandrum ferit. ſed ictus ille propter galeæ fortitudinem fruſtratus diſiliit. Comprehenſus ille regi offertur. Requiſitus cauſam facti ait. ſe pactum fuiſſe apud Darium hoc facto partem regni cum filia ſi eum interficere potuiſſet. Alexander promiſſum & audaciam laudans ad propria redire conceſſit. Deinde collecta innumerabili multitudine proprius acceſſit. Aduentum autem ſuum primo ita prodidit. Coacta in vnum innumerabili multitudine armentorum, cornibus eorum & caudis ramos frondentes iubet annecti, vt cornibus erectis ſyluarum quandam ſpeciem agerent, & tractis ramulis pulus exercitum aduenietem in eminus videri prohiberet. Prælio commiſſo vterque rex vulneratur. Tandiu anceps certamen fuit, quo aduſque Darius fugeret. Exinde magna cędes ſecuta eſt Perſarum. Cæſa ſunt peditum 60. millia equitum. 10. millia capta. 40. millia. Ex Maced. autem cecidere pedites. 130. equites 150. Alexander autem opes Darij diuitiarumque apparatum contemplatus, admiratione tantarum rerum capitur. Tūc primum luxurioſa conuiuia & magnifica ſectari. tunc & Marſinē captiuā diligere propter formę pulchritudinē cœpit à qua poſtea ſuſceptum filium Herculē nominauit. Memor tamen Adhuc Darium viuere Parmenionem miſit ad occupandam Perſicam claſſem, alióſque amicos ad recipiendas Aſiæ ciuitates. Quæ ſtatim audita fama victoriæ, ipſius Darij præfectis

cum

Alexāder in Aſiam tranſit.

Iuſt. 16.

Secūda inter Alexādrum & Dariū pugna.

A. M. 3624.

cum magno auri pondere tradentibus ſe, in poteſtatem victorum venerunt. Tunc, vt ait Comeſtor cœpit Alexāder aſpirare ad monarchiam Orientis, & intrans Syriam cœpit Damaſcum. Et ſubiugata Sidone Tyrum obſidebat. Tunc Saraballa, qui fuerat factus præfectus à Dario in partibus illis, eligens de ſuis octo millia in Alexandri profectus eſt auxilium, dicens ſe libentius obſequi ei quam Dario, & quod loca ſub poteſtate ſua conſtituta ei traderet, & gratè ſuſceptus eſt ab Alexandro. Præterea dixit ſe habere generum Manaſſem fratrem principis ſacerdotum gentis Iudææ, multóſque alios cum eo eo præſentes ex ea gente, quos aiebat velle ſub eo templum conſtitutis locis ædificare, quo profuturum Alexandro profitebatur. Quia potentia Iudæorum in duo diuiſa, non rebellaret. Concedente vero Alexandro omni ſtudio ædificauit Saraballa templum & altare, quod permanſit vſque ad deſtructionem factam per Romanos & in eo conſtituit Manaſſen pontificem. Porro dum Alexander erat in obſidione Tyri ſcripſit ad principem ſacerdotum in Hieruſalem, inuitans eum vt ſibi præberet auxilium, & exercitui venalia præpararet, & redderet ſibi tributa quæ Dario conferebat. Et reſpondit Iaddus pontifex ſe Dario ſacramentum dediſſe, nec eo viuente poſſe tranſcendere conſtituta. Tunc comminatus eſt Alexander genti Iudæorum quod per eum diſcerent quibus deberent conſtituta ſeruare. Tunc iniectis aggeribus Tyrum fecit continentem, qua vaſtata Gazam obſedit, & mortuus eſt Saraballa. Alexander autē capta Gaza in [a] Hieroſolymam feſtinabat. Timentes Iudæi clamauerunt ad dominum & immolabant Hoſtias, & Iaddus orabat pro gente Iudæorum. Qui cum poſt ſacrificiū obdormiſſet, præcepit ei Deus vt cōfideret, ſericiſq; cortinis ciuitatem ornaret, & ipſe pontificalibus indutus & reliqui ſacerdotes cum eo legitimis ſtolis induti obuiam exirent Alexandro, & ſurgens à ſopore oraculum omnibus indicauit. Audiénſque non longe Alexandrum eſſe à ciuitate, proceſſit cum ſacerdotibus & ciuium multitudine ad locum vnde Hieroſolyma & templum videri poſſet. Et factum eſt contra ſpem omnium qui ſequebantur regem. Nam Alexander intuens antiſtitem pontificali ſtola inſignem, & ſuper cidarim laminam in qua erat ſcriptum nomen Dei tetragrammaton, deſcendit de equo, & adiit eum ſolus, & nomen Dei adorauit & pōtificem veneratus eſt. Et obſtupuerunt principes exercitus, & ludificatam mentem regis putauerunt, ſolus Parmenio quæſiuit ab eo cur pontificem gentis Iudæorum adoraſſet. Reſpondit non hunc adoraui, ſed Deum cui principatum ſacerdotij gerit. Nam per ſomnium in tali habitu Deum aſpexit, adhuc in Lycea ciuitate Macedoniæ conſtitus. Dúmque mecum cogitarem vtrum Aſiam poſſem obtinere, iuſſit me confidere. Nam ipſe exercitū meum perduceret, & principatum Perſarum mihi traderet. Nunc autem primo vidi in hoc ſacerdote ipſius effigiem, & quæ mihi promiſit ventura confido, & propterea Deum adoraui, & hominem veneratus ſum. Et ingreſſus eſt vrbem Alexander, & in templo ſacrificauit Deo, ſecundum ſacerdotis oſtenſionem. Et attulerunt ei Daniele prophetam, in quo ſcriptum erat quem-

Comm. in hiſto. heſt. cap. 4.

Hunc Sāballat ex ſacris litteris dicit Geneb.

Alexāder feſtinat ad vrbem Hieroſolimam.

Alexāder gentis Iudæorum Pontificē veneratur.

Alexāder in templo Dei ſacrificat.

a Tempore quo Alexāder Macedo Hieroſolimā adiit moriuntur Eſdras, Zacharias, Aggæus & Malachias prophetæ omnium poſtremi. Geneb. & Cabb. Rab. Abr.

A dam Græcorum perditurum potentiam Perſarum arbitrans de ſe ſcriptum eſſe, gauiſus eſt. Et in craſtinum conuocans populum, iuſſit petere quæ vellent, ipſis petentibus conceſſit Iudæos vbique patriis vti legibus, & ſeptimum annum ſine tributo eſſe propter ſabbathū terræ; exinde ad alias ciuitates profectus eſt. Tunc Samaritæ videntes eius munificentiam circa Iudæos cognatos, dixerunt ſe eſſe de ſemine Iudæorum, originem ſuam ab Ephraim & Manaſſe recenſentes, & poſtulauerunt vt tēplum eorum in Garizim honoraret, quod in reditu ſe facturum promiſit. Quumque peterent ab eo relaxa-
B tionem ſeptimi anni, quæſiuit qui eſſent. Et dixerunt ſe eſſe Hebræos. Cúmque adderet, verū eſſent Iudæi, negauerunt ſe eſſe Iudæos. Quibus ait, Iudæis tantum hoc ego conceſſi. Auguſt. autem in 18. de ciuit. Dei. cap. 45. ſic ait. Hoſtias ſane Alexander immolauit in templo Dei, non ad eius cultum vera pietate conuerſus, ſed impia vanitate cum Diis cum falſis colendum putans. Iuſtinus vero libro 11. ſic ait. Alexander inde ad Hammonem profectus eſt: cupiens originem diuinitatis acquirere, ſimul & matrem infamia liberare, per præmiſſos ſubornat antiſtites, quid ſibi reſponderi vellet. Ingre-
C dientem templum ſtatim cum antiſtes vt Hammonis filium ſalutant. Ille lætus Dei adoptione hoc ſe patre cenſeri iubet. Oroſius autem lib. 3. ſic ait. Alexander nobis prodidit Diis ipſis ſurdis & mutis, vel in poteſtate antiſtitis eſſe quid velit fingere, vel in voluntate conſulentis, quid velit audire. Valerius vero lib. 9. titu. de ſuperbia inquit. Alexander tribus gradibus inſolentiæ exultauit faſtidio enim Philippi, Iouem Hammonem patrem aſciuit, tædio cultus Macedonici, veſtem & inſtituta Perſica aſſumpſit. Spreto mortali Habitu, diuinum caput æmulatus eſt. Nec fuit ei pudori, filium, ciuem, ho-
D minem diſſimulare.

A. M 3624.

Oro. lib. 3. cap. 17.

Vale. lib. 9. cap. 5.

Iuſt. lib. 9.

§. XI.

DARIVS cum Babylonium perfugiſſet, Alexandrum per epiſtolas deprecatus redimendarum ſibi captiuarum poteſtatem faciat ob quam rem, magnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander in pretiū captiuorum regnum omne, nō pecuniam petit. Iterum ei Darius mandat, quod regni portionem & filiam in matrimonium daret, ſed Alexander ſibi ſua dari reſcripſit, iuſſitque ſupplicem veni-
E re: regnique arbitria victori permittere. Tunc Darius vt ait Iuſtinus ſpe pacis amiſſa, cum 400. millibus peditum & centum millibus equitum obuiā vadit Alexandro. Cui in itinere nunciatum eſt vxorem eius ex colliſione abiecti partus deceſſiſſe, eiúſque morte illachrimatum Alexandrum, exequiáſq; benigne proſecutum, idq; cum non amoris, ſed humanitatis cauſa feciſſe. Nam ſemel tantum eam Alexandro viſam eſſe, cum matrem paruuláſque filias eius frequenter conſolaretur. Tunc Darius ratus eſt vere ſe victum, cum poſt prælia etiam beneficiis ab hoſte ſuperaretur, gratúmque ſibi eſſe ſi
F vincere nequeat, quod à tali potiſsimum vinceretur. Scribit itaque & tertias epiſtolas gratias agens quod nil hoſtile in ſuos fecerit. Offert deinde maiorem partem regni vſque ad Euphrathen flumen, & alteram filiam vxorem & pro reliquis captiuis, 30. millia talentorum. Ad hæc Alexander gratiarum actionem ab hoſte ſuper vacaneam eſſe reſpondit, nec à ſe quicquam factum in hoſtis adulationem

Darius ab Alexādro pacem deprecatur.

Iuſt. Ibid.

Vxor Darij moritur.

A.M. 3624.

A tionem, nec quod in dubio belli exitus, aut in leges pacis ſibi lenocinia quæreret, ſed animi magnitudine, quæ didicerit aduerſus vires hoſtium non aduerſus calamitates contendere, policetúrque ſe ea præſtiturum Dario, ſi ſecundus ſibi, non par haberi velit. Cæterum neque mundum poſſe duobus ſolibus regi, nec orbem ſummá regna ſaluo ſtatu terrarum habere proinde aut deditionem ea die, aut in poſterum aciem paret. Alexander prope Strangam fluuium caſtrametatus eſt. Viſum eſt autem ei, vt ipſe ad Darium internuntius iret. Comitatus ergo ſolo Eumedo atque vno ſatellite, deuenit ad Stranham fluuium, qui fluuius plerúmque ex frequentia B frigoris adeo ſtringitur vt etiam curribus onuſtiſſimis meabilem ſe prebeat. Ibi Eumedum ſubſiſtere iubens tentoria Darij adiit, qui tunc præuidendi exercitus cauſa proceſſerat. Cui reuertendi Alexander obuius ait. En tibi adſum internuncius Alexandri, cuius mandata ſunt talia. Ego inquit arbitror eum regem qui minus feſtinanter contendit ad prælium, ipſum ſuæ ignauiæ, & differentiæ teſtem eſſe. Quapropter reſpondeto quod tempus agitandi dederis nobis. Tunc Darius, nunquid tu ipſe ades Alexander, qui nobis adeo conſtanter confidentérque bellum indicis? Negat ille ſe Alexandrum eſſe ſed eius internunciũ confitetur. C Tunc Darius manum apprehendens ſecũ ducit in regiam ad cœnam Alexandrum, iuſſúſque eſt contra Darium diſcumbere. Contingítque eum quoddam memorabile facere. nam quodcunque vas ad bibendum ſumpſit, ebibito vino in ſinu vas recondebat. Quod quum & Dario miniſtris indicaretur, & ille iratus eum furti argueret, reſpondit Alexander hunc morem ſeruari in curia Alexandri. Et ſe putaſſe talem ibi ſeruari. Placato rege & facto ſilentio, vnus ex cõuiuantibus Paſargies nomine qui aliquando hoſpitio ſuſceptus fuerat Phillippo, cœpit D recognoſcere Alexandrum. Quod ſentiens Alexander, vnà cum poculis quæ in ſinu geſtabat perſilens, exiit, & mox præ foribus vnum ex Perſis tenentem equum ſuum transfodit gladio & fugæ cõſuluit equo aſcenſo. Perſæ autem inſecuti ſunt eum, ſed eorum ſequela tardior & Alexandri curſus efficacior fuit. Darius autem damno hoſtis elapſi nimio mærore confectus eſt, Alexander ad fluuium rediens incidit in alium lacum non congelatum, vnde ipſe & equus eius ſimul in profundum ceſpitantes proſiliunt. Erat autem nox. Ipſe vero equo E impulſo natans exiit inuenítque Eumedum cui cunctum rei ordinem explicat, & eadem narrans principes ſuos lætificat.

Orbis nõ regitur duobus ſolibus.

Nihil de hoc alij ſcribentes dicunt.

Alia pugna Alexandri & Darij.

Sequenti die inſtructámque ordinatámq; aciem iuxta Strangam collocauit. Interea Darius, vt ait Iuſtinus, cum ſuis aduentabat. Et eccce confectum curis Alexandrum ante pugnam ſomnus arripuit. Cúmque ad pugnam ſolus rex deeſſet, à Parmenone ægre excitatus, quærentibus ſomni cauſas omnibus inter pericula, cum etiam in otio ſemper ſomni parcior fuerit, magno ſe metu liberatum dixit, ſomniúmque ſibi à repentina ſecuritate datum F quod liceat cum omnibus Darij copiis confligere, veritum longam belli moram ſi Perſæ exercitum diuiſiſſent. Statuitque Alexander vt nemo de ſuis fluuium tranſiret, datque locum Perſis tranſcundi. Commiſſóq; prælio facta eſt vtrinque ſtrages magna. Tandem Perſæ fugiunt Dario præcedente, Cúmque inconſulto omnes in fluuium pariter irruerent Stranga ſuum officium deuicit, omnéſque

Iuſt. ibid.

Magna ſtrages.

A ingreſſos ſubmergit & necat. Reliquos Macedones inſecuti obtruncant. Et vt dicit Iuſtinus raro in vllo prælio tantum ſanguinis fuſum eſt, Darius autem cum vinci ſuos videret, vt dicitur in hiſtor. Alexandri, mori & ipſe voluit, ſed à proximis fugere compulſus eſt. Suadentibus deinde quibuſdam vt pons Cydni fluminis ad iter hoſtium impediendum includeretur. Non ita ait ſuæ ſaluti velle conſultum, vt tot millia ſociorum hoſtibus obiiciat, debere & aliis fugæ viam patere, quæ patuerit ſibi. Alexander autem vt ait Iuſtinus periculoſiſſima quæque aggrediebatur & vbi confertiſſimos hoſtes pu- B gnare conſpexiſſet acerrimè, eo ſemper ingerebat, periculáque ſua non militum eſſe volebat. Tunc Darius omni ſpe meliori depoſita, ingreſſus regiã ſuam humi ſeſe miſerabiliter eiulabundus proſtrauit lamentatione nimia fatigatus. Tandem quieſcẽs ſcribit Alexandro in hunc modum. Domino meo Alexandro, Darius ſalutem. Competentius feceris, ſi miſeratione vincas illos, quos tibi fortuna ſubiugauit. Quæſo igitur vt matris coniugiſque ac filiarum noſtrarum, vt te dignum eſt, meminiſſe digneris, mihique remittas eas & tuæ beneuolentiæ viciſſitudinẽ ſpõdeo, & theſauros omnes quoſcun- C que reges ac patres mei humi ſubfoſſos reliquerũt, ipſe tibi tradam, Perſarum quoque ac Medorum & aliarum gentium regnum tibi concedo. Quod cum Alexander ſe non facturum diceret, tunc Porro regi ſcripſit, vt ei auxiliaretur contra Alexandrum, multa ei promittens, quod Alexandrum non latuit. Acceleràtque Darium præuenire, antequam in Caſpias portas intraret, ſicque hoc prælio vt aiunt Iuſtinus & Oroſius. Alexander Aſiæ imperium rapuit quinto vel ſexto regni ſui anno. Cuius tanta fœlicitas fuit, vt poſt hoc nemo ei bellare auſus ſit. Triginta ſeptem diebus Predam percenſuit. In vrbe D deinde clauſula 40. millia talentorum inuenit. Expugnat & Perſepolim caput Perſici regni vrbem multis anni illuſtrem refertámque orbis terrarum ſpoliis, quæ interitu eius primùm apparuerunt. Inter hæc, ait Iuſtinus, octingenti Græci occurrerunt Alexãdro, quos Darius captiuos tenuerat qui truncata corporis parte [pœnam captiuitatis tulerant] quibus cum dediſſet Alexander redeundi copiam, maluerunt ibi mori quam fœdum ſui conſpectum reportare. Aderant autem Dario fugam molienti (vt dicitur in hiſtoria Alexandri) duo Satrapes, Beſſus & Ariobarzanes, hi in gratiam Alexandri cu- E pientes inuenire Darium ſolitarium, inuenientes opprimunt & lætaliter vulnerant, fugiúntq; donec dinoſcerent quo ſe reo verteret. Intera Alexander comperit Darium à cognatis ſuis cathenis & compedibus aureis vinctum in vico Parthorum cui nomen Tanea, vt dicit Iuſtin. teneri. Ad quem iacentem cum veniſſet Alexander (vt narrat hiſtoria eius) ille manus ſupplices tenens & attrectans genua Alexandri vt poterat, tandem ſic eum alloquitur. En mihi in tali fortuna conſtituto, magnum adeſt mortis meæ ſolatium, quod in tuis manibus F ô Alexander regum fortiſſimè ſpiritum offundam. Quare quæſo ne inuideas mihi ſepulturam, quam mihi cum Perſis tui Macedones exequantur, Rodogonem matrem meam & cilitho vxorem in manus tuas commendo, filiam vero Roxanem hac tibi prece commẽdo, vt eam coniugio tuo dignam cenſeas, iis dictis ſpiritum exhalauit. Alexander vero multis lachrymis ad regiam dignitatem ritu Perſarum eum ſpeliri iuſſit. Refert autem Oroſius lib. 3.

A. M. 3624.

lib. 11. Hoc habet Iuſt. ibid.

Perſepolis vrbs caput regni Perſarum.

Iuſt. lib. 11. Oro. lib. 3. cap. 12.

Iuſt. ibid.

Quintus Curtius ſcribit matrem Alexandri vocatam Sigambim.

A. M. 3624.

lib.3.quo tribus his prælijs totidémque annis quinquies decies centena peditum equitúmque millia conſumpta ſunt, & hæc ex eo regno, illiſque populis, vnde iam per annos non multo plures, decies nouies centena millia profligata referuntur. Alexander autem vt ait Iuſtinus, in perſequendo Dario amiſſos milites magnis funerum impenſis extulir. Reliquis expeditionis eius ſocijs 15. millia talentorum diuiſit, quorum maior pars aſtu amiſſa inutiléſque facti qui ſuperfuerant pecunia omnes 153. millia talentorum Egbatanis congeſta, eiſque Parmenio præpoſitus eſt.

Agis Lacędemoniorū ab Antipatre vincitur.

Interea Agis rex Lacædemoniorum in Græcia rebellans ab antipatro opprimitur. Quod Alexander audiens, inquit Quintus Curtius, hoſtes quidem vinci gauiſus eſt, ſed antipatrum viciſſe tacitus indignabatur, ſuæ demptum gloriæ exiſtimans quicquid ceſſiſſet alienæ. Igitur ſecundum Hiero. anno 6, regni ſui anno. 2. Olympiadis 112. Alexander interfecto Dario Babyloné obtinuit, in quo regnum Perſarum deſtructum eſt, quod permanſit annis 231. per reges 14. à primo Cyro vſque ad vltimum Darium Arſanij filium. Alexāder autem cum ſcire vellet vt habetur in hiſt. ſua, qui Darium regem interfecerat, ait, Gaudeo me hoſtē maximum ſuperaſſe, & licet ipſe executus non ſim, habeo tamē gratiam condignam rependere his qui beneuolentiam ſuam erga me proteſtati ſunt, hortor igitur, vt ſe prodant. Iuro etiam patris matríſque meæ maieſtatem ſublimes illos & notiſſimos me facturum. Quo audito Beſſus & Ariobarzanes ſe produnt, quos Alexander in altiſſimo loco fecit crucifigi, dicens ſe meritum non tranſgredi, nec ſe eſſe reum periurij, quia ſublimes eos notiſſimos omnibus fecerat. Vnus autem ex amicis Darij, ait Iuſtinus, vinctus ad eum perductus eſt, qui Darium non ſolum prodiderat, ſed interfecerat, quem Alexander in vltionem proditionis, fratris Darij tradidit cruciandum. Dicebat enim Alexander (vt ait Quintus Curtius) falli eos, qui proditionis præmium ab eo expectarent, immo violatæ fidei neminem acriorem fore vindicem & vltorem. Tunc Alexander vt nomen ſuum in illis terris relinqueret, turrim Alexandriam ſuper amnem Tanaim condidit, in Bactrianis quoque, & Sogdianis duodecim ciuitates condidit, quas ſuo nomine Alexandrias vocauit.

Euſeb. Chron.

Regnum Perſarum deſtructū eſt.

Nota contra proditores, quā iniuſti ſunt etiam iis quorū fauore proditiones nefarias faciunt.

Poſt hæc ait Iuſtinus in 12. Aalexander habitum regum Perſarum & Diadema inſolitum antea in rebus Macedonicis, velut in leges eorum quos vicerat tranſiret, aſſumit, quæ ne inuidioſius & in ſe vno conſpicerentur, amicos quoque ſuos longam veſtem auream purpureámque ſumere iubet. Inter pellicum regiarum reges electæ pulchritudinis, nobilitatiſque, noctium vices diuidit. His rebus ingentes epularum apparatus adiicit, ne ieiuna & deſtructa luxuria videretur. Conuiuium quoque iuxta regam magnificentiam ludis exornat, immemor prorſus, tantas opes amitti his moribus non quæri ſolere. Cœpitque in ſuos ſæuire non regio, ſed hoſtili odio, indignans ſe carpi ſermonibus ſuorum dicentium cum Philippi patris patriæque mores ſubuertiſſe, propter quæ crimina Parmenio ſenex dignitati regiæ proximus cum Philota filio interficitur. Et quadam die in ſolenni conuiuio orta inter amicos Alexandri ebrios rerum à Philippo geſtarum mentione, cœpit ſe patri præferre, & rerum ſuarum magnitudine cœlo tenus extollere, aſſentante maiore conuiuarum parte. Clytus autem

Alexāder in Perſarū mores degenerat.

Alexāder in ſuas temere deſæuit.

A ductus fiducia amicitiæ regiæ, cuius palmam tenebat ſenex ſapiens, Philippi memoriam tuebatur, ob quod iratus rex telo à ſatellite rapto, eundem in conuiuio trucidauit. Qua cæde exultans, mortuo patrocinium Philippi laudémq; obiectabat. Poſtea vero intellecto facinore, interficere voluit ſeipſum, flens ergo amplectebatur & vulnera tractabat, & quaſi audienti confitebatur dementiam, interfeciſſétque ſe niſi amici interueniſſent. Recordabatur enim, quod nutrix ſua ſoror Clyti fuerat, & quod tot amicos interfecerat, Parmenionem & Philotam, Amyntam conſobrinum, nouercam ſuam, & B fratres ſuos, Attalum quoq;, & Euri locum & Pauſaniam & alios Macedoniæ principes. Et vt ait Iuſtinus. Alexander quatuor diebus non comedit, ob hæc illi quatriduo perſeuerata eſt inedia, donec exercitus vniuerſi precibus exortatus eſt. Multum vero illi profuere preces Calliſtenis philoſophi condiſcipulatu apud Ariſtotelem familiaris illi, & tunc ab ipſo rege ad prodenda memoriæ acta eius acciti.

A. M. 3624.

Iuſt. li. 12.

§. X.

REVOCATO igitur ad bellum animo (inquit Iuſti. in 12.) Choraſmos & Dracas in deC ditionem accepit, tunc nō ſalutari tantum ſed adorari ſe iubet, acerrimus inter recuſantes extitit Calliſthenes. Ob quod iratus Alexander inſidiarum quæ ſibi paratæ fuerant finxit eum conſcium, truncatiſque crudeliter omnibus eius membris, abciſſis auribus, naſo & labiis, deforme ac miſerādum ſpectaculum reddidit. Inſuper in cauea eum cum cane claudi iuſſit, & ad metum cæterorum circumferri. Quo facto Lyſimachus Calliſthenis auditor & præcepta virtutis ab eo recipere ſolitus, miſeratus rāti D viri, non culpæ, ſed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedia calamitatum dedit. Quo audito Alexander Lyſimachum obiici leoni ferociſſimo iuberet, ſed cum ad conſpectum eius conciſus leo impetum feciſſet, manum amiculo inuolutam, Lyſimachus in os leonis immerſit abreptáque lingua feram exanimauit, quod cum nunciatum regi eſſet: admiratio in ſatisfactionem ceſſit, cariorémq; eum propter conſtantiam tantæ virtutis habuit. Lyſimachus quo animo magno regis veluti parentis contumeliam tulit. Multi autem principes MaE cedonum, qui Alexandrum adorare nolebant ab eo ſub ſpecie inſidiarum interfecti ſunt. Retentus tamen eſt Macedonibus modus ſalutandi regem, exploſa adoratione. Poſt hæc Orantos, Enargitas, Primas, Papamenos, Adaſpios cæteróſque populos, qui in radice Caucaſi morabantur ſubegit. Cum autem veniſſet Alexander ad mōtes Caſpios, vt dicitur in hiſto. ſcho. miſerunt filij captiuitatis decem tribuum poſtulantes ab eo egrediendi licentiam ex edicto enim tenebantur egredi non licere. Cúmque quæſiſſet cauſam captiuitatis, accepit eos aperte receſsiſſe à Deo Iſrael vitulis aureis immolando, & F per prophetas eſſe prædictum eos à captiuitate non redituros, tunc Alexander reſpondit, quod digni erant arctius includi.[a] Cúmque anguſta viarum ob-

Alexāder adorari vult.

Iuſt. lib. 15.

Caliſthenes ſupplicium.

Lyſimachi virtus.

Alexāder pertenit ad mōtes Caſpioſ. hane de Iudæis clauſis fabulā aliter recēſet & dad. Daniel in lib. de Iud. clau.

a Macheda Aethiopum regina è Saba Nili inſuli, cum ad Salomonem in eius ſapientiam inquiſitura veniſſet, ſecum in Aethiopiam duxit duodecim Iudæorum millia, quibus ibi magno numero propagatis, iam Aethiopes præſertim nobiles ſe ex ſemine Iſraelis eſſe gloriatur, hinc fortaſſe abrepta occaſio hiſtoriæ ſeu

A.M. 3624.

POST hæc Alexander, ait Iuſtinus in 12. Paſſidas, & Gangaritas expugnat. Cum autem ad Euphites veniſſet, vbi eum ducenta millia operiebantur hoſtium, voluit omnis exercitus in patriam redire, quem Alexander oratione ſedauit. Deinde Alexander ad amnem Aceſinem pergit, per hunc ad Oceanũ deuehitur, vbi Geſſonas, & Aſybos quos Hercules condidit, in deditionem accepit. Hinc ad Ambros & Siccâbros nauigat, quæ gẽtes cũ ſuſceperũt cum armatis 80. millib. peditũ, & 60. millib. equitum excipiunt, quibus victis exercitum eorum ad vrbem duxit deſertam à defenſoribus, in quam primus de muro deſiliit ſine vllo ſatellite, & vnus tot millium impetum hoſtium ſuſtinuit, donec cognito eius periculo omnis exercitus cum eo deſiliuit muris deiectis. In eo prælio ſagitta ſub mamma traiecta eſt, & quum ſanguinis fluxu deficeret, genu poſito tandiu præliatus eſt, donec eum à quo vulneratus fuerat occideret. Curatio vulneris grauior multo, ipſo vulnere fuit. Et vt ait Sen. huius vulneris dolore dum anxiaretur, dicebat, omnes eum meiurent filium Iouis eſſe, hoc vulnus hominem me eſſe clamat. Igitur rebus ordinatis Polyperchonta, cum exercitu Babylonem mittit. Iuſtinus in 12. Ipſe autem cum letiſſima manu auibus cõſcenſis Oceani litora peragrat. Quæ cum peragraret compræhenſus eſt ab eo Dionides archiperata quidam, interrogatúſque ab Alexandro, quid ſibi videretur vt mare infeſtum haberet. Reſpondit, quid tibi vt orbem terrarum? Sed quia hoc ego paruo nauigio facio latro vocor, tu quia magna claſſe, imperator diceris.

Sen. lib. 8. epiſt. 60.

Auguſt. de ciuit. Dei lib. 4. ca. 4.

Candax regina.

Interea Candax regina audiens famam Alexandri, miſit vnum de pictoribus ſuis, iuſſítque vt diligentiſſimè imaginem eius pingeret, ſibique deferret. Iam vero Alexander miſerat ei literas iura amicitiæ continentes. Ipſaque reſcripſit hoc ſibi præ omnibus placere vt fœdus illud perpetuo inter ſe manſurum conſummaretur. Et in argumentum amicitiæ miſit ei regina magna munera, & lapides precioſos, & alia mirabilia. Acceſſitque Alexander in habitu transformato ac ſi eſſet Antigonus amicus ipſius Alexandri ad palatium reginæ Candacis, quæ oſtendit ei diuitias ſuas. Et cum diceret regina illum eſſe Alexandrum non Antigonum, & ille negaret oſtendit ei imaginem ſuam. At ille frendens quærebatur ſe non habere ſecum gladium ſuum. Cui regina, depone inquit hunc metum. Nam fidem quam filio meo ſeruaſti, ſemper tibi ſeruabo. Paulo ante cum filio reginæ fuiſſet vxor ablata à quodam Regulo, Alexander miſſis pluribus de exercitu ſuo, eam ſibi reſtitui fecit. Alter autem filius Candacis reginæ vocatus Charogatus qui filiam Pori habebat vxorem, volebat occidere Alexandrum, ſed mater non permiſit. Narrat exinde Vincen. in ſpe. hiſt. lib. 5. cap. 53. & ſequentibus, mirabilia, quæ inuenit Alexander diſcurrens per diuiſa loca, quæ in India dicit Alexander ſe inueniſſe in epiſtola ſua, quam ob breuitatem, & quia multum dubia eſt de veritate, omitto.

§. XIII.

Literæ Brachmanorum ad Alexandrum.

ALEXANDER vt legitur cum vltimum littus Oceani perluſtraret, Brachmanorum inſulam debellare parabat. Atque illi epiſtolam hanc ad eum miſerunt. Audiuimus, inuictiſſime rex, prælia tua & fœlicitatem vbique ſubſecutam. Sed quid erit homini ſatis, cui non ſufficit orbis, diuitias non habemus, quarũ cupiditate nos debeas expugnare, omnium bona omnibus communia ſunt, eſca nobis pro diuitiis eſt, pro cultu aureo & gemmis vilis & rara veſtis. Fœminæ noſtræ non conantur vt placeant, quæ quidem ornamentorum cultum oneri potius deputant quàm honori. Etenim neſciunt in augenda pulchritudine plus affectare, quam natalitio nactæ ſunt. Antra nobis duplicem vſum præſtant, tegumentum in vita, & in morte ſepulturam. Regem habemus non pro iuſtitia, ſed pro nobilitate ſeruanda. Quem enim locum habet vindicta, vbi nulla ſit iniuſtitia. His verbis motus Alexander dimiſit eos in pace. Extant autem epiſtolæ Alexandri ad Didymum regem Brachmanorum, & Didymi ad Alexandrum, hic abbreuiatæ. Alexander ad Didymum. Sæpe ad aures meas fando peruenit rationem vitæ veſtræ à communi vſu hominum qui vbique ſunt diſcrepare, & res quidem nouitate mirabilis, rumorum licentia videtur incredibilis. Rectéq; te, Didyme, per has literas conſulere properaui, vt ſi verum eſt quod audiuimus, & philoſophãdo hoc facitis incunctanter expedias, quo certior effectus ego quoque ſi fieri poteſt diſciplinæ huius ſectator exiſtam. Ad quæ reſpondit Didymus. Nuncios de nobis dudum ad te prolatos non immerito fame incredulus reſpuiſti. Solet enim gaudere figmentis, nunc autem ex me indubitanter percipe rerum fidem. Genus Brachmanorum pura & ſimplici vita viuit, nullis capitur illecebris, rerum nihil appetit amplius, quam ratio naturæ flagitat, facilis nobis alimonia, non quam luxuriæ ſagacitas per omnia elementa perquirit, ſed quam tellus ferro inuiolata producit. Menſam epulis oneramus innocuis, hinc eſt quod nulla genera morborum & nomina numeramus, ſed diuturna ſalute perfruimur. Opem non præcamur alter ab altero, vbi viuitur inter pares, locus non præbetur inuidiæ, vbi nullus ſuperior eſt. Omnes diuites facit paupertatis æqualitas, iuſtitiam non habemus, quia corrigenda non facimus. Nullas leges tenemus quas apud vos crimina proferant. Vna genti lex eſt, contra ius non ire naturæ. Laborem qui nutrit, auaritiam non exercemus. Otium turpe deuitamus. Libidini membra debilitanda nõ damus, omnia poſſidemus quæcunque non cupimus. Sole caleſcimus. Rore humectamur, ſitim riuo frangimus. Torum miniſtrat humus. Somnum ſolicitudo non rumpit, mentem cogitatio non fatigat. In homines noſtri ſimiles ſuperbia non agimus impetiũ, nullam vel minimam ſeruitutem exigimus, præter corpus quod ſolum animo famulari debere cenſemus. In extruendis domini igne ſaxa non ſoluimus, quia potius in deffoſſis telluris ſpeluncis & concauis montium latebris capaciter habitamus. Nullus ibi ventorum fremitus, nullius tempeſtatem turbinis formidamus. Tutius nos defendit ab imbre ſpelunca quam tegula. Nullus nobis precioſus amictus, ſed membra papyri tegmine, vel quod eſt verius, pudore velantur. Fœminæ noſtrates non ornantur. Nam quis poteſt opus naturæ corrigere? Quo cum fuerit, aut inſtructuoſum eſt, quia vincitur, aut criminoſum, quia præſumitur. Ad concubitum non nos admonet libido, ſed prolis amor. Bella non gerimus, ſed pacem moribus non viribus confirmamus. Sola fortuna eſt aduerſus quam ſæpe pugnamus, & ſemper vincimus. Nemo parẽs filij comitatur exequias, Nulla extruimus inſtar tẽplorũ ſepulchra defunctis.

A.M. 3624.

Inſtituta & mores Brachmanorum.

Litteræ Alexandri ad Didymum.

Reſpõſum Didymi.

Summa ſapientiæ Brachmanorum.

Vos

A.M. 3624.

Vos eſtis omnium malorum cauſa, mortalium omnium terras tenetis & omnibus vos habentibus imperatis. Sola ſapientia Brachmanorum vos ſuperat non amando, peſtilentiam nos Brachmani non patimur, neque enim cœlum fœdis actibus remeramus, ſemper tenet apud nos cum temporibus natura concordiam, & vices ſuas elementa non offenſa cuſtodiunt, medicinæ remedium nobis parſimonia eſt, quæ non ſolum illapſos poteſt curare dolores, ſed etiam procurare ne veniant. Nulla nos ludicra vel ſpectacula, nec equita certamina nec ſcenicas turpitudines effectamus. Sed cœlum poſſumus ſpectare cum volumus, veſtrorum operum monumenta legimus, quæ cum ſint maxime ridenda deflemus. Alia porro nobis ſpectacula exhibet mundi machina, diuerſáſque voluptates, in qua videmus cœlum pulchre formatum, ſignorum varietatibus ſtellarúmque fulgoribus rutilare. Pelagus colore purpureo venuſtatum germanum terram amplecti, cuius multiformes piſces per æquoreas vndas ſaltus exercent. Camporum etiam virentium ſpecie delectamur, ex quibus odor gratiſſimus flore ſuauitatis exhalans, oculos ſimul paſcit & animũ, nemorum quoq; opacitas & fontium arridet amœnitas, qua varie ſimul alites muſicis & concentibus perſonantes dulce melos componunt, hæc ſunt naturæ ſpectacula, quę imitari difficile eſt, & refutare culpabile, nos mercandi gratia Pontum claſſibus non ſulcamus. Nunquam nos peregrina ſpecies ardore ſuæ pulchritudinis inflammauit. Artem bene loquendi non diſcimus, neq; facundiæ rhetorum oratorúmque operam damus, cuius officium eſt fucatis ſermonibus inuoluere mendacia, & innocentiæ fidem conferre criminibus. Simplex eſt apud nos eloquentia communiſque omnibus, ſolum præcipiens non mentiri. Eorum ſcholas minime frequentamus, quorum doctrina diſcors nihil ſtabile certúmque definit, quorum doctrina diſcors, nihil ſtabile certúmque definit, quorum vna pars in honeſtate, alia in voluptate conſiſtit. In honorem diuinum pecudes non mactamus innocuas, nec delubra metallis argenteis incruſtata fundamus, nec auro altaria gemmiſque ſplendentia dedicamus, non ſuſcepit Deus ſacra ſanguinea cultum diligit incruentum. Verbo propitiatur orantibus, quod ſoli ei cum homine eſt commune ſuáq; ſimilitudine delectatur. Nam verbum Deus eſt, hoc mundum creauit, hoc regit atq; alit omnia, diligimus & ex hoc ſpiritũ trahimus: Siquidem ipſe Deus ſpiritus atque mens eſt, & ideo non terrenis diuitiis nec largitate munifica, ſed religionis operib. & gratiarũ actione placatur. Quapropter nimium væcordes vos, & miſerabiles iudicamus, qui originem veſtram eſſe cœleſtem non ſuſpicitis, magnámque cum Deo habere cognationem, ſed ſplendorem generis veſtri rebus viliſſimis obfuſcatis. Quibus quippe maxima in carne voluptas eſt, hanc fouetis & colitis & amatis, cuius contrectatio viuentis inceſta eſt, & contagio morientis horrenda. In cuius vſibus elementa vexantur, & mundus in exhibendis laborat obſequiis. O vos infeliciſſimos quorum religio crimen eſt, & vita ſupplicium.

Abſtinentia ſumma medicina eſt.

Oblectamenta Brachmanorum naturalia.

Brachmani mendaciũ abhorrebant.

Verbum Deus eſt & mundũ creauit.

Alexandri reſpõſum.

Alexander his reſpondet literis ad Didymum. Si hæc ita ſunt vt aſſeris, ſoli quantum video Brachmani hominũ numero contenentur. Soliq; exortes corpore reduntur eſſe ſubſtantiæ. Qui vitiis omnibus carere dicuntur, qui conceſſæ naturæ voluptatibus non vtuntur, aut ſe Deos eſſe profitentur aut Deo inuidere. Hæc iudicio meo potius dementiæ quam philoſophiæ annumeranda ſunt.

Iterũ Didymus reſcripſit.

Didymus ad Alexandrum. Nos non ſumus incolæ huius mundi, ſed aduenæ, nec ita in orbem terrarum venimus vt libeat in eo conſiſtere, ſed tranſire, properamus enim ad larem patrium nullis delictorum põderibus prægrauati, nec aliquibus illecebrarum tabernaculis commorantes, Deos autem nos eſſe non dicimus, nec eius operi inuidioſe detrahimus, ſed bonitate eius vos male vti aſſerimus, nec omnia vobis licere, ſed nec decere firmamus, ſed ea quæ voluptas ſibi vendicat, honeſtatem plerúmq; negamus admittere. Deus enim rerum conditor varias ſpecies formauit in mundo, quia nullatenus poterat ſine earum diuerſitate ſubſiſtere, quarum vſum humano arbitrio permiſit diſcernendum. Quiſquis ergo deterioribus omiſſis meliora ſectatur, non ipſe quidem Deus eſt, ſed amicus Dei efficitur.

Alexãder ad Didimum.

Alexander ad Dydimum. Nunc ideo beatum te dicis, quia in ea mundi parte tibi natura conſtituit ſedem, in qua nec acceſſus nec exitus aduenis, nec exceſſus indigenis aſſeritur, ſed excubiis appoſitæ facultatis obſeſſi, quia mutare patriam veſtram non valetis, laudatis, & quod damnationis cauſa patimini, conſcientiæ ſtudio vos meruiſſe iactatis. Verum nullum virtutis meritum eſt, id nanciſci quod mutari non poteſt, non in anguſtiis & egeſtate, ſed opulentia temperanter vixiſſe laudandum eſt, alioquin cæcitas & paupertas ſolam virtutum gloriam ſortiuntur, illa quia non videt vt cupiat, iſta quia non habet vt cupiat. Nos autem qui nullius inediæ lege perſtringimur à bene viuendum libero incitamur arbitrio, vt voluntariam continentiam digna remuneratio ſequatur. Dedit enim multas natura blanditias, quas plerúmque virtus cohibet.

Liberum arbitrium Brachmanı̃ nouerunt.

§. XIIII.

Alexãder ex India redit in Aſiã. Iuſti. lib. 2. Val. lib. 3. cap. 3.

REDITVRVS Alexander in Babyloniam ſacrificauit Oceano in mari, vt ait Iuſtin. proſperum in patriam reditum precans. Quo ſacrificante, vt ait Vale. quidam puer nobilis aſſiſtens arripuit thuribulum, in brachium cuius carbo ardens dilapſus eſt, & licet ita vreretur vt odor ad circunſtantium nares perueniret, brachium tamen immobile tenuit, ne ſacrificium impediret. Alexander autem eum diutius cremari permiſit, volens experiri pueri perſeuerantiam. Poſt hæc Amazones tributarias fecit, ac demum Babylonem contendit. Cui reuertenti (ait Iuſtin.) nunciantur legationes Carthaginenſium cæterarúmque Aphricæ ciuitatum, ſed & Hiſpaniarum, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ & quarundam ex Italia aduentum eius Babylone operiri. Carthaginenſes autem exterriti prius ad ſpeculandos Alexandri animos miſerant Amilcharem cognomento Rodonum, virum ſolertia facundiáque præter cæteros inſignem. Augebant enim eorum metum & Tyrus vrbs auctrix originis ſuæ capta, & Alexandria æmula Carthaginis in terminis Aphricæ & Ægypti condita. Igitur Amilchar per Parmenionem aditu regis obtento, profugiſſe ſe ad regem tanquam patria pulſum fingit, militémque ſe expeditionis offert, atque ita exploratis eius conſiliis in tabellis ligneis vacua deſuper cera inducta ciuibus ſuis omnia ſcribebat. Igitur cauſſa tantarum

De Amazonibus aliter ſcribit quintus Curtius Plutarchus, & Arrianus.

A.M. 3624

tantarum legationum cauſſa Alexandro Babylonē feſtinanti veluti conuentum orbis terrarū acturo quidam ex magis prædixit ne vrbē introiret, teſtatus hunc introitum ei fatalem fore, & ob hoc omiſſa Babylonia in Byrſiam vrbem trans Euphratem deſertā olim conceſſit. Ibi ab Anaxarcho Philoſopho compulſus eſt, rurſum magorum prædicta contemnere, tanquam falſa & incerta, & ſatis conſtent, ignota mortalibus, ac ſi naturæ debeantur, immutabilia. Reuerſus eſt igitur Babyloniam. Indignatus autem Cebares magus artis magicæ profeſſione, inquit Quintus Curtius, magis quam ſcientia celeber ait. Natura mortalium hoc nomine praua & ſiniſtra dici poteſt, q; in ſuo quiſque negotio hebetior eſt, quā in alieno. Cum ergo veniſſet Babyloniam (ait Iuſtinus) multæ deuictę gentes præfectos ſuos accuſauerunt, quos ſtatim Alexander ſine vllo reſpectu amicitię, in conſpectu legatorum necari iuſſit. Poſt hęc filiam Darij Roxanē in matrimonium accepit, & optimatibus Macedonum electas ex omnibus gentibus nobiliſſimas virgines tradidit, vt communi facto crimē regis leuaretur. Hinc ad cōcionē exercitū vocat, & promittit ſe æs alienū omniū impēſa propria ſoluturum viginti tria millia talentorum [in hos ſumptibus impenſa.] Poſt hæc dimiſſis veteranis exercitum de iunioribus ſupplet. Sed retenti veteranorum diſceſſum ægrè ferentes, miſſionem & ipſi flagitabant. Nec hoc iam precibus, ſed conuicio agebant, dicentes eum ſolùm cum patre ſuo Hammone bella finire. Ad quorum correctionē cum Alexāder verbis nil proficeret, è tribunali in concionem inermis ipſe deſiliit, & nemine prohibente, tredecim de ſeditionis autoribus manu ſua percuſſit.

Magorum impoſturæ contēnendę.

Curt. lib. 7. de geſtis Alex.

Iuſt.l. 12.

Statyram eam vocat Iuſtinus.

§. XV.

IAM pridem verò ſibi ſcripſerat mater de ſimultatib. Antipatri & diuortio patri, præmonuitque inſidias eorum cauendas. vnde Alexander euocauit Antipatrū de Macedonia. Antipater antē iratus in ipſo itinere venenum efficaciſſimum atque potentiſſimum per miniſtrū regi deſtinauit hauriendum. Alexander igitur ſecundum Iuſtinum Babyloniam reuerſus, multis otio deditis dieb. intermiſſum olim conuiuium ſolēniter inſtituit, totuſque lętitiis perfuſus cū diei noctem cōiunxiſſet peruigilem, decedentem iam de cōuiuio medicus Theſſalus inſtaurata comeſſatione & ipſum & ſodales eius inuitat. Accepto poculo media potione veluti telo Alexāder cōfixus ingemuit, elatuſq; è cōuiuio ſemianimis tanto dolore cruciatus eſt, vt ferrum in remedia poſceret tactūq; hominum velut vulnera indoleſceret. Amici cauſam morbi in tēperiē ebrietatis diſſeminauerūt, re autē vera inſidię fuerunt, quarū infamiā ſucceſſorū potentia oppreſſit. Autor inſidiarū Antipater fuit [qui cū cariſſimos amicos eius interfectos videret ſe magnis rebus in Græcia geſtis, nō tā gratū apud regē quā inuidioſum eſſe à matre quoque eius Olympiade variis criminationibus vexatū à Macedonia nō ad ſocietatē militiæ, ſed ad pœnā euocatū arbitrabatur. Igitur ad occupandū regem Caſſandrū filiū dato veneno ſubornat] qui cū fratribus Philippo & Iolla miniſtrare regi ſolebat: cuius veneni tanta vis fuit, vt non ære, nō ferro, nō teſta contineretur, nec aliter ferri niſi in vngula equi potuerit, præmonito filio ne aliis, quā Theſſalo & fratribus crederet, & ideo apud Theſſalum paratum repetitumque eſt cōuiuium, Philippus autem & Iollas prægustare ac temtare potum regis ſoliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatā eam potioni ſuperinſerunt. Et vt dicit Valer. in 1. ti. de ſomniis, Alexander iampridē perituū ſe manu Caſ-

Cauſa necis Alexandro illatæ. ex Q. Curtij lib. 10.

Iuſt.li. 12.

Alexander veneno necatur.

Vale.li. 1. cap 7. & Plutarch. in eius vita.

A ſandrian ſomnis viderat, quē tamē cum hoc vidit nō dum cognouit. Quarta igitur die indubitatam mortē rex ſentiēs (ait Iuſtinus) agnoſcere ſe factū domus ſuæ, ait, & ſuorum maiorū. Nā pleroſq; Æacidarū intra.30. annum defunctos. Tumultuātes deinde milites, inſidiis perire regē ſuſpicantes, ipſe ſedauit, eoſque omnes eum proiatus eſſet in editiſſimum vrbis locū ad cōſpectum ſuū admiſit, oſculandāmque dexteram ſuam flentibus porrexit. Ad poſtremum corpus ſuum in Hammonis templo condi iubet. Quærentib. amicis, quem imperij hæredem faceret, reſpondit digniſſimū. B Tanta illi magnitudo animi fuit, vt cū filiū Herculem, cum fratrem, Aridæum, & cū Roxanē vxorem prægnantē relinqueret, oblitus neceſſitudinū digniſſimum nuncuparet hæredem, quaſi nefas eſſet viro forti alium, quam viro fortem ſuccedere, aut tanti regni opes aliis, quā probatis relinqui. Sexto die præcluſa voce ſpiritum emiſit. Deceſſit ergo Alexāder annos tres & triginta natus menſem vnum, qui tantā fiduciam militibus ſuis fecerat: vt illo præſente nullus hoſtis arma nec inermes ipſi timerēt. Cū nullo hoſte vnquam cōgreſſus eſt, quem non vicerit. Nullam vrbem obſedit quam non expugnauerit. Nullam gentē C adiit quam non calcauerit, victus tamen ad extremū eſt non virtute hoſtili, ſed inſidiis ſuorum & fraude ciuili. Comeſtor dicit ei venenum propinatū à ſorore ſua. Eo mortuo in ipſo ætatis ac victoriarum flore triſte apud oēs totāq; Babyloniā ſilētiū fuit. Sed nec deuictę gentes fidē nuncio habuere, credentes eum immortalem, quem totiens præſenti morti ereptum viderāt. Vt autem mortis eius fides adfuit, omnes barbaræ gētes non vt hoſtem eum, ſed vt patrem luxerūt. Mater quoque Darij Regis audita morte eius mortē ſibi ipſa conſciuit. Macedones autem eo mortuo vt hoſte gauiſi ſunt amiſſo. Roxane vero filia Darij poſt D mortem viri, nutricem quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat, occidiſſe fertur, vt ait Hieron. contra Iouī. De eius autē morte & tempore regni eius dicitur primo Macha. Et regnauit Alexāder 12. annis & mortuus eſt. Ex his omnibus ſcito quia omnis caro fœnum & omnis gloria eius quaſi flos agri, exiccatum eſt fœnum & decidit flos, & omnis gloria eius marceſcit, & ideo contemnendus eſt mundus.

A.M. 3624.

Alexander digniſſim. ū hæredem nominat.

Alexandri interitus & elogia.

Com. in hiſt. Heſt. cap. 5.

Quæ eius mortem ſunt conſecuta.

Hier.li. 1. contra Iouinianum nupto cui à fine quieā vocat. Rodogunus.

Iſ.cap. 40.

§ *De ſapientibus illorū temporum, ſcilicet, Ariſtotele & aliis.*

CAP. III.

E DE Philoſophis, qui claruerunt temporibus Alexādri magni vel circa. Et primò de Ariſtotele qui fuit magiſter Alexādri. Hic (vt ait Euſ. in Chro.) annū 18. ætatis agēs Platonis auditor fuit. Et vt teſtatur Au. lib. 8. de ciui. Dei cap. 11. Hic Ariſtoteles diſcipulus Platonis vir excellentis ingenij & eloquio quidem Platoni impar, ſed multos facilè ſuperās, ſectā Peripateticā cōdidit, quia deābulando diſputare conſueuerat, plurimoſque diſcipulos præclara fama excellēs viuo adhuc præceptore in ſuam hæreſim congregauit. De eodem Seneca. F epiſt. 66. Ariſtoteles putat cauſam tribus modis dici, materiam, opificem formam, quæ vnicuique rei imponitur, id eſt, ἰδέαν, quartam, quoque adiicit propoſitum artificis, id eſt, illud quod inuitauit artificem ad ipſum opus faciendum, ſicut pecunia, gloria, vel religio. Ariſt. in neutram partem de ſemetipſo loqui debere prædicabat, quoniam laudare ſe vani: vituperare ſtulti eſſet, inquit Vale. Item Ariſto. ait. Vtiliſſimum præceptum eſt, vt voluptates abeuntes conſideremus, quas quidem ſic oſtendendo minuit, feſſas enim

De Ariſtotele de quo vide Laertium Plutarch. & alios.

Auctor cauſ ſarum genera numerat in ſecundo phyſicorū tex. 28 & 70. & 1. metap. ſecun- Vu. b. 7. de par. c. 1. cap. 1.

A.M. 3624.

pœnitentiæque plenas animis noſtris ſubiicit, quo minus cupidè repetantur. Dicebat etiam ſecundum Vincen. Ariſtoteles, ſolum vnum incommodum pati paupertatem, quòd non poſſet egentibus ſubuenire. Seiſcitante autem Alexandro, quo docente proficeret etur ſe ſcienté. Rebus inquit, ipſis, quæ non nouerunt mentiri. Ipſius quoque ſententiæ iſtæ ſunt, Nunquam verecundiore s eſſe debemus, quam cum de diis agitur. Item viri boni eſt, neſcire vel pati, vel facere iniuriam. Iniuria iniuſtè irrogata, eius eſt infamia qui facit. Item ſi lynceis oculis homines vterentur vt eorum viſus obſtantia penetraret, nonne introſpectis viſceribus, etiam pulcherrimum corpus turpiſſimum videretur? Ad hoc verbum in 3. de conſola. ait Boetius. Te igitur pulchrum videri non tua natura, ſed ſpectantium oculorum facit infirmitas. Idem. Auerſus inimicos intra parietes noſtros quærenda eſt victoria. Vale. de eo. Ariſtoteles ſupremæ vitæ reliquias ſenilibus ac rugoſis membris in ſummo literatum otio vix cuſtodiens, adeo valenter pro ſalute patriæ incubuit, vt eam ab hoſtibus armis ſolo æquatam, in lectulo Athenienſi iacens, Macedonum manibus, quibus obiecta erat, eriperet. Ita vrbs non tam ſtrata atque euerſa, Alexandri, quã reſtituta Ariſtotelis notum eſt opus. Augu. in 9. de ciuit. Dei, cap. 4. perturbationes animi dicunt quidã cadere in ſapientem, ſed moderatas, rationique ſubiectas, vt eis leges quodammodo quibus ad neceſſarium redigantur modum, dominatio mentis imponat. Hoc qui ſentiunt Platonici ſunt, ſiue Ariſtotelici id eſt Peripatetici. Stoici verò nullas omnino in ſapientem cadere putant. Cicero autem in libris de finibus bonorum & malorum, dicit Stoicos in hoc loco aduerſus Peripateticos verbis magis quam rebus contendere. Vnde & Aul. Gellius in lib. noctium Atticarum 18. ſe vidiſſe ait Stoici Epicteti librum, in quo ea ſcripta eſſent, quæ congruerent decretis Zenonis & Chryſippi, qui fuerunt principes Stoicorum. Dicit enim in hoc libro ſe legiſſe placuiſſe Stoicis: quòd animi viſa, quas phãtaſias appellant, nec in poteſtate eſt vtrum, & quando incidant animo, cùm veniant ex terribilibus & formidabilibus rebus, neceſſe eſſe etiam ſapientis animum moueant, ita vt paulisper vel paueſcat metu, vel triſtitia contrahatur, tanquam his paſſionibus præuenientibus mentis & rationis officium. Nec ideo tamen in mente fieri opinionem mali, nec approbari iſta, eiſque conſentiri, hoc enim eſſe volunt in poteſtate. Idque intereſſe censent inter animum ſapientis & ſtulti, quòd ſtulti animus eiſdem paſſionibus cedit, atque accommodat mentis aſſenſum, ſapientis autem quamuis eas neceſſitate patiatur, retinet tamen de his, quæ appetere vel fugere rationabiliter debeat, veram & ſtabilem inconcuſſa mente ſententiam, hæc Aug. Quæ pro tanto inducta ſunt, quia Ariſtoteles fuit princeps ſectæ Peripateticorum.]

Sententiæ Ariſtotelis.

Boet. li. 3 proſa 3.

Val. lib. 5. cap. 6. quæ etiã habet Laer. in eo dẽ Plutar. & Alexãdro Plin. lib. 7. c. 2. 9.

Cic. in 3. & 4. de fini. Aulus Gel. 18. c. 1.

Depertur bationib. animi Peripateticorum ſentẽtia.

In quo differt animus ſtulti ab animo ſapientis.

Scripſit autẽ Ariſt. complures libros in arte logica qui ſunt in communi vſu, vt librũ Prædicamẽtorum, περὶ ἑρμηνείας id eſt de interpretatione, Priorũ, Poſteriorũ, Topicorũ & Elenchorũ. De Phyſica, id eſt, naturali ſcientia libros edidit Phyſicorum [de cœlo & mũdo] de generatione & corruptione. De anima, De ſenſu & ſenſato. De memoria & reminiſcentia. De ſomno & vigilia. De morte & vita. De plantis & animalibus, & ſecundum quoſdam de quatuor elementis, libros quoque meteororum & metaphyſicorum. Extat alius liber qui dicitur perſpectiua Ariſtotelis, & liber rhetoricorum eius. Libri autem eius & doctrina magis ſunt in vſu quam aliorum Philoſophorum, quia ordinatius & compendioſius cæteris ſcripſit, & minus aliis videtur erraſſe, & minus diſſentire ab iis, quæ ſunt fidei. Antiqui tamen ſancti doctores magis doctrinis Platonicis fuerunt imbuti. Scripſit & libros de Philoſophia morali ſcilicet, Ethicorũ, Politicorũ, & Oeconomicorũ, qui nõ diſcrepant à moribus Chriſtianæ vitæ, & ſi non ad plenum eos contineãt. Nil enim ibi habetur de fide, ſpe, & caritate, aut pœnitentia fidelium, aut gratia. Ex libro Ethicorum aliqua notabilia dicta eius lib. 1. Bonum eſt quod omnia appetunt. Omniſque cognitio & ſtudium bonum aliquod exoptat. Idem perfectius dicimus quod per ſe eſt perſequibile, quam quod propter aliud eſt eligibile. Tale autem fœlicitas maximè eſſe videtur. Hanc enim eligimus propter ſe, & non propter aliud. Operationes ſecundum virtutem habent delectationem quandã in ſe. Idẽ Fœlicitas eſt actus animæ ſecundum virtutem perfectam. Idem omnia honeſta concordant rationi. Idem in 2. Ethicorum. Neque natura neque præter naturam fiunt virtutes, ſed innatum eſt nobis quidem ſuſcipere, eas per aſſuetudinem perfectis. Ex ſimilibus actibus fiunt ſimiles actu & ſecundum actuum differentias ſequũtur habitus. Idem. Qui de ſingularibus ſermo eſt non habet certitudinem, neque enim ſub arte, neque ſub enarratione aliqua cadit. Et circa quæ eſt virtus innata ſunt à ſuperfluitate & indigẽtia corrumpi. Qui enim omnem voluptatẽ habet & à nulla ſemotus eſt, incontinens eſt, qui autẽ omnes fugit, inſenſibilis. Corrumpitur etiam caſtitas & fortitudo à ſuperfluitate & indigentia, à mediocritate autem ſuatur. Signum autem eſt oporte facere habitũ ſuperuenientem voluptatem vel triſtitiam in operibus. Quicũque enim remouetur à corporalibus, & hoc ipſo gaudet, caſtus qui autem triſtatur incontinens, idem, Difficilius eſt paſſionem delectationis repellere quam iræ, quemadmodum Heraclitus, Circa difficillimum autem ſemper & ars fit & virtus, In his quæ ſunt ſecundum virtutem requiritur qualiter habens operetur. Primum quidem ſi ſcerns, deinde ſi volens, Præter hoc autem tertium ſi firmè & immutabiliter operetur. Hæc autem ad habendum alias artes non connumerantur præter ipſum ſcire. Ad habendum igitur virtutes ſcire quidem parum aut nihil prodeſt, ad alia vero non parum, ſed omne. Idem. Ea quæ ſunt in anima tria ſunt, paſſiones, potentiæ, & habitus, horum aliquid erit virtus, paſſiones quidem non ſunt, neque virtutes neque maliciæ, quia ſecundum paſſiones non dicimur boni vel mali & ſecundum eas non laudamur vel vituperamur. Secundum virtutes autem vel malitias boni vel mali dicimur, & laudamur vel vituperamur. Et paſſiones quidem vt ira & timor, innuoluntariæ, virtutes autem voluntates, vel non ſine voluntate, propter hæc autem eadem neque potentiæ ſunt, neque enim boni vel mali dicimur, quia poſſumus pati ſimpliciter, neque laudamur, neque vituperamur. Et ad hoc quidem potentes ſumus natura, boni autem non ſumus natura. Relinquitur ergo eas habitus eſſe. Omnis virtus cuiuſcũque fuerit ideo habẽtem perficit, opúſq; eius bonum reddit. Idem. Peccare licet multis modis rectè agere autẽ vno modo, & ideo hoc quidem facile, hoc verò difficile, facile quippe diuerti à ſigno, difficile autem inuenire. Et propter hoc malicię quidem ſuperfluitas, & indigentiæ, virtutum autem medietas, nã boni quidem ſimpliciter, mali autem omnifariam. Eſt igitur virtus habitus voluntarius in medietate conſiſtens, quo ad nos

Libri quos ſcripſit Ariſtoteles.

A.M. 3669.

Quare libri Ariſtotelis magis ſint in vſu quam aliorum philoſophorum.

Sententiæ Ariſt. lib. 1. eth. c. 1.

c. 7.

cap. 8. Fœlicitas quid.

Lib. 2. Eth cap. 1. c. 2.

Voluptates vincere difficile. c. 3.

Quę ad virtutem requirantur. c. 4.

Tria ſunt in anima. c. 5.

Paſſiones neque ſũt bonæ neque malę.

Virtus bonum ſemper reddit. c. 6.

Virtus quid.

A.M. 3624. Virtus qd

nos determinata ratione, prout ſapiens determinabit, medietas autem duarum malitiarum, huius quidem ſecundum ſuperfluitatem illius vero ſecundum indigentiam. Eſt enim virtus circa paſſiones & operationes, in quibus ſuperfluitas vituperatur, & defectus vitiatur, medium autem laudatur & diligitur. Idem. Difficile eſt bonum eſſe, immo etiam mediũ accipere difficile eſt, verbi gratia, circuli accipere medium non omnis, ſed ſcientis eſt, ſic vtique & iraſci facile, & dare pecuniam, ſed cui, & quando, & quantum, & cuius gratia, & qualiter, non omnis, nec facile eſt quod eſt bonum & rarum & laudabile ideo oportet eum, qui intendit ad medium, prius ſegregari à magis contrario, & in contrarium trahere oportet. Multum enim ſeiungentes nos à peccato, in medium venimus. Quod qui tortuoſa ligna dirigũt, faciunt, in omni autem magis cauendum eſt delectabile & delectatio. In 3. lib. Bonus ſingula recte iudicat, qui eſt in ſingulis verum videt, regula eorum & menſura exiſtens, malis autem deceptio propter delectationem fit.

Bonum eſſe difficile

Idem in libro Topicorum. Quod diuturnius vel certius eſt, magis eſt eligendum eo quod minus huiuſmodi. Et quod magis eligit prudẽs vel bonus vir vel lex recta, vel ſtudioſi, circa ſingula delecti in eo quod tales ſunt, bonum appetunt. Quod propter ſe eſt tale, magis eligendum eo quod propter aliud. Et quod propinquius eſt fini, & omnino quod ad vitæ finem appetibilius, & poſſibile impoſſibili. Et qui conſequens eſt maius bonum, vel minus malum eligibilius amplius vel plura bona paucioribus vel ſimpliciter vel quando altera alteris inſunt vbi alterum propter alterum, ibi nihil magis eligendum vtrumque quam vnum. Vnumquodque in eo tempore quo magis valet, in hoc etiam magis eligendum, vt prudentia in ſenectute. Nemo enim iuuenes eligit duces eo quòd non conſtat eos prudentes eſſe. Temperantia autem in iuuentute, magis enim iuuenes quam ſenes concupiſcentiis moleſtantur. Quod proximũ eſt bono, melius eſt, & magis eligendum. Et quod ſimilius eſt bono, & meliori eſt ſimilius, ſi tamen illi ſimile ſit in eo quod melius. Itẽ quod difficilius, magis enim amamus cum habemus quam quod non facile eſt ſumere, aliquando etiam meliora non etiam eligibiliora, nam Philoſophari melius eſt quam ditari, ſed non magis eligendum indigenti. Quod ad omnia vel plura vtile eſt magis eligendum: quam quod non ſic.

Ari. 3. top. c. 1. Sententiæ de libro topicorũ

Apuleius de hominibus.

§. I.

DE [a] Apuleio Philoſopho ſecundum Hug. floriacẽſem in hiſt. Platoni ſucceſſit Apuleius, & Apuleio Hermes Ægyptius, quem triſmegiſtum nominãt. Hic Apuleius in libro quem fecit de Deo Socratis ſic ait. Solet eſſe apud prudentes viros in operibus elaboratis iudicatio reſtrictior, & in rebus ſubitariis venia prolixior. Nulla res poteſt eſſe eadem feſtinata & examinata, nec eſt quicquam omnium quod habere poſſit & laudem diligentiæ, ſimul & gratiam celeritatis.

De hominibus deſcribens ſic ait. Homines ſunt ratione prudentes, oratione pollentes, immortalib. animis moribundis membris, leuibus & anxiis mentibus, brutis & obnoxiis corporib. diſſimilibus moribus, ſimilibus erroribus, audacia pernicaci, ſpe pertinaci, caſſo labore, fortuna caduca, ſigillatim mortales, volucri tempore, tarda ſapientia, cita morte, parit conuerſatio contemptum, taciturnitas conciliat admirationem.

A.M. 3624.

De dæmonibus ſic ait. Dæmones ſunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo paſſiua, corpore aerea, tempore æterna. Quidam per angiporta reptantes, conſilia non ex ſuo corde ſed ex aliis vocibus colligunt. Et (vt ita dixerim) non animo, ſed auribus cogitant. Nihil eſt Deo gratius & ſimilius, quam vir animo perfecte bonus, qui cæteros antecellit. In quibuſdam mirandum eſt, quòd ea quæ minime videri neſcire volunt, diſcere tamen negligunt. Et eiuſdem artis diſciplinã ſimul & ignorãtiam detractãt. Nõ æquè diuites ſpectare ſolemus, vt equos quos mercamur, neque enim in equis emendis Phaleras conſideramus, ſed equum ipſum nudum & ſolum: vt ſit ad ſpeciem honeſtus, ad curſum vegetus, ad vecturam validus. Sic ergo & in hominibus contemplandis noli illa aliena exiſtimare, ſed ipſum hominem conſidera, ipſum ſolum vt meum Socratem pauperem, ſpecta aliena voco quę parentes pepererunt, & quæ fortuna largita eſt, vt proſapiam & inuidioſas diuitias. hæc ille. Quod autem dicit dæmones eſſe animalia habentia corpora aerea, falſum eſt niſi cum apparent in corporibus de aere formatis quæ poſtea dimittunt, nam in ſua natura corpora non habent.

Dæmonũ definitio quam affert ex Aput Au. in 8 ciu c 16.

De dæmonibus.

Bona authoritas.

Dæmones ſunt incorporei.

§. II.

DE [a] Hermete Philoſopho, qui dictus eſt triſmegiſtus & Mercurius, hic ſcripſit librum de verbo perfecto, de quo vincen. in ſpe. hiſto. lib. 5. hæc excerpſit. Dominus & omnium factor & Deorum, ſecundum fecit Dominum qui hunc fecit primum & ſolum & verum, & bonus & viſus eſt pleniſſimus omnium bonorum & lætatus eſt: hic eſt filius benedicti Dei atque bonæ voluntatis, cuius nomen humano ore non poteſt enarrari. De ſolo Deo. Dominus eſt omnium dominante Deo mortalibus, & qui ab omnibus non poteſt indagari, ſuper omnes eſt, hunc Deus dilexit vnigenitum ſuum, hæc ille. Et ſubdit. Vin. hæc verba Mercurij, qui & Hermes, videtur, ex parte fidei noſtræ de patre & filio conſonare. Sed in hoc diſſonant, quòd dicit Deum feciſſe Deum, debuit enim dicere genuiſſe, ſed hoc non multum obſtat quia etiam in ſcriptura filius Dei dicitur factus & exponitur genitus vt illud Ioh. 1. quod ait Baptiſta de Chriſto. Venit poſt me, qui ante me factus eſt, id eſt genitus de patre. Quod etiam dicit filium ſecundum à patre, non intelligitur tempore vel dignitate poſterior, ſed tantum ſub authoritate, quia pater eſt author filij, & quòd filius ſit author ſpiritusſancti & omniũ rerum, & hoc habet à patre. Scripſit etiam duos libros de Matheſi, in quibus fatalem conſtellationem conatur aſſerere, ipſamque negantibus & improbantibus reſpondere. Sed hoc intelli-

De Hermete Philoſopho.

Triſmegiſti de patre & filio ſententiæ.

a Hunc Apuleium poſt Chriſti mortem vixiſſe conſtat (ũque. circa a. C. 150. collocat Geneb. quare male Hugo. floriace. eum Platoni ſucceſſiſſe ſcribit. porro Platoni ſucceſſit Speuſippus, Speuſippo Xenocrates, Xenocrati Polemeon Cic. in Acad. b.

a Hermetem hunc Triſmegiſtum quamuis nonnulli Moyſi σύγχρονον & æqualem faciant probat tamen Ge. eum paulo poſt hæc tẽpora extitiſſe, cum ſcilicet in Ægypto Ptolomæus Lagi filius regnaret, an m. 3793. Quod vero eum D. Ant. Platonis facit ſucceſſorem, falſum eſt, ſi eum in Academia poſt Platonem docuiſſe intelligas quamuis alioqui Platonicæ doctrinæ fuerit æmulus.

A.M. 3624.

Au.in 5.de ciui.c.6.

gendum eſt ſecundum Augu.in quinto de ciui.Dei. videlicet non vſque quaque abſurde dici poteſt ad [a] ſolas differētias corporum afflatus quoſdam valere ſydereos, non autem animi voluntates ſyderum poſitionibus ſubdi. Quamuis enim conſtellationes ſub quibus quis naſcitur poſſint inclinare ſenſitiuam quæ eſt affixa organo corporeo, ad paſſiones vitiorum, remanet tamen ſemper voluntas libera ad aſſentiendum vel diſſentiendum vnde Ptolemæus. Vir ſapiens dominabitur aſtris. Extat & alius liber Mercurij ad Aſclepium, de quo iſta excerpſit Vincē. Si Deum intelligere videris, eris omnium bonorum tota mente pleniſſimus ſi tamen multa ſunt bona, & non vnum in quo ſunt omnia, alterum enim alterius conſentaneum eſſe dignoſcitur: omnia vnius eſſe aut vnum eſſe omnia. Philoſophia ſola eſt in cognoſcenda diuinitate frequens obtutus & ſancta religio. Simplici enim mente diuinitatem colere, eiuſque facta venerari, agere etiam Dei voluntati gratias, quæ eſt bonitatio ſola pleniſſima, hæc eſt nullius animi importuna curioſitate violata Philoſophia. Solum animal homo duplex eſt, & eius vna pars ſimplex, quam vocamus diuinæ ſimilitudinis formam, humanitas ſemper memor naturæ & originis ſuæ, & in deitatis imitatione perſeuerat. Immobilis eſt æternitas, in qua omnium temporum agitatio ſumit exordium, & quod eſt mobile temporis in æternitatem ſemper reuocatur. Sicque efficitur vt æternitas ſtabilis fiat fixa lege currendi. Omnia autem dominus Deus, omnia ab eo, & in ipſo, & per ipſum: nos ergo agentes gratias adoramus. Hæ ſunt enim ſummæ intentiones Dei cum gratiæ aguntur à mortalibus hominum adorationibus laudibus & obſequiis. Cœlo cœleſtes delectantur. Nos piiſſimis votis optamus, ſi diuinæ placeret pietati, vt nos mūdana cuſtodia abſolutos, ſuperioris partis naturæ reſtituat. Et hoc eſt merces pia ſub Deo, diligenter cum mundo viuentibus, hæc ille. Etſi infidelis iſte fuerit, hæc tamen fideliter & veraſciter dixit, ſicut & dominus per aſinam Balaam Arioli vera locutus eſt.

Ptol.in cētilo.non procul à principio.

Vera Philoſophia quæ.

Aeternitas quid.

Num. 22. de Plotino Philoſop.

a Ibi tamen aſſerit conſtellationes ad ipſas corporum differentias non omnes valere quoniam in eadem cōſtellatione gemini diuerſi ſexus concipiuntur.

§. III.

Ethic poſt Chriſtum paſſum vixit teſte Suida.

Marc. Fic. de Ploti no ſententia.

FVIT & alius Philoſophus Platonicus Plotinus nomine ſecundum Vincen. in ſpec. hiſtor. libr.5.cap.8. Cuius Auguſt. de ciuitate Dei libr.9. cap. 16. refert fuiſſe illam notabilem ſententiam. Fugiendum eſt inquit ad clariſsimam patriam & ibi pater et ibi omnia. De hoc Marſilius. Plotinus ſingularis Philoſophus, quas Philoſophiæ non attigit partes, cum eius doctrina vitæ ſequeretur inſignia. Cum id quod docebat nō alieno, ſed proprio oſtēderet virtutis exemplo? Fuit namque vir ille ad omnia virtutum ornamenta compoſitus: omniumque diuinarum diſputationum ſtudio firmatus, iuſtus, fortis, prouidus, temperatus, vt qui prouidentiæ ratione ſuperare ſe poſſe crederet fortunæ impetus. Itaque locū quietæ ſedis elegit, vt ab omni conuerſationis humanę ſtrepitu ſeparatus ſe fortunę inuidia liberaret, ſolis diuinæ inſtitutionis vacaturus inſignibus, vt contra omnes fortunæ minas integro ſe & incorrupto præſidio virtutis armaret. Hac itaque cōfidentia mentis ereptus, etiam corporis ſui curam ac tuitionem ſuſcepit: & ad ſedem collocandam amœnum ſibi Campaniæ ciuitatis ſolum elegit, vbi aeris ſemper quieta moderatio cunctos incolas ſalubri vegetatione ſuſtētat, vbi nec vis hyemis, nec flagrantia ſolis, ſed compoſita temperies ex vtroque moderatur. Vbi etiam hominibus aliqua ægritudine laborantibus, ingentium calore fontium ac feruentium aquarum ſalutari fomento conciliato ſanitas irrigatur. Illic conſtitutus primum inſignia contempſit bonorum illos veros honores putans, quos illi contuliſſet diuinum prouidentiæ magiſterium, nulla quoq; diuitiarum deſideria ceperant illū, ſed has putabat veras diuitias eſſe, quibus animus ornatus poſſet authoritatem propriæ originis inuenire.

A.M. 3624.

Aeris campani ſalubritas.

Hic in quadam orationis ſuæ parte vim fatalis neceſſitatis aggrediens, homines fortunæ decreta metuentes ſeuera caſtigat orationis obiurgatione. Nihil poteſtati ſtellarum tribuens, nil fatorum neceſſitatibus reſeruans ſed totum dicens in noſtra eſſe poſitum poteſtate. Tandem illi in hac confidentiæ ſecuritate conſtituto, fatorum poteſtas impoſuit, primumque membra eius frigida ſanguinis corpore riguerunt, & oculorum acies ſplendorem luminis paulatim extenuatum perdidit, poſtea per totam eius cutem humoribus nutrita peſtis erupit, vt putre corpus membris eius deficientibus corrupti ſanguinis morte tabeſceret. hæc ille. Et vt dicit Auguſtinus de ciui.Dei.lib.5.cap.1. Si quis diuinam prouidentiam fatum dixerit: ſententiam teneat, linguā corrigat, quod ſic intelligitur, quòd iſto modo fato id eſt diuinæ prouidentiæ omnia ſubiiciantur infallibiliter. Sed ideo corrigenda eſt lingua, vt non vtamur tali vocabulo fati, quia Gentiles aliter accipiebant fatum, & malè, ſcilicet pro influentia conſtellationum vel alia re liberum arbitrium neceſsitante, ad ea quæ agit: quod falſum eſt. Et ſecundum hoc dicit Gregor, abſit cordibus fidelium vt fatum eſſe aliquid dicant. Similiter ſi à fortuna dicitur euenire, effectus ille, cuius cauſa proxima ignorat: [vel illud ex aliquo opere ſequatur quod] per illud non intenditur, ſic aliqua euenire à fortuna, [non male dici poteſt] vt cum quis fodiens terram ad colendum agrum inueniat theſaurum. Sed ſi dicitur euenire à fortuna aliquid [ita ſcilicet vt illud quod euenit] diuinam prouidentiam ſubterfugiat, ſic falſum eſt aliquid contingere à fortuna, & ſic aliqui Gētiles ſumebant. Iſte autem Plotinus forte in hoc errauit, quia nimis confidit de arbitrij ſui poteſtate, exiſtimans ſe propria virtute ſanum & bonum ſubſiſtere.

Plot. fatalem neceſſitatē reiicit.

In noſtra poſitum eſſe poteſtate actiones omnes noſtras moderari.

Auguſt. de fato.

Gre. execratur vocabulum fatum.

Gre.hom. 10.ſup.Euang.

Factum & fortuna quomodo ſunt & nō ſunt.

De hoc ſic Dicit Macrobius. lib.1. de ſomnio Scipionis. Plotinus qui ſcripſit de virtutibus, dixit quatuor eſſe genera virtutum. Primas vocat politicas, quarum prudentiæ eſt ad rationis normam, quæ cogitat, quęque agit vniuerſa dirigere: ac nihil præter rectum velle, vel facere. Fortitudinis animum ſupra periculi metum agere, nihilque niſi turpia timere, aduerſa vel proſpera fortiter tolerare. Temperantiæ nihil pœnitendū appetere, in nullo legem moderationis excedere, ſub iugum rationis cupiditatem domare. Iuſtitiæ, vnicuique ſeruare quod ſuū eſt. Huiuſmodi vir bonus primo ſui deinde reipublicæ rector efficitur. Secundæ virtutes, quas purgatorias vocat hominis ſunt, qui diuini capax eſt, ſolumque eius animum expediunt, qui decreuit ſe à corporis contagione purgare, & quadam humanorū fuga ſolis

Mac.lib.1. cap.8.

Virtutum quatuor genera.

Virtutes purgatoriæ quæ.

A. M. 3624.

ſolis ſe diuinis inſerere. hæc ſunt otioſorum, qui rerum publicarum actibus ſe ſequeſtrant, harum quid ſingulæ velint alias expreſſimus, quum de Philoſophantium virtutibus diceremus, quas ſolas quidam exiſtimauerunt eſſe virtutes. Tertiæ ſunt purgati iamque defœcati animi, & ab omni huius mundi aſpergine preſſe puréque deterſi. Illicque prudentia eſt diuina non quaſi in electione præferre, ſed ſola noſſe, & hæc tanquam nihil ſit aliud intueri. Temperantiæ terrenas cupiditates non ſolum reprimere, ſed pœnitus obliuiſci. Fortitudinis paſſiones ignorare, non vincere, vt iraſci neſciat, nihilque cupiatur. Iuſtitia ita cum ſuperna & diuina mente ſociari, vt ſeruet cum ea perpetuum fœdus imitando. Quartæ ſunt exemplares quæ in ipſa diuina mente conſiſtunt: quas diximus vocari νοῦν à quarum exẽplo reliquæ omnes per ordinem defluunt. Nam ſi rerum aliarum, multomagis virtutum ideas eſſe in mente diuina credendum eſt. Illic prudẽtia eſt mens ipſa diuina. Temperantia, quòd in ſe perpetua intentione conuerſa eſt. Fortitudo, quòd ſemper idem eſt, nec aliquãdo mutatur. Iuſtitia, quę perẽniã lege ſempiterna operis ſui continuatione non flectitur. Hæc ſunt quatuor genera quaternarum virtutum quæ præter cætera in paſſionibus quibus homines metuunt cupiunt quòd dolent, gaudentque & maximã habent ſui differentiam, has primæ emolliunt, ſecũdæ auferunt, tertiæ obliuiſcuntur, in quartis nefas eſt nominari hæc ibi. De virtutibus tamen iſtis & aliis habes, in quarta parte ſummæ in primo tit. in genere. & poſtea de ſingulis in ſpecie.

Virtutes purgatiuę quales.

Virtutes exemplares quæ.

§. IIII.

De Epicuro & Anaximene.

ILLIS Etiam temporibus Alexandri magni Epicurius & Anaximenes clari habentur. Et vt dicit Vincen. lib. 5. c. 39. Non eſt iſte Anaximenes Philoſophus diſcipulus Anaximandri, ſed Anaximenes orator qui fuit magiſter Alexandri magni in arte oratoria, qui à quibuſdam creditur hiſtoriam Alexandri, quæ ſine nomine fertur, ſcripſiſſe. Etde hoc refert Valeri. quòd cum Alexander ad diruendam Lampſacum ciuitatem cum impetu ferretur, progreſſum extra mœnia obuium habuit Anaximenem præceptorem ſuum, ſciẽnſque quòd preces iræ eius opponeret, iurauit ſe non facturum quicquid peteret. Peto, ergo, inquit, vt Lampſacum diruas. Ita ſalus vrbis vnius ſuffraganti beneficio obtenta eſt.

Anaximenes duo.

Lepidom dictũ Anaximenis. Val. lib. 3. cap. 3.

Epicurus autem licet ipſe vt ait Hieron. literas nõ didicerit, & artem diſputandi teſte Boetio ignorauerit, tamen multa egregiè ab eo dicta referuntur, & alia peſſimi erroris vt parebit. Tertullianus de eo, Epicurus omnem cruciatum doloremque deſpicit, modicum quidem contemptibilem denunciando, magnum vero non diuturnum. Hier. contra Iouin. de eo. Epicurus aſſertor voluptatis (quamque diſcipulus eius Metrodorus Leõtium habuerit vxorem) raro tamen dicit ſapienti ineunda coniugia, quia multa incommoda admixta ſunt nuptiis. Et quomodo diuitiæ, honores, & corporum ſanitates, & cetera quæ indifferentia nominamus, nec bona nec mala ſunt, ſed quaſi in meditullio poſita vſu & euentu bona vel mala fiunt, ita & vxores ſitas in bonorum malorumque confinio. Graue autem eſſe viro ſapienti venire in dubium, vtrum bonam an malam ducturus ſit.

Hiero. li. 1. cont. Ioui.

A. M. 3569.

Idem Hieron. lib. 2. contra Iouinia. Quod mitandum ſit. Epicurus voluptatis aſſertor omnes libros ſuos repleuit oleribus & pomis, & vilibus cibis dicens eſſe viuendum, quia carnes & exquiſitæ epulæ ingeniti cura & miſeria præparatæ: maiorem habebant pœnam in inquirendo quam voluptatem in abutendo. Corpora etiam noſtra cibo tantum & potu indigere, vt aqua & panis ſunt & cætera his ſimilia, vbi naturæ ſatisfactum ſit: quicquid ſupra fuerit non ad vitæ neceſsitatem ſpectare, ſed ad vitium voluptatis. Sapientiæ quoque operam dare nos non poſſe, ſi menſæ abundantiam cogitemus, quæ labore nimio & cura indiget. Seneca quoque de elegantioribus Epicuri dictis in libris ſuis excerpſit iſta. Honeſta res eſt paupertas, læta illa vero iam paupertas, non eſt, ſi læta eſt. Satis magnum alter alteri theatrum ſumus. Nemo non ita exiit de vita tanquam modo intrauit. Si cui ſua non videntur ampliſsima, licet totius mundi dominus ſit, tamen miſer eſt. Aliquis vir bonus eligendus eſt à nobis ac ſemper ante oculos habendus, vt ſic tanquam illo ſpectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Si ad naturam viuas, nunquam eris pauper, ſi ad opinionem, nunquam eris diues. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. Multis paraſſe diuitias non finis miſeriarum fuit, ſed inuitatio. Ante circunſpiciendum eſt cum quibus edas & bibas, quam quid edas & bibas, nam ſine amico viſceratio leonis & lupi vita eſt. Si vis te diuitem facere, non pecuniæ adiiciendum ſed cupiditati detrahendum eſt. Ridiculum eſt currere ad mortem tædio vitæ. Initium ſalutis eſt: noticia peccati. Meditare mortem. Ira immoderata inſaniam gignit. Non comeſtiones, non potationes, non copulæ fœminarum, nec copia piſcium & aliorum huiuſmodi, qui ſplendido vſu præparantur, conuiuij ſuauem vitam faciunt, ſed ſobria diſputatio. Hi copiis conuiuij moderate vtuntur, qui non immoderate eas quærunt, multæ enim ex deliciarum epulis moleſtiæ generantur. Hæc de dictis Epicuri.

Sen. lib. de pauper. in iur.

Sen. lib. 3. ep. 15. Sene li. de pauper.

Sen. lib. 3. ep. 21. Sen. lib. 3. ep. 18. Sen. lib. 2. ep. 18.

Errauit autem in multis plus quam omnes alij Phyloſophi. Nam exiſtimauit & dixit nullam eſſe Dei prouidentiam, vt dicit de eo Lactantius in lib. inſti. nam putauit Deum res humanas non curare, ſed otioſum eſſe & nihil agere, dixitque voluptatem ſummum bonum eſſe, & animas cum corporibus interire. Hic habuit & habet multos ſequaces, quia ſtulti, quorum infinitus eſt numerus vt dicitur Eccleſia j. deditiſenſibilibus, proniores ſunt ad ſequendum inſtigationem ſenſualitatis quam rationem intellectus, & delectationes corporis magis quam animæ in quorum perſona inquit Salomon: nil melius quam comedere, & bibere, & oſtendere bona vitæ ſuæ & ſimilia. Et Sapien. 2. cap. dicunt tales. Exiguum eſt & cum tædio tempus vitæ noſtræ, & non eſt agnitus qui reuerſus ſit ab inferis, & poſt hæc erimus quaſi non fuerimus &c. Fruamur ergo bonis, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, coronemus nos roſis antequam marceſcant nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra &c. Sed poſtea ſubditur: hæc dixerunt errantes, malitia enim eorum excæcauit eos. Et vt habetur ibidem. In inferno poſiti gementes dicunt. Quid profuit nobis &c. Primo errori Epicuri reſpondet Seneſ. libro quarto de beneficiis, maxime vbi Dei prouidentia mundum regi negat, dicens. Tu denique Epicure Deum inermen

Errores Epicuri. Lib. 1. inſt. cap. 3.

Reſpõſio Senecę cõtra Epicureos.

A. M. 3669.

ermen facis: omnia illi tela, omnem detraxiſti potẽtiam: & ne cuiquam metuẽdus eſſet, proieciſti ipſum extra metum. Hunc igitur ſeptum ingenti quidem & inexplicabili muro, diuiſumque à contactu & à conſpectu mortalium, non habes quare verearis. Nulla ſibi nec tribuendi nec nocendi materia eſt, in medio interuallo huius & alterius cœli deſertus, ſiue animali, ſiue homine, Cur colis eum? Propter maieſtatem, inquis, eius eximiam ſingularemque naturam. Vt cõcedam tibi, nempe hoc facis nullo precio inductus, nulla ſpe. Eſt ergo aliquid per ſe expetendum, cuius te ipſa dignitas ducit. hæc Sen. Idem Lact. in li. de opificio humani corporis Secũdo errori Epicuri reſpõdet. Tul. in li. de of. Tertio. idẽ in li. 6. de republica & de ſenectute. Sed multo plenius & perfectius Auguſt. de ciuitate Dei & Thom. in lib. contra gentiles. Ex his ergo ſpinoſis virgultis gentilium ſcito carpere roſam veritatis, & ſpinas relinquere falſitatis: Et illud obſerua quod ait Apoſtolus 2. ad Cor. 10. poſt Hiere. cap. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque potens in potentia ſua: neque diues in diuitiis ſuis, ſed qui gloriatur in hoc glorietur, ſcire & noſſe me. Nil enim profuit Alexandro magno latum dominium, nec Dario potentia & diuitiæ, nec Philoſophis ſapientia ſua, ſed exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt: quia quum cognouiſſent Deum gloriæ, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed ſtulti facti ſunt.

Tull. contra Epicureos. Lact. in li. Opificio humani corporis c. 8. & 9. M. T. in 3. de of & expreſſius in 1. de finib & in 5. Tuſcul. Au. de ciu. Dei li. 21. & 22. & D. Tho. cõtra Gent. lib 2 c. 79. 80 & 81. Rom. 1.

¶ *De diuiſione monarchiæ Græcorum in plures partes.*

CAP. IIII.

MORTVO Alexandro magno apud Babylonem, vt refert Euſe. in Chroni. tranſlato poſt eum in multos imperio, diuerſi regnauerunt, quod etiam patet ex 1. lib. Mach. cap. j. Hinc Alexandrinorum naſcitur regnum quod eſt Ægypti: & per diuerſas gẽtes quas Alexander tenuerat diuerſi regnauerunt. Primus in Ægypto Ptolemæus Lagi filius cœpit regnare anno quintæ ætatis. 267. Mundi vero quater milleſimo 777. & regnauit annis 50. Macedoniæ regnauit Philippus, qui & Aridæus, frater Alexandri annis 6. Lydiam & Thraciam & Helleſpontum Lyſimachus tenuit. Cum enim, vt ait Comeſtor rediiſſet Alexander Babylonem, & ſumpto veneno à ſorore ſua vſum linguæ amiſiſſet, voluntatem ſuam ſcripto expreſſit. Et noluit monarchiam ſuam in aliquos trãſferre, ne aliquis par ei in potentia apud poſteros legeretur. Sed duodecim quos ab adoleſcentia ſocios habuerat, regni ſucceſſores inſtituit. Hæc autem inſtitutio non ſtetit, nam quatuor ex eis tantum aliis abiectis regnauerunt, ſicut in viſione quinta Danielis comprehenſum eſt, videlicet de hirco caprarum, qui ſignat Alexandrum percutientem arietem id eſt Darium, ex quo hirco poſtea oriebantur quatuor cornua id eſt quatuor reges poſt mortem eius ſuccedentes immediatè: qui inter ſe monarchiam diuiſerunt. Itaque Ptolemæus rex Ægypti qui cognominatus eſt Soter, cum regno ſuo adieciſſet Syriam, appoſuit etiam, vt adiiceret & Iudæam. Vnde & aſcendens Hieruſalem die ſabbathi ſciẽs Iudæos ea die arma non muros, ſub prætextu ſacrificandi Deo nullo contradicente intrauit ciuitatem, vnde ſecundum Ioſephum: Agatarchides Gnidius ſuperſtionẽ exprobrat Iudæis, quod propter eam, libertatem amiſerunt. Nam dum propter ſuperſtitionem grauantur arma ſumere, grauem dominum receperunt. Ptolemæus igitur multos de Iudæa & Garizim captiuos trahens in Ægyptum abiit: & venditioni exponẽs eos à negotiatoribus nationum diſtracti ſunt & diſperſi, & per hanc captiuitatem, licet non fuerit generalis, diffuſius diſperſi ſunt in nationes, vnde in actibus Apoſtolorum legitur conueniſſe Iudæos in Hieruſalẽ ex omni natione quæ ſub cœlo eſt. Iaddo autem pontifici ſummo ſucceſſit filius eius Symeon iuſtus, Eo tempore claruit Theophraſtus Philoſophus, qui vt ait Cicero, à diuinitate loquendi nomen accepit. Hic fuit diſcipulus & ſucceſſor Ariſtotelis ſecundum Vincen. in ſpecu. hiſto. lib. 6. ca. 2. De hoc ait Aulus Gellius in lib. noctium Atticarum Ariſtotele iam ſenio confecto, ægroque corpore, & ſpe vitæ tenui: omnis ſectatorum eius cohors ad eum acceſſit, orans vt ipſe deligeret loci ſui & magiſterij ſucceſſorem quem ſequerentur. Erant autem duo in eius ludo præcipui, Theophraſtus ex Leſbo, & Menedemus ex Rhodo, Ariſtoteles autem iuſſit ſibi afferri vinum Leſbium & Rhodium, & vtrunque ſatis commendauit, ſed Leſbium magis vnde nulli dubium fuit, quin lepidè ſimul, & verecundè ſucceſſorem ſibi illa voce non vinum delegiſſet. Itaque Ariſtotele defuncto, omnis Academia ad Theophraſtum conuolauit. Huius Theophraſti dicitur eſſe illa probata ſententia. Expedit iam probatos amicos amare, non amatos probare. Et illa alia ex inimico vindictam ſi te inimicum ſenſerit perdidiſti. Et illa. Grauius aduerſarium ſecuritate decipies. Huius quoque ſententia fuit. Amantium cæca eſſe iudicia. Scripſit & librum de amicitia, in quo amicitiam omni caritati id eſt amori prefert, ſed raram in rebus humanis eſſe teſtatur. Fertur etiam liberum de nuptiis, quo quæritur an ſapiens ducat vxorem, eius eſſe, de quo libro habes in tertia parte tit. j. c. j.

Alexãdria eſt in Ægypto.

Regna quatuor poſt mortem Alexãdri eriguntur Com. in hiſ. Iu. c. 5.

Daniel. 8.

Ptolemæus rex

Com. ibi. cap. 6.

Ptolomeus aſcẽdit Hieroſolymam. Iudæi rurſus diſperſi ſunt.

Iaddus moritur cui ſucceſſit Simeõ iuſtus. Euſeb. Cic. in oratione ad Ac. Aul. gel. li. 11. c. 5.

Sententiæ Theophraſti.

§. I.

ANNO Ptolemæi quinto, vt ait Euſe. in Chro. Menander comicus primus fabulam cognomento Orgen docens ſuperauit. Huius Menandri iuxta Hieron. eſt illud apoſtoli ad Corint. Corrumpunt bonos mores confabulationes peſſimæ. Aulus Gellius autem refert ꝙ Menander iſte à Philemone nequaquam pari ſcriptore in certaminibus comœdiarum ſæpius vincebatur, quem cum forte habuiſſet obuium, quæſo inquit Philemon cum bona venia dic mihi, cum me vincis, non erubeſcis. De iſto Philemone ſiue alio dicto Polemone dicit. Valer. libro 9. quòd cum vis immoderati riſus abſtulit. Nam aliquando paratas ei ficus in conſpectu poſitas aſello conſumente, puerum vt illum abigeret clamauit, qui cum iam comeſtis omnibus ſuperueniſſet, quoniam inquit tam tardus fuiſti, da nunc merum aſello, ac protinus vrbanitatem dicti crebro anhælitu cachinnorum proſecutus ſemel guttur ſalebris ſpiritus prægrauauit. Anno Ptolomæi. 8. regnauit Caſſander apud Macedones poſt Philippum Aridæũ ſecundũ Euſ. in Chron. Nã Olympias mater Alexãdri, vt refert Iuſt. in 14. cum ab Epiro in Macedoniã perſequẽte eã Eacida rege moloſſorũ veniret prohibita eſt à finibus Macedoniæ ab Euridicæ & Aridæo

De Menãdro Comico.

1. Cor. 15. li. 17. c. 4.

Val. lib. 9. cap. 12.

Caſſander rex Macedonum.

A. M. 3624.

Aridæo. vnde moti Macedones ad Olympiadem tranſierunt, cuius iuſſu & Eurydice & rex occiditur, ſex annis poſt Alexandrum potitus regno. Hæc Eurydicæ ſecundum Oroſium in 3. multa ſub nomine viri nefaria geſſerat per Caſſandrum, quem flagitio ſe cognitum, ad ſummum faſtigium per omnes honorum gradus peruexerat, qui ex libidine mulieris multas Græciæ ciuitates afflixit. Sed nec Olympias, inquit Iuſt. in 14. diu regnauit. Nã cum principũ cædes paſſim muliebri magis quã regio more feciſſet, fauorem ſuum in odium vertit. Audito itaq; Caſſandri aduentu, diffiſa Macedonibus cum nura Roxane & nepote Hercule in pictuam vrbem conceſſit. Comitatæ ſunt eam Deidamia Accidæ regis filia, & Theſſalonicæ Priuigna, Philippi filia, & multæ aliæ matronæ, ſpecioſus magis quam vtilis grex. Mox Caſſander p ctuam vrbem obſedit. Qui cum fame & ferro vrgeret Olympiadem, illa longe obſidionis tædio, pacta ſalute, victori ſe tradidit, qui cõuocato populo ſciſcitatus eſt, quid de ea fieri vellent. Mox omnes ſine reſpectu priſtinæ maieſtatis occidendam decernunt. Olympias autem vbi obſtinatos ad ſe armatos venire videt, veſte induta regali, & duabus ancillis innixa, vltro obuiam procedit, qua viſa percuſſores attoniti fortuna maieſtatis prioris, & tot in eam concurrentibus regum ſuorum nominibus, ſubſtiterunt, donec à Caſſandro miſſi ſunt, qui eam cõfoderent non refugiente gladium, nec vulnera, nec muliebriter vociferantem, ſed virorum fortium more pro gloria veteris Proſapiæ morti ſuccumbentẽ, vt Alexãdrum poſſet etiam matre moriente conſpicere. Inſuper expirans capillis & veſte crura contexiſſe fertur, ne quid poſſet in corpore eius indecorum videri.

Oroſ. lib. 3. cap. 23.

Magnus eſt appetitus vindictæ in mulieribus.

Olympias mater Alexandri occiditur.

De Polemone philſopho, quem Helinandus dicit ſucceſſiſſe Xenocrati, ſic ait Vale. lib. 6. Perditæ luxuriæ Athenis adoleſcens Polemo neque illecebris modo ſed ipſa quoq; infamia gaudẽs cum è conuiuio non poſt ſolis occaſſum ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domúmque rediens Xenocratis philoſophi patentem ianuam vidiſſet, vino grauis, delibutus vnguentis, ſertis capite redimito pellucida veſte amictus, refertam turba doctorum hominum ſcholam eius intrauit. Nec tam deformi contentus introitu, conſedit etiam vt & clariſsimum eloquium & prudentiſsima præcepta temulentiæ laſciuiis eluaret. Orta deinde vt par erat omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omiſsáque re, quam diſſerebat, de modeſtia ac temperantia loqui cœpit, cuius grauitate ſermonis Polemo coactus reſipiſcere, & primo coronam capite detractam proiecit, paulo poſt brachium intra pallium reduxit, procedente tempore conuiualis oris hilaritatem depoſuit, ad vltimum totam luxuriam exuit: Sicque vnius orationis medicina ſanatus ex infami Ganeone maximus euaſit philoſophus, hæc ille.

Val. lib. 9. cap. 11.

Polomon philoſophus.

§. II.

Seleucus Syriæ.

ANNO Ptolemæi Soteris 13. regnum Syriæ & Babyloniæ & locorum ſuperiorum naſcitur, Et regnauit primus Seleucus Nicanor annis 32. Secundus Antiochus qui & Soter 43. deinde Antiochus qui vocatur Theos. 15. poſtea Seleuchus Callinicus. 20. & poſt illũ Seleucus Cerannus. 3. demum Antiochus magnus illi ſucceſsit regnans. 36. Ei autem ſucceſsit Seleucus Philepator. 12. poſt eum Antiochus Epiphanes 11. Antiochus Eupator poſt illũ annis regnauit, poſt quem Demetrius. Soter annis tredecim, Alexander vero poſtea regnauit annis 10. & menſibus. 7. exinde Demetrius an 3. poſt quem Antiochus Sedetes an. 9. Quo interfecto ab Arſace Partho, iterum frater eius Demetrius regnauit annis. 4. deinde Antiochus Gryphus vel Cyprius. 12. Antiochus vero Cixicenus Gripho eiecto Syriã tenuir. Sed Gryphus ſuperato Ciziceno eamdem recepit. Et ita ex ſuceſsione regnauerunt inuicem aduerſus ſe dimicantes annis. 18. poſtea Philippus annis. 2. quo capto à Gaminio regnum Syriæ finitum eſt. Primus ergo rex Syriæ Seleucus Nicanor, hic in principio ſui regni Babyloniam cœpit, Inde auctis ex victoria viribus, Bactrianos expugnauit, deinde tranſitum in Indiam fecit, qui poſt mortem Alexandri veluti à ceruicibus iugo excuſſo ſeruitutis, præfectos eius occiderat. Author libertatis Sandrocottus fuerat, ſed titulũ libertatis poſt victoriam in ſeruitutem verterat. Siquidem occupato regno populum, quem ab externa dominatione vendicauerat, ipſe ſeruitio premebat. Fuit hic quidem humili genere natus, ſed ad regni poteſtatem maieſtate numinis impulſus, quippe quum procacitate ſua Alexandrum regem offendiſſet, interfici à rege iuſſus ſalutem pedum celeritate quæſierat, ex qua fatigatione quum ſomno captus iaceret, leo ingentis formæ ad dormienrem acceſsit, ſudorémque profluentem lingua ei deterſit, expergefactúmq; blande reliquit, hoc prodigio primum ad ſpem regni impulſus contracta manu latronum, Indos ad nouitatem regni ſollicitauit. Molienti deinde bellum aduerſus præfectos Alexandri, elephas ferus infinitæ magnitudinis vltro ſe obtulit, & veluti domita manſuetudine eum tergo excepit. Sicque dux belli & præliator inſignis fuit. Et cum eo Seleucus pacem fecit, teſtis Iuſtinus in 15.[a]

a Apud omnes hiſtoricos incorruptè manſit pontificum ſucceſſio, ab ipſa captiuitate, non item ducum. Nanque Eccleſiaſtica ſucceſſio perire non poteſt: regia & ſæcularis caduca eſt & fluxa. Turcica rabies extinxit Conſtantinopolitanos imperatores, & non potuit Patriarchas & hierarchiam Eccleſiæ illic euertere. Geneb.

§. III.

EO tempore Iudæorũ pontifex maximus Simon Oniæ filius clarus habetur, cuius cognomentum iuſtus fuit, propter ſollicitam in Deum religionem, & in ciues ſuos pronam clementiam. Seleucus in eas vrbes quas extruxerat multas Iudæos transfert, ius eis ciuium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens, pontifex Iudæorum Eleazarus frater Simonis ſuſcepit templi miniſterium filio Simonis Onia paruo admodum derelicto. Apud Macedones regnauit Pyrrhus, poſtea Lyſimachus. Hunc Lyſimachum regem vt refert Vale. cum Theodorus Cyreneus increpaſſet, & ob hoc eum ille cruci affigi iuſsiſſet, terribilis ait, ſit purpuratis tuis hæc crux, mea ſiquidem nihil intereſt humine an ſublime putreſcã. Anno huius Ptolemæi 40. ſecundum Euſebium. Soſtratus Genidius Pharum in Alexandria conſtruxit, quod ponitur vnum de ſeptam mirabilibus mundi. Nam ſuper quatuor cancros vitreos paſſu 20. in mari

Euſeb. in Chron.

Val. lib. 6. c. M. Tub. in 5. Taſ.

Euſeb. in Chron.

Pharas mũdi vnũ miraculũ.

A.M. 3622.

mari fundata eſt, ſecundum Vincen. in ſpe. hiſtor. Quomodo enim tam magni cancri fuſi ſunt. Quomodo deportati ſunt in mari & non facti, Quomodo fundamenta cæmenti ſuper ipſum adhærere potuerunt, & ſub aqua qualiter cæmenta ſtare potuerunt. Et quomodo cancri non frangunt, aut quomodo non lubricatur deſuper fundatum, magnum miraculum videtur, & ad intelligendum valde difficile. Iſid. autem dicit quod Pharus eſt turris maxima ad prælucendi miniſterium in portu fabricata.

§. IIII.

Ptolemæus Philadelphus.

POST Ptolemæum primum Lagi filium, regnauit in Ægypto Ptolemæus Philadelphus, qui regnare cœpit anno ætatis quintæ. 307. mundi vero ter milleſimo. 680. ſecundum aliquos. Secundum alios vt Bedam & 70. interpretes, anno quater milleſimo. Hic Iudæos qui in Ægypto erant liberos eſſe permiſit, & vaſa Eleazaro pontifici Hieroſolymorum votiua tranſmittens, diuinas ſcripturas in Græcam vocem ex Hebræa lingua per 70. duos interpretes transferri curauit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit, quam ſibi ex omni genere literaturę comparauerat, vt habetur ex Chron. Sed magis hoc explicat Comeſtor. Dicit enim quod iſte ſtudioſus valde & librorum cupidus, Demetrium bibliothecæ ſuæ præfecit. Cúmque quæſiſſet ab eo de numero librorum. 20. millia adeſſe reſpondit, ſed paulopoſt ad quinquaginta millia poſſe peruenire. Et nunciatum ſibi dixit apud Iudæos eſſe legem ore ipſius Domini editam, & digito eius ſcriptam, pro qua ſummopere laborandum eſſe dicebat, vt in Græcum conuerſa eloquium in archiuis regalibus haberetur, hæc enim erat lex Dei quam philoſophi ζῆνα dicunt id eſt viuentem (ζῆν enim vitam vel viuere ſonat) quã vulgus Iouem appellat, & ad oſtendendam legis illius ſanctitatem addidit quod non niſi à Dei viuentis cultoribus transferri poſſet. Er vt ait etiam Ioſephus hiſtoriographus, & Theopompus quidam cum hiſtoriis quas ſcribebat eam legem Dei voluiſſet interſerere, verſus eſt in amentiam per dies. 30. & quidam alius poeta Theodecto nomine propter eamdem cauſam factus eſt cæcus, ſed pœnitentes ſanati ſunt. Necnon & in ſomnis vidit Theopompus, quod hoc ei accidiſſet, eo quod diuina ſcrutatus eſſet & hominibus impuris tuliſſet. Suggeſſit ergo regi Demetrius, vt ſcriberet pontifici Iudæorum, vt Iudæos Hebraicæ & Græcæ linguæ peritos ad ipſum dirigeret cum lege Dei, qui ad eam transferendam ſufficerent. Quod vt impetraret munera cum epiſtolis mittenda cẽſui. Aderat ibi Ariſtæ qui longo tempore Iudæorum calamitati compatiens, opportunitate captata liberandi eos ait. Quomodo quod poſtulas obtinebis, tot Iudæis in regno tuo ſeruientibus? Solue itaque eos nihilque gratius eſſe poterit pontifici Iudæorum. Nec ob hoc quod dico, Iudæorum me affinem eſſe exiſtimes, ſed quia ſcio tua intereſſe ſi factorem omnium Deum honoraueris, & liberauit rex de Iudæis centum viginti millia, dans dominis eorũ pro capite centum viginti drachmas argenti. Cúmque dixiſſet rex hoc magnum eſſe, dixerunt. Magnum eſt quidem, ſed non regi munifico. Tunc ſcripſit rex Eleazaro pontifici in hunc modum. Gentem tuam quæ ſecus nos erat libertate donaui, arbitrans hoc Deo iucundum eſſe. Quorum quoſdam militiæ aſſignaui, per ætatem idoneos elegi in militiam, alios

Interpretationis factæ ſcripturæ in Græcum idioma cauſſa. Euſeb. in Ch. Com. ib. cap. 6.

Nota maximã multitudinem librorum.

Ioſeph. ant. lib. 12.

Iudæi à captiuitate Ægyptiaca liberantur.

A.M. 3622.

quorum fidem probaui cõſtitui in palatio, legémq; veſtrã in Græcam linguam vertere & ita verſam in bibliothecam exponere. Bene ergo facies mittendo nobis viros ſeniores, qui valeant interpretationes eorum caute nobis relinquere. Tranſmiſi modo argenti talenta centum pro immolationibus faciendis, & ſeparaui quinquaginta talenta auri ad cratera & libbatoria facienda, & gemmas ſine numero ad artificum operationem, alias optionem. Tu manda nobis, quæ ex his facere volueris quod gratius amplectemur. Tunc mittens ad eum Eleazarus quod poſtulabat, reſcripſit ita. Ad interpretandam legem quam poſtulas miſi viros ſeniores, de vnaquaque tribu ſex legem ferentes. Tuæ autem pietatis erit, vel iuſtitiæ, ad nos eam caute remittere. Hi ergo ſunt ſecundum Vincen. in ſpe. hiſt. lib. 6. ca. 16. poſt Comeſtorem. 70. interpretes, qui licet 72. fuerint. dicuntur tamen 70. more ſcripturæ, quæ modicum numerum ſi ſuper aliquam ſummam excreuerit, ſæpe ſubticet. Qui cum veniſſent ad regem benigne ſuſcepti ſunt, non tamen ad regem intromiſſi vſq; ad diem quintum, imminebat enim illa ſolennitas triumphalis, pro triumpho ſcilicet quodam quem maiores ſui eadem die habuerant. Ea igitur die ſuſcepit eos, quos coram principum vniuerſitate decreuerat honorare. Poſt ſuſceptionem vero. 12. diebus fuerunt cum rege, & ſciſcitatus eſt ab eis, quæ in corde ſuo diſpoſuerat, & præcipue de duobus ſcilicet de cognitione Dei, & regni gubernatione. Cúmque inſtruxiſſent eum de regni gubernatione, plenius diſputauerunt de vno colendo Deo, & quod nulla creatura Deus eſſet. Et inde eſt quod vbicunque occurrit eis vel in diſputatione vel in trãslatione de myſterio Trinitatis vel incarnationis, vel ſub ſilentio tranſierunt vel Ænigmaticè tranſtulerunt, ne tres Deos colendos tradidiſſe viderent, vel creaturam Deum dicerent. Vt Eſa. qui cum dixiſſet puerum naſciturum, & addiſſet ſex nomina eius, admirabilis, conſiliarius &c. pro illis ſex nominibus poſuerunt magni conſilij Angelus, ne viderentur tradidiſſe hominem deificatum. Tunc oſtenderunt regi librum legis quem ſecum attulerant, nec admirari ſufficiebat chartarum tenuitatem, & earum compaginationem, quæ oculis deprehendi non poſſet quamuis literæ aureæ in candore cartarum adeo legibiles apparerent. Introducti ſunt autem in domum regis ſecretã, quæ ad negotiorum deliberationem erat.[a] Et datæ ſunt eis ſingulæ cellulæ, & quicquid eſt eis viſum opportunum & commodum ad interpretandum. Diluculo egrediebantur ad precandum bene regi, tunc lauabant ſe ad mare iuxta purificationem Iudæorum, & poſtea interpretabantur vſque ad horam nonam, inde tranſibant ad cibum ſumendum & requiem, & conſummauerunt opus. 72. diebus. Vnde quibuſdam viſum eſt quam non tranſtulerunt niſi pentateuchum, poſtea vero vel priuſquam redirent, vel poſtea aliqui ex eis ad regem redeuntes tranſtulerunt prophetas & pſalmos. Verumtamen ſi ſic miraculoſe factum eſt vt tradit. Auguſt. in 18. lib. de ciui. Dei cap. 42. & 43. quod vna & eadem ſine diſſonantia in capite illius temporis inuenta eſt editio, minus miraculoſè fieri potuit, vt

72. interpretes venerunt ad Ptolemæum.

Liber legis quõ cõpoſitus. eſſet.

Septuaginta ſine diſſonantia ſacram ſcripturã ſunt interpretati.

a Ante Alexandrum ſacras litteras Græcè extitiſſe Platonémque & Pythagoram in his fuiſſe verſatos ſcribit Clemens Alex. lib. 1. Strom. teſtem laudans Ariſtobulum.

infra

A.M. 3707.

infra breue ſpacium ſcilicet. 72. dierum interpretarentur & leges & prophetas omnes cum Pſalm. Hiero. tamen non approbat hanc opinionem, ſcilicet quod ſine aliqua collatione eorum ad inuicem inuenta ſit vna editio omnium. 72. ſine aliqua diſſonantia, quia nec Ioſephus nec alij antiqui hiſtoriographi hoc referunt. Sed aſſerit hoc factum non miraculosè, ſed humano, ingenio & induſtria vt quod ſinguli transferebant in ſex diebus hebdomadæ poſtea in ſabbato omnes ſimul conferrent, & quæ captior interpretatio iudicaretur, illa ab omnibus ſumeretur vt omnes in vnam concordarent. Nec mirandum hoc eſſe aſſerit, cum Eſdras legem quam per ſpiritum reparauerat, quiá conbuſta fuerat à Chaldeis, poſtea cum veteri ſcriptura, quæ apud Samaritanos, erat correxit. Opere autem completo conuocauit Demetrius, qui ſuper libros magiſter erat omnes Iudæos, qui erant in Alexandria & de prouincia peritiores, & lecta eſt coram eis translatio eorum, & approbata, cúmque peterent interpretes Dari à rege authoritatem vt immobilis perſeueraret, hoc facturum ſe iurauit, ſi demum ita caſte corrigerent eàm, vt quod ſemel iudicatum foret non cogerentur irritare. Et remiſit eos muneribus, oneratos. Eleazaro quoque miſit munera, & in templum miſit vaſa aurea & menſam auream gemmis precioſiſſimus inſignitam. Hic itaque Ptolemæus rex eruditiſſimus bibliothecam, vt dictum eſt, ex omni genere literaturæ ſibi comparauit, cui Demetrium Phalaræum præfecit grammaticorum tunc probatiſſimum, cui etiam inter cætera præfecturam mandauerat.[a] Iſte Ptolemæus canones Aſtrorum compoſuit, & libros multos ſcripſit. Hic fecit deſcriptionem orbis terræ per Eratoſthenem philoſophum, & miſit Dionyſium in Indiam, & vt res inclytas memoriæ proderet.

Hieron. in prol. sup. Pentateuchum.

Rex digniſſimus regno qui tãta ſcientia præditus erat.

a An hic nominis ſimilitudine deceptus, inſignem Aſtrologum Ptolemæum qui ſub Antonino imperatore vixit eundem cum illo rege Aegypti putauerit definire non audeo, iſtum tamen nihil ſcripſiſſe vnquam legi.

§ V.

ANNO Philadelphi Ptolemæi quarto, regnauit Macedonum rex 10. Soſthenes annis duobus. Interea vt ait Iuſtin. in 24. Brennus quo duce portio Gallorum in Græciam ſe effuderat, audita victoria ſuorum, qui Belgio duce Macedones vicerant, adunatis centum & quinquaginta millibus peditum. & 15. millibus equitum, in Macedoniam irrumpit & Agros & villas popvlatur. Cui cum occurriſſet Soſthenes cum inſtructo exercitu, pauci à pluribus, trepidi à valentibus victi ſunt facile. Brẽnus autem quaſi iam ei terrena ſpolia ſorderent, animum ad Deorum templa conuerti, ſcutriliter iocatus locupletes Deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Delphos adijt, aurum religioni, prædam offenſæ Deorum præferens, quos nullis opibus egere vt pote qui eas hominibus largiti ſoleant, affirmabat. Templum autem Apollinis Delphis poſitum eſt in monte Parnaſo, in rupe vndique impendente, ibi ciuitatem frequentia hominum fecit, qui ad affirmationem maieſtatis vndique concurrentes in eo ſaxo conſedere, atque ita templum & ciuitatem non muri ſed præcipitia nec manufacta ſed naturalia præſidia defendunt. Media ſaxi rupes in formam theatri receſſit, quamobrem & hominum clamori, & ſi quando accedit tubarum ſonus, perſonantibus & reſpondentibus inter ſe rupibus & multiplex audiri, ampliórque quam editur reſonare ſolet. Quæ res maieſtatis maiorem terrorem ignaris rei, admirationem ſtupendibus plerúnque affert. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planicies exigua eſt, atque in eo profundum terræ foramen, quod in oracula patet, ex quo feruidus ſpiritus in quodam velut vento in ſublime expulſus mentes vatum in væcordiam vertit, impletáq; Deo reſponſa conſulentibus dare cogit. Multa ibi & opulenta regum & populorum viſuntur munera. Igitur Gallorum vulgus, vbi primo vino cæteriſque commeatibus referta rura inuenit, non minus abundantia quam victoria lætum, ſe per agros ſparſerat deſertiſque ſignis ad occupanda omnia [pro victoribus vagabantur. Quæ res delationem Delphis dedit.] Prima namque opinione aduentus eorum prohibiti feruntur agreſtes oraculis, meſſes vinaque villis efferre. Erant in exercitu Brenni lecta peditum. 65. millia, Delphorum vero & ſociorum non niſi quatuordecim millia militum erant. Erant autem in templo multæ ſtatuæ cum quadrigis ſolido auro fuſæ, ob quam rem cupidi prædæ Galli, ſine reſpectu periculorum in bellum ruebant, Delphi autem recedentes Gallos è ſummo montis vertice partim ſaxis, partim armis obruebant. In hoc partium certamine, repente vniuerſorum templorum Antiſtites ſimul & ipſi vates ſparſis crinibus cum, inſignibus infulis pauidi, væcordéſque in primam repugnantium aciem procurrunt, aduenille Deum clamant, eúmque ſe vidiſſe deſilientem in templum per culminis aperta faſtigia, & iuuenem ſupra humanum modum inſignis pulchritudinis comitéſque duas armatas virgines ex propinquis duabus Dianę, & Mineruæ ædibus occurriſſe, & adiſſe ſtridorem arcus, armorum ſtrepitum, proinde ne cunctarentur Diiſante, ſignanis cædere hoſtem, cæteros monebant, quibus vocibus incẽſi omnes certatim in prælium proſiliunt. Mox terręmotu portio montis abrupta Gallorum ſtrauit exercitum. Inſecuta deinde tempeſtas eſt, quæ grandine & fulgure ſaucios ex vulneribus abſumpſit. Dux ipſe Brennus cum vulnerum dolorem ferre non poſſet pugione vitam finiuit. Alter ex duobus ducibus qui cum coerant cum. 10. millibus ſauciorum Græcia exceſſit. Quibus pauidis & fugientibus nulla ſub tectis acta nox eſt, nullus ſine labore & periculo dies, imbres aſſidui, gelu, & nix concreta, & fames & laſſitudo, & ſuper hoc maximum peruigiliæ malum, miſeras infelicis belli reliquias obtriuit, nemóq; ex tanto exercitu vel ad memoriam tantæ cladis ſuperfuit.

Brennus Gallorum dux.

Galli Macedones vincunt.

Tẽplum Apollinis vbi ſitum.

Oraculũ Appollinis quomodo audiretur.

Galli Delphos tentant.

Proſternũtur Galli & duxeorum Brennus ſe occidit fraude ſacerdotũ Delphicorũ.

§. VI.

APVD Macedones autem poſt Soſthenem regnauit Antigonus ab Alexandro 11. annis 36. vt ſcribit Euſe. in Chronic. Porro Galli, quià Brenno duce cum in Græciam proficiſcerentur (inquit Iuſtin. in 25.) ad terminos gentis tuendos relicti fuerant, peditum quindecim millia, equitum tria millia armauerant, qui fugatis Getarum Tribalorúmque copiis Macedoniæ imminentes, legatos ad Antigonum regem miſerunt, qui pacem ei venalem offerrent, ſimul & caſtra regis ſpecularentur, quibus

Antigonus rex Macedonum.

Galli dolo à Macedonibus vincuntur.

A. M. 3707.

quibus inuitatis ad cœnam expoſitum eſt grande pondus auri & argenti, & elephantes ad terrorem oſtenſi. Illi autem reuertentes, & omnia in maius extollentes, opes regis & negligentiam nunciant. Igitur nocte obſcura & tenebroſa caſtra regis aggrediuntur. At ille ſignum pridie dederat ſuis vt omnibus rebus ablatis in proxima ſylua ſe occultarent. Galli vero omnia reperientes vacua, diu intrare timentes, ad poſtremum ablatis quæ inuenerant, ad litus reuertuntur. Vbi dum naues incautius diripiunt à remigibus & exercitus parte, quæ illo cum coniugibus & liberis confugerat trucidantur.

Galli in Oriēte bellū gerunt.

Eo tempore reges Orientis ſine Gallorum exercitu mercenario nulla bella gerebant, nec pulſi regno ad alios quam ad Gallos confugiebant. Tantus terror Gallici nominis & armorum inuicta fœlicitas erat, vt aliter neque maieſtatem ſuam tutam neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallicâ virtute arbitrarentur. Itaque reſidui in auxilium Eumenis Bithyniæ regis inuocati, regnum cum eo partâ victoria diuiſerunt, eámque regionem Gallogræciam nominauerunt. Eo tempore vt refert Iuſtinus Pyrrhus in Epirum reuerſus, Macedoniæ fines inuaſit, Antigonum vicit, Macedoniam in deditionem accepit, Pyrrhus autem ſicut ad deuincenda regna inuictus habebatur, ita deuictis & acquiſitis celeriter carebat. Primum illi bellum aduerſus Spartanos fuit, maiore mulierum quam virorum virtute exceptum, vbi Ptolemæum filium & exercitus partem robuſtiſſimam amiſit. nam oppugnanti vrbem tanta fœminarum multitudo concurrit, vt Pyrrhus non fortius victus, quam verecundus recederet.

Gallogræcia. Iuſt. li. 25.

De hoc Pyrrho te ge vide Plutarchū de vita Pyrrhi.

§. VII.

De nouis Academicis.

ILLO etiam tempore mortuo Polemone philoſopho, poſt eum Arceſilas, & Crates philoſophi clari habentur. Hic eſt Arceſilas à quo (vt ait Aug.) cœpit ſecta Academicorum nouorum, qui dicunt nihil ſciri ſed incerta eſſe omnia. Hi (vt ait Sen.) ſpem omnis ſcientiæ eripiunt. Satius eſt autem ſuperuacua ſcire quam nihil. Horum ſententiam ſic breuiter improbat Auguſt. in 11. de ciui. Dei cap. 26. Et nos inquit ſumus, & nos eſſe nouimus, & noſtrū eſſe, & noſſe diligimus. Nulla in his veris Academicorum argumenta formido, dicentium. Quid ſi falleris, ſi enim fallor, ſum. Nam qui non eſt, vtique nec falli poteſt, ac per hoc, ſum, ſi fallor. Quia ergo ſum qui fallor, quomodo me eſſe fallor, quando certum eſt eſſe, me ſi fallor. Qui igitur eſſem qui fallerer etiam ſi fallar, proculdubio in eo quod me noui eſſe, non fallor. Conſequens eſt etiam vt in eo quod me noui noſſe non fallar. Sicut enim noui me eſſe, ita noui etiam hoc ipſum noſſe me. Eáque duo cum amo, eundem quoque amorem quiddam tertium, nec imparis æſtimationis eis quas noui rebus adiungo. Neque enim fallor amare me, cum in his quæ amo nō fallar. quamquam etſi illa falſa eſſent, falſa me amare verum eſſet. Nam quo pacto rectè reprehenderer, & recte prohiberer ab amore falſorum, ſi me illa amare falſum eſſet. Cum vero illa vera atque certa ſint, quis dubitet quin eorum quæ amātur, & ipſe amor verus & certus eſt. Tam porro nemo eſt qui eſſe ſe nolit, quam nemo eſt qui non eſſe beatus velit. Quomodo enim poteſt beatus eſſe, ſi nihil ſit. Hæc

Sen. lib. 13. ep. 87.

Aug. li. 19. ci. 11. c. 26.

Academici confutantur.

A. M. 3707.

A Auguſt. De hoc dicit Sen. lib. de benefi. Archelam aiunt amico paupertatem ſuam diſſimulanti ægro autem, & nec hoc quidem confitenti deeſſe ſibi ſumptum ad neceſſarios vſus cum clam ſuccurrendum iudicaſſet, puluino eius ignorantis ſacculum ſubieciſſe, vt homo inutiliter verecundus, quod deſiderabat inueniret, potiuſquam acciperet. Crates qui cum Arceſila in chro. ponitur, Thebanus fuiſſe dicitur natione, de quo legitur quod magnum auri pondus in mare proiecit, dicens. Abite peſſimæ diuitiæ, ego vos demergo, ne demergar à vobis. De hoc etiam ſic refert Sen. epiſtola 10. Crates Stilpo-
B nis auditor, cum vidiſſet adoleſcentulum ſecreto ambulantem, interrogauit quid illic ſolus faceret. Mecum inquit loquor. Cui crates. Caue inquit rogo & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Stilpon autem magiſter eius ipſe eſt, quem epiſtola Epicuri inſequitur. Qui capta patria & amiſſis vxore & liberis cum incendio publico ſolus exiret, interroganti Demetrio nunquit perdidiſſet. Omnia inquit bona mea mecū ſunt, pectore enim illa gerebat non humeris. Eo tempore legitur in Chronicis Aratus floruiſſe. Aratus autem iſte fuit Aſtrologus cum Eudoxo, qui vt dicit Augu. in 16. de
C ciui. Dei cap. 23. vniuerſum numerum ſtellarum ſe comprehendiſſe & conſcripſiſſe iactauit, quos (inquit Auguſt.) illa contemnit authoritas. qua dixit dominus ad Abraham. Suſpice cœlum & numera ſtellas ſi potes. Quomodo enim omnes dinumerari poſſunt, cum non omnes poſſint videri.

Sen. lib. 2. de benefi. cap. 10.

Crates philoſophus.

Hier. ad Ruf. mon. aduerſus Ion. lib. 2.

Sen. lib. 1. ep. 10.

Euſeb. in Chron.

Aratus Aſtrologus.

Gen. 15.

§. VIII.

De Zenone.

ANNO Philadelphi. 14. Zeno ſtoicus moritur, poſtquam Cleantes floruit, ſecundum Euſ. in chr. Huius Zenonis eſt illa ſententia ſecundum Vin.
D in ſpe. hiſt. Sapientis non eſt non poſſe turbari, Sed vt ratio eius prauis non cedat affectibus, hac etiam collectione vſus eſt (vt ait de eo Sen.) Nullum malum glorioſum eſt. Mors autem glorioſa eſt, Mors ergo malum non eſt, vnde & ipſe Zeno manu propria ſibi intulit mortem: vt poſt mortem fœlicius viueret vt dicit Lactantius. Dicit autem Auguſt. lib. 9. de ciu. Dei cap. 4. Zenonem & Chriſippum fuiſſe principes Stoicorum, cuius Chriſippi multa feruntur egregie dicta, multa perperam. De eo ait Sen. epiſtola. 9. Chryſippus ait ſapientem nulla re egere, & tamen multis rebus illi opus eſſe. E contra Stultō
E nulla re opus eſt. Nulla enim re vti ſcit, ſed omnibus eget. Idem 2. lib. de beneficiis. Volo Chryſippi noſtri vti ſimilitudine de pilæ luſu, quam cadere dubium non eſt, aut mittentis ſtudio, aut accipientis, tunc curſum ſuum ſeruat, vbi inter manus vtriuſq; apte iactata & excepta verſatur. Neceſſe eſt autem luſor bonus, aliter illam colluſori longo, aliter breui mittat. Eadem beneficij ratio eſt, niſi vtrique perſonæ & dantis & accipientis aptetur, nec ab hoc exibit, nec ad illum perueniet vt debet. Chryſippus. 80. ætatis ſuæ anno cœptū exactiſſimè ſublimitatis volumen reliquit, in quo tantum operæ & la-
F boris ſuſtinuit, vt ad ea, quæ ſcripſit penitus cognoſcenda longa vita opus ſit, inquit de eo Vale. Fuit autem iſte de Heliopoli antiquo Siciliæ oppido, vt ait Solinus, Cleantes autem Aſianus fuit. Et nota ſecundum Vincen. in ſpe hiſto. lib. 6. cap. 26. quod Aſia multos viros illuſtres protulit. De poëtis, Homerum, Anacreontem Mimnermū, Antimachum, & Hypponametem & Sapphonem puellam. De hiſtoricis

Ep. 83. lac. lib. 3. ca. 18.

Chryſippus philoſophus.

Sen. lib. 2. cap. 17.

Beneficiū quomodo dandum.

Val. lib. 8. cap. 7.

A M. 3707.

viri docti quos Aſia protulit.

ſtoicis, Xanthũ, & Hecatęum, Herodotum, Ephorum, & Theopompum. De 7. ſapientibus Biantem, Thaletem, & Pittacũ. De philoſophis, Cleanthem Stoicum, & Anaxagoram phyſicum, Heraclitum tenebroſum, & Zenophanem Colophonium. Ipſe quoque Chryſippus, vt ait Lactantius, a animæ æternitatem ſuſpicans, manus ſibi intulit tanquam in cœlũ migraturus. Hiero. contra Iouinianum ait. Diodorus Socraticus quinque filias dialecticas inſignis pudicitiæ legitur habuiſſe, de quibus & Philo Carneadis magiſter pleniſſimam ſcribit hiſtoriam, de quo Carneade ſic ait Vale. Carneades laborioſus & diuturnus ſapientiæ miles ſiquidem nonaginta expletis annis idem illi viuendi ac philoſophandi finis fuit, ita ſe mirificum doctrinæ operibus addixerat, vt cũ ad mẽſam ſederet, cogitationibus inhætẽs, manum ad mẽſam porrigere obliuiſceretur. Sed eum Meliſſa, quã vxoris loco habebat, tẽporato inter ſtudia interpellãdi & inediæ ſuccurrẽdi officio, dexterã ſuam neceſſariis vſibus aptabat. Idẽ cũ Chryſippo diſputaturus helleboro prius ſe purgabat ad exprimẽdũ ingenũ ſuũ attẽtius, & illius acrius refellendũ quo potionis induſtria ſolidæ laudis cupidis appetẽdas effecit.

Lact. lib.3. cap.18. — Hier. lib.1. ad Iou. — Val. lib.8. cap.7. — Carneades 94 annos vixit. — Pli lib.25. c.5 Gell. lib.17. Dio. Laertius.

a Lactantius lib.3. cap.18. ſcribit quidẽ Empedoclẽ in Aetnam ſeſe pieciſſe, verũ nõ quod aias ille æternas crederet, ſed vt cũ repente non cõpareret, abiiſſe ad Deos crederetur. Idem ſcribit Greg. Nazian. in inuec. in Iulia & Hor. in arte.

Sententiæ Stoicorũ.

§. IX.

Hiero. ad Cleſiphõtem aduerſ. Pelagianos ita tum in principio. Clemens lib.1.& 2. Stromatũ.

De ſentẽtiis philoſophorũ Stoicorũ dicit Vin. ſpe. hiſt. lib.6. cap [illegible] orto Stoicorũ ſentẽtia, cuius ſectæ principes fuiſ[illegible]tur Zeno & Chryſippus, vt ait Hieron. eſt poſſe [illegible]aſſionẽ eradicari & extirpari de mẽtibus hom[illegible]oc idẽ vſenſerũt veteres Academici. peripatetici autẽ dicũt eaſdẽ paſſiones frangi, regi & moderari, & quaſi infrænes equos quibuſdã lupatis coerceri. Quorum ſentẽtias ponit Tul. in Tuſcul. quæſt. & Clem. Alex. in ſtromatibus.

Paradoxa Ciceronis partim vera partim falſa. vide Maioragiũ in Ciceronis paradoxis.

Liber autem Ciceronis paradoxorum de ſentẽtiis Stoicorũ totus contextus eſt. Quorũ quidẽ quędã vera ſunt, plura autem falſa. hęc autẽ ſunt ſex paradoxa, quæ ibi ponuntur, primũ ꝙ honeſtũ eſt id ſolũ bonũ eſſe, ſecundũ, in quo virtus ſit, ei nihil deeſſe ad beatẽ viuendũ. tertiũ omnia peccata eſſe æqualia, quaſi nõ ſit gradꝰ ĩ culpis maior, & minor: quartũ omnes ſtultos inſanire, quĩtũ omnes ſapiẽtes liberos eſſe, & omnes ſtultos ſeruos, ſextum ſolus ſapiens diues eſt. Item Stoicorum ſunt illa quæ ponit Sen. libr. de benefic. Negamus iniuriam accipere ſapientẽ, qui tamen illũ pugno percuſſerit, iniuriarũ damnabitur. Negamus ſtulti quicquam eſſe, & tamen eumqui rem aliquã ſtulto ſubripuerit, furti iudicio cõdemnabimus. Inſanire omnes ſtultos dicimus, & tamen omnes non curamus helleboro, his ipſis quos vocamus inſanos, & ſuffragiũ & iuriſdictionem cõmittimus. Dicunt Stoici inquit Sen. lib. de benefi. Nihil poteſt ad malos peruenire quod proſit, immo quod non noceat, quæcunque enim illis contingunt, in ſuam naturam uertunt. Ideo nec beneficium dare poſſunt, quoniã nemo poteſt, quod nõ habet dare: hinc benefaciendi voluntate carent. ſed quamuis hæc ita ſint tamen accipere quædã malus poteſt, quæ beneficiis ſimilia ſunt, quibus non redditis ingratus erit. Sunt animi bona, ſunt corporis, ſunt fortunæ, prima à ſtulto & malo ſubmouentur, Peripatetici verò qui fœlicitatis humanæ longè lateq; terminos ponunt, aiunt minuta beneficia peruentura ad malos, quæ qui non reddit ingratus eſt. Nobis autem non placet eſſe beneficia, quæ animum non ſunt factura meliorem. Commoda tamen eſſe illa, & expetenda non negamus. Idem Sen. 7. de benefic. Dicitis ô Stoici omnia ſapientis eſſe. Quomodo ergo poteſt aliquis dare aliquid ſapienti, ſi omnia eius ſunt. Sed nihil prohibet aliquid & ſapiẽtis eſſe, & eius qui poſſidet. Iure ciuili omnia regis ſunt, & tamen illa, quorum ad regem pertinent vniuerſa poſſeſſio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt, dare tamen regi & domum & pecuniam poſſumus, & mancipium, nec tamen dare de ſuo dicimus, ad regem enim poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas. Idem in eodem. Nos Stoici quędam petimus vltra modum, vt ad verum & ſuum redeam. Cùm dicimus ille dati beneficij meminiſſe non debet, hoc volumus intelligi, prædicare non debet, nec iactare, nec grauis eſſe. Quoties tibi parum fiduciæ eſt in his, quibus imperas, amplius exigendum eſt, quàm ſatis eſt, vt præſtetur, quantum ſatis eſt. In hoc omnis hyperbole extenditur, vt ad verum mendacio veniatur. Nunquam tantum ſperat hyperbole quantum audet, ſed incredibilia ſuadet, vt ad credibilia perueniat, hæc ille. Sed notandum quod Apoſtolus ait, Dominus non indiget noſtro mendacio. Et Augu. 22. quæſt. 3. ca. vnico. primum. ait ad ſalutem ſempiternam nullus ducendus eſt opitulante mendacio. Idem Sen. Si promiſeris alicui te daturum beneficium, & poſtea ſcieris eum eſſe ingratum, dabis an non, ſi facis, ſciens peccas, das enim cui non debes dare. Si negas, & hoc modo peccas, quia non das, vt promiſiſti, conſcientia noſtra hoc modo titubat, & illud ſuperbum promiſſum, Nunquam ſapientem conſilij ſui pœnitere, nec vnquam emendare, quod fecerit, nec mutare conſilium. Non mutat ſapiens conſilium omnibus his manentibus quæ erant cùm ſumeret. Cęterum ad omnia cum exceptione veniet, ſi nihil inciderit, quod impediat. Imprudentium enim iſta fiducia eſt, fortunam ſpondere ſibi, ſapiens vtranque partem eius cogitat. Tunc fidem fallam, tunc inconſtantiæ crimen audiam, ſi cum omnia eadem ſint, quæ promittente me erant, non præſtitero promiſſum. Omnia eſſe debent, quæ fuerunt cùm promitterem, vt pœnitenti fidem teneam. Item Aug. lib.14. de ciui. Dei. cap.8. ait, Quas Græci εὐπαθείας, Latinè autem Cicero conſtantias vocat, Stoici tres eſſe voluerunt, pro tribus perturbationibus in animo ſapientis, pro cupiditate, voluntatem, pro lætitia, gaudium, pro metu, cautionem, pro ęgritudine verò vel dolore quem nos ambiguitatis vitandæ cauſſa triſtitiam maluimus dicere, negauerunt eſſe poſſe aliquid in animo ſapientis. Voluntas quippe inquiunt appetit bonum, quod facit ſapiens. Gaudium de bono adepto eſt, quod vbique adipiſcitur ſapiens. Cautio deuitat malum, quod debet ſapiens deuitare. Triſtitia porro, quia de malo eſt quod iam accidit, & nullum malum exiſtimant poſſe accidere ſapienti, nihil in eius animo pro illa eſſe poſſe dixerunt. Apud nos autem non tam quæritur, vtrum pius animus iraſcatur, quàm vnde iraſcatur. Nec vtrum ſit triſtis, ſed quare ſit triſtis. Nec vtrum timeat, ſed quare timeat, hæc Auguſt. Stoicorum quoque creditur eſſe illa ſententia inquit Vin. ſpe. hiſto. lib.6. cap.53. Qui vnam virtutem habet, habet omnes, & qui vnam non habet, nullam habet. Similiter de vitiis dicunt, qui vnum habet, habet omnia, hoc tamen de vitiis non eſt verum, cum & vitia aliquando ſibiinuicem contrarientur, & contraria mutuò ſe expellunt. Nec eodem tempore ſimul ſe compatiuntur in codẽ, ſicut auaritia & prodigalitas & huiuſmodi.

Sapiẽs iniuriam nõ accipit. Sẽ. lib.2. de benef. c.35. — Beneficiũ mali nec dãt nec accipiunt. Sen. lib 5. de benefi. cap.12. — Malus accipere aliqua poteſt beneficiis ſimilia. ca. 13.

A M. 3707. — lib.7. ca 4. Iure ciuili regis ſunt omnia. — Stoici hyperbolis cur vtãtur cap.22. — cap.23. — Id innuit Apoſt. Rom.3. — Aug lib. de men c.4. & habetur 22 q 2. c. primum. — Sen. lib.4. de Bene. c.34. — Promiſſũ quãdo nõ reddendũ. — Quãdo fides fallitur. cap.35 — Stoici tres ponũt conſtantias ex Cic. l.4. Tuſcul. hæc iumgta ſunt. — Chriſtiani de his paſſionibus quid ſentiant. ibid. c.9. — Cic. in.1 [illegible] oratore.

§. X.

ANNO

A.M. 3707

ANno Philadelphi 15. floruit Heraſiſtratus medicus, hic vt legitur pulſu cognouit amantē vt refert Valc. quòd cùm Antiochus Seleuci filius nouercæ in amore correptus eſſet, ab Eraſiſtrato medico ſanatus eſt, qui pulſum eius modo vegetiorem, modo languidiorem ſentiēs, ſecundū acceſſum & receſſum nouercæ, id patri indicauit, qui cariſſimam, coniugem filio cedere non dubitauit, hæc ille. Sed peſſimè fecit vterque.

Heraſiſtratus medicus floret Euſ. in Chron. Val. lib. 5. c. 7. Appia de bello Syriaco. Plut in Antiocho. Antioc. 3. rex Syriæ Euſ. in Chr. θεὸς i. Deus. In ca. 11. Dan. Iuſt. in lib. 24.

Anno Philadelphi 29. regnauit in Syria Antiochus qui vocabatur θεὸς, & regnauit annis 15. hic vt ait Hier. ſuper Dan. aduerſus Philadelphum bella geſſit quam plurima, totiuſque Babylonis & Orientis viribus contra eum dimicauit. Volens itaque Ptolemæus Philadelphus poſt multos annos moleſtum finire certamen, filiam ſuam nomine Berenicen Antiocho vxorē dedit, qui de priore vxore Laodice duos filios habebat, Seleucum qui cognominatus eſt Callinicus, & alterum Antiochum. Deduxitque eam vſque ad Peluſium & infinita auri argenti millia dotis nomine dedit. Antiochus autem Berenicem conſortem regni habere ſe dicens, & Laodicem in locū cōcubinæ, poſt multum verò temporis amore ſuperatus Laodicen cum liberis ſuis reduxit in regiam. Quę metuens ambigui viri animum, ne Berenicem reduceret, virum ſuum per miniſtros veneno interfecit, Berenicem autem cum filio, qui ex Antiocho natus erat, Icadioni & Genneo Antiochiæ principibus occidendā tradidit, filiumque ſuum maiorem Seleucum Callinicum in patris loco regem conſtituit. Porro de morte illius Antiochi narrat Valc. quod hoc modo celata fuerit, Regi inquit Antiocho vnus ex æqualibus & ipſe regię ſtirpis nomine Artemo, perquam ſimilis fuit, quem Laodice, vxor Antiochi, interfecto viro diſſimulandi ſceleris, cauſa in lecto perinde quaſi ipſum regē ægrum collocauit. Admiſſumque vniuerſum populum & ſermone eius & vultu conſimili feſellit. Credideruntque homines ab Antiocho moriente, Laodicē ſibi & natos eius commendari. De hoc Philadelpho rege Ægypti dicit Hieron. ſuper Dan. quod apud Græcos habitus eſt orator & Philoſophus, tantæq; potentiæ fuiſſe narratur, vt Ptolemæum patrem vinceret. Narrant hiſtorię eū habuiſſe peditum 200. milli. equitum 20. millia, curruum verò duo milia, & elephātos quos primus eduxit ex Æthyopia 400. Naues longas quas nunc liburnas vocant, mille quingētas, alias ad milium cibaria portanda mille, auri quoque & argēti grande pondus, ita vt de Ægypto per ſingulos annos 14. millia & 800. talenta argenti acceperit & frumenti artabas, (quæ menſura tres modios & tertiā partē modij continet) quinquies millies centena millia.

Mors Antiochi. Seleucus Callinic. Valc. max. l. 9. ca. 15. Hieron. in 11. Dan. Beda in Chron. Ptolemæ. euergetes Ægypti rex Com. in hiſtor. Iud. ca. 8. Hier. in Daniel. Euſeb. in Chro.

§ XI.

PoSt Philadelphū regnauit frater ei' Ptolemæus euergetes, vt refert Com. qui ab Ægyptiis Euergetes dictus eſt, quod reuectionem ſonat, quia poſt vaſtatā Syriā & Ciliciā & partē Aſiæ inter innumera ſpolia quæ cœpit etiam Deos eorum, quos Cambyſes in Perſas tranſuexerat, reuexit. Eo tempore Iudæorum pontifex Onias Simonis iuſti filius, cui ſucceſſit Simon filius eius, ſub quo ª Ieſus filius Syrach librū ſapientiæ qui Eccleſiaſticus dicitur compoſuit, quē Græci πανάρετον nominant ἀπὸ τοῦ πᾶν, quod eſt omne & ἀρετὴ quod eſt virtus, quaſi totus de virtutibus, vnde de ipſo Simone in eo facit mentionem, inter Apocryphos tamen ab Hebræis ponitur. Porro Onias cū

εὐεργέτης idem eſt quod beneficus & benemeritus quo nomine hic eſt dictus, quia cum ex Perſide deos reuexiſſet, de Ægyptiis benemeritus crederetur. Hiero. ibid.

tributa negaſſet Euergeti, zelo legis vel potius ex auaritia, vt dicit Ioſephus, compulit regem in iram. Et miſſus eſt legatus a Iudæis etiam inuito Onia ad regem Ioſephus vir nobilis, & Tobias filius ſororis Oniæ, qui non ſolum reformauit pacem, ſed remiſſus eſt a rege, dux iudæorum & finitimarum regionum.

A.M. 3707. Ioſeph. li. 12. antiq. c. 3. & 4. Euſeb. in Chron. Ioſephus miſſus legatus.

Eo tempore Ennius poëta Tarentinus naſcitur, qui à Catone quæſtore Romam tranſlatus eſt parco ſumptu contentus, & vnius ancillę miniſterio.

Ennius naſcitur & Ptolemæ' Philopator regnat Euſ. Chr. Com. in hiſt. Iuan. cap 9.

Poſt Euergetē regnauit filius eius Ptolemęus Philopator poſt quem Ptolemæus Epiphanes. Mortuus eſt ille Epiphanes anno regni ſui 24. veneno interfectus à ducibus ſuis, vt ait Hiero. ſuper Dan. Nam cùm vnus quæreret ab illo tantas res moliens, vnde haberet pecuniam. Reſpondit amicos ſibi eſſe diuitias. Quod cum diuulgatum eſſet in populis, timentes duces, ne eorum auferret ſubſtantiam, maleficiis artibus eum occiderunt. Poſt quem Ptolemæus Philometor regnauit quem vicit rex Syriæ Antiochus magnus, & Iudæam ſibi ſubiugauit. Pontifex Iudæorum maximus Onias filius Simonis inſignis habetur, ad quem ad reparandum fœdus, quod legerat fuiſſe inter Abraham & maiores ſuos, Lacedemoniorū rex Arius legatos miſit. Porro Antiochus rex tributa ſeptimi anni & miniſterium templi quæ relaxauerat Philadelphus, Iudæis reuocauit. Qui dum finitimas regiones ſupra modum infeſtaret, delata eſt res ad Romanos, & miſſi ſunt ad eum Scipio Aphricanus, & Scipio Naſica, vt ab infeſtatione dicta ſub religione iuſiurandi remouerent eum, inſuper tulerunt filium eius Seleucum [illegible] tem, quem volens recipere ab eis tradidit e [illegible] uum minorem natu Antiochum ſcilicet [illegible] ita quod eſſet obſes perpetuus: id eſt nunquam rediturus. Propter eiuſdem Antiochi ſæuitiam, Onias deſcendit in Ægyptum ad Ptolemæum Epiphanem. Occiſus eſt autem ipſe Antiochus magnus in Perſide in fano Naue, membratim diuiſus à ſacerdotibus, qui in dolo promiſerant ei theſauros, & cum paucis inducentes eum in adytum occiderunt.

Hieron in c. 9. Dan. Hieron. in ca. 9. Dan. Ptolemæ' Philometor regnat. Ioſ. lib. 12. antiq. c. 5. Ptolemæ' Philometor. Mors Antiochi lib. 1. Mach. cap. 1. con ſentit Iuſti. cap. 32.

ª Liber eccleſiaſticus hoc tēpore nō cōpoſitus primo fuit, ſed ex Hebræo in Græcum ſermone à Ieſu ſuo Syrach tranſlatus eſt, qui prius ab auo ipſius eiuſdem nominis Hebræo ſermone ſub nomine Miſle. i. prouerbiorū editus fuerat, vt apertè colligitur ex prologo eiuſdem libri, qui in bibliis habetur, & D. Hier. in præfat. 115. Porro hic liber etiam apud Hebræos inter Canonicos recenſitus eſt. Nam in primis D. Cyprianus contra Hebræos teſtimonia proferens eo vtitur & Ioſephus aduerſus Appionem lib. 20. pag. 948. græci exemplaris & R. Sam. in par. iſt. veri Meſſiæ cap. 19. Cæterum quam plurimi S. Patres huic libro, tanquam ſacro auctoritatem tribuerunt vt Clemens Alexand. 7. Strom. Sixtus. 1. in ep. ad omnes fratres, Marcellinus ad Salo. ep. Fabianus ad omnes orien. epiſ. Sixtus 2. ad Gratū Damaſus ad Italos. Greg. Nazian. oratio. 8. Baſil. lib. 4. cō. Eun. Am. in 7. cap. 1. Cor. Hier. in c. 10. Eccleſ. Epiph. Hær. 76. Aug. lib. 17. de ciuit. c. 8. & in 2. de doct. Chriſt. ca. 8. Denique Concil. Carth. 3. & Lateranenſe Magnum, & Gelaſij Catalogus & Conc. Tridentinum hunc inter diuinæ ſcripturæ libros recenſuerunt. vide plura apud Sixtum Sen. l. 1. & 7. Biblioth. Genebr. n. in Chron. Pamelium in Diuum Cyprianum.

§. XII.

Seleucus rex Syriæ peſſimus Euſeb. in Chron. Com. eſt ibid c. 10

POſt Antiochum magnum regnauit in Syria filius eius maior Seleucus peſſimus, ſed iners Pont.

A.M. 3809.

Pontifex Iudęorũ fuit Onias, nam Onia tranſeunte in Ægyptũ, vt dictũ eſt, filius eius Simon ſedit pro eo, cui ſucceſſit filius eius Onias. Sub hoc miſit Seleucus Heliodorũ in Hieruſalẽ ad ſpoliãdũ omne ærariũ tẽpli, cui ingreſſo apparuit quidã terribilis equeſtet armat⁹ cuius equus pedib. priorib. eũ percutiẽs, piecit in terrã. Et exinde alij duo ſequentes accerrimè verberauerunt eũ. Quos dicit Ioſephus angelos fuiſſe, aliqui dicunt eum mortuũ, alij ſemiuiuũ relictum. Sed Onia orante pro eo reſuſcitatus, vel ſanatus eſt plenè, reuerſus ad regẽ nuncians Dei virtutẽ in ſe expertam, & hoc habetur. 2. Mach. Eo tẽpore Ariſtobulus natione Iudæus peripateticus Philoſophus ſcripſit cõmentarios explanationis in Moyſem Ptolemæo Philometori. Audiẽs aũt Antiochus, qui Romæ obſes erat pro patre, patrẽ mortuũ ſciẽſq; fratris inertiã, de regno Syriæ habendo præſumens, clã Roma egreſſus eſt, licet quidã tradant eũ ſub conniuentia ſenatorũ rediiſſe, reuerſúſq; in Syriam benignũ ſe omnib. & munificũ exhibebat. Strenuus erat in agẽdis & acer in hoſtes, vnde & à populo cognominatus eſt ἐπιφανὴς, quod ſonat illuſtris. Poſt biennium aũt, vt ait Iuſt. rex Syriæ Antiochus Ptolemæo maioris ſororis ſuæ filio regi Aegypti bellũ infert, ſegni admodũ, & quotidiana luxuria ita marcido, vt non ſolum regiæ maieſtatis officia intermitteret, verum etiam ſenſu hominis nimia ſagina careret. Pulſus ergo è regno ad fratrẽ ſuum minorẽ Ptolemęũ Alexandriam confugit, participatóq; cum eo regno legatos Romam ad ſenatũ mittunt. Cum ergo duo fratres Ptolemæi obſiderentur Alexandriæ ab auunculo ſuo, venerunt legati Romanorũ, quorũ vnus P. Popilius excedere eũ Aegypto iubet. Cùm aũt rex oſculum ei obtuliſſet. (Nã inter cæteros nouerat Popiliũ Antiochus cũ Romæ obſes eſſet) Popilius faceſcere interim priuatã amicitiam iubet, cũ mandata patriæ intercedant. Prolatóq; ei ſenatus decreto & tradito, cũ cunctari eũ videret, conſultationémq; ad amicos referre, fecit Popilius (vt ait etiã Hier. ſuper Dan.) orbẽ, id eſt circumitũ in arenis baculo, quẽ tenebat manu (nã in littore inuenerat regẽ ſtantẽ) & circũſcribens eũ dixiſſe fertur, Senatus populuſque Romanus præcipiũt, vt in iſto loco reſpondeas, quid conſilij geras, quib. dictis perterritus Antiochus dixit, Si hoc placeat Senatui Populóque Romano, recedendũ eſt, nõ legatũ locutum, ſed ipſam curiã ante oculos poſitã credens. Poſt bienniũ poſtquam tẽplum ſpoliauerat Antiochus miſit in Hieruſalẽ, qui tributa exigerent à Iudęis, & transferrẽt cultũ Dei, & in tẽplo Iouis Olimpij ſimulachrum & Antiochi ſtatuas ponerent, & eo tempore apud Macedones regnauit Perſes ſecundum Euſebium.

Heliodorus templum ſpoliare volens male mulctatur. 2. Mach. 3.

Euſeb. & Bed. in Chro. Cõm. ibid. cap. 11.

Antioch⁹ Syriæ regnum occupat. 1. Mach. 1. Comeſt. li. 16. c. 11.

Iuſt. lib. 34.

Popilij læ uatis legati Pop. Rom. factũ admirabile ex Hier. in 11. c. Dan. refert hoc ipſum Val. li. 6. c. 4. App. in bello Syriaco Plutar. in apopht. Plin. li. 34. c. 6. Iuſt. ibid.

Antioch⁹ ſacros Iudæorũ cit⁹ exerceri impedit 1 Mach. 1. & 2. cap. 5. Euſeb. in Chr.

§. XIII.

Summa li. Machabæorum. Euſ. in Chro.

SVB iſto ergo Antiocho, qui dictus eſt ἐπιφανὴς. i. illuſtris, cœperunt geſta quæ narrantur in libris Machabæorũ [a] qui licet apud Hebræos inter Apocryphos numerentur, tamen Eccleſia eos recepit, vt doctrinã vtilem, figurantem prælia ſpiritualia dæmonũ, contra populum Dei, & diuiſiones & ſchiſmata in Eccleſia orta. Et in primo cap. primi libri dicitur, quod ex illis, qui ſ. regnauerunt poſt Alexandrũ magnum, exiit radix peccati Antiochus illuſtris, qui fuerat Romæ obſes, filius Antiochi regis magni, qui regnauit, ſcilicet in Syria poſt mortẽ fratris eius, ſcilicet Seleuci, qui miſerat Heliodorũ ad ſpoliandum tẽplum, ſed flagellatus ab angelis vacuus receſſit anno 137. regni Græcorum. In dieb. illis exierunt de Iſrael filij iniqui, & perſuaſerunt multis dicentes, eamus & diſponamus teſtamentũ cum gentib. Quod fecerunt, mittentes ad ipſum Antiochũ petentes licentiã ab Antiocho, propter hoc oblata magna pecunia, vt facerent gymnaſiũ in Hieruſalem, id eſt ſcholas ad docendum ritus gentilium, & ephæbiam, id eſt proſtibulum maſculorum. Quæ omnia obtinuerunt & fecerunt, dimittentes circuncíſionem & alias ceremonias legis & contendentibus duob. ex ſacerdotib. de ſummo pontificatu, ſcilicet Iaſone & Menelao, qui vt placerent regi mutauerunt nomina ſua propria. Nã Iaſon dicebatur Ioannes & ſumpſerunt ſibi nomina gentiliũ, hi in Iudæa ſcelera perpetrare cœperunt. Nã antea omnia ſecundum ordinẽ legis etant. Ipſe Onias verus põtifex erat bonus & frater Iaſonis, ſed ab Antiocho eo amoto factus eſt Iaſon oblata magna pecunia. Et vt dicit Aug. tunc extinctus eſt ignis altaris tẽpli, qui vixerat ſub aquis tempore captiuitatis Babylonicæ, vt habetur. 1. quæſt. 1. Sicut eunuchus, propter ſacerdotiũ emptũ in deteſtationẽ ſimoniæ. Et rex accepit dominiũ ſuper Iudæos & fecit in Iudæa cædẽ magnã, & ſpoliauit tẽplũ, vt dictũ eſt ſuprà, & mãdauit omnib. Iudæis ſub pœna mortis aſſumere ritus gentiliũ. ponens ſimulachrũ Iouis in templo vt ei ſacrificaretur, & libros legis Dei fecit cõburi, & apud quos inueniretur, occidi. Et ſimiliter eos q legalia ſeruarent. Et propter hoc multi occiſi ſunt, quia legẽ ſeruabant, de quib. habetur in 2. lib. Mach. in quo ſupplentur quædã omiſſa in 1. lib. geſta tamen tẽpore illo. Vbi in 1. c. & 2. ipſius ſecundi libri ponitur epiſtola miſſa ab his, qui erant in Hieruſalem ad Iudæos diſperſos in Ægyptũ, narrantes magnas tribulationes ab eis prius perpeſſas, ſed à Deo liberatos exhortantes eos cũ ipſis gratias agere & feſta peragere purificationis tẽpli. Fit mẽtio in c. 3. de Heliodoro miſſo ad ſpoliandũ tẽplũ, ſed in expoliatione ab angelis flagellato, de quo ſuprà. Exinde narratur, quod mortuo Seleuco frater eius Antiochus Epiphanes qui fuerat Romę obſes, ſed mortuo Antiocho magno patre eius reuerſus fuerat Roma in Syriã, ſuſcepit regnũ, ad quẽ

2. Mach. 13.

Iaſon & Menelaus de ſacerdotio contendũt e 4. vide Ioſeph. lib 12. c. 6. qui Iaſonẽ antea Ieſũ Menelaũ vere Oniam vocatum ſcribit. Ibid. c. 5.

Quæ in ſecundo lib. Mach. continentur præcedunt ea quæ in lib. 1. habentur.

a Libros Machabæorũ apud Hebræos ĩter Apochryphos receſſos fuiſſe non prorſus D. Antonino concederẽ. Nam inprimis encæniorũ illa celebritas, quam Chriſtus D.N. ſua præſentia decorauit Ioan. 10. fuit illa quam cap. 4. lib. 1. Iudas & fratres eius, vt quotannis ageretur inſtituerunt, vt etiã fatetur D. Ant. tit. 6. c. 3. §. 10. Præterea quæ habet Apoſtol⁹ ad Heb. c. 11. de his q propter fidẽ vicerũt regna operati ſũt, iuſtitiã & fortes facti ſũt in bello, caſtra verterẽ exterorũ, & q diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionẽ, vt meliorẽ inuenirent reſurrectionẽ ad nullos alios referri poſſunt quã ad eos, quorum geſta & perpeſſiones in his ipſis libris habẽtur. Nã in 2. Mach. c. 6. ſuppliciũ quo illi affecti ſunt τύμπανος dicitur. Ibenim de Eleazaro habetur αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσῆγε, & paulò pòſt ταῦτα δὲ εἰπὼν ἐπὶ τὸ τύμπανον εὐθέως ἦλθε, ſed Apoſt. dicit, loco ſuprà citato ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, formato à ſupplicij nomine verbo, vnde ſequitur de iis non de aliis Apoſt. fuiſſe locutũ. Quis porro adeo demens eſt, qui credat Apoſtolũ apud Hebræos apocryphorũ teſtimonio vti voluiſſe. Quare cum doctores dicũt hos libros & ſimiles in Canone Hebræorum non eſſe hoc de Canone veteri ſub Eſdra condito eſt intelligẽdum. Nã poſt primũ illũ Canonẽ alij poſt eã cõditi ſunt, in quo Sapientia Salomonis, Iudit, Thobias, Eccleſiaſtic⁹ & Machabæorũ libri ſunt repoſiti. Porro Synagogæ iudiciũ vetus Eccleſia ſecuta hos libros inter Canonicos recẽſuit, & nõ modo vt doctrinã vtilẽ eos recepit, ſed ad confirmanda dogmata fidei & confutandos errores iis vſa eſt. Nam Tertull. aduer. Iudæ expugna. Mach. in die Sabbathi Iudæorum Sabbatum impugnat. & D. Cyprianus in exhort. ad Martyr. ex Mathatiæ facto idololatras interficiẽdos eſſe arguit, & D. Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda ſacrificiũ pro mortuis fieri debere demonſtrat & innumerabiles alij. vide Sixtum Sen. lib. 1. & 7. Biblioth. Geneb. in Chronol. Melchiorem Canũ in lib. de locis Theol. & plures alios.

A.M. 3809.

accedens Iaſon frater Oniæ ſummi ſacerdotis, promiſſis regi talentis argenti, trecentiſquadraginta obtinuit ſummum ſacerdotiũ. Qui& alia 150. talenta promiſit pro licẽtia obtinẽda ad cõſtruẽdũ gymnaſiũ in Hieruſalẽ, & ephebiã. Qui peſſimus Iaſon miſit de Hieroſolymis drachmas 300. in ſacrificiis Herculis, propter præſentes tñ data ſunt ad fabricã nauium triremiũ. Et Menelaũ fratrẽ cuiuſdã Simonis, qui inſtigauerat Seleucũ ad mittendum Heliodorũ ad tẽplum ſpoliandum, vt dictũ eſt ſuprà, miſit ipſe Iaſon ad regẽ cum multis pecuniis, quib. in ſeipſum Menelaus retorſit ſummum ſacerdotiũ, addens ad ea quæ obtulerat Iaſon 300. talenta argenti pro eo obtinendo, qđ & à B rege obtinuit. Et cũ Menelaus non ſolueret pecunias promiſſas pro ſacerdotio ſummo obtinendo, amotus eſt à rege, & cõſtitutus pro eo frater ipſius Lyſimachus dictus. Cum aũt rex Antiochus de Antiochia proficiſcẽs, reliquiſſet ibi vice ſui vnũ ex comitib. ſuis Andronicũ nomine, Menelaus ipſe furatus aliqua vaſa tẽpli donauit Andronico ad captandã beneuolentiã eius.

Onias ſacerdos occiſus ab Andronico.

Super quo argutus ab Onia ſancto viro ſacerdote, indignatus rogauit Andronicũ, vt occideret Oniã, quod & fecit. Sed reuerſus rex hoc audiẽs de iniuſta morte tanti viri dolens & lachrymans, Andronicũ ipſum purpura exutũ occidi fecit, vbi Oniã occiderat. Multis C autẽ ſacrilegiis à Lyſimacho in tẽplo perpetratis Menelai conſilio & auro inde aſportato, fama de hoc diuulgata, inſurrexit multitudo populi cõtra Lyſimachũ & facta ſeditione inter Lyſimachũ trib. millib. armatorũ aſſociatũ, & populũ plurib. hincinde interfectis demũ ipſe Lyſimachus ſacrilegus ſecus ærarium occiſus eſt.

Lyſimachus pſeudo pontifex malè perit. ibid.

Menelaus autem propter auaritiam potentum, & fauentium permanebat in potentia, creſcens in malitia.

2. Mach. c. 5. Ioſ. lib. 12. c. 6.

Eo tẽpore Antiochus ſecundã profectionẽ parauit in Ægyptũ ad eã ſubiiciendã. Contigit aũt per vniuerſam Hieroſolymorũ ciuitatẽ videri dieb. 40. per aera equites diſcurrentes auratas ſtolas habẽtes & haſtas, D quaſi cohortes armatas, & curſus equorũ, & telorũ ictus & galeatorũ multitudinẽ gladiis diſtrictis, omniſq; generis loricarũ. Quapropter omnes rogabant in bonũ monſtra conuerti. Interea cum exiſſet falſus rumor de morte Antiochi, Iaſon ſecũ iunctis mille viris aggreſſus eſt ciuitatẽ, qua cauſa Menelaus fugit in arcẽ. Et facta magna cæde Iaſon principatũ quidẽ non obtinuit, vt quærebat, ſed profugus in Ammanitẽ, poſtea in Ægyptũ fugiens de ciuitate in ciuitatẽ, omnib. odioſus vt refuga legũ, & execrabilis, vt patriæ & ciuium hoſtis apud Lacedæmonios illamentatus & inſepultus moritur.

Iaſonis põtificis excetitus.

Eiuſdem mors infamis.

Crudelitas Antiochi. Ioſ. lib. 12. c. 7.

His ita geſtis, ſuſpicatus rex Antio- E chus ſocietatẽ deſerturos Iudæos profectus ex Aegypto venit Hieroſolymã, iubẽs ſuis nemini parcere, ſed occurrentes eis occidere, & per domos intrare ad idẽ. Ex quo factũ eſt, vt triduo 80. millia eſſent interfecti, & 400. millia vincti, nõ minus venundati. Auſúſq; eſt intrare tẽplum Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor, & ſancta vaſa ſceleſtis manib. contrectare, & auferre, ac etiã mille octingentis talentis argenti de tẽplo aſportatis reuerſus eſt Antiochiã: Reliquitq; in Hieroſolymis Philippum genere Phrygium, crudeliorem ſe ad affligendum populum, & in Garizim Menelaum. Miſitque odioſum principẽ Apollonium cũ F exercitu, 22. milliũ. Qui Hieroſolymam veniens pacem ſimulans die ſabbati feriantibus Iudæis ſuos arma capere iuſſit, & monet occurrentes trucidare. Iudas autem machabæus in deſertũ ſeceſſerat cum multis fœni cibo veſcẽtes, vt dicetur infra. Non multò pòſt miſit rex quemdã ſenem Antiochenum, qui compelleret Iudæos ad transferendum ſe à Dei legibus ad ritus

2. Mach. c. 6.

A gentilium, & vt poneret in tẽplo idolum Iouis. Sicq; templum repletum eſt luxuria, & comeſſationibus, cogebãturque ſub pœna mortis ad ſacrificia idolorum, & in vicinas ciuitates ſuggerentibus Ptolemæis idem edictum erat. Duæ mulieres delatæ quæ filios circuncidiſſent, paruulis ad vbera ſuſpenſis per ciuitatem circunductæ de muris præcipitatæ ſunt. Eleazarus vnus de primoribus ſcribarum antiquus, compellebatur carnem ſuillam edere, quod eſt contra legem. Et cum nollet, ab amicis ſuis ſuaſus eſt, vt ſaltem hoc fingeret egiſſe, vt mortem euaderet, qui noluit vti tali fictiõe, ne alij exemplo eius cũ audiẽtes hoc egiſſe, ad eden- B dum eas inducerentur, vnde & ad mortem vſque flagellatus eſt exemplum conſtantię relinquens. a Inter hęc ponitur celebre martyrium apud Antiochiam celebratum, matronæ cuiuſdam cum ſeptem filiis quę varios mortis cruciatus perpeſſa eſt ab Antiocho, ne Dei legem violaret edendo carnes porcinas contra legem, ad quod à rege compellebantur, matre vidente & eos ad tolerantiam animante, & ſinguli eorum dũ torquerentur, verba promebant atteſtantia fidem reſurrectionis corporum, & regem arguentia, vnde & eccleſia latina ſolum de his feſtum agit prima die Auguſti ex omnibus ſanctis veteris teſtamenti, ob mi- C rabilem conſtantiam oſtenſam pro legis obſeruatione.

A.M. 3809.

De ſeptem fratrib. machabęis martyrib. 2. mach. c. 7.

a De his ſeptem Machabæis extat Ioſephi liber πεϱὶ αὐτοκϱάτοϱος λογισμοῦ inſcriptus & latine redditus. de iiſdem eſt oratio Greg. Nazianzeni. 21. Chryſoſt. homil. in eorũ natali, & D. Leonis ſermo, item Ambroſij præfatio & cap. 11. lib. 2. de beata vita. Ber. ep. 30. & multa alia coluntur. 1. Aug.

§. XIIII.

D REVERTENDO ad ea, quæ in primo libro Machabæorum habentur. Cùm ab Antiocho in principio iniſſum fuit edictum, vt Iudæi tranſirent ad ritum gẽtium quidam de genere ſacerdotali de vico Ioarim nomine Matathias, qui habebat quinque filios in armis ſtrenuos, ſcilicet Ioannem, Simonem, Iudam Machabæum, Eleazarum & Ionatham, dolens vehementer ex zelo legis de huiuſmodi mandato regis, receſſit cum filiis ab Hieroſolymis cum omnibus qui habebant zelum legis, & conſedit in monte Modin. Nuncij ergo regis venientes in ciuitatem Modin, ad inducendum homines ad obe- E diendum regi in obſeruatione ritus gentilium, & idololatriam, ſuadebant Matathiæ vt digniori, vt primus hoc ageret ad conſequendam amicitiam regis, & munera & honores ab eo obtinendum. Qui expreſſe contradixit, ſed & quemdam Iudæum, qui in conſpectu eius idololatrabat occidit zelo Dei, & nuncium regis, qui hoc iubebat. Et dimittens ciuitatem, & omnia bona eorum cum filiis & pluribus aliis zelantibus pro obſeruatione legis, fugit in deſerta. multique additi ſunt eis, quibus auditis, qui erant pro rege in Hieruſalem, accedentes ad eos mouerunt bellum in die ſabbati, quorum multi ob reuerentiam ſab- F bati nolentes reſiſtere, trucidati ſunt circiter mille, in ſimplicitate ſua morientes. Matathias autem cum ſociis meliori & prudentiori conſilio ducti decreuerũt, vt ſi in ſabbatis inimici eorum bellarent cõtra eos reſiſtere & viriliter dimicare, quod & fecerunt, & cõgregata eſt ad eos ſynagoga fortis viribus, omnis voluntarius in lege, & facti ſunt eis ad firmamentum, & diſcurrebat Matathias cũ ſuis per ciuitates Iudææ, deſtruẽs aras,

1. Mach. c. 2.

De Matathia & filiis eius. 1. Mach. 2. Ioſ. c. 18.

Matathias congregat exercitũ.

A.M. 5809.

aras,& circuncidens,& ipſe erat dux eorum,& pro ſperatum eſt opus in manibus eorum. Denique ad extrema deductus Matathias confortauit filios ad Zelum & obſeruantiam legis, inſtruens eos multis exemplis Abrahæ Ioſeph, Heliæ, & aliorum qui multa ſuſtinuerunt aduerſa pro perſeuerentia in virtute,& mortuus & lamentatus eſt ab omnibus. Surrexit autem Iudas [a] Machabæus filius eius pro ipſo dux exercitus prout ipſe Matathias deſignauerat, & adiuuabant eum fatres ſui, qui ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis, & perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & nominatus eſt vſque ad vltimum terræ. Surrexit autem quidam princeps Apollonius nomine cum multis contra eum, & debellatus & occiſus eſt à Iuda, qui & gladium Apollonij abſtulit, & erat ſemper in eo pugnans. Exinde alius dictus Seron dux exercitus Syriæ congregata maxima multitudine cũ ſe præparaſſet in prælium contra eũ, Iudas cõfortatis & animatis ſuis, qui pauci erãt reſpectiue,& fatigati ieiunio, vnde & timebant, pergẽs contra eum 800. de exercitu eius in fugam cõpulit. Antiochus autem iſtis auditis iratus eſt valde,& diſponẽs exterminare Iudæam & habitatores eius, dedit ſtipendia ſuis militibus per annũ. Sed cum timeret ſibi ſumptus deficere in poſterum acceſſit ipſe in Perſidem & Ptolemaidam pro pecuniis habendis, & mediam partem exercitus ſui dedit Lyſiæ de genere regio, apud quem & filium Antiochum nomine dereliquit. Lyſias autem elegit duces exercitus Ptolemæum, Nicanorem,& Gorgiam amicos regis & potentes, & miſit eos cum 40. millibus virorum, & 7. millibus equitum, vt diſperderent Iudæam. Et congregati ſunt mercatores multi ad emendum Iudæos in ſeruos quos exiſtimabant omnes facile eſſe ſuperandos. Quæ cum præſenſiſſet Iudas Machabæus cum ſuis, humiliauit ſe ieiunio & oratione in cinere & cilicio poſtulantes à Deo adiutorium. Vnus ergo ex legatis Lyſiæ Gorgias monit bellum quinque millia habens ſecum,& equites mille contra Iudam & ſuos, qui erant tria millia & inermes. Sed congreſſus in prælio Iuda & exhortans ſuos ad Deum exorandum, fugauit Gorgiam,& occidit de exercitu eius tria millia, acceptis ſpoliis eorum multis, Deo gratias referens.

Moritur Mathatias & Iudas Machabæus dux inſtituitur.

Geſta Iudę Machabæi.

Sequenti vero anno Lyſias congregato iterum exercitu, 60. millium virorum electorum & quinq; millium equitum, venit in prælium contra Iudam, qui promiſſa oratione ad Deum ſolum cum 10. millibus exiſtens victoriam obtinuit cæſis de exercitu Lyſiæ 5. millibus. Quibus peractis Lyſias viſa audacia Iudęorum, reuerſus eſt Antiochiã ad exercitum reparandum ſuum. Inſuper Nicanor cum Bacchide & Timotheo Principe exercitus venerunt contra Iudam habentem in comitatu ſuo ſeptem millia tantũ, & inimici erant in triplo plures: Iudas autem ſuos exhortatus ad confidentiam diuini auxilij, facta oratione pugnans cum ſuis deuicit eos, occiſis 20. millibus de hoſtibus, euadente Nicanore ex fuga ſua, vt habetur 2. Machab. 8. Interea quia

a Machabæorum nomen inde fluxit, quod Iudas militib. ſuis belli teſſeram dediſſet hãc ſententiam exodi 15. מי כמכה באלם יי *Quis ſicut tu in diis Domine cumque eum ſingulis ordinum vexillis tanquam certæ victoriæ omen per quatuor* מכבי *inſcribi iuſſiſſet populo breuitatis cauſam legente Machabæi paulatim optinuit vt huius teſſeræ auctor Iudas, fratres, & eorum poſteri Machabæi dicerentur. Heb. Gen. Sixtus.*

A Ioppitæ, vt amicos ſuſcipientes Iudæos ſecum habitantes in ſcaphis ſubmerſerunt, 200. ex eis doloſe, Iudas in vltionem huius, noctu veniens ſuccendit portum Ioppem, & Scaphas, & viros occidit. Iamnitis etiam, qui talia moliebantur contra Iudæos, ſimiliter fecit. Cum autem Iudas bellaret cum Gorgia & ſuis, occiſi ſunt aliqui ex Iudæis. Er cum poſt victoriam prælij Iudas procuraret corpora occiſorum vt ſepelirentur, inuenta ſunt ſub tunicis eorum donaria idolorum quæ acceperant in prælio contra Iomnitas eis prohibita, propter quod Iudas collatione facta miſit Hieroſolimã decem millia drachmas argenti offerri ibi pro peccatis mortuorum illorum. B Poſt quod Iudas Machabæus cũ ſuis euntes Hieroſolymam templum profanatum ab Antiocho purificauerunt ab immunditiis, reducentes in ſtatum priſtinum ſecundum legem, & ſolenne feſtum dedicationis celebrarunt, ſtatuentes & in futurum anniuerſariè obſeruari. Factum eſt autem cum gentes, quæ erant in circuitu Iudęæ, ſcirent quòd ſanctuarium eſſet reformatum vt prius congregati ſunt contra Iudæos ad delendum eos. Quibus occurrens Iudas in prælium, Idumeos percuſſit plaga magna, deinde Ammonitas contriuit cum duce ſuo C Timotheo. Et cum plurimæ gentes prælium mouiſſent tam Galaaditæ quam aliæ contra Galilæam habitantes Iſraelitis, petentibus illis auxilium per epiſtolas à Iuda, miſit Iudas Simonem fratrem ſuum cum tribus millibus ad liberandum fratres ſuos, qui ſcilicet erant in Galilæa vexati ab inimicis, & ipſe Iudas cum Ionatha fratre ſuo cum octo millibus acceſſit in Galaaditam ad adiuuandum eos. Et Simon quidem liberauit Galilæam occiſis tribus millibus hoſtium. Iudas ſimiliter cum Ionatha victoriam obtinuit cæſis octo millibus de inimicis, ciuitates rebelles cœpit, gladio exponens omnes viros D & mulieres. Poſt quod Timotheum cum multitudine gentium adiunctis ſibi Arabibus in auxilium Iudas cum ſuis contriuit ex eis fugientes ad fanum, & ipſum cum eis ſuccendit, & ciuitatem Ephron qui erat in via, quia noluerunt ei dare tranſitum innocuum, capiens eradicauit, omnes eius homines occidens. Et reuerſi ſunt in Hieruſalem benedicentes Deum. Ioſephus autem & Azarias qui fuerant relicti duces populi, qui remanſerant in Hieruſalem, & admoniti ne mouerent prælium contra aliquem quia non obedierunt, ſed audientes victorias Iuda E & Simonis ante reuerſionem eorum, vt etiam ipſi ſibi facerent nomen, mouerunt prælium contra gentes finitimas, fugati ſunt & debellati à Gorgia, occiſis duobus millibus ex eis.

A.M. 3809.

Deu. 7. De purificatione templi Hieroſolymorũ facta à Iuda Machabæo. 2. Mach. 5.

Iudæ & Ionathæ victoriæ.

Ioſephus & Azarias propter inobediẽtiã in bello cædũtur.

§. XV.

INTEREA rex Antiochus perambulans ſuperiores regiones, audito quòd in perſide ciuitas Elimais eſſet opulentiſſima, quæſiuit eam capere & captam prædæ exponere, ſed fugatus eſt,& contriſtatus valde reuerſus eſt Babyloniam, & cum ibi audiſſet de victoriis Iudæ contra Lyſiam & ſuos, F iratus eſt valde, vt habetur 2. Macab. 9. vbi plenius de morte Antiochi miſera enarratur. Et conſtitutus in itinere iuſſit Antiochus agitari currum vt citius applicaret Hieroſolymam, promittens ſe eam congeriem ſepulchri Iudæorum facturum. Sed ſubito percuſſus eſt à Deo inuiſibili plaga doloris viſcerum. Cumq; ſuperbia elatus ignem ſpitans ánimo in Iudæos, præcepiſſet accelari negotium, conti-

1. Mach. 6. Antiochi caſus grauiſſimus.

A. M. 3809.

git illum de curru cadere, & graui corporis colliſione vexari, & ita infirmari, vt de corpore eius vermes ſcaturirent, ac tanto fætore illius exercitus grauaretur, vt nemo poſſet fætorem illum ſufferre. Et cum dolor eius augmentari cœpiſſet, & ſuum fætoipſe ferre non poſſet, ait. Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Orabat autem ſceleſtus Deum, à quo nõ eſt miſericordiam

Miſerabilis mors Antiochi.

conſecutus (quia ſcilicet non vere pœnitebat) promittens ſe Hieroſolymam liberam facturum, & Iudæos Athenienſibus æquales conſtiturum, & templo Dei multa donaturum. Scripſit inſuper, & Iudæis epiſtolam magnam benignitatem ad eos prætendentem, & cum eſſet infirmatus ſperaret tamen ſanitatem, exhortabatur eos interim ad fidelitatem ſeruandam erga ſe & filium ſuum Antiochum. Sicque miſerabiliter vitam finiuit.

Timothe⁹ contra Iudæos pugnat infeliciter. 2.Mac. 10.

Timotheus qui alia vice ſuperatus fuerat iterum congregato maximo exercitu, venit conrra Iudam paucos ſecum habentem. Sed oratione & humiliatione præmiſſa à Iudæis, in ipſa pugna adinuicem, apparuerunt aduerſariis de cœlo viri quinq; in equis aureis decori ducatum Iudæis præſtantes, è quibus duo medium habentes Machabæum armis ſuis circumſeptum incolumen conſeruabant, in aduerſarios autem tela & fulmina iaciebant, ex quo cæcitate confuſi cadebant, interfectis 20. millibus ex eis, & cum Timotheus fugiſſet in Gazarã, Machabæus inſecutus cepit ciuitatem, & occidit Timotheum &

1. Mach. 6.

fratrem eius. Commiſerat autem Anthiochus moriens curam regni cuidã ſuo intimo, qui ſecum erat, Philippo, conſtituens eum ſuper exercitum, vt nutriret filium ſuum Antiochum, dans ei annulũ ſuum diadema, id eſt ſtolã, quæ filio aſſignaret. Sed Lyſias qui tunc ſecum habebat Antiochum filium Antiochi, audita morte patris ipſe conſtituit Antiochum regem Syriæ pro patre, vocãs eum Eupatorem, dux

Antioch⁹ Eupator. contra Iudam exercitum armat.

autem exercitus eius erat ipſe Lyſias. Interea cum Iudas quæreret obtinere arcem Sion, in qua erant inimici eorum, acceſſerunt ad Antiochum Eupatorem & Lyſiam multi ex Iudæis & gentilibus poſtulantes auxilium contra Iudam. Quibus auditis iratus rex congregauit maximum exercitum, ſcilicet centum millia peditum, & 20. millia equitum & 32. elephantes doctos ad prælium, qui habebant ſuper ſe turres ligneas, in quibus erant ſuper quamlibet viri 32. fortes ad pugnandum, & mille pedites armati & quingenti milites circa quamlibet beſtiam ad præliandum oſtendebántq; talibus animalibus ſanguinem vuæ & mori ad acuendum animum ad prælium. Et vt refulſit ſol in clypeos aureos, reſplenduerunt montes ab eis, ſicut lampades ignis. Et appropiauit Iudas & exercitus eius in prælium, occi-

Com. in hiſt. Mach. c. 5.

ditque de exercitu regis, 600. viros. Quidam autem dictus Eleazarus quem Comeſtor dicit fratrẽ Iudæ videns vnam ex beſtiis ornatam cultu regio & cæteris eminentiorem, arbitratus ibi regem reſidere, tranſiens per medios hoſtes acceſſit, & ponens ſe ſub corpore eius gladio eam vulnerauit, quæ cadens mortua oppreſſit eum. Videntes autem Iudas cum ſuis virtutem regis & impetum exercitus diuerterũt ſe ab eis, caſtráque regis aſcenderunt contra eos in Hieruſalẽ. Cumq; manerent in obſidione, audiens Lyſias quòd Philippus quẽ Antiochus moriens conſtituerat ſuper negotia regni veniſſet, & Antiochiæ dominium ſumpſiſſet, ſuaſit regi vt pacem faceret cum Iuda & ſociis, & vt dimitterent eos ſeruare legitima ſua, quia propter hoc ſe rebellauerant à pa-

A. M. 3809 Antioch⁹ pacem cũ Iudæis facit.

tre ſuo, & præcipue quia, incumbebat eis prouidere de regno. Quod ſecutum eſt. Cumq; Menelaus (de quo ſupra) ſolicitaret regem Antiochum ad bellum contra Iudam ſub ſpecie pietatis, vt ſperans ſe inde conſtitui in principatu, Lyſias dixit regi hunc eſſe cauſam omnium malorum, propter quod rex iratus iuſſit eum occidi, & de alta turri in cineres præcipitari, vt habetur 2. Macha. 11. c. Sed facta pace rex ipſe

Menelaus patriæ proditor miſeré petit.

ſubito contra iuramentum ſuper hoc factum egit, mandans deſtrui murum per gyrum arcis Sion. Et feſtinus reuertens Antiochiam, inuenit Philippum ciuitati dominantem. Sed pugnans contra eum vi obtinuit ciuitatem.

§. XVI.

1. Mach. 7.

ANNO autem 151. exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & aſcendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam. Iſte Demetrius erat frater patruelis Antiochi vltimi. Nam Seleucus pater

De demetrio.

iſtius Demetrij & Antiochus Epiphanes pater huius Antiochi Eupatoris erant germani. Sed mortuo Seleuco non Demetrius filius eius, ſed Antiochus frater Seleuci vſurpauit ſibi regnum Syriæ, & Demetrius Romã acceſſit. Reuerſus ergo poſtquam eſt

Antioch⁹ & Lyſias male pereunt.

Demetrius ad regnũ patris, exercitus qui erant cum Lyſia & Antiocho filio Antiochi, comprehenderũt ipſum Lyſiam & Antiochum, & ad petitionem Demetrij occiſi ſunt ipſe Lyſias & Antiochus ab exercitu. Poſtquam autem Demetrius regnum Syriæ accepit acceſſit ad eum quidam de genere ſacerdotali

Alicimus vir peſſim⁹ in Iudam proſiſiſcitur.

peſſimus nomine Alcimus, qui vt dicitur 2. Macha. 14. fuerat ſummus ſacerdos, & obtulit regi coronam auream & quædam alia, oſtendens ſe intendere vtilitatibus regis & populi Iudæorum, conquerens ſibi iniuſte ſacerdotium ſublatum, & accuſauit Iudam Machabæum in multis. Tunc miſit rex Bacchidem cum exercitu & Alchimum conſtitutum ab eo ſacerdotem ſummum, & ſimulauit Alcimus ſe velle facere pacem cum Iuda & ſuis, & decepit eos multos occidens ipſe cum Bacchide de populo, ſatiſque agebat Alcimus pro principatu ſacerdotij ſui, & cum non poſſet præualere contra Iudam, reuerſus ad regem accuſauit eum in multis. Et miſit Deme-

Demetri⁹ in Iudæos deſæuit.

trius Nicanorem cum copiis, qui erat principalior ex ducibus regis, vt caperet Iudam, & diſperderet ſuos: & Alcimum conſtitueret ſummum ſacerdotem. Qui Nicanor veniens, audita virtute Iudæ & ſociorum, fecit pacem cum eo, & habitabant ſimul Hieroſolimam. Quod perpendens Alcimus caritatémq; eorum adinuicem, venit ad Demetrium regem hoc referens. Qui iratus ſcripſit ſe grauiter ferre illam amicitiam, & quòd mitteret ſibi Iudam ad eum vinctum. Qui cum quæreret eum inſidioſe capere, Iudas aduertens cauit ſibi: procedens ergo aperte contra eum, cum ſacerdotes oſtenderent hoſtias quas pro rege offerebanr, irriſit & extendens manum contra templum dixit ſeipſum incenſurum, niſi traderent ei Iudam in manus ſuas. Au-

2. Mac. 14. Memorabile magnanimitatis exẽplum.

diens autem Nicanor in Hieroſolymis eſſe quendam venerabilem virum, qui pro affectu pater Iudæorum dicebatur, Raziam dictum, miſit ad domum eius plures, vt comprehenderent eum, & cum in procinctu eſſet vt caperetur, gladio Serazias percuſſit, & cum ex vulnere mortuus non eſſet, è muro ſeipſum proiecit in turbas. Sed adhuc ſpirans erexit ſe ſupra petram ſtans, & inteſtina quæ egrediebantur de corpore, manibus ſuis apprehendens, proiecit in turbas, inuocans dominato-

tem

A. M. 3838.

rem vitæ & ſpiritus, vt hæc illi iterum redderet, & ſic vita functus eſt. Præparantibus demum ſe ad bellum, Nicanor ſuperbia elatus cogitabat Iudam conterere, confiſus ſua virtute & multitudine, Iudas autem in domini auxilio confidens ſocios hortatur ad idem, armans ſocios non clypei haſtæque munitione, ſed ſermonibus optimis, narrans in ſomnis ſe vidiſſe Oniam orantem pro populo, & Hieremiam cum eo, dantem ſibi gladium aureum & dicentem, Accipe ſanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduerſarios populi mei Iſrael. Mane ergo pugnantes Iudas cum ſuis, ſed cordibus Deum exorantes proſtrauerunt 30. millia de exercitu Nicanoris. ipſo etiam interfecto. Et abſcidentes caput Nicanoris & manum extenſam contra templum, ſuſpenderunt, linguam autem eius minutatim inciſam auibus proiecerunt. Sicque reuerſi cum maxima victoria in Hieruſalem gratias Deo egerunt, & ſtatuerunt annuatim feſtum agi de tanta victoria. Et hic eſt finis ſecundi libri Macha.

2. Mach. cap. 15.

Sācti orāt poſt mortem.

Lingua Nicanoris fruſtratim auibus manducāda traditur.

1. Mach. cap. 8.

Audiens autem Iudas nomen Romanorum, quia ſunt potentes viribus, & acquieſcunt ad omnia, quæ poſtulantur ab eis. Et quicunque acceſſerit ad eos ſtatuerent cum eis amicitias. Et prælia intelligens eorum, etiam virtutes bonas quæ ibi narrantur in primo, cap. 8. elegit ipſe Iudas communi conſilio ſuorum Eupolemum filium Ioannis, & Iaſonem filium Eleazari in oratores ſuos, & miſit Romam, vt ſtatuerent cum eis amicitiam & ſocietatem. Et applicantes ad vrbem intrauerunt curiam, exponentes in conſilio cauſam ſuæ legationis, & placuit Romanis cum eis pacem & ſocietatem inire, vnde & in tabulis æreis reſcripſerunt Romani Iudæis & econuerſo alteris alteri promittentes auxilium ferre bellatorum periti cui prius ingrueret bellum. Interea Demetrius audita morte Nicanoris remiſit iterum Iudæam Bacchidem ducem exercitus & Alcimum, qui venientes mouerunt caſtra contra Iudam, pluribus autem de exercitu Iudææ ex timore multitudinis inimicorum recedentibus ab eo remanſit cum octingentis ſolum. Qui ſuaſus à ſociis declinare certamen, & ſe ſubtrahere noluit, ſed procedens ad pugnam ſuperatus eſt exercitus eius, & ipſe occiſus. Vbi notandum quòd poſt pacem factam & confederationem cum Romanis in primo prælio victus & occiſus eſt. Et idem accidit fratribus eius Ionathæ & poſtea Simoni, ex eo forte, quòd dimiſſa confidentia diuini auxilij, nimis confiſi ſunt in fortitudine hominum. Mortuo igitur Iuda lamentato & ſepulto, elegerunt omnes Ionatham fratrem eius in ducē & principem. Filij autem Iambri comprehendentes Ioannem fratrem Ionathæ occiderunt. Et cum dicti filij Iambri facerent ſolennes nuptias, plurimis ad eas ex magnis concurrentibus Ionathas & Simon inſidias ponentes, procedentibus ſponſo & ſponſa cum plurimo comitatu & cum muſicis inſtrumentis ſurrexerunt in eos magnam ſtragem agentes in vltionem ſanguinis fratris ſui Ioannis. Exinde veniens Bacchides contra Ionatham circa Iordanem deuictus eſt ab eo occiſis plurimis. Alcimus autem peſſimus qui quæſierat reſtitui in ſummo ſacerdotio cum præcepiſſet deſtrui muros templi percuſſus eſt paralyſi, nec vltra potuit loqui, moriens in magno tormento. Bacchides autem cum fuiſſet reuerſus ad regem Demetrium, poſt duos annos ad inſtigationem quorundam ex Iudæis [reuerſus eſt in Iudæam] qui quærebat Ionatham in pace tunc manentem,

Iudas cū Romanis fœdus ſtatuit.

1. Mach. 9.

Mors Iudę Machabæi. Poſt initū cum Romanis fœdus.

A vnde & ſecurius ſe habentem, doloſe capere. Sed detectis proditionibus Ionathas occiſis proditoribus ſibi prouidit. Et procedens Bacchides contra Ionatham in bellum, ſuperatus eſt, propter quod indignatus contra eos qui eum reuocauerant in Iudæam, multos occidit, & facta pace cum Ionatha & captiuis redditis, reuerſus eſt Bacchides in regionem ſuam non amplius in Iudæam ad eam vexandam reuerſurus.

A. M. 3838.

§. XVII.

B ANNO autem centeſimo ſexageſimo Alexander filius Antiochi qui fuit occiſus cum Lyſia ab exercitu ſuo, ad inſtantiam Demetrij, venit Ptolemaidā & cepit eam, & regnare incœpit ibi. Quod audiens Demetrius, congregauit exercitum contra eum, & quæſiuit ſe confœderare cum Ionatha duce Iudæorum. Vnde & dixerit ad eum epiſtolas ad quærendum amicitiam eius, mandans ei reddi obſides arcis & plura alia. Alexander autem hoc audito, & ipſe quæſiuit amicitiā eius, mittentes ad hoc epiſtolas, conſtituens eum ſummum ſacerdotem, & coronam auream & purpuram & plura alia. Quod ſentiens Demetrius & contriſtatus, iterum ſcripſit C Ionathæ, multo plura offerens Ionathæ quā fecerat Alexander, vt eſſet ſibi in auxiliū. Sed his non acquieſcens cōfœderatus eſt Alexandro. Alexander autē cōgreſſus in præliū cum Demetrio rege & exercitu ſuo, eū deuicit & occidit, fugato exercitu eius. Poſt quæ Alexander petiit à Ptolemæo rege Ægypti, vt traderet ſibi filiā ſuam Cleopatrā in vxorem. Quod & fecit. Et celebratis nuptiis in Ptolemaida, vocatus fuit Ionathas ad eas. Qui veniens valde honoratus eſt ab Alexandro & Ptolemæo. Cumque aliqui peſtilentes quærularentur cōtra Ionatham, Alexander non audiuit eos, quinimo Ionatham indui fecit D purpura, & duci à principibus ſuis per ciuitatem, præcone clamante, vt nullus interpellaret contra Ionatham de aliquo negotio. In anno autem 165. Demetrius filius Demetrij occiſi ab Alexandro, venit à creta in terram patrum ſuorum. Qui conſtituit ducem exercitus ſui Apollonium præſidentem Celeſyriæ. Qui ſcripſit Ionathę prouocans eum ad certamen. Simul autem præliantibus præualuit Ionathas contra eum, interfectis octo millibus aduerſario enim pluribuſque ciuitatibus eorum igni ſuccenſis. Rex verò Ægypti Ptolemæus congregato E exercitu maximo quærebat obtinere dolo regnum Alexandri generi ſui. Cumque procederet Ptolemæus per multas ciuitates Alexandri de voluntate eius neſcientis malitiam ſuam, eas ſibi abſtulit, poſt quæ detecta inimicitia eius, abſtulit filiā ſuam Cleopatram Alexandro, & dedit eam Demetrio filio Demetrij, fingens ſe hoc agere, quia quæſierat occidere eum. Initoque prælio inter Ptolemæum & Alexandrum victus Alexander fugit in Arabiā, vt ibi ſe protegeret, ſed Zabdiel princeps Arabiæ abſciſſum caput Alexandri miſit Ptolemæo, & Ptolemæus eo F recepto tertia die mortuus eſt. Regnauit ergo in Siria Demetrius filius Demetrij anno. 167. Ionathas autē vocatus ab eo vt occurreret ei Ptolemaidam veniens honorifice ſuſceptus eſt, ſtatuens ei principatum ſacerdotij & multa alia, & conferens poſtulata. Triphon autem quidā qui fuerat partium Alexandri prius, videns quoniā omnis exercitus murmurabat cōtra Demetriū, acceſſit ad Emalchuel Arabem qui nutriebat Antiochū filium Alexandri, vt ſibi traderet eum ad regnandum pro patre ſuo. Demetrius au-

1. Mac. 10.

Alexāder cum Demetrio pugnat.

Ptolemæ⁹ Alexādrū generum perſequitur.

Demetri⁹ rex Syriæ.

A.M. 3838.

...tem videns exercitum ſuum à ſe receſsiſſe vt eſſet cum Tryphone, miſit ad Ionatham vt ei auxilia bellatorum deſtinaret. Qui ei miſit tria millia virorum Antiochiam. Cumque ibi centum viginti millia virorum eſſent congregati contra regem Demetrium vt occiderent eum, miſſi à Ionatha diſcurrentes per ciuitatem in defenſionẽ regis, occiderunt centum millia ex eis, & ſuccenderunt ciuitatem in parte, & ſic liberauerunt regem, reliquis proiicientibus arma, & pacem poſtulantibus à rege. Glorificati ergo Iudæi & nominati in regno, reuerſi ſunt in Hieroſolymam cum ſpoliis multis. Sed cum Demetrius ſederet in pace in regno ſuo, mentitus eſt Ionathæ in iis quæ promiſerat, & alienauit ſe ab eo vt ingratiſſimus, & vexabat eum valde. Antiochus autem cum Tryphone congregatis gentibus multis venit Antiochiam, & capta ea impoſuit ſibi diadema, ſcripſitque Ionathæ pro amicitia contrahenda ſimul conſtituens ei ſacerdotium, & vt eſſet amicus regis, munera mittens vaſa aurea & argentea dans poteſtatem bibendi in auro, & inducendi purpuram, & fibulam auream portandi, Simonémque fratrem ſuum ducem faciens in quibuſdam locis. Cum autem Ionathas bellum iniret cõtra alienigenas, exercitus eius fugit ab eo, ſed oratione reuocans eum ad ſe, præualuit contra eos occiſis tribus millibus. Poſt hæc miſit Ionathas oratores ad renouandam amicitiam cum Spartiatis & Romanis, vbi inter cætera dicitur, Habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, narrantes tribulationes ab eis perpeſſas, & Dei auxilio liberationem, & quòd in ſacrificiis & orationibus ſunt memores eorum. Demetrius autem cum magnis copiis ſurrexit contra Ionatham ad debellandum eum, ſed non potuit præualere. Tryphon vero cogitans accipere ſibi regnum Aſiæ, intendebat interficere Antiochum regem. Sed timens ne Ionathas impediret quærebat apprehendere eum. Et cum obuiam ei veniſſet Ionathas cum 40. millibus electorum virorum, dicit ei Tryphon, quòd non oportebat tantam multitudinẽ vexare, ſed vt paucis cum eo retentis ſecum iret Ptolemaidam, vt ſibi eam traderet. Qui hoc credens remiſſis aliis cum mille tantum intrauit Ptolemaidam, in quam ingreſſus captus eſt, interfectis omnibus ſociis ſuis. Quæſiuit etiam Tryphon & alios, quos Ionathas miſerat in Galilæam, miſſo exercitu ſuo delere, ſed cauti facti de captione Ionathæ reſiſtebant eis viriliter.

Iudæi à morte Demetriũ liberant.

Demetri' in Ionathã ingratus.

Ionathas Romanis fœdus renouat. 1. Mach. cap.12.

Magnus dolus Triphonis. Ionathas capitur.

§ XVIII.

SIMON AVTEM frater Ionathæ, audiens quòd Triphon diſponebat in Iudæam proficiſci ad exterminandum eam, quia principem ſuum amiſerant, aſcendit Hieroſolimam & coram omni populo obtulit ad exponendum ſe morti ſicut egerant fratres ſui, pro defenſione populi. Quod vt gratiſsimum acceperunt conſtituentes eum ducem ſuum. Cum ergo Typhon veniſſet in Iudæam ſecum ducens Ionathan captum, percipiens, quòd Simon factus eſſet dux, miſit ad eum legatos fingens ſe retinuiſſe Ionatham pro ſumma pecuniarum regi debita. Vnde ſi pecuniam mitteret & duos filios Ionathæ obſides, remitteret eum. Simon autẽ aduertens quòd in dolo loqueretur, nihilominus miſit pecuniam poſtulatam & filios Ionathæ, ne populum ſibi odioſum redderet dicentem, quia non miſit filios

1. Mach. cap.13. Geſta Simonis.

A & pecuniam ideo occiſus eſt Ionathas. Et mentitus eſt Typhon. Cúmque cerneret ſe non poſſe præualere contra eos, Simone viriliter repugnante, occidit Ionatham & filios reuertentes in terrã ſuam. Tulit Simon corpora Ionathæ & filiorum, & ſepeliuit in ciuitate Modin cum patentibus, facto luctu magno ſuper eum. Et ædificauit Simon ſuper ſepulturam eorum ſeptem pyramides altas, patri & matri, & quatuor fratribus, profectus autem Typhon cum iterfaceret cum Antiocho rege adoleſcente, dolo occidit eum, & regnauit pro eo. Et miſit Simon ad regem Demetrium, vt faceret remiſsionem regioni. Quod & fecit reſcribens ei vt ſummo ſacerdoti, dicens inter cætera. Coronam quam miſiſtis recepimus, parati vobiſcum facere pacem magnam. B Remittimus quoque vobis peccata, & ignorantias vſque in hodiernum diem, & coronam auream. Et ſi quid aliud erat tributarium in Hieruſalem iam non ſit tributarium. Anno igitur 170. ablatum eſt iugum gentium ab Iſrael anno primo ſub Simone ſacerdote magno duce & principe Iudæorum. Et applicans ad ciuitatem Gazæ, obſedit illam, poſtulantibus autem illis pacem non debellauit, ſed capiens ciuitatem eiecit inde homines eius, & mundauit ſimulachris. Exinde obſidens arcem Hieruſalem, fame deficientes, qui erant in ea petierunt pacem, & acceperunt tradentes arcem. C Et videns Simon, quòd filius eius Ioannes vir bellicoſus eſſet & fortis poſuit eum ducem exercituum. Anno autem 172. Demetrius rex abiit in Mediam pro auxilio contrahendo vt expugnaret Tryphonem. Quod audiens Arſaces rex Perſidis & Mediæ, miſit vnum ex principibus ſuis qui contriuit exercitum Demetrij, & captum ipſum adduxit ad Arſacem, & ſiluit terra Iuda omnibus diebus Simonis, & renouata eſt pax & amicitia inter Iudæos & Romanos & Spartias, vnde & Simon miſit Numenium oratorem Romam habentẽ clypeum aureum ponderis minarum mille, ad ſtatuendum cum eis ſocietatem. Et acceperunt ſcribentes, Romani epiſtolas D ad Iudæos amicabiles in commendationem Simonis. Sed & rex Demetrius audito quòd Iudæi appellati ſunt à Romanis amici & ſocij & fratres, & quia receperunt legatos Simonis glorioſe, & quia Iudæi conſenſerunt & ſacerdotes eorum ipſum Simonem eſſe ſummum ſacerdotem & ducem in æternum donec exurgat propheta fidelis, fecit etiam eum amicum ſuum, & vt hoc videretur, purpura & fibula aurea glorificauit eum.

Poſt hæc Antiochus filius Demetrij ſcripſit Simoni, vt ſummo ſacerdoti & duci, Iudæorum, ad ac- E quirendam amicitiam eius, & quòd faciebat ſibi omnes remiſſiones, quas reges ante ipſum fecerant & permittebat ei cudere numiſmata ſuis inſignibus decorata in ſua ditione valitura, & Hieruſalem ſanctam eſſe liberam, & præſidia extructa tenebat, omne debitum regi remittens, & maiora adhuc in futurum promittens.

Anno igitur 173. exiit Antiochus filius Demetrij in terram patrum ſuorum, & congregatus eſt omnis exercitus ad eum, vt pauci remanerent cum Tryphone, qui ſibi vſurpauerat regnum Syriæ, & inſecutus eſt Tryphonem, habẽs ſecum Antiochus ipſe F 120. millia bellatorum & octo millia equitum, & obſedit Doram ciuitatem nauibus etiam per mare adductis. In illam enim ciuitatem confugerat Tryphon. Sed & Simon miſit Antiocho duo millia electorum in auxilium & munera magna. Quæ tamen

Antioch-

A.M. 3838.

Ionathas occiditur.

Tryphon occidit Antiocũ.

Libertas Hieruſalẽ illuxit.

Simon cũ Romanis amicitiã.

1. Mach. cap.15.

Simon cũ Romanis amicitiã renouat. 1.Mach.15.

Antioch' Simone alienatur.

A. M. 3838.

Antiochus noluit recipere, ſed rupit omnia quæ pactus erat, & alienauit ſe ab eo. Miſitque Antiochus Athenobium vnum ex amicis ſuis ad Simonem, vt reſtitueret ſibi Ioppem & Gazaram, & arcem Hieruſalem quæ ſibi abſtulerat, & tributa, vel loco eorum omnium mille talenta, alioquin contra eum veniret in prælium. Cumque veniens in Hieruſalem vidiſſet gloriam Simonis, obſtupuit & exponenti petitionem regis Antiochi, reſpondit Simon nil ſe ad regem ſpectans poſſidere, ſed quæ ſua erãt. Nam & Ioppem & Gazaram, quia intulerant eis multa mala, iure belli obtinuerat. Reuerſúſq; Athenobius ad regem hæc referens, regem commouit in iram. Miſitque Cendebæum cum copiis contra Iudæam expugnandam. Ipſe vero Antiochus Tryphonem naui per mare fugientem in Orthoſaida inſecutus eſt. Ioannes autem filius Simonis nunciauit hoc patri, qui cũ iam ſenex eſſet, animauit filios vt pugnarent contra aduerſarios populi, vt & ipſe & fratres ſui fecerant, à Deo expectantes auxilium. Exiit ergo Ioannes cum fratre ſuo Iuda in prælium contra Cendebæum, & cũ medius eſſet inter vtrumque exercitum fluuius, timeréntque qui erant cum Ioanne tranſire, primus ipſe Ioannes tranſiuit, cæterique eum ſecuti ſunt & congreſsi cum hoſtibus, fugauerunt Cendebæum cum ſuis, occiſis duobus millibus eorum, & reuerſus eſt in Iudæam in pace.

1. Mach. c. 16.

Ioannes Simonis filius Cendebæum vincit.

Quidam autem Ptolemæus nomine, filius Abobi, qui erat conſtitutus dux in campo Hiero gener Simonis ſummi ſacerdotis diues valde, vt faceret ſe dominum regionis illius, cogitauit occidere Simonem & filios eius. Cum ergo Simon diſcurreret per ciuitates Iudææ cum duobus filiis, ſcilicet Iuda & Matathia, ſolicitudinem gerens gentis ſuæ, deſcendit in Hierico, & Ptolemæus excepit eos in quandam munitiunculam doloſè. Nam facto eis magno conuiuio in ipſo fecit Simonem occidi cum filiis ſuis, ſubitóque miſit ad regem, vt deſtinaret ſibi copias, & ei traderet regionem & ciuitates eius. Miſit quoque in Gazaram, qui occiderent etiam Ioannem filium Simonis. Sed cum prænunciatum ſibi fuiſſet quod geſtum erat, occidit eos, qui venerant ad eum interficiendum, & remanſit Ioannes ipſe princeps Iudæorum & ſummus ſacerdos ſimul anno 176. regni Græcorum. Hic ergo finis libri Machabæorum, ex quorum geſtis ſcientiam haurias, quanta aduerſa ferenda ſint pro defenſione & obſeruatione legis euangelicæ, quando tot & tanta perpeſsi ſunt pro obſeruantia legis Moſaicæ, quæ huius figura erat, ac etiam ex frequenti mutatione regum & principum & earum nece aduertendum, quia omnis potentatus vita breuis, & ideo contemnendus.

Simon Machabæus per proditionem necatur.

Quid ex libris Machabæorũ colligendum.

Eccli. 10.

§. XIX.

MORTVO igitur Simone vltimo ex Machabæis, de his quæ ſequuntur nil amplius habetur in ſacris ſcripturis vſque ad Chriſtum, de quo euangelia narrant. Sed quæ ſequuntur ex hiſtoriis [a] ſcholaſticis excerpta ſunt, quarum author dicitur Petrus Commeſtor. Succeſsit ergo in Iudæa in ducatu & pontificio Ioannes dictus Hircanus ab Hircanis deuictis. Hunc commendat Ioſephus in tribus, quia ſcilicet in religione ſacerdotij diligens, in ducatu ſtrenuus, & prophetia dotatus. Hic igitur ſumpto principatu inſecutus eſt Ptolemæum qui dolo occiderat patrem, & matrẽ cum duobus paruulis tenebat in vinculis, & cum confugiſſet Ptolemæus ad oppidum, quod eſt vltra Hiericho, quod Dagon vocabatur, Ioannes obſidẽs caſtrum, acrius inſtabat ad ipſum capiendum. Sed Ptolemæus vt deſiſteret ab oppugnatione faciebat ſuper muros cædere matrem & paruulos vſque ad ſanguinem. Fractúſq; pietate Ioannes ab impugnatione ſe temperabat, clamante tamẽ matre è muro ad Ioannem, ne propter ſe ſcelus Ptolemæi dimitteret inultum, mortem enim ſuam ſic iudicaret immortalitate meliorem, ob hoc diutius tracta obſidione ſeptimus aduenit annus Iudæis feriatus, receſsitque ab obſidione Ptolemæi. Qui occiſa matre & fratribus Ioannis confugit ad Zenonem tyrannum Philadelphiæ. Poſt hæc Antiochus Ponticus Xenodochium Hieroſolymi inſtituitur, rex Syriæ obſedit Hieroſolymam. Quamobrem aperuit Ioannes Hircanus duos de loculis octo circunſtantibus ſepulchrum Dauid, & plus quàm tria millia talentorum ſuſtulit ex eis, deditque trecenta talenta Antiocho vt ab obſidione recederet. Vt autem placeret murmur populi de apertione ſepulchri, de reliqua pecunia inſtituit Xenodochium in Hieruſalem pro pauperibus. Samariam autem cepit, & ſolo coæquauit, quam poſtea Herodes Aſcalonita inſtaurans Sebaſten vocauit. Mortuus eſt autem Ioannes 33. annis rebus optime adminiſtratis. Reliquit autem poſt ſe quinque filios, Ariſtobulum primogenitum & Antiogonum, cum tribus aliis minoribus. Cumque nullus eorum ad regendum populum ſufficeret vxorem ſuam deſertiſſimam Ioannes ipſe Iudææ præfecit & filiis. Ariſtobulus autem impatiens dominij materni, matrem cum tribus fratribus minoribus coniecit in carcerem. Antigonum autem poſt ſe natum quem diligebat ſecundum à ſe conſtituit. Impoſuitque ſibi diadema, & reſtitutum eſt regnum in Iudæa. Fluxerant enim à Sedechia rege Iuda ſub quo regnum fuerat interruptum anni. 471. & menſes tres, vel à reditu captiuitatis Babylonicæ vnde ſæpe legitur intermiſſum fuiſſe regnum vſq; ad Ariſtobulum & Hircanum, id eſt, vſque ad Ariſtobulum filium Hircani. Non tamen regnauit Ariſtobulus niſi per annum, eo quòd fame matrem peremerat in vinculis. Cumque ægrotaret Ariſtobulus in turri, quæ poſt ab Herode dicta eſt Antonia, rediit Antigonus de Galilæa, vbi multa præclara fecerat, indutus nouis armis & decentibus. Cumque ingrederetur Hieruſalem in feſto ſcenophegiæ ad honorẽ fratris, & vt oſtentaret armorum decorem populo, armatus intrauit. Quod videntes æmuli eius, & maxime vxor fratris quæ in eum oculos iniecerat, ſed ipſe aſſenſum ei non præbebat, accuſabant eum dicentes Ariſtobulo, frater tuus audiens te ægrotantem in manu forti & armata intrauit, vt perimat te & regnet. Quod ita probare potes. Iube eum venire ad te. Si venerit armatus, ſuper his quæ dicimus certus eſto. Poſuit ergo Ariſtobulus ad ſuggeſtionem vxoris armatos in ſubterraneo quod dicitur Pyrgus ſtratonis, per quem Antigonus tranſitum facturus erat, qui ſi veniret armatus, eum interficerent. Aduocans igitur fratrem ſuum Ariſtobulus præcepit nuncio, vt diceret ei, ne veniret armatus ad eum. Sed regina

Ioannis Hircani Simonis filij res geſtæ.

A. M. 3839.

Ioſeph. li. 13. antiq. cap. 15.

Ioſeph. li. 13. ant. c. 16

Ioannes ſummus ſacerdos. Ariſtobulus regnũ Iudæorũ reſtituit. Ioſeph. li. 13. c. 19.

Ariſtobulus fratrẽ ſuum interfici curat.

a Quæ poſt Machabæos geſta ſunt vſque ad Chriſtum, apud Ioſephum à cap. 13. lib. vſque ad 5. cap. lib. 18. explicantur. Ab eo etiam Cõmeſtor magna ex parte ea mutuatus eſt, quæ à d. Antoni. commemorantur. Quare nos fontem potius indicare quam riuulos conſectari cupientes, loca ex Ioſepho vnde hæc ſunt deprompta indicauimus.

A.M. 3859. gina corrupit nuncium muneribus, vt diceret ei, vt veniret armatus, quia affectabat rex eum videre in decôre armorum. Cum ergo Hircanus tranſiret armatus per Pyrgun ſtrationis, interfectus eſt ab armatis. Audiens autem rex mortem fratris indoluit, adeoque morbus inualuit vt ſanguinem laceratis viſceribus euomeret. Quem vnus de ſeruulis huic officio deputatus, foras efferens vbi Antigonus fuerat occiſus, caſu effudit ſuper adhuc ſtantes cruoris maculas. Quod videns populus exclamauit aſſerens nutu Dei in vltionem occiſi fratris ſanguinem libatum occiſoris. Cumque cauſam clamoris rex ſciſcitaretur, nulluſque ei auderet dicere, tandem minanti pro taciturnitate ſupplicium, verum quod erat ei indicauerunt. Et ingemiſcens ait. Fas non erat vt Dei lumen ſcelera mea laterent. Vſquequo ô corpus improbum, matri fratrique animam damnatam detinebis. Vtinam ſanguinem meum non paulatim eis libem, id eſt effundam, ſed totum ſimul accipiant. Et his dictis expirauit. Eo autem mortuo, quia eius vxor ex eo prolem non ſuſceperat, fratres viri ſoluit à vinculis, maiorem natu Alexandrum regem conſtituens, qui cognominabatur Iannæus, qui etiam modeſtia cæteros præſtare videbatur, qui ſecundum interfecit, quia regno aſpirare videbatur, & tertium ſecum viuere coegit priuatim, duxitque vxorem Salomam quæ & Alexandra vocabatur. Fuit autem iſte Iannæus adeo nequiſſimus vt infra ſeptẽ annos circiter quinquaginta hæc millia ſeniorũ interfecerit, quia facinora eius deteſtabantur. Cumque offenſus eſſet populo muniuit ſibi palatium in turri quæ Baris dicebatur, ſuper quam poſtea admiratus eſt Titus, quòd eam Iudæi deſeruerant cum defendi poſſet à duobus ab omni viuente. Adeo autem erat offenſus Iudæis, vt ſemel ei percunctanti quo pacto eos ſedare poſſet, reſponderunt. Si moreretur. Ob hoc in plateis Hieruſalem ſuſpendit viros octingentos vxoratos, vxoreſque eorum & liberos necauit.

Ioſeph. li. 13. c. 10.

Alexandri ſecundi regis Iudæorũ improbitas.

Alexãdra Ariſtobuli vxor fuit teſte Ioſeph.

§. XX.

ANNO igitur quintæ ætatis, 494. Mundi vero ter milleſimo octingenteſimo 66. & ſecũdum aliam computationem maioris numeri quinquies milleſimo centeſimo tertio anno, nonus in Ægypto regnauit Ptolemæus, qui & Alexander dictus eſt, & regnauit annis 9. Eo autem tempore regnabat apud Iudæos Alexander Iannæus qui regnauit annis 27. In Syria autem regnauit Antiochus Cyzicenus, qui regnauit annis 38. poſt quem regnauit Philippus annis duobus. Denique Antiochus etiam Parthos fugiens Pompeio ſe tradidit, poſtea Philippus captus eſt à Babino, ſicque regnum Syriæ finitum eſt anno præfati Ptolemæi 8. Et deuenit Syria tunc vſque poſſeſſa per reges, in ditionem Romanorum.

Reges Syriæ & Ægypti ex Euſ. chro.

Ioſ. lib. 13. cap. 23. Syria efficitur ditio romanorũ.

Præfatus autem Alexander Iannæus cum quieuiſſet à præliis & quarta fatigaretur, morbum ex otio natum putans, intempeſtiuis laboribus militiæ ſe reddidit. Et 38. regni ſui anno mortuus eſt duos filios relinquens, ſcilicet Hircanum & Ariſtobulum. Scienſque filios pro patre Iudæis futuros exoſos regnum reliquit vxori, quæ ſibi ſub viro beneuolentiam populi comparauerat, tyrannidi ipſius ſæpius reſiſtens, & ſimulatam religionem in alio habitu proferebat. Quæ dum regnaret, Hircanum pontificem declarauit, eum futurum regem indicans, quia modeſtus erat. Minorem vero, ſcilicet Ariſtobulum quia feruentis animi videbatur priuatum, viuere coegit. A.M. 3875.

[a] Eo tẽpore orta eſt in Iudæa hæreſis Phariſæorum, per priora enim tempora iam ſurrexerat Hæreſis Eſſæorum, horum Phariſæorum conſilio in omnibus vtebatur Alexandra, ita vt eorum conſilio optimates quoſque Iudæorum, vel exilio damnaret, aut interficeret. Denique Diogenem, qui fuerat Alexandro amiciſſimus occidit. Alienigenarum autem duos ſibi conflauerat exercitus, vt in Iudæos tutius debaccharet, proinde ad Ariſtobulum multi confugerant, vt eius patrocinio tuti eſſent. Nono autem regni ſui anno ægrotauit Alexandra regina. Et Ariſtobulus collecta ſecum plurimorum manu ſe poſt matrem regnaturum declarauit. Ob hoc miſerata querelas Hircani, mater coniugem Ariſtobuli cum filiis in cuſtodia recluſit, & obſides accepit, ne regnum ſibi Ariſtobulus vſurparet. Mortua igitur matre, Ariſtobulus collecto exercitu contra fratrem ſuum Hircanum mouit arma. Cumque egreſſi eſſent fratres in campis Hiericontinis, victus Hircanus fugit in Hieruſalem. Tandem ad concordiam ea lege redierunt, vt Ariſtobulus regnaret, Hircanus vero ſub eo quibuſlibet fungeretur honoribus. Domos etiam permutauerunt.

Phariſæorum initium.

Ariſtobuli & Hircani fratrũ de Iudæorũ regno, cõtentio.

a Phariſæorum ordinem non ſub hoc tempus exortum ſed ſub Ionatha Machabæo ſcribit Geneb. ex Ioſ. lib. 13. cap. 9. & 18. & lib. 18. cap. 2. antiq. & lib. 2. de bello cap. 7. Eſſæos vero ante illa tempora exortos fuiſſe probat ex 1. Mach cap. 7. vbi dicitur Menelaum pontificem peſſimum occidiſſe ſexaginta Aſſidæos, quos eoſdem cum Eſſæis arbitratur. Phariſæi autem ſicut reſpondebant noſtris theologis, qui ſacræ ſcripturæ myſteria rimantur: ſic Eſſæi religioſis: ſpretis enim huius mundi illecebris caſtitatem colebant, ſicut etiam Plin. teſtatur. lib. 5. & certè nomen quod ab Hebræo הַמְּיָרִים *1. ſancti deductum eſt. ſingularis eos ſanctiſſimoniæ fuiſſe arguit.*

§. XXI.

ERAT autem cũ Hircano Antipater Idumæus, cuius prudentiam & ſtrenuitatem timens Ariſtobulus calumnias ei prætendebat, hic perſuaſit Hircano, vt ſe dolo circumuentum quereretur, & vt ad Aretam regem Arabum ſe conferret, cuius auxilio rediret in regnum. Nocte igitur egreſſi, venerunt ad regem Arabum in oppidum quod Petra dicitur, vbi ſedes regni erat. Itaque Areta collecto exercitu, venit in Iudæam & obſedit Hieruſalem. Quam cepiſſet, niſi dux Romanorum Scaurus ſoluiſſet obſidionem. Iam enim Syria deſiderat habere regem, facta romanis tributaria. Miſſuſque erat Pompeius à Romanis contra Tigranem regem Armeniæ, & is Scaurum miſerat per fidem Syriæ. Qui cum audiſſet diſſentionem fratrum in Iudæa, ratus tẽpus eſſe quo Iudæam poneret ſub tributo, in manu valida fines intrauit Iudææ. Ad quem & legati à fratribus vtrinque miſſi veniunt, auxilium eius hincinde poſtulantes. Corruptus autem Scaurus quadringentis talentis miſſis ab Ariſtobulo, quod proprium eſſe romanorum Ioſephus teſtatur, ad Arabas legatos mittit. Romanorum & Pompeij ei nomen intentans niſi ab obſidione recederet. Recedens ergo inde Areta Hircanum & Antipatrum Philadelphiæ collocauit, qui fruſtrati ſpe Arabum, in aduerſarios ſpem contulerunt. Cum enim Pompeius Damaſcum veniſſet,

Ioſ. lib. 14. cap. 2. Idem. c. 3.

Pompeius magnus.

Romanorum propriũ erat auro corrumpi.

A.M. 3873.

niſſet, cum multis muneribus venerunt ad eum, orantes vt violentiam Ariſtobuli dignam odio iudicaret, & in regnum Hircanum reſtitueret. Sed nec Ariſtobulus ſibi defuit, corruptione Scauri fretus. Cum autem Pompeius honorem regium ipſi Ariſtobulo non exhibuiſſet, indignans inſalutato Pompeio receſſit, & recepit ſe in oppidum Alexandrinum propter inexpugnabilem oppidi munitionem.

Mors Mithridatis. Balſamus in Hierichonte.

Quem collecto Romanorum Syriorumque exercitu inſecutus eſt Pompeius magnus, iuſsitque vt de oppido ad ſe deſcenderet. Ariſtobulus vero quia in improperium vocabatur, ſcilicet vt eſſet ſub Romano imperio, decreuerat potius periclitari quã parere. (B) Conſilio tamen ſuorum deſcendens ab oppido, relictis ibi cuſtodibus præcepit, vt nõ niſi manuſcriptis epiſtolis ſua obtemperarent. Abiitque in Hieruſalem.

Ioſ. lib. 14. cap. 17.

Quem ſtatim inſecutus eſt Pompeius magnus alacer factus iuxta Hierichonta morte Mithridatis ſibi nunciata, vbi pinguiſſima Idumeæ regio & palmarum plurimum & balſamum nutrit, cuius inciſo lapidibus acutis robore ſtillantem lachrymam ex vulneribus colligunt. Cumque Pompeius Hieroſolymam properaret, tertius Ariſtobulus occurrit ei: pecuniam pollicens quæ erat in Alexandrino oppido, ſéque de cætero Romano pariturum (C) imperio. Sed nihil horum factum eſt. Miſſum enim Gabinium ad ſuſcipiendam pecuniã, cuſtodes nec in oppidum receperunt.

Capitur Hieruſalẽ à Põpeio magno.

His commotus Pompeius Ariſtobulum in cuſtodiam collocauit. Cum autem obſediſſet Hieruſalẽ, orta eſt diſſentio in vrbe. Nam fautores Ariſtobuli vrbem tueri, fautores Hircani eam tradere Romanis contendebant. Sed victa pars Ariſtobuli in templum confugit, receptúſque eſt Pompeius in vrbem templum expugnans. Cumque Septentrionalem aggeribus vallem impleret, labor eſſet imperfectus, niſi obſeruatis ſeptem diebus, id eſt ſabbatis quibus Iudæis operari fas non eſt (D) aggerem fieri præcepiſſet. Menſe tamen tertio diruptum eſt fanum.

Romani profanant templum Hieruſalem.

Fauſtus autem Cornelius Syllæ filius, primus ingredi auſus eſt, & irruentes Romani profanauerunt templum. Et vt alibi legitur, equos in operibus ſtabulauerunt, ob quam rem traditur Pompeium de cætero nunquam pugnaſſe, quando vinceretur, qui hactenus fuerat fortunatiſſimus in bello.

Pompeius profanato tẽplo nũquam fuit victor.

Poſtera die ingreſſus templum Pompeius, admiratus ſitum & ornatum & religionem templi, nil tamen inde tulit, præcipiens æditiuis vt à ſordibus emundarent templum. Cumq; impoſuiſſet Hieroſolymis tributũ, Hircano pontifice declarato, Ari- (E) ſtobulum captiuum duxit ſecum, duóſque filios eius Alexandrum & Antigonum & totidem filias: Romámque per Ciliciam properabat, & Syriæ & Iudææ adminiſtrationem Scauro commiſit, relictis ſe cum cohortibus duabus.

Ioſeph. li. 14. cap. 10.

Alexander vero filius Ariſtobuli ex itinere fugit, qui magna manu armata Iudæam populabatur, & Hircano imminebat. Obtinebat autem munitiſſima loca Alexandriũ caſtrum & Macheronta. Miſſus eſt autem Gabinius in Syriam, vt Scauro ſuccederet, ſub quo etiam Marcus Antonius militabat, qui cũ maxima gente Alexandrium obſediſſet, conſilio matris Alexander ſe tradidit ei & caſtra. (F) Quæ Gabinius conſilio eiuſdem mulieris funditus euertit, ne alterius belli fierent receptaculum. Palpabat enim mulier Gabinium obſequiis, viro ſuo & cæteris captiuis metuens qui Romam fuerant adducti.

Iudæa in Pẽtarchias id eſt quinque principatus diuiditur.

Poſt hæc Gabinio curam templi Hircano mandante, gentem Iudæorum in quinque conuentus diuiſit, quaſi per pentarchias Iudææ frangens ſuperbiam.

A.M. 3873. Antipater Herodis.

Eo tempore factus eſt Antipater amiciſſimus Gabinio & Marco Antonio, adeóq; claruit, quòd data eſt ei vxor neptis regis Arabum Cypris nomine. Hic Genuit ex ea quatuor filios & filiam, primogenitus fuit Phaſælus, ſecundus Herodes qui poſtea dictus eſt Aſcalonita, tertius Ioſippus, quartus dictus eſt Pheroras, filia dicta eſt Saloma. Poſt hæc caſu elapſus eſt Roma Ariſtobolus, qui magna manu Iudæorum conflata Alexandrium muro denuo muniebat ad quem debellandum miſſus eſt à Gabinio Antonius. Captúſque iterum Ariſtobuluscum filiis, Romã perductus eſt. Illum quidem ſenatus in cuſtodia coercuit, filios autem in Iudæam remiſit, quia Babinius id reſcripſerat ſpopondiſſe vxori Ariſtobuli pro caſtrorum traditione.

Craſſus præſes Syriæ ſpoliauit templum Hieruſalem.

Poſt hæc cum Gabinius apud Ægyptum detineretur, Alexander filius Ariſtobuli Iudæos iterum ad diſſeſionem reduxit, ſed rediens Gabinius pacem fecit & Hircano pontificatum confirmauit. Mortuo autem Gabinio miſſus eſt præſes Syriæ Craſſus è Roma, vt etiam parthos qui iam Romanis imminebant reprimeret. In ſumptus vero Parthicæ militiæ fere omne aurum è templo abſtulit & ea à quibus Pompeius abſtinuerat, duo millia talentorum. Ob hoc auro infuſo in os, interiit, eiq; dictum, aurũ ſitiſti, aurum bibe.

Bellum ciuile inter Cæſarẽ & Pompeiũ.

Cui ſucceſsit præſes Syriæ Caſsius, qui in omnibus conſilio antipatri vtebatur. Eo tempore factum eſt diſsidium inter romanos pro Pompeio & Iulio Cæſare. Cæſar autẽ poſt Pompeij fugam trans mare Ionitum rebúſq; omnibus Romaq; potitus ſolutum Ariſtobulum cum duabus cohortibus in Syriam miſſis, per hũc facilè ſibi Iudæam ſubiicere ratus.

Ariſtobolus veneno occiditur.

Verum ſpes Cæſaris fruſtrata eſt. Nam à ſtudioſis, Pompeij veneno periit Ariſtobulus, ſeruabatúrque corpus eius melle conditum prohibita ſepultura, donec iuſſu Antonij in monumentis regalibus ſepultus eſt. Occiditur quoq; filius Alexander Antiochię à Scipione ſecuri percuſſus ſecundum Pompeij literas, accuſatione pro tribunali prius habita ſuper his quæ in Romanos admiſerat. Solus autem ſuperſtes Antigonus cũ ſororibus ſuis ad quemdam Ptolemæum Mennei filium, qui ſub libano morabatur, confugit. Accepítq; Ptolemæus minorem ſororem eius nomine Alexandrã in vxorẽ.

Luc. 3.

Ex qua vt quidam tradunt ſuſcepit filiũ Lyſaniã, qui poſtea fuit Abilinæ tetrarcha.

Lyſaniæ tetrarcha.

Poſt hæc factum eſt prælium in Æmathia inter partes Põpeianas & Cæſarianas, dicitur autẽ Æmathia ab emath, hæc eſt reblata, poſtea dicta Antiochialis Epiphania. Huic bello interfuit Antipater, pater Herodis Aſcalonitæ cum Iudæis Pompeianas pater ſequutus. Qui Antipater cum rediiſſet in Iudæam, timens Cæſaris impetum, liberos ſuos ad Arabes cognatos eorum tranſmiſit.

Ioſeph. li. 14. cap. 14.

Mortuo autem Pompeio Antipater in clientelã Cæſaris ſe contulit.

Antipater ſe contulit ad Cæſarem.

Miſit autem Cæſar Mithridatem Pergameum ad expugnandum Peluſium, mittens cum eo incolam libani Ptolemæum & Antipatrum cum tribus millibus Iudæorum. Vbi virtus Antipatri plurimum enituit. Nam & primus murũ tranſcendit. Et Memphitas ad Cæſaris obſequium prudentia ſua inclinauit.

Ioſeph li. 14. cap. 15.

Et initio prælio cum Ægyptiis pluribus occiſis toto perfoſſus corpore præter ſpem ſeruatus eſt ex prælio, habita itaq; victoria ſuorum factorum apud Cæſarem Mithridatem teſtem habuit, M. Antonio etiam in pluribus eum cõmendante, factus eſt amicus Cæſaris. Quem Cæſar Romana immunitate ſimul & ciuitate donauit, eiuſque gratia pontificatum confirmauit Hircano.

A. M. 3903.

Eo tempore Antigonus frater Ariſtobuli de quo ſupra, Antipatrum & Hircanũ criminatus eſt apud Cęſarem, dicens, eorum cõſilio fratrem ſuum & patrem interiiſſe. Ad hoc Antipater proiecta veſte, multitudine vulnerum demonſtrans, verbis non eſſe opus dixit: cũ cicatrices ſe tacente clamarent ipſum fuiſſe fidelem Romanis, cũ Antigonus & filius fuiſſent fugitiui eorum. Nullus enim ipſum quo ad vixit à Pompeio potuit auellere, nec modo à Cæſare quiſquam eum eſſet auulſurus. Tunc Cæſar cuiuſlibet dignitatis, poſt pontificem in Iudæa dedit Antipatro optionem. Qui remiſſa dignitatis menſura in Cæſarem, procurator Iudææ declaratus eſt, impetrans vt euerſa patriæ mænia renouare ſibi liceret. Regnum quoque conceſſit Hircano, ita tamen ne rex vocaretur. Sextum etiam Cæſarem cognatum ſuum Syriæ præfecit Cæſar.

Cæſar de Iudæa diſponit.

Ioſeph. li. 14. cap. 16.

§ XXII.

POST hæc Antipater filium ſuum maiorem Phaſaelum Hieroſolymis ſub ſe procuratorem conſtituit, & Herodem galilææ præfecit. Qui cum eſſet ſtrenuus natura, principẽ latronum Ezechiam cum ſequacibus ſuis interfecit. Adeóq; terrã quietã reddidit vt publice Herodes pater Galilææ cantaretur, Phaſaelus quoq; indolẽ fratris æmulatione bona ſuperare certabat, ob hoc & pater eorum obſequiis regalibus à gente colebatur. Nec tamen propter hoc minus fideles erant Hircano. Veruntamen fieri non poteſt vt liuorem in bene geſtis quiſquam effugiat. Erant ergo qui dicerent Hircano quod Antipatro & filiis eius rebus traditis, ipſe inani nomine regis gauderet. His accenſus paulatim Hircanus cauſam dicturum Herodẽ iubet accerſiri. Qui munita prius Galilæa ad regem properabat ferens ſecum ſexti Cæſaris epiſtolam, præcipientis Hircano, vt Herodem ab omni crimine & pœna liberaret. Nec multo tempore poſt factus eſt Herodes princeps militiæ Sexti Cæſaris. Et tunc Herodes iniuriam dictæ vocationis vindicaſſet in Hircanum, niſi pater eius & fratres impetum eius mitigaſſent. Interea dolo Bruti & Caſſij occiſus eſt Cæſar, de quo inferius latius dicetur. Poſt quod Caſſius venit in Syriam cuius pridem præſes fuerat, colligénſque exercitum contra Octauianum Auguſtũ adoleſcentem & M. Antonium ſeptingenta talenta à Iudæis exigebat, primus autem Herodes de Galilæa centum talenta ferens, fauorem Caſſij promeruit, moram aliorum indigne ferentis. Profectus eſt etiam Herodes cum Caſſio ad prælium, qui ei adepta victoria regnum Iudææ pollicebatur. Erat autem eo tempore cum Hircano quidam de amicis ſuis nomine Malichus, aſpirans ad ſacerdotium. Cumque decreuiſſet Hircanum veneno appetere, ſtatuit prius appetere Antipatrum immemor beneficiorum eius. Suſcepto itaq; veneno per miniſtrum, mortuus eſt Antipater pater Herodis. Malichus vero cum de morte eius ſuſpectus haberetur, coram Herode in multis ſe excuſabat. Conqueſtus autem Herodes de morte patris ſui apud Caſsium, reſcriptum ipſius recepit vt dolo dolum vindicaret. Scripſit autem Caſsius Chiliarchis, vt Herodi in cauſa ipſa opem ferrent. Vocauitque Herodes Hircanum & Malichum ad cænam. Qui cum irent, circunſpectum Malicum Chiliarchæ, id eſt habentes ſub ſe mille milites, occiderunt. Hircanus autem ſtupore diſſolutus corruit, vixque recepta anima percunctabatur

Herodis priuati adhuc res geſtæ.

Inuidiam vitare valde eſt difficile.

Occiditur Iulius Cæſar.

Herodes adhæret Caſſio.

Antipatri Herodis patris mors.

Malichus interimitur.

A. M. 3910.

A Herodem quiſnam Malichum interemiſſet. Cumq; vnus reſpondiſſet, Caſsij præceptum, ait. Et me patriamq; Caſſius incolumẽ ſeruauit, amborum inſidiatore perempto. Non multo poſt cum ægrotaret Herodes Damaſci fœlix Malici frater in vltionem fratris, contra Phaſealum arma mouit fultus Hircani auxilio. Cumque conualuiſſet Herodes Hircanum aggredi attentabat, ſed per affinitatem redierunt in concordiam. Habebat quidem Herodes vxorem nomine Dotem ſed ignobilẽ, de qua etiam Antipatrũ ſuſcepit. Superduxitq; Mariamnen neptem Hircani cuius etiam amore circuncidit ſe, & B factus eſt proſelytus, habuit ſiquidem Herodes vxores nouem, ex quarum ſeptem ſuſcepit numeroſam prolem. Sed de his paucos numerare ſufficiet, primogenitus eius Antipater ex Doride, Alexander & Ariſtobulus ex Mariamme, Archelaus ex Mathaca Samaritide, Herodes Antipas, qui poſtea tetrarcha fuit, & Philippus ex Cleopatra Hieroſolymitide, Herodẽ tamen hunc quidã Mariammes filium putant. Caſſio autẽ in Philippicis campis interfecto: Cæſar in Italiam, Antonius in Syriam diſceſſerunt. C Iudæorum autem optimates Phaſaelum & Herodem apud Antonium accuſabant, quòd rerum ſummam vi poſsiderent, nomen tantum ſupereſſet Hircano. Herodes autem muneribus placauit Antonium, reuocans ei ad memoriã patris ſui antiquam cum eo familiaritatem. Cum autem Antiochiæ denuo à centũ viris Iudæis accuſaretur adſtante etiam Hircano, percunctabatur Hircanum Antonius quinam regendis rebus eſſent aptiſsimi. Cumque Herodem & fratres eius prætuliſſet aliis exhilaratus Antonius eoſdem procuratores Iudææ declarauit.

Herodes circunciditur.

Filij Herodis.

Caſſij mors. c. 22.

Herodes procurator Iudææ conſtituitur.

Abeunte autem Antonio Romam, Pacorus rex Parthorum in manu valida Euphratem tranſgreſſus eſt. Ad quem Lyſanias deſcendens Antigoni filius nepos Ptolemæi & Alexandri (vt prædictum D eſt) pollicitus eſt ei talenta mille & virgines 500. vt Antigonum in regnum induceret. Acceptis itaque à Pacoro multis millibus Parthorum, Antigonus Hieruſalem oppugnabat, & Phaſaelus quidem muros, Herodes autem domum regiam cuſtodiebat. Sed cum intraſſet vrbem Antigonus in die Pentecoſtes, etiam in foro dimicatum eſt. Cum autem de pace tractaretur, Antigonus Pacorum regem arbitrum pacis in dolo depoſcebat. Egreſsi ſunt ergo Hircanus cum Phaſaelo & Antigonus, ad Pacorum regem properantes. Sed Herodes noluit cum eis deſcendere, ſuadente ſibi vxore Mariamme vt nunE quam fidei parthorum haberet fidem. Hircanus vero & Phaſaelus à Parthis comprehenſi ſunt in itinere. Quo accepto Herodes ad cõtribules ſuos Idumæos nocte confugit, præmiſit quidem vxorem & filios & vniuerſam ſupellectilẽ, & ipſe ſubſequens impetus ſuſtinebat ſequentium, grauiores autem Parthis Iudæos in fuga expertus eſt, cum quibus ſexageſimo ab Hieruſalem ſtadio dimicauit. Ibique ob incredibilem victoriam caſtrum munitiſsimum poſtea confirmauit, quod Herodium dixit. Dimiſsis autem vxoribus & liberis in oppido Maſſada ſub cuſtodia fratris ſui Ioſephi, in Petram ciuitatem Ara F bum perrexit. Parthi vero non ſolum Antigonum reſtituerunt in regnum, verum etiam Phaſaelum & Hircanum tradiderunt ei verberandos. At ille Hircani auriculas dentibus truncauit, ne quando mutatis rebus ſolutus pontificatum reciperet, ab integris enim ſacra celebrari oportet. Phaſaeli vero virtute præuentus eſt, qui cum nec ferri copiam, nec manus

Rex Parthorum. cap. 24.

Pacorus.

Herodes in Idumæam fugit.

Herodiũ caſtrum.

Hircano aures præſcinduntur ne fiat ſacerdos.

A.M. 3910.

manus liberas haberet, ad ſaxum fracto capite expirauit. Cognito quidẽ, ꝙ Herodes euaſerat, ait ſe æquani miter velle mori, quia vltorẽ viuũ relinqueret. De Hircano ſunt, qui dicũt, quod medicus ab Antigono ſibi miſſus eſt, qui in auriculas eius venenũ ſibi pro medicamento infudit, & mortuus eſt. Ioſephus verò refert ad Parthos miſſum, & diu habitũ ludibrio. Herodes aũt accepta morte fratris, Romã properauit, nec hyemis aſperitate retentus eſt. Circa Pamphyliã fracta naui, & in Rhodo reparata Romã profectus eſt, primóque cauſam vitæ expoſuit Antonio, qui miratus eius caſum & miſertus, ſenatui perſuaſit, vt eũ regem Iudææ declararent. Coronatus ergo Herodes, Auguſto & Antonio hincinde adſtantibus in capitoliũ ductus eſt, vbi & decretũ ſenatus ſuper hoc facto repoſitum eſt. Remiſſus eſt ergo in Iudæam Herodes, duóq; principes cũ eo Ventidius & Silo, qui eũ in regno collocarent. Cùm ergo veniſſent in Galilæam Silonẽ Antigonus mercede corrupit, & propterea congredi aduerſus Antigonũ, ſimulatis occaſionib. differebat. Cúmque tandẽ obſediſſent Hieruſalẽ Romani, tũ propter hyemis aſperitatẽ, tum propter victus inopiã, ab obſidione recedẽtes, in Idumęa & Galilęa hyemabant, nec tunc tamen Herodes otioſus erat, nam latronũ multitudinem perſequens etiam in cauernis eos igne ſuffocabat.

Hircanus moritur. Ioſephus lib. 15 c. 2. ſcribit Hircanum à Phraate parthorũ rege comiter habitũ, atque à Iudæis qui trans Euphratem erant ſuiſſe vt regẽ ac pontificem honoratum. Herodes Romam proficiſcitur c. 25. Herodes declaratur rex Iudææ. lib. 4 c. 26.

Eo tempore circa Samoſatã ad Euphratẽ fluuiũ ſitã morabatur Antonius, & iã amore Cleopatræ tenebatur. Ad quẽ properabat Herodes ſuper dolo Silonis querelã facturus. Interim aũt Soſius, vel ſecundũ alios Ioſephus, vt aliquid præclari faceret contẽpto Herodis imperio, contra Antigonũ dimicauit, & victus decapitatus eſt à Papio principe militiæ Antigoni, cuius truncũ Antigonus calcib. inhumaniter ſupergreſſus eſt. Cùm aũt accepiſſet Antonius dolũ Silonis, miſit Soſiũ cum Herode in manu valida. Qui veniens in Iudæã occurrentẽ ſibi vicit Papiũ, capútque eius Pheroræ fratri ſuo in ſolatiũ fratris occiſi tranſmiſit. Tandẽ quinque mẽſib. obſeſſã Hieruſalẽ, cũ in ſexto Romani irruerent in eã, nulli parcebant ætati, licet Herodes rogaret vt parcerent. Antigonus quoque deſcendens ad pedes Soſij proſtratus eſt. Quẽ non miſeratus Soſius, ſed irridens Antigonã appellauit, & in vincula coniecit. Cúmque omnis multitudo militũ ad viſenda ſacra, & fanũ ſpoliandũ incitaretur, reſignabat eos Herodes, acerbiorẽ ſibi, quàm ſi victus fuiſſet dicens fore victoriã. Inuehebatúrque in Soſiũ, ſi vacua facta opib. ciuitate ſolitudinis ſe regẽ relinqueret. De ſuis autẽ facultatib. ſingulis ſe mercedẽ daturum firmauit. Cúmque promiſſa cõpleſſet, Soſius aurea catena vinctum, Antigonũ ducens ad Antoniũ remeabat. Quẽ Antonius ſecuri percuſſit. Cõfirmatúſque eſt Herodes in regno Iudææ quarto anno, ex quo Romæ diadema ſuſceperat, & inde eſt, ꝙ quandoque plures quandoque pauciores anni regni Herodis leguntur. Facta eſt autẽ diſſentio inter Mariammen & ſororem Herodis Salomen. Hæc illi meretriciũ, illa huic ignobilitatẽ obiiciebat. Cõſilio vero ſororis, Herodes Hircanum dolo occidit. Et hoc ſecundũ illos, qui dicunt Hircanũ abſciſſis ſibi auriculis ab Antigono non mortuũ eſſe, ſed Herode collocato in regno Hieroſolymã rediiſſe, & in priſtinum ſtatum ſacerdotij repoſitum, ſed ſine adminiſtratione. Occidit autẽ Hircanum Herodes, ſed prætexit, ꝙ ſibi regnum deberi diceret Hircanus. In ſolatium verò Mariammes neptis Hircani, Ionathã fratrẽ eius cũ eſſet 17. annorũ põtificẽ ordinauit, & Doridẽ cum filio ſuo Antipatro ad petitionẽ Mariámes, quã ſupramodũ amabat ab Hieruſalẽ expulit, & ſolũ trib.

Herodes in Iudæam redit. 27. Herodes Hieroſolymam obſidet, ſed fruſtrà. Herodes ad Antonium pergit. Hic dicitur fuiſſe frater Herodis Ioſephus nomine. Hieroſolymam Romani capiunt cap. 28. Herodes templum diripi non patitur. Antigonus necatur & Herodes in regno confirmatur in hoc Antigono Aſſamonęorũ principatus defiit an. 126. ex quo dominus hęc illuſtris fuerat Ioſeph. ab Herode Hircanus occiditur. ibib.

ſolẽnitatib. ad adorãdũ in Hieruſalẽ aſcendere permittebat. Econtrario Salome ſuggerente occiſus eſt Ionathas, eo quod ad regnũ videretur aſpirare. Cúmque accuſaret Salome Mariámen de adulterio: addidit ꝙ expreſſe imaginem ſuam miſerat Antonio, vt ad amorem ſuum eũ incitaret. Quod vt cognoſceret Herodes ad Antonium properauit, Mariammem ſub cuſtodia viri Salomes collocans certa ei tradens indicia, quib. ſi nunciatum ei foret, Mariammẽ occideret. Dúmque morá faceret Herodes, vir Salomes quæ ſibi fuerant imperata, Mariammæ retulit. Reuerſo autem Herode vxor cum in ſinu eius dormiret, cum lachrymis, quæ de morte eius imperauerat indicauit, deſiliénſque à ſtrato Herodes ſuſcitabatur à ſorore, dormiuit ne vir ſuus cum Mariamme: Quæ ait. Dormiuit. Qui ſtatim Mariammen interfici fecit & virum ſororis. Verum de morte vxoris Mariammes, quam ſupramodum diligebat indoluit adeo, vt quaſi lunaticus crebro in amentiam verteretur. Cùm autem conualuiſſet, Antipatrũ cum matre reuocauit, filióſ autem quos de Mariamme ſuſceperat ſcilicet Ariſtobulum & Alexandrũ Romam miſit artibus liberalibus erudiendos.

A.M. 3931. De huius morte vide Ioſ. lib. 15. cap. 11.

Tranſlatum eſt itaque per hunc modum regnum de Iuda ad alienigenas imminente Chriſti aduentu. Nam Herodes, vt dictũ eſt, ex patre fuit Idumæus, Antipater enim pater eius fuit de Idumæa. Ex matre fuit de Arabia. Nã Antipater eius pater duxit vxorem Cypridẽ nomine, neptem regis Arabum, de qua natus eſt Herodes cum fratribus. Fecit tamen ſe circuncidi, vt poſſet habere vxorem Mariammen Iudæam. Sícque ſcias impletam prophetiam Iacob, qua dixit Gen. penul. Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, [a] vel ſecundum aliam literam, meſſias. Inchoatum eſt enim regnum in Saul vel Dauid, & durauit continuo vſque ad Sedechiã vltimũ de genere Dauid & vſq; ad tranſmigrationem. Poſtea non fuit ex toto ablatum, ſed interpolatum. Nam tempore Machabæorum, etſi non fuerit regnum ſeu dignitas regia, tamen ducatus & principatus populi Iudæorũ fuit in illis Machabæis, qui ſimul & ſacerdotes & duces erant. Ante autem tempus Machabæorum communiter erant de tribu Iuda vel Leuitica, qui principaliores erant in illo populo. Nam Zorobabel & Neemias qui reuerſi ſunt de captiuitate Babylonica licentiati à Dario & Artaxerxe in Hieruſalem ad reædificandum templum erant de tribu Iuda & Eſdras de tribu Leuitica. Daniel etiã cum ſociis erant de tribu Iuda, qui in captiuitate erant ſuper Prouincias primores ex adminiſtratorib. regni ſub Nabuchodonoſor & Balthaſar & Dario. Sed cùm eſſet ducatus ſeu principatus in tribu Leuitica, vt tẽpore Machabæorum qui fuerunt de tribu Leui, tñ aliquo mõ põt dici nõ defeciſſe de tribu Iuda ducatus populi, ex quo illæ duæ trib. regalis Iuda & ſacerdotalis Leui, adinuicem matrimonia contrahebant, vt patet in vxore Aaron, & vxore Ioiadæ ſummi ſacerdotis, quæ erant de tribu Iuda. Et ſic ex linea ſaltem fœ-

Regni ad alienigenas trãſlatio certiſſimum aduentus Chriſti indicium. Gen. 49. Quomodo propheta Iacob tempore Chriſti fit impleta. Quomodo nũquã ante Chriſtũ ducesce Iuda defecerint. Ex. 6. 2. Paral. 22.

a Hæc littera eſt Chaldaica tranſlatio. Nam vbi Hebraica veritas habet Chi Iabo Silo *quod ſeptuaginta reddiderunt,* ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. *& D. Hiero. donec veniat, qui mittẽdus eſt. Thargũ habet* עד די ייתי משיחא *i. donec veniat Meſſias. Sic igitur ex hoc loco manifeſtiſſimè cõuincuntur Iudæi fateri aduẽtũ Chriſti in hæc tẽpora iuxta hãc prophetiã, incidiſſe: cũ ablato à Iuda omni dominatione ad Idumæos & Arabas Iudæorũ regnũ eſt deuolutũ. vide Chro. Euſebij. Aug. in 18. ciuit. c. 45. & Lyranũ in eum locum: & Galat. c. 4. & 5. lib. 4. fuſiſſime hanc prophetiam explicantem.*

minina

A.V.C. 3952.

minina erant duces de tribu Iuda. Primus aũt ex deſcendentib. de Machabæis, qui ſibi impoſuit diadema & aſſumpſit dignitatẽ à regiã fuit Alexãder Iãneus, vt dictũ eſt ſuprà. A quo deſcendit Hircanus vltimus rex de populo Iudæorum. Sed eo ſublato per Antigonum qui regnũ ſibi vſurpauerat poſtea, ſed ab Antonio ſecuti percuſſus eſt, regnum Iudææ ad Herodem peruenit, quod ſibi collatum fuerat Romæ à ſenatu ad inſtã tiã & preces Antonij & Octauiani Aug. qui Herodes fuit alienigena ex patre Idumæo & matre de Arabia, quo regnãte natus eſt Chriſtus, & impleta prophetia Iacob ſuprà dicta. vnde Matth. 2. dicitur cum natus eſſet Ieſus in diebus Herodis regis Iudææ, &c.

a Imo verò Ariſtobulus fuit rex primus poſt tranſmigrationem, vt dixit ſuprà §. 19. quamuis ob regni breuitatem eum hoc loco prætermittat.

BREVE HISTORIAE ROMANORVM VSQVE AD CHRISTVM COMPENDIVM.

¶ *De regibus Romanorum, Romulo, Numa Pompilio, & cæteris, de bellis Punicis, Macedonicis, ſocialibus & ciuilibus.*

CAP. V.

Breuis Romani imperij epitome.

POST Monarchiam Græcorũ inchoatam in Alexandro magno, & poſt mortẽ eius diminutã, & diuiſam in regna quatuor, Aſiæ, Ægypti, Macedoniæ, & Syriæ, ſequitur quarta monarchia mundi Romanorum, quæ vltima creditur, & eſt ſecundũ viſiones Danielis de ſtatua, cuius tibiæ erãt ferreæ & pedes, mixti tamen terra, & de quatuor animalib. exeũtib. ex mari, quorũ vltimũ erat beſtia diſſimilis aliis habens dentes ferreos, cuncta cõminuens, & pedib. ſuis conculcans & ſignatur, ſecundum doctores, imperiũ Romanorũ, quod inchoatum eſt ſub Iulio Cæſare, quod fuit ante Chriſti Natiuitatẽ, & permanſit vſque in præſentẽ diem. 1458. vnde & diuturnius cæteris. Nam quamuis Conſtantinus tranſtulerit ſedẽ imperij, ad vrbem Conſtantinopolim in Græcia. Et poſtea ab Hadriano & Leone ſummis põtificibus, à Græcis tranſlatum ſit in Francos, quorum primus fuit Carolus magnus. Et inde à Frãcis ſit trãſlatum in Theutonicos, quorũ primus Otto & vſq; hodie apud eos perſeuerat, ſemper tamen dictus eſt, & dicitur imperator Romanorum. A ſuperioribus igitur inchoandum, vt habeatur initium regni eius, & modus varius regiminis, a Regnũ Latinorũ, vt ait Vin. in ſpec. hiſt. li. 7. c. 1. ſub Latino primo rege eorũ ortũ habuit, qui fuit tempore Aioth iudicis Iſrael, & durauit vſque ad annum octauũ Darij Hiſtaſpis, qui annus fuit 80. poſt tranſmigrationẽ Babylonis, & decimus poſt reuerſionẽ à captiuitate in Iudæã. Cucurrit tale regnũ per annos octingentos octoginta nouem. Et habuit ſex reges Latinos, quorum primus fuit Latinus. Quatuordecim reges Albanos, quorum primus fuit Aſcanius. Septem aũt habuit reges Romanos, quorum primus fuit Romulus, qui ciuitatem Romam primus cõdidit, vbi & regnauit, à quo vrbs denominata eſt & hoc tempore, quo regnauit in Iuda Acham rex, vel ſe-

Dãnie. 2. & 7.
D. Hier. in Dan. & alios.
Imperium Romanorũ permanet vſque in præſentem diem.
Regni Latinorũ initiũ.
Roma quãdo cõdita.

a Euſebius in Chronicis ante Latinum in Italia regnaſſe ſcribit Ianum, Saturnum, Picũ, & Faunum, annis circiter centũ & triginta. Sed hi reges non Latini, ſed Laurentũ dicebantur, vt ſcribit D. Aug. lib. 18. Ciu. c. 15. ſed poſtea ſub rege Latino regnũ Latinorũ dici cœpit, vt idẽ ait. c. 16. vnde hoc loco D. Ant. à Latino Latinorum regnum inchoatum ſcribit. quamuis ante eum alij in Latio reges fuerunt.

A.V.C. 3952.

A cundum alios filius eius Ezechias. Vltimus aũt horũ ſeptem regum Romanorum fuit Tarquinius ſuperbus quo expulſo per Brutum, propter adulterium perpetratum in Lucretiã, deinde per conſules Romani ſuũ dominium gubernarunt, qui erant temporales, id eſt per annum conſules aſſumpti curam Reipublicæ adminiſtrabant, & hic modus regiminis per 462. annos ſeruatus eſt, poſt quod Iulius Cæſar ſibi imperium ſolus vſurpauit. Ex his autẽ conſulibus, quorum tempore facta ſunt aliqua notabilia à Romanis, breuiter explicantur. Nã primo anno fuit Brutus, qui abſtulit tyrannidem regum. Deinde anno 50. decemviri conſtituti ſunt. Camillus autẽ conſul fuit anno 146. Quin-
B tius Cicinnatus dictator anno 148. Papyrius conſul anno 186. M. Attilius Regulus anno 253. Publius Cornelius Scipio anno 292. Fabius maximus dictator anno 298. Lucius Æmilius Paulus & Terentius Varro anno 299. Leuinus, & Marcellus anno 301. Claudius Nero, Liuius Salinator anno 305. Scipio Aphricanus 361. anno, Scipio Aphricanus iunior anno 364. poſtea Scipio Naſica. Deinde Minutius Poſthumius, Metellus & Marius & Sylla & Cn. Pompeius fuerunt. Marius anno 422. poſt Marcus Tullius Cicero, Pompeius & Craſſus anno 457. et tempo-
C re Scipionum fuerunt bella punica, id eſt contra Carthaginenſes. Tẽpore Marij, Iugurthinum. Tẽpore Ciceronis Catilinarium, vt refert magiſter Thom. Anglicus in expoſitione, quam fecit ſuper decem primos lib. de ciuit. Dei.

Romã ſub Acha vel Ezechia conditam eſſe ſcribit D. Aug li. 18 ciuit. c. 22.

In hiſtoria Frãcorum legitur quòd tẽpore Aioth, qui fuit ſecundus ex iudicib. Iſrael, ædificata eſt Troia à quodam dicto Troe & ſtans centum octogintaquinque annis tempore Labdon iudicis Iſrael, capta & deſtructa eſt à Græcis propter adulteriũ & raptum Helenæ vxoris Menelai græci, à Paride filio Priami regis troianorum. et tunc æneas, qui tamen ipſam ciuita-
D tem prodiderat, quamuis conſanguineus Priami eſſet, inde recedens venit cũ magna claſſe in Italiam. Cui Latinus rex dedit in vxorem vnicam filiam, quam habebat vocatam Lauiniam. Rex Latinus prius promiſerat filiam ſuam Lauiniam Turno, & quia non ſeruauit promiſſum, quoniã dedit eã Æneæ aduenienti de Troia in Italiã Mezentius rex Hetruſcorum cum Turno rege Rutulorum mouit bellum contra Latinum, & in primo congreſſu occiſus eſt rex Latinus à Turno & etiã Pallas Gigas filius euandri regis, qui venerat in adiutorium Latini & Æneæ. In ſecundo prælio occiſus eſt Turnus ab Ænea. In tertio occiſus eſt Æneas, &
E relatus in Deum. Condidit autẽ Æneas ciuitatem, quã vocauit Lauinium, vbi regnauit 3. annis, & filius eius Aſcanius 27. Sed poſtea Aſcanius ædificauit aliam ciuitatem, quã vocauit Albam prope Romam, & Lauinium dimiſit Lauiniæ matri ſuæ vel nouercæ ſecundũ alios. & tranſlatum eſt regnum Lauinienſe in Albam, vbi regnauit Aſcanius. et durauit regnum iſtud Albanorum vſque ad tempus Tulli Hoſtilij tertij regis Romanorum.

Ædificatur Troia. Et deſtruitur, Virg. in Æne. & Dares Phry. vide etiam Aug. in 18. Ciuit.

a De anno vrbis conditæ magnæ ſunt apud veteres, vt tẽporum
F *fere omnium diſſentiones, quas refert Onuphrius cõment. in faſtos. Cæterũ cõmunis eſt populi Romani ſententia, quã ipſe quoque & Genebrardus probãt, Romã Olymp. 6. an. 3. conditã eſſe quẽ annum Genebrardus eſſe dicit Oziæ ſeu Azariæ Iudæ regis 24. & mundi. 3380. Itaque iuxta ipſius cõputationem non ſub Achas vel Ezechia, ſed ſub Ozia ſeu Azaria Iudæ rege, & ſub Sellum Iſrael rege condita eſt anno. 44. antequã Achas regnare cœpiſſet. Sed auctor D. Auguſt. & Euſeb. & Bed. inſequitur.*

§. I. Reſu-

A.V.C. 1.

§. I.

De Remo & Romulo.

RESVMENDO igitur à primo rege Romano, hic fuit Romulus, cuius frater Remus fuit de quorum ortu & genere ſic ait Iuſtinus li. 43. Amulius fuit vltimus rex Albanorum, hic fratrem ſuum maiorem natu Numitoremque vocatum à regno expulit. Filiamque ipſius Numitoris vocatam Rheam vel ſecundum alios Iliam adimendi partus gratia, in perpetuam virginitatem demerſit, Deæ Veſtæ dedicans, & hoc egit, ne quis iudex regni ſexus virilis ex genere Numitoris naſceretur. Sed cum in Luco Marti ſacro clauſa maneret, geminos eſt enixa, incertum vtrum ex ſtupro an ex Marte. Quãuis autem Iuſtinus ſic loquatur, ſecundum opinionem illius temporis hoc exprimit. [a] Nam ex ſtupro creditur, vel ſaltem ex dæmone incubo. Hos genitos Amulius exponi iuſſit, vt morerentur, & puellam vinculis onerat, ex quorum iniuria deceſſit. Sed ſecundum alios in punitionem inceſtus viua defoſſa fuit. Dea autem Veſta dicebatur Dea telluris quaſi vi ſtans, quia terra in æternum vi ſtat ſua. Et ipſa eadem dicebatur Dea ignis, quia ignis inuenitur in terra. Et quia de igne nil naſcitur: ideo dicebatur virgo, Dea Veſta, quia virgo non generat: & ſibi dedicatæ tenebantur ad ſeruandam virginitatem. Et hoc Numen per aliquam effigiem in marmore vel ſcilicet nõ ex ſculpebatur vt alia idola, quia ignis nulla formari poteſt effigie ſed & conſeruabatur ignis cõtinue in templo eius, quẽ aliqua ex illis virginibus lignis appoſitis nutriebat. Et quia ſemel fuit extinctus virgo illa quæ eum cuſtodiebat fuit combuſta. Expoſitos ante paruulos Romulum & Remum lupa aluit. Sed hos Fauſtulus paſtor armenti regij iuxta ripam Tyberis inueniens ad Accam Laurentiam, vt ait Euſeb. in Cron. vxorem ſuam detulit. Quæ propter pulchritudinem & rapacitatem corporis luxurioſi lupa à vicinis appellabatur, vnde ad noſtram vſque memoriam cellulæ meretricum lupanaria dicuntur. Hi autem Romulus & Remus adulti facti cũ latrones à rapina pecorum ſubmouerent, Remus à latronibus factus Numitori tanquam latro offertur, quem cum conſpiceret, repente Fauſtulus cum Romulo ſuperuenit, factaque conſpiratione Amulium occidũt. Numitorem reſtituẽtes in regno. Dicuntur autem Romulus & Remus filij Martis quid fuerunt bellicoſi vel quia in templo Martis gemini, non tamẽ ex eo, ſed ex ſtupro. Et vt ex Chronicis Euſebij habetur, temporibus Achaz regis Iuda à gemellis Romulo ſcilicet & Remo Roma in monte Auentino conditur. Et anno ab vrbe condita tertio Remus à Fabio duce Romuli raſtro paſtorali occiditur, & vt à quibuſdam dicitur, procuratione Romuli, vt ſolus regnaret, vnde ſolus in regnum ſublimatur. Hieron. Roma ſimul duos reges habere non potuit, & parricidio dedicatur. 7. q. 1. in apibus. Eodẽ tempore fertur Sibyllam Erythræam claruiſſe ſecũdum Aug. de ciui. Dei. cuius dicuntur eſſe verſus. Iudicij ſignum tellus ſudore madeſcet &c. quæ multa prædixit de Chriſto. Fuit ergo condita Roma ſi hoc fuit tempore Ezechiæ anno quartæ ætatis. 355. Et ab initio mundi ter milleſimo 223. ſecundum computationem Hier. Sed ſecundum 7. & [a] Bedam quæ communius tenetur quater milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Si autem anno Achaz condita fuit ſecundum alios, modicum ante fuit, quia Achaz pater fuit Ezechiæ. A captiuitate autem ſeu exterminio Troiæ anno 405. ſecundum Euſeb. in Cron. nati ſunt præfati Romulus & Remus. Poſtquã autem Romulus muros ampliſſimę ciuitatis cõſtruxiſſet nec ſufficerent qui cum eo erant ad implendum eam, locum qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt Ayluam aperit. vt ſcribit Titus Liuius in libro primo de origine vrbis propter quod congregata eſt maxima multitudo latronum & fugitiuorum intra vrbẽ. Videns autem Romulus quia vxores non habebant, nec ſine vxoribus poſſet ciuitas diu ſtare: miſit ad vicinas ciuitates poſtulans eis dari filias earum in vxores. Sed ſtatim in principio fuit ciuitas Romuli odioſa. Timebant enim illam multitudinem talium virorum ſcilicet latronum, & contemptui habebatur Romulus & ſui, quia paſtores pauperes erant. Igitur vicini mandauerunt Romulo & ſociis quòd ſicut aperuerant aſsycum viris volentibus ad ſe confugere, ita apperirent & mulieribus, & ſic vxores acciperent, quia filias ſuas eis dare nolebant. Romulus autem hæc audiens diſsimulato animo quaſi negotium iſtud mentem ſuam nõ tangeret, cenſuit Deo conſo. id eſt conſiliorum ludos circenſes celebrandos, & procurauit diuulgari, vt multi vicinorum confluerent ad ſpectaculum iſtud. Inſtantibus autem huiuſmodi ludis ordinauit Romulus vt ex Sabinorum vrbe quæ erat prope Romam, cum venirent mulieres ad ſpectãdos ludos quilibet ſibi raperet vxorem, quam vellet, quod & factum eſt. Poſtmodum vero cum patribus illarum puellarum, qui volebant iniuriam ſuam vlciſci, & filias ſuas reaſſumere, Romulus cum ſuis bella geſſerunt. Sed parentes earum ſtatim poſt raptum filiarũ ſuarum cum ſordida veſte lachrymantes, circumibant ciuitates vicinas, quærelis ſuis de iniuria eis facta populos finitimos concitantes cõtra Romanos. Et quamuis maior pars raptarum eſſent de Sabinis, erant tamen & aliæ aliarum ciuitatum vicinarum, & primo hac de cauſa moti Cæninenſes magnum impetum fecerunt in agros Romanos, eos deuaſtando. Sed diſperſos per agros Romluſcum ſuis deuicit ducem eorum. Acronem occidit & ciuitatem ipſorum cepit, Poſtea Cruſtumini bellum inferentes Romanis victi ſunt. Nouiſſime bellum grauius à Sabinis, Romanis illatum eſt & primo congreſſu arcem Capitolij capiunt. Nam cum filia Spurij Tarpeij quæ præerat arci Capitolij, egreſſa eſſet ad hauriendam aquam, Titus Catius princeps Sabinorum occurens cum ſuis promiſit puellæ dona, ſi Sabinos in arcem introduceret, qui ingreſſi non perpendentibus: Romanis, interfecta puella ocuparunt arcem, & poſtera die cum Romanis congrediuntur. Hoſtium Hoſtilium ducem exercitus Romanorum occidunt, & exercitum Romanorum vſque ad portam Palatij veterem fugãt. Sed Romulus cum ſuis fecit votũ Ioui de cõſtruẽdo

Romuli & Remi ſalus.

Veſta Dea de qua vide Oui. in Faſt.

Euſeb. in Chron.

Iuſt. lib. 43.

Lupanaria quare dicantur.

Hi. ad Ru. de vio. for. Au. lib. 19. de ciui. ca. 13.

A.V.C. 1. Roma cõditur in monte Auentino.

De Sibylla Erythræa.

Ti. Liu. l. 1. dec. 7.

Raptus Sabinarum.

Ludi circenſes.

Cæninenſes. Cruſtumini. Sabini.

Sabini arcem Romanam capiunt. it. Li. lib. 1. dec. 1.

a Numeramus annos ab vrbe condita in hac Romanorum hiſtoria, ſicut omnes hiſtorici cum Romana tractant, facere conſueuerũt. Relictis autem ſingulorum annorum computationibus ſolum numeros maiores perſequemur, Oroſiumque in hac annorum recenſione ducem habebimus.

b Ex milite potius armato, qui ſucum virgini fecit crediderim Romulum generatum. Onu. in conſ. 1. lib. Faſt.

a Roma condita eſſe dicitur à Beda in Chro. ſub Achaz. ann. 328, vel circiter.

A. V.C. 40. Mors Romuli.

ei templo, vt ſuus exercitus à fuga deſiſteret, & ad reſiſtendum ſe firmaret. Quod faciens, exercitus Romuli cœpit fortiter dimicando contra Sabinos eſſe ſuperior. Tunc Sabinæ mulieres quæ raptæ fuerant, ſparſis crinibus, & ſciſſis veſtibus inter acies ipſas & tela volantia medias ſe ingerunt, ex vna parte rogando patentes, ex alia viros, ne ſanguine nefando ſoceri & generi ſe reſpergerent. Sicque mouent animos vtrorumque. Qui facto ſilentio duces fœdera componunt, & vnam ciuitatem ex duabus faciunt, & imperium Romam omne conferunt [vt Sabinis tamē aliquid daretur à curib. Ro.] Quirites nuncupari volunt. De morte Romuli ſic narrat Tit. Liu. Cum apud Capreę paludem recenſeret exercitum, ſubito orta eſt ingēs tempeſtas quæ] cum magno fragore tonitribuſque tam dēſo Regem operuit nimbo vt cōſpectum eius concioni obſtulerit.] nec poſtea viſus eſt, propter quòd à multitudine dicebatur vel credebatur in Deum trāſlatus. Aliqui tamen dixerunt eum fuiſſe tunc patribus odioſum, & ab eis diſcerptum. Sed opinionem eius de ipſius deificatione confirmauit quidam nomine Iulius Proculus, aſſerens ſibi Romulum apparuiſſe in via, & iam Deū factum multa mandaſſe. Et ſic habitus eſt pro Deo Romulus à Romanis & dictus Quirinus ab haſta quam conſueuerat portare. Nam quiris lingua Sabina idem eſt quod haſta & pro maximo Deo eū habebant poſt Iouem. Ecce quales dij Romanorū & Gētilium.

Dij gētiū quales:

Iupiter quem dicebant ſummum Deum, qui fuit ſceleratiſſimus homo, qui expulit patrē Saturnū à regno, vt ipſe regnaret in Creta, conſtuprator virginum, adulter, & ſodomita, vt dicitur de Ganimede. Romulus fratricida, princeps latronum, finitimis infeſtus, & raptor Sabinarum.

§. II.

De hoc Numa Pōpilio vide Plutarchū in vita Numæ Pompilij.

POST Mortem Romuli vt dicit Tit. Liu. lib. 1. de origine vrbis, patres cōcedente eis populo, quòd ipſi eligere poſſent ſucceſſorem Romuli, Numam Pompilium, quamuis non eſſet de Romanis ſed de Sabinis, propter magnam famam eius de iuſtitia & religione elegerunt in regem ſuum. Videns autem Numa ſic electus ſine legibus regnum ſtare non poſſe, & quia circa leges dandas inſiſtere non valeret niſi pax eſſet in vrbe: ſtatim in principio regni ſui fecit in circūitu pacem, quàm & habuit toto tempore regiminis ſui ſcilicet 43. annis. Licet Eutropius dicat. 43. annis. Facta autem pace conſtituit tēplum Deo Iano, cuius clauſio ſignificaret pacem, quaſi pax incluſa maneret apud Romanos, eius autē apertio ſignificaret bellum, quaſi vt omnes milites qui ad bellum exirent, incolumes reperirentur in eo reuertētes de prælio. Quo facto totus vacabat legib. cōdendis & ſacris inſtituēdis & ordinādis. ſ. aliquos Deos in ciuitate inſtituens colendos eſſe tradēs modū colēdi eos, & circa ceremonias & ſacra occupauit maiorem partem vitæ ſuæ. Eo mortuo Tull. Hoſtilius qui ei ſucceſſit in regno, ſtatim aperiri fecit templum Iani, & bella agens totus bellicis reb. deditus fuit. Ab illo ergo tempore Numæ vſque ad Octauianum Auguſtum, ſub quo natus eſt Chriſtus, tantum fuit ſemel clauſum templum Iani ſcilicet poſt primum bellum punicum, ſub Manlio Torquato conſule. Tempore vero Octauiani vrbe quieſcēte à belli, poſtquam ab eo victus eſt Antonius, iterū clauſum fuit, & per conſequens à tempore Numæ vſque ad tempora Octauiani non habuerūt Romani pacem, niſi vno anno, nec ante Numam habuerūt quia Romulus continuo bella geſſit.

Hoc notat. Aug 3. ci. c. 9. Iani tēplū Tullius hoſtilius.

A. V.C. 7. Iſid. li. 5. Ety. c. 1. Ibid. ca. 9.

De ipſo autem Iano cui Numa templum fecit, ſciendum quòd ipſe regnabat in monte Ianiculo qui mons eſt intra vrbem pro parte & in partib. vicinis, eo tempore quo Saturnus expulſus à filio ſuo Ioue venit de Creta in partes illas. Et quia Saturnus docuit vineas colere & ciuiliter viuere, ideo receptus à Iano in ſocium regni. Iano vero mortuo & deificato ſecundum opinionē illorum, attribuebant ei poteſtatem omnia claudēdi & aperiendi. Et ideo Numa conſtituit ſibi templū quod voluit pro diuerſis temporib. claudi & aperiri vt dictum eſt. De legib. inſtitutis ab eo dicit Iſid. diſt. 7. cap. Moyſe. Numa Pompillius qui Romulo ſucceſſit in regno, primus Ro. leges inſtituit. & diſt. 1. Ius Quiritū dicitur. Ius Quiritū eſt propriè Romanorū quod nulli tenent niſi Quirites. i. Romani. Vbi dicit gl. quòd Romani ibi dicuntur omnes ſubditi Romano imperio. Vnde & alio modo dicuntur leges imperiales. Et quot ſint genera illarum legum ſeu nomina per totum diſtin. 2. ibi declaratur. [a] Addidit & iſte Numa duos menſes ad annum ſcilicet Ianuarium & Februarium, quia prius annus diuidebatur in decem menſes.

Numa addidit anno ianuarium & Februarium.

De Numa Pompilio dicit Auguſtin. de ciui. Dei. lib. 7. capitu. pe. & allegat Varronem quòd cum quidam Terentius agrum iuxta Ianiculum, & Bubulcus eius iuxta ſepulchrum, Numæ araret, ſub terra effoſam arcam reperit, in qua erant libri ſeptem, in quibus continuebantur inſtitutorum ſacrorum cauſſæ & edita à dicto Numa Pompilio, quæ inſtituta fuerant ab eo, diabolo inſtigante. Nam ipſe Numa, ait Auguſtinus Hydromantiam facere compulſus eſt, vt in aqua videret imagines deorum, potius ludificationes dæmonum, à quibus audiret quid in ſacris conſtituere & obſeruare deberet. Quod genus diuinationis idem Varro à Percis dicit allatum, quo & ipſum Numam & poſtea Pythagoram Philoſophum vſum fuiſſe commemorat. Vbi adhibito ſanguine humano etiam inferos prohibet ſuſcitari. Cum ante dicti libri inuenti fuiſſent & ſenatui, præſentati, Lucius Petilius prætor de authoritate ſenatus fecit incendi publicè. Ille autem Numa occultos habere voluit, quia noxios putauit hominibus. Ideo autem ſenatus, incendi fecit, quia doctrina eorum videbatur retrahere à religione & cultu deorum, dicit Valerius.

Au. 7. ciui. c. 33.

Va. li. 1. c. 1

a Annum vertentem Romæ, (vt inquit Cenſorinus) Licinius Maceret, Feneſtella ab initio duodecim menſium eſſe dixerunt. Quod etſi fere contra omnium ſcriptorum ſententiam ſit, mihi ſemper placuit. Nam certum eſt Troianos, à quibus Albani primo & poſtea Troiani originem traxerunt, annum duodecim menſium habuiſſe: neque vnquam adduci potui, vt crederem Romanos ſic rudes fuiſſe, vt annum tam breuem neque ſolis neque lunæ conuenire cognoſcerent, præſertim cum vbique tunc fere duodecim menſium lunarium annus vſurparetur. Onuph. in com. in Faſtos.

§. III.

De Tullo. Hoſtilio.

TERTIVS rex Romanorum dictus eſt Tul. Hoſtilius. Hic deditus fuit bellicis rebus. Vnde

& tem-

A.V.C. 7.

& templum Iani aperiri fecit, & pacē faſtidiens occaſiones bellorum quæſiuit. Incipiens ab Alba quæ fuerat quaſi mater Romæ, quia Romulus ædificator Romæ deſcendit à regnantibus Albæ per matrem. Et hæ duæ ciuitates ſcilicet Alba & Roma erant ſatis amicæ adinuicem, vſque ad iſtum Tullum regem Romanorum tertium. Hic autem prouocauit Albanos multotiens ad bellum. Iamque certantibus adinuicem cuius iſtarum duarum ciuitatum deberet eſſe imperium vt narrat Titus Liuius li. 1. cum quadā vice producti eſſent exercitus vtriuſque ciuitatis ad pugnandum, conuenerunt duces exercituum in hāc ſententiam ad vitandam occiſionem plurimorum, vt tres germani de exercitu Romanorum fortes viribus in armis ſtrenui, qui dicti ſunt Horatij, pugnarent cum aliis tribus germanis de exercitu Albanorum qui dicti ſunt Curiatij & ipſi non imparis virtutis, & cæteris quieſcentibus ex his quorum eſſet victoria illius gentis eſſe imperium. pugnantibus ergo adinuicem Horatiis tribus cum totidem illis Curiatiis duo ex Horatiis interfecti ſunt, tertio ſuperſtite, ex Curiatiis nullus occiſus eſt, ſed omnes tres grauiter vulnerati. Qui ſanus remanſerat ex Horatiis, cogitans ſe ſimul tribus non poſſe reſiſtere, fugam ſimulauit, vt tres illos ipſum inſequi tentantes abinuicem ſepararet. Quibus abinuicem remotis, ſe vertit ad inſequentes. Et primum qui ſibi magis appropinquaret cum eo congrediens occidit. Deinde aliū ſuperuenientem, & demum tertium. Quibus interfectis reuertitur ad ſuos cum ingenti lætitia Romanorum, & ſic imperium adiudicatum eſt Romanis. Cum autem Horatius ille intraret Romam victorem cum ſpoliis illorum trium Curiatiorum quos occiderat, germana eius Horatij videns ſpolia vnius illorum Curiatiorum, cui iam erat deſponſata, ſed nondum tradita, percipiens mortem ſponſi, fleuit ex affectu ad eum, quòd ita ægre tulit dictus Horatius quòd eā occidit, in hoc nimiam crudelitatē exercens

Tergeminorū Horatiorū & Curatiorū pugna.

Diſplicuit autem Albanis quòd Metius Suffetius dux exercitus eorum poſuiſſet victoriam pugnæ in conflictu trium, vnde imperium Romanis aduenerat. Qui vt ipſos Albanos ſibi conciliaret & eis placeret, cernens ipſos non ſufficere ad vincēdum Romanos palam, contra romanos concitat alios populos vicinos ſcilicet Fidenates & Veios & ſe & ſuos proditioni ſeruat. Nam cum rex Romanorum Tullus contra prædictos pugnaturus ſecum duceret Albanos, & Metium eorum ducem, confidens de eis vt adiuuarent, in congreſſu pugnæ, Metius cum Albanis, pugnam deſerit, & prope in montem conſcēdit, vt fortunam bellantium poſſet intueri, & eo ſe conferret quo fortunam cernere præualeret. Quod Tullus comperiens, clamauit in exercitu ſuo non eſſe de receſſu Albanorum aliqualiter trepidādū, quia iuſſu ſuo receſſerant, vt hoſtes à tergo inuaderent. Vicit autem Tullus cum Romanis, populos illos contra ſe venientes, & poſt victoriam Metium ducem Albanorum captum in duas partes diſtrahi fecit, & ciuitatem Albanorum quoad muros & domos funditus euertit, & ciues Albanos inde Romam ad habitandum tranſire coegit in montem Cælium qui vrbi adiacet, & ſic de Albanis Romam adauxit, quæ Alba ciuitas ſteterat 400. annis ſecundum Titum Liuium. De iſto etiam narrat Titus Liuius eū inualeſcente peſte Romæ, longum morbum incurriſſe & ex tunc dimiſſo animo feroci ad bella, ad ſacra deorum animum dediſſe. Et cum quædam occulta ſolēnia ſacrificia Ioui faceret & nō rite, ipſe cum domo ſua fulmine percuſſus eſt & conſumptus.

Trāſlatio Albanorū in vrbem Romanā

Liu. li. 1. Dec. 1. Tulli mor.

A.V.C. 715.

§. IIII.

QVARTVS rex Romanorū vt narrat Titus Liuius in primo libro primo decadis dicitur Ancus Martius Numæ Pōpilij ex filia nepos, de quo nōdum collegi quid egerit, niſi quod ſuper mare ſextodecimo milliario ab vrbe ciuitatem Oſtiam cōdidit, vt dicitur in chronica martiniana, & primum pontem ſublicium trans Tyberim inter montem Auentinum & Faniculum fieri fecit. Fuit autem tempore Ioſiæ regis Iuda: & regnauit annis 25. Ab oſtia dicitur Epiſcopus oſtienſis cardinalis qui conſecrat Papam, nunc autē & tota oſtia deſtructa eſt cū portu ſuo. Item nota quòd Tarquinius Priſcus qui erat aduena, Romam adueniens tantam gratiam inuenit apud ipſum Ancum Martium quartum regem Romanorum, ꝙ moriens factus eſt tutor ab eo filiorum eius. Mortuo autem dicto Anco Martio rege, cū ciues Romani cōgregati eſſent vt ſibi prouiderent, de futuro rege Tarquinius præfatus, qui tutor filiorum Anci erat miſit eos venatum, & eis abſentib. petiuit regnum à Romanis, & obtinuit. Qui licet poſtea in regno multa ſtrenue geſſiſſet, tamen filij Anci propter iniuriam ſibi factam in ademptione regni, quia etiam nullum eorum ſibi ſubſtituerat, ſed quemdam ſeruum Seru. Tul. cui filiam ſuam deſpōſauerat, conſpirat contra ipſum, & duos paſtores aſſuetos ferramentis agreſtibus dimicare, ad hoc delegerunt, vt eum interficerent. Qui ex condicto inter ſe litigātes appellauerunt ad regem. Et tamē admiſſi introducti fuiſſent coram rege & rex in vnum illorum cōquerentem vehementer intenderet, alter eleuata ſecuri regē in capite percuſſit, & occidit, & ſic Tarquinius Priſcus Quintus rex Romanorum vitā finiuit, Cui ſucceſſit Seru. Tul. Tul. & Ocriſiæ filius ſextus rex Romanorum. Hic fecit foſſas circa muros vrbis & [a] primus fuit qui ordinauit cēſum tolli à populo, quod prius ignorabatur. Hic filias ſuas dedit vxores, Maiorem Tulliam Lucio Tarquinio. Minorem vero Tulliā Arunti Tarquinio. Quorum Lucius poſt eum fuit 6. rex, & dictus fuit Tarquinius Superb. hic Tarquinius ſtimulatus malitia minoris Tulliæ vxoris ſuę, filiæ Seruij Tullij qui mite Aruntis ingenium faſtidiēs Lucio ferociori nupſerat, vt narrat Titius Liuius li. 1. appetiit regnum. Vnde & contra Tullium regē primo coram patribus inuectus eſt, poſtmodum in foro concionando ad populum idem fecit. Et ſtipatus armatorum multitudine in regia ſede ſe collocans iuſſit patres citari ad regē Tarquiniū per præconē. Tull. hoc audiens & mox accurēs Tarquiniū de hoc increpare cœpit, qui per gradus ſtatim deiectus, cum læſus grauiter domum ſuā peteret in via per miſſos à Tarquinio occiſus eſt. Super cuius corpus Tull. minor filia ſua feſtinās vt nouū regē ſalutaret virū ſuū, currum ſuum traduci fecit. Sicque Tarquinius Superbus regnum Romanorum vſurpauit. Qui poſtea Volſcos & Gabinos, populos ſcilicet Romæ vicinos domuit. Poſtea tēplum Ioui in mōte vrbis, qui prius dictus eſt Saturnius, quia Saturnus illum inhabitauit, poſtea dictus eſt mons Tarpeius ædificauit. Et cū foderetur eius fundamentum, repertum eſt ſub terra caput hominis cum facie integra, à quo mons

De Anco. martio. Bed. in l. de ſex mūdi.

Ancus Martius fuit tēpotib. Ioſiæ.

Tarquinius Priſcus rex Rom.

Tarquinius Priſcus occiditur.

Seruius Tullius rex Ro. 6.

Tulli regis mors.

a Non ſatis intelligiſſe videtur D. Ant. cuius cenſus M. Tull. auctor fuerit. Non enim ille primus à populo tributum colligere cœpit, ſed cenſere vnūquemque quātū in bonis haberet iuſſit, & ex rōne cenſus vniuſcuiuſq; populū in claſſes diſtribuit, ſicq; auctor fuiſſe cēſ⁹ dicitur.

A. V.C. 339.

Tarquinius ſuperb. rex Romanorum.

Ti.Li.li. 1. decad. 1. Gel.lib.1. cap.18.

De libris Sibyllinis.

A ille deinde dictus eſt mons Capitolij , & tẽplũ illud Capitoliũ vocatũ eſt, & opus illud valde ſumptuoſum fuit, adeo ſecũdum Tit.Liuium ꝙ magnificẽtia Romanorũ quę fuit tẽpore Au.quãdo toti orbi dominabatur vix potuit aliqd æquale illi facere A.Gel. li.j. narrat quòd anus quædam incognita ad Tarquinium ſuperbum regẽ adijt,nouẽ libros ferens , quos dicebat eſſe diui ia oracula, eoſque dicebat vendere velle.Sed cum iudicio regis pretium nimium atq;. immenſum peteret,ab ipſo irriſa eſt. Tunc illa corã rege igne facto tres ex illis combuſſit libros interrogans,ſi rex ſex libros reſiduos æquali precio vellet emere. Qui reſpondit anum illam eſſe deliram quæ B ſtatim tres alios combuſſit,interrogans regẽ de trib. reſiduis ſicut de ſex fecerat,qui mulieris videns conſtantiam tres libros emit non minori precio quam pro omnibus petitum fuit. Mulier autem illam poſtmodum à rege diſgreſſa nuſquam comparuit. Libri vero tres illi ſacrarium conditi Sibyllini appellati ſunt.Et ad eos quaſi ad oraculum 15.viri adeunt,cum dij immortales conſulendi ſunt publice.hæc.A. Gellius.Iſido.in lib.Ety. aliter dicit ſcilicet quòd Sibylla Cumæa ſic dicta à Cumis ciuitate Campaniæ attulit non Tarquinio Superbo , ſed Tarquinio Priſco quinto regi Romanorum nouem libros , in quibus C erant decreta Romanorum.Si fuit factũ vt di.A.Gellius videtur illa mulier fuiſſe diabolus in forma mulieris.Hic rex ſeptimus Tarquinius ſuperbus fuit expulſus à regno , propter adulterium perpetratum à filio eius in Lucretiam.Cuius hiſtoriam ponit diffuſe Titus Li.1. Dicit enim quòd cum maritus Lucretiæ nobiliſſimæ fœminæ Romanæ vocatus Tarquinius Collatinus,in obſidione Ardeæ ciuitatis Rutulorum eſſet,& cænaret cum ſexto Tarquinio filio Tarquinij ſuperbi vltimi regis & cum aliis iuuenib. regiis, ortus eſt ſermo inter eos de vxoribus ſuis. Cœpitque vnuſquiſque ſuam laudare,& eam aliis pręferre. Tũc D ait maritus Lucretiæ. Non eſt opus verbis. Nam veritas facto ſciri poteſt. Aſcenſis igitur equis vt ſuas vxores viſitarent ex inopinato, & ſcirent quid vna quæque ageret, veniunt in principio noctis Romam hi,quorum vxores erãt Romæ,& ſubito domos ſuas ingreſſi cum ſodalibus ſuis, repererunt vxores ſuas luxui & conuiuiis occupatas. Poſtmodum vlterius procedentes in Collatiãtiæ(in oppidum. prope Romam,à quo maritus Lucretiæ dictus eſt Collatinus) ſubito domũ Collatini Tarquinij intrauerunt inueneruntq; Lucretiã cũ ancillis ſuis lanificiis occupatã. Laus igitur vxorum apud Lucretiam remãſit ſcilicet E de honeſtate.Sextus vero Tarquinius filius Tarquinij regis amore eius ſubito captus , deliberauit quomodo eius copiam habere poſſet.Paucis igitur dieb. interiectis , ignorante Collatino , cum vno comite dictus Tarquinius filius Tarquinij regis ad domum Lucretiæ venit,quem honorifice ſuſceptum poſt cænam ad lectum deduci fecit. Sed ipſe nocte cunctis dormientibus ad lectum Lucretiæ clam acceſsit , & ferrum manu tenens ea excitata,aſſenſum in eũ precibus exegit, comminans ſi non præberet aſſenſum & eam occiſurum & vnum ex ſeruis occiſum iuxta eam poſiturum , ſicque diuulgaret, quòd propter F adulterium , quod commiſiſſet cum ſeruo eam occidiſſet , propter quod timens illa magis infamiam, quam mortem illi acquieuit. Poſt receſſum autem Tarquinij miſit illico Lucretia Collatinum virum ſuum & ad Sp. Lucretiæ patrem. Quibus venientib. exponens caſum,qui contigerat , gladio quem ſubitus habebat ſeipſam occidit à ſuis exacta fide con-

Lucretiæ hiſtoria.

Lucretia violatur.

A. V.C 508.

A tra dictum Tarquinium de iniuria. vlſciſcenda. Reprehendit Auguſtinus Lucretiam de adulterio & de homicidio,vt patet in lib.1.de ciui.Dei cap.19.diffuſe & 32.q.5.Propoſito.Propter iſtud autem ſcelus Tarquinij , ablatum fuit nomen regium ſeu dignitas regalis ab vrbe.Quo facto,conſanguinei & amici Lucretiæ corpus eius Romam detulerunt,vt magis populum contra regem incitarent.Erat autẽ tunc Tarquinius rex extra vrbem cum exercitu in obſidione ciuitatis Ardeæ , cui redeunti in ciuitate & ingredi volenti clauſerunt portas, intra eum recipere recuſantes tum propter factum Lucretię,tum etiam pro- B pter ſuperbiam ſuam & tyrannidem,qui poſtea quã diu Romanos inquietaſſet ſpe recuperandi regnum adiutus exercitu Porſenæ regis Cluſini, tandem deſperans intentum aſſequi apud Tuſculum cõſenuit, & ibi vitam finiuit Et tunc(vt refert Tullius de amicitia) dixiſſe fertur primum cognouiſſe quos fidos habuiſſet amicos,& quos infidos cum neutris gratiã referre poſſet.Et ſic regnatum eſt ſub legibus ſeptẽ annis.243.ſecundum Au.Eutropium & Titum Liuiũ & toto illo tempore regum nõ obtinuit Roma territorium vltra 15.vel 20.milliaria ſecundũ Eutropiũ.

Reges Roma pulſi

Cic.in Lælio circa med.

Tit.Liu.li. 1.dec.1.

C

§. V.

CREATI igitur primi tunc ſunt duo conſules, ſcilicet L.Iulius Brutus & Tarquinius Collatinus maritus Lucretię.Cum autem Brutus comperiſſet filios ſuos,& alios conſanguineos ſuos tractare ſecrete de reductione Tarquinij regis expulſi in vrbem,detecta coniuratione Brutus filios ſuos & alios conſcios eiuſdem factionis occidi publice per ſententiam fecit.de quo facto Virgi.aut.Vicit amor patriæ,laudumque immenſam cupido, vt refert Titus D Liuius,hi duo filij Bruti Titus & Tiberius,& duo cognati id eſt fratres vxoris ſuę Marcus & Manlius Vitellius,cum pluribus aliis adoleſcentibus cum Tarquinius ſuperbus regnaret , ſoliti erant cum filiis Tarquinij regis luxurioſam vitam agere & diſſolutã. Vnde poſt expulſionem eius grauiter ferebant multum,& ablatum de priſtina libertate ad malum cõquerebantur legeſque dicebant rem ſurdam & inexorabilem eſſe , ſalubriorem melioremque inopi quam potenti.Nihilque laxamenti vel veniæ habere ſi modum exceſſeris.Iſta ergo tractantes cum his quos Tarquinius ad vrbem pro rebus ſuis repeten- E dis miſerat, fere produxerãt tractatum ad effectum de reditu regis Tarquinij,niſi per Vindicium ſeruum qui eos tractantes audierat,detecti fuiſſent.Quo facto , proditione aperta Brutus in ſui præſentia & ſententias filios & cognatos virgis prius publicè cæſos,fecit decapitari,nullius doloris ſignum oſtẽdens. Et vt dicit Valerius,exuit patrem,vt ſe conſulem exhiberet. Et hoc anno primo ſui conſulatus, ſcilicet ducenteſimo quadrageſimoquarto ab vrbe condita. Qui poſtea in bello quod Tarquinius mouit contra eum ex hoc iratus cum fortiter dimicaret,contra Aruntem filium Tarquinij regis : mutuis F vulneribus ceciderunt mortui. Cui Bruto ſucceſſit in conſulatu ſpurius Lucretius pater Lucretiæ oppreſſæ. à Tarquinij filio,ſed intra annũ morbo periit Ita autem fuit exoſum Romanis nomen regium, quòd Collatinum conſulem , etſi fideliter pro patria laborantem , & qui à tyrannide regiam ciuitatem liberauerat , eo quòd Tarquinij nomen haberet , à conſulatu , & ciuitate ingratiſſima eiecerint,

Conſules in vrbe creari cœpti.

Aen.6. Tit.Liu.li. 2.dec.1.

Brutus filios necari facit. Val.lib. 5. cap.8.

A.V.C. 243.

eiecerint. Dignitas autem cõſulatus de nouo aſſumpta per annum integrum & non vltra protendebatur. Et vt dicit Eutropius, ideo dignitas ſeu officium cõſulatus annuum erat, ne per diuturnitatem poteſtatis inſolentiores redderẽtur. Ideo duo creati ſunt, vt ſi vnus malus eſſe voluiſſet, alter habens poteſtatem ſimilem collegam impediret, & coerceret. Non autem habebant abſolutam poteſtatem, nam coercere & in vincula ponere volebant ciues Romanos, nõ autẽ occidere ſine iuſſu populi, & ab eis appellabatur. Poſtea aucto dominio, inſtituta eſt alia dignitas, maioris poteſtatis, quæ dicta eſt dictatura, & durabat per ſex menſes, & poterat ad mortem iudicare & ab ea non appellabatur, non tamen durabat continua vt conſulatus ſed raro & in magnis neceſſitatibus. Idem Titus Liuius. Fuit autem cauſa expulſionis Collatini ab vrbe ſocius in conſulatu ſcilicet Brutus. Nam vt narrat Titus Liuius cum Brutus conuocaſſet plebem ad concionem, reduxit eis ad memoriam quomodo iuraſſet ſe neminem in ciuitate regnare paſſuros nec Romæ aliquem, vnde periculum eſſe poſſet libertati. Et addidit quòd non credebat populus Romanus ſolitam libertatem recuperatam eſſe dum regium genus & regium nomen ſcilicet Tarquinius Collatinus, non ſolum in ciuitate, ſed etiam in imperio eſſent id eſt in conſulatu. Quo modo egit vt Collatinus Tarquinius non ſolum conſulatui cederet intra annum, ſed etiam ciuitatem exiret collecto & aſportato ſecum patrimonio. Vbi notandum quòd cum Saluſtius multum commendet rempublicam Romanorum tempore priorum conſulum, dicens in Catilinario ꝙ ius bonumque legibus magis, quam natura apud eos volebat. Et Augusti. 2. de ciui. Dei. ca. 17. & ſequenti oſtendit multis exemplis hoc non eſſe verum, quia nec tempore regum nec conſulum ſeruabant ius naturale & æquitatem, cum multa iniquè egerint vt cõtra Sabinos in raptu puellarum, contra Collatinum Tarquinium cõtra Marcum Camillum in expulſione de vrbe huius Camilli hiſtoriam ponit Titus Liuius. Nam cum ciuitas Veiorum potẽtiſſima prope Romam ad viginti milliaria obſeſſa eſſet à Romanis per decem annos, & in ea obſidione Romani cõtra Veiẽtes ſæpiſſime malo euentu pugnaſſent, tandem prædictus Marcus Camillus dictator dictus, & contra eos directus, facta via ſubterranea vſque ad arcem ciuitatis, & per illã militibus miſſis, dum ciues circa defenſionem murorum quibus fiebat inſultus eo tempore occupãtur, & arcem vacuam relinquũt, capitur primo arx ipſa deinde ciuitas. Poſtea vero, quia Camillus in diuiſione prædæ offenderat plebem, vocatus eſt ad iudicium plebis, & vt refert Valer. li. 5. a Lucio Apuleio tribuno plebis tanquam ſpeculator Veietanæ prædæ reus factus duris ſententiis in exilium eſt miſſus, & quidem eo tempore quo optimo iuuene filio ſpoliatus ſolatiis magis alleuiandus quam cladibus onerandus erat. At inquit, Tribunus plebis abeſſe ærario querebatur quinque millia æris tanti nãque pœna finita eſt indignam ſummam propter quam pop. Ro. principe careret tali. Titus Liuius dicit quòd de condemnatione ſua certus ſponte in Ardeam ciuitatem, abiit in exilium, & abſens condemnatus eſt decem millibus æris, & ſic maxima ingratitudine vſi ſunt in eum. Quem tamen tertio anno ſequenti cum Capitoliũ obſideretur à Gallis Romani neceſsitate ducti reuocauerunt ad vrbem, & dictatorem creauerunt. Quæ dignitas dictaturæ erat maior conſulatu. Nam & ſuper conſules erat quæ tamen non continua erat, ſed certis temporibus. Qui Camillus mox cum exercitu ſuperueniens Romanis pecuniam numerantibus qua ſe à Gallis redemerant, non ſolum obſidionem ſoluit ſed Gallos vicit, & poſtea fere totaliter deleuit. Hæc autem geſta ſunt ab vrbe condita anno trecenteſimo ſexageſimo quinto. Vnde & poſt expulſionem regum anno centeſimo viceſimoſecundo. Et eodem anno idem Camillus ciuitatem Volſcorum quæ per ſeptuaginta annos bellum geſſerat, & Æquorum vrbem & Sutrinorum occupauit. Et circa idem tempus. Quintius Cincinnatus intra 20. dies Præneſte ciuitatem cum octo ciuitatibus in deditionem accepit.

Qualis erat conſulatus dignitas.
De conſulatu le. Onu. pag.
Eadem habet Onu.
Dictatu rginitium.
Leu. li. 2. vide Onu.
Tit Liu. li. 2. de. 1.
De M. Camillo & rebus ab eo geſtis.
Tit. 5. c. dec. 1.
A.V.C. 243.
Liu. lib. 6.

§. VI.

CVM autem Tarquinius ſuperbus expulſus fuiſſet à regno vrbis, vt teſtatur Titus Liuius li. 2. contulit ſe ad Porſennam regem Cluſinæ ciuitatis famoſiſsimum virum & potentem auxilium ab eo expoſcens. Qui Porſenna cum valido exercitu ſuo & Tuſcorum ad vrbem veniens, diuturna & grauiſſima obſidione afflixit Romanos Tunc Mutius Scæuola licẽtiam à ſenatu petiit, vt caſtra Porſennæ adire valeret. Qua obtẽta vſque ad ſedem regiam Porſennę peruenit, vbi ſcribam regi aſsidentem occidit. Comprehenſus autem & ad regis tribunal ductus, faſſus eſt ciuem ſe eſſe Romanum, & cauſa interficiendi regem veniſſe, & pro æquali habere occidere & occidi dicens pati facere fortia Romanum eſſe. Cum autem rex iuberet eum ignibus torqueri, vt ab eo plus negotij extorqueretur, Mutius extendens ſpõte manum in ignem, eam ibi immobiliter tenuit, donec ipſe rex perculſus horrore iuberet eũ ab igne amoueri dicens ei. Abi magis in teipſum quam in me hoſtilia auſus. Tunc Mutius quaſi volens & meritum rependere dixit, quod minis extorquere non potuiſti, nunc à me ſponte accipe. Scito, inquit, quòd trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, vt te hoc modo inuaderemus, mea ſors prima fuit, cæterum eodem modo vnuſquiſque pro ſuo tẽpore, cum oportunitas fuerit conſimile attentabit. Quod audiens rex & conſiderans periculi magnitudinem ſi trecenti qui quaſi tanquam nihilum vitam haberent, vitæ ſuæ inſidiarentur aſsidue, legatos mittit qui Romanis vltro conditiones pacis fuerant, & firmata pace ab obſidione recedit Auguſtinus, tamẽ in quarto de ciuitate Dei capitulo ſecundo & lib. 5. capitulo viceſimooctauo dicit cum Valerio Maximo, quòd Mutius manum miſit in ignem, eo quòd alium, quam eum quem intendebat percuſſerit, quia intendebat regem Porſennam percutere, & alium percuſſerat & ideo indignatus manui ſuæ de errore miſit eam in ignem. Hic Porſena ſecũdum Oroſium fuit rex Netturiæ id eſt Tuſciæ: vnde Netruſci dicti ſunt Tuſci. Tarquinius inſuper obſedit Romam tribus annis multum adiutus à vicinis, vt reſumeret regnum, ſed non valuit.

Vrbis Romanorum à Porſena obſidio.
De Mutio Scæuola.
Val. lib. 3. cap. 3.
Oroſ. li. 2. ca. 5.
Hetruſci vocantur etiam Tuſci.

§ VII.

MORTVO Tarquinio ſuperbo rege vltimo Romanorum, anno decimoquinto à ſua expulſione à regno, ſequenti anno ſcilicet decimoſexto ſecundum Titum Liuium. lib. 2. ceperunt moleſtari plebei à maioribus. In principio enim qui eligebantur ad bellum, militabant propriis ſtipendiis. Cum autem inſtarent bella multa, immo vix vnquam ceſſarent à bellis & peſtilentiis cogebant, plebei pecuniam mutuo accipere, à

A. V.C. 308.

runt ea medicamenta eſſe ſalubria, quæ quum ea ad præceptum iudicis bibiſſent, ſtatim mortuæ ſunt, comprehenſæ ſunt earum comites quam maximus numerus matronarum, quæ indicauerunt quod ſimilia faciebant, ex quibus ducentæ viginti damnatæ ſunt. Creditum eſt magis ex alienatione mentis quam ex ſcelere hoc feciſſe. Oroſius tamen dicit fuiſſe eas trecentas octoginta ſimul damnatas. Et dicit Valerius quod hoc etiam refert, quod veneficij quæſtio & legibus & moribus Romanis vſque ad illud tempus ignota fuit.

lib. 2. ca. 1.

§. IX.

Oro. lib. 3. cap. 19.

ANNO trecenteſimo quinquageſimoquinto Veientes à Romanis victi ſunt. Et circa idem tempus Galli Senones ceperunt & incenderunt vrbem, vt tangit Auguſtinus in ſecundo de ciuitate Dei, capitulo vigeſimoſecundo, vt etiam diffusè narrant Titus Liuius libr. quinto, & Eutropius libro ſecundo. Galli Senones duce Brenno cum exercitu copioſo & robuſto nimis, totis viribus Romam contendunt, quos Fabius conſul excepit, ſed reſiſtere eis non potuit. Vnde victis & occiſis Romanis apud fluuium nomine Æliam vndecimo milliario ab vrbe, patentem vrbem Galli penetrant, trucidant rigentes ſimulachrorum modo in ſuis ædibus ſenatores, eóſque domorum incendio crematos, lapſu culminum ſuorum ſepeliunt vniuerſam iuuentutem reliquam, quam conſtat vix mille hominum tunc fuiſſe, in arce capitolij concludunt obſidione. Ibique infœlices reliquias fame, peſte, deſperatione, formidine terunt, ſubigunt, & vendunt. Nam mille libris auri, diſceſſionis pretium paciſcuntur id eſt promittunt ſe velle diſcedere ab obſidione non quod apud Gallos tam parui nominis Roma eſſet, ſed quia illam ſic ante detriuerant, quod amplius tunc valere non poſſet vt dicit Oroſius in 2. Cum autem obſideretur capitolium nocte quadam Galli percepta quadam via, qua potuit aſcendi in Capitoliū, quamuis cum magna difficultate, inceperunt ſilenter aſcēdere vnus poſt alium, latuit hoc vigiles, ſed Marcus Mālius excitatus clamore anſeris, occurrit aſcendentibus, & deiecit, ac interfecit multos eorum, & ſic Capitolium ſaluauit. Demum per Furium Camillum, quem vt dictum eſt ſupra, iniuſte exilio tradiderant, reductum Romam & dictatorem creatum ſoluta eſt obſidio, & exercitus Gallorum ad nihilum redactus. Romani autem volentes anſeri rependere, quod eius clamore Capitolium ſaluatum eſt, anſerem coluerunt pro Deo. Et dicit Plinius lib. 29. Sicut anſeres honorem meruerunt Capitolium defendentes ſilentibus canibus, ita canes annua ſupplicia in ſingulis annis in furca ſanibucea arbore fixi pendunt.

Roma à Gallis capta & vaſtata.

Oro. lib. 2. cap. 19.

Marcus Manlius Capitoliū ſeruat.

Anſeres prodiis culti Romæ.

Plin. lib. 29. cap. 4.

Poſt hæc altera vice Gallis cōtra vrbem venientibus, cum vnus eorum robuſtiſſimus Romanorum quemdam nobilem ad ſingulare certamen prouocaſſet, inito duello, Romanus Gallum occidit, & torquem aureum de collo occiſi extrahens ſibi immiſit, & propter hoc domus eius & omnes deſcendentes ab eo Torquati dicti ſunt. Circa illa tempora dicuntur conditæ ciuitates à Romanis. Ariminum in Romandiola, & Beneuentum in Samnio. Afflicta eſt autem vrbs magna peſte, & in medio eius aperta eſt terra magno hiatu, ex cuius abyſſo exhalabat fœtor nimis multos inficiens. Cúmque à diis ſuis id eſt dæmonibus per ſimulachra vel arreptitios loquentibus remedia ad voraginem illam explēdam poſtularent, reſponſum eſt à vatibus ſuis, quod ſi Romani vellent rem ſuam publicam perpetuam eſſe, illud in quo plus poſſent & excellerēt, deuouerent illi hiatui, & eo ipſum implerent. Curtius ergo interpretatꝰ Romanos & viribus & armis alios excellere, præcipitem ſe in illud antrum armatus & equo inſidens immiſit. Super quem ciues omnes honoris gratia frumenta iniecerunt, vt ſcribunt Valerius libro quinto. & Titus Liuius lib. 7. Et hoc anno ab vrbe condita, trecenteſimo nonageſimo tertio.

Ariminū. Beneuentum.

A. V.C. 359.

Curtius ingentem ſubit viuꝰ voraginē.

Val. lib. 5. cap. 6.

§. X.

Val. lib. 5. cap. 6.

ANNO autem quadringenteſimo vigeſimoſexto id accidit quod narrant Valerius libro quinto & Titus Liuius lib. 8. de duobus Deciis, ſcilicet patre & filio conſ. Rom. De primo ſcilicet patre dicit Liuius quod cum conſul eſſet cum Manlio Torquato in bello contra Latinos, nocte per viſionem apparuit quidam, Decio Auguſti habitus, dicens ꝙ ex vna parte caderet imperator in illo bello, & ex alia exercitus & imperator, qui ſe cū exercitu aduerſo morti & diis infernalibus deuoueret, illius exercitus vinceret. Cum igitur in prælio poſtmodum commiſſo, ſiniſtrum cornu, cui Decius præerat, cederet hoſtibus, deuouit ſe Decius & hoſtium exercitum morti, & diis infernalibus, his verbis, Iupiter, Mars pater, Quirine id eſt Romule &c. Vos precor, veneror, veniamque peto, feróque, id eſt cupio, vti vim victoriámque populo Romano proſperetis, hoſtéſq; Pop. Rom. Quiritium terrore, formidine, mortéque afficiatis, & ſicut verbis nuncupaui, id eſt quaſi in præſentia teſtium dixi, ita pro republica Quiritium & legionibus auxiliis populi Romani Quiritium legiones auxiliáq; hoſtium mecum Diis manibus telluriq; deuoueo exercituíq; Quiritium. Quibus dictis Decius equū inſiliens, ſe in medios hoſtes immiſit. Viſus eſt autem ipſi vtrique exercitui eo tempore aliquantulum auguſtior id eſt excellentior, quam quiſquam ab hominibus videre ſoleat. Statímque terror qui Romanos inuaſerat, Latinos inuaſit. Et Decio interfecto cecidit exercitus Latinorum, hæc ille. Illam viſionem credēdum eſt proceſſiſſe opere dæmonum, ad quos moriens deſcendit. De Decio alio narrat Titus Liuius. lib. decimo, quod cum bellum gereret contra Tuſcos ad quorum auxilium venerant Galli, & ipſe iam quartus conſul exiſtens videret exercitum, cui præerat hoſtibus cedere, reducēs ad memoriam factum patris ſui, ſe modo ſimili deuouit inferis, & ipſo interfecto vicit exercitus Romanorum, qui tamen cum conſul eſſet & dux exercitus, potuit alium ſi voluiſſet deuouere de legione Romanorum, pro ſalute exercitus ſui, ſed maluit ſeipſum morti obiicere.

Decius ſe pro ſalute patriæ deuouet.

Quos Latini Deos manes vocāt eos D. Ant. Deos infernales nominat.

Decius filius ſe deuouet.

§. XI.

Eutrop. li. 2. cap. 2.

DE bello Romanorum cum Samnitibus circa annum quadringenteſimum duodecimum ab vrbe condita dicit Eutropius libro ſecūdo quod Samnites ſunt medij inter Picenū & Campaniam & Apuliam, diſtantes ab vrbe centum triginta milliaria. Cum ergo bellum eſſet inter Romanos & Samnites, M. Curio exiſtente conſule Romanorum, ad eum vt pauperrimum venerūt nuncij Sam-

De hoc bello vide T. Liu. latiſſime & eleg. atiſſime ſcribentem.

M. Curij continentia.

A.V.C. 393.

nitum, & inuenientes in Camno ſedentem iuxta focum,& in catino ligneo cænantem, magnum auri pondus publicè miſſum obtulerunt, benignis verbis inuitantes vt acciperet. Qui vultum riſu aliquantulum ſoluens, narrate inquit Samnitibus M. Curium malle locupletibus imperare, quàm ipſum fieri locupletem & memontote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe. Idem cum Italia Pyrrhum regem exegiſſet, nihil omnino ex prȩda regia qua exercitum & vrbem ditauerat, attigit. Decretis etiam à ſenatu ſeptenis iugeribus agri populo, ſibi autem quinquaginta, popularis aſſignationis modum non exceſſit, parum idoneum ciuem reipublicæ exiſtimans, qui eo quod reliquis tribueretur contentus non eſſet, Hæc Valerius. Refert Titus Liuius lib.9. Quum eſſet bellum inter Samnites & Romanos, dux Pontius Samnitum exercitum habuit iuxta furculas caudinas id eſt locum quemdam ſic dictum. Miſit autem ipſe Pontius decem milites in habitu paſtorali, qui in diuerſis locis paſcerent pecora iuxta viam per quam erat exercitus Romanorum tranſiturus, præcipiens quod Romanis venientibus & interrogātibus vbi eſſet exercitus Samnitum, concorditer reſponderent, quod iuiſſet ad obſidendum Luceriam, quæ ciuitas erat ſocia Romanorum. Romani ergo aduenientes his auditis, decreuerunt ire Luceriam ad liberandum eam ab obſidione. Sed duplex via erat, vna iuxta mare, ſed longior, alia iuxta furculas caudinas & breuior, quam vt citius ſocij ſubuenirent, elegerunt. Clauditur autem via illa ex vtraque parte montibus habens ſolum vnum introitum, & vnum exitum per modum duorum ſaltuum. Inter quos eſt planicies quædam, ad quam cum tranſito vno ſaltu perueniſſent, & alium ſaltum vellent ingredi, inuenerunt ſibi viam præcluſam, deiectis arboribus in tranſuerſo viarum, & videtur nihilominus in monte iuxta ſe præſidium armorum, ſicque incluſi ſunt, vt nec retrocedere nec procedere vltra poſſent. Tandem neceſſitate ducti miſerunt legatos ad Samnites, vel pace rationabili vel bello opus eſſe dicentes. Reſponſum eſt à Samnitibus iam debellatum eſſe, promiſſa eſt tamen pax ſub his conditionibus, vt ſcilicet Romani omnia arma ſua redderent, omnémq; aliam ſupellectilem, retentis tamen ſingulis veſtimentis ſuis, ſicque omnes ſub iugo tranſirent, & in primis conſules poſtea alij magiſtratus, demum cætera multitudo. Quam pacem Romani admiſerunt cum maxima ſui deiectione, neceſſitate coacti, ſicque cum ſui ignominia ad vrbem reuerſi ſunt. Vt autem dicit Titus Liuius, Quando quis mittendus erat ſub iugum, eleuabantur duæ haſtæ ſeu ligna, & ſuper ponebatur aliud ex tranſuerſo ſicut fiunt furcæ quibus fures ſuſpenduntur, & per medum illarum ibant qui mittebantur ſub iugum in ſignum ſubiectionis. Sexcentos etiam milites Romanos retinuerunt Samnites vt eſſent obſides. Vltra prædicta reſpondit Pontius dux Samnitum legatis miſſis à cõſulibus Romanorum pro pace, quod agri Samnitum qui iam occupati erant pro parte à Romanis reſtituerentur Samnitibus, & Coloni quos illuc miſerant Romani, abducerentur, & vterque deinde populus ſcilicet Romanus & Samniticus ſuis legibus viuere permitteret. Sub his conditionibus dicebat Pontius fœdus pacis inire. Reſponderunt conſules ſe non poſſe ſine iuſſu populi, & ſine ſacerdotibus qui pactis & fœderibus prȩerant, & certa ſolennitate cerimoniarum quæ ſeruabantur in

Romani cõtra Samnites bellũ gerunt.

Pax ad Furcas Caudinas.

Liu. libr. 3. dec. 1.

Miſſio ſub iugum quid ſit.

A.C.V. 421.

A fœdere, hoc fœdus inire. Spoponderunt tamen legati & quæſtores & tribuni militum pacem ſub his cõditionibus futurã. Cum igitur reuerſi eſſent Romani & conſules exercitus diſplicuit populo ſponſio dicta, inter ſe, habito cõſilio deliberauerunt quomodo ſe à dicto pacto poſſent abſoluere. Tandē vnus ex conſulibus, ſcilicet Spurius Poſthumius dedit cõſilium, vt conſules & omnes qui ſpoponderant, per fæciales id eſt ſacerdotes qui præerant fœderi pacis Samnitibus traderentur. Cuius conſilio ab omnibus approbato remiſſi ſunt omnes ſponſores, & fæciales vincti ſunt Pontio in deditionem oblati. Qui B vehementer Romanorum infidelitatem arguens dixit Spurium Poſthumium egiſſe quoad ſeipſum quod debuit, ſed Romanum populum non propter hoc à ſponſione abſolutum, quia debebat non ſolum ſponſorem remittere, ſed etiam totum exercitum Romanorum quem dimiſerat. Reſtituto ergo exercitu, vbi ſponſio facta eſt, & ipſe exercitui arma reſtituere paratus erat, & ibi hoc facto repudientur conditiones pacis, ſi eis viſum fuerit, alio modo dicebat nolle ſe ſponſores in deditionem accipere. Romani vero, quamuis Pontius rationabiliter videretur petere, non acquieuerunt hæc facere. C Statimque contra exercitum fortiorem electum mittunt, qui exercitus Romanorum, Samnites debellauit, & ita attriuit quod vt dicitur in Martiniana, occiſis ex eis vigintiquatuor millibus, & rege eorũ cum reliqua multitudine, capta ciuitate ipſum Samnium funditus euerterunt. Niues iam omnia oppleuerant, nec habitari extra tecta poterant. Itaque Papyrius conſul de Samnio exercitum eduxit, venit Romam, triumphus omnium conſenſu eſt delatus, triumphauit in magiſtratu inſigni (vt illorum temporum habitus erat) triumpho, pedites equiteſque inſignes donis tranſiere ac tranſuecti, multæ D ciuicæ coronæ, [a] vallereſque ac murales conſpectæ inſpecta ſpolia Samnitum, & decore & pulchritudine paternis ſpoliis, quæ nota publicorum freqūēti ornatu locorum erant, comparabantur. Nobiles aliquot captiui clari ſuis patrũmq; factis dictis æris grauis tranſuecta vicies centum millia, & auri triginta tria millia. Id enim redactum ex captiuis ducebatur, argenti quod captum ex vrbibus erat, ad trecēta triginta millia, omne æs argentũmq; in ærarium cõditum. Erat autem ciuitas illa multum opulenta, habens arma aurea & argentea inter Campaniam & Apuliam vt dictum eſt. Cuius patriæ E ciuitas principalis dicitur fuiſſe Capua nobiliſſima & magna, vt videretur quaſi altera Roma vel Carthago.

Dicit autem Eutropius lib.2. quod ſi fidem fœderis quã Romani ſibi à ſubiectis ſeruari volunt Samnitibus ſeruaſſent, Romani aut omnino non eſſent, aut Samnitibus dominantibus ſeruirent. Et durauit bellum Romanorum contra Samnites annis quadraginta ſeptem ſecundum Eutropium. Et nullus hoſtis fuit Romanis crudelior Samnitibus, qui demum extincti ſunt, vt dictum eſt. Contra iſtos Samnites primo bellans Papyrius conſul Romanorum (anno ſexto Ptolemæi regis qui primus re-F gnauit in Ægypto poſt mortem Alexandri magni) in ſeruitutem redegit quatuordecim annis. Qui Papyrius cum eſſet puer, vt refert Macrobius in Sa-

Deduntur conſules & alij Samnitibus.

Samnium à Romanis euertitur.

Triũphus Papyrij de Samnitib.

Magna ſumma auri capti.

Eut. lib. 2. cap. 2.

Sed ſecundum Liuium centũ annis.

De Papyrio prudēte puero.

Mac. lib. 1 Sat. cap. 6.

a Coronæ vallares erant illæ quæ dabantur militibus qui primi vallum hoſtium ingreſſi eſſent. has Caſirenſes vocat Gel. lib. 5. cap. 6.

turnalibus

A. V.C. 463.

turnalibus,ductus à patre in ſenatum ad concilium, A reuerſus domum quæſitus eſt à matre quid ibi tractatum ſit in concilio. Et cum diceret puer ſecretum eſſe, nec licere illud dici, matre verbera comminante, vt diceret, dixit, vt euaderet, lepidum mendacium ſcilicet ibi fuiſſe tractatum, quid magis expediret,vel vnum virum habere duas vxores: vel vnam vxorem duos viros. Quod illa referente aliis fœminis, congregata maxima multitudine acceſſerunt ad ſenatum, poſtulantes potius id ſtatui vt vna mulier haberet duos viros. Cúmque ſuper hoc mirarentur inueſtigantes vnde hoc proceſſiſſet, inuenerunt ex fictione illa pueri proceſſiſſe, vnde ſtatuerunt non intromittere amplius pueros cum parentibus in concilio illo, Papyrio excepto. Et ad bellum pergens, cum à pullariis auguribus vana coniectantibus congredi prohiberetur, contemnens illos congreſſus victoriam habuit.

Oroſ.lib.3. cap.22. Galli Romanos vincunt.

Anno à conditione vrbis quadringenteſimo ſexageſimo tertio vt narrat Oroſius lib. tertio. Dolobella & Domitio conſulibus, Lucani, Brutij, Samnites etiam cum Hetruſcis & Gallis Senonibus facta ſocietate, cum bellum contra Romanos molirentur, & Romani ad Gallos exorandos legatos miſiſſent, Galli legatos interfecerunt, propter quod Cæcilius prætor miſſus cum exercitu contra eos fuit. Qui ab Hetruſcis Galliſque oppreſſus interfectus eſt & ſeptem tribuni plebis occiſi ſunt in illo bello, & multi nobiles trucidati. 13. millia Romanorum proſtrata, licet demum vicerint.

§. XII.

Belli Tarētini origo. lib. 4. ca. 1.

ANNO autem ab vrbe condita quadringenteſimo ſexageſimo quarto vt refert Oroſius lib 4. Tarentini cum viderent claſſem Romanorum prætereuntem eam hoſtiliter inuaſerunt, & quinq; tantum nauibus per fugam elapſis, alias naues captas ad portum ſuum trahunt, interficientes omnes illos qui ad bellum vtiles eſſe poſſent, alios vendentes. Miſſi ergo ſunt legati à Romanis Tarentum qui de iniuria conquererentur. Sed repulſi ſunt, & etiam iniurias acceperunt à Tarentinis. Et vt dicit

Val. lib.3. cap.1.

Vale.lib.2.tit.de inſtitutis antiquis, vnus eorum reſperſus eſt vrina, his de cauſis ingens bellum exortum eſt. Romani autem conſiderantes qui & quanti eſſent hoſtes, qui in circumitu eorum ſtrepebant vltima neceſſitate coacti proletarios ad ſumenda arma coegerunt. Sed ad declarationem huius vocabuli proletarij ſciendum, quod cum Romani continue rebus bellicis vacarent, & per conſequens nec rebus domeſticis, nec procreationi prolis intendere poſſent, ordinauerunt, quod illi qui ſufficere non poſſent ad militandum, propter inopiam, in vrbe manerent, procreationi prolis vacantes. Cernebant enim quod ciuitas diu ſtare non poterat ſine procreatione prolis. Qui enim in plebe Romana tenuiſſimi & pauperrimi erant, nec amplius quam mille quingentum æris incenſum deferebant, proletarij ſunt appellati, ait A. Gellius. lib. 16. cap. 10. Et iſti proletarij aſperis reipublicæ temporibus, cum iuuentutis inopia eſſet, in militiam tumultuariam legebantur, armáque ſumptu publico his præbebantur. Dicti ergo ſunt proletarij ab officio prolis procreandæ, teſtis Auguſtin. de ciuit. Dei. lib.3. cap.17. Exercitu ergo magno congregato Romanorum Æmillius cum copiis ſuis impetum fecit in fines Tarentinorum, igne & ferro omnia

Proletarius quis. Amillius conſul. Bellum aduerſus Tarentinos.

vaſtans. Plurima etiam oppida occupat, & iniuriam acceptam crudeliter vindicat. Tarentinos vero iuuant multi finitimorum, quorum potentiam maximè auxit Pyrrhus rex Epirotarum. Epirus enim pars eſt Græciæ, & Tarentini erant cognati Græcorum. Nam Lacedemonij condiderunt Tarentum. Pyrrhus ergo totas vires Epiri, Theſſaliæ & Macedoniæ habuit. Elephantes autem Romanis incognitos viginti in Italiam ſecum adduxit. Prima ergo pugna inter Romanos & Pyrrhum cui totum bellum aſcribitur, quamuis pro Tarentinis ageret, fuit apud Heracleam ciuitatem Campaniæ contra Læuinum conſulem Romanorum, vbi tota dies in pugna conſumpta eſt neutra parte fugiente, donec introducti eſſent elephantes Romanis, qui ante illud tempus genus hoc belluarum non viderant, horribiles & & præcipuè equis pauentibus ad aſpectum eorum Romani ſe victos fuiſſe fuga ſua oſtendunt. Pyrrhus tamen atrocitatem cladis quam acceperat, & iacturam publicè proteſtatus eſt, affigens titulum in templo Iouis apud Tarentum in quo ſic ſcripſit. Qui antehac inuicti fuerant (viri ſcilicet Romani) pater optime Olympice, hos ego vici in pugna, victúſque tandem ſum ab eiſdem. Et cum increparetur à ſuis quod ſe victum diceret qui viciſſet. Reſpondit Næ ego eodem modo vicero iterum, ſine vllo milite Epirum reuertar. Ceciderunt nihilominus de Romanis in illo prælio peditum quatuordecim millia octingenti octaginta. Capti mille trecenti decem. Equitum cæſi ſunt ducenti quadraginta duo. Capti octingenti & duo. Poſt hæc ſecunda pugna inter Romanos & Pyrrhum fuit in Apuliæ finibus, vbi quamuis eſſet clades magna ex vtraque parte, Romani tamen vicerunt. Nam Pyrrhus transfixus brachio primus ceſſit è prælio. Fabricius vero Romanorum legatus tunc vulneratus eſt. Elephanti vero ſubiectis inter poſteriora & mollia ignibus, ardentes circuntulerunt in ſuo furore machinas eis impoſitas, & ſuis exitio fuerunt. In ea pugna cęſa ſunt Romanorum quinque millia, de exercitu vero Pyrrhi viginti millia. In tertia vero pugna vt refert Eutropius libro ſecundo fugatus eſt Pyrrhus, & reuerſus in Græciam apud Argos ciuitatem occiſus eſt. In primo bello conſulenti Pyrrho Appolinem de euentu belli, reſponſum fuit. Aio te Æacida Romanos vincere poſſe, quod intellexit ſe victurum Romanos, ſed poterat etiam intelligi Romanos victuros eum, ſicut fuit, hoc inducit Auguſtinus tertio de ciuitate Dei capitulo decimoſeptimo oſtendens fallaciam dæmonis in ſuis reſponſis, quæ ſunt dubia ſeu æquiuoca vt decipiat, vt hoc fuit.

A.V.C. 455. Lacedemonij cōditores Tarenti. Leuinus conſul. Magna clades Romanorū. Magna clades hominum.

§. XIII.

ANNO ab vrbe Condita quadringenteſimo quinquageſimoquinto maxima peſtilentia Romam inuaſit per tres annos continuata, vt refert Titus Liuius lib. 10. propter quod conſulentibus libros ſibillynos pro remedio, inuentum eſt quod Æſculapius de Epidauro Romam aſſerendus eſſet. Æſculapius dicitur Deus medicinæ. Homo quidam fuit qui primo inuenit artem medicinæ, propter quod Deus reputatus eſt. Epidaurus eſt ciuitas quæ modo dicitur Dyrrachium, vbi colebatur Æſculapius id eſt ſtatua eius. Miſſi ergo legati Romanorum pro eo dum intrant templum eius, quod per quinq; milliaria diſtabat ab Epidauro, ecce ſerpens qui

Peſtilētia Romam inuaſit. Æſculapius quis. Æſculapi' Romam aduchitur.

A.V.C. 455.

qui quandoque licet rato ab Epidauriis viſus fuerat, nunquam tamen ſine bono ipſorum viſus eſt, propter quod & ipſum ſerpentem in modum Aeſculapij venerati ſunt, per partéſque vrbis celeberrimas leni tractu repere cœpit, triduóque conſpectus eſt, haud dubiū præ ſe appetitæ clarioris ſedis claritatem ferens, deinde ad nauem Romanam perrexit ac nauem conſcendit vbi vnius legati tabernaculum erat ibique conquieuit. Cum vero nauigando Antium perueniſſent, ſerpens qui vbique in nauigio remanſerat, ad terram delapſus, ædem Æſculapij, quę prope erat intrauit, & ibi tribus diebus manſit, dato ſibi cibo. Poſtmodum ad nauem B reuerſus, ſe Romam ad vehendum præbuit, vbi in ripam Tyberis egreſſus, in inſulam, vbi tēplum dedicatum fuit Aeſculapio, tranſnatauit, tunc & ceſſauit peſtilentia à Romanis. Deceptio Diaboli hæc fuit, vt venerarentur ipſum in illa creatura, vt oſtendit Auguſt. in 3. de ciuitate Dei cap. 12. & cap. 17. Vbi oſtendit quod ipſe Aeſculapius poſtea anno quadringenteſimo octageſimoprimo ab vrbe condita à peſte alia ſuperueniente curare ſeu liberare non valuit, quæ vltra biennium porrecta (vt narrat Oroſius) vrbem depopulata eſt, & conſulentibus libros ſibyllinos reſpōſum eſt ſcilicet à dæmoniis per C augures coniectutantes, peſtem illam cœleſti ira impoſitam, eo quod plures ædes deorum occupabantur à perſonis priuatis, non a diis vel miniſtris eorum quod totum erat fallacia Diaboli, fuit illa peſtis in hominibus & iumentis & præcipuè in mulieribus prægnantibus quoad prolem in vtero exiſtentem & morientem.

Magna Dæmonū ludibria.

Oro. lib. 4. cap. 5.

Narrat etiam Vale. de alio opere mirabili ſed opera dæmonum vt creditur. Cum enim ait ipſe lib. 2. cap. 1. ingenti peſtilentia vrbs & agri ſcilicet quoad fructus vaſtarentur. Valeſius quidam ruſticus, ſed diues filiis ſuis duobus & filia vſque ad deſperationem medicorum laborantibus infirmitate D orauit Deos ſibi familiares, vt puerorum periculum in caput ipſius transferrant. Et reſponſum eſt ei quod pueri ſaluarentur, ſi ſtatim per tyberim fluuium eos Tarentum portaſſet. Ibique ex Ditis patris id eſt Plutonis (qui dicitur Deus inferni) & Proſerpinæ (quæ dicitur dea inferni à poetis) ara, petita, quam ipſi deſiderarent, recreaſſet. Qui hoc intelligens de Tarento quæ eſt ciuitas magna & famoſa multum diſtans à Roma, timuit valde tantam nauigationem arripere. Tamen ſpe ſalutis puerorum iter inchoauit. Cùm autem per Tyberim E Oſtiam peteret, pueris ſitientibus iam calida aqua ſubuenire vellet, nec ignis, quo aqua calefieri poſſet præſtò eſſet cernit procul fimū ſibi apparere è quodam loco, qui locus vt à gubernatore nauis didicit, Tarentum vocabatur. Exiens igitur nauem & aqua fluuij hauſta illuc properans, igne facto aquam calefacit, calefactámque pueris bibendam dedit. Qua potata ſtatim ſopiti, curati ſunt patrique indicauerūt expergefacti, ſe vidiſſe in ſomniis Deum quemdam eorum corpora tergentem, & præcipientem vt ad Ditis & Proſerpinæ aram, à qua potio illis fuerat allata, nigræ hoſtiæ immolarentur, lectiſternia F etiam & ludi nocturni fierent. Pater vero puerorum nullam ibi aram videns, pergit ad ciuitatem vt emat nouam aram, præcipiens ſuis vt interim fodiant fundamenta pro ara locanda, qui dum fodiunt, inueniūt profunde ſub terra ad viginti pedes, aram quandam Proſerpinæ & Diti patri inſcriptam Quod cum Valeſius accepiſſet per nuncium, hoſtias nigras ibi immolauit, ludóſque & lectiſternia continuis tribus noctibus, quia tot erant filij eius curati, fecit. hæc Valerius. Et licet iſti ludi fuerint inſtituti primo anno poſt reges expulſos, ſed poſtea aboliti, tamen tempore primi belli punici, in quo occiſa eſt ex vtraque parte innumera multitudo, etiam renouati ſunt.

De valeſio ruſtico.

A.V.C. 475.

Notandū etiam quod in bello Romanorum contra Latinos cum eſſet conſul Manlius Torquatus cum. P. Decio, Mure Torquato edictum poſuit, ne quis extra ordinem pugnaret, filius autem Torquati ſuper caſtra Latinorum hoſtium cum conturmalibus [euaſit vt vix teli lacta à proxima ſtatione abeſſet. Equitibus vero Tuſculanis qui Latini erant, præerat Gemitiuus Metius. Qui videns T. Manlium filium Torquati, ſciens ſtrenuum virum, cœpit eum verbis contumelioſis allicere ad ſingulare certamen. Filius Torquati partim ira permotus, partim pudore, ne videretur certamen recuſare, cum eo cōgreſſus eſt quem equo deiectum ſtatim interfecit. Et rediens ad patrem cum ſpoliis hoſtis occiſi, narrauit quæ fecerat, pater vero ſtatim congregata multitudine exercitus filio ſuo. Quandoquidem inquit, tu Tite Manli nec imperium conſulare nec maieſtatem patris veritus aduerſus edictum noſtrum extra ordinem pugnaſti, & quantum in te fuit diſciplinam militarem, qua res Romana vſque in hanc diem ſtetit, ſoluiſti, méque ad hanc neceſſitatem adduxiſti vt aut reipublicæ mihi vel meorúmque obliuiſcendum ſit, nos potius noſtro delicto plectimur, quam reſpublica tanto ſuo damno noſtra peccata luat. Triſte exemplum, ſed in poſterum iuuentuti ſalubre & commodū. Statímq; ligatum ad palum interfici fecit, & reuerſus eſt Romam cum victoria. hæc Titus Liuius lib. 8. ab vrbe condita. hæc Valerius libro ſecundo tit. de diſciplina militari. hæc Auguſt. primo de ciui. Dei cap. 23. & lib. 5. cap. 18.

Manilius torquatus proprio filio non pepercit.

Val. lib. 2. cap. 2.

§ XIIII.

SICVT autem origo belli, quod fuit inter Romanos & Pyrrhum regem, fuit ciuitas Tarentina, cui voluit Pyrrhus ſuccurrere, ita etiam origo primi belli punici fuit Tarentina ciuitas. Nam Tarentini audita morte Pyrrhi petierunt auxilium à Carthaginenſibus, & habuerunt, & pugnantes contra Romanos victi ſunt, nondum tamen hoſtes à Romanis iudicati, vnde pugna illa non pertinet ad primum bellum punicum, ſed pręceſſit illud nouem annis, & fuit occaſio eius. Tria autem fuerunt Bella punica diuerſis temporibus inter Romanos & Carthaginenſes. Fuit autem Carthago ciuitas potentiſſima in Aphrica, quæ imperabat toti Aphricæ & parti Hiſpaniæ, ſicut Roma erat potentiſſima in Italia. Vnde omnes Aphrici vocati ſunt Carthaginenſes, ac etiam dicti ſunt Pæni & Punici & Aphrici, & primum bellum punicū ſecundum Eutropium durauit viginti duobus annis, ſecundum. 19. tertium 4. annis. In primo igitur bello quod inchoatum fuit anno Ptolemæi Philadelphi regis Ægypti. 20. cum Annibal ſenior oram Italiæ maritimam, inſtructa ſeptuaginta nauium claſſe, vaſtaret, Romani & ipſi conſulibus Cn. Cornelio & Caio Duilio claſſem fabricari & inſtrui præceperunt. Quod Duilius conſul celeriter impleuit. Nam intra ſexaginta dies poſtquam arbores cæſæ erant, centum triginta nauium claſſis deducta in anchoras ſtetit. Alter conſul.

Origo bellorum punicorum Oro. lib. 4. cap. 3.

Bella punica tria fuere.

Carthago qualis ciuitas.

Bellū punicum primum.

A.C.V. 475.

ſul ſcilicet Cornelius Aſina cum ſexdecim nauibus Liparā inſulā petiit, vbi ab Annibale quaſi ad colloquium pacis euocatus punica fraude captus atque in vinculis necatus eſt. Quod vbi Duilius alter conſul audiuit cum triginta nauibus aduerſus Annibalem profectus eſt. Commiſſo nauali prælio Annibal amiſſa naui, qua vehebatur, ſcapha ſubductus aufugit, & triginta & vna naues eius captæ ſunt, tredecim merſæ, tria millia hominum occiſa, & tria millia capta referuntur. hæc Oroſius. Anno autem nono huius primi belli punici creati ſunt cōſules Romæ Mālius Valſo & Marcus Attullius Regulus qui ſecundum Oroſium libro quarto iuſſit transferre bellum in Aphricam cum tregentis triginta nauibus, in Siciliam quæ tunc erat Carthaginenſium, profecti ſunt, vbi obtēta victoria vlterius in Aphricam tranſierunt, & ibi captis trecentis caſtellis & oppidis Manlius conſul Romam reuerſus, vigintiſeptem millia captiuorum cum ingentibus ſpoliis ſecum reuexit. Marcus vero Regulus bellum Carthaginenſe ſortitus eſt, vbi poſt ſerpentem maximum occiſum, qui plurimos de exercitu interfecerat, cuius corium Romam delatum, dicitur fuiſſe centum viginti pedum, contra tres imperatores Carthaginenſes ſcilicet duos Aſdrubales, & Amilcarem attrociter pugnauit. In qua pugna cæſa ſunt Carthaginenſium. 17. millia, capta quinque millia, & decem & octo elephanti adducti Romam [oppida octoginta duo in deditionem ceſſere] Carthaginenſes vero fracti & exinaniti diuerſis bellis & cladibus, pacem à Regulo popoſcerunt. Sed cum audiſſent conditiones pacis intolerabiles, quas Regulus dictauerat, maluerunt Carthaginenſes potius mori armati, quam talibus conditionibus aſſentire. Comparatis igitur ex diuerſis regionibus militibus, & facto exercitu magno Xantippum regem Lacedemoniorum cum auxiliis accitum bello ducem præfecerunt. Ingens vero Romanorum ruina ſecuta eſt. Nam cæſis triginta millibus Romanorum Marcus Regulus captus, & in vincula coniectus eſt. Vt autem narrat Eutropius lib. 2. Romani audita ſtrage ſui exercitus, & captione Reguli creauerunt conſules Paulum Æmilium & Scaurum Fuluium, qui præparata magna claſſe, ſcilicet trecentarum nauium profecti ſunt contra Aphricam. Et primo quidem vicerunt Aphros bello naualli, & Æmillius conſul centum & quatuor naues hoſtium ſubmerſit, & triginta cum pugnatoribus cepit. Iterum etiam deuicti ſunt Aphri à Metollo conſule, interfectis viginti millibus hoſtium & captis elephantibus eorum, ita vt Metellus centum 30. elephantes cum multis captiuis Romam adduceret. Cum autem claſſis Romana cum maxima præda in Italiam rediret, paſſa naufragium, euerſa eſt adeo vt de trecentis nauibus ducentæ & viginti perierint, octaginta abiectis oneribus vix liberarentur. Amilcar autem dux Pænorum cum exercitu in Numidiam & Mauritaniam miſſus, poſtquam cruenter hoſtiliterq; vniuerſos egit qui Regulum ſuſcepiſſe dicerentur, mille argenti talentis & viginti millibus boum reliquos condemnauit [principes autem omnium populorum patibulo ſuffixit] Aſdrubal autem dux Pænorum & nouus imperator Carthagin. pugnam agens cum Metello apud Panormum deuictus, occiſis viginti millibus de Carthag. & viginti ſex elephātis, multis aliis elephantis captis & Romam adductis cum paucis Lilybæum fugit, atque à Pænis abſens damnatus eſt.

Oro. lib. 4. cap. 7.

Oro. lib. 4. cap. 8.

Nota maximū ſerpentem.

Oro. lib. 4. cap. 9.

Clades Romanorum.

Regulus capitur.

Eutro. lib. 2. cap. 5.

Clades Carthaginenſium.

Regulus mittitur Romam.

A.V.C. 507.

Oro. lib. 3. ca. 10. Liu. lib. 18. Val. lib. 1 cap. 1. Mar. Tul. off. 3. Aug. Ciu. ca. 15.

A Et poſt hæc mala Carthaginenſes Regulū per quinque annos iam captiuum miſerunt Romam, vt permutationem impetraret captiuorum, qui veniens & coram ſenatu exponens poſtulationem Aphrorum, cum ſenatus inclinaretur ad permutationem dictam faciendam ex affectu, & maxime pro liberatione ipſius Reguli, ſuaſit ipſe ſenatui vt nullo modo pax fieret cum Aphris, nec talis permutatio, dicens eos iam effractos viribus nullam ſpem euaſionis habere, ſe autem tanti non eſſe vt tot millia captiuorum Aphrorum & robuſtorum propter vnum ſenem, & paucos Romanorum, deberent dimitti. B Audita igitur perſuaſione Reguli in ſenatu, acquieſcerunt Romani conſilio eius. Et cum Romani ei vt Romæ remaneret, ſuaderent: non acquieuit, ſed vt ſeruaret iuramentum quod Carthaginenſibus promiſerat ſe reuerſurum ad eos, ſi dictam permutationem non obtineret, eſt reuerſus Carthaginem, audito quid egerat, crudeli morte eum Carthaginenſes necauerunt.

Anno autem ab vrbe condita quingenteſimoſeprimo, vt narat Oroſius libro quarto repentina ſubuerſio ipſius Romæ præuenit Romanorū triumphum. Siquidem Q. Luctario Catulo & Manlio C conſulibus, fluuius Tyberis auctus inſolitis imbribus & vltra opinionem vel diuturnitate, vel magnitudine redundans, omnia Romæ ædificia in plano poſita deleuit, diuerſæ qualitates locorum ad vnam conuenere perniciem, quoniam & quæ ſegnior redundatio tenuit, madefacta diſſoluit, & quæ curſus torrentis inuenit, impulſa deiecit. Aquatum cladem grauiſſimam grauior ignis ſecuta eſt vaſtatio. Qui ignis, incertum vnde ſurrexit, plurimas ciuitatis partes peruagatus, tam hominum quam domorum miſerabilem ſtragem fecit. Tum etiam tantum opum vno conſumpſit incendio, quantum D plurimæ & peregrinę victorię conferre vix poſſent. Cúmque omnia in circuitu foris popularetur, ædem Veſtæ corripuit, & ne ſibi quidem Diis ſubuenientibus, illum qui æternus putabatur, temporarius ignis oppreſſit. Vnde etiam Metellus pontifex dum arſuros Deos eripit, vix ſemiuſto brachia aufugit, templúmque Deæ Veſtæ combuſtum eſt.

Maxima inundatio Tyberis.

Ignis immenſus.

Templū Veſtæ incenditur.

§. XV.

ANNO regni Ptolemæi Euergetis regis Ægypti viceſimotertio, & ab vrbe condita quin- E genteſimo trigeſimo, inchoatum eſt bellum punicum ſecundum Oroſium, quod fuit grauiſſimum vtrique parti, & maximi exterminij. hoc autem bellum præceſſerunt multa prodigia in diuerſis partibus, ſecundum Oroſium & Valerium maximum. Ait enim. Inter initia motúſque bellorum, Romæ bos mugitum ſuum in humanum ſermonem conuertit. Carnis quoque in modum nimbi diſſipatæ partes ceciderunt, quarum maiorem numerum præpetes diripuerat aues, reliquum humi per aliquot dies neque odore tætro, neque aſpectu deformi mutatum iacuit. Fertur quoque in Piceno la- F pides pluiſſe. In Gallia lupum vigili vagina gladium abſtuliſſe. In Sicilia quoq; duo ſcuta ſanguinem ſudaſſe, & metentibus cruentas ſpicas in corbem decidiſſe, ſerites aquas ſanguine mixtas fluxiſſe. Et addidit Valerius, bello punico ſecundo, conſtituit Cn. Domitio bouem dixiſſe. Caue tibi Roma. Huic autem vltimo prodigio de boue locuto adſtipulatur Auguſt. in 3. de ciui. Dei cap. vltim. addens & quædam

De hoc bello nullus hiſtoricus melius ſcripſit quam Titus Liuius.

Oro. lib. 4. ca. 15. Val lib. 1. ca. 6

Hæc omnia prodigia non vno eodémque tempore Romæ eueniſſe, ſatis ex ipſo Val. conſtat.

Val. ibid.

Aug. lib 3. cap. 31.

A.V.C. 507.

quædam alia, dicit enim. Omitto boues locutos, A infantes nondum natos de vteris matrum quædam verba clamaſſe. Volaſſe ſerpentes, fœminas & gallinas & homines in maſculum ſexum fuiſſe conuerſas. Iſtud autem ſecundum bellum punicum mouit Annibal imperator Carthaginenſium iniuſtè non ſeruans pacta pacis facta inter Romanos & Carthaginenſes. Iſte Annibal fuit maximus inimicus Romanorum, vt enim narrat Titus Liuius, Oroſius & Eutropius cum eſſet nouem annorum Amilcari patri ſuo ad aras iurauerat ſe contra Romanos pugnaturum, quam citiſſime poſſet. Qui etiam (vt refert Vale. in 9. lib. titu. de ira) cupiens ſignificare B quanto inter ſe odio Roma & Carthago diſſiderent, inflicto in terram pede, ſuſcitatóque puluere, tunc inter eas finem belli fore dixit, cum alterutra pars in habitum pulueris eſſet reducta. Vbi etiam eſt ſciendum quod Annibal de quo hîc verba facimus eſt alius ab eo Annibale qui fuit deuictus in bello primo cum eſſet dux Charthaginenſium. Hoc ſecundum bellum punicum dicit Titus Liuius omnium maxime bellũ memorabile, quæ vnquam geſta ſunt, in quo varia adeo fortuna fuit, vt propius periculo fuerint, qui vicerunt. Odiis etiam maioribus certarunt quam viribus Romanis indignantibus, quod victoribus ipſis in primo bello Punico, C victi Aphri vltro arma inferrent. Pœnisq; ſuperbe auaréq; crederent imperitatũ victis eſſe. Cœpit autem hoc bellum ſub Publio Cornelio Scipione, & terminatum eſt per filium eius dictum etiam Scipionem, qui dictus Aphricanus ab Aphrica quam ſubiugauit, & durauit per 18. annos ſecundum Aug. de ciuit. Dei lib. 5. cap. 18. ſecundum Oroſium & Titum Liuium. 15. Cum enim pars Hiſpaniæ Carthaginenſibus eſſet ſubiecta, quia inter Aphricam & Romam mare interiacet, ideo ad vitandum maris diſcrimina Annibal fecit ſibi viã ſuam ex Aphrica in Italiã per Hiſpaniã, vbi mare q; diuidit Aphricam & Europam ſtrictiſſimum eſt, quod ex vtraque perte ſui portus habebat Carthagini ſubiectos. Alia D cauſa fuit vt haberet occaſionem Romanos inuadendi. Veniens enim in Hiſpaniam expugnauit Saguntum. Fuit autem hæc ciuitas potentiſſima in Hiſpania in confinio imperij Aphricani, imperio Romanorum non ſubdita, ſed tamen Romanorum ſocia & amica. Sciens igitur Annibal, quod inde poſſet habere occaſionem pugnãdi contra Romanos, E quia ſi Saguntũ obſideretur vel expugnaretur, Romani eo venirent, vt ſuccurrerent vel defenderent, ideo prius contra Saguntum, quam contra Romanos bellum mouit, ne videretur pacem inter Romanos & Carthaginenſes poſt primum bellum punicum factam per fidẽ violare, qui etiam, vt narrat Titus Liuius, primo pugnauit contra ciuitates vicinas Sagunto, quæ non erant è ſocietate & confœderatione Romanorum, quærendo occaſionem expugnandi Saguntum. Cum vero Sanguntinos conflictos & in ciuitatem refugientes obſideret, legatis Romanorum ad ſe miſſis vt ab obſidione F diſcederet, illuſit dicens ſe bellicis rebus intentum contra hoſtes, non poſſe audire eos. Profecti igitur legati Carthaginem, conqueruntur fruſtra de fœdere pacis iam rupto, inde Romam redeunt. Et dum ſic tempus interim trahunt, Saguntum captum eſt, & deſtructum, in magnum opprobrium Romanorum, qui in tali neceſſitate non ſuccurrerunt vt debebant amicis & ſociis. Sanguntini vere antequam ciuitas caperetur, tantum cruciabantur fame, quod

Annibal Romanis infenſiſſimus.

Tit. Liu. li. 1. dec. 5. Oro. lib. 4. cap. 14.

Val. lib. 9. cap. 3.

Liu. lib. 1. dec. 3.

Cur tam infeſto animo in ſecundo bello Punico ſit certatum.

Annibal cur Hiſpaniam voluit prius ſubigere, quam Romam.

Saguntũ ab Annib. obſidetur.

Liu. lib. 1. dec. 3.

Saguntũ ciuitas potentiſſima capitur.

Deſperatio Saguntinorum.

ſuorum cadaueribus paſcebantur. Et cum miles quidam Annibalis amicus Saguntinorum volens ſaltem ſaluare ciuium vitam, promitteret eis vitam & locum alium vbi poſſent ciuitatem conſtruere, dum tamen Saguntum cum auro & argento Annibali redderent, ipſi tempore deliberationis accepto, rogum maximum in medio ciuitatis accẽdunt, & primo in eundem aurum cum omni ſupellectili proiecerunt, & poſtea cæſis vxoribus & liberis ſe in ignem vnanimiter præcipitauerunt. Hac ciuitate ſic expugnata Annibal tranſiuit montes Pyrenæos, qui Hiſpaniam à Gallia diuidunt, & ſic per Gallias tranſiens. 9. die à Pyrenæo mõte ad alpes peruenit. Vbicunque reſiſtentia inuenit gladio ferróque viam ſibi aperuit, in Alpibus vero ſibi Gallos reſiſtentes bello ſuperat, atque rupes immeabiles igne & ferro reſcindit, quatriduo in his conſumpto, peruenit die quinta ad plana Italiæ, ſcilicet partes Pedemontanas habens tunc in exercitu centum millia peditum & viginti millia equitum. Scipio vero conſul Romanorum primus, & cum exercitu occurrit, ibi conſerto prælio apud Ticinum qui in Padum influit, Scipio grauiter vulneratus, à filio ſuo Scipione admodum iuuene à morte liberatus, euaſit, occiſo ibi pene omni exercitu Romanorum, quem Scipio conſul habuit. Poſtea vero ab eodem conſule ad fluuium Trebiam, qui eſt iuxta Placentiam iterum pugnatum eſt fortuna conſimili. Sempronius vero conſul alter Romanorum cognito collegæ ſui caſu à Sicilia rediit, ſed apud eũdem fluuium congreſſus amiſſo exercitu pene ſolus euaſit. In quo bello etiã Annibal vulneratus eſt, quui poſtea cum primo vere in Tuſciam tranſiret, in ſummo Appennino monte, tempeſtate correptus & biduo [continuo immobiliter cum exercitu] niuibus concluſus & onuſtus, cum exercitu obriguit, vbi magnus numerus hominum, iumenta etiam ſua quod plurima, & elephanti pene omnes frigore perierunt. Inde primo vere progrediens per viam paluſtrem [iuxta campos de quibus dictum eſt & quæ rigat æquora Sarnus nebulis maxime quæ de palude exhalbãtur proſpectum auferentibus] maximam partem ſociorum & iumentorum perdidit, & oculum quo iam dudum æger fuerat, violentia frigoris, ac laboris amiſit. Cum difficultate tamen paludes euadens ad caſtra Flaminij conſulis appropinquat [vbi vero proximus caſtris Flaminij conſulis fuit vaſtatione circumiacentium locorum] Flaminium apud Traſimenum, qui modo dicitur lacus Peruſinus excitauit ad bellum. Vbi arte Annibalis totus exercitus Romanorum circumuẽtus, trucidatus eſt, ipſe conſul Romanorum occiſus eſt & 25. millia cæſa, & ſex millia capta referuntur. In hoc bello tantus fuit ardor pugnãtium, vt terræmotum grauiſſimum qui tam vehemẽs erat vt vrbes diruiſſe mõtes tranſtuliſſe rupes diſcidiſſent flumina retrorſum coegiſſe, milites non ſentirent. Poſt hæc ſecuta eſt pugna Cãnenſis apud Cannas vicum Apuliæ vbi pugnauit Annibal contra duos conſules Paulum Aemillium, & Terentium Varronẽ, & interfecta ſunt de exercitu Romanorum. 44. millia, & de exercitu Annibalis magna pars cæſa eſt. Periit autẽ eo bello Paulus Æmilius cõſulares, & prætorij viri viginti interfecti ſunt, ſenatores. 30. occiſi vel capti, nobiles viri trecenti, pedeſtrium militum quadraginta millia, æquitum tria millia quingenti. Varro vero conſul alter cũ quinquaginta equitib. venuſiũ fugit. nec dubium eſt quin dies illa vltima fuiſſet Romani ſtatus

A.V.C. 534.

Montes Pyrenæi.

Oro. lib. 4. cap. 14.

Annibal in Italiam tranſit.

Oro. lib. 4. cap. 15.

Iter Annibalis in Italiam.

Aliud prælium.

Pugna Cãnenſis qui locus nũc dicitur legartiliam.

Venuſium oppidum.

Oro. lib. 4. cap. 16.

tus

A.V.C. 341.

tus, ſi Annibal ad peruadendum vrbem mox poſt victoriam contendiſſet. In illa pugna, Romani ira afflicti ſunt, vt ex tūc vrbes Italiæ Romanis prius ſubiectæ à Romanis diſceſſerint & Annibali adhæſerint. Inter quas capua erat præcipua. Sciendum etiā quòd præter iſtas pugnas inter Annibalem & Romanos fuerunt aliæ pugnæ multæ, & nunc quidem Romani, nunc vero Carthaginenſes ſuperiores erant. Similiter dum Annibal pugnat in Italia, Aſdrubal pugnat in Hiſpania contra Romanos. Qui duos Scipiones fratres & duces Romanorum miſſos in Hiſpaniam contra ipſum occidit, & multas ſtrages Romanorum fecit. De victoria autem illa habita ab Annibale apud Cannas de Romanis dicunt Oroſius & Augu. in 3. de ciui. Dei. cap. 19. quòd Annibal miſit Carthaginem tres modios annulorum aureorum acceptorum à Romanis occiſis ab eo, vt ex hoc melius comprehenderetur quantus eſſet numerus aliorum interfectorum, cum non omnes, ſed maiores & nobiles annullis aureis vterentur. Et vt dicit Oroſius lib. 3. poſt prædictam cladem vſque adeo deſperauerunt Romani, vt ſenatores de relinquenda Italia & locis aliis ad habitandum quærendis conſilium ineundum putarent. Quod tunc [auctore Cecilio Metello.] confirmatum fuiſſet, niſi Cornelius Scipio tribunus militum, qui poſtea Scipio Aphricanus appellatus eſt: diſtricto gladio eos, deterruiſſet, ac potius pro defenſione patriæ iurare in ſua verba coegiſſet. Quo facto Romani ad ſpem vitæ reſpirare auſi dictatorem D. Iunium creant, qui delectu militum habito à ſeptemdecim annis immaturæ & inordinatæ militiæ quatuor legiones vndecunque contraxit. Tunc etiam ſeruos ſpectati roboris ac voluntatis, vel oblatos à dominis ſuis, vel ſi opus erat emptos publico precio ſub titulo libertatis ad ſacramentum militiæ adegit. Et dicit Valer. lib. 7. tit. de neceſſitate fuiſſe quatuor & viginti millia ſeruorū homines etiā ſcelerib. vel debitis obnoxios impunitate promiſſa, militiæ dictator Iunius adſcripſit quorum numerus ad ſex millia aſcendit. Et cum deficerent pecuniæ ærarij ad prouidendum exercitui conſilio Valerij conſulis omnes ciues, & primo ſenatores retenta ſibi modica portione, dederunt ſubſtātias ſuas ſeu pecunias ad ſubueniendum ærario: vnde collecta eſt magna pecunia. Poſt ſtragem igitur illam Romanorum factam apud Caunas vt dictum eſt, anno ſcilicet decimo huius ſecundi belli punici Cn. Fluluio & Sulpitio conſulibus, Annibal de Campania mouit exercitum, & per viam latinam profectus ad Anienem fluuium tribus millibus ab vrbe diſtantem conſedit, incredibili totius ciuitatis metu. Et cum Senatu populoque diuerſis curis trepido.] Matronæ pauore amentes per propugnacula currerent, pronæque pro muris pugnare geſtirent Annibal cum expeditis equitibus, vſque ad portam collinam acceſſit, deinde omnem exercitum ſuum in aciem direxit. Sed & conſules non detrectauerunt pugnam, vbi partis vtriuſque acies expoſitæ conſtituerunt, tantus ſe ſubito hymber nubibus grandine mixtus effudit, vt turbata agmina vix armis retentis ſe in ſua caſtra reciperent, deinde reddita ſerenitate cum in campum atque in aciem rediiſſent exercitus rurſus violētior fuſa tempeſtas magis eos terruit & territos tentoria ſua redire coegit. Tunc Annibal dixiſſe fertur. Quando potui non habui voluntatem, ſcilicet immediatè poſt victoriam Cānenſem, & quando volui non habui poteſtatem capiendi Romam impediente himbre.

Italiæ ciuitates à Romanis deficiunt. Oro. lib. 4. ca. 17.

Oroſ. li. 4. cap. 16.

Oroſ. 16.

Quales milites poſt pugnam Cānenſem delecti. Val. lib. 7. cap. 6.

Magnus numerus ſeruorum

Oro lib. 4. cap. 17.

Pugna ad vrbem diuinitus impeditur.

Scipio exercitū in Aphricam traiicit.

A.V.C. 654.

§. XVI.

CVM autem Annibal Italiam peruagaretur, Scipio Aphricanus ſuperior exercitum traiecit in Aphricam, vbi occiſa in locis diuerſis maxima multitudine Aphricorum, tantum Carthaginenſes terruit & oppreſſit vt neceſſitate ducti Annibalem cum ſuo exercitu in defenſionem ſui de Italia reuocarint. Qui flens reliquit Italiam, & veniens in Aphricam colloquium Scipionis petiit, vbi cum primo occurſu diu attoniti admiratione mutua duo clariſſimi principes ſe ſuſpexiſſent, tractatum pacis habuerunt. Sed infecto pacis negotio pugnatum eſt, & victus eſt Annibal interfectis ex Carthaginenſibus pluſquam 20. hominum millibus, deinde fugiens venit Carthaginem, qui perſuaſit ſenatui vt pacem peterent, quia nulla ſpes alia ſupererat, Pax vero per Scipionem de voluntate ſenatus populique Romani conceſſa eſt. Naues tamen pluſquam quingentæ in altum mare perductæ incenſæ ſunt.

Vide poſt alios. Oro. lib. 4. cap. 18. Id c. 19.

Finis ſecūdi belli Punici.

Pro maiori autem declaratione de hoc Scipione ſciendum quòd multi fuerunt Scipiones valde famoſi, quorum duo fratres erant ſcilicet P. Cornelius Scipio conſul Romanorum primo ſecundi belli punici anno & alter ſcilicet Cn. Scipio, qui fuit dux Romanorum in Hiſpania contra Magonem ducem Pœnorum, quem vicit & cepit. Ambo vero iſti Scipiones fratres ab Aſdrubale fratre Annibalis poſtmodum in Hiſpania interfecti ſunt. Erant autem & alij duo Scipiones, filij prædicti Publij, Cornelij, quorum vnus dictus eſt Publius Scipio Aphricanus, quia Annibalem finaliter vicit & Aphricam debellauit. Alter vero dictus eſt L. Scipo Aſiaticus, quia Aſiam minorem vicit, & de ea triumphauit. Primus iſtorum duorum victus eſt Aphricanus prior. Erat autem alter Scipio nepos eius, qui quia in tertio bello punico Aphricam vicit & carthaginenſes deleuit, dictus eſt Aphricanus, ſed poſterior. Præter iſtos quinque erat Scipio Naſica, qui ſecundum Titum Liuium fuit filius Cnei Scipionis ſupradicti, qui conſilium dedit poſt victoriam Romanorum in tertio bello punico vt Carthago non deleretur, ea videlicet ratione, ne Romanus vigor bellis ſemper exercitatus in ſegnitiem ſecuritate & otio ſolueretur, vt refert Auguſtinus de ciui. Dei libro primo capitulo trigeſimo. Cato autem Cenſorius contrarium conſuluit ſenatui, vt ſcilicet deleretur propter ſuſpitionem rebellionis quod & factum eſt, non tamen ſtatim poſt conſilium. Sed vt ait Titus Liuius libro quinquageſimoquarto. Senatus tenuit mediam partem inter ſentētiam & Atonis & Scipionis. Cenſuitque qròd Carthago ſtaret, ſic tamen quòd non eſſet Romanis metuenda. Et ideo voluit quòd Carthaginenſes conſtruerēt ſibi ciuitatem aliam diſtantē à mari decem milliaribus. Sed quia Carthaginenſes hoc noluerunt ſeruare expugnata eſt, & ſimpliciter deleta. Oroſius tamen dicit ſe nunquam vidiſſe illius tertij belli Punici iuſtam cauſam ex parte Romanorum. Reuertendo ad Scipionem Aphricanum ſuperiorem multa laudabilia de eo narrantur ab hiſtoriographis. Nam vt dicit Titus Liuius de ſecundo bello punico libro ſexto ex quo iſte Scipio pueritiam exegit, nullo die egit publicam aliquam vel priuatam rem antequam iret in Capitolium id eſt

Clari recēſentur.

Scipio Naſica non delendam eſſe Carthaginem ſuadet.

Oro. lib. 4. cap. 23.

De Africano ſuperiore memorabilia

A.C V. 546.
Aul.Ge.li. 7.c.7.

in Iouis templum, ingreſſuſque templum conſede- A retibi, & quandoque traheret tempus in ſecretum, hic mos ſeruatus per totam vitam ſeu conſulto ſeu temere fidem de ſe fecit, & opinio vulgata fuit, ipſum fuiſſe ſtirpis diuinæ. Et A. Gellius lib.7.refert matrem ipſius Aphricani diu ſterilem exiſtimatam ita vt pater eius de ea liberos deſperaret, poſtea in cubiculo atque in lecto mulier cum abſente marito ſola cubaret, obdormienti ſibi repente iuxta eam apparuiſſe ingentem anguem eumque his qui viderant territis ac clamantibus elapſum inuenire nō quiſſe idipſum, P. Scipionē, ſcilicet maritum ad aruſpices detuliſſe qui facto ſacrificio reſponderunt fo- B re vt liberi naſcerentur ex ea. Vnde mulier cito poſt concepit ipſum Scipionem. Hic Scipio ſolitus erat prius quam diluculare in Capitolium ventitare ac iubere aperiri cellam Iouis, atque ibi ſolum diu demorari quaſi conſultans de republica cum Ioue. Æditu oſque eius templi, ſæpe iuraſſe ferunt, quòd ſolum eo tempore cum capitolium ingrederetur, canes qui in alios ſæuiebant neque lattauerunt contra eum neque in eum vnquam incurrerunt.

Va.li.3.c.7.
Scipio Aphricanus accuſatur.

Demum poſt victoriam habitam in ſecundo bello punico, accuſatus eſt à quibuſdam ex inuidia de quadam ſumma pecuniæ ſubtracta ærario. Qui vt C ait Valerius lib.3 titu. de fiducia ſui, videns accuſantium malitiam, quadam vice cum de ea impeteretur reſpondit. Nec enim puto eo malignitatis ventum, vt de mea innocētia quęrendum ſit. Nā cum Aphricam totam poteſtati veſtræ ſubiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur præter cognomen retuli. Nō igitur me Punicæ non fratrem meum Aſiaticæ gaze auarum reddidederunt. Sed vterque noſtrum magis inuidia quam pecunia locupletior eſt. Videns igitur ciuium ingratitudinem indignatus de vrbe receſſit. Et vt ait Oroſ. libr.4. cap.20. ab ingrata ciuitate diu exulans apud Amiternum oppidum morbo periit, D eodem anno quo Annibal, qui cum videret à Pruſia rege Bythyniæ ad quem cōfugerat, ſe Romanis tradendum, venenum bibens ne viuus Romanis traderetur, mortuus eſt. Ipſe autem Scipio vt refert Vale. lib.5.ti.de ingratis, ſepulcro ſuo ſic inſcribi fecit. Ingrata patria ne oſſa quidem mea habes. Licet autem iſte Scipio multum commendatus ſit à gentibus in pluribus, tamen quia idololatra infernum damnatorum non euaſit.

Mors Scipionis Aphricani. Val.lib. 5.
Moritur Annibal.

§. XVII. E

Tertij belli punici initium.

TERTIVM Et vltimum bellum Punicum vt refert Oroſius lib.4.cap.22. exortum eſt anno ab vrbe condita ſexcenteſimoſecundo, ſub conſulibus L. Cenſorino & Marco Manilio cum enim cenſeret ſenatus Carthaginem delendam, profecti in Aphricam conſules & Scipio tūc tribunus militum prope Vticam caſtra tenuerunt. Ibi Carthaginenſibus ad ſe euocatis, iuſſiſque vt arma traderent, tanta vis armorum repente tradita eſt vt facile ex his tota Aphrica armari potuiſſet. Armis vero ſuis iam traditis, iuſſi ſunt vrbe relicta ſecedere procul à mari. 10. millibus paſſuum propter quod dolorem ad deſperationem contulerunt aut defenſuri ciuitatem aut F cum ipſa per ipſam ſepeliendi. Duos ergo Aſdrubales ſibi duces creant, & arma facere aggreſſi, æris ferrique inopiam auro & argento ſuppleuerunt. Conſules vero oppugnare Carthaginem ſtatuerunt, [a] cuius muri triginta millia paſſuum tenebant. Conſules igitur quamuis aliquam partē muri diruiſſent tamen Carthaginenſibus victi & repulſi ſunt, quos fugientes Scipio defendit, repulſis Carthaginenſibus intra muros quos conſules inſequebantur. Quatuor tamen annis defenſa eſt ciuitas contra Romanos. Et in principio poſtquam Mancinus cōſul Romanorum exercitum accepit à Popilio apud Numātiam ciuitatem Hiſpaniæ quæ ad imperium carthaginenſe pertinebat, adeo infeliciter, vt ait Oroſius lib.v. Mancinus prælia cuncta geſſit cum Numantinis, atque in ſuprema deſperatione perductus eſt vt turpiſſimum fœdus cum Numantinis facere cogeretur, quamuis & Pompeius iam aliud æque infame cum eiſdem pepigiſſet. Senatus vero fœdus diſſoluit, & Numantinis dedit Mancinum. Præcepitque nudato corpore manibuſque poſt tergum ligatis ante portam Numantinorum exponi. Ibique ſic vſque ad noctem manens, à ſuis derelictus ab hoſtibus non eſt ſuſceptus. Hæc ciuitas ſola dicit Oroſius per annos quatuordecim, cum ſolis quatuor millibus ſuorum, quadraginta millia Romanorum non ſolum ſuſtinuit ſed etiam vicit pudentiſque fœderibus affecit. Acciderunt autem iſti Mancino conſuli aliqua prodigia in Hiſpaniam ituro, vt dicit Valer. li.1.tit.de prodigiis. Nam cum à portu Herculis nauem aſcēderet, talis vox ſine vllo auctore audita eſt, Mancine mane. Et cum ſcapham eſſet ingreſſus anguis eximiæ magnitudinis viſus è conſpectu abiit, hæc omnia opere dæmonum. Poſtmodum vero anno quarto huius belli Carthaginenſis, Scipio delere Carthaginem ſuprema ſorte molitus, Cothonē ingreditur vbi dum continuis ſex diebus & noctibus pugnatur, vltima deſperatio Carthaginenſes ad deditionem traxit, petentes vt quos belli clades ſaltem eis ſeruire liceret. Et ciuitatem ingredientibus Romanis quibuſdam ſe ſponte in ignem proiicientibus, quibuſdam ſe de alto præcipitantibus capta eſt ciuitas & incenſa. Arſit vero 18. diebus continuis, diruta eſt autem Carthago omni mirabili lapide in puluerem imminuto, ſeptingenteſimo poſt anno, condita eſt.

A.V.C. 606.
Fœdus Numantinum.
Oro.lib.5. cap.7.
Oroſ.li. 4. ca.23.
Carthago capitur & incēditur. Miſerum ſpectaculum de varietate cō ditionis humanæ victorib. ipſis præbuit.

a Situs Carthaginis huiuſmodi fuiſſe dicitur viginti millia paſſuum muro amplexa, tota pene mari cingebatur abſque faucibus, quæ tribus millibus paſſuum aperiebantur. Is locus murum triginta pedes latum habuit, ſaxo quadrato in altitudinem cubitorum quadraginta. Arx, cui Byrſæ nomen erat paulo amplius quam duo millia paſſuum tenebat. ex vna parte murus communis erat vrbis & Byrſæ imminens mari, quod mare ſtagnū vocabant, quoniam obiectu protentæ linguæ ſtagnabat.

Oro.li. 4. cap.2.

§ XVIII.

INTER ſecundum bellum Punicum & tertium, ortum eſt bellum Macedonicum. Primum contra Philippum Macedoniæ regem, non Philippum patrem Alexādri magni, qui diu ante mortuus erat ſed cōtra Philippum alium, qui in ſecundo bello Punico Annibali contra Romanos promiſit auxilium. Quo deuicto Philippo, & finito primo bello Macedonico, ſecutum eſt bellum Syriacum contra Antiochum regem Syriæ, & eo deuicto ſecutum Mithridaticum, deinde ſecundum bellum Macedonicum contra Perſem filium Philippi regis Macedonum ſupradicti patre ſuo defuncto. Deuicto autē Perſe & capto, ſecutū eſt bellum cōtra Celtiberos in Hiſpania nimis terribile. Nam metus eorū ita Ro. inuaſit, vt nō eſſet aliquis milles vel legatus q̃ auderet

Varia Romanorum bella.
Oroſ.li. 4. ca.21.

A.V.C. 617. auderet ire in Hiſpaniam, niſi Publius Scipio, qui dictus eſt Aphricanus poſterior, ſe ad eundum vltro obtuliſſet. Veniens autem in Hiſpaniam maximam gentium ſtragem fecit. Præter autem dicta quinque bella famoſa, habuerunt etiam Romani ante tertiũ bellum punicum, & alia cum diuerſis gentibus bella vt Ætholicum, Iſtrichum, Gallogræcum Illyricum, & Macedonicum tertium, ſed omnia fuerunt longe ab vrbe. Habuerunt etiam inter ſe in vrbe illis temporibus plures diſcordias, vt in eiectione ſeu exilio Scipionis Aphricani & Scipionis Aſiatici. Nam vt refert Vale. lib. 5. ti. de ingratis, de Scipione Aſiatico. Deuicta Aſia hic à populo Romano deiectus tanquam peculatus reus, id eſt fur pecuniæ publicæ, in carcerem duci iuſſus eſt. Sed hæc tantis viris vtique in ciuitate non potuiſſent accidere ſine magnis & multis diſcordiis, cum eſſent in maxima opinione, vt etiam tangit Aug. in lib. 3. de ciui. Dei. c. 21.

§. XIX.

Gracchorum in vrbe ſeditiones. INTEREA Vero dum bellum ageret Scipio contra Numantinos in Hiſpania apud Romam Gracchorum ſeditiones agitabantur, vt dicit Oroſius. Fuerunt autem duo fratres Gracchi quorum vterque fuit tribunus & interfectus in tumultu populi. Et licet Salluſtius ambos laudet, vt zelatores libertatis plebis, alij tamen reprehendunt eos vt viros ſeditioſos. Et de primo Graccho dicto Tyberio Titus Liuius lib. 58. & Oroſius li. 5. dicunt quòd cum eſſet tribunus plebis agrum publicum à quibuſdam perſonis priuatis ſcilicet à nobilibus poſſeſſum minus bene vt ſibi videbatur, populo diuidi ſtatuit. Et legem vnam tulit, ne quis ex publico agro plus quã decem iugera poſſideret, ſeque & C. Gracchum fratrem ſuum & Appium claudium ſocerum triumuiros ad diuidendum agrum creauit. Promulgauitque etiam aliam legem, ſcilicet vt hi tres iudicarẽt, quis eſſet ager publicus, quis priuatus, vt ſibi viam patefaceret latius diuidendi. Octauio vero tribuno plebis obſiſtenti aufert imperium tribunatus, ex his ſenatus iram incurrit & populum in ſuperbiam erigit.

(Oro lib. 5 cap. 8. Sal. in Cat. Li. Epi. 58. Oro. lib. 5. cap. 8. lex Agraria.)

Attalus filius Eumenis. Eodem etiam tẽpore Attalus Eumenis filius moriens, populum Romanum imperio Aſiæ cuius rex fuerat ſuccedere hæredẽ iuſſerat. Gracchus vero appetens gratiam populi legem tulit vt pecunia Attali populo diſtribueretur. Cum igitur Graccus [enitetur vt ipſe tribuuns plebis ſubſequẽti anno permaneret, cúmque comitiorum die ſeditiones populi aſcẽderet auctore Naſica.] inflãmata nobilitas fragmẽtis ſubſelliorum fugato populo, ipſum primo fragmento deiectoad terram, deinde volentem ſurgere claua percuſſum occiderunt. Ducenti præterea in ea ſeditione interfecti ſunt, eorúmque corpora in Tiberim proiecta ſunt. Ipſius quoque Gracci cadauer inhumatum extabuit. De eo etiam dicit Valer. quòd cum rempublicam fauore populi teneret oppreſſam, palam dictitauit contempto ſenatu omnia per plebem agi debere. Et idem dicit li. 6. ti. de libere dictis aut factis, quòd Scipio Aphricanus ſecundus qui eius ſororem duxerat in vxorem cum debellatis Numantinis Romam fuiſſet reuerſus, poſt interfectionẽ prædictam Cn. Carbo trib. pleb. nuper ſepultæ Gracch. ſeditionis turbulẽtiſſimus vindex Aphricanum interrogauit, quid de interitu Tyberij Gracchij ſentiret, vt authoritate clariſsimi viri inchoato iam incendio multum incrementi adiiceret, non dubitans quin propter tam arctam affinitatem aliquid pro interfecti neceſſarium memoria eſſet miſerabiliter locuturus. At Scipio iure eum cæſum videri pronunciauit. Secundus vero Gracchus ſcilicet Caius, vt refert Valer. lib. 1. titu. de ſomniis. Antequam tribunus fieret ſomno preſſus Tiberij Gracchi fratris ſui effigiem vidit dicẽtis ſibi nulla ratione vitare poſſe eum, ne non eodem fato periret, quo & ipſe cecidiſſet, & verum fuit, quia ſic contigit. Nam vt dicit Oroſius in 5. Tribunus plebis per tumultum creatus magna reipublicæ pernicies fuit. Nam cum ſæpe populum donis & promiſsis in acerbiſsimas ſeditiones excitaſſet maxime vero legis agrariæ, id eſt diſtributionis & diuiſionis agrorum cauſa, pro qua etiam frater eius occiſus fuerat, tandem à tribunatu Minucio ſucceſſore deceſsit. Succeſſor in tribunatu Minutius pro magna ex parte ſtatuta & leges Gracchus abrogauit, ſuper quo indignatus confœderatis ſibi multis & aſſumptis, in capitolium vbi concio agitabatur, aſcendit. Ibique maximo tumultu excitato [quidam præco à Gracchanis interfectus velut ſignum belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus comitante etiam Graccho togato, breuemque gladium ſub ſiniſtra occultante laniam tandem arcem occupauit. Itaque cum diu anceps bellum agitaretur, multitudo tandem] per ſagittarios ab Opimio conſule miſſos diſturbata eſt, Gracchus fugit, ex pugnantibus pro ipſo amicis ſuis, ipſe ne viuus caperetur ceruicem ſuo ſeruo præbuit. Caput vero Gracchi excīſum conſuli allatum eſt, corpus ad Corneliã matrem ſuam, quæ fuerat filia Aphricani ſuperioris, delatum eſt, fuit & vnus alius Titus Gracchus bonus ciuis. qui alio modo fuit interfectus ſecundum Val. li. 1. tit. de prodigiis. Pro maiori declaratione prædictorum ſciẽdum quòd cum à Romanis captæ eſſent hoſtium ciuitates, & expulſi aut interfecti ciues, vel cum agris & poſſeſsionibus alio modo priuarentur ciues dictarum ciuitatum captarum, nobiles ex Romanis ſæpe agros illos ſibi retinebant, quod videbatur plebi iniquum & iniuſtum, quia ſanguine & labore militum (qui pro maiori parte de plebe erãt) tales agri acquirebãtur, propter quod volebat plebs agros tales inter ſe diuidi & diſtribui, nobiles vero hoc nolebant. Vnde ſæpiſſime orta eſt propter hoc diſſentio inter patres & plebem ſecundum Titum Liuium de origine vrbis lib. 3. Et propter hoc prædicti duo Gracchi de quibus ſupra, cum eſſent tribuni zelãtes pro plebe legem Gracchiã id eſt de diſtributione agrorum promulgare curarunt, & ex hoc ſenatui exoſi, occiſi ſunt. Et narrat Oroſius lib. 5. Opimus conſul ſicut in bello fortis fuit, ita in quæſtione crudelis. Nam plus quam tria millia hominum ſuppliciis necauit, ex quibus plurimi ne dicta quidem cauſa id eſt non auditi in iudicio, innocentes interfecti ſunt. Qui etiam Opimius conſul, vt narrat Vale. lib. 9. ti. de auaritia, caput C. Gracchi a quodam L. Septimuleio familiari ipſius Gracchi auro æqualis põderis emptum, Pilo affixum fecit per vrbem ferri.

(Oro lib. 5. cap. 9. Tyb. Gracchus. Va. l. 6. c. 2. — A.V.C. 617. Oro. lib. 5. ca. 12. C. Graccus necatur. Oro. lib. 5. cap. 12. Val. lib. 9. cap. 4.)

§. XX.

Seditio Saturnino auctore excitata. Oro. lib. 5 cap. 17. POST interfectionem etiam vtriuſque Gracchij vt narrat Oroſius in 5. anno ab vrbe condita ſexcenteſimo quadrageſimoquinto, alia ſeditio in ciuitate exorta eſt. L. Apuleius Saturn. Q. Metello Numidico viro ſane primario acerrimus inimicus fuit, qui eum creatum cenſorem, domo protractum, & in capitolium fugientem ibidem obſedit cum manu armata. Sed Saturninus indignatione equitum Romanorum inde deiectus eſt plurima ante Capitolium cæde facta. Poſtmodum

A.V.C. 679.
Val. lib. 1. ca.5.

Æm[illegible]ai, qui aſſumpto conſulatu, ait Val. lib. 1. cum reuerteretur domum & inueniret filiam ſuã paruulam nomine Tertiam lugentem, interrogauit cauſam ſui fletus. Quæ reſpõdit. Perſam periiſſe [deceſſerat autem Catellus quem puella in deliciis habuerat nomine Perſa] quo tanquam omine confortatus de victoria habenda contra Perſem regem cũ exercitu vadens victum Romam duxit.

Vide Oro. li 4. c. 20.
Oroſ. lib. 5. cap. 8.

Eodem etiam quaſi tempore licet parum ante bellum habuerunt Romani contra Anthiocum regem Syriæ. Quem etiam vicerunt ſibi leges impoſuerunt vt volebant. Poſt modicum vero Attalus filius Eumenis rex Aſiæ moriens populum Romanũ
B
ſui regni teſtamento reliquit hæredem ita teſtamento regnum Aſiæ minoris additum ſit Romanis. Huic autem Attalo frater erat nomine Eumenes amicus Romanorum, qui filium ex concubina habuit nomine Ariſtonicum, qui Ariſtonicus mortuo Attalo vindicauit ſibi regnum Aſiæ & Achaię. Iſte ergo cõgregato exercitu magno cum Romanis bellum habuit, & victus atque captus Romamque perductus, ibidem iuſſu ſenatus ſtrangulatus eſt. Huius autem mortem (vt narrat Aug. 3. de ciui. Dei cap. 11.) præuidens Apollo Cumanus id, eſt qui cumis colebatur, quæ eſt ciuitas Campaniæ, doluit & fleuit. Fletus au-
C
tem eius prænunciauit eis malum, quia Cumani fuerunt coloni Græcorum id eſt quondam Græci fuerant, & ex Græcia venerant ad incolendum locum illum. Venientes autem è Græcia ſecum tulerunt ſtatuam Apollinis, quam in Gręcia colere conſueuerant. Vnde cum fleuiſſet aruſpices minus periti credebant quod prænunciaſſet malũ Romanis, & ideo volebant eam in mare proiicere, niſi ſenex Cumani reſtitiſſent, ſed peritiores aruſpices oppoſitum interpretati ſunt ſicut euenit. Dicunt Vale. lib. 9. titu. de luxuria. & Titus Liuius quòd vrbi Romanæ Phi-
D
lippus Macedoniæ rex deuictus licentioris vitæ, id eſt, magis relaxate fiduciam dedit, & quòd luxuriæ, peregrinæ origo ideſt nouarum & exquiſitarum deliciarum ab Aſiatico exercitu id eſt qui in Aſia minori militauerat inuenta eſt & Romam inducta.

Iuſt. li. 37. Oroſ. li. 5. cap. 10.
Ariſtonicum Attali fratrem non fratris filium ait Oro.
Vide etiã Iul. obſequentem de prodig.
Campani Græciæ Coloni.
Luxuria quando Romã inuecta ſit.
Val. lib. 4. ca. 1.
Tit. Li. li. 4. dec. 4.

§. XXIII.

Bellum ſociale.
Oroſ. li. 5. c. 18.

DE alio bello quod dicitur ſociale, quod geſſerunt Romani contra latinos, qui non erant ciues Romani, ſed ſocij. Nam quamuis eſſent ſubiecti Romanis tamen Romani eos ſuos in imperio vocauerunt. Narrat Oroſius lib. 5. quòd anno ab
E
vrbe condita 659. Sexto Iulio Cæſare. & Lucio Marcio Philippo conſulibus Liuius Druſus tribunus plebis omnes latinos ſpe libertatis illectos cum placita non potuiſſet explere in arma excitauit. Igitur Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Samnites & Lucani, [cum adhuc occultã defectionem meditarentur.] Caium Seruilium prætorem legatum ad ſe miſſum à ſenatu apud Aſculum occiderũt, ſtatimque clauſa ciuitate omnes ciues Romanos iugulauerũt. Secutum eſt ergo bellum grauiſſimum, quod habuit prælia multa, Romanorum conſules in eo Rutilius & Portius Cato occiſi ſunt, & quandoque latini vicerunt, quandoque Romani, interfecitis ex vtraque parte multis millibus & cum bella ciuilia & ſocialia fere eodem tempore eſſent (quia nondum
F
expleto bello ſociali inchoata ſunt ciuilia) dicit Eutropius quod bella ciuilia & ſocialia, quæ etiam Italica dicta ſunt, per 9. annos cõtinuata ſunt. Conſumpſit, autem iſtud bellum centum quinquaginta millia hominum ſcilicet Romanorum ſecundum [a] O-

Eu. li. 5. c. 2.
Magna clades ciuium Romanorũ.

A
roſium viros conſulares viginti tres, viros prætorios ſeptem & Ædilitios quadraginta, ſenatores fere ducentos. Addens Oroſius quòd tot interfecti ſunt vt vix numerari poſſint, quoniam totius Italiæ populi paſſim ſine conſideratione deleti ſunt. Refert Augu. 3. de ciui. Dei, cap. 23. Nam anteaquam aduerſus Romam Sociale bellum præfatum Latium commoueret, cuncta animalia humanis vſibus ſubdita canes, equi, aſini, boues, & quæquæ alia pecora quæ hominum dominio fuerunt, ſubito efferata & domeſticæ lenitatis oblita relictis tectis libera vagabantur, & omnem non ſolum aliorum, ſed etiam dominorum
B
auerſabantur acceſſum, non ſine exitio aut periculo audentis, ſi quis de proximo vrgeret, vnde talia ſigna fuerunt illius mali quod ſecutum eſt.

A.V.C. 679.
Oro lib. 5. c. 18. Idem refert.

a Hoc dicit Oroſ. li. 5. c. 22. tam de bello Sociali Italico, quam de bello ciuili Mariano.

§. XXIIII.

EODEM tempore ſcilicet tertij belli Punici ſecundum Euſebium in Chro. Terentius ſcriptor comœdiarum claruit, captus cum aliis Carthaginenſibus à Romanis cuius ſunt hæ ſententiæ morales. Hoc tempore obſequium amicos, veritas odiũ
C
parit. Quoniam id fieri quod vis non poteſt, velis id quod poſſit. Facile omnes cum valemus recta conſilia ægrotis damus. Qui pergit dicere quæ vult, audit etiam quæ non vult. Tantum ne ab re tua eſt otij tibi, aliena vt cures, ea quæ nihil, quæ ad te attinent. Homo ſum humani à me nihil alienum puto. Deteriores omnes ſumus licentia. Ita comparatam eſſe hominum naturam, omnium aliena melius vt videant, quam ſua. Ius ſummum ſepe ſumma malitia eſt. Nulla eſt tam facilis res quin difficilis ſit ſi inuitus facias. Nonne id flagitum eſt te aliis conſilium dare, foris ſapere, tibi auxiliari et non poſſe.
D
Homine imperito nunquam quicquã iniuſtius qui niſi quod ipſe facit nihil rectum putat. Vetus verbum hoc quidem eſt. Communia eſſe amicorum inter ſe omnia. Hoc vnum vitium ſenectus affert hominibus attentiores ſumus ad rem omnes quam ſat eſt. Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum. Iſtud eſt ſapere, nõ quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere. Inſpicere tanquam in ſpeculum vitas omnium iubeo, atque ex aliis ſumere exemplũ ſibi. Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi, ad contumeliam
E
omnia accipiunt, magis propter ſuam impotentiam ſemper ſe credunt negligi. Mulieres ſunt ferme vt pueri, leui ſententia. Iſtud eſt ſapere vbicũque opus ſit animum poſſis flectere, quod faciendũ fortaſſe ſit idem hoc nunc ſi feceris. Omnes cum ſecundæ res ſunt, meditari ſecum oportet quo pacto aduerſam ærumnam ferant vt ne quid animo ſit nouum, quicquid præter ſpem eueniat omne id eſſe in lucro deputare maxime tum maxime. Quot homines tot ſententiæ. Suus cuique mos eſt. Nihil eſt quin male narrando poſſit deprauari.

Terentius eiuſque aliquot ſententiæ.
In And. ac. 1 ſc. 1.
Terentius Poeta Comicus.
Ac. 2 ſce. 1.
Heauton. ſcen. 1.
Ib. ac. 2. ſ. 1.
Ib. ac 4. ſc. 5. ſce. 6.
Act. 5. ſ. 1.
Act. 2. ſc. 2.
Ib. a. 5. ſc. 2.
Ac. 3 ſc. 2.
Act. 4. ſc. 3.
Hæc. ac. 3. ſc. [illegible] act. 4. ſc. 3.
Phor. a. 1. ſc. 1.
Ib. a. 4. ſ. 4.
Ib. a. 2. ſ. 4.

§. XXV.

CIRCA Ea tempora miſit Iudas Machabæus legatos ad ſenatum, poſtulans pacem & ami-
F
citiam cum Romanis, vt habetur 1. Machabæo. 8. vbi narrantur virtutes Romanorũ. Dicitur enim ibi ꝙ ſunt potẽtes virib. & acquieſcũt ad omnia, quę poſtulãtur ab eis. Et quicũq; acceſſerũt ad eos, cũ eis amicitias conſtituerunt. Eraudierunt prælia eorum & virtutes bonas quas fecerunt in Galatia, Et quia

De Romanis ex ſacris Mac. libris.

 obtinue-

A.V.C. 715.

obtinuerunt eos & duxerunt ſub tributum. Et quanta fecerunt in regione Hiſpaniæ. Et quòd in poteſtatem redegerũt metalla auri & argenti quæ illic ſunt & poſſederunt omnem locum conſilio ſuo & patiẽtia loca quæ erant valde longe ab eis. Et reges qui ſuperuenerant eis ab extremis terræ contriuerunt & percuſſerunt eos plaga magna. Et Antiochum Magnum regem Aſiæ contritum ceperunt viuum, ſtatuentes vt ipſe & ſucceſſores eius darent tributum magnum & obſides. Et regionem Indorum & Lydos & Medos dederunt Eumeni regi, & reſidua regna quæ aliquando reſtiterant eis, & inſulas exterminauerunt & in poteſtatem redegerunt. Cum amicis autem ſuis & qui in eis requiem habebant conſeruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quæ erant proxima & quæ longe, quia quicunque audiebant nomen eorum timebant eos. Quibus vero vellent auxilio eſſe vt regnarent, regnabant, quos vellent, regno deturbabant, & exaltati ſunt valde. Et in omnibus iſtis nemo portabat diadema, nec inducebatur purpura vt magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt ſibi & quotidie conſulebant trecentos viginti cõſilium agentes ſemper de multitudine, vt quæ digna ſunt gerant, & committunt vni homini magiſtratum ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſæ terræ & omnes obediunt vni, & non eſt inuidia neque zelus inter eos. Elegit ergo Iudas Eupolemum filium Ioannis, & Iaſonem filium Eleazari, & miſit eos Romam conſtituere amicitiam cum eis & ſocietatem vt auferrent ab eis iugum Græcorum Et Romani ſtatuerunt amicitiam & ſocietatem cum Iudæis. Et hoc fuit reſcriptum quod miſerunt Romani in Hieruſalem in tabulis æneis. Bene ſit Romanis & genti Iudæorum in mari & in terra in æternum. Gladius & hoſtis procul ſit ab eis. Quod ſi bellum primus inſtiterit Romanis, eis auxilium feret gens Iudæorum prout tempus dictauerit pleno corde, & ſubminiſtrabunt eis triticum, arma, naues & huiuſmodi, & ita Romani econuerſo.

Fœdus Iudæorũ cũ Romanis ſed perniciosum.

Nota quot fuerint ſenatores.

§. XXVI.

ANNO ætatis quintæ quadringenteſimo ſeptuageſimoſexto, mundi vero quater milleſimo nongenteſimo octogeſimoſexto, ſecũdum maiorem computationem, regnauit octauus rex Ægyptiorum Ptolemæus Phyſcon. Et tertio anno regni huius Ptolemæi Iugurtha rex dimicans contra Romanos ſecundum Euſebium in Chronicis, capitur. Et vt dicit Oroſius nũquam vlla Romano militi tumultuoſior & terribilior pugna fuit, adeo vt diſcurſu & fremitu circumcurſantium & impetentium equitum ſuſcitatus puluis cœlum ſubtexuerit, diem ademerit, noctem obduxerit, tantus autem telorum nimbus ingruerit, vt nulla pars corporis ab ictu tuta eſſet, Quippe quibus & viſus ad proſpiciendum impedimento calignis & expeditio ad cauendum compreſsione multitudinis, deerat. Nec laborabat eques Maurus ac Numida, vt bene collocatum hoſtem opportuno teli impetu rimaretur, ſed potius in incertum pila mittebatur certi quòd vulnera incerta non eſſet ita coacti in vnum Romani pedites dẽſabantur. Et cum iterum circumfuſi hoſtes, non ſolum agminis extrema laniarent, verum etiam media excuſſis procul telis æderent, turbatoſque Romanos æſtus ſolis, intolerantia ſiti mortis circũſtantiam vſque ad extremum deſperationis fatigarentur, ſubito notum illud Romanorum aduerſus Aphros tẽpeſtatum imbriumque ſuffragium cœlo miſſum

Bellum Iugurthinum grauiſſimum, Oro. lib. 5. cap. 15.

Grauis & acerba Iugurthini exercitus conflictio.

A.V.C. 662.

inſperatæ ſaluti fuit. Si quidem repeu [illegible] iula ii- tientibus Romanis & æſtuantibus refrigerium potũque præbuit. Porro autem Numidis haſtilia telorum quæ manu intorquere ſine amentis ſolent, lubrica ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiam quæ elephãti corio extento atque durato habilia & tuta geſtabant, cuius hæc natura eſt, vt acceptum hymbrem tanquam ſpongia ebibat, ac per hoc intractabile repentino pondere, fiat, quia circumferri non poterant defendere nequiuerunt. Tũc ex inſperato cõturbatis deſtitutiſq; Mauris ac Numidis, Bochus & Iugurtha Numidarum rex fugerunt. Poſt hoc nongenta millia armatorum ab hiſdem regibus obiecta ſunt, quæ vſque ad interiectionem Romanis vincentib. cæſa referuntur. Ex eo Bochus ſpem belli abiiciens, pacem à Romanis petiuit, atque in pretium pacis Iugurtham dolo captum cateniſque obrutum per Syllam legatum miſit ad Marium, qui in triumpho ante currum cum duobus filiis ſuis actus & mox in carcere ſtrangulatus eſt.

Auxilium Romanis diuinitus collatum.

§. XXVII.

BELLVM Mithridaticum contra Romanos exortum eſt ſecundum Oroſium lib. 5. anno ab vrbe condita ſexcẽteſimo ſexageſimo ſecũdo. Quod bellũ ſuſcepit Mithridates poſt annos 23. regni ſui. Et vt ait Iuſtinus in 36. per quadraginta ſex annos varia victoria contra eos pugnauit. Cuius Mithridatis futuram magnitudinem etiam cœleſtia oſtẽta prædixerunt, ſecundum quod inquit ibidem Iuſtinus. Nam & quo genitus eſt anno, & eo quo regnare primum cœpit ſtella Cometes per vtrumque tempus ſeptuaginta diebus ita luxit, vt cœlum omne conflagrare videretur. Nam & magnitudine ſui quartam partem cœli occupauerat, & fulgore ſui ſolis nitorem vicerat. Et cum oriretur occumberetque quatuor horarũ ſpatium conſumebat. Puer tutorum inſidias paſſus eſt, qui cum fero equo impoſitum iaculari æquitareque cogebant. Qui conatus cum eos fefelliſſent, ſupra ætatem regente equum, Mithridate, veneno eum appetiuere. Quod metuens antidota ſæpius bibit, & ita ſe aduerſus inſidias exquiſitioribus remediis ſtagnauit: vt ne volens quidẽ ſenex veneno mori potuerit. Et dicit Helinandus. In quibuſdam quoque experimentis Phiſicis legiſſe me memini, quòd Mithridates timens ne à fratre ſuo venanetur, rutæ folia viginti cum duabus nucibus & totidem caricis admiſto ſale quotidie ieiunus edebat. Et ſubdit Iuſtinus præfatus, quòd timens exinde Mithridates ne inimici quod veneno non poterant ferro peragerent, venandi ſtudium finxit, quod propter quatuor annos neque vrbis neque ruris tecto vſus eſt, ſed per ſyluas vagatus eſt, & diuerſis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus quibus eſſet locis aſſuetus feras curſu aut fugere au perſequi, cũ quibuſdam etiam viribus congredi. Quibus rebus & inſidias vitauit, & corpus ad omnem virtutis patientiam durauit. Ad regnum cum acceſſiſſet, Scythas perdomuit, Pontum & Cappadociam occupauit. Cum de Aſia tractaret tacitus cum quibuſdam amicis à regno profectus vniuerſam nemine ſciente peruagatus eſt, omniumque vrbium ſitum ac regiones cognouit. Inde Bithynia tranſcendiſſet quaſi iam dominus Aſiæ opportuna quæque victoriæ ſuæ metatus eſt. Poſt hæc in regnum cum iam periiſſe crederetur reuerſus eſt, inuento paruulo filio quem per abſentiam eius ſoror vxorque Laodice enixa fuerat, Quæ cum eum periiſſe crederet, in concubitus

Bellum Mithridaticum varium. Oroſ. li. 5. cap. 19. Iuſt. li. 37.

Cometes ergo non ſemper infauſta nũciat.

Mithridatis pueri vitrus.

Antidota contra venena.

Mithridates ſcythas vincit.

Laodice vxor & ſoror Mithridatis.

A.V.C. 662.

cubitus amicorum proiecta quaſi admiſſum facinus maiori ſcelere regere poſſet, venenum aduenienti parauit. Hæc autem cum ex ancillis Mithridates cognouiſſet, facinus in authores vindicauit. Denique Mithridates omnem orientem aduerſus Romanos armat. legatóſque ad Cymbos, & Gallogræcos, & Sarmatas, & Baſtarnas auxilium petitum miſit ab Scythia quoque exercitum venire iubet. Non igitur magno labore Aquilium & Mal. Aſiano exercitu inſtructos vicit. Quibus ſimul cum Nicomede pulſis, ingenti fauore ciuitatum excipitur, multum ibi auri argentique, magnúmque belli apparatum inuenit, [quibus inſtructus debita ciuitatibus publica & priuata remittit] & vacationem quinquennium ciuitatibus concedit.

Refert autem Oroſius lib.6. quod Mithridates rex Ponti atque Armeniæ poſtquam Nicomedem regem Bithyniæ, quæ eſt pars Aſiæ, amicum populi Romani regno priuare vellet, monuit eum ſenatus Romanus quod non faceret hoc, mandans quod ſi hoc faceret bellũ experitetur à Romanis ſibi inferendũ eſſe. Propter ꝙ Mithridates vehementer iratus Bithyniam vaſtauit, & Nicomedem à regno expulit. Et cum poſtea veniſſet Epheſum crudeli præcepit edicto, vt per totam Aſiam inuenti ciues Romani quicunque eſſent vna die omnes trucidarentur, quod & factum eſt. Nec explicari aut comprehendi vllo modo verbis poteſt, quæ tunc multitudo ciuium Romanorum cæſa ſit, quis mœror plurimarum prouinciarum, quis gemitus occidendorum pariter atque occidentium fuerit, cum ſinguli quiq; aut prodere innocentes hoſpites & amicos, aut ipſi periclitari pœna hoſpitum cogerentur. Archelaus quoque dux Mithridatis cum centum viginti millibus peditum atque equitum in Achaiam præmiſſus, Athenas, cunctámque Græciam partim vi partim deditione obtinuit. Sylla cui poſt conſulatum Mithridaticum bellum obuenerat, Archelaum apud Pyrræum Athenienſium portum ſeptemplici muro communitum diu obſedit, & Athenienſium vrbem vi cepit, qui Sylla cum eſſet in Aſia bellum Mithridaticum gerens poſtea iuſto prælio cum Archelao conflixit, per Lucium Titium mandatum accepit à Ioue quod eſſet Mithridatẽ ſuperaturus, quod & factum eſt poſtea molienti redire in vrbem & ſuas ſuorúmque amicorum ſubortas iniurias ciuili ſanguine vlciſci, iterum mandatum eſt ab eodem Ioue per militem quemdam legionis ſextæ prius ſe Mithridate prænunciaſſe victoriam, tunc promittere daturum ſe poteſtatem, qua recuperaret ab inimicis rempublicam non ſine multo ſanguine. Cum veniſſet Sylla deinde, tarentum, & ibi ſacrificaſſet vidit in capite vitulini iecoris ſimilitudinem coronæ aureæ. Tunc Poſthumius aruſpex reſpondit præclaram ei ſignificari victoriam. Iuſſitque vt extis illis ſolus veſceretur. Poſtea paruo facto interuallo ſeruus cuiuſdam Lucij Pontij vaticinando clamauit. Bellona nuncius venio, victoria tua eſt Sylla. Deinde adiecit arſurum eſſe Capytolium. Hæc cum dixiſſet, continuo egreſſus è caſtris poſtera die concitatior reuerſus eſt, & Capitolium arſiſſe clamauit, quod re vera arſerat, quod reuelatione dæmonum videtur contigiſſe. De his etiam Auguſt.2.de ciuit. Dei cap. 24. Narrat etiam Oroſius lib.6. quod Marius & Eumachus duces à Mithridate aduerſus Lucullum miſſi, qui deuicerat Armeniam & Meſopotamiam, magno exercitu breui congregato, cum Publio Rutilio apud Chalcedonã congreſſi ſunt cúmque cum plurima exercitus ipſius parte ceciderunt. Lucullus autem Mithridatem Cyzicenos obſidentem, foſſa cinxit, eúmque quod faciebat pati compulit, atque ipſos Cyzicenos vt bono animo eſſent nuntium miſit vnum ex militibus natandi peritum, qui duobus vtribus ſuſpenſus, mediam ipſe regulam tenens, plantíſque ſubremigans ſeptem millia paſſuum tranſmeauit. Mithridates inopia laborans partem copiarum inſtructam armis domum abire præcepit. Quam Lucullus excipiens vniuerſam diſperdi, nam pluſquam quindecim millia hominum tunc interfeciſſe narratur. Tunc etiam Fannius qui ſe Mithridati iunxerat, & Metophanes regius prætor à Mamerco victi cum duobus millibus equitum in Mæſiam fugerunt. Interea (vt ait Oroſius) Pompeus cum Armeniam Colchos, Cappadociam, & Syriam ordinatis rebus compoſuiſſet, promouẽs de Ponto in Parthiam ad Ecbatanam vrbem caput Parthici regni quinquageſimo die venit. Interea Mithridate in Boſphoro cerealia ſacra celebrãte, & terræmotus adeo grauis repente exortus eſt, vt magna clades vrbium atque agrorum ſecuta narretur.

Oro.lib.6. cap.2.

Omnes Romani ciues per Aſiam vno die trucidãtur. vide Cic. pro leg.Man.

Val.lib.1. cap.6.

Oro.lib.6. cap.7.

A.V.C. 662.

Luculli cõtra Mithridatem res geſtæ.

Pompeius Colchos deuicit. Oro.lib.6. cap.4.

Oro.lib.5.

Eodem tempore Caſtor Mithridatis præfectus, qui Pharnacio præerat, interfectis amicis regis arcẽ occupauit, & quatuor Mithridatis filios ad præſidia Romana tranſmiſit. Mithridates accenſus ira in ſcelera exarſit. Nam complures tunc amicos ſuos, & Exipodiam filium ſuum interfecit cum antea iam aliũ Macharẽ parricidio trucidaſſet. Pharnaces alter filius eius exẽplo fratrum territus, exercitum ad perſequendum ſeſe miſſum ſibi conciliauit, & mox aduerſus patrem duxit. Mithridates diu ex altiſſimo muro filium fruſtra precatu vbi inexorabilem vidit, moriturus exclamaſſe fertur. Quoniam Pharnaces, inquit me mori iubet, vos ſi eſtis Dij patrij precor, vt quinque & ipſe hanc vocem à liberis ſuis audiat. Statímque deſcendens ad vxores, pellices, ac filias ſuas venenum omnibus dedit. Quod cum ipſe nouiſſimus hauſiſſet, nec tamẽ propter remedia quib. vitalia ſua aduerſus noxios ſuccos ſæpe obſtruxerat veneno confici poſſet, fruſtráque ſpatiaretur, ſi quo tandem modo infuſa peſtis per venena vegetatione corporis acta diſcurreret, Gallum quemdam militem iam fracto muro diſcurrentem inuitauit, eíque iugulum præbuit. Hunc exitum vitæ Mithridates habuit homo omnium (vt ferunt) ſuperſtitioſiſſimus anno natiuitatis ſuæ.72. ſemper habens ſecum philoſophos & omnium artium peritiſſimos.

Mithridates à ſuis proditus in ſuos deſæuit.

Mithridates à filio ad moriẽdum compellitur.

Helinandus aliter de Mithridate dicit, videlicet quod cum Pompeius contra Tigranem bellum inferret, & eum ſuperaſſet, ille ſe ei dedidit, & in caſtra Pompeij.16. milliario ab Ecbatana venit, diademáque ſuum cum procubuiſſet ad genua Pompeij in manibus ipſius collocauit. Quod ei Pompeius repoſuit, æque pulchrum iudicans reges facere & vincere. Honorificéque habitum regni tantum parte mulctauit & prægrandi pecunia adempta, & phœnice & ſopheno & ſex millibus talentorum argenti, quæ populo Romano daret, quia bellum ſine cauſa Romanis commouiſſet.

De Mithridate Helinandi ſententia.

§. XXVIII.

De bellis ciuilibus Romanorum & primo de bello ciuili inter Syllam & Mariũ.

De bellis ciuilibus Romanorum agit Auguſt. in lib.2.c.22.& 23.& lib.3.cap.27.& lib.5.c.20 quorum initium & cauſſam in 3.de ciui.cap.4.dicit fuiſſe

A. V.C. 662.

fuiſſe ſeditionem ſuſcitatam in vrbe per duos Gracchos tribunos plebis, de quib. dictũ eſt ſupra. Et primo de bello ciuili inter Marium & Syllá capita partiũ vrbis. Et (vt dicit Eut. lib. 5. & Oro. lib. 5.) tres fuerunt Marij. C. Marius pater, & C. Marius filius eiuſdem, & M. Marius. De primo Mario dicunt Auguſt. & præfati hiſtoriographi, quod per ipſum primum ciuile bellum motum fuit & geſtum, qui non habuit à progenitoribus ſuis quod eſſet tantis dignitatibus fulcitus ſicut fuit. Fuit enim conſul ſepties, cum tamen non eſſet nobilis. Cum autem perueniſſet ad ætatẽ militarem, factus eſt ſtipendiarus, poſtea tribunus militum, creſcendo vero primo geſſit vnũ magiſtratum poſtea alium. Deinde in bello Romanorum contra Iugurtham regem Numidarum militauit ſub Metello conſule in Aphrica, tandem reuerſus Romam factus eſt conſul, & in bello Iugurthino ſucceſſit Metello. De eo etiam dicit Val. lib. 6. titu. de varietate caſuum, quod fuit fortunæ luctatio, nam quia Arpinatibus honoribus iudicatus eſt inferior, quæſturam Romæ petere auſus eſt [patientia deinde repulſarum, irrupit magis in curiã quam venit.] Et ex illo Mario tam humili Arpinate, tam ignobili Romæ, támque faſtidiendo candidato. Ille Marius euaſit qui Aphricam ſubegit. Sexies autem factus eſt conſul propter probitatem ſuam, nec legitur quod magnam crudelitatem exercuerit, niſi poſtquam ſeptimum ambiuit vel obtinuit, quod fuit occaſio primi belli ciuilis, in quo nimias crudelitates oſtendit. Anno igitur vrbis conditæ ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, ſecundum Oroſium & Eutropiũ C. Marius ſenior præfatus qui ſexies conſul ante fuerat, cum Sylla, qui eo tempore conſul fuerat, contra Mithridatem, qui Aſiam & Achaiam occupauerat mitteretur, affectauit ſeptimum conſulatum ipſe Marius id eſt vt ſeptimo conſul fieret, & mitteretur ipſe cõtra Mithridatem. Quare Sylla commotus cum exercitu ad vrbem venit, & contra Marium dimicans ipſum fugauit, & eo fugato contra Mithridatem proceſſit in Græciam, Marius vero fugiens cum perſequentium inſtantia circumſeptus eſſet in Minturnenſium paludibus ſe abdidit. Equibus infeliciter & ignominiſe protractus, & turpi ſpectaculo Minturnas deductus contruſus eſt in carcerem, vbi percuſſorem ad occidendum miſſum ſolo vultu exterruit, vt eum occidere nõ auderet. Et vt dicit Vale. lib. 2. titu. de maieſtate, miſſus eſt ad eum occidendũ clauſum in domo priuata Minturnis publicus ſeruus, natione cymber. Et ſenem & inermem & ſqualore obſitum ſeruus ille ſtrictum gladium tenens aggredi non ſuſtinuit, ſed claritate viri obcæcatus ferro abiecto attonitus & tremens inde fugit. Deinde lapſus ex vinculis ipſe Marius in Aphricã transfugit. Solicitatóque ibi filio ſuo ſcilicet Caio Mario iuniore, qui apud Ticam in cuſtodia ſeruabatur continuo Romam regreſſus Cinnæ conſuli ſocietate ſcelerum coniunctus eſt. Igitur ad profligandam rempublicam Exercitum ſibi diuiſerunt in quatuor partes, tres ſiquidem legiones Mario ſeniori datæ ſunt. Parti vero exercitus Cneus Carbo præpoſitus eſt de quo dicit Val. ꝙ erat orientium malorum ciuilium fax ardentiſſima: Pars vero data eſt Sertorio, cætera vero exercitus pars conſulem ſecuta eſt. Marius igitur coloniam oſtienſem vi ingreſſus, omnia genera libidinis, auaritiæ, & crudelitatis exercuit. Deinde Cinna conſul cum legionibus, & Marius cum fugitiuis vrbem ingreſſi nobiliſſimos quoſque è ſenatu & plurimos

Aug. in 2. ciui. ca. 13.
Oro. lib. 5. cap. 9.
Sal. in bello Iug.
Marij admirabilis fortuna.
Val. lib. 6. cap. 17.
Oro. lib. 5. cap. 19.
Eutro. lib. 5 cap. 2.
Sylla aduerſus Marium ad vrbem venit.
Marius Minturnis latet & ſeruum ad ſe occidẽdũ miſſum vultu terret.
Val. lib. 2. cap. 5.
Oro. lib. 5. cap. 19.
Val. lib. 6. cap. 2.

A

conſulares viros interfecerunt, multos etiam proſcripſerunt & euerſa domo Syllæ filios & vxorem ad fugam compulerunt. Interim vero priuſquam Sylla rediret, Marius ſenior cum interfectorum ciuium capita illata conuiuiis oblata capitolio collocata roſtris id eſt in loco quodam in foro ſic appellato, ad ſpectaculum congereret ac ſeptimum conſulatum cum Cinna tertium conſulẽ peruaſiſſet in exordio conſularis imperij ſera tandem morte præreptus eſt. Cinna vero quartus conſul poſtmodum à proprio exercitu interfectus eſt. Interim etiam priuſquam Sylla rediret, Romæ facti ſunt conſules Caius Marius iunior & Papyrius Carbo. Fecit etiam Marius maior etiam occidere Octauium, qui fuerat conſul cum Cinna, Sed Cinna fouit partes Marij quas Octauius deteſtabatur, propter quod cum Sertorio qui erat Marius, Octauius adiuncto Cneo Pompeio, (quem ſenatus vocauerat cum toto exercitu cui præerat vt rempublicam defenderet) conflígit, infelicem autem pugnam huiuſmodi nox ſuperueniens diremit, ſexcenti milites ex vtraque parte occiſi ſunt. Poſtera die cum permixta corpora ad ſepulturam diſcernerentur, miles Pompeianus fratris ſui quẽ ipſe interfecerat, corpus agnouit. Ita frater victor victo fratre infelicior. [In concurſu enim vtique cognitionem vultus galea, conſiderationẽ furor ademerat] parricidium ſuum execratus & bella ciuilia, illico pectus ſuũ transfodiens ſimúlque lachrimas & ſanguinem fundens, ſuper fraternum ſeſe cadauer abiecit. Et dicit Val. lib. 5. c. 5. quod iſte cũ fratris ſui à ſe occiſi corpus agnouiſſet, multum ac diu conuicio Deos ob donum impiæ victoriæ inſecutus eſt. Demum ipſe Octauius deuictus cum exercitu ſuo, quando Cinna & Marius in vrbem recepti ſunt, interfectus eſt, & caput eius in roſtris poſitum. Dicebantur autem roſtra quidam locus in vrbe, vbi forum erat ſcilicet in campo Martio, qui à roſtris nauium æreis, quas Romani ceperant, quibus ille ornatus fuit, & quæ ibi affixa fuerant in ſignum victoriarum, ſic dictus eſt. Et ibi prope erat curia vbi tribuni plebis habuerunt concionem plebis & tractatus ſuos cum plebe. Ibi ergo tanquam in loco multum frequentato poſitum fuit caput Octauij, vt à multis videretur.

Dicit etiam Vale. lib. 9. tit. de crudelitate quod prædictus Marius Caij Cæſaris conſularis & cenſorij viri nobiliſſimum corpus ignobili ſæuitia trucidauit apud ſeditioſiſſimi & abiectiſſimi hominis Varij buſtum, id eſt ſepulchrum. Nec tamen iſte eſt magnus Cæſar, qui poſtea fuit imperator, ſed alius. Alter etiam dictus Fimbria nobilis vir, quia erat ex Syllanis partibus, occiſus eſt. Duo etiam Craſſi, pater & filius interfecti ſunt à Fimbria qui erat de parte Marij, quos occiſos fecit lacerari. De quibus narrat Florus in abbreuiatione Titi Liuij quod Craſſi filius ab equitibus Fimbriæ occiſus eſt. Pater vero Craſſus ne quid indignum virtutẽ ſua pateretur gladio ſe transfixit. Quintus etiam Catulus qui (vt narrat Vale. lib. 9.) triumphi cimbrici cum Mario patriceps à ſenatu datus, ſed exitus violẽtioris námque à ſenatu poſtea propter ciuiles diſſenſiones ab eodem Mario mori iuſſus recenti calce illito, multóque igne percalefacto cubiculo ſe incluſum peremit.

Ea tempeſtate vt refert Vale. Lucus Cornelius Merula conſularis & flamen dialis, ne ludibrio inſolentiſsimis victoribus eſſet, in Iouis ſactario venis inciſis contumelioſæ mortis effugit denunciatio-

incisis

B C D E F

A. C.V. 662.
Marij ſenioris mors.
Marius iunior.
Roſtra quæ fuerint.
Val. lib. 9. cap. 2.
C. Cæſar eſt is quẽ in lib. de orat. Cic. inducit loquentem, cuius mortem & reliquorum aliorũ in 3. de orat. Cic. commemorat.
Cędes Romanorum nobilium à Mario facta.
Florus abbreuiator Tit. Liuij.
Flor. epit. lib. 80.
Val. lib. 9. cap. 12.
Val. ibid.
Flor. lib. 3. cap. 21.

A.V.C. 662.

nem, ſacerdotiſque ſui ſanguine vetuſtiſſimi foci maduerunt. Et vt dicit Florus in 3. hæc tot ſenatus funera inter calendas & idus Ianuarij ſeptima illa Marij purpura id eſt conſulatus dedit, Quid futurum fuit ſi annum conſulatus impleſſet, Nam mortuus eſt ſecundum Titum Liuium diebus Ianuarij.

Sciendum etiam quod vt narrat Oroſius libro 6. Fimbria quidam ſic nominatus fuit de parte Marij, & Marianorum ſcelerum Satelles homo omnium audaciſſimus. Qui Flaccum conſulem cui legatus ierat, apud Nicomediã occidit, & inde iratus Ilienſibus id eſt Troianis, qui Ilium reædificatum id eſt Troiam poſt primam euerſionem factam à Græcis inhabitabant, eo quod pro Syllane partis ſtudio portas clauſerant contra Fimbriam, & ipſum repulerant, vrbem ipſam Ilium antiquam Romæ parentem funditus incendio & cæde deleuit. Quam tamen Sylla poſtea reædificauit. Demum Fimbria ab exercitu Syllæ apud Thiatyra obſeſſus deſperatione motus in Æſculapij templo ſeipſum occidit. Notandum etiam quod dictus Fimbria Marianus laborauit, quod necaretur in funere Marij ſenioris. Murius Scæuola. (de quo ait Vale. lib. 9. titu. de Dictis improbis & factis ſceleratis, cui pro morum ſuorum ſanctitate digna laudatio reddi nõ poſſet.) Vnde & graue ſibi vulnus Fimbria influxit ſcilicet Scæuolæ, de quo tamen poſtea conualuit. Quõ comperto dixit Fimbria ſe velle Scæuolam accuſare apud populum. Et cum interrogaretur quid ſiniſtrum de eo dicturus eſſet, Reſpondit ſe obiecturum ille quod nimis parce telum in ſuo corpore recepiſſet. Quia tandem Scæuola occiſus eſt ab illo. Nam vt narrat Florus in abbreuiatione Titi Liuij L. Damaſippus prætor ex voluntate Caij Marij conſulis cum ſenatum contraxiſſet, omnem quæ erat in vrbe nobilitatem trucidauit, ex cuius numero fuit Quintus Mucius Scæuola, põtifex maximus: qui fugiens, in veſtibulo ædis Veſtæ, occiſus eſt.

Narrat etiam Oroſ. 6. quod Damaſippus prætor incentore Mario conſule, Q. Scæuolam, L. Domitium, P. Antiſtum, C. Carbonem, in curiam quaſi ad conſulandum vocatos crudeliter occidit, quorum corpora per carnifices tracta ſunt vnco & in Tiberim proiecta ſunt. De his tangit Auguſt. de ciui. Dei lib. 3. cap. 23. vbi ſciendum quod duo fuerunt ciues notabiles qui dicti ſunt Carbones, vnus qui fuit conſul & de parte Mariana ex principalioribus, alius de parte Syllana ſenator de cuius morte hic agitur, ſed & alius poſtea à Syllanis interfectus eſt.

Troia reædificata dicta eſt ilium. T. Liu. lib. 80. Oro. lib. 6. cap. 2. Ilium Fimbria euertit quod Sylla mox reſtituit. Fimbria ſeipſum occidit. lib. 9. ca. 11. Fimbriæ factũ improbiſſimum. Flor. epit. 87. Oro. lib. 5. cap. 20. Carbones duo fuerunt.

§. XXIX.

DE Sylla aduerſario Marij & moribus eius & crudelitate Oroſius lib. 5. & Vale. lib. 9. titu. de crudelitate, ſic ait Lucius Sylla quem nec laudare nec vituperare quiſquam ſatis digne poteſt, quia dum quærit victorias, Scipionẽ ſe Po. Ro. dum exercet vindictam, Annibalem repræſentauit. Egregiæ namque authoritate nobilitatis defenſa crudeliter totam vrbem, & omnes Italiæ partes ciuilis ſanguinis fluminibus inundauit. Abſciſſa quoque miſerorum capita modo non vultum ac ſpiritum retinentia, in conſpectum ſuum afferri voluit, vt illa oculis, quia ore nefas erat, manderet. Hic cum eſſet rogatus à ſenatu, quod ad vindicandum & ſaluandum patriam, reuerteretur ad vrbem propter tyrannidem Marij oppreſſam, de qua ſupra, ipſe peius ſe

De Syllæ crudelitate. Oro. lib. 5. cap. 21. Val. lib. 9. cap. 2. Vide Aug. in 3. ciuit. cap. 27.

habuit quam Marius, & plures ciues occidit. Quod ſignans Lucanus. 2. lib. ait.

Dumque nimis iam putrida membra recidit.
Excedit medicina modum &c.

Quamuis enim dictus Sylla videretur habere iuſtam cauſam belli contra Marium ad liberandum ciuitatem contra tyrannidem eius, nimis crudeliter tamen ſe habuit nimium ſanguinem effundendo innocentes cum nocentibus inuoluendo. Reuerſus autem ab Aſia vbi viriliter dimicauerunt contra Mithridatem, & deuicerat. Nam vt ait Eutropius, Sylla Archelaum ducem Mithridatis in Aſia habentem centum viginti millia hominum, ſic in primo conflictu vicit, quod ex tanta multitudine vix decem millia ſuperfuerunt Archelao. Ipſe vero ſolum vndecim homines perdidit. In ſecundo conflictu contra eundem habentem ſeptuaginta millia electorum, dimicans, quindecim millia hoſtium interfecit, & filium Archeali. In tertio conflictu omnes copias eius extinxit: & ipſe Archelaus triduo nudus in paludib. latuit. Poſt modũ petit Mithridates pacem quam ſub certis conditionibus eidem conceſſit cum diſponeret redire in vrbem & vindicare iniurias à parte Mariana ſibi illatas, mittitur ei nuntius à Ioue, ſcilicet quidam miles de ſexta legione, quem dicentem ſe eſſe nuncium Iouis, interrogauit Sylla in qua effigie ſibi apparuiſſet Iupiter. Et cum indicaſſet, cognouit Sylla quod in eadem effigie apparuerat nuncio alteri ab eo prius miſſo. Item dum Sylla reuerteretur de Græcia & per Tarentum tranſiret verſus Romam aruſpex in extis animalium quæ Sylla immolari fecerat ad inueſtigandum exitum belli, videns coronã, interpretatus eſt ei futuram victoriam. (Dabantur autem coronæ antiquitus variæ ſecundum varietatem victoriarum. Triumphales tamen quæ imperatoribus ad honorẽ triumphi mittebantur aureæ erant & prius quidẽ ex lauro fiebant poſtmodum ex auro factæ ſunt.) Hæc autem omnia fiebant ludificatione dæmonum vel fictione. Dicit enim Florentinus lib. 1. cap. 11. quod Sylla vt partiorem haberet exercitum ad pugnandum, prædici ſibi à Diis victoriam ſimulauit, vnde thura immolauit. Poſtremo vero in conſpectu exercitus, priuſquam in aciem deſcenderet, ſignum modicæ amplitudinis, quod de templo Apollinis delphici ſuſtulerat, orabat, petebátque vt promiſſam ſibi ab ipſo victoriam maturaret. Reuerſus ergo Sylla ad vrbem contra Marium iuniorem filium Marij iam defuncti dimicauit, & occiſis ex parte Marij quindecim millibus, de ſuis perdidit quadringentos. Demum Sylla ad portam collinam ſignum contulit, & octaginta millia hominum occidit, móxque vrbem ingreſſus, tria millia hominum cõtra fidem datam inermes peremit. Cúmque magna crudelitate aduerſus ſontes inſontéſq; ſæuiret, Q. Catulus palam Syllæ dixit. Cum quibus tandem victuri ſumus, ſi in bello armatos, in pace inermes occidimus, Sylla deinde M. Marium de caprili caſa extractum vinciri iuſſit, ductúmque trans tyberim offoſſis oculis, membríſq; minutatim deiectis vel etiam fractis trucidari. Quo viſo Marius iunior deſperans, ceruicem ſeruo ſuo præbuit, qui occidit eum. Rurſus contra partes Marianas ad portam Collinã dimicans cum haberet cõtra ſe ſeptuaginta millia, ex is duodecem millia ſe ſibi dederunt, reliquos inſaciabili ira conſumpſit. Carbo vero conſul alter ab Ariminio in Siciliam fugiens per Cn. Pomeium ibi interfectus eſt. Oroſius vero

A.V.C. 662. Egregia victoria Syllæ. Eutr. lib. 5. Oro. lib. 6. cap 2. Aug. lib. 2. ciu. cap. 4. Syllæ ad bellum ciuile pro ficiſcẽti pro mittunt vi ctoriã Dæmones. Oro. lib. 5. cap. 20. Victoria Syllæ contra Mariũ iuniorem. Oro. lib. 5. cap. 21. Crudelitas Syllæ in vrbe. Mors Marij iunioris. Oro. lib. 5. cap. 21.

A.V.C. 662. lib.5.dicit,quod Pompeius qui erat Syllanus Carbonem prędictũ volentem de Corſica fugere in Ægyptum, ad ſe in Siciliam retraxit, & vbi eum cum aliis ſociis eius occidit.

Val. lib. 9. cap. 2. Narrat etiam Vale.lib.9.tit.de crudelitate,quod Sylla crudeliter totam vrbem & omnes Italiæ partes ſanguine ciuili inundauit. Quatuor enim legiones contrariæ partis fidem ſuam ſecutas id eſt confidentes de impunitate quam eis permiſerat, in publica villa quæ in Martio campo erat, fruſtra miſericordiam implorantes occidi iuſſit,quorum lacerata corpora ferro in Tyberim ſunt proiecta. Quinque millia Præneſtinorum ſpe ſalutis per P. Cethegum eis data,extra mœnia municipij euocata, cum reiectis armis ſe humi proſtrauaſſent, interfici, eorum quoque corpora per agros diſpergi fecit. Vnde Lucanus.2.libro dicit.

Vidit fortuna colonis.

Præneſtina ſuos cunctos ſimul eſſe reciſos.

Oro. lib.5. cap.21. Cauſa huius fuit (vt narat Oroſius libro quinto) Quia in Præneſtina ciuitate tenuit ſe Marius iunior contra Syllam, & ciuitas illa partem eius fouit. Quatuor millia ſeptingentos diræ proſcriptionis edicto iugulandos in tabulas publicas retulit,vt haberetur memoria huius facti. Oroſ.ibid. De his tabulis narrat Oroſius lib.5.quod poſtquam Catulus reprehendiſſet Syllam de nimia interfectione, Sylla authore Lucio Furſidio infamem tabulam proſcriptionis induxit. Syllana ꝓſcriptio. Prima proſcriptio octoginta hominum fuit,in quibus quatuor conſulares erant Carbo, Marius, Norbanus, & Scipio & inter eos Sertorius tunc maxime timendus. Item alia proſcriptio cum quingẽtis nominibus propoſita eſt, quam cum Lollius nihil ſibi conſcius legeret,& nomen ſuum inter eos videns fugere operto capite voluiſſet interfectus eſt, ſed nec iſtis tabulis finis imponi, videbatur. Nam aliquos quos non proſcripſerant, trucidabant ſerui eius, alios quidem occidebant & poſtea proſcribebant. Aug.3 ciu. cap.28. Vnde de numero proſcriptorum diuerſitas eſt apud ſcriptores. Nam Aug.cum Flor.lib.3. Floro ponit duo millia:Valerius ponit 4700. Oroſ. cap.21. Val. lib. 9. cap.2. vero non ponit niſi quingentos & octoginta, qui omnino non repugnãt,quia de diuerſis tabulis poſſunt intelligi. Oro.lib.9. cap.21. Dicebant autem proſcribi qui erant ſententiati vt hoſtes reipublicæ, quos licebat ciuibus occidere. Quidam etiam dictus Bæbius Marianus ſecundum Florum lib.3.ſine ferro inter manus ferarum ritu laceratus eſt. Forſan ex eo quia aliter nomine Bæbius, ſed Syllanus, ſic tractatus fuerat à Marianis, & ideo Syllani Bæbium iſtum Marianum eodem modo lacerauerunt quaſi in vindictam alterius. Oro. lib.5. cap.23. Duæ etiam ciuitates in Hiſpania per Syllanos deſtructæ ſunt, quia fauerant Marianis,& poſtmodum victis Marianis fortiter reſtiterunt finito ſcilicet bello contra Sertorium. Quarum vnam appellatam Vxamam Pompeius euertit, alteram dictam Galagurim Attranius obſidione diutina captam incendio deleuit. Flor. lib.3. cap.21. Florus etiam narrat de Sulmone ciuitate antiqua quod eius ciuibus interfectis Sylla iuſſit ciuitatem damnatam deleri.

Syllæ obitus. Val.lib.9. cap.3. De Syllæ morte narrat Vale.lib.9.titu. de ira & odio, quod dum iræ vitio obtemperat nonne multo alieno ſanguine profuſo,ad vltimum ſuum erogauit? Puteolis enim ardens indignatione, quia pecunia à decurionib. ad refectionem Capitolij promiſſa cunctantius dabatur, animi concitatione nimia & immoderato vocis impetu conuulſo pectore ſpiritum cruore & minis mixtum euomuit. Syllã morbo pediculari interiiſſe olij dicunt. In dubio igitur eſt Sylla ne prior, an iracundia Syllæ ſit extincta. A.V.C. 689.

Bella ciuilia Sertorij, de iſto Sertorio vide Plutarcũ in vita Sertorij. De bellis ciuilibus Sertorij & Catilinæ, quorum Sertorius fuit Marianus, Catilina vero Syllanus. Et Sertorius quidem poſtquam fuit à Sylla proſcriptus: vt narrat Oroſius lib. 5.cum eſſet vir dolo atque audacia potens, Syllam fugiens ex Aphrica in Hiſpaniam delapſu bellicoſiſſimas gentes in arma concitauit, aduerſus quem duo duces Metellus ſcilicet & Domitius miſſi ſunt, quorum Domitius ab Hirculeio ſcilicet Sertorij duce oppreſſus eſt cum exercitu ſuo. Metellus autem multis prælijs fatigatus, hoſtes etiam mora fatigabat, donec Pompeij caſtris conſociaretur. Oro.lib.5. cap.23. Pompeius contracto exercitu Lauronem ciuitatem quam tunc Sertorius oppugnabat, fruſtra conatus defendere victus aufugit. Sertorius ſuperato fugatóque Pompeio Lauronem captam cruentiſſime depopulatus eſt, fuiſſe autem Pompeio triginta millia peditum, & octo millia equitum. Sertorius deinde congreſſus cum Pompeio decem millia peditum eius interfecit,& Sertorius fere tantumdem perdidit. Multa inter eos prælia geſta ſunt, Memmius quæſtor Pompeij & vir ſororis eius occiſus eſt. Hirculeij fratres interfecti. Perperna, qui Sertorio ſe iunxerat comminutus eſt. Poſtremo Sertorius decimo anno belli inchoati ſuorum dolis interfectus, finem bello fecit. Interficitur Sertorius. Poſtmodum ciuitates quæ Sertorio fauerant ſe dediderunt, duæ reſtiterunt Vxama & Caligurum, quæ deletæ ſunt. De his tangit Auguſt.3.de ciui. Dei cap.30. ac etiam de Lepido & Catulo. Oro.lib.5. cap.22. De iſtis dicit Oroſius lib.5. quod Sylla mortuo Lepidus Marianæ partis aſſertor & defenſor, aduerſus Catulum Syllanum ducem ſurgens rediuiuos bellorum ciuilium cineres ſuſcitauit. Tumultus ꝑ Lepidũ excitatus & oppreſſus. Bis tunc acie certatum eſt, plurimi Romanorum interfecti ſunt. Albanorum ciuitas obſeſſa eſt & fame cruciata. Ibi tunc Scipio lepidi filius captus, atque occiſus eſt, Brutus [in Ciſalpinam Galliam fugiens] perſequente Pompeio apud Rhegium interfectus eſt. Et ita hoc bellum ciuile eadem celeritate, qua exarſit euanuit.

§ XXX.

Catilina quis. CATILINA vero fuit Syllanus & à Sylla nutritus. de quo Salluſtius librum fecit qui dicitur Catilinaria hiſtoria. Dicit Tullius & Salluſtius quod præcipue fuit eius libido ſceleſta, nam debacchatus amore Aurelię Oreſtillæ,cum vnum impedimenium videret quo minus nuptiis iungerentur, filium ſuum proprium quem & ſolum & ætatem puberẽ habebat, veneno ſuſtulit. M.T.in 2. inu. Et vt dicit Tullius de eo. Quid mali aut ſceleris fingi aut cogitari poteſt quod non ille conceperit? Quis in tota Italia veneficus,qui gladiator,quis latro,quis ſicarius,quis parricida, quæ mulier infamis, quis perditus inueniri poteſt,qui non cum Catilina familiariſſime vixiſſe fateatur? Cum igitur prædictus Lucius Sergius Catilina vir nobiliſſimi generis eſſet,ſed peſſimi ingenij,& (vt ait Salluſtius) vitioſus nimis moribus, oppreſſus ære alieno, vitam miſeram duxit. Sal. in cat. Dominandi vero reipublicæ tanta libido eum inuaſit, quod nihil nefas eſſe putauit, dum tamen aſſequeretur intentum. Vnde facta coniuratione multorum,quos ditare promiſerat ex cæde & rapinis, habuit exercitum valde fortem,quo duos conſules, ſcilicet Lucium Cottam & Lucium Torquatum cogitauerat interficere & conſulatum rapere.

Cum

A. C. V. 689.

Cum ergo ad delendam patriam coniuraſſet anno ab vrbe condita ſeptingenteſimo octogeſimo nono cum quibuſdam clariſſimis & audacibus, M. Tullio Cicerone oratore: Et C. Antonio conſulibus, detecta coniuratione à Cicerone ex vrbe expulſus eſt. Socij eius deprehenſi ſtrangulati ſunt in carcere, ab Antonio vero altero conſule Catilina victus eſt in prælio, & cum ſuis coniuratis interfectus eſt (vt dicitur) in planicie Piſtorienſi. Et dicit Salluſtius. Confecto prælio tunc cerneres quanta audacia, quantáq; animi vis in exercitu Catilinæ fuiſſet. nec erat inter ipſos ingenuus qui aut fugeret, aut capi potuiſſet viuus. Ipſe vero Catilina longe à ſuis inter hoſtiū cadauera repertus eſt. Paululum etiam ſpirans, ferociámque animi quam habuit viuus, in vultu retinens. Et de his tangit Aug. in 2. de ciu. Dei cap. 23. & in 3. lib. cap. 30.

Catilinæ mors.

M. T. pro Lælio.

Item de eodem Catilina inquit Tullius habuit ille ſcilicet Catilina, permulta maximarum non expreſſa ſigna ſed adumbrata virtutum. Vtebatur hominibus improbis multis, & quidem optimis viris deditum eſſe ſimulabat, neque vnquam fuiſſe tale monſtrum in terris vllum puto, tam ex contrariis diuerſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibúſque conflatum. Quis clarioribus viris quodam tempore iucundior? Quis turpioribus cōiunctior? Quis ciuis meliorum partium aliquando? Quis deterior huic ciuitati? Quis in voluptatib. inquinatior? Quis in laboribus patientior? Quis in rapacitate auarior? Quis in largitone effuſior? Illud quoque in eo erat mirabile: naturam ſuam verſare & regere ad tempus, atque huc atque illuc torquere & flectere, cum triſtibus ſeuere, cum remiſſis iucunde, cum ſenibus grauiter cum iuuentute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe viuere. O magna vis veritatis, quæ contra omnium ingenia, calliditatem, ſolertiam, contráq; fictas omnium inſidias, facile per ſeipſam ſe defendit. Hæc ille.

Catilinæ deſcriptio mirabilis.

Vis veritatis maxima.

§. XXXI.

De bello geſto inter Pōpeium & Cæſarē vide commētarios Iulij Cęſaris Appianū de bellis ciuilib. & Plutarchū in vita Pōpeij & Cęſaris.

DE præliis pluſquam ciuilibus inter Pompeium & Cæſarem. Pompeius quidem fuit ſectator Syllæ, Iulius vero Cæſar de parte Marij. De quibus ait Lucanus in principio ſui libri.

Bella per Emathios plus quam ciuilia campos.
Iúſq; datum ſceleri canimus populúmque potentem.

Vbi vocat Emathios campos Theſſaliæ, in quibus maxime pugnatum eſt, & multum ſanguinis effuſum. Vnde [a] Emath interpretatur ſanguis. Bella vero dicit plus quam ciuilia quia non ſolum fuerunt inter ciues ſed etiam affines. Nam Iulius Cæſar fuit ſocer, Pompeius eius gener, qui mortua filia Cęſaris ideſt Iulia quam duxerat Pompeius habuerunt inter ſe plurima bella. Et ſubdit Lucanus ius datum eſſe ſceleri, quia ius ciuilitatis & affinitatis verſum eſt in ſcelus. Vocatus eſt autem Pompeius magnus propter magnitudinē ſui valoris. Fecerat enim bellum in oriente cum 22. regibus, quos omnes vicit & Romanis ſubiecit. Ipſe etiam contra Sertorium bella gerens victoriam obtinuit. Et prius Mithridatem regem Aſię poſt diutina bella quæ Romanis intulerat, deuicit. De ipſo etiam dicit Aug. 18. de ciu. Dei

a αἷμα quidem ſanguinem ſignificat tamen Emathia non ab hoc nomine ſed à rege Emathio nomen ſumit, quod Græce clarius docetur, eo quod non Αἱμαθία, ſed Ἠμαθία dicatur.

A cap. 45. Et cum filij Alexādri & Alexandræ qui Alexander rex fuit & pontifex in populo Iudæorum, ſicut & pater eius Ariſtobulus, qui primus poſt captiuitatem Babylonicam, aſſumpto diademate rex & pontifex fuit, poſt geſta Machabæorum dimicarent inter ſe de imperio Ariſtobulus ſcilicet & Hircanus cōtra fratrem: ipſe Hircanus popoſcit auxilium Romanorū, Pompeius populi Romani præclariſſimus princeps, Iudæam cum exercitu ingreſſus, ciuitatem Hieroſolymam capit, templum reſerat, non deuotione ſupplici ſed iure victoris, ad ſanctaſanctorū, quo niſi ſummum ſacerdotem non licebat intrare, B non vt venerator, ſed vt profanator accedit confirmatóq; Hircani pontificatu, & ſubiugatæ genti impoſito cuſtode Antipatro, quos cuſtodes tunc procuratores vocabant vinctum ſecum Ariſtobulū duxit. Et ex illo die Iudęi tributarij Romanorū eſſe cœperunt. Poſtea Caſſius etiam templum expoliauit, deinde poſt paucos annos etiā Herodem alienigenam regē habere meruerunt, quo regnāte natus eſt Chriſtus. Hæc Aug. Fauſtus autē Corn. filius Syllæ, vt refert Vin. lib. 6. Primus templum ingredi auſus eſt, & irruentes Romani poſt eum templum ipſum profanauerunt. Vel vt alibi legitur equos in porticibus C ſtabulauerunt. Ob quam rem tradit ſpecialiter Petrus Comeſtor nunquam decreto pugnaſſe Pompeium, quando vinceretur, qui hactenus fuerat fortunatiſſimus, admiratus eſt autē ſitum & ornatum templi & religionem, nihil tum inde tulit, præcipiens æditui vt à ſordibus mundarent templum.

A. V. C. 700.

Pompeius Hieroſolyma potitur.

Com. in Hiſt. ſcho. lib. 2 Mac. cap. 9.

§. XXXII.

De Iulio Cæſare. Vide eundem Cæſarē in ſuis commentatiis, ſed hæc ad verbum pene ex Oro. lib. 6. ca. 21. ſunt deſumpta

IVLIVS autem Cęſar ſtrenuiſſimus ſuper omnes mortales ſui temporis erat. Decretum autē ei fuerat bellum à ſenatu contra Gallos, quo expleto cum omnes Gallias ſubiugaſſet, & Romam victor reuerteretur, D antequam vrbi appropinquaret, petiit ſibi dari alterum conſulatum. Fuerat enim ſemel conſul: ſed petiit ſecundo conſul fieri, innuens in petendo, quod hoc oporteret ſibi concedi. Sed contradictum à Marcello tunc conſule annitente Pompeio & Catone, præceptúmq; eſt ſibi vt dimiſſo exercitu quem habebat, ad vrbem rediret, & Pompeio ex authoritate conſulis commiſſæ ſunt legiones quædam, tanquam futuro duci belli contra Iulium Cæſarem ſi arma mouere vellet. Iulius autem per diuerſa loca diſcurrens, etiam vſque in Hiſpaniam, collegit exercitum multum valde, & fortem. Conſules autem & E totus ſenatus ac vniuerſa nobilitas fugit in Græciā: & apud Dyrrachium ſe colligentes ſtatuerunt ibi bellum inferre Iulio, ſi in Græciam adueniret. Quo veniens Cæſar & congrediens victus eſt à Pompeio & fugatus. Euaſit tamen, quia Pompeius nocte ſuperueniente inſequi eum noluit, Cæſaris timens inſidias. Tunc dicit Cæſar Pompeium ſcire vincere, ſed victoria vti neſcire, & illa die ſe tantum potuiſſe ſuperari. Poſtmodum in Theſſalia dimicauerunt. nec vnquam Romanæ copiæ in vnum aut maiores aut melioribus ducibus conuenerunt, totum orbem terrarum facile ſi concordia eas rexiſſet ſubacturæ. F Tandem poſt longam pugnam ſortis dubiæ fugit vniuerſus exercitus Pompeij. Et ipſe etiam fugatus Alexandriam Ægypti petiit, ſperans à Ptolemæo rege Ægypti auxilium, ſed ipſe caput abſciſſum Pompeij & manum eius Cæſari miſit. Poſtmodum interfecti ſunt filius & filia & nepotes Pompeij, & ſecuta ſunt bella multa in diuerſis partibus & ſtrages hominum multę, Cæſare eos qui Pompeij fuerant

Cæſar à Pompeio victus eſt. Suet. in Cæſ. ca. 36. Pugna inter Cæſarem & Pōpeium vlt. Oro. lib. 6. cap. 15.

A. V.C. 706.

fuerant perſequente. Quatuórque annis hoc bellum indeſinenter totum mundum tenuit. Hæc ex Oroſio & Eutropio extracta ſunt.

§. XXXIII.

De hoc etiam Catone vti cẽſi Plutarch Catone v-ticenſe & Cic. ſæpe.

DE Catone. hic cum percepiſſet Pompeium, cuius partem fouebat, deuictum à Cæſare, & decapitatũ à rege Ægypti, reliquas exercitus Pompeij recollegit, & fugit in Aphricam in mille nauibus gentibus ſuis impoſitis. Et circunducendo eos per loca arenoſa ac ſerpentibus plena, multis ſuorum fame ſiti & æſtu fatigatis, & à ſerpentib. etiam pluribus conſumptis, tanta miſeria affectus eſt cum omnibus qui eum ſecuti fuerant, quod maximam eorum partẽ pœnituit à Iulio Cæſare fugiſſe, vt ait

Luc. lib. 9.

Lucanus. Tandem cum videret Cæſarem in omnibus proſperare, & partem Pompeij in omnibus ſuccumbere, nolẽs aliquo modo ſubeſſe Cæſari, quamuis ſciret Cæſarem excellentis eſſe clementiæ, apud Vticam ſeipſum interfecit. Vt enim ait Florus in 4.

Flor. in 4. cap. 2.

poſtquam filium comitéſq; ab amplexu dimiſit, lecto in nocte ad lucernam libro Platonis qui immortalitatem animæ docet, paululum quieuit. Tum circa primam vigiliam ſtricto gladio reuelatum manu pectus ſemel atque iterum percuſſit, auſi ſunt poſt hoc virũ medici tractare fomentis, quod ille paſſus dum abſcederent, reſcidit plagas, ſecutáque vis ſanguinis moribundas manus in ipſo vulnere reliquit.

Flor. ibid. Va. li. 3. c. 2. Imo vero ipſi etiam philoſophi hoc grauiter reprehendunt Plat. in Phæd. Ariſt. in 3. Eth. cap. 7. Mac. lib. 1. in Som. Scip. ca. 13. Val. lib. 5. cap. 1. Multi fuerunt Catones.

Quod factum quamuis aliqui laudent, vt Florus, & Val. lib. 3. tit. de fortitudine, quaſi ſtrenue & virtuoſe egiſſet. Aug. in lib. 19. c. 4. & alij ſancti non iudicant ſimilibus mortem virtuoſam fuiſſe ſeu glorioſam nec fortitudini adſcribẽdam, ſed impatientiæ, quod etiam probat Aug. lib. 1. de ciui. Dei ca. 23. per hoc ꝙ ipſe Cato filio ſuo chariſſimo ſuaſit Cæſari ſubiici, de ipſiúſq; benignitate omnia ſperare. Si enim malum erat Cæſari ſubiici, quare filium quem maxime

D

diligebat ad ſubiectionẽ eius perſuaſit? Si non malum, quare vt Cæſari non eſſet ſubiectus maximum crimen cõmiſit, ſcilicet ſe occidendo? Et refert Vale. lib. 5. tit. de humanitate. Cæſar audita morte Catonis dixit & ſe glorię illius inuidere, & illum, ſcilicet Catonem, ſuæ inuidiſſe. Patrimoniumque ipſius liberis eius incolume ſeruauit. Sciendum autem quod multi fuerũt dicti Catones. Vnde & in vrbe domus quædam ſeu conſanguinitas fuit dicta Catonum, ſicut fuit domus Scipionũ, Fabriciorum, Fabiorum: & multæ ſimiles. Primus autem qui nobilitauit do-

Val. lib. 3. cap. 1. De hoc Catone vide Pluth. in vita Catonis. Aul. Gellius. lib. 13. cap. 18.

E

mum Catonũ ſecundum Valerium in 3. lib. fuit Cato dictus cenſorius. Dicitur autem cenſor ſecundum Hugo. iudex morum, & ideo dictus eſt cenſorius talis Cato, eo quod iudex fuit morum. Fuit autẽ talis domus inſignita probis viris, qui ex ea proceſſerunt. Vnde Aul. Gellius dicit ꝙ de familia Catonum non vnus, ſed plures Marci Catonis cẽſorij, nepotes fuerunt geniti ex diuerſis patrib. Duos enim Marcus ille Cato qui & orator & cẽſor fuit filios habuit ex matribus diuerſis & ætatibus longe diſpares. Nam iam

Catonis Cenſorij liberi & nepotes.

adoleſcente altero matre eius amiſſa, ipſe quoque multum ſenex Salonij cliẽtis ſui filiam virginem in matrimonium duxit ex qua natus eſt ei Marcus Ca-

F

to Salonianus. Ex maiore autem Catonis filio qui prætor deſignatus patre viuo mortuus eſt, & egregios libros de iuris diſciplina reliquit, naſcitur Marcus Cato, qui vehemens orator fuit, multáſque orationes ſcriptas reliquit. Hic cõſul in Aphricam profectus, ibidem obiit. Et ipſe quidem filium maiorem Catonem habuit, ſed non eum qui Vticæ periit, ſed

A.

eum qui cum ædilis currulis & prætor fuiſſet in Galliam Narbonenſem profectus ibi vita functus eſt. Ex altero vero cenſorij filio minore, videlicet Saloniano nati ſunt Lucius Cato, & Marcus Cato. Marcus vero Cato tribunus plebis fuit, & Præturam petens obiit. Et ex eo natus eſt Marcus Cato prætorius qui bello ciuili ſe Vticæ interfecit. De cuius vita & laudibus cum Tullius ſcriberet, pronepotẽ eum Catonis cenſorij dixit fuiſſe. Hæc Aul. Gellius. Inter autem Catones duo fuerũt inſigniores ſcilicet cenſorius, qui fuit primus, & Cato Vticenſis, qui inter nominatos nominatus eſt vltimus. Et dictus eſt Vticenſis ab Vtica ciuitate Aphricæ, vbi ſe interfecit.

Cicero ſcripſit librũ in Catonis vticenſis laudem, qui non extat.

B

Notandum etiam quod preter iſtum Catonem Vticen. fuit aſius Cato Philoſophus ſtoicus, qui ſecundum Euſeb. anno imperij Auguſti. 41. tædio duplicis quartanæ ſcipſum interfecit, ſperans poſt iſtam vitam meliorem inuenire, vt ait Euſe. Et credunt quidem quod iſte fuerit ille Cato, qui librũ compoſuit, quem diſcunt pueri in ſcholis Grammaticæ. Sed vt dicit Thomas Valoes ſuper primum librum de ciu. Dei hoc non poteſt eſſe, quia in illo libro Lucanum commemorat, ſecundum illud.

Euſeb. noſter eũ M. Portiũ latronem & declamatorem non philoſophum nominat.

Si Romana cupis & punica noſcere bella.

Lucanum quaras, &c.

C

Lucanus autem poëta fuit circa tempora Neronis imperatoris, & per conſequens diu poſt Auguſtum.

§ XXXIIII.

De Iulio Cæſare 1. Rom. imperatore. Suet. in vita Cæſ. ca. 45.

DE Iulio [a] Cæſare & moribus eius, præliis & morte eius (vt ait Suetonius in lib. de 12. Cæſaribus) dicitur fuit excelſa ſtatura, colore candido: teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris vegetiſque oculis, valetudine proſpera niſi quod tempore extremo repente animo lingui atque etiam per

Cæſaris forma deſcribitur.

D

ſomnium exterreri ſolebat. Caluitij vero deformitatem iniquiſſime ferebat, ſæpe obtrectatorũ iocis obnoxiam expertus, ideóq; & deficientem capillum reuocare à vertice aſſueuerat. Vini quidem parciſſimum ne inimici quidem negauerunt. Circa victum indifferens adeo, vt quondam ab hoſpite Valerio Leone conditum oleum pro viridi oppoſitũ, aſpernantib. cęteris, ſolus etiam largius appetierit, ne hoſpitẽ aut ruſticitatis aut, negligẽtiæ arguere videretur. Eloquẽtia militari, qua re aut æquauit præſtantiſſimorum oratorum gloriam, aut exceſſit, poſt accuſationem. Dolabellæ, haud dubiæ principibus

Idem c. 53 ſobrietas.

ca. 55. eloquentia.

E

patronis annumeratus eſt. Reliquit rerum ſuarum commentarios. De quibus Cicero ſic refert. Commentarios ſcripſi, valde quidem probandos. Nudi ſunt recti, & venuſti, & omni ornatu orationis tanquam veſte detracta. Armorum & equitandi peritiſſimus, laboris vltra fidem patiens erat. In agmine nonnunquam equo, ſepius pedibus anteibat, capite detecto, ſeu ſol, ſeu imber. Longiſſimas vias incredibili celeritate cõfecit. Si flumina morarentur, nando traiiciens, vel innixus inflatis vtribus, vt per ſæpe nuncios de ſe præuenerit. Ancipiti prælio equos dimit-

C. e. de cla. orat.

Suet. c. 57. Armorũ peritia.

F

tebat, & in primis ſuum, quo maior neceſſitas permanendi imponeretur, auxilio fugæ erepto. Vtebatur autem equo inſigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum vngulis fiſsis, quem nec patientem ſeſſoris alterius primus aſcendit. Inclinatam aciem ſolus ſæpe reſtituit, obſiſtens fugientibus retinénſque ſingulos, & contortis faucibus conuertens in hoſtem. Alexandriæ circa oppugnationem pontis eruptione hoſtium ſubita compulſus in

ſcapham

A.V.C. 906

ſcapham, pluribus eodẽ ſe præcipitantibus cum deſiliiſſet in mare nando per ducentos paſſus euaſit ad proximam nauim elata læua, ne libelli quos tenebat madeſierent, paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis. Erga ſubditos autem & pares extreme ſe habebat. vnde de eo Suetonius. Delicta neque obſeruabat omnia, neque pro modo exequebatur, ſed deſertorum ac ſeditioſorum inquiſitor & punitor acerrimus, conniuebat in cæteris, ac nonnunquam poſt magnam pugnam atque victoriam remiſſo officiorum munere, licentiam omnem laſciuiendi paſſim permittebat, nec milites eos pro concione, ſed blandiori nomine commilitones appellabat, habebàtque tam cultos vt argento & auro politis armis ornaret, ſimul & ad ſpeciem, & quo tenaciores eorum eſſent in prælio metu damni. Amicos ſemper tanta facilitate indulgentiáque tractauit, vt Caio Oppio comitanti ſe per ſylueſtre iter, correptóq; ſubita valitudine & diuerſorio quod vnum erat ceſſerit, & ipſe humi ac ſub dio accubuerit.

Delicta quomodo caſtigarit.

Simultates contra nullos tam graues excepit vnquam. vt non occaſione oblata libens deponeret, ſed & in vlciſcẽdo natura leuiſſimus. Prælia autem multa contra diuerſos commiſſit, & præcipue cõtra Germanos & Gallos quos deuicit. De quorũ Gallorũ conditione Iulius Cæſar ſic ait. Omniũ Gallorum vt ad bella ſuſcipienda alacer & promptus eſt animus, ſic mollis ac minime reſiſtens ad calamitates perferendas. De ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt, quorum eos e veſtigio pœnitere neceſſe eſt, cum incertis rumoribus ſeruiant, & pleriq; ad voluntatem eorum ficta reſpondeant. Gallorum præterea ſubita ſunt & repentina conſilia. Nam omnes fere nouis rebus ſtudent, & ad bellum mobiliter celeritérque excitantur. Dicit autem Helinandus quòd Belgarum gens bellicoſa, aduerſus Cæſarem exarſit. Ex quibus Bellouaci cæteris numero & virtute præſtantes, habuere lectiſſima ſexaginta millia armatorum. Sueſſiones ex duodecim oppidis quinquaginta millia. Neruij totidẽ, Attrebates, & Ambiani decem millia. Morini vigintiquinque millia, Menapij nouem millia. Caleti decem millia. Velocaſſes & veromandui decem millia, Aduatici 18. millia. Condruſi, Eburones Cheruſci, Cæmani qui vno nomine germani vocantur quadraginta millia. In ſumma fuiſſe dicuntur ducenta octogintaduo millia armatorum letiſſima, omnes vſque ad internetionem pene deleti ſunt. Deinde apud Octodorum cum Cæſar in Italiam proficiſci decreuiſſet, plus quàm triginta millia barbarorum cæſa referuntur à legione, cui præerat Galba, quem Cæſar apud Veragros & Sedunos miſerat. Ex Aquitanis quique & cantabris trigintaocto millia cæſa referuntur. Deinde Cæſar Germanorum quadraginta millia occidiſſe fertur. Et vt ait ipſe Cæſar rhenum flumen tranſire decreuerat, ſed nauibus tranſire neque ſatis tutum arbitrabatur, neque ſuæ neque populi Romani dignitatis eſſe ſtatuebat. Itaque etſi ſumma difficultas faciendi pontis proponeretur, propter latitudinem, rapiditatem altitudinémque fluminis, tamen aliter non traducendum exercitum exiſtimabat. Vnde breui & mirabili ingenio & firmiſſimo opere pontem fieri fecit, per quem traducto exercitu Cæſar in fines Sicambrorum contendit & inde in Britanniam proficiſcens, vt ait Oroſius, Cæſaris æquitatus primo congreſſu à Britannis victus eſt, ſecundo prælio cum magno ſuorum diſcrimine victos Britannos in fugam vertit. Exinde Trinobantum firmiſſima ciuitas mandragoreo duce datis quadraginta obſidibus Cæſari ſe dedidit. Quod exemplum cæteræ ciuitates ſecutæ ſunt. Hæc & multa alia narrat Oroſius de bello Cæſaris Gallico de quo etiam plene ſcribit Iulius Cæſar in ſeptem libris de hoc æditis, vbi etiam illud notabile dixit. Rerum omnium magiſter eſt vſus. Quod volumus libenter credimus, & quod ſentimus ipſi reliquos ſentire ſperamus. Et illud. Naturale eſt omnes homines ſtudio libertatis incitari, & conditiones ſeruitutis odiſſe. Idem. Iracundia & temeritas, Gallorum genti maximè innata eſt, ita vt leuem indicationem pro recomperta habeant. Galli homines aperti ſunt, miniméque inſidioſi, qui per virtutem non per dolum dimicare conſueuerunt. Dicit autem Eutropius de eo lib. 6. quòd ipſe erat vir quo nullus vnquam magis emicuit. Signis collatis, id eſt aciebus diſpoſitis & ordinatis, quinquaginta vicibus dimicauit. Tantæ autem fuit bonitatis, vt quos armis ſubegerat, clementia magis vicerit. Compoſitis igitur in toto orbe bellis ciuilibus, Romam rediens inſolentius agere cœpit, & contra conſuetudinem Romanæ libertatis. Cum ergo honores ex ſua voluntate præſtaret, qui antea à populo conferebantur, nec ſenatui ad ſe venienti aſſurgeret, aliáque regia & pene tyrannica faceret authoribus Bruto & Caſſio coniuratione facta contra eum, cuius fuerunt conſcij 260. ſenatores equitéſq; Romani, in curia 23. vulneribus confoſſus interiit. Animaduertens autem Cæſar, inquit Suetonius, vndique ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, ſimúlque ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, quo honeſtius caderet, etiam inferioris corporis parte velata, atque ita tribus & viginti plagis confoſſus eſt, vno tantummodo ad primum ictum gemitu ſine voce edito. Occiſus eſt autem ætatis ſuæ anno 56. qui imperauerat annis quinque. Romanus autem populus dolore ſtimulatus, Capitolium cum authoribus ſceleris incendere voluit.

Cæſa. de Vale. Gal. lib 3.

De natura Gallorum.

Idem li. 4.

Lib 3.

Ciuitates Gallorum quæque quos milites in bellum educerent. Oroſ lib. 6. cap 7. hæc habet.

De ciuitate ſeduno.

Cæſ. de bel. Gal. lib. 4.

Pons Cæſaris.

Oroſ. li. 6. cap 9.

Cæſ. de bel. ciui. lib. 2.

De bel. Gal. lib. 3.

Sententiæ Iulij Cæſaris.

Cæſ. quinquaginta vicibus dimicauit.

De morte Iulij Cæſaris.

Suet. in vit. Cæſ. cap. 82.

Corpus eius pro roſtris combuſtum eſt. Statuit autem populus in foro ſolidam columnam lapidis numidici 20. prope pedũ, ſupra quam tumulus eſt, quæ Iulia dicta eſt. Et vt dicitur in chronicis, inuentæ ſunt in manu eius cum fuit interfectus literæ præmonentes eum de coniuratione, quas ſi legiſſet vtique cauiſſet. Auguſt. autem dicit in 3. de ciuit. Dei. cap. 30. quòd illa coniuratio eum interficere voluit tanquam regni appetitorem, quia in rei veritate ipſe poſt reges expulſos fuit primus, qui tanquam rex & imperator rempublicam Romanam gubernauit, quòd Romanis erat valde odioſum tanquam repugnans ſuæ priſtinæ libertati, quia prius ſenatus & populus cuncta per ſe vel per alios ſua authoritate faciebat. Percuſſorum Cæſaris, inquit Suetonius fere neque triennio quicquam amplius ſuperuixit, neque ſua morte defunctus eſt, damnati omnus alius alio caſu periit, pars naufragio, pars prælio. Nonnulli ſemet eodem pugione quo Cæſarem violauerant, interemerunt. Plura autem præſagia mortem Cæſaris præceſſerunt. Nam vt ait Suetonius paucos ante menſes cum in coloniam deducti coloni ad extruendas villas vetuſtiſſima ſepulchra diſiicerent, idque eo ſtudioſius facerent, quòd aliquantum vaſculorum operis antiqui ſcrutantes

Cæſ. poſt reges expulſos fuit primus rex.

Suet. Ibid. cap. 86.

Suet. Ibid. cap. 81.

Præſagia ante mortem Cæſaris.

A V.C. 704.

dem non potuerum accidiſſe. Nam Lentulus & Cethegus aliique coniurationis principes, quos Romæ Catilina reliquerat, dum plures ſecum in ſocietatem facinoris admittere conantur, proditi à legatis Allobrogum, ac in ſenatu conuicti, vltimo tandem ſupplicio affecti periere. Catilina vero vt hæc audiuit, quoniam ſpes iam fracta & conatus in irritum caſuri videbantur in Galliam fugere conatus eſt, ſed ab exercitibus Romanis circumuentus, & fortunam pugnæ coactus experiri, vna cum ſuis in Piſtorienſi agro occiditur. Sed in Hetruria quidem à primis illis Romanorum bellis vſque ad hæc tempora, ciuitates multæ oppidaque magna, quorum prius fuerat authoritas interierant. Nam & Cære, & Tarquinij, & Populonia, & Luna, quæ vrbes quondam magnæ iuxta litus inferi maris poſitæ fuerunt, & per mediterraneam regionem Veij, quam vrbem decennio ſupra obſeſſam à Romanis ſcripſi. Item Ruſelle, Capene, Falerij, omnino defecerant Cluſium, & Fæſule, parum ab interitu diſtabant.

Catilinæ coniurationis finis.

Florentiam vero quidam ab Attila Humnorum rege, alij à Totila euerſam, Inde longum poſt tempus à Carolo magno reſtitutam prodiderunt. Nobis autem ſatis ſupéque exploratum eſt Attilam humnorum regem nunquã Hetruriam intraſſe. Sed nec citra Mincium amnem, qui ex Bænaco in Padum influit vnquam progreſſum. Totilam vero Gothorum regem contra Hetruriæ ciuitates, quæ poſt victoriam Belliſarij à Gothis defecerant deſeruiſſe oſtendimus, eo adducor vt confuſo nomine pro Totila Attilam à quibuſdam acceptum per errorem credam. Incendiſſe autem Totilæ animum ad delendam hanc vrbem, præter nouam defectionem, vetus quoque dolor exiſtimatur, quòd videlicet dum apud eam tot Gothorum millia cum Rhadagaſo duce occubuiſſent, itaque refricante memoriam animo Florentiam tolli voluiſſe, qua ſtante velut trophæum de ſua gente in Hetruria poſitum extabat. Hæc ſi ita ſunt, ſupra ducentos annos qui inter Totilam & Carolum fuerunt, euerſam iacuiſſe hanc vrbem neceſſarium eſt. Qua in re illud non immerito quem mouebit, ſi per tam longum tempus vacua populo relicta ſit vrbs, quibus interea locis ciues fuerint obſerati. Nam nouos quidem à Romanis habitatores à Carolo ductos credere vaniſſimum eſt, præſertim tot calamitatibus inuoluta, atque ita iampridem multis cladibus vrbe Roma afflicta, vt ſupplemento habitatorum ipſa potius indigeret, quàm aliis dare poſſet. Denique ad oſtiam vrbem adeo Romanis neceſſariam, per hæc ipſa ferè tempora cum deficerent incolæ propter vacuitatem Romanæ vrbis, colonos eſadinias poſitos memoriæ proditum eſt. Ego igitur magnas quidem inflictas à Totila clades, plurimam cædem factam ciuium, & euerſa mœnia exiſtimo. Sed neque vrbem funditus deletam neque per medium illud tempus ſine habitatoribus omnino fuiſſe. Video namque diues illud ac præcipuum Martis templum, & alia quædam ædificia ſuper ætatem Totilæ vetuſta extare, quæ cum incolumia relicta conſpiciam, totam vrbem deletam credere non libet, neq; hanc ipſam abſque habitatoribus tam diu ſtetiſſe. Quare mœnia potius à Carolo reſtituta, & nobilitatem quæ diuiſa, munitionibus vrbis euerſis, frequentia in prædiis ſuis caſtella munierat, intra vrbem reuocatam, vrbem denique ipſam variè diſiectam in formam vrbis redactam, ſed reparatam magis quàm rurſus conditam exiſtimo. Vrbes igitur, quæ per Hetruriam perierant ſupra oſtendimus. Ex his quæ poſt tot tempeſtates emerſæ, ad extremum euaſerant, Piſæ, Florentia, Peruſia, Sena, plurimum eminebant. Sed Piſani claſſe potentes late mari dominabantur, eo facilius quam maritima ex cunctis vrbibus hæ ſolæ remanſerant. Tarquiniis, Luna, & Populonia, iam pridem abſumptis. Florentini autem induſtria & ſolertia terra præualebant. Peruſini vbertate ſoli & opportunitate loci creſcentes magnam potentiam habuerunt. Senam ſplendor vrbanarum rerum & familiarum excellentia longe nobilitarunt & attulerunt potentiæ materiam. Ruſellæ & Populonia, finitimæ quondam vrbes, euerſæ. Proximi erant Aretini bonitate agrorum & amplitudine territorij omnibus fere præſtantes, ſed inter Florentinos & Peruſinos conſtituti, duarum validiſſimarum ciuitatum officiebant potentiæ. Nam Cortona quidem in Aretinorum poteſtate diu permanſit, nomine etiam ciuitatis amiſſo, donec haud multo ſupra noſtram ætatem priſtinum locum recuperare promeruit. Hos proximè ſequebantur Lucenſe, Volaterrani, Piſtorienſes, Vrbeuentani & Viterbienſes, Hæ ciuitates memoratu dignæ poſt longas tempeſtates ſuperſtites fuerunt. Hæc ille.

Florentia à Carolo magna inſtaurata.

Florentia à Totila deſtructa.

Florentia non omnino à Totila deleta fuit.

A.V.C. 711.

Ciuitates Italiæ iactationi ſuperſtites.

Qua in re ſingulæ Italiæ ciuitates præſtent.

¶ *De Octauiano & bellis eius, & ſapientibus illis temporibus, videlicet Vergilio, Ouidio, & cæteris florentibus, & de genealogia beatæ virginis Mariæ.*

CAP. VI.

QVAMVIS Iulius Cæſar primus fuerat imperator Romanorum, tamen quia paruo tempore imperauit, nec pacificè, ſed quaſi violenter, vnde & interfectus fuit de conſilio & voluntate ſenatorum, ideo quarta monarchia mundi, ſcilicet Romanorum communius dicitur inchoaſſe in Octauiano ſucceſſore eius immediato. Et ſicut à Iulio Cæſare omnes imperatores denominantur Cæſares, ſic ab [a] Octauiano Auguſto omnes Auguſti dicuntur, quia augere debent rempublicam, id eſt imperium, ſicut & Octauianus Auguſtus adauxit valde, deuicto Antonio, vt dicitur. Sub eo autem natus eſt Chriſtus, rex regum, dominus dominantium, qui ſibi ſubiecit, id eſt fidei ſuæ, omnem monarchiam vt habetur ex prima viſione Dan. cap. 2. in ſtatua comminuta à lapide, ſcilicet Chriſto exciſo ſine manibus à monte. Prius autem tractabitur de bellis ipſius Octauiani, & qualiter peruenerit ad monarchiam, & poſtea de moribus eius. Sciendum igitur quòd vt colligi poteſt ab Eutropio lib. 7. & Oroſio lib. 6. quòd Octauianus Auguſtus quinque geſſit bella ciuilia, quorum primum adhuc adoleſcens 17. annorum geſſit contra Marcum Antonium, interfecto Iulio Cæſare, in cuius mortem coniurauerant ſenatores & equites Romani quamplurimi, vt dictum eſt. Et vt dicit Eutropius, hic Octauianus patre Octauio ſenatore genitus, maternum genus ab Æneo per Iuliam familiam ſortitus eſt. Nam Iuliorum familia proceſſit à Iulo filio Æneæ,

De Auguſto imperatore 2. pop. Rom.

Quarta Monarchia non incipit à Cæſare ſed ab Auguſto.

Suet. in Aug. c. 9. Oroſ. lib. 6. c. 18.

a C. Iulius Cæſar Octauianus ſecundus pop. Rom. imp. victo ad Actium M. Antonio, ſolus remp. tenuit à 43. M. 11. d. 18. Onup.

A.V.C. 711.

ª Fuit & ipſe Cæſaris nepos. Quem in teſtamento hæredem reliquerat & nomen ſuum ferre iuſſerat. Quod nomen vtique accepit, quia & Cæſar appellatus eſt, & Auguſtus, ſuum nihilominus retinens, ſcilicet Octauianus. Quod autem Aug. dicit in 3. de ciui. Dei c.30. eum fuiſſe prædicti Cæſaris filium adoptiuum, huic non contradicit. Nam fuit nepos naturalis, & filius adoptiuus, per teſtamentum ab eo in filium adoptatus. Cum igitur Marcus Antonius præfatus conſul exiſteret, qui erat partium Iulij Cæſaris, bellis ciuilibus eos, qui Iulium Cæſarem interfecerant opprimere conabatur, ſenatus vero illis fauebat. Turbata autem republica per Antonium, qui ſcelera multa commiſit, à ſenatu hoſtis iudicatus eſt, & miſſus eſt ad eum perſequendum Octauianus Auguſtus, principales tamen erant conſules duo, ſcilicet Panſa & Hircius, quibus is etiam adiunctus eſt, dux tertius. Profecti igitur hi tres duces vicerunt eum apud Mutinam. Accidit autem vt ambo conſules occiſi morerentur, & tres exercitus vni Octauiano parerent. Fugatus vero Antonius amiſſo exercitu confugit ad Lepidum, qui magiſter equitum Cæſaris fuerat, & ipſo operam dante Octauianus cum Antonio pacem fecit, cui ſororem ſuam Octauiam in vxorem dedit. Et quaſi vindicaturus mortem patris ſui adoptiui, Romam cum exercitu profectus, extorſit vt 20. anno ætatis ſuæ conſul fieret. Poſtmodum vero ipſe ſenatum proſcripſit, id eſt de ſenatu, ſecundum Oroſium, c.32. Inter quos fuit Cicero, proſcribente eum Antonio inimico ſuo, & Lucius Antonius. Octauianus ergo cum Antonio & Lepido rempublicã adminiſtrare cœpit, per quos etiam Cicero orator occiſus eſt, multique alij nobiles. De quo Cicerone ſic ait Vale. lib.5. tit. de ingratis. Popilius Lænas quem Cicero prius in iudicio de graui crimine defenderat, & à morte & à pœna capitis liberauerat, qui poſtea nec re aut verbo à Cicerone læſus fuerat, ad mortem ipſum perſecutus eſt. Nam vltro Marcum Antonium rogauit, vt ad illum proſcriptum (ſcilicet eo tempore quo ſenatus proſcriptus eſt) perſequendum & iugulandum mitteretur. Quo impetrato exultans Caietam cucurrit, vbi Cicero erat, virúmque clariſſimæ dignitatis & ſtudio præſtantis officij priuatim ſibi venerandum, iugulum præbere iuſſit, ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, & pacis clariſſimam dexteram amputauit, portans illud ſecum Romam. Vbi ſciendũ quòd ᵇ Cicero primo reſtitit Iulio Cæſari, quando obtenta victoria de Gallis petiit ſecundum conſulatum, & de parte Pompeij & Catonis fuit. Sed poſtquam Iulius Cæſar obtinuit principatum, reconciliatus eſt ei. Interfecto autẽ ipſo Cæſare cum Marcus Antonius intenderet vſurpare ſibi poteſtatem ſingularem imperij prætendens apud Cæſarianos, accepta poteſtate mortem Cæſaris vindicare, Cicero reſiſtebat, contra eum inuectiuas faciens, quia vitioſus erat in multis. Cum autem Cicero ſe contuliſſet ad Octauianum, ſperans quòd patriæ libertatem defenderet, Octauianus intendens totam

M. Antonius hoſtis à Senatu iudicatus.

Primum bellum ciuile Auguſti mutinenſe Suet. cap.10.

Triumuiri cõſtituuntur.

Oroſ. Ibid.

Val. lib.5. cap.3.

Mors M. T. Ciceronis deploratur.

B

a C. Octauius (qui poſtea Auguſtus appellatus eſt) patre natus eſt C. Octauio C. filio viro prætorio matre Attia, quæ ex Iulia Cæſaris dictatoris ſorore, & M. Attio balbo genita fuerat. Itaque ipſe Cæſaris neptis filius, Cæſar ipſe maior auunculus eius fuit. Onuph. in faſt.

b M.T. non reſtitit Caſ. conſulatũ petenti: ſed omnia eius conſilia ad pacẽ ſpectauerunt quã quibuſcunq; conditionib. bello ciuili potiorẽ arbitrabatur ipſe in Phi. & epi.

rempublicam ad ſe habere, & cernens quod Cicero ſibi reſiſteret, tradidit eum Antonio hoſti ſuo, quaſi propter bonum pacis firmandum quando fecerunt ad inuicem. Antonius vero cum deſideraſſet mortem ipſius Ciceronis propter rationes prædictas, ordinauit ipſum occidi modo ſupradicto.

A.V.C. 711.

Secundum bellum geſſit Octauianus contra Brutum & Caſſium qui fuerunt principes in interfectione Cæſaris. Ipſi enim ingens bellum mouerant, & proceſſerunt contra eos in Græciam Octauianus & Antonius apud Philippes Macedoniæ vrbem & contra eos pugnauerunt, & primo prælio victi ſunt Octauianus & Antonius, periit autem dux nobilitatis Caſsius. In ſecundo prælio Brutum & infinitam nobilitatem, quæ cum illis bellum geſſerat interfecerunt, ac ſic inter Octauianum & Antonium diuiſa eſt reſpublica, vt Octauianus Hiſpaniam, Galliam, & Italiam teneret. Antonius vero Aſiam, pontum, & Orientem.

Secundũ bellũ Octauiani Philippenſe Suet. c.13.

Auguſtus & Antoni⁹ imperium Romanũ diuidunt.

Tertium bellum geſsit Octauianus contra Lucium Antonium cõſulem, qui proſcriptus fuerat, & bellum ciuile in Italia commouerat. Hic autem Lucius, ſecundum Oroſium, erat auunculus ſecundum C Eutropium, frater Marci Antonij, qui orientem regendum ſuſcepit. Lucius vero Antonius apud Peruſium Tuſciæ ciuitatem victus & captus eſt.

Tertium bellum Octauiani. Peruſ. Suet. cap.14. Oroſ. lib. 6. c.18.

Quartum bellum Octauiani fuit contra Sextum Pompeium, Cn. Pompeij Magni filium qui ingens bellum mouerat in Sicilia, his qui ſupererant ex parte Bruti & Caſsij ad eum confugientibus, contra quem bellum eſt per Octauianum & Antonium, ſed pax poſtremo conuenit inter eos. Sed ſextus Pompeius poſt modum pacem rupit, & nauali bello victus fugiens in Aſiam, interfectus eſt.

Quartum bellum Octauiani. Siculũ. Suet. l. 16.

Quintum bellum ciuile Octauiani fuit contra D Marcum Antonium ſupradictum. Nam cum Octauiam ſororem Octauiani in vxorem duxiſſet, poſtmodum eam repudiauit, ducens in vxorem Cleopatrem reginam Ægypti, quæ peſsima & luxurioſiſſima fuit, poſt quæ ipſe Antonius ingens bellum ciuile contra Octauianum commouit, cogente Cleopatra, tunc cupide optante etiam in vrbe regnare.

Quintum bellum Octauiani. Actia cum Suet. cap. 17. Antonius à Cleopatra ad bellum ciuile incitatur.

§. I.

FVIT autem Auguſtus vt ait Suetonius lib. 2. forma eximia, & per omnes ætatis gradus venuſtiſsima quanquam & omnis lenocinij negligens, E & in capite comendo tam incurioſus, vt raptim cõpluribus ſimul tonſoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam, eóque ipſo tempore aut legeret aliquid aut ſcriberet, vultu erat vel in ſermone vel etiam tacitus tranquillo ſerenóque. Oculos habuit claros ac nitidos, quibus exiſtimari volebat ineſſe quiddam diuini vigoris, gaudebátq; ſi quis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorem ſolis, vultum ſubmitteret. Staturam breuem ſed quæ commoditate & æqualitate membrorum occultaretur vt non niſi ex comparatione alterius aſtantis F procerioris intelligi poſſet.

Deſcriptio formæ Augu. Suet. in Aug. c. 79.

Bella quo modo ad miniſtrauit 21.

Itaque nationes male quietas ad obſequium redegit, nec vlli genti ſine iuſtis & neceſſariis cauſis bellum intulit. Diſciplinam militarem ſeueriſſime rexit, nec legatorum quidem cuiquam niſi grauate, hyberniſq; demum menſibus, permiſit vxorem interuiſere. Cohortes ſi quæ ceſsiſſent loco decimatas hordeo pauit: centuriones ſtatione deſerta, itidem vt manipulares capitali animaduerſione puniuit.

cap. 24. Militarem diſciplinã vt coluerit.

A.V.C. 711. nimit. Procætero delictorum genere variis ignominiis affecir, vr ſtare per rotam diem iuberet ante prætoriúm interdum tunicatos diſcinctóſque nonnumquam cum decem pedis, vel eriam ceſpitem
De bello gerendo eius ſententia. portantes. Nihil aurem minus in perfecto duce, quàm feſtinationem temeritatémque conuenire arbitrabatur. Crebro id iactans ſaris cæleriter fieri, quicquid ſaris benefiat. Bellum ſuſcipiendum omnino negabat, niſi cum maior emolumenti ſpes, quàm
Vrbẽ quãtopere exornauit. cap. 28. damni metus oſtenderetur. Nam minima commoda nnn minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles aiebat eſſe aureo hamo piſcantibus cuius abrupti damnum nulla captura penſari poſſit. Vrbem pro maieſtate imperij ornatam excoluit adeo, vt iure ſit gloriatus marmoream ſe relinquere, quam lateritiam accepiſſet. Iuuenes vtriuſque ſexus prohibuit vllum no-
Ratio vita exacta. cap. 39. cturnum ſpectaculum frequentare, niſi cum aliquo maiore natu propinquiori, impetratis à ſenatu decem adiutoribus, vnum quemque equitem rationem vitæ reddere coegit notauítque aliquos qui pecunias leuioribus vſuris mutuantes, grauiore fœ-
cap. 41. Liberalitas eiuſdem. cap. 42. nore collocaſſent. Liberalitatem omnibus ordinibus per occaſiones frequenter multum exhibuit. Sed vt ſalubrem magis, quàm ambioſum principem ſcires, querentem de inopia & caritate vini populum ſeueriſſima coercuit voce, ſatis prouiſum dicens à genero ſuo Agrippa perductis in vrbem plurimis aquis, ne homines ſitirent. Regna quibus belli iure poritus eſt, præter pauca, aut eiſdem quibus ademerar reddidit, aut alienigenis contribuir, reges ſocios etiam inter ſemetipſos mutuis neceſsitudinibus iunxit, promptiſsimus affinitatis cuiuſq; atque amiciriæ conciliator & factor, plurimorum liberos educauit ſimul cum ſuis & inſtituit, Clemen-
Bona ſententia & digna voce imperiali. tiæ eius ciuilitatíſque multa & magna documenta ſunt. Cum Æmelio Eliano inter cætera crimina vel maxime obiiceretur quòd male opinari de Cæſare ſolerer, conuerſus ad accuſatorem commoto
cap. 52. ſimilis, volo inquit hoc mihi probes. Tiberio quoque de eadem re ſedulo violentius apud ſe per epiſtolam conquerenti reſcripſit ita. Ætati tuæ mi Tiberi coli in hac re indulgere, & nimium indignari quemquam eſſe qui de me male loquatur. Satis eſt enim ſi hæc habemus, ne quis nobis male facere poſsit. Templa quamuis ſciret etiam pro conſulibus decerni ſolere, in nulla tamen prouincia niſi communi ſuo Romæque nomine recepit. Nam in vrbe quidem pertinaciſsime abſtinuit hoc honore, argenteas etiam ſtatuas olim ſibi poſitas omnes conflauit, domini appellationem vt maledictum & opprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet. O domine æquum & bonum, & vniuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent, manu ſtarim & vultu indecoras adulationes repreſsit, &[a] in ſequenti die grauiſsimo
cap. 53. Domini nomen fugit. corripuit edicto, dominumque ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem aut neporibus ſuis ſerio vel ioco paſſus eſt, atque eiuſmodi blanditias etiam in-
Moderatio. ter ipſos prohibuit. Non temere vrbe oppidóve vllo egreſſus, aut quo quàm ingreſſus eſt, niſi veſpere aut noctu, ne quem officij cauſa inquietaret. Teſtem ſe in iudiciis & interrogari & refelli æquiſſimo animo patiebatur. Forum anguſtius fecit, non

A audens extorquere poſſeſſoribus proximas domos. A.V.C. 711.
Nunquam filios ſuos populo commendauit, vt non adiiceret ſi merebuntur, eiſdem prætexatis adhuc, aſſurrectum ab vniuerſis in theatro, & à ſtantibus plauſum grauiſsime quæſtus eſt. Ita amicos magnos & potentes in ciuitate eſſe voluit vt tamen pari iure eſſent, quo cæteri, legibúſque iudiciariis æque tenerentur. Reuertentem à prouincia non ſolum fauſtis omnibus, ſed & modulatis carminibus proſequebantur. Obſeruatum eſt etiam, ne quoties introiret vrbem, ſupplicium de quoquàm ſumeretur. cap. 57. Pater patriæ.
B Patris patriæ cognomen vniuerſi repentino maxi- cap. 59.
móque conſenſu detulerunt ei. Nonnulli patrum familiarum teſtamento cauerunt, vt ab hæredibus ſuis prælato titulo victimæ in capitolium ducerentur, votúmque pro ſe ſolueretur, quod ſuperſtitem Auguſtum reliquiſſent, reges amici atque ſocij & ſinguli in ſuo quiſque regnn Cæſareas vrbes con- cap. 60.
diderunt. Filiam & neptes ita inſtituit, vt etiam la- cap. 64. Liberorũ inſtitutio.
nificio aſſuefaceret vetarétq; loqui aut agere quicquam niſi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur, extraneorum quidem cætu adeo prohibuit, vt Lucinio Tucinio claro decoróque iu-
C ueni ſcripſerit, quondam parum modeſte eum feciſſe, quòd filiam ſuam Baias ſalutatum veniſſet.
Amicitias neque facile admiſit, & conſtantiſſime retinuit, & non tantum virtutes ac merita cuiuſque digne proſecutus, ſed vitia quoque & delicta, patronus dominuſque non minus ſeuerus quàm facilis cap. 66. Cultus amicitiarum.
& clemens, Diomedem diſpenſatorem à quo ſimul ambulante incurrenti repente fero apro per metum obiectus eſt, maluit timiditatis arguere quàm noxæ, rémque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat in iocum vertit. Nec toro quidem eum cubuiſſe aiunt niſi humili & modice inſtraro. Veſte cap. 67. Clemens Patronus.
quoque non temere alia quàm domeſtica vſus eſt, à cap. 73 Parſimonia.
D ſorore & vxore & filia neptibúſque confecto. Togis nec reſtrictis neque fuſis clauo nec lato nec anguſto. Cænam ternis ferculis aut cum abundantiſ- cap. 74.
ſime, ſenis præbebar. Cibi minimi erat. Viniquo- cap. 76. & 77.
que natura parciſſimus, non amplius ter bibere ſuper cænã ſolitus, nec temere interdiu bibit, ſed pro potione ſumebat perfuſum aqua frigida panem, aut cucumeris fruſtum, aut lactuculæ thyrſum aut recens acidum ve pomum ſucci vinoſioris. Eloquen- cap. 84. Eloquentiæ ſtudiũ.
tiam ſtudiáque liberalia ab ætate prima & cupide & laborioſiſſime exercuit. Mutinenſi bello in tanta mole rerum & legiſſe & ſcripſiſſe & declamaſſe cap. 86. Vitat verba obſcura.
E quotidie traditur. Reconditorum vitatis verborum fœtoribus, præcipuam curam duxit ſenſum animi quàm apertiſſime exprimere. Sed ne Tiberio parcit & exoletas interdum & reconditas voces aucupanti. Marcum Antonium vt inſanum increpabat, quaſi eum ſcribentem quæ mirentur potius homines, quàm intelligant. Ingenia ſeculi ſui modis omnibus fouit, recirantes benigne & patienter audiuit. cap. 89.
Componi tamen aliquid de ſe niſi & ſerio, & à præ- cap 90.
ſtantiſsimis offendebatur. Tonitrua & fulgura paulo infirmius expaueſcebat, vt ſemper & vbique pellem vituli marini circunferret pro remedio, atque
F ad maioris tempeſtatis ſuſpicionem, in abditum & concameratum locum ſe reciperet,

§. II.

ANNO imperij Auguſt. 37. Tiberius qui poſtea ei ſucceſſit in imperio, deletis vindelicis Germanis & pannoniis triumphauit. Et vt ait Oroſius lib. 6. cap. 21. Claudius druſus priuignus Cæſaris Gal- De Tiberij & druſij victorus Sueton in Tiber. c. 9.

a Eo tempore id eſt eo anno quo natus eſt Chriſtus, Auguſtus hic ad quem rem omnium ſumma conceſſerat Dominum ſe hominum appellari non eſt paſſus imo non auſus, ſentiens credo verum dominum totius humani generis inter homines natum eſſe Oroſ lib. 6. cap. 22.

A.V.C. 711.

liam Rhetiámq; ſortitus, eas ſubegit. Idem Druſus Tiberij frater in Germania Vſipetes, deinde Tenctheros & Cattos perdomuit. Marcomannos pene vſque ad internecionem cecidit, Poſtea Cheruſcos, Sueuos, & Sicambros, fortiſſimas nationes, & quib. natura vires, conſuetudo experientiam virium dabat, vno bello, ſed etiam ſuis aſpero ſuperauit, quorum virtus ac feritas ex hoc conſiderari poteſt, quòd mulieres quoque eorum ſi quando præuentu Romanorum inter plauſtra ſua concludebantur, deficientibus telis vel qualibet re, qua velut telo vti furor poſſit paruulos ſuos colliſos humi in hoſtium ora iaciebant, in ſingulis filiorum necibus bis parricidæ. Tunc etiam in Aphrica Muſolanos & Getulos latius vagantes L. Coſſus qui Getulicus inde eſt cognominatus dux Cæſaris arctatis finibus coercuit. Tiberius etiam Germanos bello arripuit, è quibus quadraginta millia captiuorum victor abduxit, quod reuera bellum maximum & formidoloſiſſimum 15. legionibus per trienium geſtum eſt, nec fere vllum maius poſt punicum fuit. Piſo rurſus aduerſus Vindelicos miſſus victor extitit. Et Agrippa boſphoranos ſuperauit. Hæc Oroſius. In chronica Martiniana dicitur de Octauiano Imperatore. Nec vir tantus vitiis caruit. Seruiebat enim libidini. Nam inter 12. catamitos totidémque puellas ſolebat accubare. Sic igitur ille fœliciſſimus in mundo, vt de eo prouerbialiter diceretur, nec fœlicior Octauiano nec melior Traiano, etiam ſi alia vitia non habuiſſet ſolum propter idololatriam damnatus exiſtimatur. Sed & Suetonius qui ſic laudat eum, ſcribit eum deditum ſtupris & adulteriis & aliis laſciuiis.

Dira germanorum mulierum feritas.

De bello germanorum.

Aug. vitiis dānatus.

Suet. in Aug. c. 69.

§. III.

Auguſti temporib. viri doctiſſimi inſignes.

HVIVS Octauiani tempore claruerunt hi doctiſſimi viri. Marcus Varro, & Valerius maximus hiſtoriographi. Marcus Tullius, ac Salluſtius, oratores ſeu rhetores eximij. Virgilius & Ouidius & Horatius poëtæ, Et de eorum libris aliqua notabiliora ponentur. Marcus Varro anno 15. imperij Octauiani diem clauſit extremum. Huius ſunt ſententiæ iſtæ morales. Duplex eſt malum, cum quòd neceſſe eſt, moleſte ferimus. Loquaris vt omnes, ſentias vt pauci. In multis contra omnes ſapere, deſipere eſt. Ficte referas gratiam inuite danti. Vix datum ne reputes beneficium, ſed prædam, ſemel dedit qui rogatus, bis qui non. Extorquere eſt pluſquam ſemel rogare. Turpiſſimum eſt in datis ſperare, pulcherrimum eſt cum fœnore data reddi, de animo dantis cenſetur munus magnum. Vis experiri amicum, calamitoſus fias. Vir bonus patriam ſuam quocunque fert ſecum, & omnia ſua cuſtodit. Nemo ſuum putet quod extra ipſum eſt. Eo vultu dimittendæ ſunt diuitiæ quo & accipiendæ. Non tam laudabile eſt meminiſſe quàm inueniſſe. Hoc enim alienum eſt, illud proprij muneris. Fides eſt media opinionis & ſcientiæ, neutrum attingens. Euidentiſſimum docendi genus eſt ſubiectio exemplorum. Facilitas intelligentię veri parit negligentiā. Amator veri non tam expectat qualiter dicitur, quàm quid. Illum elige eruditorem, quem magis mireris in ſuis, quàm in alienis. Sunt quædā quæ eradenda eſſent de animo ſcientis, quia inſerendi veri locum occupant. Libri nō niſi ſcientiarū paupercula adminicula ſunt, principia inquirendorum continent, vt ab his negociandi principia ſumat animus. Ergo tantum ſtu-

Varronis ſententiæ.

A ſtia intermittantur nec omittantur. Natura gaudet varietate. Nihil magnificum docebit qui ſe nihil didicit. Sic multi libros deguſtant vt conuiuæ delitias, ſed cito tranſcurſa citius labantur. Renuit philoſophia faſtidientem ſtomachum, ad ſimplicem cœnam Hilarem inuitat conuiuam. Canale fiſſum eſt auris, qui audita memoriæ non commendat. Nuſquam deueniet, qui quod viderit ſequitur calles. Imperitiæ ſignum eſt, quod difficillimum eſt, exigere cito fieri. Nulla iactura grauior ſcienti quàm temporis, Vt viatores non eunt vt eant, ſic & vita non

B ſui cauſa fit, ſed vt in ea aliquid præclarum fiat. Non eſt fœlicitas quæ ſecum miſeriam recipit. Adulationis eſt ſpecimen cum laus poſtulationem præcedit. Multi laudem amittunt, quoniam ipſi eam de ſe prædicant. Hoc autem vno modo ſe ſapiens laudat, quæ in ipſo apparent bona in aliis prædicando. Vtile ſed ingloriosum eſt, ex illaborato in alienos ſuccedere labores. Hæc Marcus Varro ad Athenienſem auditorem. Iſte Marcus Terentius Varro mortuus eſt nonagenarius exiſtens. In commendationem autem eius dicit Auguſt. 6. de ciui. Dei cap. 2. Quis Marco Varrone curioſius deorum figmenta quæſiuit? Quis inuenit doctius? Quis conſiderauit

C attentius? Quis diſtinxit acutius? Quis diligentius pleniuſque conſcripſit? Qui tametſi minus ſuauis eſt eloquio, doctrina tamen atque ſententiis ita refertus eſt, vt in omni eruditione, quam nos ſæcularem, illi autem liberalem vocant, ſtudioſum rerum tantum iſte doceat quantum ſtudioſum verborum Cicero delectat. Denique & ipſe Tullius huic tale teſtimonium perhibet, vt in libris academicis dicat eam quæ ibi verſatur diſputationem ſe habuiſſe cum Marco Varrone (eius enim contemporaneus fuit) Homine inquit omnium facile acutiſſimo, & vbi cuncta dubitanda eſſe contendit, addidit ſine vlla

D dubitatione doctiſſimo. Profecto de hac re ſic erat certus, vt auferret dubitationem quam ſolet in omnibus adhibere, tanquam de hoc vno etiam pro Academicorum dubitatione diſputaturus, ſe Academicum fuiſſet oblitus. De illo etiam Terentianus elegantiſſimo verſiculo breuiter ait. Vir doctiſſimus vndecunque Varro, qui tam multa legit, vt aliquid ei ſcribere vacaſſe miremur? Tam multa ſcripſit, quàm multa vix quemquam legere potuiſſe credamus. Hic tamen deos ita coluit colendóſque cenſuit, vt in eo ipſo opere literarum ſuarum dicat ſe timere ne pereant, non incurſu hoſtium ſed ci-

E uium negligentia. De qua illos velut ruina liberari à ſe dicit, & in memoria bonorum per huiuſmodi libros recondi atque ſeruari. Quadraginta & vnum libros ſcripſit antiquitatum. Hos in res humanas diuináſque diuiſit. Rebus humanis 25. diuinis 16. tribuit. Ideo autem dixit ſe prius ſcribere de humanis rebus, quàm de diuinis, quòd prius extiterint ciuitates, deinde ab eis hæc inſtituta ſint. Dicit etiam idem Varro apud Aug. de ciui. Dei inter cætera, antiquos romanos pluſquam annos, centum & ſeptuaginta Deum ſine ſimulachro coluiſſe. Quod ſi adhuc (inquit) manſiſſet, caſtius dij obſeruarentur. Cuius ſen-

F tentiæ ſuæ teſtem adhibet gentem Iudæam. Dicit etiam idem Varro arbitrari ſe Deum eſſe animam mundi, quem Græci κόσμον vocant, & hunc ipſum mundum eſſe Deum. Sed ſicut hominem ſapientem, cum ſit ex corpore & animo, tamen ab animo ſapientem dici, ita mundum ab animo dici Deum, cum ſit ex animo & corpore. Mundus autem inquit in duas partes diuiditur, cælum & terram. Item cœlum

A.V.C. 711.

Cōmendatio Varronis ex Cicer.

Cicero de Varrone.

Teren. de Phaleuciis verſib. Terentianus de Varrone.

Varronis li. antiquitatū quid cōtineant. Auguſt. 6. ciu. c. 3.

Auguſt. in 4. ciu. c. 31.

Aug. in 7. ciui. c. 6.

A.V.C. 711.

lum & terram. Item cœlum in æthera & aera, terra vero in aquam & humum. Has omnes quatuor partes plenas eſſe animarum dicit, in æthere & aere immortalium, in aqua & humo mortalium. Poſuit & ipſe Varro (vt dicit Auguſt. in 4. de ciui. Dei. cap. 27. & lib. 6. c. 5. & c. 7.) tria genera theologiæ, id eſt tationis quæ de diis explicatur vnum μυθικὸν.i.fabuloſum, quo vtuntur poetæ cantantes in theatris, & repræſentātes per Mimos turpia geſta Deorum coram populis. Secundum ciuile, quo vtebantur ſacerdotes in templis, & ipſi quoque multa incongrua & indecentia agentes in ſacrificiis & cultu iſtorum Deorum. Tertium genus dicitur phyſicum, quo vtebantur philoſophi & docti viri, turpitudines erroneas ciuilis vel fabuloſæ theologiæ philoſophicis interpretationibus velut altioris doctrinæ ſpecie colorare conantes. Et primum quidem genus theologiæ reprahendit ipſe Varro ſcriptis, propter turpitudines quæ ibi fiebant deteſtabiles omni ſapienti, non tamen verbo arguebat metu populi. Secundum genus theologiæ ſcilicet ciuilis, & ſi ipſe non reprehendit,[a] Seneca tamen qui ethnicus fuit multum contra eam inuehitur eadem ratione, ſcilicet quia turpia & indecentia à ſacerdotibus in templo fiebant prout diffuſe declarat Auguſt. in 6. de ciui. Dei. Tertium genus & rerum vanarum & falſarum euacuat efficaciſſime Aug. de ciui. Dei lib. 7. per multa capitula. Faciebat enim ille Marcus Varro in ſuis libris quandam diſtinctionem Deorum aliquos vocans plebeios, alios nominās ſelectos, id eſt ſeorſum electos ab aliis, & hos ponit eſſe viginti videlicet Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Orcum, Liberum, patrem Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerem, & Veſtam: quos ideo appellat ſelectos, quia habent maiores adminiſtrationes in mundo, quàm alij Dij, quorum 20. duodecim mares & octo ſunt fœminæ. Et horum omnium ponit Varro propria officia, eorum in quibus ſe exercent. Sed Aug. in dicto lib. 7. pluribus capitulis reprobat efficaciſſime interpretationes naturales, quas facit Varro in illis qui dicuntur de talibus Diis, oſtendens illum multa falſa & vana dicere & ſibi inuicem repugnare, declarans in cap. 29. dicti libri Deum verum & vnum quem colimus, omnes illos effectus qui appropriantur Diis ſelectis agere per ſeipſum vel varias creaturas. Dij autem plebeij quaſi innumerabiles erant, ita vt non ſolum homines aliqui venerarentur pro diis, vt Romulus, Æneas, Hercules & huiuſmodi, ſed etiam viliſſimę creaturæ Deos vel Deas haberēt, vt Cloacędeam Cloacinā, febris Deam febrē, pallor Deum pallorem, & huiuſmodi. Quod etiam vna & eadem ſpecies creaturæ in diuerſis profectibus ſuis haberet plures Deos vel Deas, [demonſtrat Auguſt. inquiens nec ſaltem potuere vnam Segetiam talem inuenire cui ſegetes commendarent, ſed ſata frumenta quandiu ſub terra eſſent præpoſitam voluerunt habere deam Seiam: cum vero iam ſuper terram eſſent, deam Segetiam, frumentis vero collectis deam Tutilinam præpoſuerunt, præfecerunt quoque Proſerpinam frumentis germinantib. geniculis nodiſque Deum Nodotum, inuolumentis folliculorum deam Volutinam dum folliculi pateſcunt Deam Patelenam, cum ſegetes æquātur nouis ariſtis, deam Hoſtelenam, florentib. frumentis deam Floram.] Ex quibus omnibus patet, quia vani ſunt omnes homines in quibus non eſt ſcientia Dei & quia ſapientia huius mundi, quali fuit imbutus iſte Varro ita nominatiſſimus, ſtultitia eſt apud Deum, vt ait Apoſtolus 1. Corin. 3. & propterea dilatauit infernus animam ſuam & aperuit os ſuum abſque vllo termino, Eſa. 5. ſuſcipiens & in æternum retinens omnes qui coluerunt alium quàm vnum verum Deum, & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula.

Margin notes: Theologię triage nera iuxta Varronē. — Aug. in 6. ciui. c. 10. — Aug. in 7. ciui à c. 1. vſque ad 30. — Aug. in 7. ciui. c. 1. & 2. — Dij ſelecti quot. — Dij plebeij. Vide Aug. in 4. ciui. c. 8 & 23. — Aug lib. 4. cap. 8. — Sap 13. — Ad Ro. 1.

a Seneca in lib. de ſuperſtitionib. hæc facit, quæ à D. Auguſt. commemorantur, qui liber ſicut & nonnulli alij eiuſdem auctoris deſideratur.

§. IIII.

VALERIUS Maximus opus inſigne edidit, diſtinctum in nouem libros, continentes plures titulos de virtutibus & vitiis, & mirabilibus geſtis antiquorum Romanorum & Græcorum, ex quo hæc pauca ſunt excepta. In primo lib. tit. de neglecta religione. Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatémque ſupplicij, grauitate compenſat. 2. lib. tit. de inſtitutis antiquis. Aliquanto eſt facilior tranſitus virtutis ad luxuriam, quàm luxuriæ ad virtutem. Dulcedo vitæ multa & facere & pati turpiter cogit eo. cap. 5. de Thracia. In 3. lib. tit. de fortitudine, de Romulo. Publica religione conſecrata virtus nulla priuata laudatione indiget. Idem in 4. lib. tit. de animi moderatione. Nihil tam magnificum tam præclarum eſt, quod non moderatione temperari deſideret. Illa potentia tuta eſt quæ viribus ſuis modum imponit, ibidem de Theopompo. Locupletem facit aliquem non multa poſſidere, ſed pauca deſiderare, tit. de continentia. Verecundia parens eſt omnis honeſti conſilij, tutela ſolennium officiorum, magiſtra innocentiæ, chara proximis, accepta alienis, omni loco & tempore fauorabilem præ ſe ferens vultum, tit. de verecundia. In 5. lib. tit. de humanitate. Humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat, orbóſque ac truces hoſtium oculos mollit, & inter diſtrictos mucrones placidum iter reperit. Nulla acerbitate fortunæ, nullis ſordibus pretium charæ pietatis euileſcit quin, etiam eo certius, quo miſerius experimentum habet, tit. de pietate in parentes. Ponit etiam exemplum de quadam matrona incarcerata, fame ibi deficiente, cuius filia eam viſitans, & excuſa ne quid alimenti ad matrem deferret, obſeruata eſt ſolum lacte expreſſo mamillis ſuis eam diutius aluiſſe. Quod perpendens & admirans iudex matrem ipſam liberauit. Quaſi ſimile exemplum de alia quæ Cimona patrem aluit incarceratum, ibidem ſubdit. Hærent oculi hominum ac ſtupent cum huius facti pictam imaginem vident. Cæteræ quidem virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiam amoris meretur plurimum, & infra, titu. de pietate erga fratres. Quam copioſæ enim ſuauitatis illa recordatio eſt, in eodē domicilio antequam naſcerer habitaui, in iiſdem incunabulis infantiæ tempora peregi, eoſdem parentes appellaui, eadem pro me vota excubuerunt. Parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi, chara eſt vxor, dulces liberi, iucundi amici, affines accepti, ſed poſtea cognitis nulla beneuolentia debet accedere, quæ priorem exhauriat. In 6. lib. titu. ne grauiter dictis aut factis. Rutilius cum amici cuiuſdam iniuſtæ rogationi reſiſteret, iiſque per ſummam indignationem dixiſſet, quid ergo opus eſt mihi amicitia tua, ſi quod rogo non facis?

Margin notes: Valeri maximi ſententiæ memorabiles lib. 1. c. 2. — lib. 4 ca 5. Verecundiæ laus. — lib. 4. c. 5. lib. 5. c. 1. — lib. 5. ca. 4. Pietatis quanta ſit commendatio. — Lib. 5. c. 5. — Caritas ergo ſiens. — Lib. 6. c. 4. Rutilij ad Amicū iniuſto petentem reſponſum.

A.V.C. 711.
De rege quodam.

ciſ? reſpondit, imo quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſim? In 7. li.tit.de ſapienter dictis aut factis. Rex etiam ille ſubtilis iudicij, quem ferunt traditum ſibi diadema priuſquam capiti imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe. O

Lib. 7.c.2.

nobilem magis quàm fœlicem pannum, quem ſi quis pænitus cognoſcat quam multis ſolicitudinibus, periculis, ac miſeriis, ſit refertus, ne humi quidem

Lib.8.c.8.

iacentem tollere vellet, hæc enim dulcedo vicina eſt exitio. In 8.lib.titu. de otio. Otium quod induſtriæ ſtudio maximè videtur contrarium, præcipue ſubnecti debet, non quo euaneſcit virtus, ſed quo recreatur, hominem quippe rerum natura con-

Lib.8 c 10.
Eloquentiæ ornamenta.

tinui laboris patientem eſſe non ſinit. Eloquentiæ ornamenta in pronunciatione apta & conuenienti corporis motu conſiſtunt, quibus cum ſe inſtruxerit, tribus modis homines aggreditur, ſcilicet aures eorum penetrãdo, oculos demulcendo, animos inuadendo. titu. quantum momentum ſit in pronunciatione, & apto motu corporis. In 9.lib. titu.de luxuria. Blandum malum luxuria, quam accuſare ali-

Lib. 9.c.1.
Luxuriam accuſare. facilius quam vitare.

quanto facilius eſt quàm vitare. Inſeratur operi noſtro non quidem vt honorem vllum recipiat, ſed vt ſeipſam recognoſcens, ad pœnitentiam impelli valeat. Sed quid ego de fœminis vlterius loquor, quas & imbecillitas mentis & grauiorum operum negata affectio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conferre, cum temporum ſuperiorum & nominis & animi excellentes viros in hoc priſcæ continentiæ ignotum diuerticulum videam prolapſos? Quid ergo his vitiis fædius, quid etiam damnoſius, quibus virtus atteritur, victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam conuertitur, animique

Lib.9.3.
Ira & odiũ magnos fluctus cõcitant.

pariter & corporis vires expugnantur? Ira quoque & odium, magnos in pectoribus humanis excitant fluctus, procurſu celerior illa nocendi cupidine hoc pertinacius, vterque conſternationis plenus affectus, ac nunquam ſine ſui tormento violentus, quia dolorẽ cum inferre vult, patitur amara ſolicitudine ne vltionũ contingat anxius. Occultum iam & in-

Lib.9.c.6.
Perfidiæ vituperatio.

ſidioſum malũ perfidia latebris ſuis extrahatur, cuius efficaciſſimæ vires ſunt mentiri ac fallere, fructus autem in aliquo admiſſo ſcelere conſiſtit, tamen certus, cum animi crudelitatem nefariis vinculis circundedit, tantum incommodi afferens humano generi, quantum ſalutis bona fides præſtat.

§. V.

TEMPORE [a] etiam ipſius Octauiani claruit Marcus Tullius Cicero eloquentiſſimus latinorum, & in principio ſui imperij Caietæ occiſus eſt, vt patet ſupra. Hic vt ait Auguſt. Deum volens ſicut poterat breuiter definire inquit. Mens eſt quæ-

Aug.22.de ciu.c.29.

dam ſoluta & libera ſecreta ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & mouens ipſaque prædita motu ſempiterno. De eo Hiero. 2. Ioui. ait Ci-

De' quid ex Cicerone.

cero rogatus ab Hircio, vt poſt repudium Terentiæ ſororem eius duceret, non acquieuit, dicens, ſe non poſſe vxori & philoſophiæ pariter operam dare.

Lib.1.offi.

Scripſit autem Cicero complures libros, ex qui-

a M.T. & cum Rep. floruit & cum rep. extinctus eſt: quamuis enim reip. aliquantulum ſuperſtes extiterit, vt pote qui & C. Iulij Cæſaris dominationem pertulit, & ab Auguſto in triumuiratu proſcriptus fuit, ille tamen ſiue illius eloquentiam ſpectes, ſiue res ipſius geſtas conſideres libera republ. claruit, neque adhuc vnius imperio libidinique ſubiecta.

A.V.C. 711.
Sententiæ Cic. ex lib. offic.

A bus pauciſſima excerpta hic ponentur. In lib. de officiis ait, Atque ita placet Stoicis quæ in terris gignantur, ad vſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa fuiſſe generatos, vt ipſi inter ſe, alij aliis prodeſſe poſſent. In hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes vtilitates afferre in medium. Sed iuſtitię primum munus eſt vt ne cui quis noceat, deinde vt communib. pro communib. vtatur, priuatis vt ſuis. Iam illis promiſsis non ſtandum eſſe quis non videt, quæ quis metu coactus vel dolo deceptus promiſerit. Exiſtunt ſæpe iniuriæ calumnia quadam, nimis callida ſeu malicioſa iuris

B interpretatione, ex quo illud ſummum ius ſumma iniuria factum eſt, iam tritum ſermone prouerbium. Omnium ſocietatum nulla præſtantior eſt, nulla firmior, quàm cum boni viri moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. Nihil enim amabilius nihil copulatius eſt, quàm morum ſimilitudo bonorum in quibus enim eadem ſtudia, eædem voluntates, in his ſit vt alter altero æque delectetur ac ſeipſo, efficiturque id quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, vt vnus fiat ex pluribus. Vita victúſque communis, conſilia, ſermones, cohortationes, conſolationes interdum etiam obiurgationes in amicis

C vigent maximæ. Eſtque illa iucundiſsima amicitia quam ſimilitudo morum coniugauit, ſicut ſcientia quæ remota eſt à iuſtitia callidatas potius quàm ſapientia eſt appellanda, ſic & animus paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate non communi vtilitatę impellitur, audaciæ potius nomen habet quàm fortitudinis. Qui reipublicæ profuturi ſunt, duo præce-

Cic.in lib. de rep.

pta Platonis teneant. Vnum vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agunt ad eam referant, obliti commodorum ſuorum, Alterum vt totum

Aug. 2. ci. cap.21.

corpus reipublicæ procurent, ne dum aliquam partem tuentur, reliquas deſerant. Tullius in libro de

D republica inducit Scipionem diſputantem de republica, & confirmantẽ non vt quidam putabat rempublicam ſine iniuria regi non poſſe quod falſum

Sine iuſtitia reſpub. regi nõ poteſt.

eſt. Sed hoc eſſe veriſsimum, ſine ſumma iuſtitia rempublicam regi non poſſe, quod & Lælius confirmauit dicens. Nil tam inimicum ciuitati quàm iniuſtitiam, nec omnino niſi magna iuſtitia geri aut

Reſpubl. quid.

ſtare poſſe rempublicam. [Qua quæſtione quantum ſatis viſum eſt pertractata Scipio ad intermiſſa reuertitur, recolitque ſuam, atque commendat bre-

Populus

uem reip. definitionem: quæ dixerat eam eſſe rem populo: populum autem non omnem cœtum multitudinis] ſed cœtum multitudinis iuris conſenſu &

E vtilitatis conditione ſociatus, [atque ex illis ſuis definitionib.] colligitur tunc eſſe rempublicam, id eſt rem populi cum iuſte & bene regitur ſiue ab vno rege, ſiue à paucis optimatibus ſiue ab vniuerſo populo. [Cùm vero iniuſtus eſt rex, quem tyrannum more Græco appellauit, aut iniuſti optimates, quorum conſenſum dixit eſſe factionem, aut iniuſtus eſt populus, cui nomen vſitatum non reperit niſi vt etiam ipſum tyrannum vocaret, omnino nullam eſſe rempubl.] quia in illis non eſt cœtus multitudinis conſenſu iuris ſociatus, cum non ſit in eis ius,

F quia nec iuſtitia, vnde ius dicitur quaſi iuſtum, nec quæritur communis vera vtilitas, ſed priuata, ſcilicet corporis & temporalium rerum, non animæ. Et inducit verbum Ennij poëte qui ait.

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

Concludit ergo rempublicam Romanam tempore ſuo non peſsimã & flagitioſiſsimam eſſe, vt Saluſtius deſcripſit, ſed iam periiſſe, & nullam eſſe. Sed

vt ait

A.V.C. 711.

Salluſt.in Catil.

Iuſtitia nō eſt niſi in Eccleſia Dei.

Auguſt.de ſer. domini in mōte cap.9.

Aba.2.

Cic.1.off.

A vt ait Aug.in 19.de ciui. Dei c. 21. Nunquam ante fidem ſuſceptam ibi fuit reſpublica, quia nunquam ibi fuit vera iuſtitia. Licet enim ab antiquioribus Romanis melius quodammodo adminiſtrata fuerit quàm à poſterioribus, vera tamen iuſtitia non eſt niſi in ea republica, cuius cōditor & rector eſt Chriſtus ſcilicet Eccleſia Dei. Auguſt. Qui & 24.q.1. vbi ſana.ait. Vbi ſana fides non eſt, ibi iuſtitia eſſe non poteſt, quia iuſtus ex fide viuit, ait Abachuc. Idem Cicero ait. Nihil eſt laudabilius nihilque præclaro viro dignius placabilitare & clementia, quæ tamen ita probanda eſt, vt adhibeatur reipublicæ cauſa ſe- B ueritas, ſine qua ciuitas non poteſt adminiſtrari. Peregrini & incolæ officium eſt, nihil preter negotium ſuum agere, nihil de alio inquitere, miniméque in aliena eſſe republica curioſum. Sit vox loquentis dulcis, & non contenſioſa, neque languens neque canora, videátque in primis de quibus rebus loquatur, ſi ſeriis, ſeueritatem adhibeat, ſi iocoſis, leporem. Neſcio quomodo fit vt magis in aliis quàm in

Cic.2.off.

nobiſmetipſis cernamus, ſi quid delinquitur. Quia idipſum quod decorum honeſtúmque dicimus, per ſe nobis placet, animóſque omnium natura & ſpecie ſua mouet, idcirco illos in quibus eas virtutes eſſe C remur, à natura ipſa diligere cogimur atque hæc quidem eſt cauſa diligendi grauiſſima. Tanta eſt iuſtitiæ vis, vt ne illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur, ſine vlla eius particula viuere poſſint, ille enim qui archiperata dicitur niſi æqualiter prædam diſpartiatur, aut occidetur à ſociis, aut relinquatur.

Cic.3.off.

Publium Scipionem ſcripſit Cato dicere ſolitum nunquam ſe minus otioſum eſſe, quàm cū otioſus, nec minus ſolum, quàm cum ſolus eſſet, Magnifica vero ac viro magno & ſapiente digna, quæ declarat illum in otio de negotiis cogitare, & in ſolitudine ſenum loqui ſolitum. Certe ſi omnes homines D Deóſque celare poſsimus nihil tamen auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe faciendum eſt. In amicitiis maxime perturbantur officia. Honores, diuitiæ voluptates, & cætera generis eiuſdem, quæ videntur vtilia, nunquam amicitiæ anteponenda ſunt. At neque contra rempublicam, neque contra iuſiurandum ac fidem, amici cauſa, vir bonus faciet, nec ſi iudex quidem fuerit de ipſo amico, ponit enim perſonam amici cum induit iudicis. Si omnia quæ amici velint facienda ſunt, non amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. Tollendum eſt ex rebus contrahendis omne mendacium. Non licitatorem E venditor, nec qui contra liceatur emptor apponet. Vterque ſi ad eloquendum venerit, non plus quàm ſemel eloquetur. Idem in lib. de amicitia. Eſt autem

Sententiæ Ciceronis ex Lælio. Quid ſit amicitia.

amicitia nihil aliud niſi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia & charitate conſentio. Quæ poteſt eſſe, vita vitalis, quæ non in amici mutua beneuolentia conquieſcit? Quid enim dulcius quòd habere quo cum audeas ſic loqui vt tecum? Scipio nihil difficilius eſſe dicebat, quàm amicitiam vſque ad extremum vitæ diem permanere. Peſtem nullam eſſe maiorem in amicitiis quàm in pleriſque pecuniæ cupiditatem, in optimis qui- F buſq; certamen honoris & gloriæ, ex quo inimicitias maximas ſæpe inter amicisſimos extitiſſe. Nulla eſt excuſatio peccati ſi, amici cauſa peccaueris Hæc igitur prima lex amicitiæ ſanciatur, vt ab amicis honeſta petamus & amicorum cauſſa honeſta faciamus. Conſilium verum libere dare gaudeamus plurimum in amicitia amicorum beneſuadentium valet authoritas, hoc etiam in amicitia ſan-

A ciatur, vt neque rogemus res turpes, neque rogati faciamus. Turpis enim excuſatio eſt, & minime accipienda, ſi quis contra rempublicam amici cauſa ſe feciſſe fateatur. Præcipiendum ergo bonis eſt, vt ſi in prauorum amicitias ignari caſu aliquo inciderint, ne exiſtiment ita ſe alligatos, vt ab amicis in rempub. peccantibus non diſcedant, Improbis autem pœna ſtatuenda eſt. Nec minor vero iis qui ſecuti erunt alterum, quàm iis qui ipſi fuerunt impietatis duces. Non mihi minoris curæ eſt qualis res publica poſt mortem meam futura ſit, quàm qualis hodie ſit. Hi qui ſuperiores ſunt ſubmitere ſe debent B in amicitia, & ſic quodammodo inferiores extollere. Firmamentum ſtabilitatis & conſtantiæ quam in amicitia quærimus eſt fides. Si Deus nos ex hac hominem frequentia tolleret, & in ſolitudine vſpiam collocaret, atque ibi ſuppeditans omnium rerum, quis natura deſiderat abundantiam, & copiam, hominis omnino aſpiciendi eriperet poteſtatem, quis eſt tam ferreus, qui eam vitam ferre poſſet? cuique non auferret voluptatum omnium fructum ſolitudo? naturam enim nihil ſolitarium amat. Cuius aures ita veritati clauſæ ſunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. Vt igitur

Peſtis amicitiæ adulatio.

Sententiæ ex Catone maiore.

C & monere & moneri proprium eſt veræ amicitiæ & alterum libere facere, non aſpere, alterum patienter accipere, non repugnanter, ſic habendum eſt nullam in amicis maiorem eſſe peſtem quàm adulationem, quæ eſt vitium hominum leuium atque fallacium. Idem in lib. de ſenectute. Quiete & pure atque eleganter actæ ætatis placida & leuis eſt ſenectus, nam conſcientia bene actæ vitæ, benefactorúmque multorum recordatio iucundiſſima eſt. Temeritas eſt florentis ætatis, prudentia ſenectutis. Quod ſi legere aut audire volens externa, maximas reſpublicas ab adoleſcentibus labefactatas, à ſeni- D busautem ſuſtentatas & reſtitutas reperietis. Non viribus aut velocitate corporis res magnæ geruntur, ſed conſilio, authoritate, ſententia. Decorus eſt ſermo ſenis, quietus, & remiſſus. Facítque ſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis compta & mitis oratio. Quos ait Cæcilius Comicus ſtultos ſenes, hos ſignificat credulos, obliuioſos, & diſſolutos, quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis ignauæ ac ſomniculoſæ ſenectutis, vt petulencia, vt libido magis eſt adoleſcentum quàm ſenum, nec tamen omnium adoleſcentum ſed non proborum, ſic illa ſenilis ſtultitia, quæ deliratio dicitur, ſenum eſt, non omnium, E ſed leuium. O præclarum munus ætatis, ſi quidem id confert à nobis quod eſt in adoleſcentia vitioſiſſimum, ſcilicet libidinem corporis. Impedit conſilium voluptas, rationis inimica, ac mentis (vt ita dicam) oculos præſtringit, nec habet vllum cum virtute commercium Apex ſenectutis eſt authoritas, vnde in ſenatu vt quiſque ætate antecedit, eius ſententia principatum tenet, non tamen cani, nec rugæ authoritatem repente afferre poſſunt ſed, honeſte acta ſuperior ætas fructus authoritatis capit extremos. Fruſtra ſperat adoleſcens vel promittit ſe diu victurum. Quid enim ſtultius quàm incerta F pro certis habere? quinetiam illa ætas multo plures quàm ſenectus habet mortis caſus, facilius enim in morbos adoleſcentes incidunt, grauius ægrotant, triſtius curantur. In hoc melioris conditionis eſt ſenex, quia quod ſperat adoleſcens, ipſe conſecutus eſt. Et ſicut poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur, ſi matura & cocta decidunt, Sic vis adoleſcentibus vitam auferre, ſcilicet quaſi violenter, ſenibus

A.V.C. 711.

maturitas. Non eſt lugenda mors quam immortali- A
tas ſequitur. Meditatũ debet eſſe ab adoleſcentia vt
mortem negligamus: ſine qua meditatione tran-
In.1. de oratore. quillo animo nemo eſſe poteſt. moriendum enim
certè eſt: & id incertum an eo ipſo die. Idem in libro
de oratore. Ingenium propter celeres motus &
In præfat. parad. vberes ad cogitandum & loquendum maximam
vim affert ad orandum. Quicquid autem eſt in quo
in dicendo offenditur: illud etiam eáque laudanda
ſunt obruit.

Idem in paradoxis. Nlhil eſt tam incredibile quòd
non diſcendo fiat probabile. Nihil tam horridum
& incultum quòd non ſplendeſcat oratione & tan- B
quam excolatur: ſicut improbo & ſtulto & inerti
Libertas quid. nemini bene eſſe poteſt: ſic bonus vir & ſapiens
& fortis miſer eſſe non poteſt: omnis ſapiens liber:
omnis ſtultus ſeruus. Quid eſt libertas: poteſtas vi-
uendi vt velis. In Philippicis eiuſdem orationibus
idem ait. Quo maior eſt vis animi quàm corporis,
eo grauiora ſunt mala quæ animo concipiuntur,
quàm quæ corpore feruntur. Miſerior ergo eſt qui
in ſe ſuſcipit ſcelus, quàm qui alterius facinus ſuſci-
pere cogitur. Idem. Cuiuſuis hominis eſt errare,
Inſipiẽtis eſt in errato perſeuerare. nullius autem niſi inſipientis in errato perſeuerare.
Poſteriores enim cogitationes (vt aiunt) ſolent eſſe C
ſapientiores. Optimus eſt portus pereunti, mutatio
Cic. in 1. de legib. conſilij. Idẽ. Lex nihil aliud eſt quàm recta & à nu-
mine tracta ratio, imperans honeſta, & prohibens
In prefat. 1. de iud. contraria. Idem. Male partæ male dilabuntur. Item
Sex partes orationis rethoricę. lib. rhetoricorum. Sapientia ſine eloquentia parum
prodeſt, eloquentia vero ſine ſapientia nunquam
prodeſt, ſed plerúmque nimium obeſt. Cum homi-
nes multis rebus humiliores & infirmiores ſint, hac
in re beſtiis maximè præſtare videntur, quòd loqui
poſſunt, quare præclarum mihi quiddam videtur
adeptus, is qui in ea re hominibus antecellit, quare
homines beſtiis præſtant. Idem in rhetorica prima. D
Partes orationis rhetoricæ ſunt ſex, ſcilicet exor-
dium, narratio, partitio, confirmatio, reprehenſio,
& concluſio. Exordium eſt oratio animum audito-
ris idonei comparans ad reliquam dictionem, quod
eueniet, ſi eum beneuolum, attentum docilémque
fecerit. Beneuolentia quatuor ex locis comparatur
ſcilicet à noſtra, ab aduerſariorũ & ab iudicum per-
ſona, & in ipſa re agitur. Attentos auditores fa-
cimus, ſi ea quæ dicturi ſumus noua, magna, & in-
credibilia eſſe demonſtramus, & nos breuiter cau-
ſam noſtram expoſituros pollicemur. Dociles eos
facimus ſi aperte ac breuiter ſummam cauſæ expo- E
nimus. Cumque docilem velis facere, ſimul & at-
tentum facias oportet. Nam is maxime docilis eſt,
qui attentiſſime audire paratus eſt. Narratio eſt re-
Narratio quid. rum geſtarum aut vt geſtarũ expoſitio, quam opor-
tet habere tria, vt ſcilicet ſit breuis, probabilis, &
aperta. Multos autem imitatio breuitatis decipit,
vt cum breues ſe eſſe putent longiſſimi ſint cum
dent operam vt multas res breuiter non pauca di-
cant. Partitio illuſtrem & perſpicuam totam facit
orationem. Huius partes ſunt duæ. Vna quæ quid
cum aduerſariis conueniat, & quid in controuerſia
relinquatur, oſtendit, ex qua certum quiddam deſi- F
gnatur auditori, in quo animum debeat habere oc-
cupatum. Altera eſt in qua earum rerum de quibus
dicturi ſumus breuiter expoſitio ponitur diſtributa.
Ex qua conficitur vt certas res animo teneat audi-
tor, quibus dictis intelligat fore peroratum. Et hæc
debet habere tria, ſcilicet abſolutionem breuita-
tem, & paucitatem. Confirmatio eſt quam argu-

A mentando noſtræ cauſæ fidem & authoritatem, & A.V.C. 711.
firmamentum adiungit oratio. Reprehenſio eſt per
quam argumentando aduerſariorum confirmatio
diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. Concluſio eſt
totius orationis exitus & determinatio. Idem. Re-
rum expetendarum tria ſunt genera. Vnum quod In 2. de inuent.
ſua vi nos alliciat ad ſe, non emolumento aliquo Expetendarum rerum tria genera.
captans, ſed ſua dignitate trahens, vt virtus ſcientia,
veritas, Aliud non propter ſuam vim & naturam,
ſed propter fructum & vtilitatẽ petendum vt pecu-
nia. Tertium ex eorum partibus iunctum quod ſua
vi & dignitate nos ducit, præ ſequandam vtilitatem
B gerit quo magis expetatur: vt amicitia. In primo ge-
nere ſunt honeſta, in ſecundo vtilia, in tertio ea quæ
partem honeſtatis continent & partem vtilitatis,
ſed in meliorem partem vocabuli conferantur &
honeſta nominentur. Ex his efficitur vt appetenda-
rum partes ſint honeſtas & vtilitas, vitandarum au-
tem turpitudo & inutilitas, Idem. Honeſti autem
partes duæ ſunt, quarum altera ſimplex, altera iun- Cic. ib.
cta. id eſt vna propter ſe ex toto appetitur, altera ex
aliqua parte propter ſe, & altera propter vtilitatis
fructum, In primo genere omnes res vna vi atque Virtus quid.
vno nomine virtus amplectitur. Nam virtus eſt ha-
C bitus animi naturæ modo rationi conſentaneus. Et
habet quatuor partes ſcilicet prudentiam, iuſtitiam,
fortitudinem, temperantiam. Exinde ponit defini-
tionem ſingularum, & virtutes aliáſque partes ea-
rum cum definitionibus ſuis. de quibus omnibus
plenius in tractatu de virtutibus, propter ſe autem
vitanda ſunt, non modo, quæ his contraria ſunt, vt
fortitudini ignauia, iuſtitiæ iniuſtitia, verum etiam
illa quæ finitima & propinqua eſſe videntur. Vni-
cuíque etiam virtuti finitimũ vitium reperietur, vt
audacia fidentiæ, pertinacia perſeuerantiæ, ſuperſti-
tio religioni, & huiuſmodi. Idem in tuſculanis. Ne-
D mo vnquam ſine magna ſpe immortalitatis ſe pro M.T. 1. tuſci.
patria offerret ad mortẽ. Et neſcio quomodo inhæ-
ret mentibus quaſi ſæculorum quoddam augurium Hæc eſt authoritas theologica fidei chriſtianę maxime conueniens.
futurorũ, idq; in maximis ingeniis & altiſſimis animis,
& exiſtit & maximè apparet facillime, quo quidem
dempto quis tam amens eſſet, qui ſemper in labori-
bus & periculis viueret. Græcorum prouerbium eſt.
Quam quíſquis norit artem, in hac ſe exerceat.
Cum corporis facibus ad omnes cupiditates in
flammari ſoleamus, profecto beati erimus, cum cor-
poribus relictis & cupiditatum & æmulationum
erimus expertes, totoſque nos in contemplandis re-
E bus perſpiciendiſque ponemus, quia etiam natura
ineſt mentibus noſtris inſatiabilis quædã cupiditas
veri videndi, qua præcipue viſione fruentur. [quin-
tum etiam, cũ has terras incolentes circunfuſi erant M.T. 3. tuſc.
caligine, tamen acie mentis diſpicere cupiebãt] Idẽ,
Sũt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutũ, quæ
ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam na-
tura perduceret, nunc autem ſimul editi in lucem
& ſuſcepti ſumus, in omni continua prauitate &
inſumma opinionum peruerſitate verſamur, vt pe- M.T. 4. tuſcu.
ne cum lacte nutricis errorẽ ſuxiſſe videamur Idem
Stultitiæ proprium eſt aliorũ vitia cernere, ſuorum
F obliuiſci. Voluntas eſt qua quod eſt ex ratione deſi- M.T. 2o. legibus.
deratur, Sic enim eam Stoici definiunt quam putant
eſſe in ſolo ſapiente. Que autẽ rationi aduerſa vehe-
mentius incitata eſt: & libido vel cupiditas eſt effre-
nata? quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Idem. Sapi-
entis propriũ eſt nihil, cuius pænitere poſſit, facere:
nihil inuitum ſplendide, conſtanter, grauiter, hone-
ſte omnia, nihil ita expectare quaſi certo futurum,
nihil.

A.V.C. 711.

A nihil cum acciderit admirari, [vt inopinatum ac nonam occidiſſe videatur] ſuis ſtare iudiciis hanc ſane video ſapientiſſimorũ fuiſſe ſententiam, legem non hominum ingeniis excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed æternum quoddam quod vniuerſum mundum regeret imperandi prohibendiq; ſapientia. Idem in libro de natura deorum. Nihil virtute amabilius eſt, quã qui adeptus fuerit vbicunq; gentium erit, à nobis diligetur. Amicitiámque ſi ad fructum noſtrum referimus, & non ad illius commodum quem diligimus, non eſt amicitia ſed mercatura quædam vtilitatum ſuarum: prata & arua & pecudes hoc modo diliguntur. Idem. Quid tam perſpicuum cum cœleſtia contemplamur, quàm eſſe aliquod numen prẹſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur? Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur, Idem. Cauſarum ignoratio in re noua mirationem facit, quod autem crebro videt quis, non miratur, etiã ſi cur fiat neſcit. Idem in libro de fato. Ad animatorum motus voluntarios non eſt requirenda externa cauſa, motus enim voluntarius eam naturam continet in ſe, vt ſit in noſtra poteſtate nobiſque pareat. Idem in libro de creatione mundi. Parentem vniuerſitatis huius inuenire difficile eſt. Et cum iam quis eum inuenerit, indicare in vulgus nefas eſt. Idem in dialogo ad filium. Cõmunia quaſi quinque lumina orationis ſunt hæc, dilucidum, breue, probabile, illuſtre, ſuaue. Idem in libro academicorum. Inepte quis Mineruã docet. Idem. Ipſam victoriam viciſſe videtur, qui ea quæ illa adeptus eſt, victis remiſit. Idem. Nulla de virtutibus plurimis mirabilior nec grauior miſericordia, homines enim ad deos nulla re propius accedunt quàm hominibus dando. Quis vnquã tam crudelis in aliquem fuit, vt prohiberet eum aut ſibi mærere aut cæteris ſupplicare? Vſus aſſiduus vni rei dictus & ingenium & artem ſepe vincit. Iſte Cicero etſi eloquẽtiſsimus, infideli tamẽ, & circa diuina errauit in multis & præcipue negando diuinam præſcientiam, prout oſtendit Aug. in 5. de ciuitate Dei. c. 9. Nam videbatur Ciceroni quod non poſſet conſtare liberum arbitrium hominũ præſuppoſita præſcientia Dei infallibili. Et ideo vt oſtenderet libertatem arbitrij vel ad bonum vel ad malum negauit Dei præſcientiam contra humanos actus. Sed Aug. confutans eum oſtendit clare quòd Dei præſcientia infallibilis non tollit libertatem voluntatis hominum, ſed ſimul manent, nec ſibi contrariantur & præſcientia Dei & libertas arbitrij. Et hoc etiam habetur. 23. q. 4. Nabuchodonoſor, cum ſeq. c. & plenius in prima parte S. Thom.

M.T. 2. de leg. — M.T. 14. de nat. Deo. — M.T. 2. de nat. Deo. 2. de diui. — M.T. in lib. de vniuer. — M.T. in part. — Concor. l. imperialis. C. dicitur. ou, Pro Mar. — Liberum arbitrium non tollit preſciẽtiã Dei nec illa illud.

§. VI.

FVIT contemporaneus Tullij Salluſtius nobilis ciuis romanus, multum & ipſe eloquens, ſed inimicus Ciceronis, vnde inuectiuas contumelioſas contra ſeinuicem ſcripſerunt, quod eſt contra doctrinam chriſtianorũ. Vnde patet quod omnis labor eorum erat in ore ipſorũ ad ornate dicendum, non ad operandum quæ docebant, ſed vt Salomon inquit. Anima horũ non ditabatur, ſcilicet virtutibus, ſed pauperes & vacui erant ipſis veris. Et inter cætera hic erat error communis gentilium, mundana ſapientia ſplendentium, exiſtimabant enim ſuo libero arbitrio ſine auxilio gratiæ Dei poſſe eſſe vere virtuoſos, cum tamen dicat Aug. Vbi deeſt cognitio æternæ & incommutabilis veritatis, falſa eſt virtus etiam in optimis hominibus. Scripſit autem Salluſtius duos libros, ſcilicet Iugurthinum, & Catilinarium, & librum hiſtoriarum, qui tamen non reperiuntur. Ex prædictis aliqua excepta hic ponuntur. In Catilinario ait. Priuſquam incipias conſulto, id eſt conſilium ſumere, vbi conſulueris mature opus eſt facto. Optimus quiſque facere mauult quàm dicere. Virtuti omnia parent. Secundæ res etiam ſapientum animos fatigant. Auaritia fidem, probitatem, cæteraſque bonas artes ſubuertit, pro his ſuperbiam crudelitatem, deos negligere, omniáq; venalia habere edocuit. Auaritia pecuniæ ſtudiũ habet, quam nemo ſapiens concupiuit. Ea quaſi malis venenis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat ſemper infinita, inſatiabilis eſt, neque copia, neque inopia minuitur. In Cæſaris oratione. Qui magno imperio præditi in excelſo ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Itaque in maxima fortuna minima licentia eſt. In Portij Catonis oratione. Plurima maiores noſtros magnos fecerunt, quæ in nobis nulla ſunt domi, induſtria, foris iuſtũ imperium, animus in conſulendo liber, neque delictus neque libidini obnoxius. Pro his autem nos habemus domi luxuriam atq; auaritiam, publice egeſtatem, priuatim opulentiam. Laudamus diuitias, ſequimur inertiam. Inter bonos & malos nullum diſcrimen eſt. Omnia præmia virtutis ambitio poſsidet, domi voluptas, foris aut pecuniæ ſeruitur aut gratiæ. Idem in Iugurthino. Fruſtra niti nec aliud ſe fatigando niſi odium quærere, extremè dementiẹ eſt. In verbis Micipſæ ad liberos. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. In. C. Mennij oratione, Plura ſunt quæ licet grauia ſint, tamen per conſuetudinem pro nihilo habentur. Poſt gloriam inuidiam ſequi memineris. Itaq; quo clarior es vel eris eo magis anxium vel ſolicitum te eſſe oportet. Bono more ſatius eſt vinci quàm malo iniuriam vincere. Quod autem in Catilinaria dicit Salluſtius in laudem Romanorum qui fuerunt poſt reges eiectos ſub conſulibus, quòd ſcilicet ius bonúmq; apud eos non legibus magis quàm natura valebat, probat Aug. in 2. de ciui. Dei. c. 18. non fuiſſe verum, quia & tempore regum & tempore conſulũ etiam in principio multa iniqua & mala geſta ſunt per eos. Et ſi illo paruo tempore, quo Tarquinius eiectus adiutorio Porſenæ quæſiuit regnum recuperare amiſſum, fuerunt vniti & quieti inter ſe, hoc fuit metu Tarquinij, non amore virtutis. Vnde ſubito poſt mortem illius, quaſi non amplius timerent, exortæ ſunt magnæ diſcordiæ & inuidiæ & inter plebem & nobiles, ac etiam ſeditiones. Et inter cætera etiam Salluſtius dicit quòd plebs erat fœnore oppreſſa, deinde ſemper mala creuerunt & innumeræ cedes.

D.Thom. in 2. p. q. 14. ca. 13 & 22. 4. & 23. — A.V.C. 711. — Saluſtiani flores. — Deteſtatio auaritiæ.

§. VII.

DE Virgilio poëta qui floruit tempore Octauiani, & obiit etatis ſuæ anno 53. Brunduſij ſed Neapoli corpus eius ſepultum eſt. Mantuæ autem genitus, Hic ab omnibus commendatur ex libris eius. vnde Aug. in 1. de ciui. Dei, cap. 3. ait. Virgilium propterea paruuli legunt, videlicet vt poëta magnus omniúmque præclariſsimus atque optimus teneris ebibitus annis, non facilè obliuione poſsit aboleri. Macrobius de eo inquit nullius ſcientiæ eum fuiſſe expertem. Iuuenalis ipſum Homero comparat in Satyra 11. dicens.

Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis.
Altiſoni dubiam facientia carmina palmam.

Hic autem cum ſibi ab inuidis obiiceretur quòd Homericos verſus ſuo operi insereret, reſpõdit magnarum virium eſſe clauam extorquere de manu Herculis. Hic Virgil. dicebat ſe parere verſus more atq; ritu

Virgilius laudatur. — Macro. li. 1. in cõm. in ſom. Scip.

A.V.C 711. ritu vrſino. Nam v... beſtia partum edit ineffigiatum informémque: lambendo quæ poſtea id quod edidiſſet, conformaret & fingeret. Sic ingenij ſui partus recentes rudes eſſe facie & imperfectos, ſed deinceps, tractādo colendóq; reddere his quaſi oris & vultus lineamenta. De quo etiā referuntur multa fuiſſe peracta Neapoli & Romæ arte Necromantica. Quod autem fuerit intemperatus vitio peſsimo, oſtendit Iuuenalis dicens. A

Nam ſi Virgilio puer & tollerabile deſit
Hoſpitium, caderent omnes à crinibus hydri.

Tres autem libros edidit vt patet in epitaphio ſuo. Cecini paſcua, rura duces, id eſt bucolica, geotgica, & Æneida. Illud etiam aduertendum Virgilium non tam fuiſſe eloquentem in proſa quàm in verſibus faciendis. Vnde Sene. in lib. 3. declamationum ait. Magna quoq; ingenia non plusquàm in vno eminuerunt opere. Virgiliū illa ingenij fœlicitas in oratione ſoluta reliquit. Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit. Quod autem Virgilio attribuantur libri intitulati, Virgilius de culice, & Virgilius in Ætna dicit Vin. in ſpe. hiſt. lib. 7. hoc eſſe apocryphū. Dicit autem Aug. in 10. de ciui. Dei c. 27. quædam de Chriſto prophetata eſſe à Virgilio, vt B

Sent. in proœ. lib. 3. controu.

Prophetia Virgilij de Chriſto.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.

Virgilius in buccolicis Ecloga 4. cū verſu, ſequenti.

Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Et illud ibidem.

Te duce, ſi qua manet ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Hier. ad Paul.

Hoc autem Hieronimo non placet, ſcilicet prophetiam fuiſſe de Chriſto, ſed alia intentione, & de alio dicta, ſed à Proba Falconia in Centone dicta Virgilij artificioſe Chriſto coaptata eſſe, quod & Iſidorus confirmat. Et quamuis verum ſit quod ait Hieronymus, cum hoc etiā poteſt ſtare quod ait Aug. ſcilicet quod propheticè hoc dixerit large ſumendo prophetiam, prout ſumitur Ioa. 11. vbi dicitur de Caipha dicente in cōcilio Iudæorum. Expedit vt vnus moriatur homo pro populo &c. Subdidit euangeliſta. hoc à ſemetipſo nō dixit, ſupple ſed à ſpiritu ſancto, quia cum eſſet pontifex anni illius prophetauit, quòd Chriſtus moriturus erat pro gente &c. id eſt pro ſalute gentium. Sed clarū eſt quòd Caiphas non dixit ea intentione, & tamen dicitur prophetaſſe, quia illa quæ dixit prophetica erant, licet ipſe non intellexerit. Sic ergo poſſet dici, quòd ſpiritus ſanctus ad prænunciandum myſterium incarnationis, etiam per ethnicos fecit illa dicere ad hoc ſignificandum licet ipſe Virgilius hoc non intenderet, ſed aliud.

Proba Falconia cen tonem ex Virgilio de Chriſto confecit.

Caiphas quomodo dicitur ꝓphetaſſe.

Virgilius an de Chriſto ꝓphetauerit.

Sententiæ P. Maronis.

Idem Virgilius in bucolicis Ecloga 2.

Trahit ſua quemque voluptas.

Ecloga 3.

Ab Ioue principium.

Idem ibidem.

Qui legitis flores & humi naſcentia fragra,
Frigidus ô pueri fugite, hinc latet anguis in herba.

Ecloga 5.

Grandia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis,
Infœlix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

Ecloga 8.

Non omnia poſſumus omnes.

Idem ibidem.

Numero Deus impare gaudet.

Ecloga 10.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
Adde, etſi mundi: multo magis Chriſti.

Idem in Georgic. 2. A.V.C 711.

O fortunatos nimium ſua ſi bona norint agricolas.

Georg. 2.

Labor omnia vincit improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.

Georg. 3.

Optima quæque dies miſeris mortalibus æui.
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.

Ibidem.

Frigidus in venerem ſenior, fruſtráque laborem,
Ingratum trahit. Ibidem.
Hortare, viámque inſiſte domandi,
Dum faciles animi, iuuenum dum mobilis ætas,

Idem Æneidos Lib. 1.

Soluite corde metum Teucri, ſecludite curas. In 2.
Furor iraque mentem,
Præcipitant. In 3.
Quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames, In 4.
Degeneres animos timor arguit. Ibidem.
Varium & mutabile ſemper
Fœmina ſi profert & cogitat. In 6.
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oráque centum.
Ferrea vox, omnes ſcelerum deprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem. C

In laudem etiam Romanorum deſcribit quid in regendo præſidentes agere debeant inquiens. In 6.

Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes. pacique imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Ponit etiam & varias pœnas in alia vita eorum qui hic peccauerūt. Errauit autem Virgilius in eo quod opinatus eſt & dixit omnes pœnas vel humanis inflictas legibus vel diuinis, ſiue in hac vita, ſiue poſt mortem emendationi adhiberi. Quod ſenſerunt Platonici, aſſerentes etiam nulla peccata impunita eſſe. Vnde Aug. 21. de ciui. Dei c. 13. inquit. Hinc eſt illa Maronis ſententia. In 6. Æneidos, vbi cum dixiſſet de terrenis corporibus moribundiſque membris, quòd animæ. D

Error Virgilij.

Hinc metuunt cupiuntq; dolent gaudéntq; nec auras
Suſpiciunt, clauſæ tenebris & carcere cæco,

Secutúſque ipſe Maro id aduinxit atque ait,

Qui & ſupremo cum lumine vita reliquit, id eſt
Cum die nouiſſimo reliquit eas vita iſta,
Non tamen inquit omne malū miſeris nec funditus oēs
Corporeæ excedunt peſtes, penitúſque neceſſe eſt,
Multa diu concreta modis inoleſcere miris,
Ergo exercentur pœnis veterúmque malorum,
Supplicia expendunt, aliæ pandunt inanes,
Suſpenſæ ad ventos, aliis ſub gurgite vaſto,
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni. E

Hæc Virgilius. Et ſubdit ibi Aug. Qui hoc opinantur nullas penas niſi purgatorias putant eſſe poſt mortem. Sed ſecundum veritatem fidei poſt hanc vitam animæ propter peccata mortalia damnatæ nunquā euadunt illas pœnas, nec per eas purgantur, ſed in perpetuum cruciantur. ſecundum illud Iob. In inferno nulla eſt redemptio, ſed ſempiternus horror inhabitat. Et in Euangelio Matt. 12. inquit Chriſtus. Qui in ſpiritumſanctum blaſphemauerit non remitteretur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Ex quibus verbis arguunt Aug. & Greg. aliqua peccata in futuro purgari per ignē, vt venialia, alia nullo modo expiari, vt mortalia, vt habetur di. 25. c. vnum §. aliàs &c. qualis. Item alium errorem eius tangit Aug. 10. de ciui. Dei cap. 30. dicens. Platonicè videtur dixiſſe Virgilius in campos Elyſios purgatas animas miſſas (quo nomine tanquam per fabulam videntur ſignificari F

Platonicorum error tollentiū pœnas dānatorum perpetuas

Iob. 10.

Aug. 21. ci. c. 13. & de vere & fal. pœn. ca. 8. Greg. 4. c. 39.

A.V.C. 711.

ſignificat gaudia beatorum) ad fluuium Lethæum euocari hoc eſt ad obliuionem præteritorum, Scilicet immemores ſuper vt conuexa reuiſant rurſus & incipiant in corpora velle reuerti. Hoc merito diſplicuit Porphyrio Platonico etſi Ethnico, quoniam re vera ſtultum eſt credere ex illa vita, quæ beatiſſima eſſe non poterit, niſi fuerit de ſua æternitate certiſſima deſiderare animas corruptibilium corporum labem & inde ad iſta remeare tanquam hoc agat ſumma purgatio vt inquinatio requiratur. Si enim quòd perfectè mundantur hoc efficit, vt omnium obliuiſcantur malorum. Malorum autem obliuio facit corporum deſiderium, vbi rurſum implicentur malis: profectò erit infœlicitatis cauſa, ſumma fœlicitas, & ſtultitiæ cauſa perfectio ſapientiæ & immunditiæ cauſa, ſumma munditia. Nec veritate ibi beata erit anima quamdiucunque erit, vbi oportet fallatur vt beata ſit: non enim beata erit niſi ſecura.

Perfectiſſima beatitudo de ſua æternitate eſt certiſſima. Sorites elegans.

§. VIII.

CIRCA idem tempus fuit etiam Ouidius Poeta dictus Naſo qui multos libros metricè ſcripſit. Ex quibus pauci verſus morales hic ponuntur.

In lib. Epiſtolarum. Phyllis ad Demophontem.

Exitus acta probat.

Phedra Hippolito.

Ars fit vbi à teneris crimen condiſcitur annis.

Helena Paridi.

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis

Eadem quoque ad eundem.

Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.

Idem in libro ſine titulo.

Leue fit quod bene fertur onus.

Li. 1. amorum ſine titulo dicitur. Lib. Amb. Sententiæ Ouid.

Nox & amor vinumque, nihil moderabile ſuadent:
Illa pudore caret: liber, amorque, metu.
Ludunt formoſæ: caſta eſt quam nemo rogauit.
Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago?
Quod licet, ingratum eſt: grauius quod non licet, vrit.
Quod ſequitur fugio, quod fugit ipſe ſequor.
Nitimur in vetitum ſemper cupimuſque negata.
Sic interdictis imminet æger aquis.

Idem in primo lib. de arte amandi.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,
Vicinumque pecus grandius vber habet. In eodem.
Flectitur iratus voce rogante Deus. Li. eodem
Facile eſt omnia poſſe Deo. Ibidem.
Nec enim lex æquior vlla eſt
Quam necis artifices arte perire ſua.

Li. eodem 14. à fine carminis.

Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figuræ.
Qui ſapit innumeris moribus aptus erit.

In principio ſecundi.

Non minor eſt virtus quam quærere parta tueri. Li. cod.
Cede repugnanti, cedendo victor abibis. In eodem.
Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.
At contra grauis eſt culpa, tacenda loqui.

Et paulo mox.

Quod male fers, aſſueſce: feres bene. Ibidem.
Dum nouus in viridi coaleſcit cortice ramus:
Concutiat tenerum qualibet aura cadet. Li. 3.
Munera crede mihi placant homineſque deoſque.
Placatur donis Iupiter ipſe datis.
Experto credite. Li. eodem.
Non cito credideris: quantum cito credere lædit
Exemplum nobis non leue Procris erit.

Idem in primo libro de remediis.

Principiis obſta: ſero medicina paratur:
Cùm mala per longas conualuere moras.
Sed propera: nec te venturas differ in horas.
Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

Cedendo vince. Silentium, virtus à cōſuetudine mala bene feruntur. Non citò credendū. Principiis obſtandū. Non differenda cōuerſio. Monitorē ſeruare tempus neceſſe eſt. Otium cupidinis pa[illegible]

A Nec multo poſt.

Impatiens animus, necdum tractabilis arte,
Reſpuit atque odio verba monentis habet.
Aggrediar melius tunc cum ſua vulnera tangi
Iam ſinet: & veris vocibus aptus erit.
Quis matrem niſi mentis inops in funere nati
Flere vetat: non hoc illa monenda loco eſt.
Cùm dederit lachrymas: animumque impleuerit ægrum.
Ille dolor verbis emoderandus erit.
Temporibus medicina valet: data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Et 7. poſt carmine.

B *Otia ſi tollas: periere Cupidinis arcus,*
Contemptæque iacent & ſine luce faces.
Quam platanus riuo gaudet: quàm populus vnda:
Et quam limoſa canna paluſtris humo,
Tam Venus otia amat.

Li. eodem non procul à fine.

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

In principio ſecundi.

Solæ iuuant vmbræ: grata fit vnda ſiti.

Et 15. poſt carmine.

Sed quæ non proſunt ſingula multa iuuant.

C Idem in li. 1. Metamor.

Pronáque cum ſpectent animalia cætera terram:
Os homini ſublime dedit: cœlúmque videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus. Ibidem.
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iámque nocens ferrum, ferróque nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum quod pugnat vtroque.
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero. fratrum quoque gratia rara eſt:
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
D *Filius ante diem patrios inquirit in annos:*
Victa iacet pietas. In eodem.
Qua terra patet: fera regnat Erynnis.
In facinus iuraſſe putes. In eodem.
Longa mora eſt quantum noxæ ſit vbique repertum
Enumerare. In [illegible].
Inter vtrumque tene. Ibidem.
Medio tutiſſimus ibis. In eod.
Sed nulla potentia longa eſt.

Et Paulo poſt.

Heu difficile eſt crimen quàm non prodere vultu.

In eodem. De inuidia.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto:
E *Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes.*
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores:
Nec fruitur ſomno: vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum. In eodem.
Non bene conueniunt nec in vna ſede morantur
Maieſtas & amor. Li. 3.
Sed ſcilicet vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt: dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet. Iu. 4.
Tempore creuit amor.

F Et quatro poſt carmine.

Quoque magis tegitur, tanto magis æſtuat ignis. Idē inibi.
Quid non ſentit amor. Lib. eodem
Fas eſt & ab hoſte doceri.
Debile principium melior fortuna ſecuta eſt. In 15.
Morte carent animæ. Ibidem.
Nihil eſt toto quod perſtet in orbe,
Cuncta fluunt, omniſque vagans formatur imago.
Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu.

A.V.C. 711.

Lib. 1. de rem. am. Vitium virtuti ſimile. Homo brutis præſtantior. Inuidiæ deſcriptio.

A.V.C, 718

Et non multis poſt carminibus.
Nec ſpecies ſua cuique manet, rerumque nouatrix,
Ex aliis alias reparat natura figuras.
Idem in lib. de Faſtis,
Dat cenſus honores.
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet,
Faſtus ineſt pulchris ſequiturque ſuperbia formam.
Conſcia mens vt cuique ſua eſt: ita concipit intra
Pectora, pro facto ſpemque metumque ſuo.
Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.
Sed nos in vitium credula turba ſumus.
Idem in lib. de Triſtibus,
Donec eris felix multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.
Si non peccaſſem: quid tu concedere poſſes?
Materiam veniæ ſors tibi noſtra dedit.
Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.
Omnia peruerſas poſſunt corrumpere mentes,
Sunt tamen illa ſuis omnia tuta locis.
Quodque parum nouit nemo docere poteſt.
Ingenio perij Naſo poeta meo.
Eſt quædam flere voluptas.
Expletur lachrymis egrediturque dolo.
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Quotque ſoporiferum grana papauer habet.
Sylua feras quot alit, quot piſcibus vnda natatur.
Tot premor aduerſis.
Fert ſapiens omnis caſus patienter amaros.
Strangulatur incluſus dolor atque exæſtuat intus,
Cogitur & vires multiplicare ſuas.
Turpius eiicitur quam non admittitur hoſpes.
Contudit ingenium patientia longa malorum.
Non paruas animo dat gloria vires.
Eſſe bonum facile eſt, vbi quod vetat eſſe remotum eſt.
Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernat.
Horrent admotas vulnera cruda manus.
Non eſt in medicis ſemper releuetur vt æger.
Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.
Cernis vt ignauum conſumant otia corpus,
Et capiunt vitium ni moueantur aquæ.

Dicit Iſid. lib. de ſummo bo. Ideo prohibetur Chriſtianis figmenta legere poetarum quia per oblectamenta fabularum, nimium excitant mentem ad incentiua libidinum. diſt. 37. ideo. Hoc autem maxime facit Ouidius in ſuis libris, ideo maxime debet euitari doctrina eius, niſi in paucis dictis moralibus.

§. IX.

De Horatio Poeta.

CLARVIT Et tunc poeta Horatius qui anno 35. imperij Auguſti Octauiani Romæ mortuus eſt, ætatis ſuæ anno 57. Hic inter Satyricos & Lyricos poetas latinos tenere dicitur principatum, ſecundum Vin. in ſpe. hiſt. Et grauiſſimus poeta ab Hier. appellatur, (Hier. adu. Pelag.) non grauitate actuum ſeu morum, quia incontinentiſſimus fuit: ſed propter grauitatem ſententiarum. Scripſit autem libros ſermonum, & Epiſtolarum & carminum ſeu odarum, & poeticam, cuius ſunt paucæ ſententiæ excerptæ quæ ſequuntur, In poetica,

Ætatum deſcriptio.

Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum, geſtit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horam.
Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibuſque & aprici gramine campi;
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper:
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris.
Sublimis, cupiduſque & amata relinquere pernix,
Multa ſenem circumueniunt incommoda: vel quod
A Quærit: & inuentis miſer abſtinet ac timet vti: A.V.C. 711.
Vel quod res omnes timidè gelideque miniſtrat.
Dilator ſpe longus, iners: auiduſque futuri:
Difficilis, querulus, laudator temporis acti.
Se puero: cenſor caſtigatorque minorum.
Non ſemper feriet quodcunque minabitur arcus
Quandoque bonus dormitat Homerus.
Quæ placuit, ſemel, hæc decies repetita placebit.
In libro epiſtolarum.
Nemo adeo ferus eſt vt non miteſcere poſſit.
Dimidium facti qui bene cœpit habet.
Impiger extremos currit mercator ad Indos:
B Per mare pauperiem fugens, per ſaxa, per ignes.
Quod petiit ſpernit, repetit quod nuper omiſit
Aeſtuat, & vitæ diſconuenit, ordine toto.
Diripit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Semper auarus eget.
Inuidus alterius, rebus marceſcit opimis.
Et videt illius proſpera cum lacrymis. (Ep. ad Lollium non eſt Horatij.)
Inuidia ſiculi non inuenere tyranni.
Maius tormentum.
Ira furor breuis eſt, animum reget qui niſi paret,
Imperat, hunc frenis, hunc tu compeſce catenis.
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem teſta diu.
C O ciues ciues, quærenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt nummos:
Vxorem cum dote: fidemque & amicos:
Et genus, & formam, regina pecunia donat.
Paruum parua decet.
Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Oderunt peccare boni virtutis amore:
Mors vltima linea rerum eſt.
Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.
Virtus eſt medium vitiorum & vtrinque redactum.
Stultitiam patiuntur opes.
D Quid de quoque viro & cui dicas ſæpe caueto.
Percunctatorem fugito, nam garrulus idem eſt,
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.
Qualem commendes etiam atque etiam aſpice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Nam tua res igitur paries cum proximus ardet.
Oderunt hilarem triſtes: triſtemque iocoſi:
Sedatum celeres, agilem gnauumque remiſſi,
Potores bibuli media de nocte phalerni
Oderunt porrecta negantem pocula.
Quod medicorum eſt
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti: doctique poemata paſſim.
E Alter rixatur de lana ſæpe caprina.
Sunt qui nil rectum niſi quod placuit ſibi ducunt.
Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines:
Quos vltra citraque, nequit conſiſtere rectum.
Dum ſtulti vitant, vitia in contraria currunt.
Aequum eſt
Peccatis veniam poſcenti reddere rurſus & adſit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.
Tractari mollius ætas
Imbecilla ſolet.
Virtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris.
Diuitiis parent, quas qui conſtruxerit ille,
Clarus erit fortis iuſtus ſapiens rex & quicquid volet,
Tantalus à libris ſitiens fugientia captat
Flumina.
F Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur.

Omnes Poetæ & Oratores ſub Au. cum ipſo damnantur. Com. 3.

Omnes autem præfati oratores poetæ & hiſtoriographi ſimul cum ſuo imperatore, cuius tempore in mundo fulſerunt, exterminati ſunt. & ad inferos deſcenderunt, quia etſi ratione cognouerunt Deum,

non

A.V.C. 711. Pſalm. 11. non tamen vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis dicentes. Labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt, & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori idolatrando cum populo. Verum, quia veritas à quocunque dicatur, à ſpiritu ſancto eſt, vt dicit Amb. Et ſi non vt per gratiam inhabitando, tamen intellectũ illuſtrando, ad agnitionem eorum quę vera dixerũt & linguam & manum ad illa ſcribendum mouente. Vnde non debet contemni quod verum & vtile eſt in eis. Falſa autem & praui eorum mores cum eis deteſtanda.

Amb. in 12. ca. 1. ad Cor. Veritas à quocunque eſt à ſpiritu ſancto eſt.

§. X.

De glorioſa Chriſti natiuitate Chriſtus tẽpore pacis natus.

SVB tempore huius Octauiani natus eſt dominus Ieſus chriſtus, anno ſcilicet. 42. imperij eius. Qui etiam poſtea imperauit, ſcilicet nato Chriſto, annis 12. Natus eſt autem eo tempore, quo erat pax in toto orbe, quod nunquam contigerat à tempore mortis Numæ Pompilij ſecundi regis Romanorum vſque tunc, ſed ſed ſemper fuerunt Romani in prœliis, niſi per vnum annum, vt patet ſupra. Quod Romani attendentes & induſtriæ Octauiani attribuentes, voluerunt eum vt Deum venerari, ſed prudens imperator ſe mortalem, intelligens non aſſenſit. Cumque [a] populus ſuper hoc ei importunus eſſet, vt dicit Innocentius tertius. Sibillam prophetiſſam aduocauit, ſcire volens per oracula eius, ſi alius maior eo eſſet naſciturus. Cum ergo in die natali conſilium ſuper hac re conuocaſſet, & Sibylla in camera imperatoris oraculis inſiſteret, in die media circulus aureus apparuit circa ſolem, & in medio virgo pulcherrima puerum geſtans in gremio. Quod Sibylla Cæſari oſtendit, eique dixit. Hic puer maior te eſt, & ideo ipſum adora. Auditaque eſt vox dicens. Hæc eſt ara cœli. Vnde & illa Eccleſia vbi tũc erat palatium Octauiani ſcilicet in capitolio, & nunc eſt Eccleſia & cõuentus ordinis minorũ qui dicitur ſancta Maria, ara cœli, hodie. Oroſius autem de hoc ſic ait lib. 6. cap. 20. Tempore Octauiani hora circiter tertia repente liquido ac puro ſerenoque dum circulus ad ſpeciem arcus cœleſtis orbem ſolis ambiuit, quaſi eũ vnum ac potentiſſimum in hoc mũdo ſoleque clariſſimum in orbe monſtret, cuius tempore.] venturus eſſet qui ipſum ſolem ſolus mundumque totum & feciſſet & regeret. Idem ait Eutropius, Dicit etiam Innocen. tertius quòd cum Romani habuiſſent magnam pacem. 12. annis ſub Octauiano, conſtruxerunt templum in vrbe pulcherrimum, pacis templũ nominantes. Conſulentibus autem Apollinem quãtum duraturum eſſet templum illud, reſponſum fuit quouſque virgo pareret. Quod audientes & arbitrãtes hoc impoſſibile, quia vtique ſecundum naturam non eſt poſſibile, inſculpi fecerunt in ianuis eius. Templum pacis æternum. Sed nocte qua Chriſtus natus eſt funditus corruit. Vnde oſtenſum eſt virginem in virginitate permanentem peperiſſe ſcilicet Mariam.

Auguſtus noluit vt Deus adorari.

Apparitio virginis Mariæ in ſole.

Huius hiſtoriæ auctorem Martinũ Polonum citat Onu. in Plat. eũ tamen tã quam auctoré dubię fidei eſſe arguit.

A.V.C. 711.

Quod autem tanta pax in mundo haberetur, non fuit ex induſtria Octauiani, vel aliorum hominum, ſed diſpoſitione diuina, ad inſinuandũ quòd ille naſcebatur qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, qui ad pacem cum Deo faciendam, noſtram venerat in carnem. Quod totum ſcilicet etiam de pace habenda temporaliter prædixerat per Pſalmiſtam, & Eſaiam Prophetam, loquentes de aduentu eius. Pſal. 71. Eſa. 9.

Prius tamen & de natiuitate matris eius aliquid breuiter ſecundum hiſtoriam dicendum eſt. Nam de virtutibus eius dignitate & laudibus per modum prædicationis aliquid dictum eſt in tertia parte, in titulo de ſtatu comprehenſorum, quo ad diuerſos ſtatus, ſed copioſius in tractatu de donis titulo, de dono pietatis, notabitur vita comite. De natiuitate glorioſe virginis Mariæ.

Natiuitas igitur virginis glorioſæ ex ſemine Abrahę orta de tribu Iuda clara ex ſtirpe Dauid cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias. Pater igitur virginis eſt Ioachim de tribu Iuda mater vero eius dicta eſt Anna, quæ cum ſterilis pluribus annis permanſiſſet demum facto voto offerendi fructum ſuum ſi dominus concederet, concepit Anna virginem Mariam non quidam de ſpiritu ſancto, vt quidam fatui aſſerũt ſed more humano ex Ioachim. Quæ quidem in vtero concepta non tunc fuit ſanctificata, cum adhuc ibi non eſſet anima, quæ eſt ſubiectum ſanctificationis, ſed poſtquam anima fuit in corpore plenè organizato infuſa eſt à peccato originali emundata quam citiſſime poſt infuſionem, non poſt ſex menſes vt Ioannes Baptiſta, at etiam plenius vt ſcilicet immunis fieret etiam à venialibus in vita quod nulli conceſſum creditur ſecundum Bern. & Aug. Et quia aliqui tenent eam etiam ab originali fuiſſe liberam licet antiqui contrarium expreſſe dicant cum Eccleſia neutrum determinauerit ſine præiudicio ſalutis, poteſt quodlibet eorum opinari. Sed de hac materia plene habes in prima parte. titu. de originali. Anna igitur genuit primo ex Ioachim Mariam matrem Domini. [a] Quo mortuo nupta eſt Anna Cleophæ, quæ genuit ex eo aliam filiam quam etiam Mariam vocauit & Alpheo ipſam Mariam ſecundam in vxorem dedit. Quę quidem Maria ex ipſo Alpheo habuit quatuor filios. Iacobum minorem, & Ioſeph Iuſtum qui & Barrabas dictus eſt, ac etiam Simonem, & Iudam ſeu Thadeum. Defuncto autem Cleopha Anna tertio nupta eſt Salome, ex quo genuit tertiam filiam quam etiam Mariam nominauit. Hæc Maria nupta Zebedæo, duos ex eo habuit filios, ſcilicet Ioan. Euang. & Iacobum maiorem. Vnde & verſus dantur.

Pater virginis Ioachim & Anna mater.

Cõceptio virginis Mariæ.

Ber. ſer. 73. ſu. cant. Au. de nat. & gratia. ca. 36.

Non omnes antiqui hoc ſentiunt. vide Can. li. 1. de B. virg. c. 7. Eccleſia nihil determinauit de conceptione virg.

Annæ mariti & filię.

Anna ſolet dici tres concepiſſe Marias,

a Hanc hiſtoriam nuſquam alibi reperi non tamen propterea fidem ei derogo, cum ei aliqua ex parte Oroſ. & Eutrop. citati ab auctore aſſentiantur. Quod vero Sibyllam ab Aug. euocatam ſcribit, quamuis de illis decem, de quibus facta eſt mentio ſupra Tit. 3. c. 9. §. 14. intelligi non poßit eo quod illæ Auguſtũ longo tẽpore præceſſerint, ſi tamen Sibyllæ nomine quamcunque mulierem fatidicam intelligamus verum eſſe poteſt. Nam talem aliquam in vrbe fuiſſe Auguſtin. tempore non eſt. & ἀλάμαρον, ſicut Athenis tempore Socratis, fuit Diotima. de qua Plato in conuiuio. Cæterum magis vrere animum impiorum illius temporis debuit oraculum Apollinis, quod ipſi Au. de ſucceſſore ſciſcitanti editũ eſt his verbis παῖς ἑβραῖος κέλεται με, θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδου αὖθις ἱκέσθαι. λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν, ἐκ βωμῶν ἡμετέρων. Hoc eſt,

Me puer Hebræus Diuos Deus ipſe gubernans
Cedere ſede iubet, triſtemque redire ſub orcum.
Aris ergo Dei hinc tacitus diſcedite noſtris,
Niceph. li. 1. c. 17. Suid. in voce Auguſtus.

a Non mihi placere poteſt, tantã illã matronam poſt ſterilitatẽ in diuina gratia ſolutũ impedimentum & poſt digniſſimæ illius plantulæ ſaturam nempe Reginæ Angelorum & dominæ noſtræ, mortuo Ioachim vnam atque alteram, vt vulgo dicunt, ſibi maritos ſuper induxiſſe atque rurſus coniugales amplexus adamaſſe. Lippo. in vitis ſancto.

A.V.C. 711.

Quas genuere viri Ioachim Cleopas Salomeque,
Has duxere viri Ioſeph Alpheus Zebedeus.
Prima parit Chriſtum Iacobumque ſecũda minorem:
Et Ioſeph Iuſtum peperit cum Simonone Iudam.
Tertia maiorem Iacobum volucrémque Ioannem.

Elizabeth cognata Mariæ.

Sciendũ etiã q̃ Elizabeth mater Ioãnis Baptiſtæ fuit ſoror cõſobrina virginis Mariæ. Nã mater Elizabeth dicta Hiſmeria fuit germana Annæ matris virginis Mariæ. Cognata autem dicitur Elizabeth virginis in Euangelio, quia conſanguinea modo dicto. Nec mirum hoc, cum dictum ſit Ioachim & Annam fuiſſe ex tribu Iuda & Elizabeth fuerit de tribu Leui, vt patet Lucæ j. cum ſecundum legem quilibet accipere debebat vxorem de tribu & familia ſua. (Num. 36.) Nam tribus Iuda cum tribu Leui ſacerdotali ſolitæ erant interſe commiſcere connubia, nec reputabatur cõtra legem. Vnde & Aaron ſummus ſacerdos & primus habuit vxorẽ de ſtirpe regia Iudææ. Potuit ergo (vt dicit Beda) huiuſmodi coniunctio ex recentiori tempore fieri daris nuptui fœminis de tribu Iuda regia his qui de tribu Leui erant [ſic quæ proauos earum, liberis inuicem nuptum traditis, vtramque tribu in potuiſſe cõiũgere.] (Bed. in 1. c. Luc.) Et ita beata Maria ex vtraque tribu fuit. Voluit enim dominus vt hæ duæ tribus ſcilicet regalis & ſacerdotalis, adinuicem matrimonialiter copularentur propter myſterium, ad innuendum ſcilicet quòd de eis naſciturus erat dominus noſter Ieſus verus rex & ſummus ſacerdos, qui ſeipſum obtulit pro nobis hoſtiam Deo in ara crucis in odorem ſuauitatis. (Quare homines de tribu Iuda & Leui inter ſe miſcerentur.) Quinque & fideles ſuos in hac vita viriliter militiam exercentes regeret, & in alia magnifice coronaret. Vnde χειϛὸς, dicitur Græcè, quod latine inunctus interpretatur. Soli autem reges & ſacerdotes inungebantur. (Chriſtus quare ita dicatur.) Et fideles ab eo denominantur, vt dicantur Chriſtiani à Chriſto, vt vncti ab vncto, quem ſcilicet Chriſtum vnxit Deus oleo leticiæ, id eſt ſpiritu ſancto præ conſortibus ſuis vt dicitur in Pſalm. 54. Et ideo vt dicitur in canonica petri. (Chriſtus vnde dicitur. 1. Pet. 2.) Chriſtiani ſunt genus electum regale ſacerdotium qui in ſuperno regno gratias Deo agentes dicunt. (Apoch. 5.) Redemiſti nos domine Deus noſter in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnum &c.

Genealogiam autem virginis glorioſæ, & per cõſequens domini Ieſu Chriſti filij eius, de qua ſolus natus & conceptus eſt non ex virili ſemine Ioſeph vel alterius, ſed virtute ſpiritus ſancti, deſcribunt Matthæus primo capitulo, & Lucas tertio ſuorum Euangeliorum. Quod autem genealogiæ illæ quas deſcribunt Euangeliſtæ, non terminantur in Maria, ſed in Ioſeph ſponſo eius, ideo factum eſt ſecundum Hieron. & Chryſoſtom. (Hie. in cõ. in Math. li. 1.) quia non erat mos apud Iudæos Catalogos generationum ſeu genealogias per fœminas ſed per mares texere. Vnde ſi genealogiam Mariæ expreſſe texuiſſet nouitas iſta & inuſitatus ſtylus Iudæos in ſcandalum ſuſcitaſſet & tamen texendo genealogiam Ioſeph, implicite & per conſequens genealogiam Mariæ texuit. Nam cum Ioſeph in quo terminatur illa genealogia fuerit ſponſus Mariæ vt patet Matth. j. Ex hoc oſtenditur & virginem ſponſam eius fuiſſe de eadem genealogia & de tribu Iuda & familia Dauidica deſcendiſſe. (Num. 36.) Secundum enim legis præceptum quilibet de tribu ſua, non de alia, vxorem accipere debebat, quod plene obſeruabatur. Ioſeph autem dicitur filius Dauid Matth. 1. quia ab eo deſcendit, ergo & ſponſa eius Maria de domo Dauid. (Chryſ ho. 1. in Mat.) Et dicit Chryſo. quòd nulla ſanctarũ cum mulierum ponitur in genealogia Chriſti ſed peccatrices ad innuendum, quòd propter peccato-

A res veniebat ad ſaluandum vt medicus, & nõ ad iudicandum vt dominus, & iudex. Hieron. ait ſuper Matth. (Hieron. in Matt. ca. 1.) Dominus noſter Ieſus Chriſtus voluit non ſolum de alienigenis, ſed etiam de adulterinis commiſtionibus naſci, nobis magnam fiduciam præſtãs, vt qualicunque modo naſcamur, tantum vt eius veſtigia imitemur: ab eius corpore non ſeparabimur, cuius membra per fidem facti ſumus. Et habetur di. 56. Dominus.

Quare autem Matthæus & Lucas variant modum deſcribendi genealogiam domini, quia Matthæus deſcendendo narrat. (Vide Th. 3. p. q. 31. a. 3 ex quo hæc fere ſũpta ſũt.) Et hoc ab Abrahã vſque ad Io- B ſeph, & per catenam Salomonis tres quaterdenas generationum ſucceſſiue exprimens. Lucas vero aſcendendo à Ioſeph vſque ad Adam per catenam Natham ſeptuaginta ſeptem nationes deſcribit. (Quare Matthęus deſcendẽdo, Lucas aſcendendo Chriſti genealogiam ſcribant.) Ratio horum eſt: quia Matthæus Euangelium Iudæis ſcripſit: nihil autem magis poterat delectare Iudæos cõuerſos, quam audire Chriſtum ex Abraham deſcendiſſe, cui facta eſt promiſſio de eo, ac etiam ex Dauid cui etiam promiſſus eſt Chriſtus, cum ei dictum eſt, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. (Gen. 22. Pſal. 131.) Et ideo vt redderet eos magis beneuolos & attentos, principium Euãgelij ſui fecit eſſe genealogiam domini incipiens ab Abraham & Dauid. C Ideo autem deſcendendo narrauit quia humanitatem intendeat oſtendere, per quam Deus ad nos de cœlo deſcẽdit. Poſuit autem tres quaterdenas, ad innuendum quòd per hoc ei incorporamur, & eius fratres per adoptionem ſumus, ſi denarium præceptorum cum quaternario Euangeliorum in ternario ſcilicet Trinitatis fide obſeruamus. Componitur enim quaterdenarius ex decem & quatuor, qui quaterdenarius ter multiplicatus aſcendit ad quadraginta duas generationes, quibus ab Abraham peruenitur ad Chriſtum, ſignificans quadraginta duos virtutum D gradus, quibus peruenitur ad Chriſtum, vt in nobis generatur per gratiam. Qui actus virtutum accipi poſſunt ex interpretatione illorum nominum Hebræorum qui deſcribuntur in genealogia ipſa. (Heb. 11.) Quorum primus eſt Abraham pater fidei, qui interpretatur pater multarum gentium. Fides enim eſt fundamentum & pater omnium fundamentorum. Vltimus Ioſeph qui interpretatur augmentum, quia perfectus ſemper quærit in virtutibus augeri. Et figuratur etiam hi gradus per quadraginta duas manſiones, (Num. 33.) quibus filij Iſrael tranſito mari rubro diſcurrerunt per deſertum tendentes ad terram promiſſio- E nis, quæ deſignat ſupernam patriam: ſicut deſertum, mundum iuſtum. Lucas autem Euangeliſta aſcendendo genealogiam vſque ad Deum produxit: quia formam ſacramenti aperit. A baptiſmo enim Chriſti ibi incipiens, vſque ad Deum aſcendit, oſtendens ex hoc baptizatos aſcendere ad hoc, vt ſint filij Dei. Et ſeptuaginta ſeptem generationes ponit, qui numerus ſeptuagenarius ſeptenarius ſignat remiſſionem, ſecundum illud Matth. 18. Non dico tibi ſepties ſed ſeptuagies ſepties, ſcilicet remitte. In baptiſmo enim omnia remittuntur, (Baptiſmo omnia peccata remittuntur.) etiam ſi eſſent omnia peccata F ſeptuaginta ſeptem generationum, ex quibus Chriſtus deſcenderat. Item Lucas loquens non ſolum Iudæis conuerſis, ſed communiter omnibus etiam gẽtilibus, vſque ad Adam genealogiam extendit, quia omnes ex Adam. Ideo autem Matthæus iſto termino genuit vtitur, quia filios naturæ tantummodo numerat. Lucas vero dicit qui fuit, quia filios ſecundum legem, vel per adoptionem factos etiam ponit, & per hoc ſoluitur diſcordia quæ apparet

A.V.C. 711.

Au.li. 2. q. Euan.c. 5.

paretinter ipſum & Matthæum de patre Ioſeph. Nã A
Matthæus dicit Ioſeph filium Iacob, & Lucas dicit
eum filium Hely, quod ſic ad concordiam reducitur.
Dicit Auguſt. in lib. de quæſtionibus Euangelij quòd
tres cauſæ occurrunt, quarum aliquam Euangeliſta
ſecutus eſt. Aut enim vnus Euãgeliſta patrem Ioſeph
à quo genitus eſt, nominauit. Alter vero vel auum
maternum vel aliquem de cognatis maioribus po-
ſuit. Aut vnus erat pater Ioſeph naturalis, alter eum
adoptauerat. Aut more Iudæorum cum ſine filiis
vnus deceſſiſſet, eius vxorem propinquior accipiens
filium primum quem genuiſſet ex illa propinquo
mortuo deputabat, vt (cum ab altero alteri genitus B
eſſet Ioſeph conuenienter duos patres habere dice-
retur.) Et dicit Thom. in 1. par. q. 31. quòd iſta tertia
cauſa ſeu declaratio eſt verior aliis. quam etiam po-
nit Hieronymus ſuper Matthæum & Euſebius Cæ-
ſarienſis in hiſtoria Eccleſiaſtica ab Aphricano hi-
ſtoriographo dicit eſſe traditum. Dicunt enim quòd
Mathan & Melchi diuerſis temporibus ex vna &
eadem vxore Ieſcha nomine, ſingulos filios procrea-
runt, quia Mathan, qui per Salomonem deſcendit v-
xorem eam primo accepit, & relicto vno filio, Iacob
mortuus eſt. Poſt cuius obitum, quia lex viduam al-
teri viro non vetat nubere, Melchij qui per Nathan C
genus duxit ad Dauid cum eſſet ex eadem tribu, ſed
non ex eodem genere relictam Nathan accepit v-
xorem, ex qua & ipſe filium ſuſcepit nomine Hely.
Et ſic ex diuerſo patrum genere efficiuntur Iacob &
Hely fratres vterini, ſcilicet ex eadem matre, quorũ
alter ſcilicet Iacob, fratris ſui Hely ſine liberis defun
cti, ex mandato legis accipiens vxorem, genuit Io-
ſeph, natura quidem generis ſuum filium, ſecundum
vero legis præceptum Hely efficitur filius, & ideo
Matthęus dicit, Iacob genuit Ioſeph. Sed Lucas, quia
generationem legalem deſcribit, nullum nominat
aliquem genuiſſe. Et quamuis Damaſcenus dicat D
quòd beata virgo mater Chriſti ad Ioſeph attinebat
ſecũdum illam originem qua pater eius dicitur He-
ly, quia dicit eam ex Melchi deſcendiſſe, tamen cre-
dendum eſt quòd etiam ex Salomone originem du-
xerit ſecundum aliquem modum per illos patres
quos enumerat Matthæus qui carnalem Chriſti ge-
nerationem enarrare dicitur, præſertim cum Am-
broſius dicat Chriſtum de ſemine Iechoniæ deſcen-
diſſe. Hæc Thomas ibi. Fuit igitur beatiſſima Maria
virga illa rectiſſima, quæ egreſſa eſt de radice Ieſſe,
qui fuit pater Dauid, vt prænunciatum fuit per Eſa.
& ſtella maris ſic enim interpretatur) de qua Balaã E
ait. Orietur ſtella ex Iacob &c. Cuius pater Ioachim
ex Nazareth ciuitate oriũdus, mater Anna Bethlehẽ
ita (vt legitur in quodam libello tranſlato à beato
Hieron. de Hebræo in latinum intitulato de natiui-
tate beatæ Mariæ, continente etſi Apochripho con-
ſona rationi) fuit ſimplex recta & pia omnemque
ſubſtantiam ſuam trifariam diuidebant. Vnam par-
tem templo & ſeruitoribus templi impendebant, ſe-
cundam pauperibus & peregrinis erogabant, ter-
tiam vero partem reddituum ſuorum pro ſuſtenta-
tione ſui & familiæ reſeruabant. Et ita Deo iuſti, ho-
minibus pij, per annos circiter viginti caſtrum do-
mi coniugium ſine procreatione liberorum exerce-
bant. Voueruntautem ſi Dominus eis ſobolem da- F
ret, eam eius ſeruitio mancipaturos. Cum autem
quadam vice in feſto incæniorum Ioachim ad tem-
plum in Hieroſolymam aſcendiſſet, & inter conci-
ues & contribules ſuos fœcundos cum oblationibus
adſtaret. Iſachar ſummus pontifex ſpreuit eum cum-

D.Tho. in 3. p. q. 31. a. 3.

Hie.li. 1. c. 1. in Matt.

Eu.li.1. hi. Eccl. ca. 6.

Dan. lib. 4. de ort. fid. cap. 15.

Amb. li. 3. in Luc.

Iſ. 11.

Nume. 24.

Hæc multorum antiquorum teſtimoniis cõfirmat Can. lib. 1. de B. M. cap. 4.

Ioach. & Annæ Mariæ parentum vita.

A muneribus ſuis dicens, Deo accepta non poſſe vi-
deri munera eius quem prole iudicabat indignum,
maledictumque eſſe qui ſemen non relinqueret ſu-
per terram. Cuius ille opprobrij obiecti confuſus ad
paſtores ſuos qui erant in paſcuis ſeceſſit. Non enim
domum repedare audebat, ne à conciuibus ſuis eo-
dem opprobrio ſterilitatis notaretur. Quadam au-
tem die apparuit ei Angelus domini cum magno lu-
mine, quem exterritum confortauit dicens. Noli ti-
mere, ego enim ſum Angelus à Domino miſſus, vt
tibi annunciem orationes tuas à Deo exauditas &
eleemoſynas ei gratas, & opprobrium ſterilitatis nõ
B tibi rectè obiectum, ſed ſterilitatem ſeu deiectio-
nem delati partus recompenſabit aliquando, & e-
xaltabit nobilitas prolis ſubſequentis vt patet in Sa-
ra & Rachele, Ecce vxor tua Anna pariet tibi filiã,
& vocabis eam Mariam. Hæc ab infantia vt vo-
luiſti, erit domino conſecrata, & ſpiritu ſancto re-
plebitur ex vtero matris ſuæ, ſcilicet per ſanctifica-
tionem. In templo domini erit aſſidua conuerſatio
eius. Et ſicut ipſa mirabiliter ex ſterili Anna naſce-
tur, ita incomparabiliter virgo generabit altiſſimi
filium. Apparuit & Angelus Domini Annæ anxiæ
de reuerſione viri, & ſimili reuelatione conſolatus
C eſt eam. Singuli autem ad iuſſum Angeli moti de
loco ſuo ſibi obuiantes ad portam auream Hieroſo-
lymis intimantes alter alteri viſionem, collætati
ſunt gratias Deo referentes. Reuerſiſque domum,
coniugio operam dantibus concepta ex eis eſt &
nata beatiſſima Maria. Quam ablactatam votum
adimplere ſatagentes, cum triennis eſſet, ad tem-
plum domini adduxerunt, vt eam Deo dicarent.
Erant ibi quindecim gradus per quos aſcendebatur
ad templum id eſt ad altare holocauſtorum, quod
erat in atrio anteriori ipſius templi, vbi offereban-
tur ſacrificia. Ponentes ergo puellam in imo gradu
D dum ſe induerent cultioribus veſtibus, beatiſsima
Maria trium annorum aſcendit per ſe ſine cuiuſquã
auxilio omnes illos gradus, vt nihil perfectæ ætati
deeſſe putaretur, ad ſignandum quia aſcenderat
mente ad quindecim gradus perfectionis ſigna-
tos in quindecim Pſalmis gradualibus qui dice-
bantur à ſacerdotibus ad templum aſcendentibus.
Horum adoptationem ponit Nico. de Lyra ſuper
pſalte. Breuiter. Sacrificio igitur celebrato dimitten-
tes parentes eius filiam in templo cum aliis virgini-
bus cuſtodiendam, reuerſi ſunt domum. Ipſius au-
tem virginis natiuitas antiquitus ignorabatur, quã-
E do ſeu qua die accidiſſet, & ideo non ſolenniza-
batur ab Eccleſia. Sed vt narrat Vincen. in ſpe. hiſt.
libro ſeptimo cuidam ſancto viro ſolitariam vitam
agenti, cum multoties omni anno in tali die magnã
harmoniam in cœlo ſentiret: cauſam ſcire cupien-
ti, Angelus reuelauit hoc ex eo fore, quia tali die [a]
nata fuerat mater domini. Quo diuulgato, Eccleſia
feſtum natiuitatis eius inſtituit celebrandum. Et
poſt ea Innocentius quartus octauas eius inſtituit.
Hinc Ber. beata Maria Sancta fuit antequam nata.
neque enim feſtis laudibus celebraretur, ſi non ſan-
cta naſceretur.

a De die feſto natiuitatis B. virginis leg. Can. de vir.
F *lib. 1. cap. 9.*

A.V.C. 711

Cõceptio virginis intemeratæ.

Geneſ. 21. & 30.

Beata virgo templo præſentatur.

Nic de Ly. ſup. pſ. 119.

Feſtũ natiuitatis B. virginis.

Ber. ep. 174. ad Lugdu.

§. XI.

B. Virg. in tẽplo manentis mores de his vide Can. li. 1. de vir. cap. 13.

DE vita & motibus eius permanẽtis in templo,
dicitur in quodam libello licet apochrypho,
quòd hanc regulam ſibi ſtatuerat, vt à mane vſque

A.V.C. 1.

ad tertiam orationi inſiſtebat, à tertia vſque ad nonam in textrino opere ſe occupabat. Iterum à nona ab oratione non recedebat, quouſque Angelus domini ſibi apparens eſcam ſibi de cœlo deferret ad ſubſtentandum. Quæ autem ſibi dabantur à miniſtris, pauperibus diſpenſanda reddebat. Omnis ſermo eius erat gratia plenus, vt in lingua eius cognoſceretur Deus, & in ſcrutatione legis Dei permanebat. Eratque circa ſocias ſollicita, neque ex eis vel in paruo peccaret, neue aliqua imperioſa vel ſuperba circa ſociam exiſteret. Sine intermiſſione benedicebat Deum & ne forte in ſalutatione ſua à laudibus domini tolleretur, ſi quis eam ſalutabat, ipſa pro reſalutatione Deo gratias reſpondebat. Et cum eſſet pulcherrima corpore ſuper omnes mulieres tāta puritas relucebat in facie eius, tanta honeſtas, vt impudiciſſimi homines eam inſpicientes non ſolum non incitabantur ad concupiſcentiam eius, ſed ad caſtitatem & pudicitiam inſtigabantur, & compungebantur. Quod autem beata Maria fuerit immunis ab omni peccato actuali, patet ex verbis Aug. dicentis in libro de natura & gratia. Excepta ſancta virgine Maria, de qua cum de peccatis agitur nullam prorſus volo propter honorem domini de ea habere quæſtionem, vnde enim ſcimus quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere & parere meruit eum, quem nullum conſtat habuiſſe peccatum. Hac ergo virgine excepta, ſi omnes ſancti & ſanctæ interrogati fuiſſent dum hic viuerent, an ſine peccato eſſent, omnes vna voce reſponderent, quod ait Ioannes. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, hæc Auguſtin. Et loquitur de venialibus. Nec ſic intelligendum, quin pro aliquo licet paruo tempore poſſit ſanctus homo ſe reperire ſine peccato veniali etiam. Sed quia non poteſt diu manere quin labatur in aliquod, quia ſi poſſumus vitare ſingula non tamen omnia, ſecūdum Thom. in ſumma. Itaque Mariam quam pater & mater in templo dereliquerant, dominus aſſumpſit quotidie in gratia proficientem. Et cum ad ætatem. 14. annorum perueniſſet, admonuit ſummus pontifex ipſam & cæteras virgines vt domum propriam ſeu ſuorum parentum redeuntes nuptiis operam darent. Quod cum cæteræ virgines libenter annuerent, ſola virgo maria vt contraria voto reſtitit, dicens hoc ſeruare non poſſe, cum Deo vouiſſet virginitatem. Super qua re anxius & perplexus pontifex, tum quia votum fore implendum lex iubebat, tum quia ex alia parte mos tunc erat contrarius vt quis ſeruaret virginitatem, ſed propagationi carnali opera daretur, dignum duxit diuinum oraculum conſulendum ſuper his. Nec mora, cunctis de propitiatorio audientibus vox audita eſt requirendum eſſe Eſ. vaticiniū, cui virgo deſponſaretur, illud videlicet Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. Iuſſit ergo pōtifex vt omnes apti ad coniugium de familia Dauid virgas ſuas adducerent ad altare coram eo. Quod quum fieret & inter alios Ioſeph ſuam proferret, ſtatim virga ipſa germinauit & floruit, & in eius cacumine columba conſidere viſa eſt. Quo ſigno oſtenſum eſt virginem Ioſeph deſponſandam fore. Vnde ea deſponſata ad domum parentum vel Ioſeph deducta eſt. Tunc enim de more erat deſponſatas aliquando accedere & manere in domo ſponſorum ſeruata omni honeſtate & virginitate vſque ad diem nuptiarum.

Maria virgo fuit ſine peccato actuali.

Au. de nat. & gr. c. 36.

1. Io. 1. poteſt homo ſine veniali eſſe aliquo paruo tēpore.

Th. in 1. 2. q. 109. a. 8.

Iſaiæ 11.

Maria Ioſepho deſponſatur.

§ XII.

A.V.C. 1.

QVAMVIS per iſtud ſignum & modum prędictum potuerit virgo deſponſari Ioſeph, tamen hoc authenticum non eſt, ſed certiſsimum eſt eam Ioſeph fuiſſe deſponſatam, Euangelio atteſtante Mat. 1. vbi dicitur. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Joſeph. & Lucæ. 1. dicitur. Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam virginem deſponſatam Ioſeph. Ex quibus verbis etiam patet, quòd ante conceptionem Chriſti deſponſata fuit. Quod etiam votum virginitatis emiſerit, aſſerunt doctores. Sed vtrum ante deſponſationem vel poſt. Auguſti. videtur dicere quòd ante deſponſationem mente deuouit, ſed poſtea ore expreſsit. Dicit enim vt habetur. 27. q. 2. §. 1. Beata Maria propoſuit, ſe votum virginitatis ſeruaturam in corde, ſed ipſum votum virginitatis non expreſsit ore. Subiecit ſe diuinæ diſpoſitioni dum propoſuit ſe perſeueraturā virginem niſi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem ſuam diuinæ diſpoſitioni conſenſit in carnalem copulam, non illam appetendo, ſed diuinæ inſpirationi in vtroque obediendo. Poſtea vero cum filium genuit, & quod corde conceperat ſimul cum viro labiis expreſſit, & vterque in virginitate permanſit. Hæc ille. Conſenſit ergo in coniugalem ſtatum Ioſeph Deo reuelante: quia ſic deuouerat, & reuelatū etiam ei fuit, quòd à viro illo non cognoſceretur.

Au. lib. de Virg. ca 4.

Tho. in 3. p. 4. 28. a. 4. An B. virgo votum virginitatis ediderit & quādo vide Can lib. 2. cap. 14.

Titulus quintus de ſexta ætate mundi.

¶ De Chriſti incarnatione, vita & miraculis.

CAP. I.

SEXTA mundi ætas inchoata eſt in Chriſto Ieſu, ſecundum aliquos à natiuitate eius quæ fuit anno 52. imperij Auguſti Octauiani. Et [a] quinquies milleſimo centeſimo nonageſimo nono ab initio mūdi ſecundum 70. & Bedam. Secundum vero Hebræos & Hier. anno ter milleſimo nongenteſimo ſexageſimo quinto. Secundum alios inchoatur ſexta ætas mundi à Baptiſmo Chriſti, quia tunc collata eſt virtus regeneratiua aquis in baptiſmo. Secundum alios in paſſione eius, quando aperta eſt ianua Paradiſi. Et vtrūque ſcilicet baptiſmus & paſsio eius fuerūt ſub Tyberio imperatore ſucceſſore immediatè Octauiani. Hic igitur dominus Ieſus ſecundum carnem aſſumptā deſcendit de tribu regali & ſacerdotali per patriarchas, ſacerdotes & reges, Sacerdos ipſe in æternum & ſecundum ordinem Melchiſedech, & pontifex futurorū bonorum proprio ſanguine ingrediens ſancta ſanctorum, & rex regū & dominus dominantium, vt dicitur in Apoc. Et ab ipſo habet originem & verum fundamētum imperiū Chriſtianū & ſummū pontificium, vt dicitur di. x. quoniā idē mediator. à gloſſa. Sicut in firmamēto ſunt duo luminaria magna, ſol maius luna minus, ita in Chriſto firmamenta, pontificium, vt maius, & imperium & luna quæ illuminatur à ſole, ita & imperium eruditur & iudicatur per ſacerdotium diſtin. 106. duo ſunt. In iſto

Sexta mūdi ætas quando inchoatur

Chriſti maiores.

Pſal. 109.

Hebr. 9.

Apoc. 19.

Imperiū Chriſtianū & ſummum Pontificiū habet à Chr. originem.

a Quamuis D. Ant. toto fere opere triplici hac computatione vtatur. nos tamen in ea computatione quam columnis præfigimus à Chriſti domini natiuitate numeramus quia triplex hæc computatio parū inter Chriſtianos eſt vſitata, & à Chriſti ortu numerare annum paſſim eſt receptiſſimum.

A.V.C. 1.

igitur capitulo agetur de vita Christi & miraculis ſecundum narrationem euangeliſtarum, & cum quotatione capitulorum, poſtea de pontificib. ſummis & imperatoribus & notabilibus geſtis temporibus eorum.

Qua die natus eſt Chriſtus.

Natus eſt igitur Dominus Ieſus ex Maria virgine die dominica. vt dicit Vincen. in ſpe. hiſt. Vnde ea die habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Eſai. 9. qua die dixit Deus, in principio mundi. Fiat lux & facta eſt lux. Gen. 1. Nam vt dicit Leo Papa. In hac die ſcilicet dominica & mundus ſumpſit exordium, & mors interitum & vita accepit initium ſcilicet per reſurrectionem. diſtinct. 75. quod dic. Quod myſterium omnis creatura miratur etiam cœleſtis ait Hieronym. Hoc præcinuere oracula prophetarum, vaticinia Sibyllarum. Dicitur enim in Hieremia. 31. Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum. Nouum quidem eſt omnium nouitatum vt Maria circundaret, non aliunde ab homine acciperet, ſed à ſpiritu ſancto virum omni gratia & gloria perfectum in vtero concipiendo. Sed & Eſai. 66. dicitur. Antequam parturiret peperit, & antequam veniret partus eius, peperit maſculum. Quis vnquam audiuit tale? & Quis vidit huic ſimile? quaſi diceret, nullus. Ante enim quam parturiret Maria, antequam aperiretur ianua pudoris eius, quæ nunquam aperta eſt, ſed vt porta in domo Domini per quam Dominus ingrediebatur & egrediebatur ſolus, ſemper clauſa fuit in æternum, vt vidit & prædixit in ſpiritu Ezechiel propheta, peperit Maria filium ſuum primogenitum ſaluo ſignaculo virginali, ſicut reſuſcitatus egreſſus eſt de ſepulcro ipſo clauſo & ſaluo ſigillo ſacerdotali. Quis audiuit vel vidit ſimile huic? certe nullus, coniuncta quippe ſunt adinuicem, inquit Bern. Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum, nunquam fuit vel erit ſimile. Hinc Maximus in ſermone natiuitatis. Viderunt quidem mirabilia & innumerabilia patres noſtri opera Dei. Cœlum illis Angelicas rorauit eſcas, dulcia pocula lapis duriſſimus miniſtrauit, tubarum ſtrepitu validiſſimus hoſtium muros corruit, iordanis fluuius ſuum perpetem meatum in fontem retorſit. Sol quoque commoratur in cœlo, victoriam populo prælianti conceſſit. Hoc vero nullius videre datum eſt, vt vnigenitus altiſſimi, quem trementes Archangelorũ poteſtates ſuſpiciunt, hominem ſe hominibus exhiberet, hæc ille. Quæ omnia in figuram contingebant illis. 1. Corinth. 10. Et quia potior eſt lux quam vmbra, & veritas quam figura, ſi illud quod miraris vmbra eſt, quantum [iſtud cuius vmbram miraris, ſcilicet] mirãdum eſt? Amb. de conſecrat. diſtinct. 2. reuera. Prædicta enim mirabilia figurant mirabilia facta per Chriſti natiuitatem. Nam dedit Deus humano generi de cœlo rorem diuinitatis & abundantiam omnium perfectionum de pinguedine terræ id eſt naturæ humanæ in Chriſto. Petra quæ eſt Chriſtus firmiſſima præbuit ſuauia pocula doctrinarum & ſacramentorum populis. Tuba prædicationis Apoſtolorum, quæ exiuit in omnem terram ad nuntiandum hoc myſterium, muri vitiorum corruerunt. Iordanis ſenſit, qui fluit ad inferiora concupiſcenda, & ad montem ſe retorſit ad ſuperiora & vitam quærendam. Sol iuſtitiæ commoratus in cœlo aereo, in cruce contra aereas poteſtates triumphauit. Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, ait Pſalm. Nam natura humana aſſumpta à verbo,

Leo. ep. 79. — *Mirabilis ortus Chriſti.* — *Ezech. 44.* — *Bern. ſer. 3. in vig. nat. domini.* — *Maximus epiſcop⁹. Taurinẽſis in ſer. nat.* — *Ex. 16. nu. 20.* — *Ioſue 6.* — *Ioſue 10.* — *Miraculũ natiuitatis Chriſti ſuperat omnia miracula.* — *Ambr. lib. de iis qui myſt. init. cap. 9.* — *Miracula veterum Chriſto accõmodantur.* — *Pſalm. 118.*

A vtique eſt tota dies, quæ neſcit occaſum peccati, nec tenebras ignorantiæ, quam fecit Dominus, trinitas illa, carnem & animam & vnionem cum verbo. Et ideo exultemus corpore laudes cantando. Et lætemur in ea mente iubilando. Vnde & Leo Papa in ſermone. Saluator noſter hodie natus eſt gaudeamus. Nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur. Exultet iuſtus, quia inuitatur ad palmam. Gaudeat peccator, quia mutatur ad veniam. Animetur gentilis, quia vocatur ad vitam. Hinc & Fauſtus in ſermone natali ait. Ducite fideles feſtiuiſſima gaudia. Res enim hodie vobis perfe-
B cta eſt noua, quæ olim fuerat repromiſſa. Intrat artifex mũdi anguſtias ventris humani. Efficitur grauida mater intacta. Et ecce tanquã ſponſus de thalamo Chriſtus Mariæ proceſſit ex vtero. O noua & inaudita promiſſio. O mira & inexquiſita compago. Vnitur enim Deus & homo, verbum & caro. Hoc autem myſterium tam ineffabile, nullus intellectus creatus, nulla ſciẽtia capere poteſt. Nam vt quidã alius dicit. Quæ natura non habet vſus ignorat, ratio neſcit, mens non capit, eloquium tacet, ingenium hebet, & terra ſtupet, cœlum pauet, creatura miratur, mediúmque ſilentium tenet, omnia
C hac die implentur. Item Alanus in Anticlaudiano.

Logicæ vis exultat omne,
Rethoricæ perit arbitrium, ratióque vacillat,
Vt nox ſplendeſcat ſol obtenebreſcit ecclipſi.
Sol verus langueſcit, vt aſtra reducat ad ortum,
Aegrotat medicus, vt ſanet morbidus ægrum,
Cœlum ſe terræ conformat, Cedrus hyſopo,
Ipſo Gigas minimo, rex ſeruo, diues egenti,
Purpuram ſacco.

Hec ille Idem alius.

Cœlum in teſta clauditur,
Mundus pugillo premitur,
A centro ſphæra cingitur,
D *In centro iacet circulus,*
Fontem excedit riuulus,
De vaſe prodit figulus,
Sol æternus obſcuratur,
Lux & vita obtenebratur,
Portatur qui portat omnem creaturam,
Gubernatur qui omnium gerit curam,
Diameter infinitæ parallelæ,
Vtero iungitur puellæ,
Verbum fit infans & tacet,
Surſum ſtans in imis ſilet,
Et nubibus tonat.

E Hæc ille.

Leo Papa in ſer. 1. de nat. — *Incarnationis gratia.* — *Myſteriũ incarnationis ineffabile.* — *Ala inſulenſis.*

§. I.

GEnealogiam igitur generationis Chriſti ſecundum, humanitatem deſcripſit Matthæus in principio ſui Euangelij, eam inchoans in Abraham, & terminans in Ioſeph viro Mariæ, de qua natus eſt Chriſtus. Ioannes autem euangeliſta euangelium initiauit à generatione Chriſti æterna ſecundum deitatem dicens. In principio erat verbum,
F & inde deſcendit ad temporalem ſecundum humanitatem, dicens. Et verbum caro factum eſt. Lucas autem inchoat euangelium ſuum à conceptu præcurſoris Chriſti, ſcilicet Ioannis Baptiſtæ, nuntiato patri Zachariæ in templo per Archangelum Gabrielem in feſto propitiationis, quando intrabatur in ſanctaſanctorum. Qui Gabriel & nomen, & ſanctificationem eius vtero, & auſteritatem vitæ, &

Mat. 1. — *Ioan. 1.* — *Luc. 1.* — *Ioannes Baptiſta quando fuit ab Angelo enunciatus.*

A.C.V. 1.

officium prædicationis prænuntiauit. Et quia dubitauit petens ſignum, ſignum accepit mutus effectus vſque ad natiuitatem eius. Reuerſo autem Zacharia domum ſuam, ex eo concepit Elizabeth vxor ſua ſterilis Ioannem Baptiſtam. Et nota quod Zacharias ſorte exiit vt incenſum poneret in templo.

Sors non eſt. Auguſt. ad Pſal. 39. Matrimonium ſacerdotib. qua lege interdictum. Sortib. vti nõ eſt permiſſum in lege euangelica & quare.

Et hoc non poteſt arguere ſortes eſſe licitas. Nam vt dicit magiſter. Gratia. 26. quæſt. 2. c. ſors non eſt §. his ita. Antequam euangelium clareſceret, multa permittebantur, quæ tempore perfectioris diſciplinæ penitus ſunt eliminata. Copula nanque ſacerdotalis, vel conſanguineorum, nec legali nec euangelica, nec apoſtolica authoritate prohibetur, eccleſiaſtica tamen lege interdicitur. Sic & ſortibus vti permittebatur in veteri teſtamento, vt ibidem patet, ſed ab Eccleſia ſunt prohibitæ, ne ſub diuinationis ſpecie ritus idololatriæ redirent fideles & maxime in electionibus eccleſiaſticis. In ſexto autem menſe ſequenti à conceptu Ioannis miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in Nazareth ciuitatem Galilææ ad Mariam virginem deſponſatam Ioſeph. Et cum ſalutatione Angeli dicentis, Aue gratia plena &c. Maria expauiſſet, ipſe Angelus confortans nuntiauit eam altiſſimi filium concepturam. Interroganti autem virgini, non quia dubitaret de verbo ſibi nunciato, vt Zacharias, ſed vt audiret de modo huius conceptus. Quoniam inquit virum non cognoſco id eſt non cognituram me propoſui, vt exponitur 27. quæſt. 2. ſufficiat §. 1. Reſpondit Angelus, modum exprimens quia ſcilicet non humano ſemine, ſed opere ſpiritusſancti conciperet: exemplum adducẽs, conceptus Elizabeth ſterilis, qui erat occultus ſibi, non vt tanquam dubiam ex hoc credulam redderet, ſed vt lætitiam lætitiæ cumularet, & vt cogitet iuuencula de antiquo obſequio in eius partu.

Luc. cap. 1. Incarnatio quomodo facta.

Demum Maria dicente. Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Tunc in momento verbum caro factum eſt, & de virgine Maria id eſt de puriſſimis ſanguinibus eius materia corporis Chriſti coagulata, & in omnia lineamenta membrorum diſtincta, ſimul & anima de nouo à Deo creata eſt illi corpori infuſa, & deitati vnita, omni gratia & ſapientia & gloria repleta. Omnia hæc ſimul in inſtanti.

Viſitatio virginis Mariæ.

Poſt conceptum exurgens Maria abiit in montana ad domum Zachariæ, & ea ſalutante Elizabeth, exultauit miraculoſe infans Ioãnes in vtero eius. Et accelerato ſibi vſu rationis vt dicitur, cognouit aduentum Saluatoris in vtero virginis exiſtentis, & cum reueritus, tunc ſanctificatus eſt, ab originali ſcilicet mundatus.

Vide D.T. in 3. p. q. 3. artic. 5.

Elizabeth quoque reuelatione ſibi facta de verbo Dei in virgine concepto, exclamante, vnde hoc ſibi ſcilicet meritum & gratia accidiſſet, vt mater Domini ſui veniſſet ad eam viſitandam, Beatiſſima virgo cernens iam manifeſtari myſterium, quod omnibus erat occultum, repleta ſpiritu feruoris incomprehenſibilis, in gratiarum actiones ſe effundens cecinit illud deuotiſſimum canticum. Magnificat anima mea Dominum &c. Manſitque cum Elizabeth Maria menſibus tribus ſcilicet vſque ad partum Ioãnis, quem pie vt dicitur expectabat.

Ioan. natiuitas & circunciſio.

Exinde parturiente Elizabeth Ioannem, congratulabantur ei omnes vicini & cognati. Et octaua die cum veniſſent ad circunciſionem pueri (nam etſi eſſet per ſanctificationem in vtero ab originali mundatus, tum vt conformaretur aliis de illo populo circuncidi decebat) facta eſt diſceptatio pia inter propinquos eius & matrem de impoſitio-

A ne nominis. Mater eius volebat eum Ioannẽ vocari, alij renuebant aliud nomen quærentes ſibi imponi. Dumque ad Zachariam patrem acceſſiſſent pro huius rei determinatione, poſtulans ſigno pugillarem ſcripſit. Ioannes eſt nomen eius. Et illico apertum eſt os eius, qui mutus erat, & prophetauit, impletũ eſſe declarans myſterium incarnationis quod adhuc erat ſecretum dicens. Benedictus Dominus Deus Iſrael &c. Super quo mirati ſunt omnes, & diuulgatum eſt per regionem.

A.V.C. 1. Cur Ioannes circũciſus.

Mat. 1. Ioſeph quomodo voluit Mariam dimittere. Aug. ſe 16. de verb. domini.

Nato Ioanne, Maria reuerſa eſt in domum ſuam, B & Ioſeph percepit de ſponſa ſua Maria, quod eſſet grauida. Cumque iuſtus eſſet, & ſciret eam non cognouiſſe, nec tamen vellet eam traducere id eſt accuſare ſecundum Auguſt. 2. quæſt. 1. ſi peccauerit, cum non crederet tam ſanctam, tam pudicam, adulterium commiſiſſe, cogitauit dimittere eam, ſed Angelus ei reuelauit in ſomnis quod non timeret eam accipere, quia de ſpirituſancto conceperat filium, quẽ vocaret Ieſum, quia ſaluaturus erat populũ. Noli timere, accipere Mariam coniugem tuam. Chry. Accipere dicit. i. domi retinere. Iam enim illam domi habebat ſecundum morem antiquorum, qui ſponſas C retinebant in domibus ſponſorum cum omni pudicitia, ſed illam mente dimiſerat. 27. quæſt. 2. priuſquam. Coniugem tuam. Orige. id eſt ſponſam, quam tamen coniugem voco, non ex coniunctione facta vel futura tecum, ſed vt Diabolo virginitatem eius occultem, & vt legis inſtituta nõ deſtruam 27. quæſt. 2. inuenta. Gregor. Habere voluit Dominus Mariam ante ſuam natiuitatem ſponſam, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus eſt diſcipulus (ſcilicet Thomas) dubitans & palpans teſtis veræ reſurrectionis, ſicut Ioſeph ſponſus fuerat & matris cuſtos integerrimæ virginitatis. 27. D quæſt. 2. ſic quippe.

Chr. hom. 4 in Mat. Hom. 16. in Euang.

§. II.

Luc. ca. 2.

CVM autem exiſſet edictum à Cæſare Auguſto ſcilicet Octauiano vt deſcriberetur vniuerſus orbis, qui ſcilicet Romano imperio eſſet ſubiectus. Nam ſimpliciter nulli vnquam fuit ſubditus totus orbis, & ipſo edicto ordinatum fuit vt omnes irent ad ciuitatem ſuam, vnde originem traxerant, vt ibi deſcriberentur ſinguli & ſoluerent denarium argenteum, ob recognitionem ſubiectionis impera- E tori. Maria cum ſponſo ſuo Ioſeph, vt traderet exemplum obedientiæ ſuperioribus, etiam ethnicis, profecti ſunt de Nazareth in Bethlehem ciuitatem paruulam vnde Dauid oriundus fuit, & ipſi ex eo deſcendentes, & quia multi eo confluxerant, vt pauperculi, non inuenientes domum, quæ eos reciperet, intrauerunt quoddam diuerſorium, locum ſcilicet non habitabilem, ſed quo diuertebant gentes tempore pluuiæ vel ad colloquendum ſimul, ibiq; circa mediam noctem dominicam, non cum dolore, vt cæteræ mulieres, ſed cum ſummo gaudio à nobis incomprehenſibili peperit, iuxta illud Eſa. F 35. Germinans germinabit lætabunda & laudans, ſicut germinat terra herbas. Sine ſui apertione peperit filium ſuum primogenitum, non quem alij ſequerentur nati, ſed ante quem nullus id eſt vnigenitum. Ipſaque mox quem genuit, adorauit. Nullaque ibi obſtetrix, nullaq; ancilla vel nutrix, vt ait Hieronymus. Sed ipſa ſola virgo lactabat vbere de cœlo pleno. Panniſque eum inuoluit & reclinauit in præſepio inter bouem & aſinum vt communiter

Imperatori totius orbis nullus vnquã fuit. De natiuitate domini Ieſu. Hiero. ad ver. Heli.

niter

A.V.C. 1. niter dicitur. Cui illud congruit Abachuc tertia. A In medio duorum animalium innoteſceris. Et ex halitu calido animalium natus puer calefiebat.

Luc. ca. 2. Apparuit autem Angelus domini cum magna luce paſtoribus qui in illa regione cuſtodiebant greges ſuos vigilantes, & nunciauit natum ſaluatorem mundi. Et poſt hoc audita eſt multitudo militiæ cœleſtis cum eo, laudantium Deum & dicentium, Gloria in altiſſimis Deo &c. Paſtores ergo illi loquentes adinuicem dixerunt. Tranſeamus vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum eſt, quod Dominus fecit & oſtendit nobis. Et venientes feſtinanter inuenerunt infantem cum matre, nec creditur ibi defuiſſe Ioſeph qui tanto myſterio pueri nati fruebatur. Et paſtores adorantes reuerſi ſunt ad ſua glorificantes Deum & diuulgantes factum. Et Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. Conferebat enim, vt ait Beda, ea quæ nouerat prænunciata per prophetas de filio Dei & ſuo, ad ea quæ videbat quotidie impleri in eo, menti ea mandabat, vt tempore ſuo Apoſtolis & euangeliſtis ea manifeſtaret, qui his preſentes non erant.

Paſtores ad Chriſtũ viſeudum accedunt.

Luc. ca. 2.

Bed. lib. 1. com. in Luc. ca. 6.

Leo P. 4. V d. D. T. in 3 p. q. 37. art. 1.

Octaua vero die natiuitatis ſuæ circunciſus eſt puer, & vocatum eſt nomen eius Ieſus. Vbi dicit Gratia. 25. quæſt. 1. §. vltim. quod Chriſtus qui legem dedit, ipſam legem carnaliter impleuit, octaua die circunciſus, & quadrageſima die in templo cum hoſtiis præſentatus, vt in ſeipſo eam ſanctificaret. Poſtea vero, vt ſe dominum legis oſtenderet contra literam legis leproſum tangendo mundauit. Cauſa autem huius circunciſionis cum ea non egeret, multiplex aſſignatur, ſed non eſt hic locus eius. Hæc Lucas.

§. III.

Matt. c. 2. Magi Chriſtum adorant.

DIE autem tertiadecima ab eius natiuitate Magi id eſt ſapientes præcipuè in Aſtrologia & ª reges, ductu ſtellæ quæ apparuerat eis vel ipſa die natiuitatis vt communius dicitur vel anno præcedenti talem diem, ab oriente venerunt Hieroſolymam, credentes ibi natum tam egregium puerum eis reuelatum; dicentes. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Quod Herodes rex Iudææ audiens turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Vnde congregans peritos in lege, inueſtigabat ab eis de loco natiuitatis eius quem Magi quærebant. Quo ei expoſito, quia in Bethlehem, ſecundum prophetiam Michææ dicentis. Tu Bethlehem terra Iuda &c. Indicauit Magis ipſis locum, eis ſuadens vt inuentum notum ei facerent, ſimulans adorare velle quem intendebat occidere. Exeuntes ergo Hieroſolymam reuiſerunt ſtellã, cuius aſpectum ingreſſi Hieruſalem amiſerant. Stella igitur antecedebat eos vſque ad locum vbi puer natus erat, ibique ſe firmauit. Ex quo agnoſcentes puerum, quem cum

Mich. 5.

Nomina trium regũ & eorũ munera.

a Magos fuiſſe reges vetus Eccleſiæ traditio, cuius meminit Tertul. contra Iudæos & 3. contra Marcionem, Cypri. in ſermo. de Bapt. Hieron. in Pſalm. 71. Auguſt. lib. 3. de mirab. ſcript. cap. 4. Hilar. lib. 4. de Trin. Idacius Clarius ad Varimundum Aria Athaneſ. quæſt. 1. Cantacuzenus Apol. 1. Nec neceſſe eſt vt magni reges fuerint. Nam reges appellantur more orientis omnes qui ſceptro & diademate vti poterant, ſiue ſuæ eſſent poteſtatis ſiue alterius iuri ſubeſſent, vt Ximmhi ſæpe notat. Atque hæc contra Caluini nequitiam Geneb.

matre Maria inuenerunt eſſe Deum verum adorauerunt offerentes ſinguli (qui dicunt tres fuiſſe ſcilicet Gaſpar, Balthaſar, & Melchior) aurum, thus & myrrham. Aurum propter inopiæ ſubleuationem. Thus ad tollendum ſtabuli fetorem. Myrrham ad membrorũ conſolidationem, ſecundum Bernar. Vel aurum in ſignum regiæ poteſtatis. Thus ad iudicium diuinæ maieſtatis, Myrrham ob ſignum ſuæ mortalitatis, ſecundum Leonem. Hæc ex muneribus proteſtantes ſe de illo credere, vel vt auctorem totius prophetiæ ſeu ſapientiæ, quæ diuiditur in naturalem moralem & rationalem ſecundum, Gratia. diſtin. 37. legimus. §. ſed econtra. Demum poſt adorationem admoniti, in ſomnis ne redirent ad Herodem, reuerſi ſunt per aliam viam in regionẽ ſuam. Auguſt. dicit. Stellarum interpretes id eſt conſtellationum ſub quibus homines naſcuntur Magi nuncupabantur. nunc autem mathematici, ſicut de illis in euangelio legitur qui Chriſtum natum nunciauerunt, cuius artis ſcientia vſque ad Chriſtum fuit conceſſa, vt Chriſto edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretetur. 26. quæſt. 3. id eſt genus.

A.V.C. 1.

Bernar. Leo ſer. 6. de epiph.

B Rab. de præſ. eccl.

Auguſt. de nat dæ.

Aſtrologię ſcientia poſt Chriſtum non eſt permiſſa.

C Quadrageſimo autem die oblatus fuit Chriſtus in templo à Maria & Ioſeph ſecundum legem purificationis, & oblatum pro eo in ſacrificium par turturũ vel pulli columbarum, & redemptus quinque ſiclis argenti. Quem præſentatum in templo Simeon ſenex agnoſcens ſaluatorem, accepit in vlnas, benedicens Deum, & dicens. Nunc dimittis ſeruum &c. Et matri reſtituens de eo prophetauit dicens. Poſitus eſt hic in ruinam &c. gladio paſſionis eius animam tranſuerberandam. Sed & Anna propheteſſa quæ 83. annorũ erat in templo aſſidua eum cognoſcens aliis manifeſtabat. Hunc morem adhuc D ſeruant mulieres fideles, vt ſcilicet per 40. dies poſt partum Eccleſiam non ingrediantur. Et hoc non quia in veteri lege mandatum, nam hoc eſſet Iudaizare, ſed ex quadam reuerentia ad Eccleſiam. Verum vt dicit Gregor. diſtinct. 5. cum enixa. Si mulier eadem hora qua parturiuit non in contemptum, ſed Deo gratias actura vult Eccleſiam ingredi, non eſt prohibenda.

Leu. 12. Chriſti in templo præſentatio.

Greg ad Aug. c. 10.

§. IIII.

HERODES autem cùm Magi nil ei nunciaſſent de puero inuento, exiſtimauit primo eos E deceptos non inueniſſe, & ideo erubuiſſe ad eum redire vel nuncium mittere. Sed poſtquam audiuit rumores augeri de puero nato rege Iudæorum: ex verbis paſtorum & Simeonis & Annæ propheteſſę, arbitratus eſt Magos ſtudioſe illi occultaſſe inuentum puerum. Et propterea videns ſe illuſum à Magis iratus eſt valde, & tractare cœpit de modo occidendi paruulum Ieſum. Sed interea cum de nece paruulorum diſponeret citatus eſt per epiſtolam à Cæſare Auguſto vt Romam iret accuſationi filiorum reſponſurus, vt ait Comeſtor. Qui proficiſciſcens cum percepiſſet in via Magos tranſuectos F Tarſenſium eos cõburi fecit, ſecundum illud. In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Cum autem coram Auguſto diſceptaſſet pater cum filiis, facta eſt reconciliatio inter eos, hac lege vt filij patrem venerarentur, & ſubiecti eſſent, & ipſe de regno ad libitum diſponeret. Reuerſúſque in Iudæam populo inſinuauit ex decreto Auguſti de ſucceſſore ſuo in regno ſi iudicem conſtitutum. Et vt dicit Euſebius

Herodes adrerſus infantes ſæuit.

Mat. ca. 2.

A.V.C. 1. Euſ. lib. 1. hiſt. cap 6. Herodes libros in quib. nobilitas Iudæorũ continebatur cõburendos curat. Com. ibi.

ſebius ne forte ipſe Herodes ignobilis ab ipſo ſemine Iſraelitico haberetur extraneus, comburi fecit omnes libros, in quibus nobilitas generis in templo reſeruabatur adſcripta, vt deficientibus probamentis ipſe ad hanc pertinere videretur. Vt quoq; ſuam ſobolem regio Iudæorum generi commiſceret, abiecta vxore Doſide ſibi Mariammen Ariſtobuli neptem & Hircani filiam matrimonio copulauit. Conceptam crudelitatem de nece paruulorum vt ad Chriſtum veniret poſtquam remeauit de victoria cauſæ factus audatior & executioni mandauit vt ait Comeſtor. Nam mittens in Betlehem & in omnes fines eius congregari fecit, vt imaginari poteſt in vnum locum adduci per matres vel nutrices eorum ſub prætextu alicuius pietatis & munificentiæ, omnes paruulos illius regionis à [a] bimatu & infra id eſt à duobus annis & circa vſque ad natum vnius diei. Nam annus iam tranſierat poſt adorationem Magorum, quo fuerat occupatus in acceſſu ad vrbem, & formoſior ac maior cæteris talis paruus rex Iudæorum putabatur, vt inter tot occiſos ille includeretur. Sicq; plurimi paruuli pro Chriſto interfecti ſunt martyres facti, vt dicitur non loquendo ſed moriendo teſtificati ſunt, quorum numerus ignoratur. Nam quod in officio eorũ ad laudes canitur apocal. Centũ quadraginta quatuor millia habentes nomen agni ſcriptum in frontibus ſuis, ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato, ſub quo compræhenditur magnum myſterium electorum non quod præciſè dicatur eſſe numerus eorum.

Apoc. 14. Mat. c. 2.

Ante vero occiſionem Innocentium apparuit Angelus domini in ſomnis Ioſeph dicens, Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, quia Herodes quærit puerum ad perdendum. Qui conſurgens nocte cum matre & paruulo perrexit in Ægyptum. Et vt ait Comeſtor, ſicut in egreſſu Iſrael de Ægypto non fuit domus in qua non ſit mortuus ſcilicet primogenitus, ita in introitu Ieſu in Ægyptum non fuit templum in quo non corruiſſet idolum, iuxta illud propheticum Eſa. 19. Ecce Dominus ſuper nubem leuem (ſcilicet virginis quæ neſciuit onera matrimonij nec alicuius peccati) & ingredietur Ægyptum, & corruent idola Ægypti. Ibiq; dicitur manſiſſe annis ſeptem, Vbi dicit Aug. Fugiat miniſter Chriſti ſicut Chriſtus fugit in Ægyptum à facie Herodis. Fugiat ſpecialiter quæritur, dum per alios firma Eccleſiæ ſalus. 7. quæſt. 1. §. hoc etiam tunc, cap. aduerſitas.

Com. in hiſt. euan. cap. 10. Ex. 12.

Sed mortuo poſtea Herode, Angelus domini in ſomnis dixit Ioſeph, quod reuerteretur cum matre & puero in terram Iſrael, quia mortui erant, qui quærebant animam pueri id eſt vitam tollere, qui reuerſus audiens quod Archelaus filius Herodis regnaret pro patre in Iudæa, timuit illo ire, ſed ſeceſſit in prouinciam Galileæ in ciuitate Nazareth ibi habitans cum Maria & filio paruulo.

Mat. ca. 2.

a Auguſtus cum audiſſet inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra bimatũ iuſſit interfici, filium quoque eius occiſum, ait, Melius eſt Herodis porcum eſſe quam filium, Mar. lib. 2. Satur. cap. 4.

§. V.

Chriſtus in templũ aſcendit.

CVM autẽ Ieſus factus eſſet 12. annorum aſcendentibus Maria & Ioſeph Hieroſolymam ad templum in feſto ſecundũ mandatum legis & puer

A Ieſus profectus eſt cum eis. In porticibus autem templi manebant laici, ſeparatim tamen viri à mulieribus, & vt piè credi poteſt Maria ſecum habere voluit Ieſum, ſed ipſa in oratione à ſenſibilibus abſtracta non aduertente, puer Ieſus ſe ſubſtraxit ab eius præſentia. In ſe autem reuerſa & non videns ſecum puerum exiſtimauit eum ad Ioſeph acceſſiſſe, pueri enim & cum patribus & cum fœminis propinquis ire & manere permittebantur. In receſſu autem à templo cum ſibi mutuo obuiaſſent Maria & Ioſeph & neuter ſecum haberet Ieſum cogitauerunt ipſum in ſocietate eſſe cum aliis eorum propinquis. B Inter quos requirentes per diem & non inuenientes cœperunt dolere, timentes ne forte deueniſſet ad manus Archelai, vel alia de cauſa eos deſeruiſſet. Vnde Hieruſalem reuerſi poſt triduum inuenerunt ipſum in templum id eſt porticu templi vbi à doctoribus legebatur, ſedentem in medio eorum interrogantem omnéſque ſtupuerunt ſuper verbis eius. Et piè imaginari poteſt quod de aduentu Meſſiæ diſputabat. Cui mater beatiſſima ait. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce ego & pater tuus, ſcilicet putatiuus ſeu nutritius dolentes, quærebamus te. Quo reſpondente. Quid eſt quod me quæ- C rebatis? an neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? non intellexerunt. Deſcendit demum cum illis in Nazareth, & erat ſubditus illis. Et Ieſus proficiebat ætate ſapientia & gratia Quod non eſt intelligendum, quo ad habitum ſapientiæ vel gratiæ, quia principio conceptionis pleniſſimus fuit, ſed quo ad actum demonſtrationis exterioris, quia opera faciebat maioris ſapientiæ & gratiæ oſtenſiua. Vbi Gratianus diſtinct. 36. ca. qui Eccleſiaſticis, §. ecce quod ſacrarum ait. Saluator noſter in templo prius in medio doctorum ſedit audiens illos & interrogans, & poſtea prædicare cœ- D pit, quia prius debet quiſque diſcere, & poſtea officium prædicandi aſſumere. Nihil aliud reperitur de infantia & pueritia Domini Ieſu in euangeliis præter prædicta. Reperiuntur autem quædam alia in libro de infantia Saluatoris. Sed quia liber ille ponitur inter Apocryphos diſtinct. 16. ſancta Romana, ideo illa dimittuntur tanquam dubia de veritate eorum. Quid vero egerit & vbi habitauerit tempore adoleſcentiæ ſuæ vſque ad annum ſuæ ætatis trigeſimo nullibi habetur. Et diſtinct. 78. præsbyter, dicitur Dominus Ieſus. 30. anno baptizatus eſt & tunc prædicauit.

A.V.C. 1. Ex 24. deut. 16. Quomodo virgo beata Ieſum filium amiſerit citra ſuam vllã culpã contra Centuriat. l. 1. c. 2. & alios eiuſdẽ farinæ homines, vide Can. lib. 4. cap. 13.

Chriſtus in templo repericur.

D. Thom. in 3. p. q. 7. artic. 2.

Liber de infantia ſaluatoris Apocryphus.

E A prædicatione Iohannis Baptiſtæ inchoat Marcus euangeliſta euangelium ſuum, dicens, quod de Ioanne fuit per Malachiam prophetatum ſcilicet, Ecce ego mitto Angelum meum ſcilicet Ioannem per Eſaiam vox clamantis in deſerto, & hæc Lucas dicit, cœptum ſcilicet prædicationem Ioannis anno 15. imperij Tiberij Cæſaris, qui ſucceſſit Octauiano procurante Pontio Pilato. Iudæam vicario ibi imperatoris, & Herode tetrarcha Galilææ ſub pontificibus ſacerdotium Anna & Caipha. Et de prædicatione & baptiſmo Ioannis omnes euangeliſtæ teſtantur. Auſteritatem victus & veſtitus eius de- F ſcribunt Matthæus & Marcus, ſcilicet quod erant locuſtæ & mel ſylueſtre, & locuſtas aliqui intelligunt certas radices herbarum, & veſtimentum eius de pilis camelorum. Prædicationem eius in genere ponit Matthæus, quod ſcilicet omnibus dicebat. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Addit etiam increpationem, quã faciebat ſcribis & Phariſæis dicens. Genimina viperarum

Marci c. 1. Malach. 3. Luc. cap. 3. Iſa. 40. De Ioãne Baptiſta.

Matt. 3. & Mar. 1. Matth. 3.

Ioãnis Baptiſtæ prædicatio. Luc. 3.

A.V.C. 12.

peratum &c. Lucas vero refert documenta diuerſa quæ dabat turbis, & quæ publicanis, & quæ militibus ad eum venientibus, vnde Amb. Singulis quoque generibus hominum conueniens tribuit ſanctus Ioannes Baptiſta reſponſum vnum omnibus, ita publicanis ne vltra præſcriptum exigant, militibus ne calumnium faciant, ne prædam requirant, docens idcirco ſtipendia conſtituta eſſe militiæ, ne dum ſumptus quæritur præda graſſetur. Miſericordia autem communis eſt vſus, & ideo commune præceptum eſt. Omnes in communi admonentur vt conferant non habenti. diſt. 86. in ſingulis, per ſecundam tunicam intelligitur ſuperfluitas. Nota etiam, quæ dicuntur de ſtipendiariis & officialibus. 23. quæſt. 1. militare. Marcus vero dicit, quod Ioannes baptizabat & prædicabat baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, & multi ab eo baptizabantur in Iordane confitentes peccata ſua. Ioannes autem Euangeliſta dicit quod mittentibus Iudæis ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad eum interrogandum ſi eſſet Chriſtus vt plurimi æſtimabant, aſſeruit ſe non eſſe Chriſtum, nec Heliam, nec prophetam, ſed vocem clamantem in deſerto, quam prænunciauit Eſaias aſſignans cauſam quare baptizabat, quia ſcilicet in aqua præciſè, diſponendo homines ad pœnitentiam, ſed poſt eum veniret qui baptizaret interius ſcilicet Chriſtus, & ſignum ſibi fore datum ad eum cognoſcendum. Refert autem Matthæus expreſſius quod Chriſtus acceſſit ad Ioannem cum baptizaret homines in Iordane, petens ab eo baptizari. Et cum Ioannes ex humilitate recuſaret dicens. Ego à te debeo baptizari, Chriſtus hoc ſibi mandauit dicens. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam id eſt perfectiſſimam humilitatem. Et tunc baptizauit eum, in quo actu vidit Ioannes cœlos ei apertos & columbam id eſt ſpiritumſanctum in forma columbæ deſcendentem ſuper Chriſtum, vocem quoque patris intonantem, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Marcus idem breuiſſime narrat. Lucas quoque adiiciens ætatem tunc Chriſti, vt quod erat incipiens quaſi annorum triginta vt putabatur filius Ioſeph qui fuit filius Heli &c. exprimens aſcendendo. 77. generationes, vnde progenitus fuit vſque ad Adam pertingens immenſa myſteria, ſed non hic explicanda. Et nota quod ſexta die Ianuarij in Epiphania tertia decima die à natiuitate ſua Chriſtus fuit adoratus à magis, poſtea reuolutis triginta annis eadem die baptizatus à Ioanne Baptiſta. Et inde anno reuoluto eadem die in nuptiis fecit primum ſignorum, ſcilicet mutando aquam in vinum, hoc firmiter canit Eccleſia & ſecundum Bedam ſequenti anno eadem die ſatiauit quinque millia hominum de quinque panibus & duobus piſcibus.

Amb. li. 2. cô. in Luc. — Mar. 1. Ioan. 1. — Eſa. 10. — Matt. 3. — Chriſti baptiſmus. — Mar. 1. Luc. 3. — Quæ myſteria in die epiphaniæ ſunt perpetrata.

§. VI.

CVM autem vna dierum ſtaret Ioannes cum diſcipulis iuxta Iordanem videns Chriſtum inde tranſeuntem, dixit. Ecce agnus Dei. Quo audito, duo ex diſcipulis eius ſecuti ſunt eum, & vnus ex illis erat Andreas frater Petri, qui accedentes ſecum ad domum habitationis ſcilicet Chriſti, manſerunt ea die cum eo, poſtea Andreas inueniés Germanum Petrum dixit ſe inueniſſe Meſſiam, & ducto ad Chriſtum ipſe ei dixit, Tu es Simon, tu es filius Ioanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Sequenti die ambulans per Galilæam A inueniens Philippum dixit ei, ſequere me. Quod & fecit Philippus, poſtmodum inuentum Nathanaelem peritum legis dicens ſe inueniſſe Meſſiam duxit eum ad Ieſum, quem laudauit valde dicens, ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt. Et cum interrogaret Nathanael Ieſum vnde eum noſſet. Reſpondit antequam Philippus te vocaret cum eſſes ſub ficu, noui te. Tunc Nathanael confeſſus eſt eum eſſe Meſſiam dicens. Tu es filius Dei &c. Et Chriſtus dicit quod viderent Angelos aſcendentes & deſcendentes ſuper eum.

Chriſtus à Ioanne Agn' Dei nominat'. Ioan. 1. — A.V.C. 12.

B Audiens autem Ieſus quod Ioannes incarceratus eſſet ab Herode ſeceſſit in Galilæam & venit in Capharnaum & cœpit prædicare dicens. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum inquit Matthæus vt impleretur quod dictum eſt per Eſa. Gentium populus quæ ambulabat in tenebris vidit lucem magnam &c. ſcilicet doctrinæ Chriſti. Ambulans autem iuxta mare Galilææ vidit duos fratres Andream & Petrum piſcatores & vocauit eos, qui relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Deinde videns alios duos fratres Iacobum & Ioannem filios Zebedæi cum patre reficientes retia, vocauit eos, qui relicto patre & retibus ſecuti ſunt eum. Qui C tamen redierunt ad ſua ſed poſtea altera vice cum piſcati eſſent per totam noctem & nihil prændidiſſent, poſt prædicationem factam in naui Simonis iuxta littus ad iuſſum Chriſti, Simon Petrus laxans rete compræhendit piſcium multitudinem nimiam vt impleret nauiculam ſuam & ſociorum Ioannis & Iacobi, quo miraculo viſo extunc in totum ſecuti ſunt Chriſtum. Comeſtor tamen ponit iſtam vltimam vocationem in ſecundo loco, & ſecundam nominatam in tertio loco. Dicit autem Ambroſius, quod ſoli Petro dicitur [a] Duc in altum nauim, hoc eſt in profundum diſputationum. Quid D enim tam altum quam altitudinem diuitiarum videre ſcire, Dei filium, & perfectionem diuinæ generationis aſſumere, quam licet mens humana non queat planæ rationis inueſtigatione compræhendere, fidei tamen plenitudo complectitur. 23. quæſt. 1. non turbatur. Et circumibat Ieſus totam Galilæam prędicans & ſanans omnes infirmos ad eum productos de quibuſcunque locis.

Matt. 4. Chriſtus diſcipulos cógregat. — Iſa. 9. Matt. c. 4 & Mar. 1. — Luc. 5. — Cô. in hiſt. Euan. c. 41. Amb. li. 4. com. in Luc. Petro ſoli dicitur Duc in altum & quare.

Celebratis autem nuptiis in Chana Galilææ, quæ communiter dicuntur fuiſſe Ioannis Euangeliſtæ, affuerunt ibi virgo Maria & conſanguinei, & Ieſus inuitatus cum diſcipulis ſuis, vbi aquam conuertit E in vinum, & crediderunt in eum diſcipuli eius, id eſt magis firmati ſunt in fide. Ioannes autem non conſummato matrimonio virgo ſecutus eſt Chriſtum. Ioan. c. 2

Exinde eunti in Nazareth & intranti in Synagogam datus eſt ei liber Eſaiæ prophetæ, quem aperiens legit quod primo occurrit. Erat autem iſtud, Luc. c. 4.

a Vt ceſſauit autem loqui, dicit Petro, Duc in altum, eo ipſo ſignificans tum Chriſtianos debere non aliter in vnum coniungi, quoque ex pluribus tabulatis vna fit nauis, tum ſe turbas in æternum docere ex Petri nauicula. Porro Petrum ducere in altum eſt nauim, hoc F *eſt Eccleſiam viſibiliter gubernàre, idque facere ex Chriſti præcepto, qui in naui eius ſedens dixit ei. Duc in altum id eſt, tu ſis gubernator & hoc totũ ad Eccleſiam ſpectare Chriſtus docuit dicens eodem tempore. Poſthac eris homines capiens, Eccleſia vero Chriſti non mutat conditionem ſuam. Adhuc igitur eſt quidam Petrus in Eccleſia, qui gubernat eam. Sand. lib. 6. de viſi. mon. cap. 2.*

Spiritus

A.V.C. 12.
Exod. 21. Leu. 24. Deut. 19.

dicens. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Diliges amicum, &c. Chriſtus in euangeliis ait. Audiſtis quia dictum eſt in lege, quem modum vltionis lex ſtatuit oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem hanc viciſſitudinem tollens & ad manſuetudinem & charitatis perfectionem vos inuitans dico vobis non reſiſtere malo, ſed diligite inimicos veſtros &c. Omnis iniquus bonorum eſt inimicus, omnis amicus huius ſæculi inimicus Dei eſt. Inimicus autem Dei, & iuſtitiæ & bonitatis eſt inimicus. Gratianus. 23. q. 4. hæc autem. §. ex his omnibus. Aug. Ego ad dilectionem inimicorum vos moneo, quia ad ſanandum vulnera peccatorum nullum medicamentum efficacius eſſe cognoſco. Eleemoſinam fieri inſtruit non ad oſtentationem, ſed ſincera intentione. Tria ſunt genera eleemoſynarum. Vna corporalis, dare egenti quicquid poteris. Alia ſpiritualis, dimittere ei à quo læſus fueris. Tertia delinquentem corrigere, & errantem in viam reducere veritatis. Albinus diſt. 45. tria. Quod autem dicitur. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. i. ſiniſtra hoc eſt mala intentio non ſe immiſceat dexteræ, id eſt, bono operi tuo. Orare in ſecreto cordis admonet, & quid orandum, formans ore ſuo orationem dominicalē. Quando ſtamus ad orationem fratres dilectiſſimi, inuigilare & incumbere ad preces toto corde debemus, cogitatio carnalis hominis & ſęcularis abſcedat, nec quicquam tunc animus præter id ſolū cogitet, quod precatur. Claudatur contra aduerſariū pectus & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem Dei orationis tempore venire patiatur. Cyprianus de conſe. diſt. j. quando. Et hoc eſt intrare cubiculum ſecretum cordis clauſo oſtio, ſcilicet ſenſuum exteriorum. Modum ieiunandi tradit, nec eſſe theſaurizādum dicens, cum ieiunatis &c. Cùm ieiunas vnge caput tuum, & faciē tuā laua, ne videaris hominibus ieiunans &c. Debet ergo ieiunium eſſe cum eleemoſynæ largitione, vnde Gre. Quod tibi ſubtrahis ſcilicet ieiunando: pauperi largire. Et hoc eſt vngere caput ſcilicet Chriſtū oleo miſericordiæ ſecundo debet eſſe ieiunium cum vitiorum remotione. Aug. Ieiunium autē magnum & generale eſt abſtinere ab iniquitatibus de conſe. di. 5. ieiunium. Item Pius papa. Nihil enim prodeſt (ad meritum ſcilicet vitæ æternæ) ieiunare & orare & alia religionis bona facere, niſi mens ab iniquitate & lingua ab obtrectationib. cohibeatur de cōſe. diſt. 5. nihil enim. Et hoc eſt lauare faciem, id eſt, conſcientiam. Tertio debet eſſe ieiunium cum pura intentione & diſcretione, Hieron. Sint tibi ieiunia pura, continua, moderata: id eſt, quotidie eſurire & quotidie prandere. Curat enim vulnera delinquentis curatóſque ſanctificat ieiunium. de conſe. diſt. v. ſint tibi. Et hoc eſt non velle videri hominibus ieiunans. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Ambr. Omnes cupidi, omnes auari, Giezi leprā cum diuitiis ſuis poſſident, & male quæſita mercede non tam patrimonij facultatem, quam theſaurum crimininū ſibi congregauerunt æterno ſupplicio & breui fructu 1. q. 1. cito turpem. Item Hier. Accepiſſe pauperib. erogandum & eſurientibus plurimis illud reſeruare vel cautum vel timidum eſt, aut quod apertiſſimi ſceleris eſt aliquid inde ſubtraxiſſe omnium prædonum vincit crudelitatem. Crates ille Thebanus homo quondam ditiſſimus cùm ad Philoſophandum Athenas pergeret magnum auri pondus abiecit, neque putauit ſe ſimul virtutes & diuitias poſſe poſſidere. Et nos ſuffarcinati auro Chriſtum ſequimur

Ex Greg. hom. 58. in Euan.
Matth. 6.
Eleemoſynarū tria genera.
Iuo. Car. l. 3. el. c. referr.
Cypr. ſer. 6. de oratione dominica.
Ieiunium quę debet habere.
Aug. tra. 17. in Ioā.
Pius ep. 1.
Hier. ad Nepot.
Am. lib. 1. cō. in Luc.
Hiero. ad Nepot.

A 12. quæſt. 2. gloria. Ambro. Vere ille thaſaurus domini eſt qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt q. e. aurum ſcilicet liberando homines à miſeriis. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus &c. Matth. 6. Oculus eſt intentio corpus eſt congeries bonorum operum de ſe. Si ergo oculus intentionis eſt ſimplex. ſcilicet quod propter Deum tunc etiam opera quæ ſequuntur ſunt lucida & bona: & contra ſi ſit mala intentio. Ambro. non ſatis eſt benefacere: niſi id ex bono fonte procedat, hoc eſt ex bona voluntate & intentione proficiſcatur. diſt. 87. non ſatis. Et 14. q. 5. ſcriptum eſt. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis B homines & vos facite illīs Mat. 6. Gratianus diſtinct. 1. in principio oſtendit hoc eſſe de iure naturali. & gloſſ. ibi dicit que vultis ſcilicet rationabiliter. Intrate per anguſtam portā: quia lata porta, & ſpacioſa via, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Matth. 7. porta per quam exitur ad viam eſt appetitus, via eſt opus exterius. Sed arcta eſt, cùm eſt ſecundùm rationem & opera virtuoſa, quia virtus eſt ſcientia circa difficilia. Adamantius, id eſt Origenes, non peccare ſolius Dei eſt, emendare ſapientis. Sed raro inuenias qui ſe corrigat: rara confeſsio peccati, rara pœnitentia, repugnat na- C tura (id eſt ſenſualitas) & verecundia, quia obnoxia eſt culpæ omnis caro, præponderant enim futuris pręſentia, ſeriis iucunda, lęta triſtibus, & pręproperа tardioribus. Velox iniquitas quæ ad nocendum occaſionem ſuggerit lenta virtus, & cunctatrix ante iudicat quàm incipiat quid decorum quid honeſtum iniquitas omnia præcipitat de pœ. di. 3. inter hec. 1. Itē lata porta eſt & via ſecundum ſenſualitatem viuere, & operari mala. Et hæc ducit multos ad perditionē. Aug. Non gaudeant peccatores quia plures inueniūt ſibi ſimiles. nam propterea non minus ardebūt quia cum multis ardebunt 2. q. 1. multi. Nolite ſanctum da- D re canibus &c. Matth. 7. hoc eſt immundis ſpiritibus facilè ſacræ communionis non ſunt tribuenda conſortia. Amb. de pœn. diſt. j. nonnulli, id eſt peccatoribus quando ſunt notorij. Vel etiam cauendum ne verba prædicationis vel diſputationis circa ſecretiora fidei indignis pandantur, vt dicit Orig. diſtin. 43. in mandatis. de malis prophetantibus vel facientibus miracula 1. q. 1. Prophetauit. Reuocat homines à ſolicitudine temporalium ſcilicet nimia & indebita, dicens. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, ſcilicet Deo & mundo: concludens. Quęrite primum regnū Dei &c. Quòd præcepit dominus non eſſe cogitan- E dum de craſtino, non adhoc fuit pręceptum vt nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis, ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur & propter inopię timorem iuſtitia deſeratur. Au. 12. quæſt. 1. habebat. Et quod ſubdit Chriſtus, diei ſufficit malitia ſua, id eſt, ſolicitudo ſua & labor quæ malitia dicitur quia malum pœnæ eſt & affligit 14. q. 5. §. ſed hoc. Præcepit non eſſe iudicandum ſcilicet temerariè, non reprehendendum alterius crimen ab eo qui eſt peior ſub ſimilitudine feſtucæ & trabis. Nec temere indiligentérque probata indiſcuſſa quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce. Nolite iudicare & non iudicabimini. Mala ve- F ro audita nullum moueant, nec paſsim dicta quiſquam vnquam abſque certa probatione credat, & inducitur exemplum domini qui mala Sodomorum quorum clamor ad cœlum aſcenderat abſque fidelium teſtium probatione non iudicauit. 2. q. 1. Deus omnipotens. De malo iudice dicit Grego. In grauibus peccatis quis poſitus dum ſuis premitur alie-

A.V.C. 12.
Am. li. 2. de of. c. 28.
Amb. li. 1. off. c. 30.
Ori. in Leuit. Dei ſolius eſt nō peccare.
Auguſt. de pœ. ho. 50.
Amb. li. 2. de pœ. c. 9.
Auguſt. de mend. c. 15.
Quomodo temerariè non ſit iudicādum.
Euar. ep. 2.
Gen. 18.
Greg. c. 6. præfat. in Iob.

A.V.C. 12.

Ambro. in Pſalm. 118. ſerm. 20.

na non diluit, 3. q. 7. in grauibus Ambr. Iudicet de alterius errore, qui non habet in ſeipſo quod cōdemnet. Iudicet ille qui non agit eadem &c. q. e. Hortatur ad frequentiam orationis ſub ſimilitudine filij petentis à patre ouum, panem, & piſcem, quæ ſignāt ſpem, charitatem, & fidem. Idem Lucas. Sed prius ponit ſimilitudinem de habente amicum ad quem vadit media nocte vt commodet ſibi tres panes, cui prius recuſat: poſtea perſeueranti ſurgit & ei dat quotquot habet neceſſarios. Importuna in Euangelio mulier (ſcilicet Chananea) tandem meruit audiri. Clauſo oſtio cum ſeris licet media nocte ab amico amicus panes accepit. B Deus qui nullius viribus in ſe ſuperari poteſt Publicani præcib. ſuperatur. Niniue quę peccatis petierat, fletibus ſtetit. Hieron. de pę. di. 1. importuna. cauendum dicit à falſis Prophetis: ſub veſtimēto ouium: Attendite air à falſis prophetis, inſinuat quòd in die iudicij multi prophetæ & miracula facientes reprobabuntur: quia ſcilicet mali fuerunt. Demum concludendo ſermonem Chriſtus æquiparat audientem & obſeruantem doctrinam ſuā ſapienti ædificanti domum ſuam ſupra petram, quæ firma permanet à vētis pulſa, fluminibus & pluuia: audientem autē & non facientē quæ audit, aſſimilat ſtulto ædificāti ſuper arenam domum quę citò ruit. C

§. VIII.

De leproſo à Domino mundato.

EXINDE deſcendentem de mōte ſecutæ ſunt turbæ multæ. Et alij quidem ob deuotionē doctrinæ & vitæ, alij ob curationem habendam, alij ad obſeruandum, alij ad curioſitatem. Et occurrentem ſibi leproſum & dicentem ſi vis potes me mundare, tactu manus ſuæ eum à lepra ſanauit, quem ad ſacerdotem miſit vt ſe oſtenderet, in hoc innuens quòd mundatus à lepra peccati, nihilominus debet ſe ſacerdoti præſentare & per confeſſionem & ſacrificiū ſatisfactionis offerre. D Ingreſſus poſtea in Capharnaum ciuitatem, Centurionem exaudiuit exprimentem paralyticum puerum id eſt, ſeruum ſuum male vexari illum abſens ſanando & Centurionem de fide multùm commendando ſuper Iſrael: prænunciās conuerſionem gentium in Centurionis mira fide & reprobationem Iudæorum.

Mūdatus lepra Peccati ſacerdoti ſe ſe debet offerre propterea cōfeſſionem & ſatisfactionem.

Chriſti multa miracula.

Alia vice in ſynagoga ſanauit quendam in die ſabbati habentem manum dexteram aridam, & indignati Phariſæi propter hoc cogitabant quid facerent de Ieſu.

Socrum Petri febricitantem ingreſſus domum eius, precibus Apoſtolorum motus ſanauit. E Et poſt occaſum ſolis infirmos quoſque ad ſe perductos liberauit & à dæmonibus obſeſſos. Exeuntes autem dæmones à multis clamabant, quia tu es filius Dei. Sed Chriſtus increpans eos non ſinebat eos loqui illam veritatem, in hoc docens vt nec etiam veritatē à dæmoniis inquiramus, vel prolatam ab eis credamus: quia intēdunt decipere. Egreſſum autem in deſertum cùm turbæ requirentes inuētum retinere ſecum voluiſſent, non acquieuit dicens, quia aliis ciuitatibus oportet me Euangelizare. Quendam dicētem ſe eum velle ſequi vt diſcipulum, recuſauit, quia ob auaritiam lucri vel oſtentationem hoc quærebat. F Alium ſe ob hoc offerentem, ſed prius patrem ſepelire volentem, iuſſit ſequi, nec de patris ſepultura curare. Et altero offerente ſe ad eum ſequendum, ſed prius velle ire ad renunciandum his quæ domi erant dixit Chriſtus. Nemo mittēs manum ad aratrum, & reſpiciēs retro aptus eſt regno Dei. Poſt reſuſcitationem puellæ narrat Matth. de duob. cæcis qui acceſſe-

Veritas à Dæmoniis non inquirenda.

Luc. 4.

Matt. 8. Luc. 9.

A runt ad eum pro illuminatione, & interrogante Ieſu: ſi creditis quia hoc poſſum facere vobis? & reſpōdentib. q ſic: dixit ſecūdum fidem veſtram fiat vobis. Et tactu ſuo illuminauit eos. Et cùm eis mādaſſet ne cui dicerent: docens in hoc occultare bona opera, præcipuè, ad vitādam inanem gloriā, illi tamen per totam patriam diuulgauerunt. Tranſiēs per nauiculam mare in lacu Genezaret cùm dormiret: ortáque eſſet tempeſtas, diſcipuli eum excitauerunt, & ſurgens imperauit ventis & mari & ceſſauit tempeſtas. Reuerſus Capharnaum ſanauit paralyticum per tegulas ſubmiſſum ante eum. Et quia Chriſtus dixerat B ei. Dimittuntur tibi peccata, in hoc oſtendens peccatum cauſam eſſe ſuæ infirmitatis: Phariſæi dicentes in corde eum blaſphemare, quia hoc eſt propriū Dei, ipſi autem credebant eſſe putum hominē oſtēdit Chriſtus eis deitatem ſuam, ex cognitione cogitationum, quod eſt ſolius Dei. Manifeſtauit autem ſe hoc poſſe ex ſubita ſanatione eius. Vocatus ad prandium à Simone Phariſæo, acceſſit cum diſcipulis ad domum eius, & comedentibus illis, mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, acceſſit ad pedes eius, & lachrimis rigauit eos, crine tergebat, vnguēto vngebat. Et murmurante Simone, Chriſtus commēdauit eius C dilectionem, hæc communiter creditur fuiſſe Maria Magdalena ſoror Marthæ & Lazari ſecūdum Greg. quæ dicitur peccatrix, non ex eo quòd publica meretrix: ſed quia aliàs multùm vana & laſciua mente & forte corpore, ſecūdum illud quod in hymno habetur. Poſt fluxæ carnis ſcandala, fit ex lebete phiala &c. Aliqui tamen doctores dicunt hanc non fuiſſe Mariam Magdalenam, ſed aliam. Cùm autē ingrederetur Ieſus in quoddam caſtellum ſcilicet Bethaniæ, vt communiter dicitur, mulier Martha nomine excepit illum in domum ſuam, & cū ſoror eius Maria maneret ad pedes Chriſti ad audiendum verba D eius, propter quod Martha cōqueſta eſt apud Ieſum de ea: quòd non eam iuuaret, ſed ſolam relinqueret ad miniſtrandum, reſpondit Ieſus, illam excuſans eo quòd elegiſſet optimam partem. Eſt enim vita cōtemplatiua per Mariam figurata tutior, iucundior, & diuturnior. Actio tamen Marthæ nō mala ſed bona: ac etiam vitæ præſenti congruentior vbi naſcitur homo ad laborem. Vtilior proximis & meritis fœcundior accidentalibus. Nam quo ad eſſentiale ille maior qui in charitate perfectior: ſiue in contemplatiua: ſiue in actiua.

A.V.C. 12.

Matth. 9.

Matth. 8.

Matt. 9. Mar. 2. Luc. 5.

Luc. 7.

Marię Magdalenæ pœnitentia.

Greg. ho. 33. in Euā.

Luc. 10.

Vide D. Th. 2. 2. q. 182. a. 1. & 2.

Actiuę vitę cum cōtemplatiua collatio.

§. IX.

AScendit autem Ieſus Hieroſolymam cum diſcipulis in Paſchate Iudæorū, & intrans in tēplum id eſt, in porticus templi, facto flagello de funiculis, omnes eiecit de templo ementes & vendentes, in deteſtationem ſacrilegij, & irreuerentiæ erga Eccleſias, & Simoniacorum, qui figurantur per emptores & venditores. q. j. per totum. Et mercatorum iniuſtorum diſt. 88. eiiciens, & cap. quoniā. Petentib. autem Iudæis ſignum ad declarandum in cuius poteſtate hæc faceret, reſpondit ſoluite templum hoc & in triduo excitabo illud, loquens de templo corporis ſui. Soluite, id eſt, ſoluetis mortem inferendo. Excitabo, id eſt, reſuſcitabo. Quæ Iudęi intelligentes de templo Salomonis dixerunt, quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum iſtud. Et loquebantur non de ædificatione eius facta per Salomonem: quia illud completum fuit in ſeptem annis, ſed de reædificatione per Neemiam & Zorobabel poſt captiuitatem Babylonicam ſub Dario Secundo.

Chriſtus de templo vendentes eiicit Io. 2.

3. Reg. 6.

Veniente

A.V.C. 12.

Io.ca.3. Nicodemus ad Christum accedit.

Veniente autem Nicodemo Phariſæo & legis doctore, diſcipulo occulto Chriſti ad eum nocte, & dicente. Scimus quia à Deo veniſti magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum illo. Ex quibus verbis oſtenditur hoc contigiſſe poſt plura miracula facta à Chriſto & diuulgata. Reſpondit Chriſtus Amen dico vobis, niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei. Declarans ipſe ſecundam natiuitatem eſſe ſpiritualem, ſcilicet quæ fit per fidem in baptiſmo, actu vel propoſito, quæ non poteſt eſſe ante primam natiuitatem carnalem ex vtero matris, de conſe. diſtin. 4. qui in maternis. Vbi etiam in ſequentibus oſtendit & neceſſitatem baptiſmi, & perſonam diſtinctam ſpiritusſancti qui ſpirat vbi vult, & aſcenſionem in cœlum & figuram paſſionis, & vtilitatem in ſerpẽte æneo, quia ſicut Moyſes &c. Adiiciens ſcilicet immenſitatem diuini amoris ad nos, quia ſic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret.

Natiuitas ſecunda nõ poteſt eſſe, niſi poſt primam.

Exinde altera vice veniente Chriſto in Iudæam & ibi manente cùm baptizaret non per ſeipſum (inquit Ioannes) ſed per diſcipulos ſuos, facta eſt æmulatio quædam & zelus indiſcretus, diſcipulorum Ioannis contra Chriſtum: eo quòd augebatur quotidie magis fama ſanctitatis & miraculorum Chriſti: & diſcipulorum ſuorum numerus augebatur: vnde diſcipuli ipſius Ioannis accedentes ad eum dixerunt. Rabbi qui erat tecum trans Iordanem cui teſtimonium perhibuiſti ecce hic baptizat, & omnes veniũt ad eum. Quibus Ioannes ad illuminandum eos & tollendum zelum eorum, dixit. Non poteſt homo accipere quiquam (ſcilicet licite ad aliquod miniſterium & vltra communem legem) niſi fuerit ei datum de cœlo. Ipſi vos ſcitis, quia dixi vobis. Non ſum ego Chriſtus ſcilicet vt vos putatis, ſed quia miſſus ſum in teſtimonium ante illum, ſcilicet Chriſtum de quo loquimini. Qui habet ſponſam, ſcilicet Eccleſiam, ipſe ſponſus eſt: videlicet Chriſtus iſte, ego autem amicus ſponſi gaudeo, non contriſtor de fama eius. Illum enim oportet creſcere: ſcilicet in fama, vt cognoſcatur & adoretur vt Deus: me autem minui, vt ſciatur ſcilicet quòd non ſum Chriſtus, ſed ſeruus & amicus eius. Qui de terra eſt, de terra loquitur, qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt, nõ enim dat Deus ad menſuram ſpiritum. Qui credit in filium habet vitam æternam, qui incredulus eſt filio, non videbit vitam. hæc Baptiſta.

Ioan. 3. Diſcipuli Ioannis apud Magiſtrum de Chriſto cõqueruntur.

Relinquente autem Ieſu Iudæam, & eunte in aliam prouinciam ſcilicet Galilæam, oportuit eum tranſire per prouinciam mediam inter illas ſcilicet per Samariam: & itinerãdo venit prope ciuitatẽ Sichar, quæ olim dicta eſt Sichẽ iuxta prædiũ Iacob. Et fatigatus Ieſus ex itinere, ſedebat ſuper fontem, qui ibi erat, expectans diſcipulos qui iuerant in ciuitatẽ ad emendum cibos, quia hora erat quaſi ſexta. Tunc venit quædam mulier Samaritana haurire aquam, à qua cùm Chriſtus poſtulaſſet ad bibendum de aqua, reſpondit illa Iudæos (qualem ex habitu eum eſſe cognouit) non conuerſationem habere cum Samaritanis. Sicque poſt longam diſputationem mulier illa laſciua, quæ poſt quinque maritos in concubinatu manebat, conuerſa, audito quòd ipſe eſſet Meſſias currens ad ciuitatem nunciauit omnibus vt venirent ad videndum eum. Interea cùm diſcipuli reuerſi cum cibis ſolicitarent eum ad prandium: reſpõdit ſe habere cibum alium ad manducandum: loquens de cibo ſpiritualis refectionis, quem habebat ex conuerſione populi illius ciuitatis, qui confluebat ad eum videndum & audiendum. Et manens cum illis duobus diebus ad preces eorum, multi plures crediderunt in eum vt mundi ſaluatorem. Figurat iſta fatigatio Ieſu ex itinere aſſumptionem carnis paſſibilis à verbo in via incarnato: ſeſſio ſuper fontem hora ſexta eſt requietio eius in virgine ſexta mundi ætate, mulier illa ſignat vel naturam humanam vel Eccleſiam collectam ex gentibus, quę poſt vſum legitimum quinque ſenſuum cum peruenit ad vſum rationis, adhærebat fornicando erroribus variis Diabolo. Sed ſitiens naturaliter verum & ſummum bonum, audiendo doctrinam Chriſti conuerſa eſt ad Chriſtum. Qui cum conuerſis manet duobus diebus, id eſt, in operibus dilectionis Dei & proximi.

Ioan. 4. Chriſti cũ Samaritana colloquium.

Samaritanæ hiſtoriæ allegorica expoſitio.

Deinde rogatus à Regulo pro filio infirmo ad mortem ex febribus, vt accederet ad domum vbi iacebat infirmus ſcilicet Capharnaum non acceſſit, vt ille perpenderet quòd abſens eum curare poterat, quòd ille non credebat, ſed vt doceret quòd in neceſſitatibus magis debemus aſpicere ad naturam quàm ad fortunam. Et ideo ad ſeruum Centurionis ſe obtulit eundum non rogatus: ad filium Reguli renuit accedere, etiam importune obſecratus, vt ait Grego. Demum dicente ſibi Ieſu. Vade filius tuus viuit, eadem hora, vt comperit à ſeruis, ſanatus eſt filius, ſcilicet hora ſeptima, quia ſcilicet per ſeptem dona ſpiritusſancti ſanatur anima à febre peccati, quod procedit ex inordinato calore appetitus.

De filio Reguli à Chriſto ſanato.

Gre. hom. 28. in Euã.

De clãdo ad piſcinam ſanato.

Io. ca. 5.

Cùm autem appropinquaret dies feſtus Iudæorum, Chriſtus aſcendens Hieroſolymam intrauit porticus cuiuſdam piſcinæ, quæ ibi erat, qui porticus quinque erant, vbi iacebant diuerſis languoribus detenti. expectantes aquæ motum illius piſcinæ, quę fiebat tempore incerto per Angelum domini, poſt quem motum qui primus infirmus intrabat in piſcinam, ſanabatur. Ieſus autem videns quendam hominem. 38. annos habentem in ſua infirmitate ibi iacẽtem ſanauit: dicẽs, Surge tolle grabatum tuum & vade. Super quo Iudęi ſcandalizati ſunt: videntes illũ die ſabbati ferre grabatum. Poſtea Chriſtus eum in templo reperiens dixit. Noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat, vbi oſtenditur infirmitates ex peccatis procedere, vt extra de pœ. & re. cum infirmitas. quod tamen non ſemper accidit. Quod autẽ aqua haberet virtutem ſanandi: partim fuit ex miniſterio Angeli, partim virtute ligni crucis fiendæ ibi abſcõditi à Salomone, quod poſtea enatauit ſecundum comeſtorem partim ex figura baptiſmi, in quẽ deſcendens vnus ſanatur, ſcilicet in vnitate fidei & dilectionis manens. Quinque porticus ſignificant legem Moſaicam in quinque libris, quæ peccata oſtendebat, ſed non ſanabat. Exinde multa Chriſtus dixit Iudæis contra incredulitatem eorum, & de ſua diuinitate, & quòd pater operatur vſque modo ſcilicet opera gubernationis mundi: & ipſe cum eo ſcilicet ſecundum deitatem, & quòd pater dedit poteſtatem ſuſcitandi mortuos & iudicandi. Et quòd venit hora in qua omnes qui ſunt in monumentis audient vocem filij Dei. Et qui audierint viuẽt & procedent qui bona fecerũt in reſurrectionem iudicij. Et quòd Ioannes Baptiſta teſtimonium perhibuerat de eo, qui erat lucerna ardens & lucens: in cuius luce voluerant ad horam exultare, ſcilicet reputantes eum Chriſtum. Et quòd teſtimonium habebat maius Io. Et quòd ſcrutarentur ſcripturas, quia ipſæ teſtimonium perhibent de eo. Sed non poterant credere. Et quia gloriam hominum, non Dei, quærebant: & eum venientem in nomine Dei Patris non

Infirmitas de peccato procedit, ſed non ſemper.

Com in hiſt. Euan. c. 82. qui hoc authẽticum negat.

ceperunt, ſcilicet credendo, alius veniret in nomine ſuo ſcilicet Antichriſtus, & illum ſuſcipient ſcilicet vt Meſſiam promiſſum.

§. X.

Apoſtoliter à domino vocati.

DE vocatione & miſſione Apoſtolorum. Vbi ſciendum quòd Apoſtoli fuerunt à Chriſto ter vocati. Primò, ad aliqualem notitiã eius, de qua vocatione habetur Ioannis 1. Secundo ad familiaritatem, quando ad verbum Chriſti iactantes rete cõprehenderunt tot piſces, q[...]a impleuerunt ambas nauiculas, tunc ſecuti ſu[...]n. Tertio ad diſcipulatum eius, & hoc quando [...]ñbulans iuxta mare Galileæ vidit Petrum & Andræam piſcantes, & vocauit eos dicens: Venite poſt me: faciam vos fieri piſcatores hominum. Poſtea ſimiliter vocauit eadem die Iacobum & Ioannem qui erant cum Zebedæo patre eorum, reficiẽtes retia, & ſecuti ſunt eum. Et hoc quo ad Petrum, Andream, Iacobum, & Ioannem. Nam de Philippo & Matthæo ſpecialiter habetur vocatio eorum. De aliis Apoſtolis quomodo & quando nõ habetur in particulari de vocatione eorum. Sed de illis duodecim, facto eis ſermone in mõte, de quo ſupra, & deputatione ad Apoſtolatum, & miſſione ad prædicandum & faciendum miracula, ſeruanda etiam per eos quo ad auſteritatem & paupertatem præcipue narrant Matthæus, Marcus, & Lucas. Et Marcus quidam dicit quòd Chriſtus aſcendens in montem, vocauit ad ſe quos voluit, & fecit vt eſſent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare. Et ponit nomina duodecim Apoſtolorum ſicut & alij Euangeliſtæ, ſcilicet Simonem cui impoſuit nomen Petrus, Ioannem & Iacobum filios Zebedei quos vocauit [a] Boanerges, quod interpretatur filius tonitrui, Andream fratrem Petri, Philippum & Bartholomæum, Mattheum, Thomam, & Iacobum Alphei, id eſt, minorem, Thadeum qui etiam dicitur Iudas, Simonem Chananęum fratrem eius & Iudam Iſcarioth, qui tradidit eum. Poſt ſermonem tamen factum in monte, miſit ad prædicandum ſecundum Mattheum & Lucam, hos 12. miſit Ieſus inquit Matthæus præcipiens eis & dicens: In viam gentium ne abieritis (ſcilicet nunc) nec in ciuitates Samaritanorum: ſed ite potius ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Et euntes prædicate: quia appropinquat, regnum cœlorum. Infirmos curate, leproſos mundate, mortuos ſuſcitate dæmones eiicite, gratis accepiſtis gratis date. Nolite poſſidere neq; aurum, atq; argentũ, nec pecuniã, non peram, neque duas tunicas, nec calceamẽta, neque virgam, dignus eſt enim operarius mercede ſua. Circa iſta documenta data Apoſtolis eſt quadruplex modus exponendi. Primo quòd iſta non fuerint eis data vt præcepta obligantia ad obſeruantiam eorum ſub peccato mortali, ſed vt quædam monita ad dirigendum vitam eorum, vt ſunt cęremonialia religioſorum, quia vt religioſi cõuerſabantur ſub diſcipulatu Chriſti. Secundò modo quòd hæc ſi præcepta erant, tamen temporalia fuerunt, quæ relaxauit tempore paſſionis & vltra. Tertio modo, quòd Chriſtus ſub his intendebat eos &

Marci c. 3. Matth. 10. Luc. 6.

Matth. 10. Luc. 9.

Expoſitio verborũ nolite poſſidere aorum.

Thomas. in 1. 2. q. 108. a. 2. ad 3. & in 2. 2. q. 185. a. 6. ad 2.

Apoſt. vt religioſi ſub Chrõ. erant.

a Græci latinique libri Boanerges habent. D. Ianſenio Bonareges literis tranſpoſitis verius legi videtur, hoc enim ad Hebræam vocem בְּנֵי־רֶגֶשׁ *propius accidit D. Hieron. in c. Danielis Non inquit vt plerique putant Boanerges ſed emendatius legitur Benereem Benereem legere quam Benereges maluit, quia illud filios tonitui, hoc filios tumultus propriè denotat. Annot. in nou. teſt. à Plant. editæ.*

A ſucceſſores eorum in prælatura & prædicatura remouere ab inordinato affectu terrenorum, & in actu etiam ab eis reſecare nimias diuitias, in auro & argẽto & pecunia non portandis. Corporis delitias in calceamentis & duabus tunicis non habendis. Adulationes & blãditias cùm ait. Neminem per viam ſalutaueritis. Nimiam ſolicitudinem in prouidendo in pera, ſacculo, & pane non ferendis in via, & quòd comederet coram eis appoſita, quæ ſcilicet apte in cibum veniunt. Ac etiam in iniuriis vindicationem in v[...] non pertanda, vt dicit Ambroſius quo ad iſtud [...]ltimum 11. q. 3. ira. Quarto modo vt iſta intelliga[...]ur prohibita ſecundum ſenſum myſticum. In au[...] ſcilicet mundana ſapientia. In argento, vana eloquentia. In pecunia, intentio lucratiua in prædicando. In calceamentis, affectus mandatur exui à beſtialibus paſsionibus. Duplicitas conuerſationis ſeu hypocriſis interdicitur in duplici tunica. Panis etiam portari non conceditur, ne ſuſtẽtationem vitæ principaliter ex iis intendat. Virgam cui aliquando viator innititur non portet ſcilicet propriæ confidentiæ vel humanæ. Neminem ſalutet, ſe vel alium certum & ſecurum reddendo de ſua ſaluatione, quia nouit dominus qui ſint eius ait Apoſtolus. Et nemo ſcit vtrum odio vel amore ſit dignus Eccleſ. 9. inquit Salo. Non tranſire de domo in domum iubentur, ne ſcilicet curioſi quærant vitam aliorum, nec ſint vagabundi & relatores nouorũ. Addit Marcus quòd Chriſtus illa prohibuit eis habere vel portare, niſi virgam tantum, & quòd calceati irent ſandaliis. Fortè poſſet ſic concordari, quia Marcus loquitur de virga, id eſt, baculo ad ſuſtentandum, alij qui virgam prohibent loquuntur de virga id eſt, fuſte ad percutiendum. Et ſub ea conceſſa intelligitur authoritas regiminis, & poteſtas exigendi neceſſaria. Prædixit quoque eis Chriſtus aduerſa quæ paterentur, exhortans ad conſtantiam & prudentiam, dicẽs ecce ego mitto vos ſicut oues inter lupos. Eſtote igitur prudentes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbæ. Quod exponens Hieron. 16. q. j. ſi cupis ait, vt ſcilicet aliorum non ſupplantentur inſidiis, & nemini machinentur dolos vt columbæ ſine felle. Cautos eos reddit de perſecutionibus eorum in quibus fugerẽt de vno loco ad alium quando ſcilicet non eſt neceſſaria ſaluti gregis præſentia eorum vt declaratur. 7. q. j. §. vlt. Sed & contra illos qui nollent recipere vel doctrinam eorum audire, etiam puluerem pedum excuterent inde recedentes. Ponit exinde exterminium ſequendum in illis qui non recipient eos: maius ſcilicet iudicio Sodomorum, prænuntians præparata Corozaim, Bethſaidę, Capharnaum: vbi prędicauit & multa miracula fecit, eo quòd non ſunt conuerſi ad pœnitẽtiam & fidem ex doctrina & miraculis tantis cum Sodoma Tyrus & Sidon ciuitates infidelium conuerſæ fuiſſent ſi illa vidiſſent. Quare ergo ibi non fecerit illa miracula vel docuerit ratio reddi non poteſt, ſed admiratio haberi, & totum iuſtiſsime factum, vt dicit Aug. 22. q. 4. c. Vaſis iræ §. de tyriis. Roborat eos ad patiẽtiam exẽplo ſui qui magiſter exiſtens & paterfamilias non fuit auditus, ſed deriſus & Beelzebuth vocatus, cum diſcipuli ducerentur ante reges & præſides propter prædicationem doctrinæ eorum, non cogitarent multa ſcilicet præuiſione quid reſponderent. Quia ſpiritusſanctus loqueretur per os eorum. Cognati etiam & parentes infideles. ſ. aliquãdo traderent eos & mortem procurarent, & eſſent odio omnibus hominibus ſcilicet reprobis. Sed nolite inquit timere eos qui

A.V.C. 11.

B

Amb. li. de S. Ioſ. c. 13.

C

Nemo de ſua ſalute certus eſt.

Conciliantur Matt. & Marcus quorũ de virga negat hic aſſerit.

D

Matth. 10.

Hiero. ad Pau. de in. mon.

E

Quare Chriſtus non fecit miracula his in locis quæ ſe conuertiſſent ſciri nõ poteſt.

F

A.V.C. 12.

qui occidunt corpus. Timete autem eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. Nec propter affectum ad conſanguineos: patrem, & matrē, vxorem, filios & alios à ſequendo doctrinam & vitam Chriſti ſe ſubtraherent, quia qui iſtos diligit plus quam ſalutem ſuam vel Chriſtum, non eſt dignus eo, & inimici hominis domeſtici eius. Quod autem dicit. Non veni mittere pacem, ſed gladium loquitur de pace carnali, quam peccatores quærunt in mundo. Cuius contrarium Chriſtus venit mittere gladium ſcilicet verbi Dei deſtruentis talem pacem. Pacem autem veram mandauit omnibus nunciare, & ea ſalutarent intrantes domum dicentes, pax huic domui. Et quòd recipientes eos: mercedem reciperent etiamſi calicem aquæ frigidæ darent & in nomine diſcipuli. Quod vero ait, Nihil opertum quod non reueletur, intelligitur hîc vel in futuro iudicio.

Mar. 3.

Refert Marcus ſolus, quòd finito ad diſcipulos ſermone ipſis venientibus ad domum, conuenerunt ad Ieſum turbæ multæ, ſcilicet quærentes eum alloqui, vel curationem, ita vt non poſſet manducare ſcilicet ex occupatione circa eos. Et cùm audiſſent diſcipuli exierunt tenere eum dicentes, quia in furorem verſus eſt, hæc Euangeliſta. Videtur imaginandum quòd Ieſus fecit aliquod feruoris ſignum inuſitatum ex conſideratione diuini honoris conſequentis ex miraculis factis per eum & deuotione hominum, ſed Apoſtoli adhuc rudes & talium inexperti ſuſpicabantur furorem. Addit etiam Marcus quòd exeuntes Apoſtoli eiiciebant dæmonia & vngebant infirmos oleo: & ſanabantur. Altera vice, vt refert ſolus Lucas, deſignauit Ieſus & alios 72. diſcipulos, & miſit eos binos ante faciem ſuam dicens. Meſſis quidē multa, operarij vero pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam, plenè omnia mandata quæſt. 12. mittēdo ad prædicandum dederat eis imponens. Reuerſi autem prædicti miſſi à prædicatione retulerunt Chriſto cum quodā gaudio vano & ſuperbo dicentes: domine etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo. Quos Chriſtus ad humiliationem & timorem reducens ait. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem, ſcilicet propter ſuperbiam. Vidit autem hoc ſecundum diuinitatem. Nolite ergo in hoc gaudere ait quòd ſpiritus vobis ſubiiciuntur, ſed gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis ſecundum prædeſtinationem ſcilicet & præſentem iuſtitiam. Vbi nota quòd ſicut epiſcopi tenent locum Apoſtolorū, ita præſbyteri ſuccedunt loco. 70. diſcipulorum: vt habetur diſti. 21. in nouo. Et ſubdit ibi Ieſus quod ad omnes prælatos extenditur. Qui vos audit, me audit ſcilicet obediendo, & qui vos ſpernit, me ſpernit, mandata veſtra iuſta tranſgrediendo.

(Chriſtus quare creditus eſt furioſus. — Mar. 6. — Septuaginta duo diſcipuli eliguntur. Lu. 10. — Epiſcopi tenēt locū Apoſtolorum & ſeptuaginta diſcipulorum. — Ex An. ep. 2. ad Epiſ. Italiæ.)

§. XI.

(De panib. multiplicatis. Matth. 14. Marci. 6. Luc. 9. Ioan. 6.)

DE Panibus & piſcibus miraculoſe multiplicatis à Chriſto in fractione eorum ad ſaciandum multa millia hominum, & de ambulatione eius ſuper mare. Vbi primò ſciendum quòd de multiplicatione quinque panum, & duorum piſciū narrant omnes quatuor Euangeliſtæ. Appropinquante igitur Paſchate Iudæorum: cùm Chriſtum cum diſcipulis aſcendentem in montem ſecuta eſſet maxima multitudo, Chriſtus quinque panes hordeaceos & duos piſces quos puer habebat, acceptos & frangendo eos multiplicatos porrexit Apoſtolis, vt apponerent turbis ſedentibus ſuper fœnum ibi ortum per quinquagenos, & ſatiatis cunctis, qui numero erant quinque millia exceptis paruulis & mulierib. collegerūt Apoſtoli, reliquias remanētes iuſſu Chriſti, & impleuerunt 12. cophinos. Ioannes autem expreſſit in ipſa narratione huius miraculi interrogationem Chriſti factam ad Philippum, & reſponſionem de ducentis denariis non ſufficiētib. ad emendum & de inſinuatione Andreæ facta Chriſto, quòd ibi vnus puer erat qui habebat, quinque panes. Quod ergo alij tres Euangeliſtæ tacuerunt ipſe Ioānes expreſſit. Et quod Marcus & Lucas expreſſerunt de ordinatis turbis per quinquagenos ad comedendum in ſedendo, Matthæus & Ioannes omiſerunt. Nec ex iſta varia narratione poteſt dici in Euāgeliſtis falſitas vel contrarietas, ſicut nec ſi plures recitando aliqua geſta per vnum, aliquid breuius aliquid extēſius illa narrent de circunſtantiis. Figuratur autem in hoc conuiuio ſpiritualis cōnfectio, quæ fit in Eccleſia militanti ex doctrina quinque librorum legis Moſaicę, & Prophetarum, & Pſalmorum quaſi duorum piſcium. Vt enim dicit Gratianus diſt. 31. §. 2. Sacramenta legis & Prophetarum Chriſtus differendo expoſuit. Et hoc eſt frangere panes & piſces: & poſtea eorum ſcientiam dedit diſcipulis, & per eos illa fidelibus diſpenſauit. Duodecim cophini reliquiarum recollecti ſignant difficilia myſteria ſcripturæ, quorum populi nō ſunt capaces, quæ ipſi doctores per ſe debent colligere & ſpeculari, poſſet etiam exponi de conuiuio Eccleſiæ triumphantis. Altera vice cùm turbæ cum Chriſto triduo permanſiſſent audiendo verba eius in loco deſerto, dixit Ieſus Miſereor ſuper turbam, quia non habent ad manducādum, & dimittere eos nolebat ieiunos ad propria, ne deficerent in via. Et ex ſeptem panibus qui reperti ſunt apud diſcipulos, & paucis piſciculis fractis & multiplicatis à Chriſto, ſaturati ſunt quatuor millia hominum exceptis paruulis & mulieribus. Et ſuperfuerunt ſeptem ſportæ de reliquiis. Signat refectionem ſpiritualem ex ſeptem ſacramentis Eccleſiæ, quam percipiunt qui perfecte dominantur corpori compoſito ex quatuor elementis, & quatuor paſſionibus ſenſitiuæ per quatuor virtutes cardinales. Mille enim ſignat perfectionem. Poſt miraculum autem factum de quinque panibus & duobus piſcibus, vt refert Ioannes, homines viſo ſigno dixerunt. Hic eſt verè propheta qui venturus eſt in mundum, id eſt, meſsias promiſſus in lege. Et ſciens Ieſus, quia volebant eum rapere & facere regem: fugit in montem: docēs in hoc vitare dominia: quia periculoſa. Et quia diſcipulis iuſſerat vt per nauiculam præcederent eū trans fretum. Nauigantibus diſcipulis ſine eo, erat nauis eorum in medio maris, quæ fluctibus iactabatur propter ventum contrarium. Circa quartam vigiliam noctis viderunt Ieſum ambulantem ſuper aquas maris ad eos appropinquantem, & exiſtimantes phantaſma eſſe, clamauerunt præ timore, & hortatus eſt eos ne timerent, dicens, Confidite, ego ſum. Petrus autem, vt refert ſolus Matthæus: dixit, Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas: dicente eo veni, cùm incederet ſuper aquas: videns ventum validum timuit: & inde cœpit mergi. Et clamans domine ſaluum me fac, Chriſtus eum per manum apprehendit dicens, modicæ fidei quare dubitaſti, & ceſſauit tempeſtas eo ingreſſo nauim. Magnum hoc myſterium de naui Eccleſię, quę fluctibus tribulationum & tentationum quatitur, ſed non ſubmergitur: non deficit Amb. de iſta nauicula ſic ait. 24. q. 1.

(A.V.C. 12. — Interpretatio myſtica miraculi quinque panū. — De miraculo ſeptē panum. Matth. 15. Matth. 8. — Interpretatio myſtica miraculi ſeptē panum. — Ioan. 6. — Chriſtus ſuper aquas ambulat. — Matt. 14. — Petrus ſuper aquas ambulat. — Amb. li. 4. cō. in Luc.)

A.V.C. 32.

non turbatur. Non turbatur nauis quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet. Et ſi multa illic diſcipulorum merita nauigabant, tamē adhuc cū ea proditoris perfidia agitabat. In vtraque Petrus, ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caueamus ergo perfidum, caueamus proditorem, ne per vnum multi fluctuemus. Ergo non turbatur hæc nauis in qua prouidentia nauigat, abeſt perfidia, fides aſpirat, quemadmodum enim turbari ea nauis poterat cui præerat is qui firmamentum Eccleſiæ eſt? Illic ergo turbatio, vbi modica fides, ibi ſecuritas, vbi perfecta dilectio. Hec ille ibi. Et quod ait Ambroſius de naui Petri quæ non turbatur intelligat de propria naui Petri quando rete iaciens ad iuſſum Chriſti piſcium multitudinem nimiam comprehendit.

Nauis quę Petrū habet non turbatur.

Petrus Eccleſiæ firmamentū

§. XII.

Sacramētum Eucharistiæ à Chriſto commendatum.

DE ſacramento Euchariſtię multipliciter commendat & murmuratione Iudæorum & receſſu diſcipulorum propter hoc, Poſt miraculum de quinque panibus & transfretationem quæ ſequuntur, ſcribit ſolus Ioannes: videlicet quòd turbæ quæſierunt eum. Quibus dixit, Quæritis me: non quia ſigna vidiſtis: ſed quia manducaſtis ex panibus meis: ſignans in eo illos qui Chriſtum quærunt in clero vel religione propter temporalia: & ſubdit dicens. Operamini non cibum, qui perit: ſed qui permanet in vitam æternam id eſt operamini taliter, quòd cōſequi poſſitis permanentem vitam patriæ: non tantum vt habeatis vitam temporalem. Et interrogantibus quid facerent vt operarentur opera patris? Reſpondit. Vt crederent in eum quem miſit pater id eſt credendo diligerent. Et dicentibus ipſis: quod ſignū daret, vt deberent in eum credere: cum patres eorum habuerint ſignum mannę de cœlo vt crederent Deo & Moyſi vt ab eo miſſo. Reſp. quòd non Moyſes dedit eis panem de cœlo verum ſed pater ſuus daret panem de cœlo verum, panis enim verus eſt, qui deſcendit de cœlo, & dat vitam mundo ipſe ſcilicet Chriſtus qui tamen non intelligentes, ſed de materiali dixerunt: Domine da nobis ſemper hunc panem. Sed declarauit ſe eſſe illum panem vitæ, & qui veniret ad eum ſcilicet ſumēdo non eſuriret ſcilicet mundana. Sed quia non veniebant ad eum ſcilicet credendo in eum, ideo non poterant comedere panem illum. Et ſubdit: Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & eum qui venit ad me ſcilicet credendo, non eiiciam foras, ſcilicet extra Eccleſiam: quia non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Et hæc eſt voluntas patris: vt ſibi dati per prædeſtinationem ſcilicet & præſentem iuſtitiam non eiiciantur: ſed in corpore Eccleſiæ viuāt. Et ſubdit: nemo venire poteſt ad me niſi pater, qui miſit me traxerit eum. Et ego reſuſcitabo eum &c. Vbi Auguſtinus magna gratiæ commendatio. Nemo venit, niſi tractus à Deo. Cur iſtum trahat: & illum non trahat: noli velle iudicare, ſi non vis errare, ſi non traheris, ora vt traharis. Idem. Si trahamur: ergo inuiti credimus. Noli cogitare te inuitum trahi. trahitur animus amore. Ramum viridem oſtendis oui: & trahis eam. Nuces demonſtrantur puero: & trahitur. Porro ſi Poetæ licuit dicere. Trahit ſua quemque voluptas: nō neceſſitas, ſed voluptas, non obligatio, ſed delectatio quanto magis dicimus hominem trahi ad Chriſtū: qui delectatur iuſtitia, delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur æterna vita,

Clerici & religioſi propter diuitias quibus ſimiles.

Au. tract. 26. in Ioā.

Animus quomodo à Deo trahitur.

Vergil. eclo. 2.

A.V.C. 32.

q totū eſt Chriſtus. Deinde dicēs ſe eſſe panem viuū qui de cœlo deſcendit: quē qui mādacaret nō moreretur ſcilicet æternaliter. Et quod panis iſte quem daret, erat caro ſua. Cumque illi Iudæi litigarent dicentes. Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuā ad manducandum? Oſtendit neceſſitatem hanc mānducandi dicens. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam in vobis. Quod illi male intelligentes ſcilicet de carne ſua viſibili vt comeduntur carnes de Macello, dixerunt. Durus eſt hic ſermo: quis poteſt eum audire? Et ex hoc ſcandalizati aliqui ex diſcipulis receſſerunt ab eo. Sed nota quòd Chriſtus manducatur dupliciter ad vitam. Vno modo ſpiritualiter rātum, quod fit per habitum charitatis qua Chriſtus vnitur nobis, & hoc eſt neceſſarium cuilibet ſaluando, quomodo etiam paruuli baptizati comedunt carnem Chriſti & etiam non baptizati iam vero credētes. Alio modo comeditur ſacramentaliter & digne & hoc eſt neceſſarium adultis baptizatis loco & tēpore, ſcilicet prout Eccleſia mādat: & cum adeſt copia conferentis, nunc autem non comeditur caro Chriſti materialiter, vt illi intelligebant: ſed ſpiritualiter id eſt ſub illis ſpeciebus occultata, vnde dixit Verba quæ loquor vobis ſpiritus & vita ſunt, caro non prodeſt quicquam, id eſt verba intellecta ſpiritualiter quæ dixi iuſtificabunt vos: carnaliter autem intellecta nil proderunt, de conſe. diſt. 2. prima quidem, inquit, hæreſis. Ex prædictis igitur Chriſti verbis oſtenditur & veritas corporis Chriſti in ſacramento, & neceſſitas eius & vtilitas & idoneitas ad manducandum, vt ſcilicet veniat ad Chriſtum pede intellectus, credendo, & pede affectus, diligendo eum, de quibus omnibus habes de conſe. diſt. 2. reuera. & multis aliis capitulis. Cum ergo receſſiſſent aliqui diſcipuli quia dixerat Chriſtus caro mea vere eſt cibus &c. propter huiuſmodi verbum interrogauit 12. Apoſtolos, ſi & illi vellent abire. Cui Petrus pro omnibus reſpondit. Verba vitæ æternæ habes, ad quem ibimus ſcilicet vnde conſolemur niſi à te. Vbi Ambroſi. 24. q. 1. quæ dignior. Ait. Hic eſt ſolus, quem nemo debet deſerere: nemo mutare, cui bene dicitur: domine ad quem ibimus &c. Vides executorem, cœleſtium pręceptorum: qui quoniam hoc nō mutauit hoſpitium cœleſtis conſortium conſecrationis emeruit. Prædicta autem de ſacramēto enarrat ſolus Ioannes.

Homo nō trahitur à Deo neceſſitate ſed voluntate.

Bifariam Chriſtus manducatur.

D. Tho. in 3. p. 73. a. 2. & q. 80. a. 11.

Caro Chriſt⁹ comeditur ſub ſpeciebus occultatis

Auguſt. in Pſal. 74. & trac. 27. in Ioan. veritas corporis Chriſti

§. XIII.

DE miſsione diſcipulorum Ioannis ad Chriſtum & commendatione Ioannis à Chriſto, & ieiunio diſcipulorum Ioannis, & interfectione Ioannis. Cum ergo Ioannes Baptiſta ab Herode fuiſſet incarceratus, audiens opera Chriſti mira, miſit duos ex diſcipulis ſuis dicens: Tu es qui venturus es an alium expectamus? Quadrupliciter exponitur iſta locutio. Prima eſt Chriſoſtom. qui dicit quòd Ioannes non pro ſe ſed pro diſcipulis ſuis fecit iſtam interrogationem, vtrum ſcilicet eſſet Meſſias promiſſus, quem expectabāt Iudæi. Cum enim videret Ioannes diſcipulos ſuos maiorem æſtimationē de ſe habere, & minorem de Chriſto quàm debebant, vnū Chriſtum æmulabantur, qui creſcebat magis in fama quam Ioannes, ne in errore permanerent poſt mortem ſuam, miſit ad Chriſtum interrogandū: vt ſ. diſcipuli Io. ex miraculis Chriſti quę viderent

Ioānes ad Chriſtum diſcipulos mittit.

Matth. 11. Luc. 7.

Chriſ. hō. 27. Matth.

A.V.C. 12.

viderent, perciperēt ipſum eſſe Meſſiam venturum. A Secunda eſt Amb. dicentis, quod Ioannes non fide, ſed pietate dubitauit, id eſt, ad modum dubitantis locutus eſt, interrogans, ſi eſſet ille qui venturus eſſet ad paſſionem ferendam pro mundo. q. di. Nunquid tanta erit dignatio tua vt ſicut in mundum veniſti, ita etiam digneris pati? cum ſis agnus innocentiſſimus non mortis reus vt cæteri, nō hoc mundus meretur. Tertia eſt Gregor. in homil. dicentis, quod Ioannes non quæſiuit vtrum eſſet venturus ad redimendum ſua paſſione genus humanum, hoc enim prænunciauerat cum dicit, Ecce agnus Dei &c. ſcilicet immolandus in area crucis. Sed quæſiuit vtrum moriens dignaretur per ſe patres in limbo viſitare, & educere, an alium ad hoc mittere, vt poſſet hoc ſciens iturus per mortē ad limbum iſtud patribus illis nuntiare. Quarta eſt Hilarij exponentis primam partem illius locutionis aſſertiuè non interrogatiuè. q. 1. Tu es omnino qui es venturus mundum ſaluare. Secundam partem negatiuè ſic, An alium expectamus. q. di. Certe non expectamus alium ſicut nunc expectant perfidei Iudæi. Venientibus autē diſcipulis Ioannis ad Chriſtum & facientibus dictam inquiſitionem, tunc vt ait Lucas, fecit Ieſus multa miracula, quæ hic narrantur. Et reſpondit diſcipulis illis. Euntes renuntiate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident &c. q. d. Ex his poteſtis percipere me eſſe Meſſiam, quia illa operatus ſum mira quæ prænunciauit Eſaias facturum Chriſtum cum venerit. Eſa. 35. dicitur, Deus ipſe veniet & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum &c. Et ſignificant illa miracula etiam effectus gratiæ Chriſti in animam noſtram cum venit. Illuminat enim intellectum, dirigit claudicantem affectum, purgat lepram, id eſt peccatum, reddit obedientiæ auditum, reſuſcitat actum faciēs meritorium, euangelizat inſtruendo proximum. Poſt receſſum diſcipulorum Ioannis, Chriſtus mirabiliter commendauit Ioannem, & de conſtantia in veritate, quia non arundo mota vento dubiorum, & de auſteritate vitæ & ſinceritate doctrinæ, quia non mollib. veſtitus, nec adulationib. vſus, & de magnitudine ſapiētiæ, quia plus quā propheta, & de puritate conſcientiæ, quia Angelus prænunciatus illi. Ecce ego mitto Angelum meum &c. Malach. 3. & de excellentia meriti & gloriæ ſubdens. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Vbi duo excipiuntur ſecundum Auguſt. ſcilicet virgo Maria, quæ fuit nata non natus, id eſt fœmina, ſecundus multomagis Chriſtus, qui non fuit natus mulieris, id eſt corruptæ ſed virginis, vnde ſubdit Chriſtus. Qui minor eſt in regno cœlorum id eſt in Eccleſia militanti, maior eſt illo ſcilicet in perfectione. Minor autem tunc fuit Chriſtus in ætate & in opinione hominum. Vel aliter, quia minor Angelus in cœlo (tunc enim adhuc nullus hominum erat in cœlo) maior eſt perfectione naturali illo & perfectione gratiæ, quia conſummata erat in Angelis gratia, & ſubdit Chriſtus. A diebus Ioannis regnum cœlorum vim patitur, & violenti, ſcilicet ſenſualitati reſiſtentes rapiunt illud. Deinde inuehitur contra Iudæos murmurantes & de Ioanne & de ſe. Cui ſimilem exiſtimabo generationem iſtam ait? Similis eſt pueris ludentibus in foro &c. Venit Ioannes non manducans ſcilicet communia, & dicunt dæmonium habet. Venit filius hominis Chriſtus manducans & bibens ſcilicet vt alij, & dicunt ecce homo vorator, & potator vini, amicus publicanorum, & iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis, id eſt iuſta reputata à diſcipulis ſuis. Vbi Auguſt. ſic ait: Oſtendit filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinendo nec in manducando eſſe iuſtitiam, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam & temperantiam, per abundantiam nō ſe corrumpendi atque opportune ſumendi, vel non ſumendi ea quorum non vſus ſed concupiſcentia repræhendenda eſt. diſt. 41. quod dicit. Et cum quadam vice interrogarent diſcipuli de aduentu Heliæ præceſſuri Meſſiæ aduentum. Reſpondit Chriſtus. Helias iam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eum quæcunq; voluerūt. Et ſi vultis recipere Ioannē ipſe eſt Helias, non fuit quidem Ioannes Helias perſona, ſed zelo & officio & ſolitudine. Nam vterque magno zelo Dei repræhendit malos etiam reges, & ſicut Helias præueniet ſecundum Chriſti aduentum & ad inſtruendum & diſponendum ad Chriſtum, ita Ioannes primum aduentum.

Amb. li. 5. cō. 10. Luc. — *D. Grego. hom. 6. in Euāg. Ioan. 1.* — *Miracula Chriſti quid in nobis ſignēt.* — *Ioannes quot & quantis nominib. Chriſto commendatus.* — *Chriſtus & Beata virgo Ioāne maiores.* — *Aug. lib. 3. q. Euang. quæſt. 1.* — *Ioannes quomodo Helias.*

Alio tempore interrogantibus Phariſæis & diſcipulis Ioannis Chriſtum, quare ſui diſcipuli non ieiunabant ſicut ipſi. Reſpondit Ieſus, aſſignans duplicem rationem. Prima eſt, quia nō poſſunt filij ſponſi ieiunare, dum cum eis eſt ſponſus, id eſt non decet ieiunare, ſed gaudere. Sponſus Eccleſiæ Chriſtus, filij ſponſi Apoſtoli, & quamdiu fuit cum eis conuerſatus, noluit eos ieiuniis affligere. Alia ratio eſt ad docendum, quod rudes in via Dei & incipientes Deo ſeruire, non debent grauari abſtinentiis vel duris præceptis, quia ferre nō poſſent, inducens exemplum de vino non ponendo in vtres veteres. Cum autem argueret Herodem Ioannes de inceſtu & de adulterio di. Non licet tibi habere vxorem fratris tui ſcilicet Philippi, à quo eam abſtulerat. Herodias ipſa quæ receſſerat à viro legitimo & adhæſerat Herodi odio habens Ioannem, inſidiabatur ei, & volebat occidere eum, ſed non poterat ſcilicet aperte. Nam & ipſe Herodes, vt refert Marcus, metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Demum ad inſtigationem ipſius Herodiadis tenuit Ioannem & incarcerauit. Et cum in die natalis Herodis coram eo & principibus Galilææ ſaltaſſet puella filia Herodiadis matris ſuæ ita placuit omnibus, quod promiſit Herodes dare ſibi quicquid poſtulaſſet, etiam ſi medietatem regni peteret, hoc iuramento confirmans. Quæ à matre edocta petiit omnino ſibi dari caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus rex ſcilicet de petitione ipſa, propter iuſiurandū, ne ſcilicet videretur periurus non ſeruando promiſſum, iuſſit amputari caput Ioannis in carcere & dari puellæ, allatum caput in diſco & datum puellæ, ipſa matri peſſimæ præſentauit. Quo audito diſcipuli eius tulerunt corpus eius & ſepelierunt. De capite vero eius quomodo fuerit repertum hiſtoria, inter apocrypha computatur diſtin. 15. ſancta Romana. De hoc autem iuramento Herodis ſic ait Ambroſ. in lib. de offic. Herodes ſaltatrici præmium quod turpiter promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe eſt quod regnum pro ſaltatione promittitur, crudele eſt quod mors prophetæ iuriſiurandi religione datur. Quanto tolerabilius fuiſſet periurium tali ſacramento, ſi tamen periurium dici poſſit, quod ebrius inter vina iurauerat, quod & iuratus inter ſaltantium choros promiſerat. 22. quæſt. 4. vnuſquiſque. Et cum Herodes audiſſet miracula Chriſti, exiſtimans falſo quod ipſe eſſet Ioannes reſuſcitatus qui faceret miracula, dixit: Quem ego

Diſcipuli quare non ieiunant. — *Rudes in via Dei grauari nō debent. Mat. 4.* — *Ioanni ab Herode mors intentatur.* — *Mar. 6.* — *Ioannis Baptiſtæ mors.* — *Amb. li. 3. offi. c. 3.*

A.V.C. 12.

Luc.9.

decollaui Ioannem hic ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in illo. Quibuſdam autem dicentibus Ieſu, quòd Herodes volebat eum occidere, & ideo ſecederet, Ieſus dixit eis. Ite, dicite vul- A
(Luc.13.) pi illi. Ecce dæmonia eiicio, & ſanitates perficio hodie & cras, id eſt, paruo tempore, & tertia die conſummor. Dicitur etiam à Ioanne euangeliſta,
(Ioan.10.) quod Ioannes Baptiſta nullum fecerat ſignum, ſcilicet dum viueret.

§. XIIII.

De inſtitutione ſacramentorum nouę legis. — *Th in 4. d. 3 q. 1. art. 3. quæſt. 1.* — *Chriſtus inſtituit omnia ſacramenta Eccleſiæ.* — *Th. in 3 p. q. 64. art. 2.*

DE inſtiturione ſacramentorum nouæ legis eſt B duplex opinio ſecundum Thom. in quarto. Vna eſt quod Chriſtus non inſtituerit per ſe omnia ſacramenta, ſed quædam magis præcipua vt baptiſmum & Euchariſtiã. Alia vero inſtituit per Apoſtolos, poſt aduentum ſpiritusſancti. Sed alia opinio eſt & melior, quòd Chriſtus per ſe inſtituerit omnia ſacramenta Eccleſiæ. Nam cùm ſacramenta ſint fundamenta legis Euangelicæ, & cauſatiua gratiæ, & ipſe Dominus Ieſus ſit lator ipſius legis & collator gratiæ ſecundùm illud Ioannis. 1. cap. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, conuenientius dicitur, quod ipſe per ſe inſtituit omnia ſa- C cramenta ſed non eodem modo. Nam ſacramenta principaliora & magis neceſſaria inſtituit magis expreſsè, quoad materiam & formam & vtilitatem determinando, vt baptiſmum, Euchariſtiam, & pœnitentiam. Alia vero implicitè & figuratiuè non per ſe, ſed per Apoſtolos explicanda & promulganda.

Tria ſacramenta inſtituta ſũt à Chriſto explicitè: alia verò implicitè. — *Th. in 3. p. q. 66. art. 2.*

Et baptiſmum quidem quod eſt primum & maximum vtilitate inſtituit, virtutem purgatiuam aquis conferendo quando baptizatus eſt à Ioanne in fluuio Iordanis. Tunc enim tactu ſuæ mundiſſimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis omnibus. Vnde & currebant ſimul baptiſmus Chriſti, & ſa- D cramentum circunciſionis ad peccata purganda vſque ad Chriſti paſſionem. Nam tunc euacuata eſt virtus circunciſionis ſicut & omnia legalia, id eſt, cęremonialia mortua ſunt & remanſit virtus ſolùm baptiſmi. Materiam autem eius expreſſit cùm ait Ioan. 3. cap. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt videre regnum Dei. Vbi & neceſſitas eius exprimitur, quia ſine eo actu quoad carentes vſu rationis, vel propoſito, cùm deeſt miniſter vel facultas quoad adultos, nõ poteſt regnum Dei haberi. Formam verò cùm reſuſcitatus ait diſcipulis referente Matthæo, Docete omnes gentes E baptizantes eos in nomine patri & filij & ſpiritusſancti. Et actus baptiſmi ſeu ablutionis dum dicitur, Baptizantes, id eſt, dicentes Baptizo. Et perſona baptizati cùm dicitur baptizantes eos, id eſt, dicentes, Baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. In nomine, id eſt, in virtute. Virtus enim trinitatis eſt quæ operatur effectum baptiſmi, vnde & trinitas apparuit in Chriſti baptiſmo. Ego, non eſt de ſuſtantia etſi dici debeat. Quis etiam ſit effectus baptiſmi oſtendit Chriſtus cùm ait, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, ſcilicet ſi verè & non ficte, etſi gratiam baptiſmalem F conſeruauerit, extra de bapt. cap. 1. & c. minores.

Baptiſmi neceſſitas etiam in pueris. — *Matt. 8.* — *Euchariſtia quãdo inſtituta.* — *Matt. 26.*

Quantùm ad Euchariſtiam, materiam expreſſit cùm dicit, Accipiens panem, & poſtea accipiens calicem in quo erat vinum. Quoad formam, cùm ait, Hoc eſt corpus meum. Et, Hic eſt calix &c. Et declarationem horum habes extra de cel. miſ. q. cùm Marthæ. Vtilitatem cum ait, Qui manducat hunc A panem viuet in æternum. Ioan. 6. Et intelligitur de ſumptione Euchariſtiæ idonea. De ſacramento pœnitentiæ quantum ad neceſſitatem oſtendit, dicens: Niſi pœnitentiam egeritis omnes peribitis. Et vtilitatem inquiens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Confeſſionem fiendam ſacerdotibus etiam poſt emundationem peccatorum per contritionem, per figuram declarauit, quando leproſum mundatum à lepra miſit. Matth. 8. dicens, Oſtendere te ſacerdoti. Sed hoc præceptum de confeſſione vocali promulgandum Iacobo minori Apoſtolo delegauit. Vnde dicitur Iaco. B 5. Confitemini alterutrum peccata veſtra id eſt, ſacerdotibus qui claues habent Eccleſiæ, & non aliis. Poteſtatem vero ligandi & ſoluendi dedit Apoſtolis in perſona omnium ſacerdotum, cùm ait reſuſcitatus, Accipite ſpiritum ſanctum, quorum retinueritis peccata, ſcilicet non abſoluendo, retenta ſunt, & quorum dimiſeritis, dimiſſa ſunt. Et iterum ante paſſionem ſuam dixit eis, referente Matthæo. Quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlis. Et quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlis. Et intelligitur, claue non errante: vnde dicitur, Manet Petri priuilegium ſcili- C cet de abſolutione & ligatione præfatis, quando ex æquitate fertur iudicium. In qua etiam ligatione & ſolutione includitur ſententia excommunicationis.

A.V.C. 12. — *Pœnitẽtia quando inſtituta.* — *Luc. 14.* — *Mat. 4.* — *Confeſſio peccatorũ inſtituta à Chriſto.* — *Ioann. 20.* — *Matt. 18.*

Sacramentum confirmationis inſtituit tacitè & quaſi figuratiue, cum oblatis ſibi quibuſdam paruulis vt benediceret, & Apoſtolis eos ex reuerentia magiſtri repellentibus, dixit Ieſus Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos: talium eſt enim regnum cœlorum. Et atteſtantibus Matthæo, Marco, & Luca, Ieſus ſingulis manus imponens benedixit eos: vnde & ſacramẽtum illud dicitur etiam manus impoſitio, vt de conſecrat. diſtinct. 4. manus D quoque. Apoſtoli autem die Pentecoſtes confirmati ſunt virtute ex alto ſpiritusſancti, expreſsè autem per Apoſtolos ordinauit hoc inſtituendum quo ad materiam & formam & modum, extra de ſacra vnct. cap. 1.

Mat. 19. — *Mat. 19.* — *Luc. 18.* — *Confirmatio inſtituta.*

Extremæ vnctionis ſacramentum inſtituit ſimiliter ſcilicet per figuram, exprimendo etiam materiam, cum narrante Marco ſolùm, miſit Apoſtolos ad prædicandum, & vngebant infirmos oleo, & ſanabantur. Vbi etiam virtus ſeu effectus ipſius ſacramenti oſtenditur, ſcilicet ſanitas animæ & corporis. Sed Iacobus ipſum ſacramẽtum magis explicauit dicens, Infirmatur aliquis ex vobis, inducat præsbyteros Eccleſiæ, qui orent pro E eo, vngentes eum oleo.

Quando inſtituta extrema vnctio. — *Mar. 6.* — *Iac. 5.*

Matrimonium etſi inſtitutum ſit à principio in Paradiſo terreſtri, tamen vt ſit ſacramentum Eccleſiæ actu ſignificans non ſolum aptitudine illam indiſſolubilem vnionẽ Chriſti cum Eccleſia, ſeu diuinæ naturæ cum humana in Chriſto, & gratiam conferens vt cætera ſacramenta, etſi non tantam, inſtituit Chriſtus cùm dixit Iudæis interrogantibus ſi liceret dimittere vxorem, Quod Deus coniunxit, ſcilicet per verum matrimonium, homo non ſeparet, ſcilicet diſſoluendo huiuſmodi vinculum, quicunque ſit ille homo, ſiue iudex ſiue priuatus ſiue ipſi coniuges.

Matrimonium gratiam confert. — *Mat. 19.* — *Matrimonium diſſolui non põt, quo ad vinculum.*

F De ſacramento ordinis magis obſcurum eſt, dicitur tamen ſecundum docto. & glo. in decre. Chriſtum qui erat Pontifex futurorum bonorum iſtud inſtituiſſe in vltima cœna, & cum dixit diſcipulis, Hoc facite in meam commemorationem & tunc dediſſe diſcipulis omnes ordines. Et de poteſtate conficiendi corpus ſuum verum, non eſt dubium. Vbi notandum

Ordinis ſacramentũ quãdo inſtitutum. — *Heb. 9.*

A. V. C. 12.

Th. in 4 d. 5. q. 1. art. 1. & in 3. p. q. 64. art. 3.

Triplex poteſtas conferẽdi effectus ſacramentorum.

notandum ſecundum Thom. in 4. cùm ſit triplex poteſtas in conferendo effectum ſacramentorum, ſcilicet authoritatis, quæ fuit in Chriſto ſecundum ſuam diuinitatem, videlicet ad remouendum peccata, & conferendum gratiam propria virtute ſimul cum ſpiritu ſancto, quæ nulli creaturæ poteſt concedi. Secunda excellentiæ, quæ poteſtas ſoli Chriſto collata eſt ſecundum humanitatem, videlicet vt meritoriè eius paſſio operetur in ſacramentis, & vt dari poſſint ſacramenta in nomine Ieſu. Et quod poterat dare ſacramentum quodcunque ſine forma & materia eius ſeu effectum alicuius ſacramenti ſine ſacramento, puta remiſſionem peccatorum ſine baptiſmo vel confeſſione, & huiuſmodi. Et ſic per iſtam poteſtatem contulit ordinis ſacramentum Apoſtolis, ſine materia & forma inſtitutionis. Tertiam poteſtatem ſcilicet miniſterialem contulit Apoſtolis, & habent ſacerdotes omnes. De numero ſacramentorum, & effectu, & materia, & forma, babes plenè in tertia parte, in pluribus locis.

D. Th. in 3. pa. q. 60. & ſeq.

§. XV.

De miraculis Chriſti, & præcipue de obſeſſis à dæmoniis liberatis. Luc. 4. Matth. 8. Mar. 5. ca. Luc. 9.

DE miraculis factis à Chriſto, & primo de obſeſſis à dæmoniis liberatis. Circa principium ſuæ prædicationis refert Lucas, quod in Synagoga erat homo habens ſpiritum immundum, clamans, & dicens. Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos, ſcio quod ſis Sanctus Dei. Et dicente Ieſu, Obmuteſce, & exi ab eo, liberatus eſt. In terra Geraſenorum, vt ſcribunt Mat. Mar. & Luc. liberauit dæmoniacum, habẽtem legionem dæmonum: dicitur autem legio continere numerum ſex milium ſexcentorum ſexagintaſex. Mar. tamen plenius hoc narrat. Dixit enim, quod iſte dæmoniacus habitabat die noctúq; in monumẽtis & montib. nudus, & ita ſæuus, quòd nemo poterat eum domare, ſeipſum lapidibus concidebat, & ligatus catenis eas frangebat, hic videns à longe Ieſum, cucurrit ad eum, adorans & dicens, Quid mihi & tibi Ieſu filij Dei ſummi? adiuro te per Deum ne me torqueas. Dicebat enim ei. Exi ab eo ſpiritus immunde. Et interrogante Ieſu quod ſibi nomen eſſet. Reſpondit: Legio, quia multi erant. Qui dæmones deprecabantur eum, ne extra regionem eiiceret eos, & ſi eiiceret ſaltem in gregem porcorum qui ibi erant, intrandi licentiam daret. Data autem licentia intrauerunt in porcos, quæ ſubitò præcipitauerunt ſe in mare ibi propinquum, numero ad duo milia. Paſtores autem eorum fugientes nunciauerunt in ciuitate & agris, & exuntes videre, inuenerunt illum liberatum à dæmonio veſtitum & ſanæ mentis cum Ieſu. Qui audientes factum, rogauerunt Ieſum vt diſcederet ab eis. Et cùm aſcendiſſet nauiculam ad transfretandum, ille liberatus cœpit rogare eum vt cum illo eſſet. Qui noluit, ſed dixit, vt iret ad ſuos, & narraret quanta Dominus illi feciſſet.

De homine à legione dæmonum liberato.

Matt. 8. Cõcordantur Marthæus & Marcus de homine à legione poſſeſſo.

Matthæus autem dicit duos fuiſſe iſtos dæmoniacos, nec eſt in hoc falſitas, ſed figura grammaticalis, qua ponitur pluralis pro ſingulari. Sicut ibi cùm dicit quod duo latrones crucifixi cum Chriſto improperabant ei, cùm tantum vnus fuerit. Ideo autem poſuit duos, ad deſignandum genus humanum in duobus parentibus primis, vel in populum Iudaicum & gentilem diſtinctum à dæmoniis multis per multa vitia poſſeſſum, & à Chriſto liberatum. Vbi etiam nota quod nedum hominibus, ſed nec porcis ſine licentia ei à Chriſto data Diabolus poteſt nocere, nec ſine iuſta cauſa dominus porcorum fuit in hoc damnificatus. Vnde Iſidorus de ſummo bono, ſecundum Catholicam fidem, nec naturæ Dei nocere quiſquam poteſt nec natura Dei nocere cuiquàm iniuſte poteſt, nec nocere iniuſte patitur quemquam [qui enim nocet vt ait Apoſtolus recipiet hoc quod nocuit] 11. quæſt. 3. ſecundum. Figuratur autem quod præcipuè in luxurioſos dæmonium poteſtatem accipit, qui in præceps vitiorum eos ſubmergit.

A. C. V. 12.

Naturæ Dei nec noceri poteſt nec nocere.

Mat. 15. Mar. 7. Chananææ filia à dæmone liberata.

Chananæam quoque pro filia dæmoniaca clamantem & dicentem, Miſerere mei fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Et ſi prius duritiam ad eam oſtenderit: nam in domo vbi acceſſerat nihil ei reſpondit, in via diſcipulis pro ea rogantibus, quia clamabat poſt eos reſpondit. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Sibi quoque aduenienti ait, Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus, illa patienter reſpondit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum: demum, exaudiuit dicens, O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Fides huius magna fuit ex altitudine veritatis, quia confeſſa eſt Chriſtum Deum & hominem cùm ait: Miſerere mei &c. cum tamen non vidiſſet ſigna nec audiſſet legem. Ex latitudine charitatis, quia proximi, id eſt, filiæ liberatione laborauit, veniendo ad Chriſtum & clamando poſt ipſum. Ex longitudine longanimitatis, quia perſeuerauit repulſa etiam cum contumeliis, & ſanata eſt filia in illa hora. Ideo diſtulit exauditionem vt magis excitaret affectionem quod fit frequenter in orationibus noſtris. Panis fuit refectio copioſa doctrinæ & miraculorũ Chriſti, quæ vt magis aptis fuit potius danda Iudæis, vt verum Deum colentibus, quam gentibus, tanquam canibus immundis per idololatriam, tamen non dedecuit ſaltem micas, id eſt, aliqua parua miracula, & verba eius etiam tradere gentibus, vt iſti Chananææ. Hæc autem, vt ait Chryſ. non iuit ad diuinos, non quæſiuit ligaturas, non vocauit impoſtrices mulieres, ſed reliquit omnia diabolica commenta & venit ad Ieſum. Ad ipſum enim, vt ait Gregor. 7. primò confugiendum eſt qui noſtræ poſſit curare animæ paſſiones. Verum homines præpoſtero ordine ante ſibi opem ab hominibus accerſunt ſcilicet indebitè. Vbi autem humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur diuini poſtulandam fauoris gratiam. de conſec. diſtinct. 1. omnis. Superſtitiones enim & incantationes ſequi, non eſt ire ad Chriſtum, ſed Diabolum, vt oſtendit Aug. 26. quæſt. 2. illud quid.

Fides Chananææ quo modo magna.

Chananææ Euãgeliũ breuiter explicatur moraliter.

Aug. in 2. de doct. chr. ca. 23.

Mat. 17. De lunatico à Chriſto ſanato.

Quidam etiam obtulit Chriſto ſanandum filium ſuum habentem ſpiritum mutum, quem Matthæus nominat lunaticum, qui ſpiritus appræhendens illum allidebat, & ſpumare faciebat, & ſtridere, & areſcere, & cùm prius obtuliſſet eum pater diſcipulis, non potuerunt illum eiicere, ſicut ab aliis. Accedenti ergo ad Ieſum pro liberatione reſpondit Ieſus: O generatio incredula, quamdiu ero apud vos? quamdiu vos patiar? Duc illum ad me. Cùm adduceretur ante Ieſum, ſpiritus alliſit eum & volutabatur. Et interrogante Ieſu à quo tempore eum vexaſſet, dixit pater, ab infantia, & frequenter eum in ignem & in aquam miſit, vt eum perderet. Sed ſi quid potes adiuua nos. Cui Ieſus: Si potes credere,

omnia

A.V.C. 12. omnia poſſibilia ſunt credenti. Et ait pater pueri A
Credo domine adiuua incredulitatem meam. Et
comminante Ieſu dæmoni, vt exiret, egreſſus eſt diſ-
ſcerpens eum, ita vt dicerent homines eum mor-
tuum. Sed Chriſtus appræhendens manum, eum
eleuauit ſanum. Et cùm diſcipuli domum euntes
interrogaſſent quare non potuerant eiicere ipſi dæ-
monem. Reſpondit hoc genus dæmoniorum non
eiicitur niſi in oratione & ieiunio. Prius tamen di-
Matt. 7. xit, vt ait Matth. quod non potuerant eiicere pro-
pter incredulitatem eorum. Et quod ſi haberent
fidem ſicut granum ſinapis ſcilicet humilem, con-
ſtantem, feruentẽ, quæ ſignantur in proprietate gra- B
ni ſinapis, quod eſt paruum, tenax & calidum, dice-
rent monti huic tollere, id eſt, Diabolo, recede &
Luc. 17. ita fieret, & quia nihil impoſſible credenti: Luca
Morus arbor quid ſignificet. vero referente, dicentib. diſcipulis Chriſto, Adauge
nobis fidem, ait Ieſus, Si habueritis fidẽ, vt granum
Amb. in c. 17. Luc. com. 8. ſinapis dicetis arbori huic moro eradicare, tran-
ſplantare, & fiet. Ambroſ. exponit morum ſignare
Diabolum, quia morus habet primo mora alba, ſed
poſtea calore nigreſcunt. Sic Diabolus fuit condi-
tus cum potẽtiis innocentibus, ſed calore ſuperbiæ
factę ſunt nigræ vitioſæ. Dicit autem quis monti vel
moro tranſi hinc vel tranſplantare quando Diabo- C
lo (monti dicto per ſuperbiam, vel moro per mali-
tiam) tentanti ſe vel alium cùm reſiſtit vt à ſe rece-
dat vel ab alio tentato, vel etiam iam in eo radica-
to per conſenſum cùm ex fide humili & feruida re-
diit ad pœnitentiam Diabolus recedit. Iuxta illud
Iac. 4. Iacobi: Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis. Nec
ſunt contrarij Euangeliſtæ, quia vnus dicit de mon-
te, alius de moro, quia Chriſtus pluries locutus eſt
de fide & vna vice de monte, alia de moro. Ad lite-
ram etiam ab Alexandro magno dicitur factum. Ex
eo autem quod pater huius demoniaci ait. Credo
domine adiuua incredulitatem meam, id eſt, modi- D
Gre. hom. 15 in Ezec. citatem fidei augendo, arguit Greg. de pœn. diſt. 2.
Cum ſanctam. quòd in fide ſicut in aliis virtutibus
Gradus virtutum incipientiũ, proficientiũ & perfectorum. ſunt gradus incipientium, proficientium, & perfi-
cientium ſeu perfectorum, ſecundum illud Iob. Per
ſingulos gradus meos pronunciabo illum. Et hoc
multipliciter diffusè oſtendit.
Iob. 31. Referentibus quoque Matthæo & Marco, ſed
Luc. 11. ca. Luca plenius, Erat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud
Mat. 9. ca. erat mutũ &c. In quo Euangelio oſtenditur & Chri-
ſti benignitas, & Iudæorum malignitas, & mulieris
feruens credulitas. Manifeſtatur Chriſti benignitas
in hoc quod curauit dęmoniacũ mutum, id eſt, quem E
Diabolus fecerat eſſe mutum. Addit & Matthæus,
quod etiam erat cæcus, vnde tria miracula ſimul fe-
cit, quia reſtituit ei loquelam, viſum: & à dæmonio
De ſurdo & muto à dæmone liberato. liberauit. Quod miraculum quotidie facit in pecca-
toribus pœnitentibus quibus reſtituit lumen men-
tis amiſſum, loquelam triplicis confeſſionis ſcilicet
laudationum Dei, admonitionum proximi, & pec-
catorum ſuorum. Eos etiam ab operibus Diaboli
detentos abſoluit, de quibus mirantur: merito turbæ
Iudæorum malignitas oſtenditur, quia quidam eo-
rum dicebant, in Beelzebub principe dæmoniorum F
eiicit dæmonia. Alij tentationis cauſa calumniæ ſi-
gnum quærebant de cœlo, vt mugire tonitrua, co-
ruſcare fulgura, & huiuſmodi. Quæ Chriſtus non
Chriſtus probat ſe eſſe Deũ, eo quòd nouit cogitationes hominũ. fecit, quia non ex hoc credidiſſent, ſed calumniaſ-
ſent, & aſſignaſſent ea vel cauſis naturalib. vel dæ-
monum inuocationibus, ſed ex occultorum cogita-
tione inſinuat deitatis veritatem. De eorum locu-
tione probat multipliciter falſitatẽ in ipſorum per-

A fida obſtinatione, & prauitatis peſſimitate, & deita- A.V.C. 12.
tem quidem ſuam primo oſtẽdit, quia cognouit co-
gitationes eorum: nam illud quod in Beelzebub
eiiceret dæmonia, dicebànt in corde ſuo vel ita pla-
nè inter ſe, quod non poterat audiri, Dei autem eſt
proprium ſcire occulta cordium, ſecundum illud
Salomonis ad Deum. Tu ſolus noſti corda filiorum 3. Reg. 8.
hominum. Pſalm. Deus qui nouit abſcondita cor- Pſalm. 43.
dis. Etſi dæmones videantur aliqudo ſcire, hoc non
niſi coniecturaliter, inquãtum per ſigna aliqua, non
ſolùm verba, ſed & nutus perpendunt de interiori
diſpoſitione, vt dicit Auguſt. 26. q. 4. ſciendum. Cum Aug. ca. 3. de diuin. dæm.
B ergo Chriſtus oſtenderet ſe ſcire cogitationes eorũ,
per verba quæ ſequuntur, probat euidẽter ſe Deum.
Vnde dicit euangeliſta. Vt autem cognouit cogita-
tiones eorum. Secundo falſitatem locutionis Iudęo-
rum confutat quadrupliciter.[a] Primo deducendo Chriſtus quomodo argumentatur contra Iudęos ſe non eiicere dæmones in Beelzebub primũ argumentũ deducens ad inconueniens.
ad incõueniens, ſic, Si Chriſtus eieciſſet dæmonium
in virtute principis dæmoniorum, ſequeretur iſtud,
quod eſſet diuiſum regnum eius & dominium quo
dominatur in mundanis, & exinde quod eſſet deſo-
latum & annihilatum, quia hoc experientia rerum
magiſtra docet, quod omne regnum in ſeipſum di-
uiſum deſolatur &c. Sed hoc eſt inconueniens dice-
C re, quia clare apparet contrarium, ſcilicet quod non
eſt deſolatum vel diminutum dominium Diaboli in
mundo, tempore Chriſti, ſed maximè regnabat in
gentib. per idololatriam, & in Iudæis per inobediẽ-
tiam mandatorum & per fidem. Si ergo non erat de- Mat. 12.
ſolatum regnum Diaboli, ergo nec diuiſum. Si non Luc. 9.
diuiſum, ergo vnus nõ expellebat aliũ. Quòd ſi vnus
nõ expellit alium, ergo nec Chriſtus in virtute Beel-
zebub eiiciebat. Secunda ratio eſt per locũ à minori.
Nã alij qui eiiciebant dęmonia vt Apoſtoli vel exor-
ciſtę, erant minores Chriſto: Ipſe enim dederat eis
illam poteſtatẽ, &[b] Salomoni ſcientiã illam exorciſ-
D morum & adiurandi dæmones & expellendi, vt di-
citur diſt. 21. §. 1. Et tamen nõ dicebant de Apoſtolis
vel exorciſtis, quod in virtute Beelzebub eiicerent
dæmones, ergo multominus debebant de Chriſto
qui erat maior, hoc dicere. Et hoc eſt quod dicit, Si
ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij veſtri, Apo-
ſtoli vel exorciſtæ, qui ex vobis deſcenderunt, in quo
eiiciũt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt ad conuincen- Mat. 12.
dum vos de veſtra falſa exiſtimatione. Porro ſi in di- Spiritus ſanctus quare digitus dicitur.
gito Dei eiicio dæmonia, quod exponens Matthæus
dicit: Si in ſpiritu Dei, qui digitus dicitur quia pro-
cedit à filio Dei qui dicitur manus Dei, ſicut digitus
E à manu, & propter diſtincta munera eius, ſicut digi-
tus habet plures articulos ſeu diſtinctas particulas,
profecto peruenit in vos regnum Dei, ad quod de-
betis accedere credendo, & recedere à regno Dia-
boli quod eſt deſtruendum. Tertia ratio eſt per lo-
cum ab exemplis. Videmus nàmque, quod victor in
aliquo bello vtique non eget auxilio victi perfectè.
Sed cùm Diabolus qui dicitur fortis in naturalibus,

a Nota obiter vſum dialecticæ in Chriſto, & Theologiæ ſcholaſticæ fundamentum, quorum vtrumque Caluiniſtæ inſectantur. 2. argumentum à minori.

F *b Salomon librum de exorciſmis & dæmonum adiurationib. reliquit. Nam facultatem contra dæmones callebat dono ſibi diuinitus inſpirato. Ioſeph. li. antiq. 8. c. 2. hinc detegitur igne vindicanda Magorum noſtri temporis impoſtura, qui nomine Salomonis abutuntur ad dæmones euocandos, cùm è contrario eos non euocare ſed pellere docuerit: libri ergo Salomoni impiè attributi ſunt, qui inſcribuntur Salomonis incantationes, Clauicula Salomonis, Annulus Salomonis. Geneb. in Chron.*

armatus

A.V.C. 12.

armatus in malitiis, cuſtodiebat atrium ſuum, id eſt, mundum vbi habitabat, ne illud omitteret, omnia erant in pace carnali, quia non erat qui reſiſteret vitiis ſuggeſtis per eum. Veniens autem Dei filius in mundum fortior eo, & certamen forte contra eum agens, quia vt dicitur. 1. Ioannis 3. Venit filius Dei vt diſſoluat opera Diaboli, cum vicit ſecundum illud Auguſt. manu inermi & affixa cruci debellauit aereas poteſtates: Et ita perfectè quod arma Diaboli abſtulit, ſcilicet malitias eius detegẽdo per doctrinam, & debilitando per meritum paſſionis, & ſpolia diſtribuit, id eſt animas quas Deo abſtulerat B & ſibi ſubiugauerat ab eo remouit & per cõuerſionem earum Eccleſiæ aſſignauit. Ergo nõ eget Chriſtus auxilio Beelzebub, cum ſit omnino victus ab eo. Quarta ratio eſt per locũ à contrariis. Nam contratiorum regula eſt, mutuo ſe expellere, non vnum alterum iuuare ad ſuum effectum producendum, ſicut ſanitas non iuuat infirmitatem ad corpus infirmandum & contra, Chriſtus & Diabolus ſunt contrarij in ſe & in ſuis operib. Nam Chriſtus optimus, plenus omni ſanctitate, Diabolus peſſimus, plenus omni malignitate, Chriſtus optat & operatur ad ſalutem hominum, Diabolus cupit & laborat ad C perditionem eorum, inſtigando eos ad vitia. Non ergo Chriſtus in procurando hominum liberationem à Diabolo, vtitur auxilio Beelzebub in eiiciendo dęmones, cùm intendant in homines intrare per effectum malitiæ, non inde exire. Et hoc eſt quod dicit. Qui non eſt mecum, id eſt, meæ volũtati conformis ad ſalutem hominum procurandam vt Diabolus, contra me eſt, & qui non colligit mecum cooperando ad inducendum homines ad bonum diſpergit homines ab vnitate ſegregando, vt Diabolus. Tertio principaliter Chriſtus prænunciat peſſimiatem, ad quam venturi ſunt ex ſua perfidia & D obſtinatione in eo quod ſubdit. Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida & inaquoſa &c. Spiritus iſte Diabolus eſt qui exiuit à populo Iudæorum, quando recepta lege dimiſerunt ritus idololatriæ Ægyptiorum. Eiectus autem Diabolus per debitum cultum veri Dei, acceſſit ad mentes Gentilium, qui erant aridi quo ad humorem gratię, & loca inaquoſa quo ad priuationem aquæ ſapientiæ veræ, ibi requieuit per tempora. Sed poſtea inquietatus per prædicationẽ Apoſtolorum & expulſus à Gentilib. per cõuerſionem eorum non inueniens ibi requiem dicit per effectum. Reuertar E in domum meam vnde exiui, id eſt, ad populum Iudæorum, & inueniens eam ſcopis mundatum & ornatam, vacantem fide, aſſumptis ſeptem ſpiritibus ſe nequioribus ſecum ingrediũtur ad domum priorem. Nam Diabolus inueniens populum Iudæorum vacantem fide, & gratia ſcopis mundatum, quo ad immunditias exteriores legis & ornatum cerimoniis legalibus, ingreſſus eſt in dictum populum cum ſeptẽ ſpiritibus, id eſt, cum malitia omniũ vitiorum. Septenarius enim numerus ſignat vniuerſitatem, vnde concludit. Sic erit generationi huic peſſimæ. F Moraliter autem ſpiritus immundus qui habitat in homine ante baptiſmum vel in baptizato moraliter peccante, per baptiſmum eiicitur, vel per veram pœnitentiam qui eiectus diſcurrit ad alios decipiendos, eos ſcilicet qui ſunt aridi deuotione & inaquoſi, & doctrina ſapientiæ vacui. Sed cum percepit Diabolus baptizatum vel pœnitentem, vnde exierat, ſegnius agere, & otioſum & ſolùm reſiſtere, reuertitur ad ipſum cum ſeptem dæmoniis, id eſt,

Christus & dæmon contrarij.

Moralis expoſitio huius Euãgelij.

cum pluralitate vitiorum, modo de vno, modo de alio tentans & ſuperans vt peior ſit ſtatus eius quam prius, propter ingratitudinem & negligentiam. Et ideo dicit Beda tractans illud. Reuertar in domum meam &c. Timendus eſt iſte verſiculus ait non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat, de pœn. diſt. 4. reuertar. Et c. ſeq. idem ait. Quemcunq; poſt baptiſma arripuerit ſiue hæretica prauitas ſiue mundana cupiditas mox in omnium proſternet ima vitiorum. Dæmum quo ad vltimum inſinuatur magna deuotio & feruor mulieris quę dicitur fuiſſe pediſſequa Marthæ nomine Marcella. Nam extollens vocem de turba dixit, Beatus venter qui te portauit, non ſunt aliæ mulieres in concipiendo, in vtero geſtando, in nutriendo filios, beatæ: ſed miſeræ propter laborem, dolorem & libidinem quæ in huiuſmodi patiuntur. Sola virgo beata, quæ his omnibus caruit & talem edidit, per quem omnes beatificantur credentes in eum. Quod Chriſtus approbauit dictum vt veriſſimum. Et addidit dicens. Quinimo beati qui audiunt &c. q. d. Non ſolùm quæ me portauit eſt beata, ſed omnes qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. Et quia virgo Maria maximè audiuit, & cuſtodiuit verbum Dei obſeruando, ideo præ omnibus beatiſſima. Concipit Chriſtum quælibet per bonum propoſitum conuerſionis, parit per executionem boni operis, nutrit per frequentationem orationis & ſacræ cõmunionis. Auditio autem ſeu lectio diuini verbi eſt principium huius, beati ergo qui audiunt &c. Ex hoc quod ſupra dicitur ꝙ ſpiritus immundus aſſumit ſecum ſeptẽ ſpiritus nequiores ſe, poteſt hoc intelligi de ſeptem ſpeciebus peccati in ſpiritumſanctum, ſcilicet præſumptione, deſperatione, impugnatione veritatis agnitæ, inuidentia fraternæ gratiæ, obſtinatione, & finali impœnitentia, & contemptu præceptorum ſuorum maiorum. de hac vltima habes. 25. q. 1. violatores.

A.V.C. 12.

lib. 4. com in Luc. ca. 47.

De muliere in turbis beatã virginem prædicante.

Luc. 11. ca.

In Spiritũ ſanctũ peccata ſeptẽ & quæ illa ſint.

Addidit quoque Matthæus locutionem de blaſphemia in ſpiritumſanctũ, quod acceſſerunt ad eum Phariſæi dicentes, Magiſter volumus à te ſignum videre. Quibus reſpondit, Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ &c. Hæc autem eo loquente dixit ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui ſtant foris volentes tibi loqui. Quibus ait extenſa manu erga diſcipulos, hæc eſt mater mea, & hi ſunt fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei ipſe meus frater, ſoror & mater eſt. Addidit etiam Matthæus & Marcus quod Ieſus in dicta confutatione Iudæorum dixit ad exaggerandam culpam calumniæ ſeu blaſphemiæ eorum de grauitate peccati blaſphemiæ in ſpiritumſanctũ in quem ex hoc inciderãt, ait Matthæus: Qui verbum dixerit in filium hominis remittetur ei, qui autem blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum nõ remittetur ei neq; in iſto ſeculo, neque in alio. Blaſphemia autem in ſpiritumſanctum ſumitur tripliciter ſecundum Thom. 2. 2. q. 14. Vno modo pro blaſphemia communi in Deum quæ eſt attribuendo Deo quod ſibi non conuenit, vel negando quod conuenit Deo, prout quælibet ex tribus perſonis diuinis eſt ſpiritus & eſt ſanctus: in quod crimen inciderunt Iudæi attribuentes Diabolo quod eſt ſolius Dei, ſcilicet facere miracula. In filium hominis verbum dicebant, cùm vocabant eum voracem, potatorem, filium fabri, quæ erant contra humanitatis reuerentiam. Secundo modo dicitur blaſphemia in ſpiritumſanctum ex malitia non

Mat. 12.

Mat. 12. Marc. 3.

Blaſphemia in ſpiritum ſanctum multiplex.

Th. in 2. 2. q. 14. art. 1.

A.V.C. 12.
Tho.ibid. artic.2.
Mag. in 2. diſt.43.

non qualicunq; ,ſed illa quæ tenuit impeditiua peccati quæ habet ſex ſpecies, de quibus Thom. vbi ſupra & Magiſter in 2.ſen.circa finem inter quas ſunt, impugnatio veritatis agnitæ,& inuidentia fraternę gratiæ creſcentis in mundo. Et in huiuſmodi iſti Iudæi inciderant impugnantes veritatem doctrinæ & operum Chriſti & hoc ex inuidentia. Tertio modo ſecundum Auguſtinum : dicitur blaſphemia in ſpiritumſanctum finalis impœnitentia non prout dicit propoſitum in futurum non pœnitendi , quia ſic eſt vna ex illis ſex ſpeciebus blaſphemiæ ſecundo modo ſumptæ ,ſed prout dicit permanentiam in quocunque mortali vſque ad mortem incluſiue. Vnde Heſichius. Hoc ſancti patres irremiſſibile peccatum & blaſphemiam in ſpiritum ſanctum eſſe dixerunt,in ſceleribus vſq; in finem perſeuerare.de pœn. diſt.3.inter hæc.2. & in hanc blaſphemiam præuidit & prænuntiauit multos ex eis incurſuros. Dicitur autem irremiſſibile , quia raro vel difficulter dimittitur propter ſui grauitatem,quia & difficulter tales conuertuntur, & hoc quo ad ſecundam & primam acceptionem. Nam quantum ad tertiam acceptionem ſimpliciter non remittitur , quia nunquam talis pœnitet. de pœnit. diſt.1. Ex iſta etiam ſententia arguit Greg.diſt.25. qualis.aliqua peccata remitti in alia vita,quod verum eſt de venialibus,quę etiam in purgatorio per pœnam expiãtur. Nam ex hoc quod Chriſtus dicit peccatum in ſpiritumſanctum non remitti etiam in futuro , innuitur aliqua ibi remitti etſi non niſi venialia. vt Gregorius ibi exemplificat.De his habes diffusè in ſecunda parte. Quod Chriſtus eiecerit aliâs etiam dæmonia patet per illud quod dictũ eſt ſupra Luc. 4. quia exibãt à multis dæmonia&c. Cùm autẽ dicitur Mar.vl. ꝙ Chriſtus à Maria Magdalena cui primò apparuit reſurgens eiecerat ſeptem dæmonia , intelligitur de ſeptẽ generib. vitiorum,quibus Diabolus poſſedit animam, etſi non corpus , non de vexatione corporali. De quodã eiiciente dæmonia qui non ſequebatur Chriſtum virtute forte exorciſmorum, cum Apoſtoli dixiſſent Chriſto quod prohibuerant eum ab hoc. Reſpondit Ieſus,nolite prohibere. Qui non eſt contra vos,pro vobis eſt.

Augu.de verb.domini ſer. 11.
Heſich. li. 2. ad c.10. Leu.
Th. vbi ſupra art. 3.
Peccatum in ſpiritũ ſanctum quare dicitur irremiſſibile. cap. Si ſacerdos.
Greg. li.4. dial. ca.36.
A Maria Magdalena qua ratione eiecta ſint ſeptem dæmonia.
Mar. 9. Luc. 9.

§. XVI.

PRÆTER dæmoniacos liberatos , ex quibus aliqui etiam erant muti , narrat Marcus ſolus de vno muto & ſurdo , non tamen dæmoniaco ſanato. Dicit enim quòd exiens de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ &c. Et oblatum ſibi ſurdum & mutum à quibuſdam depræcantibus pro eo,traxit eum à turba ſeorſum. Et mittens digitos in aures eius , & ſputo ſuo linguam eius tangens dixit, effetha,quod interpretatur Latinè adaperire. Et ſtatim liberatus eſt à ſurditate,& mutitate,& loquebatur rectè. Et cùm præcepiſſet ne cui hoc dicerent, quantomagis præcipiebat,tantomagis diuulgabant dicentes,bene omnia fecit &c. Vbi notandum in eo quod dicitur depræcabantur pro eo,quod ſecũdum Gratianum de pœn.diſt.1.voluiſſent.§.denique.omnium quos Chriſtus ſanauit, ſanitatem petitio propriæ vocis, vel amicorum legitur præceſſiſſe. In eo quòd Chriſtus traxit hũc ſeorſum à turba, innuitur, quod peccator qui eſt ſurdus ad audiendum,id eſt obediendum legi Dei , & mutus ad laudandum & confitendum , ſi debet mente ſanari, oportet eum à turba vitiorum ſegregari,quo ad ceſſationem actus, tumultum paſſionum.iuxta illud Amb.Cùm renunciatur improbitati : ſtatim aſciſcitur virtus,egreſſus enim malitiæ,virtutis operatur ingreſſum,eodémq; ſtudio quo crimen excluditur , innocentia copulatur.32. quæſt. 1.cùm renuntiatur. In eo autem quod baptizando fit quod Chriſtus circa hunc egit dicẽs, effetha,intelligi datur , ſecundum Rabanum vt per ſaliuam typicam & ſacerdotis tactum ſapientia & virtus diuina ſalutem eiuſdem cathecumeni operetur, vt aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei , vt aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei.de conſec.diſt.4.poſtea.2. Poſtea in eo quod Chriſtus præcepit nulli hoc dicere, quia præceptum referebatur ad myſterium non ad vocalem ſonum, vt ſcilicet nullus quærere debeat laudem hominum in operibus ſuis benè & mirè factis, ſecundum illud Amb. Veritatis regula eſt , vt nihil commendandi tui cauſa facias.11.quæſt.3.ſi quis vero non obediat. Et ideo diuulgantes non faciebant contra præceptum , ſed & hoc ibi notatur quod quantomagis quis verè fugit gloriam hominum, tantomagis eum gloria ſequitur , vt dicit Salluſtius de Catone.

De ſurdo & muto non dęmoniaco. Marc. 7.c.
Chriſti ſanitatẽ præceſſit petitio.
Greg. li.4. dial.ca.43.
Huius euãgelij moralis expoſitio.
V.A.C. 12.
Amb. li. 2. de Cain & Abel ca. 4.
In baptiſmo cur ea fiunt, quæ Chriſtus in hoc homine fecit.
Rab.de inſt. ſac.li. 2.cap.27.
Amb.li. 2. de offic. cap. 24.
Sall. in Catil. hiſto.

§. XVII.

DE cæcis ab eo illuminatis in particulari. Vltra dæmoniacum mutum , qui etiam erat cæcus, Chriſtus quatuor illuminauit. De primo narrat Matth. poſt ſuſcitationem puellæ filiæ Archiſynagogi, quod ſecuti ſunt Ieſum duo cæci itinerantem clamantes. Miſerere noſtri fili Dauid. & venientes ad eum in domum, interrogauit , quid vultis vt faciam vobis? Cùm reſpondiſſent. Vt aperiantur oculi noſtri : ait Ieſus. Creditis quod hoc poſſim facere vobis? Dicentibus, vtique domine, ait ſecundum fidem veſtram fiat vobis. Qui ſtatim ſunt illuminati, quamuis mandaret occultari factum , illi tamen diuulgauerunt per totam terram illam.

Aug. lib.5. cin.cap.12.
Mat.9. ca.
De cæcis à Chriſto illuminatis 4.
Primus.

Marcus narrat de quodã alio cæco qui Bethſaidę adductus ad Ieſum fuit, præcantibus pro eo. Quem Ieſus extra vicũ eduxit,& expuit in oculos eius tangendo cum manu. Et interrogante eum ſi aliquid videret? Reſpondit. Video homines ſicut arbores. Iterum imponens manum ſuper oculos eius cœpit videre & reſtitutus eſt, vt clare videret omnia. Cui mandauit in domum ire,& nemini dicere. Referunt tres Euangeliſtæ , Matthæus , Marcus, & Lucas, de cæco illuminato à domino Ieſu in Hiericho. Sed Matthæus duos aſſerit fuiſſe,ponens plurale pro ſingulari propter myſterium figurans cæcitatem humani generis ex primis parentibus in vtroque ſexu & in vtroque populo. Marcus & Lucas de vno referunt , cuius etiam nomen Marcus exprimit dicens Barthimeus filius Timæi qui ſedens ſecus viam mendicans , audito quod Ieſus tranſiret, cœpit clamare : Miſerere mei fili Dauid. Cùm autem increparetur à turbis , vt taceret , multomagis clamabat, miſerere &c. Stans autem Ieſus iuſſit illum venire ad ſe, qui proiecto veſtimẽto exiliens venit ad eum. Et interroganti Ieſu quid vellet, reſpondit , Domine vt videam. Et Ieſus ad eum , Reſpice : fides tua te ſaluum fecit, & confeſtim vidit , & ſequebatur eum & omnis turba ex hoc laudauit Deum. In eo quod dicitur confeſtim vidit & ſequebatur eum, magnificans Deum , tria poſſunt conſiderari circa veram & perfectam conuerſionem. Subita illuſtratio quia confeſtim vidit. Deuota gratiarum actio, quia

Secundus cæcus. Mar. 8.ca.
Tertius cæcus. Mat.20. Luc.18.
Mar.10.

A.V.C. 22.

quia magnificans Deum. Quantum ad tertium recta conuerſatio, quia ſequebatur illum. Iſta eſt differentia inter Deum & naturam in operibus ſuis, quamuis & ipſe Deus vt primum agens etiam ipſe moueat naturam ad agendum. Nam natura operatur non ſubito: ſed ſucceſsiue, vt patet in formatione corporum animalium, & in plantis, ſed Deus operatur in inſtanti in illis quæ per ſe ſolus facit, vt in miraculis & in iuſtificatione peccatoris, ideo dicit confeſtim vidit. Neſcit enim tarda molimina ſpiritusſancti gratia, ait Amb. quę illuminat mentem: ſed quia vt dicit Aug. Qui fecit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te, id eſt, ſine tui cooperatione. Ideo ad recipiendum illuminationem debemus aliqua ex parte noſtra facere, quæ fecit cęcus illuminatus à Chriſto. Vbi nota per ordinem ſeptem concurrentia vel diſponentia ad illuminationem peccatoris per gratiam. Primum eſt, vt ſi non ſit in via mandatorum, ſaltem nō extra viam per obſtinationem ſedeat, ſed ſecus viam, per operum quæ ſunt de genere bonorū exercitationem. Secundum vt ſit mendicans, per ſuffragiorum ab aliis procurationem, ſicut multi præcibus aliorum ſunt curati à Chriſto & ſanctis ab infirmitatibus corporalibus, ita & à ſpiritualibus, vt patet in paralytico à Chriſto ſanato & aliis. Tertiū quòd audiat de Ieſu ſaluatore, id eſt, de ſpectantibus ad ſaluationem. Sicut prædicante Petro cecidit ſpiritusſanctus ſuper omnes qui audiebant, & illuminati ſunt mente Actuum 10. Quartum quòd clamet cognoſcendo ſuam miſericordiam per veniæ appetitionem. Grego. in moral. Multum clamat, qui multum amat, vehementer ſcilicet appetendo quod poſtulat. Quinto perſtrepentibus turbis ſociorum vel paſsionum, & impedire volentibus nō dimittat boni continuationem ſecundum illud. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans, ſurgens dabit illi quotquot habet neceſſarios. Lucæ. 11. Sexto eiiciat veſtimentum corporis, per eius mortificationem. Hieron. Qui peccator eſt & quem remordet propria conſcientia: cicilio pœnitentiæ accingatur, & plāgat propria delicta vel populi, & ingrediatur Eccleſiam de qua propter peccatum fuerat egreſſus, & cubet in ſacco, vt præteritas delicias per quas Deum offenderat vitæ auſteritate compenſet, de pœn. diſt. 1. qui ſanctus. Septimum vt præſentet Ieſu, exprimendo miſeriam cęcitatis peccatorum per cōfeſsionem. Sacerdos enim repreſentat Chriſtum. Vnde in prouerbiis. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea: inueniet gratiam, & per eam illuminatur peccator.

Natura & Deus diuerſo modo operantur.

Amb. li. 2. comm. in Luc.

Matt. 9.

Hier. in c. 2. Ioel.

Prou. 28.

§. XVIII.

De cæco nato. Io. 9. cap.

DE cæco à natiuitate à Chriſto illuminato narrat ſolus Ioan. Præteriens inquit, Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum diſcipuli eius. Rabbi quis peccauit, hic aut parentes eius vt cæcus naſceretur? Errabāt hi putantes omnem infirmitatem procedere ex peccato actuali ſuo vel parentum. Sed excluſit Chriſtus hanc opinionem vt non veram, oſtendens non ex illa cauſa natum eſſe cæcum, ſed vt manifeſtarētur opera Dei in illo, id eſt, ad gloriam Dei conſequendam ex illuminatione eius. Exinde faciens lutum ex puluere terræ & ſputo liniuit ſuper oculos eius, dicens. Vade ad natatoria Syloe & lauare. Quod cùm feciſſet, viſum recepit. Spiritualiter innuens myſterium incarnationis Chriſtus ſignatum in luto facto ex ſputo & terra. Sputū enim ſignificat verbum æternum procedens ex ore patris, puluis eſt natura humana ex puluere, quæ quidem coniuncta ſunt, quando verbum caro factum eſt. Hoc ergo myſterium poſitum ſuper oculos generis humani cæci à natiuitate per originale, id eſt, intellectu per fidem receptum cum lotione ſecuta baptiſmi habentis virtutem ex paſſione Chriſti illuminauit eum. Ex qua illuminatione quo ad populum Gentilem gens Iudæorum eſt diuiſa, piè credentibus hoc factum à Deo aliquibus ex eis conuerſis ad Chriſtum, aliis obloquentibus de Chriſto, dicentibus non eſſe à Deo miſſum, ſed peccatorem & legis diuinæ tranſgreſſorem vt autem ad hiſtoriam redeamus reuerſo illo domū cœperunt vicini eius aſpicientes eum inter ſe diſceptare verúmne eſſet ille cæcus, qui ſolitus erat certo loco ſedere ad mendicandum, quibuſdam aſſerentibus illum eſſe, aliis contradicentibus, quia non ille ſed ſimilis eſſet eius. Ille audiens & gratus ad confitendum beneficium dicebat, quia ego ſum ille. Et interrogantibus vnde viſum recepiſſet reſpondit, ex lotione facta in aqua Siloe ad mandatum Ieſu, luto prius impoſito ſuper oculos eius. Ducentibus autem illis eum in ſynagogam ad Phariſæos interrogātes eum de modo illuminationis, dixit vt prius vicinis declarauerat. Et quia ſabbatum erat illa die, cœperūt dicere, quidā ex eis. Nō eſt hic homo à Deo qui ſabbatum non cuſtodit, cùm tamen hoc nō eſſet contra obſeruantiā ſabbati. Alij verò deuoti aiebāt. Quomodo poteſt homo peccator iſta ſigna facere? Et ſic erat ſchiſma inter eos, id eſt diuiſio opinionū de eo. Vocantes autē cæcum interrogauerunt eum, quid de eo ſentiret. Qui reſpondit, quia propheta eſt. Non credentes autē ei, miſerunt pro parentibus ſuis interrogantes ſi natus eſſet cæcus, & quomodo vidiſſet. Qui dixerunt vtique eſſe filium eorum, & cæcum natū, ſed ſe neſcire de modo illuminationis, vel à quo, ipſum verò de hoc interrogarēt, quia ætatem habebat. Quod dixerunt parentes timentes diſplicere Phariſæis. Iam enim fuerat conſpiratum, vt qui Ieſum Chriſtum confiteretur eſſe, eiiceretur de ſynagoga vt excommunicatus. Iterum ergo interrogantes eum de modo, quærebant quomodo poſſent calumniari miraculū, & dicentibus illis. Da gloriam Deo, nos ſcimus quia hic homo peccator eſt, q. di. à Deo recognoſce illuminationem, non ab iſto. Quibus ille. Si peccator eſt, neſcio, id eſt non ſcio eum eſſe peccatorem, ſed iuſtum. Et replicantibus illis. Quid fecit tibi quaſi di. Nunquid inuocauit Beelzebub? Stomachatus ille de duritia eorum ait. Dixi vobis & audiſtis, quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? q. di. Non quæritis vt ſciatis veritatem & efficiamini diſcipuli eius, ſed vt calumniemini miraculum, ideo nolo amplius explicare. Tunc maledixerunt ei dicentes. Tu diſcipulus eius ſis, nos Moyſis diſcipuli ſumus, nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vnde ſit. Quibus ait. In hoc eſt mirabile, quòd neſcitis vnde ſit, & aperuit oculos meos. Scimus quia peccatores Deus non audit, ſcilicet exaudiendo. Hoc dixit nondum perfectè mente illuminatus. Ait Aug. Nam & peccatores Deus exaudit, etſi non mereantur. Vel ſecundum Tho. non exaudit peccatores inquantum peccatores, id eſt cùm petūt illicita, ſecus ſi licita vel neceſſaria. Et ſubdit Chelidonius. Si non eſſet hic à Deo, nō poterat facere quicquam. Quod audientes Phariſæi vt blaſphemum eiecerunt extra ſynagogam dicentes. In peccatis natus es totus,

A.V.C. 22.

Cæci nati glorioſa Chriſti defenſio.

Chriſtus peccatores an audiat.

Augu. tra. 44. in Ioa.

Thom. in 9. c. Ioan. lec 3.

A.V.C. 32.

& tu docesnos? Chriſtus autem inueniens eum in templo, interrogauit ſi crederet in filiũ dei. Interroganti illi quis eſſet, vt crederet in eum, reſpondit. & vidiſti eum, qui tecum loquitur ipſe eſt. Et procidens adorauit eum dicens. Credo domine. Tunc Chriſtus, dixit. In iudicium ſcilicet diſcernendi, in hunc mundum veni, vt qui non vident, ſcilicet gentiles ignorantes deum, videant, credentes in Chriſtum, quod poſtea euenit. Et qui vident, ſcilicet Iudęi verum deum tunc colentes cæci fiant, in perfidiam lapſi. & ly vt, tenetur conſecutiue non cauſatiue: quia aduentus Chriſti non fuit cauſatiuus cæcitatis Iudæorum, ſed hoc ſecutum eſt in eius aduentu ex eorum d ſpoſitione. Cùm autem dicerent Phariſæi, Nunquid nos cæci ſumus, reſpondit. Si cæci eſſetis non haberetis peccatum. i. ſi voſipſos intelligeretis eſſe ignaros veritatis, & quæreretis ipſam, non haberetis peccatum veſtræ perfidiæ. Sed quia dicitis videmus. i. exiſtimatis veritatem cognoſcere, peccatum veſtrum manet. Pluribus quoque aliis cæcis Chriſtus viſum reſtituit. vt patet. Matthæ. 11. ibi, Cæci vident, tunc, ſcilicet illuminati ab eo, quando diſcipuli Ioannis venerunt ad eum. Matthæi 15. dicitur ꝙ cæcos, claudos, & alios languentes ante eum poſitos curauit. Et poſt eiectionem de templo ementium & vendentium, acceſſerunt ad eum cæci, & claudi, & ſanauit eos, vt ſcribitur Matthæi 21.

Chriſtus nõ eſt cauſa cæcitatis Iudęorum cauſatiue ſed conſecutiue.

§. XIX.

Filia Archiſynagogi à domino ſuſcitata.

Mat. ca 9. Mar. 5. Luc. 8.

DE mortuis ab eo ſuſcitatis. Et primo de filia Archiſynagogi, quod fuit circa principiũ ſuæ prædicationis, vt refert Matthæus, Marcus, & Lucas. Matthæus quidẽ breuius: alij plenius: In quo etiam miraculo aliud coincidit, ſcilicet ſanatio mulieris fluxum ſanguinis habentis. Loquente ergo Ieſu ad turbas, acceſſit ad eum princeps quidam ſynagogæ, cuius nomen ſecundum Lucam erat Iairus, rogans Ieſum vt veniret ad domum ſuam ad reſuſcitandum filiam tunc defunctam. Nondum puella erat defuncta, ſed dimiſerat eam pater laborantem in extremis, vt dicunt Lucas & Mar. ſed Matth. abbreuians dixit iam defunctam, quia hoc citius euenit. Erat autem puella vnica patri, & 12. annorum. Cùm ergo Ieſus iret cum patre puellæ ad domum eius, mulier quædam quam Ambr. dicit fuiſſe Martham, quæ fluxum ſanguinis paſſa erat duodecim annis, & in medicos conſumpſerat omnem ſubſtantiam ſuam pro remediis, nec potuerat curari, ſed deterius ſe habebat, vt dicunt Marcus & Lucas intra turbam aſſociantem Ieſum ſe iniecit, quærens tangere veſtimentum Chriſti confidens inde ſanari. Cúmque tetigiſſet fimbriam veſtimenti eius, id eſt extremam partem verſus pedes, ſubitò curata eſt. Quod ſciens Ieſus qui omnia occulta nouerat, ait ſecundum Lucam & Marcum. Quis me tetigit? Cui Petrus quaſi admirans ait. Præceptor turbæ te comprimunt, & dicis quis me tetigit? quæſt. dict. Non vnus, ſed multi hoc faciunt. Et Ieſus. Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem ex me exiiſſe. Et circunſpiciens ſuper turbam (vt refert Mar.) acceſsit mulier illa cum timore reuerentiæ ante eum, ſentiens ſe ſenatam narrans factum, quam Ieſum confortauit dicens: Fides tua te ſaluam fecit. Vade in pace. Iter autem proſequente venit nuntius ad Archiſynagogum qui diceret. Filia tua modo defuncta eſt, vt quid vexas magiſtrum? quæſt. dict. Non oportet, quòd veniat ad ſanandum, quia iam mortua eſt. Non credebat iſte tantæ virtutis eſſe Ieſum, vt ſuſcitare poſſet. Ieſus autem confortatus eum, & ad fidem animans ait, Noli timere, crede tantum, & ſalua eris. Demum intrans in domum vbi iacebat puella mortua, inuenit tibicines, id eſt perſonas quæ canebant carmen lugubre ad incitandum præſentes ad fletum. Quibus Chriſtus ait, Recedite, non eſt mortua puella, ſed dormit, quia enim ſubito erat ſuſcitanda acſi dormiret, ſine aliqua difficultate & dilatione ſananda, ideo dixit eam dormire. Sed illi exiſtimantes eum loqui de ſomno, deridebant eum, propter quod non meruerunt videre miraculum. Illis ergo eiectis preſentibus ſolum Petro & Iacobo & Ioanne & patre & matre puellæ, appræhendit manum dicens: Puella ſurge. Et confeſtim ſurrexit. Cui iuſſit dari manducare, vt oſtenderet verè reſuſcitatam, non phantaſticè. Et cùm mandaſſet hoc occultum teneri, exiit fama huius in vniuerſam terram illam. Spiritualiter hîc notatur ex Chriſti aduentu conuerſio populi Gentilis, & Iudaici poſtea. Filia igitur Archiſynagogi eſt plebs Iudaica: cuius pater fuit Moyſes legiſlator, qui cum aliis patriarchis & propheris intelligens ſynagogam infirmam ad mortem, & non ſanandam à peccatis, niſi per impoſitionem manus Chriſti ſuper eam, id eſt per myſterium incarnationis, vbi facta eſt vnio vtriuſque naturæ quaſi quidam contractus, hoc deprecabatur, hoc peroptabat. Veniente autem Chriſto ad eam curandam exemplo & doctrina, ſubintrauit mulier ſanguinis fluxum patiens, id eſt Gentilitas, cuius fluxus ſanguinis erat peccati continua perpetratio. Ab his ſanguinibus ſcilicet peccatorum Dauid curari orabat dicens, Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Infirmata autem fuerat, quando puella illa orta. Nata enim quodammodo fuit ſynagoga ad lucem virtutum, quando data fuit ei lex per Moyſem. Et tunc infirmata Gentilitas, quia ex comparatione virtutum, quæ exercentur per præcepta oſtenditur infirmitas & miſeria vitiorum. Medici quibus iſta quæſierat curari, fuerunt philoſophi & poetæ, qui ſuis doctrinis naturalibus vel moralibus non poterant Gentilitatem à peccatis ſanare, ſed deterius ſe habebat quotidie errores multiplicando. Audiens autem Gentilitas Chriſtum & & turbam Apoſtolorum prædicantem virtutes eius concepta deuotione fidei credidit ſe ſenari poſſe, ſi tangeret veſtimentum eius vel fimbriam, id eſt ſi imitaretur conuerſationem eius, etſi non in faciendis miraculis, ſaltem imitando veſtigia humilitatis eius, qua in terra conuerſatus eſt, quod & faciens fide, ſanata eſt, & in pace mentis dimiſſa. Interea moritur puella, quia plebs Iudaica ad quam ſanandam Chriſtus primò miſſus eſt, in mortem infidelitatis incidit, ſanata Gentilitate per conuerſionem ad fidem, prænunciatur tamen per prophetas quòd ipſa ſaluanda ſit, quod erit in fine ſeculi. Tunc eiectis tibicinibus, id eſt reprobatis falſis doctoribus Iudæorum, qui & turbam ſignificant tumultuantem qui non credunt per Chriſtum ſynagogam ſaluandam, ſed per Antichriſtum, demum tenet manum eius, id eſt opera eius viuificando, per conuerſionem ad fidem, & iubet illi dari manducare, id eſt doctrinã euangelicam & Euchariſtiam, quam nunc mortui manducare non poſſunt. Et non

Mulier ſanguinis fluxum patiens ſanatur.

Sẽſus moralis iſtius reſuſcitationis.

Pſal. 50.

Cur Gentilitas ægrotare cœpit quãdo lex Iudæis data eſt.

Iſa. 10. & 11. Mich. 5.

A.V.C. 12.

non omnes ex gentilitate conuerſi ſanantur, nam etſi multi rangant exteriori cultu chriſtianorum, myſteria, ſola tamen anima & in vnitate Eccleſiæ & charitatis manens cum fide & humilitate, conuerſationem Chriſti imitans ſanatur. Vnde Beda. Quicunque ab vnitate fidei vel ſocietate Petri quomodolibet ſemetipſos ſegregauerint, tales nec vinculis peccatorum abſoluti, nec ianuam regni cœleſtis poſſunt ingredi 24. q. 1. quicunque. Et in c. ſeq. ait Hiero. quòd tales, ſcilicet mali & ſi offerant holocauſta vt videantur ieiunare, dare eleemoſynas, pudicitiam polliceri, Deus ea non acceprat, cum ſcilicet non ſunt in charitate Chriſti.

Beda ſup Matth. Qui ſociemte Petri ſe ſegregãt cœleſtis regni ianuam ingredi non poſſunt. Hie. in cõ. in 5. ca. Amos.

§. XX.

Luc. 7. Adoleſcẽs viduæ filius à Chr. reſuſcitatus.

DE adoleſcente filio viduæ à Chriſto reſuſcitato narrat ſolus Lucas. Dicit enim, Ibat Ieſus in ciuitatem Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ, & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa, quæ ſcilicet aſſociabat eam feretrum in quo iacebat filius mortuus ſequentem, vt moris erat. Quam videns Ieſus miſericordia motus ſuper eam, dixit: Noli flere. Firmantibus autem ſe portitoribus acceſſit Ieſus, & tangens loculum inquit, adoleſcens tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ, quo viſo omnes magnificabant Deum dicentes, quia propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam. Reſuſcitatio iſta ſignat viuificationẽ peccatoris per gratiam. Et, vt dicit Aug. de pœniten. d. 1. c. reſuſcitatus. Reſuſcitatus in corpore, viuit abſente reſuſcitatore: non autem ſi reſuſcitatus in anima. Cùm enim Deus vita animæ ſit, anima vero vita corporis, ſicut corpus viuere nõ poteſt abſente anima: ita nec anima niſi Deo præſente, ſ. per gratiam viuere valet. Moritur ergo anima per peccatum, ſecundum illud Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Et ſicut dicit Aug. de pœniten. dict. 2. ſicut tribus. Sicut tribus gradibus peruenitur ad peccatum, ſuggeſtione delectatione, conſenſu, ita & ipſius peccati tres ſunt differentiæ, & in corde, & in facto, & in conſuetudine tanquam tres mortes: vna quaſi in domo (vt puella) id eſt, cùm in corde conſentitur libidini, id eſt delectationi peccati, altera quaſi iam extra portam prolata, vt adoleſcens, cùm in factum procedit aſſenſio, tertia cùm vi malæ conſuetudinis quaſi mole terrena præmitur animus, tanquam in ſepulchro iam putens vt Lazarus. Quæ tria genera mortuorum dominum reſuſcitaſſe quiſquis euangelium legit agnoſcit. Hæc ille. Item Gratianus de pœniten. diſt. 1. cap. voluiſſent §. ſecus quoque, ait. Tres mortuos Chriſtus audiuit, quos aliorum orationibus reddidit vitæ. Quartum quoque diſcipulo nunciante audiuit, cùm ſcilicet quidam dixit. Domine permitte me ſepelire patrem, & ſequar te. Matth. 8. Sed quia defuerunt viui qui pro eo orarent, reſuſcitari non meruit. Et ſignat peccatum per obſtinationem à quo non reſuſcitatur aliquis cùm ponat obſtaculum gratiæ. Adoleſcens igitur iſte ſignat peccantem in opere, & hoc eſt deferri extra portam. Portæ enim animæ ſunt ſenſus exteriores, per quos committuntur peccata operis, vnde Propheta, Mors intrauit per feneſtras noſtras. Portitores extra portam ſunt quatuor paſſiones, de quibus Virgilius in 6. Æneidos: vt refert Aug. in lib. 21. de ciui. Dei ca. 13. Hinc cupiunt, metuunt, gaudéntque, doléntque. Iſta inducunt ad opus malum & præcipuè adoleſcentes. Nam vt dicitur Gen. 6. Senſus hominis & cuncta cogitatio prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. Et 12. q. 1. dicitur. Omnis ætas prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua. Nil incertius vita adoleſcentium. Quod etiam patet per parabolam prodigi adoleſcentis, qui recedens à patre conſumpſit omnem ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Luc. 15. Vel quatuor portitores ad ſepulturam, conſuetudinem inducentes mali, ſunt peccatorum excuſatio vel defenſio. Pſal. 140. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Aliorum adulatio, ſed oleum peccatoris non impinguet caput meum. pſalmo eodem, id eſt mens mea non fouebitur adulatione. Tertium eſt prauorum aſſociatio. Pſalm. Cum peruerſo peruerteris. Quartum correctionis euitatio. Eccleſiaſtici 32. Vir inſipiens vitabit correctionem, &c. Si debet reſurgere ad vitam gratiæ, iſtæ paſſiones in malum vel inductiones debent caſſare, & hoc eſt firmare ſe, & Chriſtum verbo inſpirationis alloqui, & loculum corporis afflictione tangere, & Eccleſiam pro eo orare. Vnde Ambr. Fleat pro te mater Eccleſia, videat te Chriſtus mærentem, & dicat, beati triſtes, quia gaudebitis. Amat vt pro vno multi rogent. Denique motus lachrymis viduæ, filium eius reſuſcitauit. de pœniten. diſt. 1. fleat. Et ſic reſurgit.

Adoleſcentis reſuſcitatio quid ſignat.

Auguſt. in Pſal. 62.

Reſuſcitatus corpore viuit abſente reſuſcitatore, non autem anima.

Au. li. 1. de ſerm. domini c. 23.

Tres peccati differentię.

Quartus mortuus quem dominus audiuit, ſed non reſuſcitauit cur non reſuſcitatus.

Hie. 9. Excõ. Tolet 4. c. 24. Adde quod habetur in I. autem de ſtatu monach. §. ſi vero. col j. & in c. anté. de nup. §. ſi igitur. col. 4. Pſal. 17. & in Prophe. clemen.

Quatuor quæ obſtinationem perducũt. Pſal. 11.

Amb. li. 2. de pœnit. cap. 10.

§. XXI.

DE reſurrectione Lazari, quod fuit prope tempus paſſionis & inſignius cæteris miraculis, narrat ſolus Ioannes dicens, Erat quidam languens nomine Lazarus à Bethania, &c. Iſte Lazarus fuit germanus Marthæ & Mariæ Magdalenæ, quæ fuerunt de nobili proſapia ex genere Iudæorum, & magnarum diuitiarum. Nam diuiſo inter ſe patrimonio, Marthæ in partem ſuam aſſignatum fuit caſtrum Bethaniæ. Mariæ caſtrum dictum Magdalon, vnde dicta eſt Magdalena: Lazaro ædificia multa & magna in Hieroſolymis, qui vacabat militiæ: Martha gubernationi domus, Maria vanitatibus, pulcherrima exiſtens. Hos ad Chriſtum deuotos & præcipue Mariam diſcipulam eius factam poſt pedes Domini lotos lachrymis ſuis Chriſtus diligebat, & in Bethania in domo Marthæ frequenter hoſpitabatur. Erat enim Bethania prope Hieroſolymam ad quindecim ſtadia, id eſt circa duo milliaria. Eſt enim ſtadium octaua pars miliaris, ſecundum docto. Cùm ergo Lazarus Bethaniæ fuiſſet infirmatus, ſorores eius miſerunt nunciũ ad Ieſum, qui tunc erat in prouincia Galilææ, dicentes per eum, Domine ecce quem amas infirmatur. Non ipſæ acceſſerunt, quia non decet iuuenculas diſcurrere, & quia germanum non licuit in infirmitate deſerere, ſed curam eius agere. Non autem dicunt, veni & ſana eum, ſed tantum inſinuant infirmitatem, ſanationem dimittentes in voluntate ſua qui melius nouerat quid ei expediret: ſufficit amanti indicare indigentiam, ſi enim vere amabit, prouidebit. Auditis his Ieſus dixit nuncio. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ita ſcilicet, quòd detineatur ab ea. Nam & ſi mors ſecuta eſt: ita cito fuit ſuſcitatus, vt non videretur mortuus. Et hoc fuit pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per

Lazari reſuſcitatio cæteris inſignius miraculis. Ioan. 11.

Lazarus Martha & Magdalena qui.

.C. 11.

eam, manifeſtando in hoc virtutem ſuæ diuinitatis. Ex quo facto non ſibi ſed hominibus eſt vtilitas acquiſita. Et poſt verba nuncij manſit ibi duobus diebus, vt ex diuturniori detentione in morte maius & magis appareret miraculum. Interea enim Lazarus mortuus eſt. Poſt hæc dixit Ieſus diſcipulis, Eamus in Iudeam iterum. Inde enim receſſerant ad tempus cedendo malitiæ & furori Iudæorum, qui quæſierunt eum lapidare, veritatem eis prædicando & vitia reprehendendo. Cui reſponderunt diſcipuli, Rabbi, id eſt, magiſter. Nunc quærebant Iudæi te lapidare, & iterum vadis illuc quæſt. dicta. Noli ire ne te occidant. Nec velis nos ita orphanos relinquere, & ſi de te non cures. Quibus Ieſus, Nonne duodecim horæ ſunt diei? quæſt. di. dies variatur per plures horas, & in qualibet ſui parte homo poteſt mutare propoſitum ſuum, & voluntatem, vt ſi vna hora velit vnum, alia hora velit contrarium. Sic & Iudæi, etſi voluerunt me occidere, potuerunt mutare propoſitum ſuum. Præterea dies continet horas duodecim vt eius partes, in quas partes tunc diuidebatur dies artificialis. Ego igitur cum ſim dies ſpiritualis, totus luminoſus, & vos 12. Apoſtoli, vt 12. horæ, à me lumen habentes, debetis me ſequi & voluntatem meam, non ego vos. Nam qui ambulat in die, id eſt, operatur ſecundum illuminationem meam, non offendit, id eſt non peccat, quia illuminatur in agendis à luce gratiæ à me. Qui ambulat in nocte, in abſentia ſcilicet lucis gratiæ, offendit, id eſt, peccat. Nam ſecundum Thom. in ſumma non poteſt diu ſtare peccator in mortali, quin labatur in alia peccata, quæſt. di. ſequimini me, ſi non vultis errare. Etſi dicatur, quomodo tunc Iudas hora erat illuminata, cùm Chriſtus eum appellarit diabolum. Poteſt reſponderi quòd aliquando Iudas fuit bonus, & in lumine gratiæ etſi malus poſtea effectus, vel quòd loqueretur Chriſtus de Matthia ei ſubſtituendo in Apoſtolatu. Ne autem Apoſtoli exiſtiment leuiter & ſine cauſa vrgentieum velle ire in Iudæam, aſſignat cauſam ſui acceſſus, dicens. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum, quia amicus noſter. Et loquebatur de morte eius. Ideo autem ſcriptura appellat mortem corporalem dormitionem ſecundum illud primo Theſſa. 4. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, & patet in libris Regum, ex eo quod ſicut dormiens poſt tempus ſurgit à ſomno, & ſine difficultate, ita & omnes in fine reſurgemus, in quo nulla difficultas Deo operante erit. Et ſicut in ſomnis, qui bene corpore & mente diſpoſitus eſt, habet ſuauia ſomnia & ſurgit fortior & pulchrior, qui autem male diſpoſitus eſt habet ſomnia terribilia affligentia eum, & inde ſurgit fractus & turpis. Ita ſpiritualiter qui moritur bene diſpoſitus, ſcilicet in gratia, in terra, habet pulchras viſiones in patria Dei & ſanctorum vnde gaudeat, ſecundum illud Apoca. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur. Demum reſurgit fortior & pulchrior, quia in anima & corpore glorificatus. Qui autem male moritur, cùm mortali ſcilicet, habet exinde terribiles viſiones: viſiones demonum & aliorum malorum vnde ſummè cruciatur, & in fine reſurget deterior, quia in anima & corpore cruciatus. Apoſtoli autem vt rudes intelligentes locutionem eius de ſomno corporis, dixerunt domine ſi dormit ſaluus erit, q. di. ſomnus in graui infirmitate eſt bonum ſignum ſa-

Horę duodecim eleganter explicantur.

Tho. in 1. 2. q. 109. a. 8.

Peccator nō poteſt ſtare in mortali peccato, quin labatur ad aliud.

Nota de bono & malo ſomno.

A.V.C. 11.

A nationis, vnde per hoc nō oportet quòd vadas. Ieſus ergo dixit eis apertè. Lazarus mortuus eſt, & gaudeo, non de malo mortis, ſed propter vos, id eſt veſtram vtilitatem quæ ſequetur, vt ſcilicet credatis quia non eram ibi præſens corpore, quando mortuus eſt, & tamen ſignifico vobis quod occultum eſt, credatis, id eſt confirmemini magis ac magis in fide meæ diuinitatis, dixit autem Thomas ad alios diſcipulos. Eamus ergo & nos, & moriamur cum eo. quæſt. di. Nullo modo deſeramus eum, ſed exponamus nos periculo mortis cum ipſo eundo. Quid enim volumus ſuperuiuere eo mortuo? Eunte igi- **B** tur Ieſu cum diſcipulis & appropinquante Bethaniæ, cum hoc nunciatum foret Marthæ, occurrit ei Martha dicens. Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus. Vbi enim eſt fons vitæ, mors appropinquare non valet. Sed & nunc ſcio quia quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. Non credebat eum eſſe Deum, quia Deum non oportet orare alium, ſed putabat hominem ſanctiſſimum. Dixit ei Ieſus. Reſurget frater tuus. Cui Martha. Scio, ſcilicet per fidem, qui reſurget in nouiſſimo die, quæſt. dicta. Neſcio an de illa vltima loquaris, an de præſenti. Chriſtus autem ait. Ego ſum reſur- **C** rectio & vita, ſcilicet cauſatiue. Qui credit in me, ſcilicet diligendo, etiam ſi mortuus fuerit prius in peccatis, viuet, gratiam recipiendo & credendo in me, ſcilicet perſeuerando in gratia & dilectione & non morietur in æternum, id eſt non ibit ad mortem æternam, credis hoc? Cui reſpondit. Vtique domine, ego credidi, &c. Reuerſa Martha domum nunciat ſorori, ſcilicet Mariæ dicens. Magiſter adeſt, & vocat te. Hoc enim videtur quòd ſibi mandaſſet. Tunc ſubito Maria hoc audiens, quæ prius ſedebat in domo lugens, ſociata multis qui venerant de Hieroſolymis ad conſolandas eas de morte fra- **D** tris, ſurrexit pergens ad Ieſum. Qui autem cum eo erant exiſtimantes quòd iret ad ſepulchrum Lazari ad lugendum, moti affectu naturali, ſecuti ſunt eam. Sed relicto mortuo, acceſſit ad fontem vitæ dominum Ieſum, qui adhuc erat extra caſtellum, vbi ei occurrerat Martha. Et procidens ad pedes eius, dixit. Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus. Ieſus autem videns Mariam plorantem & alios cum ea infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum, id eſt contriſtatus eſt, & oſtendit dolorem exterius, dicens. Vbi poſuiſtis eum? Sciebat vtique locum, qui ſcit totum: ſed quærit vt oſten- **E** dat ſe non ingerere ad miracula facienda, ſed ab aliis rogatum, & ad innuendum, quòd peccator ſignatus per Lazarum mortuum Deo eſt ignotus, id eſt ab eo reprobatus, nam ingratus in operibus ſuis, qui dixerunt. Domine veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus, tum compaſſione ſororum Lazari, quæ deſtitutæ fratre dolebant, humanum eſt enim flere cum flentibus. Et modicum plora ſupra mortuum, deficit enim lux eius (inquit Sapiens) nec repræhenduntur piæ lachrymæ in morte hominum, præcipuè iuſtorum, quod & fecerunt mulieres ſequentes Ieſum ad crucem. Et Ambroſius fleuiſſe **F** amarè legitur audita morte alicuius iuſti, tum quia eum præceſſiſſet ad requiem, tum quia difficile eſt tales reperire pro illis. Sed inuehitur Cyprianus acriter contra inordinate lugentes: vel ex deſperatione, quaſi tales ex toto amittantur, 13. q. 2. quàm præpoſterum. Sed non minus fleuit Chriſtus compaſſione Lazari, qui de loco tuto erat reuocandus ad miſerias

Peccator Deo eſt ignotus.

Flere ſuper mortuum eſt licitum. Eccl. 22. Luc. 13.

Cyp. ſer. 4. de mortalitate.

A.V.C. 12.

rias & pericula mundi, vt dicitur 13. quæſt. 2. qui diuina. Hunc autem fletum quidam interpretati ſunt ex dilectione proceſſiſſe, alij ex ſimulatione, dicentes. Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? Ieſus autem triſtitiam oſtendens, venit ad monumentum in ſpelunca factum, vbi lapis ad os eius poſitus erat, & dixit Ieſus. Tollite lapidem. Poterat vtique & lapide non reſerato de ſepulchro illum educere qui potuit & reſuſcitare, ſed ad auferendas calumnias Iudæorum circa miraculum fecit aperiri ſepulchrum. Nam ſi non fuiſſet apertum, forte dixiſſent quòd non eſſet ille verus Lazarus, ſed corpus phantaſticum opere diaboli procuratum, & corpus proprium Lazari eſſet in ſepulchro. Vt ergo aſpicere poſſent & prius ibi corpus eſſe in ſepulchro, & poſt reſuſcitationem ibi non remanſiſſe, ideo voluit aperiri. Martha verò tunc ait. Domine iam fœtet: quatriduanus enim eſt.

Peccator quare dicatur quatriduanus

Quatriduanus poteſt dici peccator mortuus in peccato, quia contra quatuor leges luminoſas facit, contra legem ſcilicet naturalem, contra legem decalogi, contra euangelicam, & contra legem humanam. Fœtet autē per malam famam prauorum operum.

Multa facienda ſūt ad reſurgendum à peccato.

Cui Chriſtus dixit. Nonne dixi tibi, quia ſi credideris, videbis gloriam Dei, id eſt reſuſcitationem fratris, vnde manifeſtabitur gloria Dei, id eſt virtus diuinitatis. Sublato igitur lapide Ieſus eleuatis oculis ad cœlum, ait. Pater gratias ago tibi, &c. Poſt hæc clamauit voce magna. Lazare veni foras. Multa fecit Ieſus in huius reſuſcitatione. Contriſtatus eſt, lachrymas fudit, gratias egit, clamauit, oſtendens quòd multa oportet facere ad reſurgendum à peccato præcipuè conſuetudinis cùm conſuetudo (dicit philoſophus) ſit quaſi altera natura. Et confeſtim exiit Lazarus reſuſcitatus, ligatus manus & & pedes inſtitis, id eſt faſciis: & facies eius ſudario cooperta. Et Chriſtus ait diſcipulis. Soluite & ſinite abire. Et ſic ex inceſſu omnes poterant percipere verè reſuſcitatum.

Videtur q̃ habetur in glo. marg. l. ſcilicet conſuetudo. §. remouet. ff. de poſtul. Ariſt. libro de mem & remin. c. 3. Gre. hom. 36. in Euā.

Vbi nota quod ait Grego. Tunc vera eſt præſidentis abſolutio, quando interni ſequuntur arbitrium iudicis, quod bene quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat, quia ſcilicet dominus Lazarum prius ſuſcitauit, & viuificauit, dicens. Lazare veni foras. Poſt, viuus egreſſus de ſepulchro, à diſcipulis eſt ſolutus 11. q. 3. tunc vera. Item Auguſtinus in lib. de pœnitentia. Lazarum reſuſcitatum ſoluendum obtulit diſcipulis per hoc oſtendens poteſtatem ſoluendi conceſſam eſſe ſacerdotibus. de pœni. diſ. 1. quem pœnitet. Si ergo peccator quicunque reſuſcitatur per contritionem, ſoluitur per confeſſionem, in abſolutionem, ſolutus vadat per ſatisfactionem.

Aug. libro de ver. & fal. pron. cap. 10.

§. XXII.

De decem leproſis Luc. 17. c.

NARRANTVR & alia miracula ſaluatoris ab euangeliſtis, licet minora prædictis videantur. Referente enim Luca ſolum, Cùm ingrederetur Ieſus quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem leproſi, qui clamauerunt à longè. Ieſu præceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit. Ite & oſtendite vos ſacerdotibus. Euntes autem in via mundati ſunt. E quibus vnus ſolus, qui erat Samaritanus mundatus reuerſus eſt cum magna voce gratias agens. Dixit autem Ieſus. Nonne decem mundati ſunt, & nouem vbi ſunt? non eſt inuentus, qui rediret & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Cui ait. Surge, fides tua te ſaluum fecit. Caſtrum

Interpretatio Euāgelij de decem lepro.

A.V.C 12.

eſt mundus, in quod egreſſo Dei filio per incarnationem, decem viri leproſi occurrunt, id eſt homines infecti peccatis & erroribus. Decem dicuntur, quia tranſgreſſores decem præceptorum & contradictores veritati fidei. Sicut enim lepra eſt infectiua aliorum & corpus leproſi habet aliquam partem infectam, aliam ſanam, ita hæreſis (vt ait Beda) habet vera immiſta falſis, & alios inficit, propter quod ſicut ex lege ſeparabantur à cæteris, ita hæretici ſeparantur ab Eccleſia, & à communione fidelium, & mali etiam cum ſunt notorij, ſed cum recognoſcunt errorem ſuum & peccata, poſtulantes miſericordiam, docet Chriſtus modum mundationis vt ſcilicet oſtendant ſe ſacerdotibus, reconcilient ſe Eccleſiæ, & peccatores oſtendant ſe per confeſſionem ſacerdotibus, vnde Auguſt. ſuper illud verbum. Ite & oſtendite vos ſacerdotibus, ait. Qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis, confitendo peccata, non per alios vel literas ſignificando, de pœni. diſtin. 1. quem pœnitet. Dum autem quis hoc proponit, iam mundatur quo ad Deum à lepra peccati. Sed aliqui recepta remiſſione vt ingrati ſequuntur propria commoda, & Ieſum non requirunt, ſed iuſti & electi qui ſignificantur per vnum, quia in vnitate fidei & dilectionis permanent: & Samaritanum, qui interpretatur cuſtos, quia, ſcilicet cuſtodiunt ſeipſos & Dei mandata recognoſcentes gratiam Dei Ieſum requirunt & magnificant. Et hic laudatur à Chriſto, alij vt ingrati declarantur & reprobantur, quod innuitur dum dicitur, Nouem vbi ſunt? quaſi neſciantur, quia non pertingunt ad numerum decalogi per obſeruationem eius.

Lepra eur hæreſim ſignificat.

Beda l. 5. in Lucam.

Auguſt. in l. de ver. & falſ. pron. c. 10. Confeſſio non per alios ſed per ſe facienda eſt.

Idem Lucas ſcribit de quadam muliere inclinata ſeu curua, ita vt non poſſet ſurſum aſpicere. Dicente & Ieſu. Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua, ſubito erecta eſt impoſita ſibi manu. Quod cùm Archiſynagogus indignans argueret, dicens quòd venirent aliis diebus, non in ſabbato ad curam habendam, Ieſus confutauit repræhenſionem ſuam vt ineptam, cùm curarentur à periculis in ſabbatis animalia eorum bruta, vnde multo magis licite potuit illa mulier ſanari in die ſabbati à vinculo infirmitatis, quàm diabolus tenuerat alligatam 17. annis. Ex quo innuitur quòd opere diaboli inducta erat illa curuitas. Iſta mulier ſignat humanam naturam, quam pondus terrenæ ſollicitudinis premebat, nec ad ſuperna aſpiciebat, quia ſolis iis quæ inferius ſunt intendebat 49. diſt. hinc etenim. §. gibboſus, vel, animam peccatricem. Sed curata eſt manu Chriſti, id eſt gratia tangente mentem ab huiuſmodi curuitate inſtigatione diaboli procurata.

De muliere inclinata, quā dominus erexit Luc. 13. cap.

Qui ſignificet inclinata

Matthæus & Marcus dicunt, quòd ſequenti die poſt diem Palmarum Ieſus à Bethania veniens Hieroſolymam, cùm eſuriret, acceſſit ad ficum quæ erat in via folia tantum habentem, ſi forte fructum ibi inueniret, & quia non inuenit, non enim erat tempus ficuum, maledixit dicens. Nunquam ex te fructus naſcatur. Quo dicto ſubitò aruit. Et mirantibus diſcipulis dixit Ieſus. Si habueritis fidem, quæcunque orabitis fient vobis. In quo oſtenditur Chriſtum eſurire, id eſt deſiderare fructum bonorum operum in nobis & in populo Iudæorum, ſi forte offenderit in via liberum arbitrium. Quod non erat tempus fructuum, innuit Dei præſcientiam infallibilem quæ tamen libertatem noſtram non tollit. Cùm ergo Chriſtus non inuenit in nobis niſi folia verborum non fructus operum, male dicit

Matt. 21. & Mar. 11. de ficu areſacta.

Dei preſcientia quãuis infallibilis nõ tollit libertatem noſtram.

A.V.C 12.

lè dicit demum reprobãs, vnde ex toto à gratia areſcit, vt amplius fructum ferre non valeat, vt populum Iudæorum in foliis legalium quieſcentem ſine fructu fidei reprobauit. Gratianus 23.q.4. Nabuchodonoſor §.poſt c. de Tyriis & Sidoniis dicit. Sed in his omnibus vitia noſtra mentis humanæ adſcribuntur arbitrio. Quod diuina clementia in electis miſericorditer vertit ad bonum, in damnandis iuſte relinquit ad malum. Hæc ille. Pietas fidei hoc credere debet, non diſcutere.

Ex Aug. in lib. de præ deſt. & gra.

De hydropico curato. Luc. 14. c.

De hydropico ſanato narrat Lucas quòd Ieſus ingreſſus die ſabbati in domum cuiuſdam Phariſæi ad manducandum, cùm quidam hydropicus ante eum fuiſſet oblatus interrogauit, obſeruantes eum, ſi liceret in ſabbato curare. Et cùm tacerent, appræhenſum ſanauit, declarando hoc licere, cum & ipſi ſabbato curarent bruta. Et repræhendit eos vel admonuit de ambitione & ſuperbia vitanda ſignata in hydropico illo, & etiam auaritia.

De ſtatere in ore piſcis inuento. Matt. c. 17.

De ſtatere, id eſt certa moneta, puta groſſo vel capitone inuento miraculoſe, in ore piſcis à Petro. Dicit Matthæ. quod cùm poſt transfigurationem ſuam Chriſtus veniſſet Capharnaum, acceſſerunt ad Petrum qui didrachma accipiebant, id eſt certam pecuniam pro pedagio tranſitus, & dixerunt ei. Magiſter veſter non ſoluit didrachma. Qui reſpondit, etiam, id eſt ita eſt. Et cùm intraſſet domum, præuenit eum Ieſus & dixit. Simon quid tibi videtur reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum à filiis ſuis, an ab alienis? Et reſpondente Petro ab alienis, ait Ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem qui primũ aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, ſumens illum da eis pro me [a] & te. Vbi nota quòd ait Ambr. 11.q.1. Magnum quidem eſt & ſpiritale documentũ quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluendam, ſcilicet iuſtam, ſi enim cenſum filius Dei ſoluit, quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſoluendum? Vbi dicit gloſ. quòd tributum vel cenſus eſt ſignum ſubiectionis, non tamen plena probatio extra de priuil. recepimus. Et quia Chriſtus nemini erat ſubiectus, cùm ſine peccato eſſet, & ſummus omnium, non ex debito ſoluit, ſed ad tollendum ſcandalum, vnde Petro dicit. Vt autem nõ ſcandalizemus eos vade &c. vbi Greg. 11.q.3. inter verba, ait, Vocandi ſunt etiam ipſi (detractores & ſcandalizati ex ignorantia ſcilicet) & tranquille admonendi, eiſque ſatisfieri omnibus modis debet, quia Dominus ait, ne ſcandalizemus eos &c. vt dictum eſt. Si autem ſibi ſatisfieri ex veritate noluerint, habes conſolationem quam in euangelio aſpicias, ſcilicet Mat. 15. Sinite illos, ſcilicet ſcandalizari. Cæci ſunt &c. Notandum etiam vt dicitur 23. q. 8. tributum, quòd Petrus non eſt iuſſus dare totum piſcem, vel caput eius quia non Eccleſia dari imperatori, non pontificalis apex, qui in ore capitis Eccleſiæ præſidet, ſubiici regibus poteſt, ſcilicet iuſſus eſt dare ſtaterem inuentum in ore piſcis, quia de exterioribus rebus Eccleſiæ quæ palam cunctis apparent, tributum reddit Eccleſia, quod antiquitus conſtitutum eſt pro pace & quiete, qua nos tueri & defenſare debent. Hæc ibi Vrbanus Papa. Et ſic vt dicit ibi glo, Non in ſignum ſubiectionis Eccleſia dat tributum regibus (vt accidit in laicis) cùm Eccleſia non ſit eis ſubiecta, ſed in ſubſidium & cauſam tuitionis, ergo non eſt dandum eis ſi non defendant. Et dandum dicit ex exterioribus, id eſt, non de rebus Eccleſiæ, quæ ſunt dono dedicatæ, ſed de eis quæ adueniunt eis cum tali onere ſcilicet tributi ſoluendi.

Amb. li. 4. com. in c. 5. Luc.

Chriſtiani poteſtatib. ſublimioribus debẽt eſſe ſubiecti.

Greg. li. 8. ep. 45. ad Pall.

Ex Vrbano Papa.

Imperatoribus & regib? quid ab Eccleſia dandũ.

a Cum Chriſtus pro ſe vnum didrachmum, & pro Petro alterum ſolueret, vtique ſignificat Petrum fuiſſe cuiuſdam familiæ caput, aut certè velut primogenitum quendam, qui ſacrum illud tributum ſoluere deberet. Sand. de viſib. mon. lib. 6. cap. 4. qui id multis ſanctorum Patrum teſtimoniis adſtruit.

Miracula tẽpore paſſionis perpetrata. Ioannis c. 18.

Non ſunt omittenda miracula quæ fecit tempore paſſionis. Nam cùm venientes turbas ad capiendum eum Ieſus interrogaret, quem quærerent, & ipſis reſpondentibus Ieſum Nazarenum, dixiſſet, ego ſum, ceciderunt omnes cum ductore ſuo Iuda retro proſtrati in terram, & iuſſu ſuo ſurrexerunt, vt oſtenderet non ſibi deficere virtutem euadendi, & eos conterendi, & ad innuendum quod ex ſua perfidia darentur in reprobum ſenſum.

Luc. c. 22. Auricula à Petro abſciſſa quid ſignificet.

Auriculam quoque abſciſſam à Petro dexteram ſeruo pontificis capiti reſtituit, vt ſcribit Lucas. Vbi nota quod ait Grego. 24.q.1. ſi Petrus. Si Petrus volens percuſſit aurem, docuit quòd autem in ſpiritu habere non deberent (ſcilicet Iudæi) quam in miniſterio non habebant (ſcilicet fidem.) Sed bonus dominus & ipſi refudit auditum ſecundum prophetica dicta demonſtrans & ipſos ſi cõuertantur poſſe ſanari qui in paſſione Chriſti vulnerati ſunt, eo quòd omne peccatum in miniſterio fidei abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? quia ipſe eſt qui claues regni cœlorum accepit. Ille enim condemnat qui & abſoluit, & infra. Caueamus ne cui tollatur auricula dum legitur paſſio Chriſti, ſi autem ad diuinitatem eius referimus infirmitatem corporeæ paſſionis, exciditur auricula, & exciditur à Petro qui non eſt paſſus Chriſtum prophetam exiſtimari, ſed Dei filium docuit fidei confeſſione ſignari. Hæc ille. Sed & in morte eius ſol obſcuratus eſt, petræ ſciſſæ, velum templi diuiſum, & monumentis apertis in reſurrectione ſua multa corpora ſurrexerunt ad nuntiandum multis veritatem myſterij. Sol enim intelligentiæ obſcuratur in tanta dedignatione Chriſti, corda dura, vt Centurionis & aliorum, ſciſſa ſunt ad compunctionem. Velum cærimonialium ablatum, vt pateant myſteria occulta, & innumeri mortui peccatis, ſurrexerunt ad vitam ſpiritus. Connectimus miraculum, quòd piſcatoribus idiotis ſubitò dedit peritiam prædicandi, poteſtatem miracula faciendi. Et (quod eſt omnium maximum) in vltima cœna ſeipſum dedit in cibum in ſacramento. De aqua conuerſa in vinum in nuptiis, filio reguli, & ſocru Petri à febribus liberatis, ſeruo Centurionis, & in lecto oblato paralytico, & languido in piſcina ſanatis, ac etiam habente manum aridam. De tempeſtate maris ſedata, & ambulatione eius ſuper aquas, & Petri, & panibus cum piſcibus bis multiplicatis, dictum eſt ſupra. Nec fuit abſque miraculo quod volentibus eum de monte præcipitare, & alia vice lapidare, exiuit illæſus de medio eorum. Et quòd eiecit de templo bis vendentes & ementes tanta authoritate, vt auderet contrariare nullus. Et hoc de particulariter narratis, nam vt dicitur Ioannis vlti. multa alia ſigna fecit Ieſus, quæ non ſunt ſcripta. Et Chryſ. dicit quòd ſunt pelagus immenſum miracula eius.

Mat. c. 27.

¶ De

A.V.C. 12.

¶ *De doctrina Chriſti per parabolas.*
CAP. II.

Matt. cap. 13. Marci ca. 4.

De doctrina Chriſti per parabolas, & primo de parabolis agrorum ſeminatorum & vinearum. Et dicunt Matthæus & Marcus quòd locutus eſt turbis Ieſus multa in parabolis, & ſine parabolis non loquebatur eis. Quod videtur intelligendum, vt in pluribus. Et hoc vt impleretur quod dictum eſt per prophetam, ſcilicet Dauid. Pſal. 77. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Parabola autem dicitur ſimilitudo, quo verbo vtitur Lucas, & ponitur ſimilitudo eius quòd vel fuit, vel ſaltem fieri potuit, ſecundum illud Philoſophi. Exempla ponimus non vt ita ſint, ſed vt aſſentiant addiſcentes, id eſt intelligant manuductione talium exemplorum & ſimilitudinum. Et dicit Hie. quòd familiare eſt Paleſtinis (in illis ſcilicet partibus vbi prædicabat Ieſus) ad omnem ſermonem inducere ſimilitudinem, vt quod teneri ſententia non poteſt, ſaltem ſimilitudine teneatur. Vbi innuitur quòd turbis prædicando frequentanda ſunt exempla, vt intelligant, & confirmanda eſt moribus patriæ materia ad vtilitatem. Et (vt refert Matth.) loquebatur Ieſus iſta in nauicula manens iuxta littus maris, vbi turbæ ſtabant ad audiendum. Terram enim, id eſt affectum terrenorum dimittere debet, qui prædicat & à compaſſione hominum ſegregari, non turbis immiſceri. Exiit (ait Ieſus) qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, quam parabolam notant Mattheus, Marcus, & Lucas, & ſatis concordant. Et ponitur terra quæ ſeminatur ſub quadruplici differentia, ſcilicet lutoſa, petroſa, ſpinoſa, & fructuoſa, quod poteſt accidere in vno agro, quo ad diuerſas partes eius. Solum autem in illa quarta parte ſecutus eſt fructus perfectus, & cum varietate, ſcilicet triceſimi, ſexageſimi & centeſimi ſecundum diuerſitatem bonitatis partium illius terræ. Iſte ergo qui exiit de domo cœleſti eſt principaliter Dei filius, qui ait Ioannis 16. Exiui à patre, & veni in mundum, ſcilicet per incarnationem, non deſerendo cum patre ſubſtantiæ vnionem. Venit autem ad ſeminandum verbum veritatis. Ego (ait ipſe Ioan. 18. cap.) ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Et hoc eſt ſemen ſuum, quia ipſe veritas eſt. Et quicunque in veteri vel nouo teſtamento prædicauit vel prædicat veritatem, Chriſtus eſt principium, ſeu principalis ſator. vnde ipſe ait Lucæ 10. Qui vos audit me audit, prædicator autem eſt quaſi cophinus ſeu ſaccus, quo vtitur ſator in ſeminando, vnde Auguſt. Ego quid ſum niſi cophinus ſeminantis? Ipſe Chriſtus dignatus eſt in me ponere ſemen, quod ſpargo vobis. Nolite attendere ad vilitatem cophini, ſed ad nobilitatem ſeminatoris. Debet autem prælatus Eccleſiæ ſeruare illud Apoſtoli 2. ad Timo. 4. Prædica verbum, inſta opportunè importunè. Vbi Greg. dicturus importune, præmiſit opportune, quia apud auditoris mentem ipſe ſua vtilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas opportunitatem neſcit, diſtin. 43. ſit rector, in fi. Et Nicolaus Papa dicit. Diſpenſatio cœleſtis ſeminis nobis commiſſa eſt. væ ſi nõ ſparſerimus, væ ſi tacuerimus, diſt. eadem capi. diſpenſatio. Quantæ autem nobilitatis & vtilitatis ſit ſemen verbi Dei, oſtendit idem Aug. 1. quæſt. 1. interrogo. Interrogo vos fratres & ſorores, dicite mihi quid vobis maius videtur verbum Dei, an corpus Chriſti? Si verè vultis reſpondere,

(Left margin notes: Luc. 8. 1. Prouerb. cap. 39. — Matt. 13. — Ibid. Matt. 13. Mar. 4. Luc. 8 — Interpretatio parabolæ. — Greg. 4. c. paſt. 2. p.)

A hoc debetis dicere, non eſt minus verbum Dei, quàm corpus Chriſti, & ideo quanta ſolicitudine caueinus quando vobis corpus Chriſti miniſtramus, vt nihil de manibus noſtris in terram cadat de ipſo, tanta ſolicitudine obſeruemus, ne verbum Chriſti quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus aut loquimur, de corde puro depereat. Et vt dicit gloſ. quantum ad effectũ non ſolũ non minus, ſed maius: quia per verbum prædicatũ conuertuntur homines, non per Euchariſtiam. Ager ſeminatus, eſt mundus ſeu collectio auditorum, quæ eſt ſub quadruplici differentia. Aliqui enim dediti laſciuiæ & curioſi-

B tati, eunt ad prædicationes, ad videndum mulieres, vel audiendum aliquid curioſum, hi ſunt terra lutoſa quæ eſt ſecus viam, quæ calcatur à tranſeuntibus per ſemitas agrorum tempore pluuiæ. Sic mens horum calcatur à cogitationibus frequentibus & vanitatibus variis. Hi ergo audientes quia mentem habent ad alia, veniunt volucres cœli, id eſt dæmones in aere diſcurrentes, & rapiunt verbum de corde eorum, quia & ſi audiunt verbum, diabolus operatur, vt non intelligatur, vel mente teneatur. Secundi ſunt duri & aridi per ſuperbiam & inſenſibilitatem, ſignati per terrã petroſam, qui etſi audiunt

C prædicationes, & mente retineant, & cœperint extra ad opera procedere bona, tamen qui non habent ad ſufficientiam terram humilitatis & humorem gratiæ, ſuperueniente calore magnæ tribulationis vel tentationis, deficiunt à bono propoſito & virtutum perſeuerantia, & areſiunt à gratia, vnde non referunt fructum ſalutis æternæ, quia non qui incœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit ait Chriſtus. Tertij ſunt cupidi, ſignati per terram ſpinoſam. Nam iſta temporalia bona etſi videantur delectare, vere tamen, vt ſpinæ pungunt mentem continuis ſolicitudinibus & curis vſ-

D que ad ſanguinis effuſionem, id eſt peccatorum operationem. Propter auaritiam enim fiunt furta, fraudes, vſuræ, & alia. Hi igitur audientes prædicationes, aliquando compunguntur, proponunt ſe facere fructus dignos pœnitentiæ, inchoãdo in ieiuniis, eleemoſynis, confeſſionibus, & huiuſmodi, ſed exortæ ſpinæ cupiditatum ita creſcunt, vt ſuffocent bonum propoſitum, ne reſtituant male ablata, ſed & alia male acquirant. Quarti ſunt bene diſpoſiti, qui audientes, deuote capientes ſemen, id eſt bonum propoſitum humiliatione, retinentes rumina-

E tione, accedente pluuia, compunctione, ſuperueniente radio ſolari, gratiæ illuminatione, vtiq; fructum afferunt. Et quòd fructum ſalutis conſequantur, hoc apparet, vt per ſignum, in patientia, quam habent in tribulationibus & tentationibus. Sed ſecundum bonitatem diſpoſitionis fructũ refert plus & minus, vnde Mattheus & Marcus addunt quod Lucas tacuit quòd aliud trigeſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum. Vbi deſignatur triplex ſtatus bonorum. Coniugalis, qui bonus eſt ſeruando quæ audit, & patientiam habet, huic reſpondet fructus triceſimus, qui numerus poſitus ad manus oſten-

F dit copulam coniugalem, cum in eo deſignando copulentur [a] duo digiti. Et quia componitur ex tribus & decem, innuit obſeruantiam decem mandatorum in fide trinitatis. Secundus eſt ſtatus vidualis, qui continetur viuendo patienter cum perfectiori obſeruantia mandatorum & fide, melior eſt cæteris paribus; vnde reddit fructum ſexageſimum, qui eſt in duplo maior priori, & imponendo ipſum ad manus, quia digitus præmit alium, deſignat oppreſ-

(Right margin notes: A.V.C. 12. — Nota Aug. cauete ſolicitum in miniſtratione corporis Chriſti vt nihil caderet de ipſo in terram. — Ager ſeminatus quid ſignificat. — Matt. 10. — Tres ſtatus coniugalis vidualis & virginalis. Hier. lib. 1. aduer. Iouin.)

A.V.C. 12.

ſionem & afflictionem talis ſtatus. Tertius eſt ſtatus virginalis, qui perfectiſſimus eſt, vnde ponitur hic numerus ſecundum allegoriſmum ad manum dexteram, non ſiniſtram, vt alij inferiores numeri, quia in carne præter carnem viuere (quod eſt virginum) angelicum eſt, non humanum, ait Hieron. Status autem angelorum, id eſt patriæ cœleſtis ſignatur per dexteram. Hic ergo fructum vberiorem reddit meriti & præmij, ſi tamen vt decet teneatur. Poſtquam autem Chriſtus dixit parabolam turbis, clamauit. Qui habet aures audiendi audiat. Clamauit autem, quia aliquando prædicatori clamandum eſt voce ſecundum materiam. Semper autem clamandum eſt mente, id eſt deſiderio, non laudis, & lucri, ſed conuerſionis animarum. Et vult dicere. Qui audit aure corporis, audiat & aure cordis, ſcilicet ſpiritualiter intelligendo, & faciendo. Et vt refert Matthæus, interrogauerunt diſcipuli. Quare loqueris in parabolis, ſcilicet non exponens, ediſſere ſaltem nobis parabolam iſtam. Et hoc dixerunt duodecim Apoſtoli cùm eſſet ſingularis, id eſt ſolus cum eis, quibus Chriſtus aſſignans cauſam dixit, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, id eſt, ſecreta ſcripturarum & Eccleſiæ: cæteris autem in parabolis, id eſt ſuperficialiter tantùm, non intimo guſtu, cæteris, id eſt ſeparatis ab vnitate & virtute veſtra, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, ne quando conuertantur, & ſanantur peccata eorum, vt dicit Marcus. Ly vt, tenetur conſecutiue non cauſatiue. Non enim Chriſtus loquebatur in parabolis ad obſcurandum mentem eorum, ſed ex locutione Chriſti hoc ſequebatur, ex indiſpoſitione eorum, vt ſcilicet audientes aure non audirēt opere illud faciendo, & videntes, id eſt intelligentes ſuperficialiter non viderent ſpiritualiter. Et ſic impletur prophetia Eſaiæ 6. quàm inducit Matthæus dicens. Auditu audietis & non intelligetis, vidētes videbitis & non videbitis, &c. Et Apoſtolis expoſuit prædictam parabolam. Vbi nota quòd non omnibus omnia prædicanda ſunt, ſed rudibus groſſiora, ſpiritualibus perfectiora, de hoc 8. quæſt. 1. oportet eum.

Hier. in ſer. de aſſumpt.

Non omnia omnibus prædicanda.

a Veteres per digitos numerare conſueniſſe nulli antiquitatis perito dubium, ſed ad intelligenda de numero triginta & ſexaginta & centum D. Hieron. verba, ſciendum eſt triginta vnguib. indicis & pollicis blande coniunctis ſignari: quod matrimonio quadrat, eo quod vir & vxor per illud molliter coniungantur; ſexaginta vero pollice curuato cum indice circunflexo deſignabatur, per quod viduitas innuitur quæ afflictione deprimitur. Centum vero in dextra fit vngue indicis in medio pollicis art. figendo, quaſi circulo vnguium corona deſignatur. Ex Mar. 20. in comm. in D. Hiero.

§. I.

De ſemine & zizaniis. Matt. 13.

ALIAM parabolam de bono ſemine & zizaniis ſolus Matthæus narrat Chriſtum poſt prædictam intuliſſe, dicens, Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici. Et cùm ortum eſſet triticum, apparuerunt zizania orta cum eis. Interrogantibus autē ſeruis dominum ſuum, & dicentibus, Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Reſpondit dominus. Inimicus homo fecit, illiſque ſeruis dicentibus, vis imus & colligimus ea? reſpondit, non ne forte euellentes zizania eradicetis cum eis & triticum, ſinite vtrumque creſcere vſque ad meſſem, & tunc dicam meſſoribus. Colligite primum zizania in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Iſtam autem expoſuit poſtea diſcipulis in domo. Quod primo dicitur. Simile eſt regnum cœlorum homini patri familias, &c. ſic intelligitur. Quod fit in Eccleſia, quæ dicitur regnum cœlorum, ſimile eſt huic quod narratur in iſta ſimilitudine. Homo autem iſte eſt Deus, pater omnis familiæ cœleſtis, terreſtris, & infernalis per creationem. Ager ſuus vt ipſe Chriſtus expoſuit eſt mundus, & inimicus eius eſt diabolus, qui dicitur homo, quia rationalis ſeu intellectualis, vt homo. Serui patris familias qui habitant ſecum in domo Eccleſiæ, ſancti viri. Tempus meſſis, finis eſt mundi. Reſtat videre de bono ſemine, & quòd bonum ſemen poteſt exponi tripliciter, & ſic triplex genus zizaniorum per contrarium. Eſt enim ſemen bonum ex doctrinæ veritate. Eſt ſemen bonum ex vitæ virtuoſitate. Eſt ſemen bonum ex Eccleſiæ ſanctitate. Super primum ſeminata eſt zizania falſitatis. Super ſecundum ſata eſt zizania vitioſitatis. Super tertium ſparſa eſt zizania malorum vniuerſitatis. Sed Chriſtus videtur exponere ſecundum vltimam acceptionem reſpectu tamē primæ & ſecundæ, acceptionis Deus in agro mundi poſuit bonū ſemen, bonos homines: bonos ſecundum naturam & gratiam, quam primis parentibus infudit, & ſimiliter in cœlo empyreo bonos angelos poſuit. Et licet per originale ſuperſeminauit diabolus tentatione primorū parentū zizania, tamen Deus purgans illa per diuerſa remedia in Eccleſia ſua poſuit bonos per gratiam infuſam, vt patet in Abel & aliis deſcendentibus ab eo ſanctis viris. Diabolus verò ſuperſeminauit zizania, id eſt homines malos, ſuggerendo, ſcilicet malitiam aliquibus, non cogendo ad malum, qui mali eſſent inter bonos, ſicut Cain cum deſcendentibus ab eo. Et ſic inter filios Noe bonos Sem & Iaphet, zizania Cham inuentus eſt. In domo Abrahæ cùm bono ſemine Iſaac inuentus eſt vt zizania Hiſmael. In familia Iſaac vt bonum ſemen fuit Iacob, vt zizania Eſau. In filiis Dauid vt bonum ſemen Salomon & Nathan, vt zizania Amon & Abſalon. Poſt tranſmigrationem Babylonis, vt bonum ſemen Mathatias cùm filiis ſuis: vt zizania Menelaus, Iaſon, & alij. In ſchola Chriſti vt bonum ſemen cæteri Apoſtoli, vt zizania Iudas Scarioth. In Eccleſia primitiua vt bonum ſemen diſcipuli Apoſtolorum & ſex diaconi; ſeptimus vt zizania fuit Nicolaus. Accidit autem aliquando iſta myſtura ex dormitione hominum, id eſt, negligentia prælatorum & rectorum non punientium crimina. Simul igitur oriuntur & creſcunt triticum, bonum ſemen, & zizania, quod dicitur lolium, ſimul boni cum malis. Seruos autem patris familias interrogare vnde ſunt zizania in agro, cùm bonum ſemen ſeminauerit, & quærere ab eo ſi placet zizania extirpari, eſt bonos viros in Eccleſia mirari de tali mixtura in Eccleſia, cùm Deus ipſe & bonos omnes & omnia bona parauerit pro ſalute omnium, ſacramenta, documenta, & huiuſmodi, ac deſideraret ſi Deo placeret quòd mali exterminarentur, ne nocerent bonis. Sed non vult hoc Deus, immo permittit vſque ad meſſem, id eſt finem mundi, iſtam mixturam malorum cum bonis, & hoc, ne euellatur triticum cum zizania. Nam aliqui pro aliquo tempore ſunt zizania, qui poſtea efficiuntur optimum

A.V.C. 12.

Exponitur hęc de zizaniis & ſemine parabola.

Semen bonum triplex.

In Eccleſia mali cū bonis mixti ſunt.

Quare zizania non ſunt euellenda.

A.V.C. 12.

optimum triticum, vt ſaluus factus poſtea Paulus vas electionis. Si ergo tales cùm ſunt mali, ſed poſtea boni futuri, de mundo euocarentur, cùm ſunt zizania eradicaretur cum eis & triticum ſcilicet quod ſunt futuri poſtea. Secunda ratio eſt, quia talis zizania aliquando habet potentiam ſecularem & ſequelam, & ſi Eccleſia vellet extirpare, id eſt punire & ſeparare per ſententias, eradicaretur & triticum, quia illi malignarentur contra bonos, & multa mala corpori & animæ poſſent procurare. Et hoc notat

Aug. lib. 3. comm. ep. par. c. 2.

Aug. 23. q. 4. non poteſt eſſe, & dict. l. vt conſtitueretur. Tertia ratio eſt, quia mali ſuis moribus malis ſunt ad exercitium bonorum, vt augeatur in eis patientia. Vnde Greg. 7. quæſt. 1. aduerſitas. §. quando boni §. penult. Ferrum noſtræ mentis ad acumen non poteſt pertingere virtutis, niſi hoc alterius era-

Greg. li. 9. ep. 39.

ſerit lima prauitatis. Abel eſſe neſcit, quem Cain malitia non exercet. Et ſic ablatis zizaniis eradicaretur & triticum, quantum ad eius profectum. Quarta ratio eſt, quia ſi vellet boni ſe ſeparare à zizaniis, id eſt malis, qui ſcilicet tolerantur ab Eccleſia, in deteſtationem vitiorum illorum ſequeretur in eis ſchiſma. Et ſic in tali ſeparatione euelleretur & triticum, quia ipſi boni efficerentur mali diuiſi ab vni-

Aug. tract. 50. in c. 12. Ioan.

tate Eccleſiæ, vt docet Auguſt. 23. q. 4. quid ergo, dicens ſuper Ioann. Quid ergo voluit dominus noſter Ieſus Chriſtus admonere Eccleſiam ſuam fratres chariſſimi, quando vnum proditorem inter duodecim habere voluit, niſi vt malos toleremus, ne

Iſa. 52. Augu. ſer. 18 de ver. domini.

corpus Chriſti diuidamus? Quod ergo dicit dominus per prophetam ſeruis ſuis. Receditе inde, ſcilicet à malis hominibus, exite, & immundum ne tetigeritis, exponit Auguſtinus non intelligendum de ſeparatione quoad communionem malorum, cum tolerantur, nec per cenſuras eiiciuntur, ſed vt ipſe exponit, 23. q. 4. recedite. Immundum non tangere eſt non conſentire peccatis aliorum, cum quibus conuerſamur. Exire de medio Babylonis, eſt facere quod pertinet ad correptionem illorum, quantum pro vniuſcuiuſque gradu atque perſona ſalua pace fieri poteſt. Et recedere poteſt intelligi quantum ad domeſticam conuerſationem cum talibus, & hoc cùm quis eſt infirmus mente, iuxta illud Pſal.

Pſal 17. Aug. lib. 4. de bapt. cap. 12.

Cum peruerſo peruerteris. Ad hoc etiam quod ait idem Aug. dicens. Quantus arrogantiæ tumor eſt, quanta humilitatis & lenitatis obliuio, & arrogantiæ quanta iactatio, vt quis ſe poſſe facere credat, quod nec Apoſtolis conceſſit dominus, vt zizania videlicet ſe putet poſſe à frumento diſcernere? 23. q. 4. quartus. Et nota, per hoc non tollitur quin mali fideles iuſtis de cauſis valeant excommunicari, & ſic ſeparari à fidelibus, quia excõmunicatio non fit ad eradicationem, ſcilicet ſalutis ſed conuerſionem.

Mali fideles poſſũt iuſte excõmunicationem à bonis ſeparare.

Vnde pulchre inquit Vrbanus Papa. Notandum dicunt contra euangelicam parabolam nos facere, vbi de zizaniis non eradicandis dominus præcepit, cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi ſubiicimus. Et aiunt hoc etiam, ſanctum Auguſtinum contradicere in illo loco vbi ait, quòd non eſt præcidenda zizania, ferendi ſunt mali, non abiiciendi. Quibus hoc primum reſpondendum eſt. Si hæretici & mali excommunicandi non ſunt, quare ipſe ſanctus pater Auguſt. cum ſanctis legatis Romanæ Eccleſiæ, & cum ſanctis epiſcopis ſuis, Pelagium & Celeſtinum nouam hæreſim in Eccleſia Dei introducentes excommunicauit, & ab Eccleſia Dei ſeparauit, & ſimiliter Donatiſtas? Item ipſe dominus qui hoc parabolice hic enarrat, ſcilicet de zizaniis, aperte alibi excommunicationem fieri iubet, dicens, frater qui corrigitur ab Eccleſia & non obedit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Vnde apparet liquido aliud eſſe excommunicationem, aliud eradicationem. Qui excommunicatur, vt Apoſtolus ait ad hoc excommunicatur, vt ſpiritus eius ſaluus fiat. Et ſic excommunicatio diſciplina eſt: non eradicatio. Hæc ille, 24. quæſt. 3. notandum. Non ergo eradicatur, quia Eccleſia non intendit ſimpliciter ſeparare de terra viuentium, ſed per excommunicationem quando conuincitur & non emendatur, præciditur aliqualiter, vt emendetur, & non tantum noceat aliis, ſaltem malo exemplo. Vſque ergo ad meſſem, id eſt mortem vel iudicium finale, Deus vult permiſſiue malos eſſe mixtos cum bonis. Extunc autem dicet meſſoribus qui colligent triticum, ſcilicet bonos, & zizania malos, miniſterium eorum exhibendo in præparando cineres mortuorum, vt ſcilicet ſeparent alterum ab altero, triticum à zizaniis. Colligite ait zizania in faſciculos ad comburendum. Vbi innuitur & ablatio terrenorum ab eis, quia colligite, ſcilicet à terra ſeparando, iuxta illud Iob. Diues cùm dormierit, nihil ſecum auferet. Secundo, conditio reproborum, quia zizania mali dicuntur, ex eo quòd ſibi inutiles, & aliis nociui, qui ſicut hic collecti ſunt & conuerſati ſimul in vitiis, ita ſimul in faſciculos ponentur in tormentis, auarus cum auaris, luxurioſus cum luxurioſis, & huiuſmodi, vt dicit Greg. in mora. Tertio ponitur eorum cruciatio, quia ad comburendum.

Matth. 18.

1. Cor. 5.

Excõmunicatio diſciplina eſt nõ eradicatio.

Iob. 27.

Greg li. 9. in Iob. ca. 47.

Triticum autem congregate in horreum meum. Vbi electorum proprietas deſignatur, quia triticum, quod ſi cadit in terram per humiliationem, ſi mortuum fuerit per vitiorum extinctionem, ſi confotum fuerit (vt dicit Hiero.) humore & calore, quibus temperata frumenta in germen pullulant, diſt. 56. naſci. ſic ergo multum fructum facit. Humor autem eſt deuotio: calor, dilectio. Secundo innuitur angelorum cooperoſitas ibi, congregate, ſcilicet vos meſſores, id eſt angeli omnes ad vnum dirigite. In horreum meum, vbi ſignificatur eorum fœlicitas & ſecuritas, qui non poſſunt eam amittere. De ſemine veritatis dicit dominus. Ego te plantaui vineam meam electam, omne ſemen verum, ſcilicet poſui in ea. Nam per Patriarchas, legem, & prophetas & poſtea per euangelium [veritatis ſemen in mundum diſperſum eſt.] Vnde Cyprianus. Relicto errore ſequamur veritatem, quia apud Eſdram veritas inualeſcit, & viuit, & obtinet in ſæcula ſæculorum. Sermo tuus veritas eſt Ioan. 6. Et circa credenda & circa agenda, & circa appetenda, vt patet in ſcripturis. Sed diabolus ſuperſeminauit zizania errorum & falſitatum. Nec mirum, quia ipſe mendax eſt, & pater eius, & in veritate non ſtetit. Ioannis 8. Inſtigauit Ninum & alios reges ad inueniendum falſos Deos, vt crederetur eis: Philoſophos & poëtas acuit ad ſcelera multa, vt licita agenda, hæreticos, Iudæos, & Paganos ad innumeros errores. Et iſta zizania eſt mixta cum tritico, quia ſecundum Bedam nulla eſt adeo falſa doctrina, quin habeat aliquid veritatis inſertum, non permittit Deus ex toto agrum Eccleſiæ purgari omni zizania. Eccleſiam dico numero fideles, non merito. Omnes hæreſes ex fidelibus malis inſtigatione Diaboli ortæ ſunt. Et licet multæ defecerint, tamen de tempore in tempus nouæ oriuntur, quod & Deus permittit, vt doctores inſiſtentes confutationi eorum, magis acuantur,

Triticum congregare quid ſignificet.

Hiero. ep. cõt. Ruff.

Cyp. ep. ad Pompeiũ

Eſd. 3.

Diabolus quot & quãta mẽdacia in mundum inuexit.

Beda in c. 17. D. Luc. lib. 5. com.

Hæreſes vnde exortæ.

A.V.C. 12.

Semen ſecundũ ſtudioſitatis.

acuantur, & exerceantur in ſcripturis ſacris. Multi etiam errores ſunt, nec noti prælatis, & ideo oportet illos dimittere, & in fine demum omnis veritas fidei declarabitur, & falſitas reprobabitur.

De ſecundo ſemine, ſcilicet virtuoſitatis dicitur. Eccle. 11. Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere non ceſſet manus tua, id eſt in pueritia & ſenectute virtuoſe operare. Dicit Seneca quòd ſemina in nobis

Ariſt. in 2. Ethyc. c. 1. & 2.

ſparſa ſunt, ſcilicet inclinationes ad virtutes, ſed quia ex actibus frequentibus (vt dicit Philſophus in Eth.) generatur habitus, ſcilicet acquiſitarum virtutum, ideo ex eis proficit & creſcit illud ſemen. Addendo autem virtutes infuſas quæ infunduntur à

Pſal. 112.

Deo, tunc vt ait Pſal. porenſerit in terra cordis ſemen eius, qui timet Deum & mandata ardenter obſeruat. Et licet in habitu ſint omnes æqualiter in eodem gradu, tamen in exteriori actu earum magis refulget vnus quàm alter in actibus aliarum virtutum, ſecundum Tho. in ſumma.

D. Tho. in 1. 2. q. 66. a. 2.

Diabolus autem cùm dormiunt homines, id eſt cùm ſe torpori & negligentiæ, dedũt ſuperſeminat zizania vitiorum, vt ſuperbiam, inuidiam, irã, & huiuſmodi. Nec vnquam ager noſtræ mentis, quantocunque tritico virtutum abundet, eſt ſine zizania vitiorum ſaltẽ venialium. Quod Deus permittit, & ex toto eradicari non permittit, quia aliquando eradicaretur & triticum per ſuperbiã:

Quare Deus in quibuſlibet perfectis aliquid imperfectionis eſſe ſinit.

Vt ergo in humilitate ſe conſeruent, permittit Deus iſta zizania, quæ tandem in meſſe, id eſt in morte mittuntur in ignem, ſcilicet purgatorij ſi cum illis decedunt, triticum verò virtutum remuneratur in cœlis.

Seminis parabola quod per ſe creſcit Mar. ca. 4.

Aliam perabolam de ſemine dictam à Ieſu, ponit ſolus Marcus dicens, Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi iaciat homo ſementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die: & ſemen germinet, & etiam creſcat dum neſcit ille, vltro enim terra fructificat primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. Et cùm ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quia adeſt meſſis.

Gre. hom. 15. ſup. Ez.

Expoſitio illius parabolæ.

Hanc ſimilitudinem Gre. ſuper Ezechielem pulchre exponit, dicens, de pœn. d. 2. cum ſanctam. Vnaquæque virtus quaſi quibuſdam gradibus augetur, & ſic per incrementa meritorum ad ſummum perducitur. Alia namque ſunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Hos gradus domin⁹ ſub meſſis nomine deſcribit, dicẽs: Sic eſt regnũ Dei, quemadmodum ſi ſemen homo iactat in terrã, cùm bonam intentionem cordi ſuo inſerit, cùm, ſ. proponit virtuoſe viuere, Deũ ſuper omnia amare, quod quidem

1. Cor. 2.

à Deo recepit, ſecundum id Apoſtoli. Dat ſemen ſerenti, ſcilicet Deus, & poſtquam ſemen iactatum eſt dormit, quia iam in ſpe boni operis requieſcit. Nocte vero ſurgit & die, quia inter aduerſa & proſpera proficit. Et ſemen germinat & creſcit dum neſcit ille, quia cùm adhuc metiri ſua incrementa non valet, ſemel concepta virtus ad profectum ducitur. Et vltro terra fructificat, quia præueniente ſe gratia, mens hominis ſpontanea ad fructum boni operis ſurgit. Sed hac eadem terra primum producit herbam, deinde ſpicam, & poſtea plenum frumentum, in ſpica herbam quippe producere eſt inchoationis bonæ atque teneritudinem habere. Ad ſpicam venit, cùm ſe virtus animo concepta ad profectũ boni operis pertrahit. Ad plenum frumentum perducitur, quando iam tantum virtus proficit, vt robuſti & & perfecti operis eſſe poſſit. Mittit autem falcem, ſcilicet Deus, & meſſem ſuã deſecat, quia cùm vnũquenque ad opera pefecta perduxerit, ſecundum ſci-

licet eius præfixionem, per emiſſam ſententiam eius temporalem vitam, incidit vt granum ſuum ad cœleſtia horrea perducat. Hæc ibi, & ponit exempla de Petro.

Matt. 13. Luc. 13. Mar. c. 4. Parabolus de ſinapis grano.

Addunt tres Euan. & aliam parabolam à Chriſto dictam de grano ſinapis quod minimum eſt in cunctis ſeminibus, & ſatum, creſcit, vt fiat maius omnibus oleribus, ita vt in ramis eius requieſcant volucres & ſub ombra eius, & huic comparat regnum Dei. Hæc eſt fides Eccleſiæ, humilis, conſtans & feruens, quæ quidem minima quoad numerum fuit recipientium eam in principio, quia diſcipuli Chriſti tantum eam receperunt. Omnes ſectæ doctrinarum habuerũt quaſi plures ſequaces in principio earum, ſed hæc ſata, id eſt prædicata per orbem, creuit ſuper omnes ſectas, ita vt in ramis eius, id eſt principibus & prælatis & doctoribus, qui ſunt rami per diuerſas regiones ſparſi, volucres cæli, angeli, vel contẽplatiui, & alij populi requieſcant in vita exemplari eorum, & protegantur ab eis.

Luc. 12. Hier. ad Euag.

Nolite timere puſillus grex ait Chriſtus diſcipulis, quoniam complacuit patri veſtro date vobis regnum. Sed quantum creuerit audi Hiero. dicentem, Et Galliæ & Britanniæ, & Aphrica, & Perſis, & Oriens, & India [& omnes barbaræ nationes] vnum Chriſtum adorant, vnam ſequuntur regulam veritatis, di. 93. legimus.

Quantum creuerit fides Chriſti.

Matt. c. 13. Parabola fermenti.

Subdit & Matthæus aliam parabolam, videlicet quòd ſimile eſt regnum cœlorum fermẽto, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus:. donec fermentaretur totum. Fermentum iſtud eſt doctrina Euangelica. Vnde cum Chriſtus dixiſſet diſcipulis. Attendite à fermento Phariſæorum, intellexerunt poſtea quòd loquebatur de doctrina Phariſæorum. Mulier ergo id eſt Eccleſia iſtud fermẽtum doctrinæ miſit in ſatis tribus id eſt in hominibus habitantibus in Aſia, Aphrica, & Europa. Et ſic totum eſt fermentatum, quia de omnibus partibus mundi multi receperunt doctrinam Euangelicam.

§. II.

De vineæ parabola. Mat. c. 20.

DE Parabola vineæ ad quam colendam diuerſis horis multi ſunt vocati: quam ponit ſolus Matthæus. Paterfamilias igitur vineæ poſſeſſor eſt Deus qui quos condidit gubernat continuè. Eccleſia vinea ſua eſt, ſecundum illud Eſa. Vinea Domini Sabaoth domus Iſraël eſt.

Iſa. 5.

Nihil poteſt virtuoſe operari niſi in vinea Eccleſiæ. Hinc Lucius papa. A recta fide (ſcilicet Eccleſiæ) & Apoſtolico tramite, id eſt operatione ſecundum doctrinam Apoſtolorum propter vllam perturbationẽ nolite recedere, ſcientes iuxta ſaluatoris ſententiam quia beati ſunt qui perſecutionem patiuntur propter, iuſtitiam id eſt, propter bene operari ſiue in ſe ſiue in aliis.

Ad Epiſcõpos Gal. & Hiſpan. 24. q. 1. a recta ergo Matt. 5.

Expoſitio parabolæ de vinea.

Iuſtitia enim colitur iſta vinea, & perſecutionem in colendo patitur à carne, à diabolo, & mundo. Et ſequitur in authoritate Lucij Papæ, Hæc eſt Apoſtolorum viua traditio: hæc vera charitas, quæ prædicanda eſt, & præcipuè diligenda, ac fouenda, & ab omnibus, fiducialiter tenenda, hæc ſancta & Apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti, Eccleſia quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur: nec hæreticis nouitatibus deprauãda ſuccubuit, ſed vt in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab authorib. ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata fide hactenus manet. 24. quæſtione prima à recta.

Eccleſia Romana nunquam errauit.

Et dicit ibi gl. quòd Eccleſia hic dicitur collectio bonorũ fidelium, quæ ſemper erit & non poteſt deficere, quia Chriſtus orauit pro ea. Hinc & Dionyſius. Papa

A.V.C. 12.

pa, Vnuſquiſque ſuis terminis ſit contentus, & taliter Eccleſiam & plebem ſuam ſibi commiſſum cuſtodiat, vt ante tribunal æterni iudicis de omnibus rationem reddat, & non iudicium ſed gloriam pro actibus ſuis percipiat 13.q.1.Eccleſias. Et hoc eſt colere & cuſtodire, inſtruere, corrigere, & exempla præbere. Hæc vt ait Greg. quot à principio nunc vſque iuſtos habuit, tot quaſi palmites produxit. Cultores vineæ ſunt, qui alios ſua doctrina & vitæ exemplo quaſi ferro excoluerunt, ad fructum bonorum operum producendum, vel etiam omnes electi in ſe reſecando vitia & virtutes operando in iſta, vineam coluerunt. Nec eſt inconueniens quòd iidem ſint vinea & cultores ſecundum diuerſos reſpectus. Nam inquantum in ſe ſuſcipiunt talem culturam per bona opera, intantum ſunt vinea. Cultores, quia voluntariè ipſi agunt. Prima igitur hora fuit prima ætas mundi, in qua Deus exiir non localiter, ſed efficienter ad conducendum operarios in vineam ſuam, id eſt bene agentes & alios docentes in Eccleſia, vt Abel ſeth, Enoch, & alios: promittens eis dare denarium diurnum: ſero tamen in ſexta ætate [a] non de condigno, quia nō ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, ait Apoſtolus ad Roma. 8 ſed de congruo. Congruum eſt enim laborantem pro Deo, fideliter remunerari. Nulla autem eſt remuneratio homini, quæ eum quietet, niſi Deus. Hora tertia fuit ſecunda ætas à Noe, protrahendo eam vſque ad Dauid, in qua miſit ad mundum erudiendum ipſum Noe, Sem, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, qui docuerunt homines Deum verum colere & ſeipſos. Hora ſexta fuit à Dauid vſque ad tranſmigrationem, in qua fuerunt multi prophetæ docentes viam domini. Nona fuit à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, in qua fuerunt ad inſtruendum alios ſancti Machabæi & prophetæ, Aggæus, Zacharias, & Malachias, ſeu Eſdras. Hora vndecima fuit & eſt ſexta ætas in qua ſumus. In qua Deus inueniens multos in foro otioſos, id eſt Gentiles nil boni meritorij facientes eos reprehendit, ſed excuſauerunt ſe, quia nemo eos conduxerat, quia ſcilicet non habuerunt leges vel prophetas, qui eos inſtruerent ad cultum Dei ſui. Quos & in vineam miſit, conuertentes ſe ad fidem ad bene operandum. Sero qui eſt finis diei, eſt finis mundi vel vitæ humanæ quo ad vnumquemque vt dicit Greg. Vocantur autem operarij per procuratorem, vt ab eo recipiant mercedem, quia domino Deo diſponente per Chriſtum qui dicitur procurator, nobis datur merces æterna. Merito enim ſuæ paſſionis nobis ianuam regni cœleſtis aperuit. Cui etiam mandatur vt incipiatur reddere à nouiſſimis mercedem. Nam qui decedunt in nouo teſtamento, ſignificati per eos qui vndecima hora vocati ſunt, ſi nullum obſtaculum peccati eſt in eis fidelibus, ſubitò euolant & recipiunt mercedem glorię, ſed in veteri teſtamento hora 1.2. & 7. & 9. qui decedebant, non euolabant, ſed ad limbum deſcendebant.

[Gre. hom. 19. in Euā.]

[Ex hominis ætates & homines in eis ad colendam vineā miſſi.]

[Gre. hom. ead.]

[Tho. in 1. 2. q. 5 a. 2. & in ſuppl. 3. par. q. 93. a. 3.]

Videntes ergo alij priores quòd hi nouiſſimi denarium acceperant, id eſt viſionem gloriæ & plenam quietationem, quia plus, id eſt diuturnius laborauerant, arbitrati ſunt, quòd plus daretur eis, ſed

a hic locus non tollit meritum de condigno, de quo D. Thom. 1.2.q.114.a.1. ſed ſignificat illud condignum, quod conſiſti in quadam æqualitate operis noſtri & mercedis diuinæ nō haberi in noſtris operibus ſed ſolum condignum quoddā inæqualitatis, quod ille de congruo vocat.

A non acceperunt niſi denarium, id eſt viſionem & fruitionem Dei, quæ vnum eſt omnibus ſanctis præmium eſſentiale. In quo tamen qui perfectius dilexit in mundo, limpidius intuetur & delectabilius fruitur, & ſic ſtella differt à ſtella in claritate, quilibet tamen pleniſſimè quietatur & fœlicitatur. Secundum vero maiores vel minores labores hic pro Deo toleratos, ſic maius & minus eſt præmium accidentale, quod eſt quoddam gaudium de re creata, iuxta illud Apoſtoli. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.

Quod autem priores in cultura vineæ videntes B ſe non plus percipere nouiſſimis murmurarent quaſi eis non redderetur digna merces cùm plus aliis laborauerint, locutio eſt ex hypotheſi, id eſt ex præſuppoſitione, etſi rei impoſſibilis. Cœlorum etenim regnū ait Gregorius nullus murmurans accipit: nullus qui accipit murmurare poteſt. Sed præſupponendo per impoſſibile quod patres veteris teſtamenti murmurarent, reputantes ſe minus iuſto remunerari: oſtenditur quod conqueri non poſſunt. Nam eis datur quod promiſſum eſt, ſcilicet denarius, id eſt ſuperna gloria quæ ſibi ad omnia ſufficit & vltra condignum. Si autem Deus vult de ſuo gra- C tis dare, qui modicum laborauerit, tantundem mercedis vel etiam plus, non ſibi facit iniuriam. Quantitas enim mercedis gloriæ datur ſecundum quantitatem dilectionis hominum, & poteſt eſſe, quòd in breuiſſimo tempore conuerſionis alicuius ad maiorem charitatem perueniat, quàm alius diu in bonis operibus laborando. Sicut enim ſi quis de ſuo & ſua liberalitate daret vni centum florenos, & alteri æqualis conditionis ſolum decem, vtique non diceretur facere iniuriam ſecundo, quia nil ſubtrahit de ſibi debito, immò quod illi non debebat, ſcilicet decem florenos gratis dedit, vnde eum habet diligere D & gratias referre, ita & dominus Deus cùm nemini ſit debitor ad dandum gratiam ſed ex ſua bonitate dat cui dat, non poteſt argui de acceptione perſonarum dando vni & non alteri, & plus vni quàm alteri. An non licet, mihi inquit, quod volo facere & de natura & gratia & gloria conferendis, an oculus tuus, id eſt mens tua nequam eſt in murmurando contra me, quia ego bonus ſum, dando alicui pluſquam tibi videatur iuſtum, q. di. Non habes cauſam iuſtam querelæ. Sic erunt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi, id eſt patres noui teſtamenti, qui fuerunt vltimo vocati ad laborandum in vinea Eccleſiæ, E erunt primi ad recipiendum mercedem, quia poſſunt recipere cùm decedunt, niſi aliud obſtet. Et primi, ſcilicet patres veteris teſtamenti erunt nouiſſimi, quia tardius receperunt mercedem gloriæ. Vel ſic ad confundendam duritiem Iudæorum. Nouiſſimi, id eſt Gentiles qui in nouiſſima ętate fuerunt vocati ad fidem Chriſti (vnde nobis eſt merces) prædicatione Apoſtolorum, erunt primi ad conuerſionem & mercedem recipiendam. Et primi, id eſt Iudæi qui prius fuerant vocati per prophetas & patriarchas, & demum per prædicationem Chriſti ad fidem erunt nouiſſimi ad conuerſionem ad fidem F in genere loquendo Iudæorum, iuxta illud Pſalm. Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, &c. Et tunc recipient mercedem illi conuerſi ad fidem, quod erit in nouiſsimo. Vnde aperte ſequitur. Multi ſunt vocati, ſcilicet per prædicationem ad fidem, Iudæi ſcilicet & Gentiles, pauci verò electi, quia pauci ex Iudæis conuerſi, & ex Gentilibus

[A.V.C. 12.]

[Greg. in eodē homil.]

[Quomodo intelligendū eſt murmur de mercede diuina excitatum.]

[Quod Deus nemini ſit debitor.]

[Pſal. 58.]

A.V.C. 12.

bus non omnes conuerſi. Et ex conuerſis ad fidem pauci laborant, vt debent in vinea Eccleſiæ, ſcilicet per opera iuſtitiæ, & ideo pauci electi ad percipiendam mercedem. Denarius ſignat præmium eſſentiale ſupernum. Et hoc ratione materiæ, quia de metallo quod durat. Ratione formæ, quia rotunda ſeu circularis, quæ eſt omnium capaciſsima, & illud omnia bona compræhendit. Ratione figuræ quæ ibi videtur, id eſt imperatoris. Et viſio eſt tota merces, quæ clarior eſt, & ideo ſubtilius videt oculus melius diſpoſitus. Et ratione continentiæ, quia continet in valore decem monetas, datus obſeruanti decem præcepta. Multi ſunt vocati. Cyprianus. Qualem te inuenit dominus cùm vocat, ſcilicet per mortem, talem te iudicat. de pœn. diſt. 1. nunquid. Multi ſunt vocati pauci verò electi, quia vt ait Grego. de pœniten. diſtin. 2. Multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. Non autem bene incipit qui nunquam ex charitate aliquid operatur. Dicit ibi Gratia. & Auguſt. in lib. de correctione & gratia, ait, Propter huius humilitatis ſecretum credendum eſt quoſdam de filiis perditionis non accepto dono perſeuerandi vſque in finem, in fide quæ per dilectionem operatur, incipere viuere & poſtea cadere, de pœn. diſtin. 2. idem. An adhuc iſte nolens corrigi, ſcilicet à vitiis poterit dicere. Quid ego feci quòd non accepi? ſcilicet donum perſeuerandi, quem conſtat accepiſſe, ſcilicet fidem viuam & ſua culpa perdidiſſe, quod acceperat, quia ex bona vita in malam ſua voluntate relapſus eſt. Electi ergo dici poſſunt perſeuerantes, hi pauci. Vocati non ſolum mali, ſed & boni non perſeuerantes. Vnde Gregor. de conditione electorum ait ſuper Ezech. Non reuertebantur cùm incederent (illa ſcilicet animalia quæ viderat in viſione) ſignificantia iuſtos, quia electi quique ait Grego. ſic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, de pœn. diſt. 2. non reuertebantur.

Denarius quare beatitudinem deſignat. — *Cyp. ſer. 4. de mort.* — *Gre. ca. 35. lib. 8. com. in Iob.* — *Aug. li. de correct. & gra. c. 13.* — *Aug. ibid. ca 6.* — *Electi ſũt perſeuerãtes, vocati boni & mali non perſeuerantes.* — *Gre. hom. 5 ſup. Ezechiel.* — *Matt. 10.*

Poteſt & moraliter exponi vinea iſta de qualibet anima, cuius vires ſunt potentiæ, fructus, opera. Miſsio in eam diuerſis horis ad colendum, eſt vocatio Dei ad virtuoſe agendum, prima hora in pueritia, tertia in adoleſcentia, ſexta in iuuentute, nona in virilitate, vndecima in ſenectute, ſero eſt finis vitæ, retributio mercedis pro labore eſt præmium. Sed aliquando contingit, quòd hi qui tardius conuerſi ſunt, citius moriuntur & tunc ſi perfecte pro illo paruo tempore laborauerunt, citius præmiantur, quàm qui in pueritia vocati, & aliquando etiam copioſius, ſi melius coluerunt. Nec iuniores conuerſi poſſunt conqueri, quia totum eſt ex liberalitate domini.

Moralis expoſitio huius parabolæ.

§. III.

ALIAM parabolam de vinea à Chriſto prædicatam referunt Marcus, Matthæus & Lucas, ex qua arguit duritiam & ingratitudinem Iudæorum, & notat reprobationem eorum. Et hanc dixit prope tempus paſsionis. Homo quidam plantauit vineam, & ſepe circundedit eam, & fodit in ea torcular, quod Marcus dicit lacum, & turrim ædificauit in medio eius. Locáſque eam agricolis, peregre profectus eſt, &c. Homine iſto Deus ſignatur, qui plantauit vineam, id eſt plebem Iudaicum, quando eam eduxit de Ægypto, & in populũ ſuum peculiarem aſſumptis de cunctis nationibus elegit,

De vinea à domino plantata. Matt. c. 21. Luc. 20. c. Mar. 12. — *Expoſitio parabolæ.*

A iuxta illud Pſalm. Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, ſcilicet de terra promiſſionis, & plantaſti eam. Sepes qua circundedit fuit cuſtodia angelorum quæ populum illum defenſabat. Torcular quod præmit erat timor legis quo à malis cauebant ne pœnas legis incurrerent. Turris erat templum domini valde nobile, & ex orationibus & ſacrificiis quæ ibi fiebant tutabantur contra aduerſarios. Locauit autem eam agricolis, quando ordinauit populum illum regi & gubernari per ſacerdotes & doctores legis, ita ſcilicet vt fructum bonorum operum quem colendo populus ferret domino ipſi B procurarent, non ſibi reſeruarent, peregre profectus eſt, non vtique plebem illam deſerendo, ſed in libertate arbitrij tam ſacerdotes quàm populum dimittendo. Miſit autem ſeruos ſuos Dominus vineæ ad cultorem. Matthæus dicit in plurali ſeruos. Marcus & Lucas in ſingulari ſeruum. Nec in hoc videtur eſſe contrarietas, quia quantum ad ſignificatũ vnus fuit, vnitate finis, quia vnum intendebant prophetæ ſcilicet fructificationem vineæ, id eſt populi illius domino, plures autem fuerunt perſonaliter. Miſit ergo Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem Deus ad erudiendum populum illum & repræhendendum doctores & C rectores illius populi, vt populus ille produceret fructus bonorum operum ad Dei honorem. Sed alium occiderunt ſerra ferrea, vt Eſaiã, & alium lapidauerunt, vt Hieremiam, alium occiderunt, vt Ezechielem. Et iterum miſit alios ſeruos plures qui-bus ſimilia fecerunt, non recipientes nec audientes eos. Vnde Stephanus ad eos Act. 7. Dura inquit ceruice & incircunciſi cordibus & auribus vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Quem enim iuſtorum non perſecuti ſunt patres veſtri? Demum auidus fructificationis vineæ ſuæ, id eſt illius populi, dicit per affectum. Mittam filium meum dilectum, ſcilicet per D incarnationem, vt eos doceat ſcilicet viam ſalutis & domino fructificare. Et nota quòd Lucas non dicit ſolum vt Matthæus, verebuntur filium meum, ſed addit etiam forſitan. q. d. Erit in libertate eorum eum audire & revereri vel non. Non ergo dicit forſitan, quaſi neſciret quid acturi eſſent, ſcilicet quòd non conuerterentur ad verba eius, ſed vt oſtendat quòd ex præſcientia ipſius Dei circa ea quæ debebat populus ille agere, non cogebantur ad illa. Vnde Aug. 23. q. 4. Nabuchodonoſor, ait. Prædeſtinationem Dei, id eſt præſcientiam ſiue ad bon'um ſiue ad malum in hominibus operari ineptiſſimè dicitur, E vt ad vtrumque homines quædam neceſsitas videatur impellere. Cùm in bonis voluntas ſit intelligenda non ſine gratia, in malis autem voluntas ſit intelligenda ſine gratia, ſcilicet cauſa operis noſtri boni vel mali.

A.V.C. 12. — *Pſal. 79.* — *Libertas arbitrij.* — *Serui domini i. prophetę quo modo à Iudęis accepti.* — *Præſcientia Dei ad ea agenda quæ acturi ſunt homines non cogit.* — *Aug. in li. de prędeſ. & gratia. cap. 15.*

Habens ergo vnum filium chariſsimum ait Marcus nil charius vel prætioſius eo miſit ad eum, quia incarnari diſpoſuit. Qui incarnatus & conuerſatus cum eis, prædicans & miracula faciens, populum admonebat ad fructificandum domino, repræhendens cultores vineæ, id eſt ſcribas & Phariſæos, qui quærebant populum illum per vineam ſigna-F tam ſibi fructificare in decimis & oblationibus, non curantes quòd Deo populus ille fructificaret per bona opera. Videntes ergo eum cultores vineæ, id eſt opera eius, cognouerunt eum, ſcilicet eſſe filium Dei ſeu Meſsiam in lege promiſſum, non quòd vere cognouerint, ſed talia opera eius viderunt, quòd ex illis poterant cognoſcere ſecundum prophetias eis datas illum eſſe Meſsiam promiſſum & filium

Mar. 12.

A.V.C. 12.

& filium Dei: ſed malitia eorum excęcauit eos, vt dicitur Sap.2. Vnde ignorantia non excuſauit vel excuſat eos à peccato infidelitatis, vt dicitur 1.q.4.§. vlti. Dixerunt ergo ad ſeinuicem cultores vineæ. Venite occidamus eum, & habebimus vineam iſtam, quæ eſt hæreditas eius: quia iſto occiſo, qui ſua doctrina populum auertit ad fructificandum nobis, remanebit vinea in ſuis conſuetis decimis & oblationibus & ritibus & ſacrificiis. Et eiicientes eum extra vineam occiderunt: quia dominus Ieſus extra portam Hieruſalem vbi erat vinea iſta, ſcilicet populus, paſſus eſt. Concludens ergo parabolam ait. Cùm venerit dominus vineæ quid faciet agricolis illis, quomodo tractabit eos de tanta crudelitate & ingratitudine? Ad quam interrogationem reſponderunt turbæ ſimplices, id quod ratio docet fiendum in tali caſu, videlicet malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis. Aiunt ei vt dicit Matthæus: ſed Scribæ & Phariſæi malicioſe intelligentes, quòd contra eos loquebatur, ſubdiderunt quod ait Lucas, ſcilicet dicentes. Abſit ſcilicet quòd debeat eos malè perdere, vt dixerant turbæ: ſed Chriſtus oſtendit verum turbas illas dixiſſe. Vnde & hoc confirmans Chriſtus ait: Malos malè perdet &c. Vt ait Marcus malos Iudæos obſtinatos malè perdet temporaliter in deſtructione Hieroſolymæ per Titum & Veſpaſianum, & æternaliter quia ad infernum propter ſuam incredulitatem omnes deſcendent. Vineam, id eſt, eccleſiam quæ olim fuit in illo populo propter cultum veri Dei, declinantibus omnibus aliis ad idololatriam: locauit aliis, id eſt, regendam & colendam commiſit, ſcilicet prælatis qui conuerſi fuerunt ex gentilitate, qui fecerunt per monita vera & ſancta exempla plebes ſibi commiſſas domino fructificare: ipſe tamen ſuper populum Iudaicum & Gentilem, conſtituendum ſe eſſe, ad quem erat vinea transferenda in cultura, quo ad conuerſos ad fidem ex vtroque populo oſtendit per prophetam Dauid in Pſalm. Vnde dixit Ieſus. Nunquid legiſtis in ſcripturis? Lapidē quem reprobauerunt ædificantes, &c. Vbi cùm Dauid fuerit ante conſtructionem templi facti per Salomonem filium eius: videtur prophetaſſe, & de figura & de figurato. Dicit enim Magiſter Hiſto. ſcho. quòd dum ædificaretur templum Salomonis, ad manus venit ædificantium quidam notabilis lapis, quem cum pluries quæſiſſent inter cæteros in parietibus ponere non valuerunt quia non coaptabatur aliis aliquando maior aliquando minor repertus, quàm expediebat. Demum in ſummitate templi locauerunt in angulo templi: vbi & ex quo coniungebantur duo parietes, & ita bene ibi aptatum eſt quòd omnes mirarentur vt à domino factum. Lapis iſte eſt Chriſtus vt ait Apoſtolus: ædificantes templum Salomonis ſunt iidem qui & cultores vineæ, id eſt gubernatores ſpirituales populi Iudaici. Lapides erant homines, quos erudiebant ad legem Dei ſeruandam. Venit autem ad manus eorum, inter eos ſcilicet conuerſatus lapis Chriſtus, quem volebant cum aliis ædificare, id eſt, reputare purū hominē & ſubiici cerimoniis legis, quas ipſi alios docebant, ſed non aptari poterat, quia faciebat ea quæ erant ſupra vires hominum, id eſt mores hominum. Vnde principes ſacerdotum qui ædificatores erant, reprobauerunt illum lapidem & vt reprobum tractauerunt. Sed Deus exaltauit eum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: conſtituendo in ſummitate templi eccleſiæ, vt caput eius: in quo connectuntur in vnum duo

Pſal. 117. — Mag. in Hiſ. 3. reg. c.10. — Lapis reprobatus quis. — Eph. 2. — Phil. 2.

A.V.C. 12.

A parietes, ſcilicet populus Iudaicus & Gentilis, quo ad conuerſos in vnitate fidei & dilectionis. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur, ſuper quē ceciderit, conteret eum. Et loquitur per metaphoram de varietate caſus Iudæorum offendentium ad lapidem iſtum Chriſtum, quæ eſt in hoc quia quidam cadunt ſuper lapidem, & ſuper quoſdam cadit lapis iſte. Sicut accidit in vaſe terreo, quòd ſi cadat ſuper lapidem frangitur: ſed quia in partes grandiores diſtringitur ferro redintegrari poteſt. Sed ſi ſuper vas terreum cadat lapis magnus, totaliter conquaſſatur & comminuitur, ita vt ſit irreparabilis. Cadit ergo B ſuper lapidem Chriſtum, qui eum offendit grauiter. Talis etſi frangatur ab integritate bonæ vitæ: tamē vſque ad finem vitæ poteſt emendari, & ſic ferro pœnitentiæ redintegrari. Sed ſi expectet vt lapis cadat ſuper eum, id eſt iudicium mortis immittat: tunc comminuitur ita quòd irreparabilis ſit, quaſi vellet Chriſtus dicere. Etſi offenditis in me non credendo, cauete ne permaneatis in perfidia vſque ad finem. Et dicunt omnes Euangeliſtæ, quòd cognoſcentes principes ſacerdotum quòd hæc parabola erat contra eos: quærebant eum capere vt occiderent: ſed omiſerunt id facere: quia timuerunt populum affectū C habentem deuotum ad eum, ne eum de manibus eorum auferret. Moraliter vinea eſt anima, vites potentiæ fructus, opera. Plantauit eam: qui creauit. Sepem ponit circa eam, Angeli cuſtodiam. Torcular, remorſum conſcientiæ, qui premit. Turris, ratio qua poteſt diſcernere amicos ab inimicis, bona à malis. Locat colonis, cùm animam corpori infundit vt colat. Peregre proficiſcitur: dimittendo in libertate arbitrij. Appropinquat tempus fructificandi, cùm in medio pueritiæ exiſtit, & habere incipit ſcintillam rationis. Tunc Deus mittit ſeruos ſuos ſiue homines ad bona exhortantes, ſiue Angelos, ſiue inſpirationes D ad bonum incitantes: vt fructus Deo referat bonorum operum. Sed aliqui contemnunt talia & quaſi occidunt: dum ipſa non ſequuntur mittit Deus & alias inſpirationes, vel exhortationes vel tribulationes, quæ omnia ſimiliter contemnit. Demum & ipſe accedit per gratiam inducendo ad veram confeſſionem: ſed talis aliquando ita efficitur ingratus & malus vt ipſum Chriſtum, ſe ſua gratia priuando. De quibus apoſtolus ad Hebr. Rurſus crucifigentes filium Dei in ſemetipſis & oſtentui habentes. Quum ergo venerit dominus ad hos in morte: malè malos perdet, &c.

Exponitur lapis in quē impingunt oēs homines, & qui in eoſdem cadit. — Moralis expoſitio parabolæ de vinea agricolis locata. — Libertas arbitrii. — ad Heb. 6.

E

§. IIII.

Aliam parabolam ſolus Matthęus narrat à Chriſto pronuntiatam immediatè poſt prædictam ſcilicet de vinea: quam cùm quis haberet, dixit filio ſuo maiori, vt iret ad colendum eam: qui reſpondit ſe facturum, & nihil egit. Alteri filio ſuo cùm iuſſiſſet idem, recuſauit ſe iterum, & tamen poſtea acceſſit. Et interrogante Ieſu: quis potius voluntatem patris fecit: reſponderunt. Secundus, ex quo iuit ad F colendam, & ſi primò contradixit. Vinea iſta eſt eccleſia, ad quam colendam miſit Deus duos filios: ſcilicet populum Iudaicum & Gentilem. Hoc antē mandauit vtrique per legē naturalem, quā vterque habebat. Sed maior, id eſt Iudaicus, pmiſit Deo ſe iturum, quando lege ei data, quæ in moralibus erat explicatio quædam legis naturalis: dixerunt Moyſi.

Mat. 21. de vinea ad quā colenda iit, qui ſe non iturum dixerat. — Expoſitio parabolæ.

A.V.C. 12.

Omnia quæ locutus eſt nobis dominus,faciemus,& ei obedientes erimus,& tamen non coluerunt vineã iſtam,ſcilicet obſeruando præcepta legis. Alter populus gentilis,eſto quòd per legem naturalem inſitã dominus mandauerit ei vineam colere, tamen quia non obligauerunt ſeu receperunt illam legem decalogi:quaſi recuſauerunt ire:ſed prædicatione apoſtolorum inſtructi,intrarunt vineam eccleſiæ eam cum magna diligentia colentes:hi ergo obediunt Deo patri.Poſſet moraliter exponi de eccleſiaſticis perſonis, clericis,& religioſis, qui vocantur ad colendum in eccleſia,& multa promittunt facere, vt caſtitatem, paupertatem & huiuſmodi, & tamen ex negligentia non faciunt.Alij vt minoris ſtatus,id eſt, laici iſta non promittunt facere,& aliquando faciũt.Et ideo hi obedientes:non primi.Hinc Hier.8.q.1.vereor. Vereor ne quomodo regina auſtri veniens à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis,iudicatura eſt homines temporis ſui & viri Niuiuitę [acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ condemnabunt eos,qui maiorem etiam Iona ſaluatorem contempſerunt.] Ita plurimi in populis epiſcopos iudicem ſubſtrahentes ſe ab eccleſiaſtico gradu,& ea quę congruũt officio ſuo non exercentes.Ideo Hier.Non ſolum epiſcopi, preſbyteri,diaconi debent magnopere prouidere,vt cunctum populum cui præſident conuerſatione & ſermone ac ſcientia præſtant ſed etiã inferior gradus [exorciſtę,lectores,cuſtodes ædiũ,acolythi,& omnes omnino qui domui Dei deſeruiunt] quia valde eccleſiã Dei deſtruit laicos meliores eſſe quam clericos.8.q.1. c.qualis.Aliam parabolam narrat Lucas ſolus de vinea in qua arborem ficidominus plantauit. Et cum in capite trium annorum non faceret fructum, dixit dominus cultori vineæ.Ecce tres anni ſunt in quibus venio quærens fructum in ficulnea hac & nõ inuenio.Succide ergo eam,vt quid etiam terram occupat?Cui cultor reſpondit.Domine dimitte illã & hoc anno quouſque fodiam & mittam ſtercora circa eã, & ſi fructum non fecerit in futurum ſuccides eam. Vinea iſta eſt eccleſia in qua tanquam arbores variæ plantatæ ſunt diuerſæ nationes.Sed inter cæteras, vt ſuauior plebs Iudaica,quæ cum expectata ſit ad fructum plenę conuerſionis tribus annis ſcilicet tempore legis Moſaicæ, tempore prophetarum, tempore gratiæ,adhuc non produxit veræ fidei fructus. Propter quod quaſi oſtendit dominus Deus velle ſuccidere eam,cùm exterminauit populum illum per Titum & Veſpaſianum.Sed tamen cultores vineę prælati & doctores conſiderantes,& iſto tertio anno,ſcilicet tempore gratiæ & ſi in fine eius ſecundum prophetias eſſe fructificaturam dicunt domino, optando vt adhuc expectetur ad fructum fodiendo & ſtercora apponendo.

[Margin: Clerici & religioſi multa promittunt, quęnõ pręſtãt: quæ laici qui non promittunt præſtant. Hie.in cõ. ad Tit.c.1. Mat.12. Nota diuerſos gradus & ordines ſuperiores & inferiores Hier.elid. Luc.13. De ficu, quam dominus nõ ſuccidit cũ decreuiſſet.]

§. V.

De tribus parabolis in quibus aſſimilatur regnũ cœlorum theſauro, margaritæ & ſagenæ,quas à Chriſto prolatas refert ſolus Matthęus.Dicit ergo.Simile eſt regnum cœlorũ,theſauro abſcõdito in agro &c.Theſaurus iſte eſt diuinæ ſapientię cognitio:ſcilicet ipſius ſummi boni cũ guſtu gratiæ.De quo dicitur Sap.7.Infinitus theſaurus eſt hominib9,ſcilicet ſapiẽtia &c.Iſte habetur abſcõditus in agro humiliationis:qua quis ſe humiliat, captiuãdo intellectum ſuũ in obſequiũ Chriſti ad ea quę ſunt fidei,& ſibi nil attribuit boni,vt Philoſophi, qui dicẽtes labia noſtra à nobis ſunt, ſtulti facti ſunt,& ſe ſubiicit ad parẽdũ vo-

[Margin: Parabolæ de theſauro inuẽto Margarita empta & ſagena in mari miſſa. Matt.c.13. Theſaurus quid. 2.Cor.10. Pſal.11.]

A luntati Dei & mandatis eius.Hic inuenitur iſte theſaurus,quem qui inuenit omnia vendit pro emendo agro ipſo,id eſt,omnia poſtponit,& ſubſtantiã, & honorem,& ſciẽtiam,& vitã,vt illã conſequatur humilitatem & ſapientiam.Et ſic obtinet illud.Iterũ ſimile eſt regnum cœlorum homini quęrenti bonas margaritas,&c.Margaritæ ſunt bona,quę pulchra & precioſa putantur,& quæ naturaliter appetuntur & quęrũtur,vt diuitiæ,honores,potentiæ,ſcientiæ,delectationes carnis,vita mortalis & huiuſmodi.Dum autẽ quis iſta quærit appetẽdo,ſi inuenit vnam, quam intelligit cunctis precioſiorem:quia virtutem & valo-
B rem omniũ aliarũ continet,& hęc eſt vera beatitudo ſupernæ patriæ,omnia tribuit vt iſtã aſſequatur, omnibus illis aliis bonis ſe priuat, vt illũ obtineat, quia affectũ illius omnibus prædictis præponit, & quodlibet illorum à ſe ſubtrahit,quando ad illud aſſequẽdum impẽdit.Item. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mari &c.Quod narratur in hac ſimilitudine.Simile eſt quod fit in eccleſia quæ dicitur regnum cœlorum.Sagena iſta eſt prædicatio eccleſiæ quæ authoritatibus ſanctorum intexitur colligatis ad inuicem propter conſonantiam. Piſcatores ſunt prælati & doctores,qui iaciunt rete prædicationum
C in mare mundanæ conuerſationis, in quo tanquam piſces ſunt homines:iuxta illud Abachuc.1.Facies hominis ſicut piſces maris.Capiuntur his retibus non omnes piſces,ſed multi,qui ſcilicet ſuſcipiunt fidem. Et ex his aliqui ſunt boni piſces,aliqui mali in vna ſagena doctrinæ eccleſiæ.Demum in fine educta ſagena in finali iudicio ſeparabuntur miniſterio Angelorũ boni & fideles à malis:bonis aſſumptis in requie, malis foras eiectis. Et quod ſubdit Chriſtus.Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum &c.ſignificat quod ſicut paterfamilias profert de theſauro noua & vetera ad gubernandum familiam, ita & prælatus & do-
D ctor iactator ſagenæ,de theſauro ſapientiæ ſuę ad capiendos multos piſces,inducendos ſcilicet ad fidem, & ſi aliqui mali futuri ſint,debet proferre in doctrina prædicationis noua,ſcilicet quæ ſunt de nouo teſtamento exempla & ſententias,& vetera etiam quę ſunt de veteri teſtamento.Vel vetera,id eſt,quæ pertinent ad vitam veterem,id eſt,peccata prædicare,vt euitentur & noua,id eſt,pertinentia ad nouitatẽ vitæ,id eſt, virtutes docere vt amentur.Vel vetera Gentilium aliquando,& noua maximè doctorum eccleſiæ allegare. Vel de theſauro ſuæ prudentiæ profert noua & vetera,id eſt,actus & verba:quibus ſatisfa-
E ciat,& bonis & malis quantum in eo eſt : non ſeparans eos ab inuicem in præſenti:quouſque ſagena ſit plena,id eſt,numerus fidelium præſcitorum, & prædeſtinatorum ab eo præfixus, quod ſibi ſoli notum eſt.Interea vt ait Auguſtinus. Neſcientes quis pertineat ad prædeſtinatorum numerũ,quis nõ pertineat ſic affici debemus erga omnes charitatis affectu: vt velimus omnes ſaluos fieri.24.q.3.corripiantur. Non ergo prælati & prædicatores vel alij fideles debent ſe ſeparare à malis qui tolerantur:quia hoc vltimo fiendum in fine mundi, quando ſagena plena erit. Vnde Auguſtinus.Maius malum in ſeparatione bo-
F notum committimus,quàm in coniunctione malorum fugiamus. Tali Deus non imputat peccata ſua: quia non fecit. Non aliena: quia non approbauit, non negligentiam:quia non tacuit, non ſuperbiam: quia in vnitate permanſit. Idem in Pſalmos. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ. Non dicit: ſicut coruo. Columba etſi à moleſtiis quærit auolationem, non tamen dilectionem amittit: ſed ſemper gemit.

[Margin: A.V.C. 12. Margaritæ quid ſint. Mat.ca.13. Sagena miſſa i mari quid. Mat.13.ca. In eccleſia ſunt boni & mali. Debemus velle omnes ſaluos fieri. Augu.ſer. 18. de ver. domini. Aug.in Pſal.54.]

A.V.C. 12.

gemit. Sic bonus vult ſe ſeparare corpore: non amore: ab his quibus prodeſſe non poteſt: ſed ſi aliquando ligatur non viſco cupiditatis: ſed cura & officio: vt deſerere non poſſit: tunc dicat cum Apoſtolo. Cupio diſſolui: & eſſe cum Chriſto. Sed neceſſe eſt manere in carne propter vos, & ſic eſt meritum ex deſiderio. Ecce elongaui fugiens inquit Pſalmiſta. Quod exponit Auguſtinus. Non loco: ne rumpatur charitas bonorum, & ne perdatur exercitium malorum quos Deus admiſcet vt Iudam diſcipulis. Hæc omnia Aug. q. 7. q. 1. §. quum autem. ante cap. vlt.

Phil. 1. — Pſal. 54.

§. VI.

Parabola de paſtore ouẽ errãtem conquirente.

DE parabolis quas Chriſtus dixit, in quibus oſtẽditur magna benignitas & clementia Dei in ſuſcipiendo peccatores conuerſos ad pœnitentiam. Ponit autem Lucas tres ſucceſſiue ad huiuſmodi, ſcilicet de ouibus nonaginta nouem relictis in deſerto ad quærendam errantem, & de gaudio mulieris repetientis decem drachmas, & de prodigo reuertente ad patrem feſtiuè recepto. Dicit ergo Euangeliſta. Erant appropinquantes ad Ieſum Publicani & peccatores vt audirent illum. Sicut docẽte Pſalmiſta 118. Longe eſt à peccatoribus ſalus, quæ vtique eſt ex Ieſu, qui & ſaluator interpretatur, non quidem ſpatio loci: quia vbique eſt ſecundum deitatem Ieſus ſed diſſimilitudine virtutis, & tanto longior quanto peccator eſt peior. Ita & ſecundum Pſalmũ 144. Prope eſt dñs omnibus inuocãtibus eũ: omnibus inuocantibus eũ in veritate. Et Ioel propheta c. 2. Quicũque inuocauerit nomen domini: ſaluus erit. Quod non eſt intelligendum de inuocatione exteriori ſeu vocali ſola, ſed vt dicit Augu. Qui inuocauerit eum ad ſe ſectiendo & non contradicendo. de pœn. diſt. 3. adhuc. Correlatiua enim ſunt dominus & ſeruus. Iſte appropinquat ad Ieſum cupiens ſcilicet ſalutem, & ſe diſponens ad audiendum & obediendum.] Et murmurabant Scribæ & Phariſæi. Scribæ doctores legis erant. Phariſæi autem quædam ſecta Iudæorum: qui auſterioris vitæ & religioſioris cæteris erant, vt nunc ſunt religioſi. Murmuratio autem eſt quædam querela cum impatientia: præcipue cõtra maiores, & ideo peccatum. Dicit enim diſt. 90. alienus. Alienus ſit à fratrum vnitate: qui murmurat. Vnde & iſta murmuratio figurata fuit in murmuratione quam fecit Maria ſoror Aaron contra Moyſem, propter vxorem quam duxerat Aethiopiſſam. Maria enim vt dicit Gratianus, ſignat ſynagogam vel alios qui murmurant contra Chriſtum: eo quòd eccleſiam de gentibus, vitiis denigratam prius duxit in vxorem, vel eo quod Chriſtus & alij prælati & doctores aſſumunt ad familiaritatem peccatores, vt ex eis producant filios bonorum operum. Et quia iniuſte murmurant: ideo à Deo percutiuntur lepra perfidiæ vel alterius peccati 2. q. 7. §. ante cap. Paulus. Murmurationem eorum exprimit dicens. Quia hic homo peccatores recipit, & manducat cum illis quaſi d. Ex hoc oſtenditur eſſe magnus peccator. Nam vt dicit Sapiens Eccleſi. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile, & inclinatur ad illud ſcilicet conuerſandum cum eo. Sed iſte Ieſus oſtendit magnam dilectionem ad maximos & manifeſtos peccatores: quia recipit eos, loquitur cũ eis familiariter: comedit cum eis, quare ipſe eſt peccator vt ipſi: quia ſi iuſtus eſſet, horreret eos, & vitaret. Sed malè & falſè arguebant. Non enim Chriſtus eos diligebat & familiaritatem oſtendebat in-

Peccatores longe à ſalute. Augu. in l. de vera & falſa pœn. c. 5. Scribæ erãt doctores legis. vnde Hie. in homilia ſuper Euã. Scribæ & Phariſæi qui. Mat. 23. Murmuratio quid ſit Et oct. Sy. Num. 12. ecce ego mitto ad vos prophetas & ſcribas ait. Alios ſcribas in lege doctiſſimos. Ex Aug. in ſer. 50. de pœn. Maria ſoror Moyſis quid ſignificet.

Chriſtus quare peccatores diligebat.

A quantum peccatores, id eſt propter peccata eorum, ſed quia ſe diſponebant ad emendationem & opera virtutum, & propterea vt audirent doctrinam ſalutis, ad eum accedebant. Ideo Chriſtus recipiebat eos ſicut medicus infirmum frequentat, non quia delectet eum infirmitas: ſed vt eam expellat. Vnde Auguſt. in libr. de pœn. ait. Ex hoc conſtat ei, ſcilicet Deo, multum diſplicere peccata: qui ſemper præſto eſt ea deſtruere. Si enim ea amaret, non ſemper deſtrueret, ſed conſeruaret atque vt ſua munera foueret. Semper deſtruit peccata quæ inuenit, ne ſoluatur, quod creauit, ne corrumpatur quod amauit. de pœn. diſtinct. 3. adhuc inſtant perfidi. Quod etiam iſti murmurarent, non procedebat hoc ex zelo iuſtitiæ veræ quia eis diſpliceret peccatum. ſed zelo inuidiæ & ſuperbiæ. Inuidiæ, quia inuidebant famæ Chriſti creſcenti non ſolum quo ad iuſtos: ſed quo ad peccatores deuotè eum ſequentes & audientes, quam quærebant diminuere ex tali oblocutione. Ex ſuperbia quoque, quia cum ipſi eſſent ſuperbi, exiſtimantes ſe iuſtos, non dignabantur conuerſari cum peccatoribus, tanquam non eſſent digni peccatores ipſi eorum loquela. Et ſic Chriſtum volebant arguere, vt diſſimilis eis videretur. Vnde Gregor. in homil. Vera iuſtitia compaſsionem habet, falſa vero dedignationem, quamuis & iuſti rectè ſoleant peccatoribus dedignari, ſed aliud eſt quod agitur typho ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ. Dedignantur enim, ſed non dedignantes deſperant, non deſperantes perſecutionem commouent, ſed amantes. At cõtra ij qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt, & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo deteriores fiunt. diſtinct. 45. vera. Ad idẽ Hier. ſuper Hiere. Recedite inquiunt (tales ſcilicet) polluti, recedite, abite, nolite nos tangere, nolite nobiſcum communicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non ſanat ægrotum, non curat infirmũ, ſed magis occidit atque in deſperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitatem penſantes magis per humanitatẽ & manſuetudinem ſtudent peccatores ab erroris laqueo eruere, quam per auſteritatem in foueam perditionis natantes propellere. diſtinct. ca. recedite. Sed dominus poſt oſtendit quanto affectu, diligentia & gaudio debet peccator recipi ad pœnitentiam, & ad hoc operari: dicens parabolam hanc. Quis eſt ex vobis homo, qui ſi centum habet oues & perdiderit vnam &c. homo iſte Deus eſt. Deus & homo conditor mundi paſcens oues ſuas in cœlis per fruitionem, & in terris per internam cõſolationem. Centum oues ſunt Angeli & homines innocentes creati ab eo. Nonaginta nouem ſunt nouem ordines angelorum, vt nonagenarius deſignet perfectionem eorum, quia reſultat ex nouem decies multiplicatis. Denarius autem, quia eſt primus limes numerorum, ſignat perfectionem. Nouenarius verò notat numerum ordinum. Centeſima autem ouis eſt natura humana. Hæc errauit: iuxta illud Pſalm. 118. Erraui ſicut ouis quæ periit. quando ſcilicet tranſgreſſi ſunt parentes primi Dei mandatum: in quibus cùm omnes homines eſſent ſecundum virtutem ſeminalem, omnes in Adam peccauerunt & perierunt. Errantem igitur hanc ouem ſcilicet generationem humanam, requirens paſtor cæleſtis: quaſi nonaginta nouem dimiſit in deſerto, quãdo Deus homo factus eſt, nõ in deſerto, id eſt, cælo quod deſertum dicitur: quia ab angelo malo &

A.V.C. 14. — Aug. in li. de vera & falſa pœn. c. 5. — Vera iuſtitia cõpaſſionem habet. Greg. ho. 34. in Euã. — Hie. in ca. 4. Thren. Hier. — Boni rectores qualiter ſe geri debeãt cũ ſubditis peccãtib. — Parabolæ expoſitio. — Angelorũ ordines nouem. — Omnes homines in Adam peccauerunt.

homine derelictum: ſed in mundo: non quidem angelos deſerens ſecundum deitatem: ſed ab eis differens in aſſumptá humanitate. Quæſiuir multum: laborans in docendo, ſanando infirmos, diſcurrendo, multa patiendo, ſacramenta inſtituendo pro oue iſta. Tandem inuentam in humeros poſuit: quando peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo, id eſt pœnam peccatorum, ſuper lignum crucis. Vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus inquit Petrus in canonica. Eámque reduxit ad deſertum cœli cum cęteris: quando aſcédit in cœlum in noſtra natura & aliis aperuit: & cum amicis, ſanctis animabus, & vicinis, ſanctis angelis magnum gaudium & feſtum egit de natura humana reparata. Et concludit de quolibet peccatore conuerſo ad pœnitentiam. Ita dico vobis: gaudium eſt in cælis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente: quam ſuper nonaginta nouem iuſtis: qui non indigent pœnitentia. Quod intelligitur dupliciter. Vno modo vt intelligatur de fictè iuſtis qui ſe reputant iuſtos, & non egere pœnitentia: ſed non ſunt iuſti. Et clarum eſt quod dicitur. xj. quæſtio. iij. iniuſtum. Melior eſt in malefactis humilis confeſſio quam in bonis ſuperba gloriatio. Alio modo poteſt intelligi de vere iuſtis: ſed imperfectis, & de peccatore conuerſo: & per feruorem ad magnam perfectionem aſcendenti. Cæteris enim paribus maius gaudium eſſe debet de iuſto in innocentia permanente, quàm de peccatore pœnitente. Matthæus addit. Non eſt voluntas patris mei vt pereat vnus de puſillis iſtis. Quod intelligitur de electis. Vel ſi dicatur de omnibus intelligendum eſt de voluntate antecedente: non conſequéte: de qua ſupra in prima parte titu. de lege æterna. Et hoc exemplo oſtenditur peccatoribus reuerti volentibus ad pœnitentiam, compaſſione & clementia vtendum. Vnde dicitur 26. quæſt. 7. pœnitentem. Pœnitentem ex corde ita oportet ſuſcipi, ſicut dominus oſtendit cùm dicit: quia conuocaui amicos meos, & vicinos dicens. Congratulamini mihi: quia inueni ouem quam perdideram. Ad idem Amb. in libr. de paradiſo ait. Paſtor ille Euangelicus lapſam ouem vexiſſe legitur: non abieciſſe. Et Salomon ait. Noli eſſe nimis iuſtus. Debet enim iuſtitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum tibi curandus præbeatur, quem faſtidio habes qui contemptui ſe non compaſſioni medico ſuo putet futurum. Idem in perſona Chriſti. Libéter ignoſco, prompte indulgeo, miſericordiam magis volo quam ſacrificium: quia per ſacrificium iuſtus commendatur: per miſericordiam redimitur peccator. Non veni vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam. In lege ſacrificium: in Euangelio miſericordia eſt. lex per Moyſen data eſt: per me gratia. hæc ille. de pœ. diſt. j. ſerpens, & c. ſeq.

Addit Chriſtus ad idem aliá parabolam quam ſolus Lucas refert dicẽs. Quæ mulier habet decẽ drachmas: ſi perdiderit vnam: nonne accendit lucer. &c. Mulier hæc, vt exponit Gre. eſt diuina ſapientia, quæ habuit decem drachmas, id eſt, decem differentias creaturarum, ſua imagine inſignitarum. Nouem, fuerunt nouem ordines angelorum. Decima, perdita natura humana peccato primorum parentũ quaſi ignota, id eſt, viſione ſui priuata. Sed ad inueniendam, à diuina ſapientia lucerna eſt accenſa, quando verbum caro factum eſt Deo operante. In Chriſti enim perſona lucerna (quę antiquitus & nunc etiam pro pauperibus fit, de terra) eſt Chriſti caro de noſtra carne terrea aſſumpta, vt ellychniũ album cum oleo fuit anima puriſſima plena oleo gratiæ. Vt ignis

A.V.C. 12.
1.Pet.2.
Calix. pa. ep. 1. ad Benedictũ.
Cæteris parib. maius gaudium de iuſto permanente, quàm de peccatore conuerſo.
Matth. 18.
Voluntas antecedẽs & conſequens.
Ex Syn. 8.
Amb. in li. de parad. c. 14.
Eccle. 7.
Am. c. 11. li. 1. pœn.
Oſe. 6.
Mat. 2.
Io. 1.
Greg. in hom. 34. in Euan.
Angelorũ ordines nouem.
Lucerna accenſa Chriſtus.

A fuit diuinitas. Deus enim noſter ignis conſumens eſt, vt dicitur Deut. 4. Accenſa igitur lucerna, id eſt incarnato Dei filio: euertit domum conuerſationis humanæ: mutando mores per doctrinam ſuam & exempla, quæſiuit diligenter, illa operans donec inueniretur & à deo videretur per approbationem & gratiæ infuſionem. Qua inuenta vicinas & amicas conuocat ad congaudendum, ſcilicet creaturas angelicas & ſanctas animas, eis manifeſtando per affectum, & gaudium de hoc eis tribuendo & concludit. Ita dico vobis gaudium eſt coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Hieron.

B Quia diuinitatis natura eſt clemens & pia, magiſque ad indulgentiam quàm ad vindictam prona: quia non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, ſi quis poſt lapſum peccatorum ad veram pœnitentiam conuerſus fuerit, cito à miſericorde iudice veniam impetrabit. de pœ. diſ. j. quia. Idem, Poſsibile eſt vt quomodo eccleſia Chriſti, ſuæ prius habuit rugam & maculam & immunditiam poſtea reſtituta eſt, ita & peccator currat ad medicum. quia non habent opus ſani medico, ſed male habentes, vt curentur vulnera ipſorum, & fiant de eccleſia quæ eſt corpus Chriſti di. ea. c. Eccleſia Chriſti.

C Idem. Ne forſitan peccati immemores tardius reuertantur, adhuc inquit, ſedere vos faciam in tabernaculis ſicut in diebus feſtiuitatis, vt quod facit baptiſma hoc faciat & pœnitentia, & habitent in tabernaculis ſaluatoris: hoc eſt in eccleſia ſaluatoris de pœn. di. j. ne forſitan.

§. VII.

Parabolam de prodigo ſuſcepto lætiſsime à patre, ſolus narrat Lucas, quæ pulcherrima eſt. Homo quidam, inquit, habuit duos filios, & dixit adoleſcentior, pater da mihi partem ſubſtantiæ quæ me

D contingit &c. Dupliciter datur expoſitio. Prima quá breuiſsime tangam, eſt de duobus populis ſcilicet Iudaico vt maiore, propter dignitatem. & gentili vt minori, ſub vno patre Deo communi per creationem & gubernationem. quorum minor, id eſt, gentilis à patre diſcedens per idololatriam, incidit in multa ſcelera, & inopiam veritatis. Nec doctrinæ philoſophorum & poëtarum ſiliquis figuratè, vt 37. diſt. c. legimus j. §. hinc etiam. poterant ventrem mentis ſaturare: maior vero domi remáſit quia populus Iudęorum cum patre Deo remanſit per notitiam & cultũ veri Dei. Demum populus gentilis in ſe reuerſus &

E miſeriam ſuam agnoſcens ex doctrina ei propinata Euangelij, reuerſus ad patrem cæleſtem per conuerſionem ad fidem, cum magno gaudio & ornamentis receptus eſt ad gratiam. Quod maior filius, id eſt Iudaicus percipiens, indignatus non vult intrare domum patris ſcilicet eccleſiam: quamuis pater cœleſtis per ſcripturas ad hoc eum exhortetur, ſed extra in perfidia perſeuerat adhuc. Moraliter ſignificat duos ſtatus, ſcilicet ſuperborum, & peccatorum conuerſorum. Vtriuſque tamen ſtatus pater & gubernator eſt Deus. Et quia prona eſt omnis ætas ad malum ab adoleſcentia ſua: in principio cùm habetur vſum

F rationis, & concupiſcentia carnis ad delectabilia incitat, appetit quis in ea ætate libertatem, vt excutiatur à iugo ſubiectionis parentum & magiſtrorum, quibus prius ſubiicitur. & hoc eſt adoleſcentem petere patrem vt det ſibi portionem ſubſtantiæ. Subſtantia quippe patris cæleſtis eſt, quicquid habemus naturalium, ſpiritualium, & temporalium bonorum. Quid enim habes quod non accepiſti

A.V.C. 12.
Hier. in c. 3. Lam.
Hier.
Matt. 9. in 12. c. Oſe.
Oſe. 12.
Pœnitentia facit quod baptiſmus: vtrumque igitur ſacramentũ.
Parabola de filio prodigo.
Luc. 15. c.
Expoſitio parabolæ Prior.
Ex Raba. de præſu. Eccleſ.
Poſterior expoſitionum.

A.V.C. 12.

piſti ait Apoſtolus. 1.ad Cor.4. Petit ergo id eſt, affectat & deſiderat in tali ætate vti libertate arbitrij circa dicta bona, exiſtimans hoc ſibi ad bonum ſuum cedere. Pater autem cœleſtis diuidit ſubſtantiã: quia libertatem arbitrij tribuit & bene & malè vtentibus circa bona conceſſa. Hieron.lib.contra Ioui. Liberi atbirrij nos condidit Deus, nec ad virtutes nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioquin vbi neceſſitas ibi nec damnatio, nec corona. de pœn.diſtinct.2. ſi enim inquit. §. cæterum confido. Sed communiter in adoleſcentia incipiunt homines malè vti libertate arbitrij, quia ſtultorum infinitus eſt numerus. Eccleſiaſt.1. Et recedentes à patre cœleſti per amiſſionem

Liberi arbitrij nos condidit Deus.

Hier. li. 2. cont. Ioui.

B gratiæ: pergunt in regionem longinquam, intrantes ſtatum iniquorum diſſimilem Dei bonitati. Et poteſt ex Euangelij textu notari incurſio talis peccatoris in ſeptem capitalia. Nam in eo quòd adoleſcens petit portionem ſubſtantiæ à patre, notatur ſuperbia præſumptionis, quaſi Deus ſibi obligetur, quia præſumẽs per ſe bene ſe regere. In eo ꝙ abiit in regionẽ longinquam à patre, notatur inuidia. Nihil enim tã longinquum à Deo quàm inuidia, cùm ſit ipſa bonitas & charitas cui contrariatur inuidia. In eo quòd diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe, no-

Septem capitalia in quæ incidit filius prodigus.

C tatur aperte luxuria, quæ præ cæteris & apertius dominatur in adoleſcentibus. Et ſi in omni vitio mortifero diſsipetur ſubſtantia ſpiritualis virtutum, tamẽ in luxuria non ſolum gratia, ſed & ſubſtantia temporalis & fama, & ſubſtantia naturalis maximè diſſipatur in eo quod dicitur. Ipſe facta fame in regione illa, cœpit egere, notatur auaritia. Nam vt dicit Hieron. infidelis id eſt auarus quod ſecundum Apoſtolum ad Col.3. eſt idolorum ſeruitus, etiam obolo indiget, ſibi enim videtur omnibus egere. Et nota ꝙ in regione illa longinqua à patre id eſt, ſtatu peccati fames magna inſurgit, quia cùm non inueniatur

Hierõ. ad Paul.

D nec in luxuriis ne in aliis vitiis quies mentis, remanet veri ſummique boni naturaliter mentib. hominum inſerta cupiditas, vt dicit Boe. & hæc eſt fames ſpiritualis. In eo quod dicitur quòd abiit & adhæſit vni ciuium regionis illius, ſignatur ira. Ciues enim huius regionis longinquæ ſunt dæmones in malitia obſtinati, vnus eorum dicitur Abadon quod interpretatur exterminator tentans de ira: huic adhæret, ei ſimilis effectus, iratum enim dicit Chriſo. ſimilem dæmoniaco, qui furioſa agit, & iræ & inſaniæ nihil eſt medium ait idem. In eo quòd dicitur: quia miſit eum in villam vt paſceret porcos, innuitur accidia.

Boe. de cõſue. lib.3. pro.2.

Apoc.9.

Chry. in ſe. de mãſue.

E In villa enim communiter ciues & nobiles (vt iſte erat) ſtant otioſi, qui & paſceret porcos, quia accidioſus & otioſus paſcit & nutrit cogitationes immũdas & laſciuas figuratas per porcos. In eo tãdẽ quod dicitur, quia cupiebat implere ventrem de ſiliquis &c. inſinuatur gula, quæ etiam in viliſsimis cibis nimis ardenter vel vltra menſuram offendit. Deinde inſinuatur modus cõuerſionis eius ad pœnitentiam ſcilicet contritio, confeſsio & ſatisfactio. principium autem ſalutis eſt ſui cognitio inquit Sen. quod fit per interiorem conſiderationem. Vnde dicit Euãgeliſta in ſe autem reuerſus. Extra ſe manet quis dum peccatis inuoluitur, ratione non vtens. Sed reuertimini

Cõuerſionis modus eſt per cõtritionẽ, cõfeſſionẽ & ſatisfactionem.

F ad cor ò præuaricatores, ait dominus per prophetã Eſa.46. Et quia quatuor modis auertitur quis à Deo & magis ac magis elongatur extra ſe manens. Et primus vt ait Hieron. eſt cogitaſſe qui mala ſunt. Secũdus cogitationibus acquieuiſſe peruerſis. Tertius quod mente decreueris opere implere. Quartus non agere pœnitentiam, ſed ſibi ſuo complacere delicto.

Quatuor modis qs elongatur à Deo.

Hie in cõ in Am.c.1.

A Hæc Hieron. de pœn. diſtinct.1. ſuper tribus. Et in primo gradu poſſet etiam notari mortale, ſcilicet ex delectatione moroſa ſine cõſenſu ad opus, ideo quater Deus animam inuitans ad pœnitentiam ait. Cãticorum ſexto. Reuertere reuertere Sunamitis reuertere, reuertere vt intueamur te. Sunamitis interpretatur ſecundum Hieronymum. miſera, vel captiua, vel mortifera, & totum congruit animæ peccatrici: reuertere ergo exeundo de quatuor illis gradibus. Reuertere in te, conſiderans & ſtatum bonorum & ſtatum peccatorum. Vnde dicit in ſe reuerſus. Quanti mercenarij in domo patris mei abũ-

A.V.C. 12.

Sunamitis quid interpretatur.

B dant panibus. In domo patris, quæ eſt Eccleſia, mercenarij ſunt, qui Deo ſeruiunt: etſi principaliter propter dilectionem patris: tamen ſperant aliquid præmij nec dubitant conſequi & maxime à patre. Hi abundant nunc vltra mercedem ſperatam panibus conſolationis ſpiritualis in ipſis operibus ſuis qui excedunt omnes humanas conſolationes, & quæ narrari poſſent nõ omittantur. Ego autem hic fame pereo ſcilicet in hoc ſtatu peccati. Quæ enim ibi refectio? cũ & Philoſophus dicit. Omnis malus impletur pœnitudine, & nunc hinc nunc inde ſuis paſſionib. ad diuerſa & contraria diſtrahitur. Et Auguſt. Iuſſiſti

Ari.9. Eth. c.4.

Aug.1. confeſſ.c.12.

C domine, & ſic factum eſt, vt omnis inordinatus animus ipſe ſibi pœna ſua ſit. Hic ergo fame deficit priuatus ſpiritualibus, & in alia vita ſupernaturalibus bonis. Et quanta mala ſuſtineat & incurrat per peccatum: non hic eſt dicendum. Surgam igitur: ab actu peccandi deſiſtendo: ibo ad patrem meum, ad Deum me dirigẽdo per timorem & ſpem, per ſingulos paſſus recordationis peccatorum me conterendo. Dicam ei. Pater peccaui in cœlum & coram te. In confeſsione ſcilicet ſacerdoti pandendo, & peccata manifeſta, quæ dicũtur eſſe coram cœlo, & peccata occulta quæ dicuntur coram Deo, quia ſolus nouit. Et

Peccata omnia & manifeſta & occulta ſacerdoti pandenda.

D totum hoc cum humilitate: vt dicat hoc ſentiens. Iã non ſum dignus vocari filius tuus, & proponat ſatiſfacere ad mandatum Dei & confeſſoris, dicens cum affectu. Fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis, id eſt, ſicut illis mandas quod vis eos facere, ita & mihi iniunge & paratus ſum. Et ſicut illos reficis ſpiritualib. cibis, ita & me conforta: licet indignũ. Si igitur peccator verè conuertitur ſicut mente concipit, ita & opere exequitur. Surgit ergo à propoſito peccandi recedens. Dicit enim Calliſtus papa. Mundetur homo à peccato & gratia Dei reſurgit à lapſu. diſtinct. 1. ponderet. Venit verſus domum patris id eſt Eccle-

Call. ep. 2. ad Epiſcopos Gall.

Amb. li.2. de pœ.c.9.

E ſiam, dolendo de commiſsisquę recogitat Amb. Nihil eſt quod tam ſummi doloris ſit, quã ſi vnuſquiſq; ſub captiuitate peccati poſitus recordetur, vnde lapſus ſit, atque vnde ceciderit, & quòd ad corpora atque terrena ab illa ſpecioſa & pulchra diuinæ conditionis intentione defluxerit. de pœn. diſt.1. ſunt qui arbitrantur. Cum autem adhuc longe eſſe (quia etſi attritus nondum tamen contritus) vidit eum pater ipſius oculo pietatis, qui oculo dominus reſpiciens Petrum poſt quam negauit, fecit eum amarè ſuum flere peccatum. Cõuertimini inquit dominus Zach. 1. ſcilicet ad me diſponendo vos & habilitando ad

Matth.26.

F gratiam, & ego conuertar ad vos eam conferendo. Et vt ait Hieron. Moderatio Dei & pietas ſolum noſtrum reditum quærit ac nos cupit longa ſua bonitate ſaluari: diſt.103. diaconi in fi. Et Leo papa. Miſericordiæ Dei menſuram ponere non poſſumus nec tempore definire, apud quem nullas patitur moras conuerſio. Vnde ſequitur. Miſericordia motus ſuper eum occurrit ei. Pſalm. Miſericordia

Hie. ad ruſticum Epiſcopum. Narbon.

Gratia prima ſine merito infunditur.

Pſa.58.

A.V.C. 12.

eius præueniet me, gratiam primam quæ præueniẽs dicitur ſine aliquo merito procedente infundendo.

Hiero. ad Dam.

Hieron. Vt paruum magnus aſpicias: vt diues paſtor morbidam non contemnas ouem, Chriſtus de cruce latronem in paradiſum tulit, & ne quis aliquãdo ſeram putaret conuerſionem homicidij pœnam fecit martyrium. Chriſtus inquam prodigum filiũ reuertẽtẽ lætus amplectitur. & 99. pecudibus derelictis vna ouicula quæ remanſerat humeris pij paſtoris aduehitur. Vbi verò peccator intelligens vulnus ſuum, medico ſe curandum tradit: ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis de pœn. diſtinct. 1. importuna. Et cecidit ſuper collum eius amplexans eam: vbi innuitur coniũctio per dilectionem.

Amor habet vim vnitiuam.

Diony. lib. de diu. nõ. c. 4. p. 2.

Amor enim ſecundum Dioniſium habet vim vnitiuam. Vnde Apoſtolus dicit 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo ſcilicet per charitatem vnus ſpiritus eſt cum eo. Oſculatus eſt eũ ſcilicet reconcilians eum ſibi: qui prius erat inimicus. Apoſtolus ad Rom. 5. Cùm inimici eſſemus ſcilicet Dei, per peccata: reconciliati ſumus per mortem filij eius, ex qua habet virtutem pœnitentia, & alia ſacramenta. Oſculum enim ſignum eſt reconciliationis & pacis.

Au. de pœ. cap. 14.

Et remiſſa offenſa ei reſtituit merita acquiſita, viuificans opera bona mortificata. Vnde Aug. de pœn. diſtinct. 3. pium eſt. Pium eſt credere & noſtra fides hoc expoſtulat: vt cùm gratia Chriſti deſtruxerit mala priora in homine, etiam remuneret bona. Et cum deſtruxerit, quod ſuum non inuenit, diligit & amat bonum quod in peccante plantauit. Dixit autem filius voce ſcilicet cõfitendo. Hinc Am. in ſermone quadrageſimæ. Ecce nunc tempus acceptabile adeſt, in quo cõfeſſio à morte animam liberat.

Iſa. 43. iuxta. 70. int. Ex epi. Gre. ad Hermãnũ Epiſcopũ. Metenſ.

Confeſſio aperit paradiſum. Confeſsio ſpem ſaluandi tribuit. Vnde ſcriptura ait. Dic tu iniquitates tuas primus vt iuſtificeris, hæc ille. de pœn. diſtinct. 1. ecce nunc. Pater peccaui in cœlum & coram te. Pater ſacerdos dicitur. Greg. diſt. 96. quis dubitet. Quis dubitet ſacerdotes Chriſti regum & principum omniúmque fidelium patres & magiſtros cenſeri. Huic ergo confitens dicat omnia peccata & in Deum cõmiſſa & hoc eſt in cœlum peccare, & commiſſa cõtra homines, & hoc eſt coram te. Vel in cœlum, id eſt occulta: nota in cœlo, id eſt Deo, & manifeſta coram te: id eſt, hominibus.

Leo Theodoro Forol. ep. 85. Pœnitẽtię & baptiſmi congruentia.

Multiplex enim miſericordia Dei (ait Leo Papa) ita lapſibus humanis ſubuenit, vt non ſolum per baptiſmi gratiam, ſed & per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, vt qui regenerationis dona violaſſent, proprio ſe iudicio condemnantes (ſcilicet ſacerdoti confitendo) ad remiſsionem criminum peruenirent. de pœn. di. 1. cap. multiplex.

Sacerdotis iudicio ſe pœnitẽs ſubiciat.

Aug. li. de vera & fal. pœn. c. 14.

Iam non ſum dignus vocari filius tuus. Non peto vt filius delicioſe tractari, ſed pœnitentiis affligi. Auguſtin. Ponat ſe, ſcilicet pœnitens in poteſtate iudicis, in iudicio ſacerdotis: nil ſui reſeruans ſibi: vt omnia faciat eo iubente pro recuperanda animæ vita quæ faceret pro euitanda corporis morte.

Aug. in li. de pœ. medicina.

Et hoc cum deſiderio, quia vitam recuperat infinitam. hæc ille. de pœ. di. 5. c. cõſideret, poſt medi. Idem Aug. in ſermone de pœnitentiis. Non ſufficit mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere, niſi etiam ſatisfiat Deo de his quæ facta ſunt, per pœnitentiæ dolorem: per humilitatis gemitum, id eſt humilem confeſsionem, per contriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſynis & ieiuniis. de pœn. di. 1. non ſufficit.

Ex octa. Sym. Pſal. 118.

Quod intellige cùm adeſt facultas, quantum ad confeſsionem & ſatisfactionem Et 26. q. 7. c. affectum. dicitur. Affectum illum in ſe recipiat pœnitens, quem gerebat ille qui dicebat. Ini-

A.V.C. 12.

A quitatem odio habui, & abominatus ſum vel ſecundum ea quæ dicit Apoſtolus ad eos qui ſecundum Deum contriſtati ſunt. Quãtam inquit operatus eſt in vobis ſolicitudinem, ſed excuſationem, ſed indignationem, ſed æmulationẽ, ſed vindictam, in omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio, ſed & ipſis, in quibus deliquit, agens multa contraria ſicut & Zacheus fecit: hæc ibi. Dixit autem pater ad ſeruos, ſiue Angelos, qui cooperantur ad reducendũ peccatores ad Deum, & bona eis procurandum: ſiue prædicatores, qui in ſermonibus debent dare fiduciam veniæ conuerſis ad pœnitentiam: dicente

B domino per Ezechiel. cap. 18. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij & non potius vt conuertatur à viis ſuis & viuat: Et iterum ibidem. Si auerterit ſe impius ab impietate ſua, omnium iniquitatũ eius nõ recordabor.

Iul. Papa. Preſbyteri ad miniſtranda ſacramenta parati eſſe debent.

Siue miniſtros ſacramentorum, qui omnibus pœnitentibus debent eſſe parati ad ipſa miniſtrandã præcipuè in morte, vnde dicitur. 26. q. 6. ſi preſbyter negauerit pœnitentiam morientibus, ſcilicet facientibus quod debent, reus erit animarum, quia dominus dicit Ezech. 18. Quacunque die cõuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam: vita viuet: & non

Vera confeſſio in vltimo tẽpore eſſe poteſt. Luc. 22.

C morietur. Vera enim confeſsio in vltimo tempore eſſe poteſt quia dominus nõ ſolum temporis, ſed & cordis eſt inſpector, ſicut latro vnius momẽti pœnitentiam meruit eſſe in paradiſo, in hora vltimæ confeſſionis, hæc ibi.

Au. de pœ. lib. 9. ad Theodorũ Lapſũ.

Citò proferte ſtolam primam, id eſt declarate & miniſterio veſtro ad hoc operamini, vt puritas perdita per ſcelera reparetur: vera enim pœnitentia ait Aug. ad puritatem baptiſmi conatur adducere confitentem. de pœn. diſt. 3. ſunt plures: Ioan. Chriſoſto. in lib. de reparatione lapſi ad huiuſmodi ſic deuotiſsime loquitur. Talis mihi crede, talis eſt erga homines Dei pietas, nunquam reſpuit hominis

D pœnitentiam, ſi ei ſincerè & ſimpliciter offeratur, etiam ſi ad ſummum quis perueniat malorum, tamen ſi inde reuerti velit ad virtutis viam, ſuſcipit: & libẽter amplectitur, facit omnia, quatenus ad priorem reuocet ſtatum. Quodque adhuc eſt præſtantius & eminentius: etiam ſi non potuerit quis implere in præſenti omnem ſatisfaciendi ordinem quantulamcunque tamen & quamlibet breui tempore geſtam non reſpuit pœnitentiam, hæc ille. de pœn. diſt. 3. talis. Exempla ponit de Achab & Manaſſe & de vitis patrum. Citò proferte ſtolam primam, & induite il-

Amb. li. 1. de Cain & Abel. ca. 4.

E lum. Vt enim dicit Amb. 32. q. 1. cap. cum renunciatur. Cum renunciatur improbitati, ſtatim aſciſcitur virtus. Egreſſus enim malitiæ, virtutis operatur ingreſſum. Stola autem iſta prima, id eſt, præcipua & principalis virtus poteſt intelligi charitas, quæ eſt veſtis nuptialis. Prima enim virtus eſt quæ reſtituitur per pœnitentiam, quæ operit multitudinem & turpitudinem peccatorum. Hac ſpoliati primi parentes per peccatum nudos ſe cognouerunt: qui prius ea induti erant.

Annulus fides eſſe debet in digito.

Induite autem dicit, id eſt, docete conuerſum peccatorem ipſam charitatem oſtendere & & exteriori conuerſatione. Date annulum in ma-

Au. li. 4. de bapt. c. 4.

F nu eius. Annulus eſt fides, qua Deo deſpõſamur. Vnde Oſeas propheta cap. 2. Deſponſabo te mihi in fide. Date in digito, non in burſa, id eſt, inſtruite eum vt eam operibus oſtendat. Vnde Auguſt. contra Donatiſtas. In corpore vnicæ columbæ & immaculatæ ſcilicet Eccleſiæ, nec hæreticus nec malus Chriſtianus inuenitur, vt ſi cuius manus eſſet arida: verum quidem eſſet membrum: quamuis ſine ſanguine & inefficax eſſet & mortuum, ita & fides cum ſit vera: tamẽ ſine operib. mortua eſt, 1. q. 1. ſicut vrgeri. Et calceamenta

Non inuenitur malus Chriſtianus in Eccleſia merito quidẽ: ſed numero plures mali reperiuntur.

A.V.C. 12.

ceamenta in pedes:calceamenta,quæ fiunt de pellibus animalium mortuorum, ſunt exempla ſanctorum,præcipue quos de mortuis dominus viuos fecit per pœnitentiam mortificatos. Hæc debent proponi vt pedes affectus calceentur, ne fortè offendant nudi ad lapidem obſtinationis & ſuperbiæ deſperatione,vel vulnerentur ſpinis auaritiæ,vel deturpentur cœno luxuriæ, priorum peccatorum. Sed ſpe concepta veniæ & exemplis ſanctorum,peccatricis pœnitentis, publicani deprecantis:Chananææ perſeuerantis,Pauli perſequentis, latronis confitentis, fiducialiter incedatur in domo Eccleſiæ.Ambr. Nemo digne poteſt agere pœnitentiam qui non ſperauerit veniam. de pœn.diſt.1.cap.nemo poteſt.immò & gloriam, cùm latroni pœnitenti dictum ſit,hodie mecum eris in Paradiſo, & Paulo conuerſo viſa eſt gloria ſuperna. Adducite vitulum ſaginatum,id eſt, admittite ad ſacramentum Euchariſtiæ, & ei pœnitenti proponite,in quo eſt Chriſtus,ſignatus per vitulum ſaginatum qui offerebatur in lege. Vt enim ait Leo Papa. Mediator Dei & hominum homo dominus Ieſus Chriſtus, hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem,vt confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent, & eadem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.de pœn.diſt.1. multiplex. Et occidite, id eſt oſtendite quod pro peccatis eius Chriſtus vitulus occiſus eſt, quod in ſacramento repræſentatur. Vnde in lib.ſenten.Proſperi dicitur. Semel immolatus Chriſtus eſt in ſemetipſo,tamen quotidie immolatur in ſacramento, id eſt immutationis fit repræſentatio. Quod ita intelligẽdum eſt, quia in manifeſtatione ſui corporis, in diſtinctione ſuorum membrorum omnium verus Deus & verus homo ſemel tantum in cruce pependit, offerens patri ſeipſum,hoſtiam viuam,& paſſibilem,mortalem, viuorum & mortuorum redemptionis efficacem: eorum ſcilicet, quos altitudo diuini conſilij redimendos iudicauit, præſciuit, prædeſtinauit, & vocauit.de conſe.diſtinct.2.ſemel immolatus. Et manducemus & epulemur. Apoc.3. Si quis aperuit mihi ianuã,ſcilicet per confeſſionem intrabo ad illum cœnabo cum illo,& ipſe mecum. Non autem cum eo poſſunt epulari ſacerdotes qui doloſe ſe offerunt,ſcilicet ad pœnitentiam,quorum cibus eſt remiſſio peccatorum,inquit Origen.Vnde & verus ſacerdos ait. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris mei,id eſt vt peccatores conuerſi & pœnitentes ſoluantur. de pœn.diſtinct.4.inter hæc hircum.1. Quia hic filius meus mortuus erat,& reuixit. Obſtinatio animi & confeſſionis contemptus (ait Gratia.) quædam mors eſt impietatis, & lepra ſuperbiæ, à qua quis reuiuiſcit, dum ſibi per gratiam dolor delicti & confeſſionis votum inſpiratur.de pœn.diſtinct.1.cap.quis aliquando. §. item cuncta. Perierat & inuentus eſt.Pſalm.118. Erraui ſicut ouis quæ periit, quære ſeruum tuum domine. ſupra. Inueni ouem meam quam perdideram. Et cœperunt epulari,quia gaudium eſt in cœlo, Eccleſiæ ſcilicet militantis & triumphantis, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Dum hæc fiunt,dicitur quod ſenior filius his auditis indignatur, extra domum moratur, nec cum patre & fratre & cætera familia vult congaudere, ſignat quia aliqui ſuperbi qui ſibi aliis videntur iuſti & innocentes, quia non ſe elongarunt à domo Eccleſiæ per magna & aperta ſcelera, ſicut magni peccatores, & in agro paterno laborant per opera, quæ ſunt de genere bo-

Exempla pœnitentiæ. Luc.7.18. Mat.15. Act.9. Luc.22. Amb.lib.1. de pœ.c.1. Luc.23. Act.9 Ex.29. Leui.9. Eucharistia vituli ſaginatus immolandus in peccatorum cõuerſione. Quotidie Chriſtus immolatur in ſacraméto. Aug.ep.23.ad Bonifac. Orig.in Leu.c.10. Ioan.4.

A norum,turbantur ægre ferentes quod Deus magnos peccatores,etſi pœnitentes ad veniam recipiat, & feruentem ac copioſam gratiam & dona conferat plus quàm ſibi,vt patet in Paulo,& multis aliis.Quibus tamẽ piiſſimus Pater per ſcripturas ſacras oſtẽdit, ſic decere ſuam bonitatem, ne ex hoc aliquid ſibi ſubtrahi paternæ hæreditatis. Etſi ille indignatus permaneat, non tamen optimus pater à feſto deſiſtit reuerſi peccatoris. Quod etiam figuratur in Lazaro quatriduano ſuſcitato, ex quo te principes ſacerdotum & Phariſæi qui ſibi iuſti & docti videbantur, indignati ſunt domino, & vt ipſum Lazarum interficere quærerent. Sed Chriſtus ad cœ-

B nam acceſſit vocatus cum diſcipulis, vbi & Lazarus ipſe conuiua cum aliis erat, domo odore repleta ex vnguento effuſo. Ioan.12. quod myſterium tangit Ambroſ. dicens. Quantumlibet mortui (ſcilicet peccatoris) ſit fœtor, ſcilicet infamiæ, ſtatim aboletur omnis, vbi ſacrum redoleuerit vnguentum (ſcilicet pœnitentiæ) & ſurgit defunctus (ſcilicet per gratiam) & ſolui iubentur eius vincula (ſcilicet peccatorum per miniſtros Eccleſiæ) qui adhuc in peccato eſt. Tollitur velamen de facie eius, quia non habet quod erubeſcat, cui peccatum dimiſſum

C eſt. In tanta domini gratia, tantóque diuini muneris miraculo,cùm oporteret vniuerſos lætari, commouebantur impij, & aduerſus Chriſtum conſilium congregabant. Nonne merito eorum ſucceſſores vos eſſe cognoſcitis, quorum duritie hæredes eſtis? Nam vos indignamini, & contra Eccleſiam congregatis conſilium,quia videtis in Eccleſia mortuos reuiuiſcere, & peccatorum indulgentia reſuſcitari.Itaq; (quod in vobis eſt) per inuidiam vultis rurſus interficere reſuſcitatos. Sed Ieſus non reuocat beneficia, immò cumulos liberalitatis amplificat, reuiuiſcit ſolicitè ſuſcitatus, & celebrata reſur-

D rectionis gloria lætus venit ad cœnam, hæc ille:de pœn. diſtinct.1.quantumlibet. Vnde fuerunt quidam heretici, qui dixerunt non poſſe niſi ſemel per pœnitentiam peccata purgari: contra quos arguit Aug. per rationes & exempla. de pœniten.diſtinct.3.adhuc inſtant perfidi. Et quia intentio prædicatoris eſſe debet peccatores ad pœnitentiam reducere, ideo parabola iſta eſſet optima materia prædicationis totius quadrageſimæ. Vt primò dicatur de peccatis capitalibus cum ſuis filiis, quibus quis elongatur à Deo:de quibus ſupra, & hoc in parte quadrageſimæ. Secundo de reuerſione ad pœnitentiam,

E & ibi de contritione, confeſſione, & ſatisfactione, in alia parte. Deinde de reſtitutione virtutum, fidei,ſpei,& charitatis, vt notandum eſt. Demum de communione & paſſione, & in fine in reſurrectione de conuiuio cœleſtis gloriæ, & reſurrectione, &c.

A.V.C. 12. Ioan.11. Ioan.12. Amb. c.7. lib.2.de pœn. Ioan.12. Aug. in li. de pœn. cap.5. 14 Euang. de filio prodigo materia prædicationis totius quadrageſimæ.

§. VIII.

DE parabolis quibus Chriſtus oſtendit immenſam Dei benignitatem & diligentiam in vocando homines ad conuiuium Eccleſiæ militantis

F & triumphantis. Et primò de militanti Eccleſia parabolam ſcribit ſolus Matthæus dicens. Simile eſt regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo &c. id eſt quod fit in Eccleſia, quæ dicitur regnum cœlorum. (cœli enim dicuntur boni fideles, quia eleuati à terra propter contemptum temporaliũ, & in his regnat & habitat Deus per gratiam) ſimile eſt ei quod narratur iſta ſimilitudine. Vbi nota quod quia omnis noſtra cognitio ortum habet à

Matth.22. Parabola de nuptiis filio Regis factis & eius expoſitio.

t 4 ſenſu,

A. V. C. 12.

Sermones de reb. ſpiritualibus ſunt per ſimilitudines rerum corporalium.

ſenſu, nec ſpiritualia & diuina poſſunt intelligi ab hominibus, præcipuè deditis ſenſibilibus vt communiter accidit, niſi manuducantur per exempla & ſimilitudines rerum ſenſibilium, quæ nouerunt, ideo in ſacris ſcripturis veteris & noui teſtamenti ſermones de rebus ſpiritualibus & diuinis ſunt per ſimilitudines rerum corporalium, vt inde aptius capiantur. Conſueuerunt autem homines maximè gaudere & delectari in conuiuiis, quorum præcipua ſunt, quæ fiunt in nuptiis, & in huiuſmodi appetunt perſonæ ſe reperire. Ideo ad exprimendum aliquantulum gaudium & refectionem ſpiritualem, quæ habetur ab electis, non ſolùm in futura gloria, ſed etiam hic in militanti Eccleſia, loquitur de ipſa ſub parabola conuiuij nuptiarum regalium, vt homines incitentur ad quærendum huiuſmodi refectionem ſpiritualem, cum omnes inclinentur ad gaudia & delectationes, & ſpirituales delectationes ſine comparatione vincant omnes corporales, vt perfectiores, propter quod dicit Bern. Guſtata ſuauitate ſpiritus, deſipit omnis caro. Homo iſte, Deus pater eſt, qui homo dicitur propter intellectum, aliter tamen & incomparabiliter exceſſiuum quàm homo vel Angelus, qui habitat lucem inacceſſibilem, ait Apoſtolus. 1. ad Timo. 6. Rex eſt, quia regit aſſiduè quos condidit. Pſal. Deus magnus Dominus & rex magnus ſuper omnes Deos. Filius eius eſt vnigenitus patris, ideo primo vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à patre. Tunc autem fecit pater nuptias filio quando eum incarnari conſtituit. Sponſam enim aſſumpſit naturam humanam, ex qua & Eccleſia, cuius eſt caput, cùm eam ſibi vniuit in vnitate perſonæ verbum caro factum, homine ſcilicet Deo aſſumpto non Deo conſumpto, huius thalamus fuit vterus virginis ſecundum illud Pſalmiſtæ 18. Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, vt gigas fortiſſimus ex gemina ſubſtantia: diuina & humana, exultauit ad currendum viam, id eſt alacriter & deſideranter, quaſi velociſsimè curreret, fecit viam de cœlo in terram. de quo myſterio incarnationis figurato in nuptiis Heſter & Aſſueri ſummè Angeli lætantur in patria dicentes. Apoc. 19. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriã ei, quoniam venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Et vocauit multos. Non dicit omnes, quia illi qui moriuntur paruuli, non purgati ab originali, & ſine vſu rationis, cuiuſcunque nationis ſint: etiam Chriſtianæ, non vocantur ad nuptias Eccleſiæ. Omnes alij vocati ſunt, qui vtique & multi ſunt, quia de omni natione, quæ ſub cœlo eſt. Et ante ipſas nuptias celebratas actu, id eſt, myſterium peractum incarnationis, vocati ſunt omnes, ſaltem per legem naturalem, quam qui ſeruabant, vocabantur etiam per occultam inſpirationem ſeu reuelationem ad credendum ſaltem de Deo, quia eſt, & quod inquirentium ſe, ſcilicet per bona opera, eſt remunerator, quæ remuneratio procurata eſt in iſtis nuptiis. Et tales, has nuptias intrabant Eccleſiaſticæ, vt membra eis, pauciſſimi tamen erant, vt Iob, cui & plenius reuelatæ ſunt nuptiæ iſtæ. Vocati ſunt ſpeciali modo populus Iudæorum per legem Moſaicam, per prophetas, & per exempla ſanctorum illius temporis. Et pro maxima parte, miſit ſeruos vocare inuitatos, cùm videlicet Deus aliquos ſanctos viros qui fuerunt veri ſerui eius perfectè ei obedientes, in mundo eſſe diſpoſuit, qui & verbis & exemplis alios ſollicitarent ad bonos mores ſecũdùm legem naturalem, vel etiam ſcriptam,

Spirituales delectationes vincunt carnalem.

Pſalm. 94.

Ioan. 1.

Heſt. 2.

Qui vocati ad nuptias.

Heb. 11.

A vel Patriarchas prophetas & gentiles. Et nolebant venire, quia vt dicitur in Pſalm. 13. & 52. Omnes declinauerunt, ſcilicet à via recta, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Gentiles declinauerunt omnes ad idololatriam, Iudæi ad legis inobedientiam, ſecundum illud Hier. 2. A ſeculo confregiſti iugum legis naturalis, rupiſti vincula, præceptorum, ſcilicet legis ſcriptæ. dixiſti, non ſeruiam ſcilicet Deo obediendo. Iterum miſit alios ſeruos ſcilicet Apoſtolos ſuos & diſcipulos ac martyres, & ipſum ſponſum

B Eccleſiæ, magiſtrum eorum in humanitate docentem & homines inuitantem ad nuptias, id eſt, ad fidem Nunc Dominus Deus miſit me (ait ipſe per Eſa. cap. 48.) & ſpiritus eius, Euangelizare pauperibus, vt prædicarem annum placabilem domino, & diem retributionis bonorum pro malis, dicens per eos. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui. Conuiuium enim refectionis ſpiritualis promiſſum eſt in veteri teſtamento ſecundum illud Eſa. 25. Et faciet Dominus in monte hoc conuiuium piguium, conuiuium medullatorum, conuiuium vindemiæ defœcatæ, & præcipitabit mor-

C tem in ſempiternum. Chriſtus & Apoſtoli nunciauerunt eſſe parata. Venite inquit Ieſus ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Mat. 11. Et iterum. Ego diſpono vobis, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, ait ipſe Luc. 22. Et quantum roboris tribuant cibi huius menſæ, & nuptiarum regalium oſtendit Pſal. dicens. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus qui tribulant me, ſcilicet reficientem & fortificantem contra Diabolum, carnem & mundũ. Quam exquiſitæ epulæ ſint inſinuat Apoſtolus. 1. Corinth. 2. dicens. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in

D cor hominis aſcendit, quæ preparauit Deus diligentibus ſe. Et princeps Apoſtolorum, ait. Regenerauit nos Deus in ſpem viuam, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem, conſeruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem parata reuelari in tempore nouiſſimo. Et infra. In quem credentes exultatis lætitia inenarrabili & glorificata. 1. Pet. 1. cap. Ipſe autem fides huius myſterij iam peracti, ſcilicet incarnationis, & ſpes perueniendi ad gloriam per hoc nobis paratam, eſt refectio ſpiritualis huius prandij Eccleſiæ. Ecce in

E præſenti dicit prandium meum paraui. Tauri mei & altilia occiſa. Tauri ſignant patres veteris teſtamenti, & altilia ſanctos noui teſtamenti, quorum iam defunctorum exempla nobis pronuntur imitanda, quæ nos in prandio huius militantis Eccleſiæ reficiunt, vnde Greg. in homil. Quid per tauros niſi patres veteris teſtamenti ſignificantur. Nam dum ex permiſſione legis acceperant quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent, vt ita dicam, quid aliud quàm tauri erant, qui inimicos ſuos corporeæ virtutis cornu feriebant? Quid verò per altilia niſi partes noui teſtamenti figurantur? qui

F dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis deſideriis innitentes, ad ſublimia contemplationis ſuæ pœna ſubleuantur. 23. quæſt. 4. cùm in lege. Notandum (dicit Greg.) quod in priori inuitatione nil de tauris & altilibus dicitur, in ſecunda autem iam tauri & altitia mactata memorantur, quia omnipotens Deus cùm verba eius audire nolumus, adiungit exempla, vt omne quod impoſſibile credimus, tanto nobis ad ſpectandum fiat facilius

A. V. C. 12.

Inuitati noluntvenire.

Iſ. 61.

Conuiuiũ in veteri teſtaméto promiſſũ.

Pſalm. 23.

Conuiuiũ hoc quantam vim habeat.

1. Pet. 1.

Gre. hom. 38. in Euã.

Tauri qd & altilia.

Greg. Ibi.

A.V.C. 12. lius, quanto per hæc tranſiſſe & alios audimus. Vel ſecundum Origen. præparatum prandium eſt., in quo tauri & ſaginata regis occiſa erant ſolidæ & rationabiles myſteriorum Dei eſcæ. Et omnia parata quæ ſcilicet pertinent ad myſterium dominicæ paſſionis & noſtræ redemptionis ſecundum Chryſ. Vel omnia parata, ſecundum glo. id eſt introitus regni apertus eſt per fidem meæ incarnationis, qui ante fuerat clauſus. Vel ſecundum Chryſ. Omnia parata ſunt, quia quicquid quæritur ad ſalutem iam impletum eſt in ſcripturis. Qui enim ignorans eſt, inuenit ibi quid diſcat, qui contumax eſt, inuenit ibi quid metuat, qui laborat, inuenit ibi promiſſa, quib. excitetur ad opus vel omnia parata ſunt. Nil deeſt in prandio Eccleſiæ de neceſſariis & conferentibus ad ſalutem & ſpiritualem refectionem, ibi enim ſacramenta purgatiua peccatorum, augmentatiua virtutum, cauſatiua ſpiritualium gaudiorum, ibi Angelorum eſca panis de cœlo habens omnem ſaporem ſuauitatis, & quid melius corpore & ſanguine domini ait Greg. 1. quæſt. 1. multi. Ibi in Eccleſia, ſcilicet ſcripturarum documenta, de quibus Pſal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo! Ibi diuina officia cantus organa ſuauè ſonantis Eccleſiæ venite ergo ad nuptias, ſcilicet Eccleſiæ dicebant Apoſtoli per orbem diſcurrentes, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum. Pſalm. 18. Et quid ſonabant prædicando ſubdit. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. i. myſterium incarnationis. Et quomodo ad nuptias venirent docebant per legem, ſcilicet domini immaculatam, de qua ſubdit. Lex domini immaculata, legem ſcilicet doctrinam Euangelicam accipiendo, legem charitatis ſeruando. At illi neglexerunt ſcilicet pro maxima parte. Nam pauci conuerſi ſunt ad fidem per Chriſtum & Apoſtolos, & primos prædicatores Euangelij, reſpectu remanentium in perfidia. Non venerunt ergo ad nuptias etſi inuitati per prædicatores qui non crediderunt. Et cauſa huius negligentiæ fuit vel inordinatus affectus ad delectationes corporales vel nimius appetitus ad diuitias temporales, vel perfidus contemptus circa res diuinas. Et hæc notantur, cùm dicitur. Abierunt alius in villam ſuam &c. Ad villam pergunt ciues ad recreationem corporis, quod de ſe non eſt illicitum. Sed cum quis ita delectationes & recreationes corporis quærit, vt negligat propter hoc accedere ad conuiuium Eccleſiæ per viam ſcilicet virtutum, iſte eo priuatur, & ſalute ſua. Qui ergo ne amitterent delectationes carnis, noluerunt doctrinam Apoſtolorum recipere, quæ erat in contrarium dicente Petro. 1. Petr. 2. Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam, ſicut & nunc multi ſunt quorum Deus venter eſt vacantes libidini ſicut equus & mulus, hi neglexerunt ad nuptias accedere. Alius ad negotiationem ſuam. Negotiatio propriè eſt cùm res emitur, vt ea in ſubſtantia, & qualitate non mutata carius vendatur, ſcilicet alio tempore vel loco: vt dicit Chryſoſt. diſtinct. 88. eiiciens. Hæc quamuis ex fine poſſit honeſtari, cum propter bonum finem ſcilicet exercetur, vt eſt ſuſtentatio ſui & ſuorum, prouiſio reipublicæ, ſubuentio pauperum, & debito modo fit: de ſe tamen videtur deſeruire cupiditati, quæ finem neſcit, cùm fiat propter lucrum. Et ideo per eam auaritia deſignatur, cui communiter mercatores vacant; bonorum autem authori inhærere non valemus (ſcilicet per fidem viuam)

Orig. in Mat. tract. 20.

In prãdio Eccleſiæ nihil deeſt.

Sacramenta Eccleſiæ quam vim habeant.

Cauſſæ cur homines ad nuptias non accedunt.

Chryſ. hõ. 38. in Mat. c. 21. Negotiatio qd.

Greg ep. in li. 7. ad Serg.

A nisi cupiditatem à nobis, quæ radix eſt omnium malorum, primo ad Timoth. 6. funditus eleuamus, ait Gregor. diſtinct. 47. bonorum inquantum ſcilicet amor ſubſtantiæ temporalis præponitur Deo. Multi igitur non audierunt aſſentiendo prædicationibus diſcipulorum Chriſti, quia auaritiæ dediti erant, vnde & Paulus dicebat. 1. ad Tim. 6. Diuitibus præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum ſuarum &c. Vel aliter ſecũdum Hilarium. Alius in villam, alius ad negotiationem exponitur ambitione ſęculi tanquam villa homines occupantur, inquantum videlicet in villa habetur dominium per poſſeſſionem eius, & plures ob pecuniæ cupiditatem negotiatione detinentur. Vel ſecundum Gregor. per villam exercitatio terreni laboris, per negotiationes aliæ mundi actiones. Quia ergo alius intentus labori terreno, alius verò mũdi actionibus deditus, myſterium dominicæ incarnationis penſare, & ſecundum illud viuere diſſimular, quaſi ad villam vel negotium pergens, ad nuptias regis venire recuſat. Reliqui vero contumeliis affectos occiderunt, ſcilicet ſeruos inuitantes. Et hi fuerunt maligni & peſſimi homines qui Chriſtum & Apoſtolos & alios martyres occiderunt prædicantes veritatem, quorum primi fuerunt Iudæi perſequentes Eccleſiam, deinde alij tyranni Gentiles, vt imperatores Romani & alij principes mundi infideles. Quod audiens rex turbatus eſt ira non propriè, ſed tranſlatiue in Deo dicitur, id eſt, ad ſimilitudinem hominum qui dicuntur irati cùm puniunt. Vnde Gregor. Ira Dei non eſt vt hominis, id eſt concitati animi perturbatio, ſed tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio. de pœnit. diſtinct. 3. productior. Et miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos. Exercitus regis ſuperni ſecundum Gregor. ſunt agmina Angelorum in hominibus eius omne iudicium eius per Angelos exercetur, miniſterio ergo eorum perſecutores Eccleſiæ qui Apoſtolos & martyres occiderunt, vt doctrinam Euangelicam extinguerent, perdidit Deus, & temporaliter malè perdendo, & æternaliter ad damnationem deputando. Et ciuitatem eorum igni ſuccendit, quia ſecundum Greg. illorum non ſolùm animæ, ſed & caro quoque in qua habitauerunt æternæ gehennæ flammis cruciatur. Vel etiam ſecundum Origen. Ciuitas horum impiorum eſt peruerſum dogma variorum infidelium, quod totum conſumitur & eradicatur.

Notandum autem quod ſecundum aliquos doctores prima & ſecunda vocatio per ſeruos ad nuptias exponitur & refertur ad populum Iudæorum, vt prima vocatio ſit inchoata in Abraham, cui facta fuit ſpecialis promiſſio de incarnatione. ibi. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, & conſequenter per alios Patriarchas inuitatio ante vocationem videtur intelligenda per legem inſitam naturalem, quæ inſtigat ad bonum, & appetit naturaliter fœlicitatem. Secunda vocatio intelligitur inchoata per Moyſem data lege, & continuata perſequentes prophetas vſque ad Chriſtum & Apoſtolos in Iudæa prædicantes. Et per illos qui neglexerunt euntes in villam, intelligit Chryſoſt. populares Iudæorum, quos mundi delectatio ſeparauit à Chriſto. Et per eũtes ad negotiationem intelligit ſacerdotes illius populi & cæteros miniſtros templi deditos auaritiæ, quibus & Chriſtus dixit. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis, & ideo à fide vera ſeparatos. Qui verò odio & inuidia malignitatis Chriſtum & Apoſtolos occiderunt,

A.V.C. 12.

Hila. can. 22. in mal.

B Gre. hom. 38. in euã.

C Ira in Deo quid Gre. in ea. hõ.

D

E Gen. 22.

F Ioan. 2.

t 5

A.V.C. 22.

cidérunt, hi ſignantur per occiſores, contra quos iratus rex cœleſtis obſtinatos in perfidia, miſit exercitus ſuos ſcilicet ſecundum Hieronym. Romanos ſub principib. Tito & Veſpaſiano, qui perdidit eos & diſperſit reliquias remanentes, & ciuitatem Hieruſalem principalem incendit, & ad nihilum reduxit. Et dicuntur exercitus Dei cùm tamen eſſent infideles ipſi Romani cum principibus ſuis quia iuſſu & diſpenſatione Dei excitati ſunt ad puniendum illos, vt dicitur.23.quæſt.5.§.vltim. Et quod ſequitur. Tunc dixit rex, Ite ad exitus viarum, & omnes vocate &c. exponitur de vocatione gentium, quando ſcilicet Iudæis repellentibus Apoſtolos de finibus eorum, diſperſi ſunt per orbem ad prædicandum gentibus. Poteſt tamen ſecunda vocatio exponi magis generaliter, vt dictum eſt, vt inchoata dicatur in Chriſto & Apoſtolis, & terminata in pace Eccleſiæ, data à Conſtantino conuerſo ad fidem.

Dei propoſitũ fruſtrati non poteſt.

Propoſitum tamen Dei & præordinatio deficere ſeu fruſtrari non poteſt, quin habeat numerum electorum ſuorum in Eccleſia militanti & poſtea triumphanti, vnde dixit rex miniſtris ſuis, id eſt, prælatis Eccleſiæ vel Angelis, qui præpoſiti ſunt in vocatione gentium, quibus reuelat ſecreta ſua & ordinationes. Et hoc eſt eis dicere.

Gentes vocati ad nuptias.

Nuptiæ quidem paratæ ſunt. Sed qui inuitati fuerunt non fuerunt digni. q.d. præparata eſt refectio ſpiritualis & æternalis per myſterium incarnationis & multi erant inuitati & vocati, & præcipuè Iudæi per prædicationis exempla & miracula oſtenſa. Sed ex quo ſe fecerunt indignos ex ſua negligentia vel malitia, non ex parte mea, (quia Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ait Apoſtolus.1.ad Timo.2.) Ite ergo ad exitus viarum, vos ſcilicet prædicatores, ad Gentiles qui ſecundum Remigium erant in exitibus viarum, id eſt in erroribus, qui ſunt extra viam veritatis.

Chryſ. ſup. Matth.

Vel ſecundum Chriſoſt. ad omnes peccatores cuiuſcunq; conditionis, qui ſunt extra viam virtutum quæ ducit ad Deum, & in diuerſis vitiis, quę ducunt ad Diabolum. Vel ſecundum Gregorium, quia in ſcriptura ſacra viæ actiones dicuntur hominum, exitus viarum intelligi poſſunt defectus actionum, quia illi facilius ad Deum veniunt, quos in terrenis actionibus nulla proſpera comitantur. Et omnes quos inueneritis vocate ad nuptias.

Amb. lib. 1. de pœnit. cap. 1.

Ambroſ. Deus nullum crimen excipit, qui peccata omnia donauit. de pœniten. diſtinct.1. nemo poteſt, ſcilicet venienti ad has nuptias per baptiſmum & pœnitentiam. Venitur enim non pedibus, ſed fide & moribus. Egreſſi autem ſerui vel Apoſtoli de Iudæa ad ciuitatem gentium euntes, intelliguntur vel Angeli ab interioribus diuinæ conſultationis, ad myſteria agenda ibi compræhenſa, ad exitus viarum, id eſt, ad homines in diuerſis ritibus conuerſantes extra verum cultum Dei congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos,

Hier. lib. 3. in Mat. in cap. 22.

quia ſecundum Hier. inter Gentiles infinita diuerſitas. Nam aliqui deditì erant honeſtati & vitæ morali, etſi infideles, & hi dicuntur boni. Alij dediti ſceleribus, & hi mali. Ex vtroque tamen genere ad nuptias Eccleſiæ conuerſi ad fidem congregati ſunt. Vel boni dicuntur verè conuerſi ad fidem. Mali, fictè accedentes, vt Simon Magus, quos tamen prælati Eccleſiæ miniſtri regis huius ſimul admiſerunt ad ſacramenta, quia bonos ſe oſtendentes fictionem eorum ignorauerũt. Vel bonos & malos electos & reprobos qui etſi verè conuerſi fuerunt, vitiis poſtea ſe implicarunt, vt Nicolaus vnus

A.V.C. 22.

A ex ſeptem diaconibus. Et impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium, quia Eccleſia repleta eſt conuerſorum ad fidem,

Quando nuptiæ impletæ.

quod præcipuè fuit quando pace data Eccleſiæ poſt perſecutiones imperatorum infidelium data eſt facultas, & libertas à Cõſtantino ædificandi & efficiendi publicè Eccleſias, & idola deſtruendi, & concilia congregandi & prędicandi publicè, impleta eſt domus Eccleſiæ, bonis tamen & malis immicis: Vnde Gregor. in homil.

Gre. hom. 38. in euã.

In Eccleſia & boni ſunt & mali.

Hæc vita quæ inter cœlum & infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita vtrarúmque partium ciues communiter recipit, quos tamẽ ſancta Eccleſia & indiſcrete

B ſuſcipit, & poſtmodum in egreſſione diſcernet. Si ergo boni eſtis, quamdiu ſubſiſtitis æquanimiter tolerate malos, quia quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiam teſtis eſt, quia bonus non eſt.23.quæſt.4. hæc autem vita. Item Auguſt. Sponſus ille qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, congruens inuitatis naſci voluit de bonis & malis. Quo exemplo diſcant filij parentum ſuorum iniquitatem ſibi obeſſe non poſſe. diſtinct. 56. cap. ſponſus. Impletæ ſunt nuptiæ ſcilicet bonis & malis: quoniam ſecundum Orig. bonos & malos oportuit quidem vocari, non vt mali remanerent mali,

Origen. in Mat. tract. 20.

C ſed vt deponerent veſtimenta contraria nuptiis, & induerent veſtimenta nuptialia, de quib. Apoſtolus ad Col.4. Induite vos viſcera miſericordiæ, & benignitatem &c. Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes. Chryſoſt. Hoc non dicitur quia ipſe Deus alicubi non ſit, ſed quia vbi vult per iudicium aſpicere ibi dicitur præſens, vbi autem non vult per iudicium aſpicere, ibi dicitur abſens, ſcilicet pro eo tempore, dies autem aſpectionis eſt dies iudicij, quando viſitaturus eſt Chriſtianos qui ſuper menſam ſcripturarum vel ſacramentorum nunc recumbunt.

Chryſ. ſup. Matth.

Deus quo modo intrat vbi non eſt.

D Vidit autem, dicitur ibi, hominem, quia videre facit omnes, in iudicio demum vniuerſali malos cum malitiis eorum. vnde ſubdit. Non veſtitum veſte nuptiali. Singulariter dicit hominem, quia ſecundum Origen. vnius generis ſunt omnes qui ſeruant malitiam poſt fidem, quã habuerant, per veſtem nuptialem intelligitur charitas ſecundum Gregor. quia hanc dominus habuit, dum ad ſociandum ſibi Eccleſiam venit: intrat ergo ad nuptias, ſed ſine veſte nuptiali, qui in Eccleſia fidem habet, ſed charitatem non habet, de qua veſte charitatis dicitur in Pſal.44. de Eccleſia. Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, quo ſcilicet ad bonos.

Gregor. in ea homil.

Fidem habens & nõ charitatẽ intrat ad ad nuptias & expellitur.

E Vel ſecundum Auguſtinum ſine veſte nuptiali venit ad nuptias, qui quærit ibi gloriam non ſponſi, ſed ſuam. Vel ſecundum Hilarium, veſtis nuptialis eſt gratia ſpiritusſancti, & candor cœleſtis habitus, id eſt, puritas, de qua dicitur Eccle.9. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida, id eſt, conuerſatio munda. Vel ſecundum Hieronym. Veſtis nuptialis eſt obſeruantia legis & Euangelij, quaſi noui hominis veſtimentum, quam qui ſub nomine Chriſtiano in die iudicij non habuerit, corripietur. vnde ſubditur. Et ait illi. Amice quomodo huc intraſti

Aug. cont. Fauſtum.

Hil. ſup. Mat. c. 22.

Hier. lib. 3. in Matth. c. 22.

F non habens veſtem nuptialem. Amicum vocat, quia inuitatus eſt ad nuptias vt amicus per fidem, intrat enim & manet ibi, quia cum aliis Chriſtianis connumeratur, & ad ſacramenta admittitur. Sed impudentiæ arguitur, quia veſte ſordida munditias polluit nuptiales. Sicut enim per bonos Deus honoratur, & Eccleſia decoratur, ita per malos fideles ex peccatis eorum dominus blaſphematur. vt dicit Apoſtolus.1.Pet.2. & Eccleſia decoloratur. At ille

obmutuit

A.V.C. 12.

obmutuit. Qui peccat & non induit dominum Ieſum, ſcilicet ſuſcipiendo fidem & baptiſmum. ait Orig. habere videtur aliquam excuſationem ignorantiæ & huiuſmodi, ſed Chriſtianus nullam, cum ſciat quomodo conuerſari oportet, & ideo obmuteſcit. Infidelis etiam quia iam iudicatus eſt, & nota eius damnatio, ideo in iudicio non arguitur, nec diſcutitur vita eius, ſed tantũ damnatur. Sed malus Chriſtianus examinatur & interrogatur, quomodo intrauerit ſine veſte nuptiali. Sed obmuteſcit, quia conſcientia eius ſibi indicat mala opera ſua, & iuſte damnandum. Et quia non eſt tempus amplius pœnitendi, vel voluntatem mutandi, ideo dicit rex miniſtris. Ligatis manibus eius & pedibus. Manus ſunt opera, pedes affectus, qui tunc dicuntur ligati, quia aufertur facultas operandi vel volendi bonum meritorium. Miniſtri eius ſunt Angeli de quibus dicitur Matt. 13. Exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Mittite in tenebras exteriores, id eſt, in infernum, terram tenebroſam & opertam mortis caligne. Iob. 10. Nam etſi ibi ſit ignis crucians, eſt tamen non lucens eis, ſed obſcurus & fumigans & fœtulentus. Vel ſecundum Gregor. ligantur tunc manus & eorum pedes per diſtrictionem ſententiæ, qui modo à prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem vitæ, vel tunc ligat pœna, quos modo à bonis operibus ligauit culpa: tenebras interiores dicimus cœcitatem mentis, exteriores verò tenebras damnationem æternam. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Hier. 16. per metaphoram membrorum corporalium, magnitudo oſtenditur tormentorum, vel etiam membra deſcribuntur ad comprobandum reſurrectionis corporum veritatem, vt ſecundum Gregorium illic dentes ſtrideant, ſcilicet corporis, quæ hic de edacitate gaudebant. Illic oculi defleant, qui hîc per illicitas concupiſcentias verſabantur quatenus ſingula membra ſupplicio ſubiaceant, quæ hîc ſingulis quibúſque vitiis ſubiecta ſeruiebant. Et quia nuptiali conuiuio non initium ſed finis quæritur, ideo ſubditur. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Hilarius. In inuitatis enim ſine exceptione publicæ bonitatis humanitas eſt. In inuitatis vero vel vocatis de iudicio meritorum probatis electio eſt. Nonnulli enim, ait Gregor. bona nec incipiunt, nonnulli vero in bonis quæ inceperunt minimè perſtiterunt. Tanto ergo vnuſquiſque metuat, & in humilitate ſe deprimat quanto ſi ſit electus ignorat. Elegit nos ait Apoſtolus ad Epheſ. 1. ante conſtitutionem mundi vt eſſemus ſancti, & immaculati, id eſt, ſine macula mortalis, & ſancti, id eſt, firmi & perſeuerantes, quia igitur hoc eſt proprium electorum eorum qui vocati intrant nuptias Eccleſiæ, per fidem multi, ſunt pauci qui ſunt ſine mortali & in bono perſeuerantes. Ideo multi vocati & pauci electi.

Christian' nullã excuſationẽ peccati habere poteſt.

Pœnæ dãnatorum quæ.

Electus ſi ſit ignorat.

§. IX.

Parabola de talẽtis. Matt. 25. c.

Summa parabolæ.

PArabolam de talentis in diuerſo numero ſeruis conceſſis à Domino narrat ſolus Matthæus quam Chriſtus prope tempus paſſionis Iudæis prædicauit dicens. Homo quidam peregre proficiſcẽs vocauit ſeruos ſuos &c. Vbi oſtenditur rigor diuinæ iuſtitiæ in exigenda ratione in particulari per mortem iudicio, vel vniuerſali in fine mundi de bonis nobis conceſſis: vnde primo ponitur bonorum à Deo varia collatio, ſecundo collatorum ab homine diuerſa exercitatio, tertio exercitatorum congrua retributio. dicit ergo. Homo quidam peregre proficiſcens. Homo iſte ait Gregor. redemptor noſter eſt, qui in ea carne quam aſſumpſit, abiit in cœlum. Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrinam ducitur, dum per redemptorem noſtrum in cœlo collocatur. Vel ſecundum Orig. dici poteſt quod Deus peregrinatur in nobis ambulantibus per fidem, non per ſpeciem. Cùm enim ſumus in hoc corpore, ait Apoſtolus. 2. ad Corinth. 5. peregrinamur à Domino. Vocauit ſeruos ſuos ſiue Apoſtolos ſiue omnes fideles ſiue omnes homines qui diuerſis modis ſerui eius dicuntur, vel obedientia mandatorum eius, vel ſeruitute latriæ, vel prouidentia vniuerſali. Tradidit illis bona ſua. Omnia quæ habemus bona ſunt domini. Quid enim habes quod non accepiſti, inquit Apoſtolus. 1. ad Corinthios 4. Et vni dedit quinque talenta, alij autem vnum. Hilarius, In quinque, duobus, & vno talentis, diuerſas gratias intelligimus, quæ vnicuique traditæ ſunt. Magis autem particulariter iſta talenta à diuerſis diuerſimode exponuntur, & aliqui tantum pro doctrina tradita Apoſtolis & aliis communicanda populis exponunt, vt Orig. 16. qui dicit quod diſpenſationem eloquiorum Dei à Chriſto alij acceperunt amplius, alij minus & vt ita dicam, neque in dimidio rerum negotia intelligentes comparatione eorum qui multo ſunt meliores, alij adhuc minus quaſi vnum talentum. Et quinque quidem accepit talenta, qui omnia ſenſibilia ſcripturarum poſſit adducere ad ſenſus diuiniores. Duo, qui eſt corporali doctrina edoctus, id eſt ſenſu literali. Duo enim videtur carnalis numerus eſſe, ſcilicet in ſtatu matrimonij. Sic adhuc minus potenti, vnum talentum paterfamilias dedit. Aliter ſecundũ Greg. in homil. Vni dedit quinque talenta &c. Quinque talentis domini quinque ſenſuum exteriorum ſcientia exprimitur, id eſt, magna notitia & adminiſtratio rerum temporalium, quæ per ſenſus apprehenduntur, duobus vero talentis intellectus & operatio deſignatur, vnius autem talẽti noĩe intellectus exprimitur. Duplicat autem ea negotiando qui quinq; talenta acceperat quia acceptis terrenis ſenſib. vt ait Hie. cœleſtium ſibi notitiam duplicauit, ex creaturis intelligens creatorem, ex corporalibus incorporalia. Vel ſecundum Gregor. Qui ex ſcientia corporalium aſſurgit perfectus in cognitionem diuinorum, ea vtens & dirigens ad Dei contemplationem & amorem vel debitè adminiſtrationem temporalium exercet: vel quinque accipiunt & multiplicant ſecundum Gregor. qui etſi myſtica & ſuperna penetrare non poſſunt, pro intentione tamen ſupernæ patriæ docent recta quos poſſunt, & dum ſe à voluptatib. & aliis vitiis cuſtodiunt, ab his etiam alios admonendo compeſcunt. Vel duo talenta accipit, qui & virtutem bene operandi, & intelligentiam ſupernorum accipit, ſecundum Gregorium. Aliter ſecundum Hilarium. Vni dedit quinque talenta. Qui quinque talenta acceperat populus eſt ex lege credentium, id eſt, Iudaicus, ex qua profectus meritum ipſius rectè probéque perfunctus, euangelicæ fidei operationem duplicauit. Quinque enim ſunt libri legis Moſaicæ. Qui duo accepit, gentium populus eſt fide atque confeſſione filij iuſtificatus & patris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Deum atque hominem & ſpiritu & carne confeſſus eſt. Sicut enim populus Iudæorum omne ſacramentum quod in quinque talentis, id eſt,

A.V.C. 12.

Ex D. Th. in cat. aur.

Gre. hom. 9. in euãg.

Orig. trac. 33. in Mat.

Hilar. in Mat. c. 27.

Gregor. in homil.

Talenta quinque quæ ſint vel duo.

Gregor. in hom.

Hilar. in Matt. can. 27.

A.V.C. 32.

id eſt, in lege cognouerar idipſum fide euangelij duplicauir, ita iſte populus gentilis incremento duorum talentorum intellectum atque operationem promeruit. Qui aurem vnum acceperat, quod abſcondir in terra, populus eſt in lege perſiſtens, qui proprer inuidiam ſaluandarum gentium in terra acceptum talenrum abſcondit. In terra enim talentum abſcondere, eſt nouę prædicationis gloriam ſub obtrectatione corporeæ paſſionis occultare. Aliter, vni dedit quinque talenta &c. per quinque talenta poſſunt intelligi quinque genera bonorum, quæ Deus confert aliquibus ex ſeruis ſuis. Vt primum ſit bonum narurææ:ſcilicet, corporis & animæ cum ſuis potentiis, ſecundum ſit bonum fortunæ, vt diuitiæ, potentia, gloria & huiuſmodi, tertium ſir bonum gratiæ gratum facientis cum virtutibus & donis: quartum ſit bonum gratiæ gratis datæ, vt prophetia, operatio miraculorum, & huiuſmodi: quintum ſit bonum gloriæ, id eſt Euchariſtia, vbi realirer eſt ipſe Deus, quæ eſt conſummatio omnium ſacramentorum, & finis, id eſt, eius conficiendi & adminiſtrandi facultas, vt in ſacerdorib. hæc quinque genera bonorum aliquibus dedit Deus, qui ea multiplicauerunt, inquantum debite ſe exercentes in eis meritum auxerunt gratiæ & gloriæ. Duo autem accipit, qui recipit & bona naturæ & bona gratiæ gratum facientis, etſi alia deeſſent, vel parum de eis, quod commune eſt omnibus in baptiſmo, & poſtmodum iterum in vera pœnitentia. Qui ea duplicant quando rectè eis vtuntur, vel ad dilectionem Dei & proximi referunt. Vnum autem accipir & nulli negatur, ſcilicet bonum naturæ. Qui & hoc abſcondit, cum non ſequitur dictamen rationis. Sed abſcondit in rerra cùm rationem obfuſcat terrenis ſe implicans. Vnicuique dedit ſecundum propriam virtutem. Quantum ad talenra doctrinæ & cognitionis, dat Deus ſecundum virtutem capacitatis. Quantum vero ad talenta gratiæ & virtutum, dat ſecundum virtutem conatus ad ea recipienda. Et profectus eſt ſtatim. Glo. non locum mutans, ſed liberam eis poteſtatem operandi permittens, ſuo arbitrio relinquens. Qui ergo quinque talenta acceperat operans cum eis lucratur alía quinque, cùm exercens ſe in bonis receptis, in dicendo, vel in ſenſationibus corporis & animæ potentiis, in bonis remporalibus, in virtutibus & gratiis gratis datis & ſacramenris merita multiplicat. Similiter qui duo tandem lucratur. Qui vnum non exercet, eſt qui otio & omiſſione marcet. Poſt multum vero temporis. ideo hoc dicit, ait Hieron. quia grande tempus eſt inrer aſcenſionem ſaluatoris & ſecundum eius aduentum. In quo etiam, inquit Chryſoſt. Vide dominum etiam vbique non confeſtim expectantem rationem, vt diſcas eius longanimitatem. Vel etiam ſecundum Orig. Poſt multum temporis, id eſt, poſtquam dimiſit aptos ad negotiandum animarum ſalutem. Er ideo forſitan non facilè inuenitur quis ex eis qui apti fuerunt ad huiuſmodi opus, vr cito rranſeat de hac vita. Sicut manifeſtum eſt ex eo quod Apoſtoli ſenuerunt, vt patet de Petro & Paulo. Venit dominus ſeruorum. Origen. Obſerua in hoc loco quia non ſerui ad dominum vadunt vt iudicentur, ſed dominus venit ad omnes cùm tempus impletum fuerit, id eſt, præordinatum. Et poſuit rationem cum eis. Hieronym. In ratione ponenda iudicij eſt examen. Auguſt. Animalia ſcilicet bruta de ſuis factis nullam rationem reddituræ ſunt, quia rationabilia non ſunr, homines vero quia rationabiles ſunr facti, & de ſe & de omnibus rebus, quas in vſum vitæ præſentis acceperunt, rationem redditurí ſunt Deo, & pro actuũ ſuorum qualitate recipienr aut pœnam aut gloriam. 15. quæſt. 1. cap. firmiſſimè tene. §. ex eo. Gregór. in homil. Hæc lectio conſiderare nos admonet, ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur, ab authore mũdi grauius inde iudicemur. Cùm enim augentur dona & rationes donorum creſcunt. Tanto ergo humilior atq; ad ſeruiẽdum Deo promptior quiſq; debet eſſe ex munere, quanto ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddẽda ratione. Et accedens qui quinque talenta acceperar. Origen. Fiducia fecit eum audere, vt ad dominum primus accederet. Et ſeruus iſte qui geminata retulir talenta, à domino laudatur, atque ad æternam remunerationem perducitur, vnde ſubditur. Euge ſerue bone & fidelis. Rabanus. Euge interiectio eſt lætantis per quod gaudium ſuũ Dominus exprimit, qui bene laborantem ſeruum ad gaudium æternum inuitat de quo Propheta ait. pſalm. 20. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Serue bone, Chryſoſt. qui de bono loquitur, quod eſt ad proximum. Fidelis, quia nihil eorum quæ ſunt Dei ſibi appropriat. Quia ſuper pauca fuiſti fidelis Hieronym. quia omnia quæ in præſenti habemus licet magna videantur & plutima, tamen comparatione futurorum parua & pauca ſunt. Supra multa te conſtituam. Tunc ſecundum Gregor. ſuper multa conſtituitur, quando deuicta omnis corruptionis moleſtia de æternis gaudiis in illa cœleſti ſede gloriatur. Tunc etiam ad domini ſui gaudium perfectè intromittitur, quando in illa æterna patria aſſumptus atque Angelorum cætibus, ſic interius gaudet de munere, vr non ſit quod exterius doleat de corruptione. Hieronym. Quid autem maius dari poteſt fideli ſeruo, quàm eſſe cum domino, & videre gaudium domini ſui? Per hoc enim verbum ait Chryſoſt. omnem beatitudinem oſtendit. Auguſt. Hoc enim erit plenum gaudium noſtrum, quo amplius non eſt frui Deo trinitate, ad cuius imaginem facti ſumus. Accedens autem & qui duo acceperat &c. Origen. Intellige acceſſum, tranſitum ex hoc mundo ad illum. Vtrique ſeruo ait Hieron. ſcilicet & qui de quinque decem fecerat, & qui de duobus talentis quatuor fecerat, idem patrisfamilias ſermo blanditur, vtrunque etiam ſimili gaudio recipir, non conſiderans lucri magnitudinem, ſed ſtudij voluntatem. Er inde ait Origen. quoniam eadem dicta ſunt ambobus, ſcilicet intra in gaudium ne forte qui minorem habuit virtutem, totam illam quam habuit ſecundum quod oportebat exercuit, nihil minus habiturus ſit apud Deum, quàm ille qui fuit in maiori virtute, hoc enim ſolum quæritur, vt quod habuerit homo ex Deo toto eo vtatur ad gloriam Dei: hæc ſanè intelligenda, videlicet vt omnes qui virtuosè operantur, licet vnus alrero copioſius & perfectius, ſimili gaudio fruatur in genere, quia omnes Deo fruuntur, & omnino quietantur in Dei viſione, ſed in particulari illi limpidius vident & plenius fruuntur, qui hîc ardentius Deum dilexerunt, & gaudio accidentali plus recipiunr, qui pro Deo hîc laborauerunr plus. Accedens autem & qui vnum talentum acceperar. Hieronym. Verè quod ſcriptum eſt, ad excuſandas excuſationes in peccatis, etiam huic ſeruo contigit vr ad pigritiam & negligentiam, ſuperbiæ quoq; nomen adiiceret. Qui enim debuit inertiam ſimpliciter

Quinque bonorum quam Dei confert aliquib. ex ſeruis ſuis.

In Euchariſtia realiter Deus eſt.

Hie. lib. 4 in Matth. cap. 25.

Orig. 16.

Hier 16.

Aug de fide ad Pet. cap. 30.

A.V.C. 32.

Homines quare rationẽ ſunt reddituri.

Gre. hom. 9 ſup. euã.

Omnia quæ in præſenti habemus parua ſunt.

Augu. 1. de Trin. ca. 8.

In beatitudine quæ conueniãt omnib. & quæ propria ſunt.

A.V.C. 22.

ſimpliciter conſiteri,& orare patremfamilias conuerſo calumniatur, & dicit ſe prudenti feciſſe conſilio:ne dum lucra pecuniæ quæreret,etiam de ſorte periclitaretur. Vnde dicit,Domine ſcio quia homo durus es &c.Origen.Verè durus eſt Dominus iis qui miſericordia eius abutuntur ad negligentiam, non ad conuerſionem. Hier. Si non conuertimur, ſi duri colli ſumus, ſi in peccatis vſque ad mortem illicite perduramus, aſſidue peccantiũ non miſeretur Deus di. 93.diaconi. Metis,vbi non ſeminaſti,colligis, vbi nõ ſparſiſti. Orig.Intelligimus,quod verè Dominus noſter metit,vbi non ſeminauit, quoniam iuſtus ſeminat in ſpiritu,ex quo metit vitam æternam.Congregat etiã vbi non ſpargit, quia ſibi computat eſſe collata quæcunque in pauperibus fuerint ſeminata vel ſecundum Hie.intelligimus per hoc etiam Gentilium & Philoſophorum vitam bonam quam recepit Dominus,vt ducat ad fidem. Timui enim te.Gre. Sunt pleriq; intra Eccleſiam(quotũ iſte ſeruus imaginẽ tenet) qui melioris vitæ vias aggredi metuunt: & tamen iacere in ſui corporis ignauia non pertimeſcunt,cùmq; ſe peccatores conſiderant,ſanctitatis vias accipere trepidant, vel ſecundum Hilar. per hunc ſeruum populus intelligitur Iudæorum in lege perſiſtens,dicens Timui te, tanquam metu veterum præceptorum, ab vſu euangelicæ libertatis abſtineat,dicatq;. Ecce quod tuum eſt, ſcilicet talentum,velut in his,quæ à Domino præcepta ſunt,fuerit immoratus, cùm tamẽ ſciuerit metendos illic iuſtitiæ fructus vbi lex ſata non ſit, & colligendos ex gentibus qui non ex Abrahæ ſunt ſtirpe. Sed quod putauerat ſe pro excuſatione dixiſſe,ait Hier.in culpam propriam vertitur. Vnde ſequitur. Reſpõdit ei Dominus.Serue male & piger.Seruus autem malus dicitur,ait Hier.quia calumniã domino fecit, piger: quia talentũ noluit duplicare, Vt in altero ſuperbiæ, & in altero negligentiæ condemnetur.Oportuit ergo te committere pecuniam meam nũmulariis.Hie. Si inquit durum & crudelẽ me eſſe noueras,& aliena ſectari,tu ſcires.i.ſcires me mea diligentius quęſiturum,& dares pecuniam meã nummulariis. Pecunia prædicatio eſt euangelij & ſermo diuinus, qui dari debuit nummulariis vel cæteris doctorib.quod fecerunt Apoſtoli per ſingulas prouincias præsbyteros & epiſcopos ordinando, vel cunctis credentibus qui poſſunt pecuniam duplicare, & cum vſuris reddere,vt quod ſermone didicerunt,opere expleãt. vnde dicitur. Et veniẽs cum vſuris exegiſſem q; meũ eſt. Greg.Sicut periculum doctorum aſpicitur,ſi dominicam pecuniam teneant,ideſt,doctrinam,ita & auditorum quia cum vſuris ab eis exigitur quod audierunt, vt. ſ. ex eo quod audiunt, ſtudeant etiam intelligere non audita, adde & operari. vnde Nico. Pa.Sicut non leue diſcrimen incumbit pontificibus ſiluiſſe quod congruit,ita non mediocre(quod abſit) periculum eſt iis qui cùm debeant parere, deſpiciunt diſt. 43.diſpenſatio. Cum vſuris exegiſſem, vt vſuram vocat mutiplicationem honorum conceſſorum ſpiritualem de qua vſura ſpirituali dicit Leo pa. Fœnus exercere debemus hoc ſolum & aſpicere, vt quod hic miſericorditer tribuimus, à domino (qui multipliciter & in perpetuum menſura tribuit) recipere valeamus. diſtinct. 46. ſicut non ſuo.Gregor.Pigrum ſeruum qua ſententia dominus feriat audiamus. Tollite ait dominus ei talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Grego. Opportunum videbatur vt ei potius qui duo talenta acceperat quàm qui quinque daretur. Illi enim dari debuit qui minus habuit.Sed cùm per quinque talenta ſciẽtia exteriorum deſignatur, per duo autem intellectus & operatio, plus habuit qui duo quàm qui quinq; talenta acceperat, quia qui per talenta quinque exteriorum adminiſtrationem meruit,ab intellectu æternorũ adhuc vacuus fuit.Vnum ergo talentum per quod intellectum ſignari diximus,illi dari voluit qui bene exteriora, quæ acceperat miniſtrauit, quod quotidie in ſancta Eccleſia cernimus, vt etiam intelligentia interna polleant, qui exteriora fideliter adminiſtrant. vel ſecundum Hier, datur talentum ei qui decem fecerat, vt intelligamus licet æquale ſit gaudium in vtriuſque labore, ſcilicet qui quinque & qui duo duplicauit, tamen maius debetur eis præmium, qui plus in domini pecunia laborãt. Æquale intelligitur in genere vt ſupra dictũ eſt. Omne enim habenti dabitur &c. Qui gratiam ſermonis & doctrinæ habet ad proficiendum non vtẽs ea,inquit Chry.gratiam perdit. Qui autem ſtudium adhibet,amplius attrahit donum. Ei autem qui non habet & quod habet auferetur ab eo.Hie.Multi cùm ſint ſapientes naturaliter,& habeant acumen ingenij,ſi fuerint negligentes, & deſidia bonum naturæ corruperint,& perdũt bonum naturæ & præmium quod eis fuerat repromiſſum videtur ad alios tranſire. Poteſt etiam ſic intelligi. Qui fidem habet & bonam in domino volũtatem, etiam ſi quid minus in opere, vt homo habuerit, dabitur ei à bono iudice. Qui autem fidem non habet, etiam cæteras virtutes, quas naturaliter videbatur habere perdet vel etiam ſecundum Greg.Qui charitatem non habet, & ea etiam quæ percepiſſe videbatur, amittit. Seruus autem malus,ait Chryſoſt.non ſolum damno punitur,ſed etiam intolerabili pœna, vnde ſubditur. Inutilem ſeruum mittite in tenebras exteriores.Vbi ait Orig, nulla illuminatio eſt forſitan nec corporalis, nec eſt reſpectio Dei illic, ſed quaſi indigni ſpeculatione Dei,[qui talia peccauerunt condemnantur in his, quæ exteriores tenebræ appellantur.] Et inde ait Chryſoſtomus, quia non ſolum qui rapit aliena aut qui malè operatur,punitur,ſed etiam qui bona non facit,

Hier. li. de ſept. ord. Eccl. ca. 5. Orig. 16.
Hil. cã. 27. in Mat.
Hie. lib. 4. in Matth.
Sermo diuinus quo nummulariis dandus eſt.
Nic. pa. ad Mich. imp.
Leo. pa. 1. cap. 4.
Fœnus quod exercendum.
Qui bona non facit punitur.

§. X.

PArabolam de decem virginibus,quinq; prudentibus & quinq; fatuis ſolus Matthæus refert. Ex qua oſtenditur quòd non ſufficit agere quæ ſunt de genere bonorum,niſi fiat cum debito modo,ſcilicet in charitate,vel cum lætitia ſpirituali, quæ procedit ex puritate intentionis in bonis operib. vel cum miſericordia & aliis virtutib.quorũ quodlibet ſignatur per oleũ.Dicit ergo Ieſus,Simile tunc erit.ſ.in iudicio futuro de quo loquebatur,regnũ cœlorum.i.pręſens Eccleſia ſecundum Greg. decem virginib. quæ exierunt obuiam ſpõſo & ſponſæ &c.Multipliciter à diuerſis exponitur,ſecundum Chry.Ideo dominus ponit parabolã in virginũ perſona, vt oſtendat, q; licet virginitas ſit magnũ quid, eſt enim gradus ſummus in caſtitate, quæ debet eſſe in fidelibus,ſcilicet coniugalis & vidualis vel virginalis, tamen ſi ab operibus miſericordiæ ſit deſerta foris cum adulteris eiicietur. vnde & Hieron. Qui non habet clementiam nec eſt indutus viſcera miſericordiæ & lachrymarum, quamuis ſpiritualis ſit : non adimplet legem Chriſti diſti. 86.qui clementiam. Decem autem

Parabola de decem virginib. Matt. 25.
Ex cate. aurea D. Thomæ. Gre. hom. 12. ſuper euang.
Th. in 2. 2. q. 152. ar. 3.
Virginitas magnum quid.

A.V.C. 32. dicuntur, quarum quinq; prudentes & quinq; fatuæ. Quia ſecũdum Gre. in quinq; corporis ſenſib. vnuſquiſque ſubſiſtit. Geminatus autem quinarius denarium perficit, qui numerus eſt primus limes numerorum, vnde & vniuerſitatẽ ſignat. Et quia ex vtroque ſexu fideliũ multitudo colligitur, ſancta Eccleſia decem virginib. ſimilis denunciatur, in qua quia admixti ſunt boni cum malis, & electi cum reprobis recte ſimilis decem virginib. prudentibus & fatuis eſſe perhibetur, vel ſecundum Orig. Virgines dicuntur omnes, qui receperũt verbum Dei, id eſt, fidem, quia cùm verbum Dei ſit ſumma munditia, id eſt, ſine falſitate, accommodat de ſua munditia his qui recipiunt, id eſt, credũt, vt ſcilicet ſint liberi ab idolorum cultura & aliis erroribus. vel ſecundum Hie. Poſſumus quinq; virgines ſapientes & ſtultas quinque ſenſus interpretari: quorum alij feſtinant ad cœleſtia, & ſuperna deſiderant: de viſu enim, auditu & tactu ſpiritualiter dictũ eſt per Io. I. Ioa. 1. Quod vidimus, quod audiuimus, quod oculis noſtris perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ. De guſtu ait pſal. 33. Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt dominus. De odoratu. Cant. 1. In odorẽ vnguentorum tuorum currimus. Alij ſunt terrenis fœcibus inhiantes, ſcilicet mente terrena cogitantes, quod eſt videre, amãtes, quod eſt palpare: ab aliis percipientes, quod eſt audire: ad fœtorem malorum exemplorum ſe inclinãtes, ꝙ eſt odorare & in vitiis ſe delectãtes, quod eſt guſtare. Et hi ſunt per quinq; fatuas deſignati. vel ſecũdum Aug. de verbis domini. Quinq; prudentes & quinq; fatuæ, ſignant quinquepartitam continentiam à carnis illecebris. Continendus eſt enim animi appetitus à voluptate oculorum, aurium, olfaciendi, guſtandi, & tangendi. Sed iſta continentia poteſt reperiri in bonis & malis. Partim enim coram Deo fit, ab illis ſcilicet, qui ab huiuſmodi ſe continent, vt ei placeant in interiori gaudio conſcientiæ, exurgit ex pura intentione ſcilicet placẽdi Deo & huiuſmodi, & hi ſunt prudentes virgines. Prudentia enim maximè reſpicit debitum finẽ, iuxta illud. Quicquid agas, prudenter agas, & reſpice finem. Partim vero ſeruatur iſta cõtinentia, quæ virginitas dicitur, quia abſtinet ſe ab huiuſmodi delectationib. ſenſuum coram hominib. tantũ ab illis ſcilicet, qui hoc faciunt propter gloriam humanam, & hi ſunt quinque fatuæ quæ non bene de fine iudicant. Vtreq; tamen virgines. Orig. Sicut autem ſequuntur ſeipſas inuicem virtutes, vt qui vnã habent habeant omnes, ſic & ſenſus omnes alterutrum ſe ſubſequuntur, propterea neceſſe eſt vt omnes quinque ſenſus ſint aut prudentes, aut omnes fatui. vel ſecũdum Hil. in quinque prudentib. & quinque fatuis fidelium atque infidelium conſtituta eſt diuiſio & ſecundũ hoc, oleum in vaſe erit fides cum operibus in conſcientia, quam infideles non habent. Quinque igitur prudentes ſumpſerunt oleum in vaſis cum lampadib. fatuæ vero non acceperunt oleũ. Iſtud oleum ſecundum diuerſam expoſitionem poſitam ſic diuerſimode accipitur, quia ſecundum primam ſignat charitatem vel miſericordiã ſecundum effectum eius. ſecundum illud Eccl. 9. Oleum de capite tuo, id eſt, mente nõ deficiat. Quantũ ad ſecundam ſignat deuotionem ſecundũ illud Mat. 6. Vnge caput tuum. Secundum tertiam quæ eſt Aug. ſignat lætitiam ſpiritualem ex pura intentione procedentem, ſecundum illud pſal. 44. Vnxit te Deus oleo lætitiæ. ſecundum quartam Hilarij, ſignat fidem cum opere eius. Vaſa ſignant corda vel conſcientiã. Lampas ex qua apparet lumẽ, ſignat opera. De vaſe oleũ ponitur in lampade ad nutriendũ lumẽ, quia ex charitate vel deuotione vel ſpirituali lætitia vel fide vera habituata in mẽte, ad actum proceditur bonum, vt luceant aliis per exemplũ, quod faciunt boni, non autem mali, quia oleũ deficit eis. Vel etiã ſecundum Orig. Oleum ſignat verbum doctrinæ quo vaſa animarum implentur. Nihil enim ſic confortat, vt moralis ſermo qui oleũ luminis appellatur. Conſeruat enim lumen fidei charitatis ignem. Accipiunt ergo prudentes virgines oleum, quod ſatis ſit eis, etiã tardante exitu, ſcilicet mortis & fatuæ etſi acceperunt lampades in primis quidẽ accenſas, tamen quia non acceperunt tantũ oleum quod ſufficeret eis vſq; ad finẽ, negligẽtes circa ſuſceptionẽ doctrinæ quę conformãt fidem & lumen bonorũ actuũ, ideo extinctæ ſunt lãpades earũ. Quod dicitur de vtriſq;, Exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ, ſecundũ Hilar. ſponſus & ſponſa poſſunt dici duæ naturæ in Chriſto. Vna perſona ſcilicet verbum vt ſponſus, natura humana ſibi vnita vt ſponſa. Vel ſponſus Chriſtus: ſponſa, Eccleſia triumphans. Apoc. 21. Vidi ciuitatẽ ſanctã Hieruſalem deſcendentem de cœlo vt ſponſam. Obuiam autẽ vadunt ad Chriſti aduentum, quia continue ad mortem rẽdimus. Vnde ad nuptias cœleſtes alij admittuntur, alij excludũtur. Morã autẽ faciente ſpõſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Mora iſta eſt tempus quo differtur finis vitæ humanæ, vel finis mundi. Dormire autem ſecundũ Gre. mori eſt. Dormitare vero ante ſomnum, eſt ante mortem à ſalute langueſcere, quia per põdus egritudinis peruenitur ad ſomnũ mortis, vel quoad finem particularem cuiuſlibet dormire & dormitare eſt in expectatione remunerationis requieſcere, quod fit ſecundũ plus & minus. vel ſecundum Orig. Tardante ſponſo ad conſummationẽ vitæ, patiuntur aliquid ſenſus dormitantes, quaſi in nocte mundi agentes, & dormierunt vt puta remiſſius agẽres à ſenſu illo vitali. Non tamen & lãpades perdiderunt neq; de conſeruatione olei deſperauerunt prudentes virgines. vnde ſequitur. Media autem nocte clamor factus eſt. Hier. Traditio eſt Iudæorum Chriſtũ media nocte venturum, in ſimilitudinẽ Ægyptij tẽporis quãdo Paſcha celebratum eſt, & exterminator venit. Vnde & reor traditionem Apoſtolicam permanſiſſe, vt in die vigiliarũ Paſchę populos ante noctis dimidium dimittere non liceat Chriſti aduentum. Vel media nocte, id eſt, nullo ſperante vel ſciente, vnde Hier. Subito ergo quaſi intempeſta nocti & ſecuris omnib. quando grauiſſimus ſopor eſt, per Angelorũ clamorẽ & tubas præcedentium fortitudinẽ Chriſti reſonabit aduentus. Ecce ſponſus venit. Hilar. Tuba enim excitante, id eſt, virtute diuina ſponſo tantum obuiam proceditur. Erunt enim iam ambo vnum, id eſt, caro & Deus, quia in gloriam ſpiritualem humilitas carnis transformata erit. vel ſecundum Aug. quod dicit ſponſo obuiam venire virgines, ſic intelligendum puto, vt ex ipſis virginib. cõſtet ea, quæ dicitur ſponſa, tanquam ſi omnib. Chriſtianis in Eccleſiam concurrentib. filij ad matrẽ cõcurrere dicantur cùm ex ipſis filiis congregatis conſtet ea quæ dicitur mater. Nunc enim deſponſata eſt Eccleſia, & virgo eſt ad nuptias perducẽda cùm ſe contineat à corruptione ſęculari: illo autẽ tempore nubit, quo vniuerſa mortalitate in ea prætereunte in mortali coniunctione tardatur. vel ſecundũ Orig. Media nocte. i. in altitudine remiſſæ negligentię clamor factus eſt, id eſt, inſtigatio Angelorum ad bonum clamantium in ſenſibus

Marginalia: Greg. 16. — Origen. in Matth. in tract. 32. — Hieron. in Mat. lib. 4. cap. 25. — Quinque ſenſib. quõ bene & malè homines vtã tur. — Aug. in li. 83. qõ. 59. & de verbis domini ſer. 22. — Prudentia vbi maximè conſiſtit. — Oleũ quid ſignificat hoc in loco. — Auguſt. de verb. domini ſer. 22. — A.V.C. 32. — Greg. 16. — Orig 16. — Hier. 16. — Auguſt. de verbis domini ſer. 22.

A.V.C. 12.

ſibus dormientium, id eſt, negligentium. Et ſuggeſtionē hanc omnes audiunt, & ſurrexerunt. Non autem omnes ornatū decenter lampadib. impoſuerūt, ſed prudētes. vnde dicitur. Tunc ſurrexerunt omnes virgines. Gre. Omnes virgines ſurgunt, quia omnes electi & reprobi à ſomno ſuæ mortis excitantur, lāpades ornant, quia ſecum ſua opera numerant, pro quibus æternam recipere beatitudinē expectant: vel ſecundū Aug. ornauerunt, quia rationes reddendas operum ſuorū aptauerunt, vel ſecundum Hilarium. Lampadum aſſumptio animarum eſt reditus in corpora, earúmq; lux, eſt conſcientia boni operis eluceſcens, quæ vaſculis corporum continetur. Fatuæ autē ſapientib. dixerunt date nobis de oleo veſtro. Quia lāpades noſtræ extinguūtur. Lampades fatuarum extinguuntur, quia earum opera, quæ clara hominibus foris apparuerant, in aduentu iudicis intus obſcurantur. Date nobis de oleo veſtro. Greg. Quid eſt quod à prudentib. oleum petunt, niſi quia in aduentu iudicis cùm ſe intus vacuas inuenerunt, teſtimonium foris quærunt? ac ſi à ſua fiducia deceptæ dicant proximis, quia nos quaſi ſine opere repelli conſpicitis, dicite de noſtris operibus quod vidiſtis. Aug. Quorum facta aliena laude fulciuntur, eadem ſubtracta deficiunt. Vnde earū lampades extinguntur vel lampades ſuas extingui conqueruntur, oſtendunt eas ex parte lucere, & tamen non habent lumē indeficiens nec opera perpetua. Si quis igitur habet animam virginalem & amator eſt pudicitiæ, nō debet mediocrib. eſſe cōtentus iis qui cito exoleſcunt, & cito cauma te areſcunt, ſed perfectus virtutes ſequatur, vt lumen habeat ſempiternum. Non ſolum autem hæ virgines fatuæ fuerunt quādo hinc receſſerunt miſericordia carentes, ſed quia exiſtimabant ſe accepturas ibi, vbi importunè quęſierunt. Quamuis autem illis virginibus prudentibus nihil miſericordius ſit, quæ propter miſericordiam ſunt approbatæ, non tamen ſua petitione ſtultæ potitæ ſunt, vnde ſequitur. Reſponderunt prudentes dicentes, ne forte non ſufficiat &c. Hinc diſcimus quod nullus noſtrum adiicere ibi poterit operib. cum quibus inuenti fuerimus. Et ſecundū Hie. Non eſt hęc reſponſio prudentiū de auaritia, ſed de timore, neq; poſſunt in die iudicij aliorū virtutes aliorum vitia ſubleuare. Dant autē conſiliū prudētes vt nō debeant ſine oleo ſpōſo occurrere. Hie. venditur hoc oleū, multo pretio emitur, ac difficili labore conquer.tur, ꝙ non ſolum in eleemoſynis, ſed in cunctis virtutibus & cōſiliis intelligimus magiſtrorum. Dicunt autem prudentes, ne forte non ſufficiat nobis vobis, quia ſecundum Aug. Alieno teſtimonio nō adiuuatur quiſquam apud Deum, cui ſecreta cordis apparent, & vix quiſquis ſibi ſufficit, cui teſtimonium perhibeat cōſcientia ſua. Ite potius ad vendéres, id eſt, ad doctores, ſecundum Orig. & emite vobis, id eſt, ab eis accipite, & pretium eius eſt perſeuerantia & amor diſcendi, & diligentia & labor cupientium diſcere. vel ſecundum Aug. Ite potius &c. Ex iſto verbo nō ſunt putandæ dediſſe conſilium, ſed crimen earū ex obliquo commemoraſſe. vendunt enim oleum adulatores qui ſiue falſa ſiue ignorata laudando, animas in errores mittunt, & eis vana gaudia tanquam fatuis conſulendo aliquam de his mercedem commodi temporalis accipiunt: dicitur ergo ite ad vendentes & emite vobis, id eſt, videamus nunc quid vos adiuuent, qui vobis laudes vendere cōſueuerunt. Verum quia vt ait Hier. iam tempus emendi exceſſerat, & adueniente die iudicij locus non erat pœnitentiæ,

Greg. 16.

Fiducia qualis hęreticorū eſt, v'gines fatuas decipit.

Virginalē animā habens non debet mediocribus eſſe contentus.

Chryſo. in homil.

Nullus poterit adiicere operib. in morte, cum q̄bus inuenti fuerimus.

Auguſt de verb. domini ſer. 22.

A nō noua opera patrare, ſed præteritorum rationem exoluere coguntur. vnde ſubditur. Dum irent emere, venit ſponſus, vbi ſecundum Chryſ. oſtenditur ꝙ etſi efficiamur miſericordes poſt mortē, nihil hinc lucrabimur ad effugiendum, ſicut nec diuiti profuit quod factus eſt miſericors poſt mortem, & ſolicitus circa eos qui ſibi attinebant. vel ſecundum Origen. Dum irent emere &c. Eſt inuenire quoſdā qui quando debuerunt, neglexerunt diſcere aliquid vtile. In ipſo autē exitu vitę ſuæ dum diſponunt diſcere compræhenduntur à morte, vel ſecundum Aug. Dum irent emere &c. id eſt inclinantib. ſe in ea quæ foris
B ſunt & ſolitis gaudere quærentibus, quia gaudia interna non nouerār, venit ille qui iudicat. Et quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, id eſt, ſecundum Aug. Quibus teſtimonium conſcientia coram Deo perhibebat, intrauerūt cum eo ad nuptias i. vbi munda anima puro & perfecto Dei verbo fœcunda copulatur. Et clauſa eſt ianua, quia ſecundum Hier. poſt diem iudicij, bonorum operum & iuſtitię occaſio non relinquitur. Receptis enim illis qui ſunt in Angelicam vitam (ait Aug.) commutati, clauditur aditus ad regna cœlorum. Nouiſſimè veniunt & reliquæ virgines. Aug. Non dictum eſt quod emerūt
C oleum & ideo intelligēdæ ſunt nullo iam remanente de alienis laudibus gaudio, in anguſtiis & magnis afflictionib. redire ad implorationem Dei. Sed magna eſt eius ſeueritas poſt iudicium, cuius ante iudicium ineffabilis miſericordia prærogata eſt. Dicunt ergo, Domine domine aperi nobis. Egregia in domini appellatione (ait Hier.) confeſſio idémque repertitum indicium fide eſt. Sed quid prodeſt voce inuocare, quem operibus negas? vel ſecundum Greg. Dolore compulſæ expulſionis appellationem ingeminant dominationis, inuocando patrem, cuius in vita ſua miſericordiam contempſerunt. Et reſpon-
D dit. Amen dico vobis, neſcio vos. Aug. ex illa ſcilicet regula, quia non habet ars Dei, id eſt, eius ſapientia vt intrent in gaudium eius, qui non coram Deo, ſed vt placerent hominib. conati ſunt ſecundum præcepta eius operari. Hieron. Nouit dominus qui ſunt eius, id eſt, probat bonos, & qui ignorat ſcilicet neceſſaria ignorabitur, id eſt reprobabitur. Omnis malus ſecundum Philoſophum eſt ignorans, ſcilicet in actu electionis peccati, & licet virgines vel corporis puritate vel veræ fidei confeſſione, tamen quia oleum non habent, ſcilicet charitatis vel lætitiæ ſpiritualis ex pura intentione, ignorātur à ſponſo. Con-
E cludit. Vigilate itaq;, quia neſcitis diem neq; horam. Hier. Intelligūtur hæc oīa dicta, quæ præmiſſa ſunt, vt quia ignoramus diem iudicij, ſolicitè nobis bona opera præparemus. Aug. non ſolū autem illius vltimi tēporis, quo venturus eſt ſponſus, ſed ſuæ quiſq; dormitionis diem & horam neſcit, ad quā qui paratus eſt, etiam paratus erit, cùm illa vox ſonuerit qua omnes euigilaturi ſunt. Poteſt etiā hæc petitio fatuarum ad prudētes, & poſtea ad Deū intelligi per hypotheſim, id eſt, per præſumptionē. Cùm enim ſciāt omnes reprobi in die iudicij non eſſe locum pœnitendi vel
F miſericordiam impetrandi, vnde nec petent, tamen præſuppoſito ꝙ peterēt à ſanctis ſuffragia, vel à Deo miſericordiam liberationis nihil reciperent, vnde Hier. In præſenti ſæculo ſcimus ſiue orationibus ſiue conſiliis inuicem nos poſſe adiuuari, cùm autem venerimus ante tribunal Chriſti, nec Iob, nec Daniel, nec Noë rogare poſſe pro quoquam: ſed vnúquemque onus ſuum portare. 13. quæſt. 2. in præſenti.

A.V.C. 12.

Luc. 15.

Auguſt. de verb. domini ſer. 22.

Poſt iudicij diem nulla eſt occaſio in ſtatu.

Seueritas Dei poſt iudicium magna eſt.

Ariſ. 3. eth. cap. 1.

Omnis malus eſt ignorans.

Paratus in die mortis ſuæ etiā in die iudicij paratus erit.

Ezech. 41.

Parabola patrisfamilias & ſerui diſpenſatoris.

§. XI.

A.V.C. 12.

facit quod habetur. di. 45. licet. cum c. ſequenti. vel ſecundum Rabanum Conſeruos percutere, eſt conſcientias infirmorum verbo vel exemplo vitiare. & diſt. 45. cap. vlt. dicitur. Percuſſor eſt doctor qui ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorũ.

Ana. ep. 2.

Manducet autem & bibat cum ebrioſis. Hic ſecundum Aug. notatur luxuria & voluptas.

Hier. in 3. c. 10 Mich.

Hier. Tibi ô ſacerdos de altari viuere, non luxuriari permittitur. Veniet dominus in die qua non ſperatur, dicit Aug. ad Heſichium, quod de tribus ſeruis Dei parantibus ſe ad aduentum Chriſti vno dicẽte quàm citius venire eum, ſecundo tardius, tertio ſe vtrunq; ignorare, ſcilicet ſi citius vel tardius veniat, hic tertius magis euangelio conſonat. Optat enim quod primus dixit, tolerat quod ſecundus ſenſit, in nullo errat, quia nihil horum affirmat aut negat. Nam primus ſi non veniat vt dicit vel credit, non ſolum errauit, ſed etiam in periculum incidit, ne credat non venire vnquam, ex quo non venit vt dixit. Secundus etiam poteſt errare, ſi ſcilicet cito veniat, & videtur etiam negligentiæ occaſionem dare.

Auguſt. ad Heſ. ep. 80.

Hier. in 3. c. 10 Mich.

Viuere de altari non luxuriari clericis cõceditur.

Diuidet eum dominus. Hier. Non eſt intelligendum quod gladio eum diſſecet, ſed à conſortio ſanctorum eum ſeparabit. Vel diuidet eum ſecundum Origen. quando ſpiritus eius, id eſt, ſpirituale donum ſibi collatum, poteſtatis ſcilicet vel ſciẽtiæ [reuertetur ad Deum, qui dedit illum, anima autem] cum corpore ſuo vadet in gehennam. Quomodo autem tales ſerui debeant eſſe præparati & in diuerſis vigiliis, idem dominus oſtendit dicens diſcipulis, vt refert Lucas. 12. c. Vigilate & Marcus refert dominũ dixiſſe. Vigilate quia neſcitis quando dominus veniet, ſero an media nocte, an gallicantu, an mane. Ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. Hier. Qui dormit non corpora vera ſed phantaſmata intendit, & vacuus ſomniat de his quæ vigilans viderat. Sic nimirum ſunt quos mundi amor rapit in vita, deſerũt vitam, quam ſomniabant pro certo. Theophilus, Ideo dominus tempus aduentus ſui nobis occultauit, quia nobis expediebat. Nam ſi nunc ignorantes finem non curamus, quid faceremus ſi finem ſciremus, malitias noſtras differremus vſque ad vltimum. Sero exiſtit, quando quis moritur in ſenectute, media nocte, cum moritur in ſenectutis medio, gallicantu, cum ratio in nobis completur. Cum enim incipit puer ſecundum rationem viuere tunc gallus in eo vociferatur id eſt inſtinctus rationis excitans à ſomno ſenſualitatis. Mane, eſt pueriliſ ætas.

Hier. in c. 24 Matt. li. 4. com.

Mar. 13.

Cur finem noſtrum ignoramus.

§. XII.

Parabola de ſeruo cõſeruum vexante. Matth. 18. Ex Catena D. Tho. in 18. c. Matt. Summa illius parabolæ.

Parabolam de ſeruo narrat ſolus Matthæus, cui cùm Dominus humilianti ſe remiſiſſet decem millia talenta, quia poſtea conſeruo ſibi debitori in centum denariis petenti dilationem ad ſoluendum, dare noluit, iratus contra eum dominus, totum debitum relaxatum repetiit, & tortorib. propter hoc tradidit. Vbi oſtenduntur & diuinæ clementiæ plenitudo, & fraterni odij magnitudo, & ingratitudinis punitudo. Et primo oſtenditur immenſa Dei clementia in remiſſionem peccatorum pœnitentibus. Cùm immediatè Petro interroganti ſi fratri delinquẽti deberet dimittere vſque ad ſepties, Chriſtus reſpõdit. Non dico tibi vſque ad ſepties, ſed vſq; ad ſeptuagies ſepties, id eſt omnes trangreſſiones, ꝗ hinc trahit Aug. Nam lex per denariũ ſignatur, quia in decem præceptis commendatur, peccatum vero per vndenarium, quia tranſgreditur denarium. Septenarius ſignat vniuerſitatem, quia ſeptem diebus voluitur tempus: ducto autẽ ſeptenario numero per

Auguſt. de verb. domini ſe. 15.

A vndenarium, id eſt, ſepties vndenario multiplicato, conſtituuntur ſeptuaginta ſeptem. Omnia ergo peccata voluit dimitti pœnitenti verè. Et ad hoc inducit parabolam, dicens. Simile eſt regnum cœlorum homini regi qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Orig. dicit quòd ſicut Dei filius eſt ſapiẽtia iuſtitia, & veritas, ita ipſe eſt regnum non alicuius eorum quæ ſunt deorſum, ſed omniũ quæ ſunt ſurſum, in quorum ſenſib. iuſtitia & cæteræ virtutes regnant, qui facti ſunt cœli, qui portãt imaginem cœleſtis, id eſt, Chriſti. Hoc ergo regnũ cœlorũ, id eſt,

A.V. 12.

Ex numerorum rationib. probat quõd ſit ſemper delinquenti indulgendum.

Orig. in Matt. tract. cap. 7.

B filius Dei quando factus eſt in ſimilitudinem carnis peccati, tunc ſimilis factus eſt homini regi vniens homines ſibi. vel ſecundum Remigium. Regnũ cœlorũ dicitur Eccleſia, in qua dominus operatur hoc quod loquitur in iſta parabola. Rex ergo iſte Deus eſt cuncta regendo & gubernando quæ creauit, per ſeruos deſignantur omnes homines quos ad laudãdum ſe creauit, quibúſque naturæ legem dedit, cum quibus vult rationem ponere, quando vitam & mores & actus ſingulorum diſcutit. Orig. Omnis vitæ noſtræ ratio ponenda eſt à rege quando nos omnes præſentari oportuerit ante tribunal Chriſti.

Filius Dei quomodo eſt regnũ cœlorum.

C Nec hoc dicimus vt ſuſpicio ſit ne forte res neceſſario habeat longum tempus. Volens enim Deus ventilare omnium mentes, citò omnia ab omnibus omni tempore geſta ſingulis quibuſque faciet in mentem ineffabili quadam virtute venire. Et cùm cœpiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat 10. millia talenta. Auguſt. Quia lex in decem præceptis cõmendatur, obligatio decem talentorum eſt tranſgreſſio omniũ præceptorum & pleniſſima. Et cùm non haberet vnde redderet. Homo ſua voluntate & ſponte peccans, ſuo conatu nullo modo reſurgere valet, & non habet vnde reddat, quia in ſe non inuenit, per quod ſe à peccatis ſoluat.

Auguſt. de verb. domini ſe. 15.

Homo ſpõte peccans non poteſt per ſe reſurgere.

D Iuſſit ergo eum dominus venundari, & vxorem, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Vxor peccatoris ſtultitia eſt, carnis voluptas ſeu cupiditas, per hoc ergo ſignificatur ſecundum Aug. tranſgreſſorẽ decalogi pro cupiditate & prauis operibus tãquam vxore & filiis pœnas ſoluere debuiſſe, quod eſt pretium eius. Pretium enim venditi ſupplicium damnati intelligitur. Hoc autem vt ait Chryſ. non ex crudelitate iuſſit, ſed ex ineffabili affectione. Vult enim terrere per has minas, vt ſupplicet ſeruus & non vẽdatur, quod factum eſt. Vnde ſubditur, procidens autem ſeruus ille &c.

Aug. de q. euang. lib. 1. c. ep. 25.

E Vbi notãdum quod rex iſte Deus vult rationem ponere, & incipit ponere cum ſeruis ſuis in hac vita & in futuro iudicio particulari in morte & poſtea vniuerſali in vltima reſurrectione. Et in futuro quidem nullus ibi locus pœnitentiæ vel miſericordiæ, ſed vt ait Cyprianus. Qualẽ te inuenit dominus cùm vocat (ſcilicet per mortem) talem pariter & iudicat. de pœn. di. 1. nunquid. Et de impœnitentibus morientibus dicit Gratianus intelligendum illud pſalm. Non dabit Deo placationẽ ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ, ſed laborabit in æternum. 13. q. 2. In præſenti.

Cyp ſer. 4. de mortal

Palm. 48.

F Nũc rex iſte incipit rationem ponere cum ſeruo obnoxio magno debito, quãdo infundens cõpunctionẽ trãſgreſſori omniũ præceptorum, oſtendit ei multitudinẽ & grauitatem peccatorum, propter quã iubet, vt in ſcripturis patet, ipſum cũ vxore mala voluntate & filiis, operib. ſcilicet ſuis omnib. potẽtiis vendi, & reddi, id eſt, exigẽte hoc diuina iuſtitia in gehẽnã cruciari, ꝓpter demerita ſua. Quod intelligens peccator, ſc. ſ. iuſte condẽnandũ, tamen cõfidens de regis huius clemẽtia in vita iſta procedit

V.G. 12.

ad terram ſe proſternens, ſeruus iſte humilitans ſe & recognoſcens ſe terram, & vt terram datum ſerpenti ad comedendum de demerito ſuô non ſe excuſat, ſed rogat ſibi miſericordiam fieri promittens propoſito in futurum ſe ſatisfacturum. vnde dicit. Patientiam habe in me, ſcilicet expectando, & omnia reddam tibi, ſcilicet ſatisfaciendo. Eſt enim ſatisfacere ſecundum Anſel. hîc honorem Deo debitũ reddere, quem ſcilicet peccãdo abſtulit, dum ſcilicet tempus in quo continuò ei ſeruire debuit, malè viuendo ſubtraxit. Sed faciendo poſtmodum opera ſatisfactionis, ad quæ alias non tenebatur, quaſi recompenſat ſubtracta. Hier. Quiſquis es ille qui tibi conſcius es alicuius erroris quanto tempore errare te noſti, quanto tẽpore deliquiſti, tanto nihilominus tẽpore humilia teipſum, & ſatisfacito ei in pœnitentiæ cõfeſſione, quia ſi te emẽdaueris, ſi te ipſe correxeris, pius eſt dominus & miſericors, qui & vindictã temperet ei qui illam pœnitendo præuenit. de pœn. diſtinct. 1. vide benignum. vnde Aug. Magna pietas Dei vt ad ſolam promiſſionem peccata dimiſerit, id eſt, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. de pœn. diſt. 1. magna eſt autem larga Deo benignitas & clementia erga peccatores conuerſos, ait Remigius, quoniam ſemper paratus eſt per baptiſmum aut per pœnitentiam peccata dimittere, vnde ſubditur. Miſertus autem dominus eius dimiſit eum & debitum dimiſit ei. Chryſ. Vide diuini amoris ſuperabundantiam, petit ſeruus ſolius temporis dilationem, ipſe autem rex maius eo quod petiit, dedit & dimiſſionem eius & conceſſionem totius mutui. Ideo autem antequam rationem redderet, debitum non dimiſit, quia docere voluit quantis debitis eum liberat, vt ſaltem ita ad conſeruos manſuetior fieret. Sed quæ poſtea fecit indigna fuere prioribus. Sequitur enim. Egreſſus ſeruus ille. Chryſ. per hoc quod dicit egreſſus, oſtenditur quod non poſt multum temporis, ſcilicet confeſtim adhuc in auribus habens beneficium, in malitiam abuſus eſt liberatione à proprio domino ſibi data. Nam inuenit vnũ de conſeruis, qui debebat ei centum denarios. In vtroque inuenitur peccatum inquit Aug. In decem millibus talentis obnoxio, & decem denariis obligato: denarius enim eſt numerus legis. Et decem decies centum faciunt decem millia. Vterque ergo eſt debitor, vterque veniæ deprecator. Omnis enim homo & debitor eſt Dei, & debitorem habet proximum ſuum Chryſ. Tanta eſt autem differẽtia peccatorum quæ committuntur in hominem, & quæ committuntur in Deum, quanta eſt differẽtia decem denariorum & decem millium talentorũ, magis autem & multominus, quod patet ex differentia perſonarum & paucitate peccantium, homine enim vidente, & deſiſtimus & pigritamur peccare, Deo autem vidente ſecundũ vnumquemq; diem non obſiſtimus, ſed agimus informidabiliter omnia & loquimur. Non hinc autẽ ſolũ apparent grauiora peccata in Deũ: ſed etiã beneficio quo ſumus potiti ab ipſo, fecit enim nos eſſe, & omnia propter nos operatus eſt, animã rationalẽ inſpirauit nobis, filium ſuũ miſit, cœlum nobis aperuit, & nos filios ſuos fecit. Nunquid ergo ſi vnaquaque die moreremur pro illo, retribueremus ei aliquid dignum? Nequaquam ſed & hoc rurſus ad vtilitatem noſtram pertineret. Nos autem econtrario in legibus eius offendimus. Sic ergo per debitorem decem millium talentorum deſignatur ſecundum Remigium, qui maiora committit in Deum, per debitorem vero centum denariorum, qui minora committit in proximum. Sed ille ſeruus iniquus & ingratus noluit ea præſtare, ait Auguſtinus quod illi indigno præſtitum fuit. Sequitur enim. Et tenens ſuffocabat eum dicens. Redde quod debes. Remigius. id eſt, acrius inſiſtebat vt exigeret ab eo vindictam. Orig. Ideo vt arbitror ſuffocabat, quoniam à rege exierat. Non enim ſuffocaret conſeruum ſuum, ſi non exiſſet à rege. Et procidens conſeruus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Aug. Quod debetur etſi benigne remittitur, non tamen iniuſte repetitur. Peccat autẽ qui vltra exigit debitum. 14. q. 1. peccat, vt iſte ei qui tunc non poterat ſoluere, violentiam perſonæ inferebat. Ille autem noluit, id eſt, tenuit contra eum hunc animum vt ſupplicia illi vellet, ſed abiit & miſit illum in carcerem, id eſt, ſecundum Remigium, magnam in iram exarſit, vt ab eo vindictam exigeret, à quo ſcilicet recepit iniuriã quod eſt debitum decem denariorum. Donec redderet debitum, id eſt, ſecundum Remigium, appræhenſo fratre vindictã ab eo exigit de iniuria. Chryſ. Vide domini charitatem & ſerui crudelitatem, hic totalem ſolutionem accepit à domino, hic ſolam dilationem petebat à ſeruo, nec tamen hoc dedit. Sequitur. Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde. Aug. Per conſeruos intelligitur Eccleſia, quę illum ſoluit & eum ligat, vel ſecundum Remigium, Conſerui forte Angeli ſunt intelligendi, vel prædicatores ſanctæ Eccleſiæ, vel quicunque fideles, qui videntes aliquem fratrem remiſſionem peccatorum adeptum non velle miſereri conſerui ſui, contriſtantur de eius perditione. Sequitur & venerunt & narrauerunt domino ſuo. Narrare hoc domino ſuo ſecundum Remigium, eſt dolores & contriſtationes in ſuo affectu demonſtrare. Tunc vocauit eum dominus eius, ſcilicet per ſententiam mortis, & ab hoc ſæculo migrare iuſſit & dixit ei. Serue nequam, omne debitum &c. Chryſ. Quandoquidem debebat ei decem millia talenta non vocauit eum nequam, neque eſt ei conuiciatus ſed miſertus. Quando autem contra ſeruum ingratus eſt effectus, tunc vocat eum nequam. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Aug. Dimitte, & dimittetur tibi, dimiſi prius, dimitte vel poſtea. Nam ſi non dimiſeris, reuocabo te, & quicquid dimiſeram replicabo tibi. de pœn. di. 4. c. dicit dominus. Vbi etiam notandum quod ſeruus nullum dedit reſponſum, quia ſtatim poſt hanc lucem argumentũ excuſationis ceſſabit. Quia ergo beneficio non eſt factus melior, relinquitur vt pœna corrigatur. Et iratus dominus tradidit eum tortoribus, quod non dixit quando iuſſit eum venundari, ſcilicet eſſe iratum quia illud non erat iræ, ſed magis amoris ad correctionem, nunc autem eſt ſententia ſupplicij & pœnæ. Tortores dicuntur dæmones, quia ſemper ad hoc parati ſunt vt animas perditas ſuſcipiant, & in pœna æternæ damnationis eas torqueant. Remigius. Quouſque redderet vniuerſum debitum, ponitur, vt ait Remigius finitum pro infinito, & eſt ſenſus, ſemper ſoluet & nunquam perſoluet, & ideo ſemper pœnam luet. Concludit Chriſtus. Sic faciet pater meus cœleſtis vobis ſcilicet, ſicut iſti ſeruo fecit dominus eius. vnde Au. Qui diuini beneficij oblitus ſuas vult vindicare iniurias, non ſolum de peccatis futuris veniam non merebitur, ſed etiam quæ ſibi fuiſſe dimiſſa credebat, ei imputabũtur ad pœn. de pœnã. di. 4. qui diuini. & Greg. di. ca. Ex dictis euangelicis conſtat, quia ſi id quod in nos

Gen. 3.

Satisfacere quid Anſe. li. 1. cur Deus homo cap. 11.

Pro peccatis eſt ſatisfaciendum.

Ori. hom. 3. ad cap. 3. Iud.

Auguſt. in pſal. 31.

Aug. ſer. 15. de verb. domini.

Omnis homo debitor eſt Dei, & debitorem habet proximũ ſuum.

Peccati grauitas in Deum quanta.

A.V.C. 12.

Aug. li. 19. cõtra Fau. cap. 25.

Eccleſia ſoluit & ligat.

Aug. quæſ. euan. lib. 1. cap. 23.

Auguſt. de verb. domini ſer. 15.

Poſt hanc lucem excuſatio ceſſabit.

Greg. lib. 4. dia. c. 60.

A.V.C. 32.

Tria quæ ex iniuria notis illata ſequuntur, quomodo dimittenda.

Vtrū peccata dimiſſa redeāt per ſequētem culpā

nos delinquitur ex corde nō dimittimus, illud rurſus à nobis exigitur, quod nobis iam per pœnitentiā dimiſſum fuiſſe gaudebamus. Vnde dicit. Si non dimiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo ex cordibus veſtris. Ex iniuria illata alicui tria ſolent oriri ſecundum Pet. ſcilicet rancor in corde, id eſt, odium, & iſtud debet cito dimitti, id eſt, nunquam haberi. Secundum eſt ſignum rancoris, vt vitatio loquelæ, ſalutationis & huiuſmodi, & iſtud debet dimitti: quando præcipuè ille iniurians petit veniam. Tertium eſt actio iniuriarum, & iſtud non tenetur dimittere niſi facta ſatisfactione debita. Et ex iſta parabola mouetur quæſtio à Theologis in quarto diſtinctio. 22. & à canoniſtis de pœ. diſt. 4. per totum, vtrum peccata dimiſſa per pœnitentiam, redeant ad animam per ſequentem culpā mortalem, & tam in textu, quàm in gl. ponuntur plures opin. Sed ſanctus Thom. ſuper 4. in dicta diſtin. perfectius reſpōdet, & determinat ſimpliciter, quòd non redeunt, nec quo ad culpam, nec quo ad pœnā: ſed quo ad certum effectum ingratitudinis: quia per illam ingratitudinem de venia habita peccatorum peccatum ſequens eſt grauius, & puniendum grauiori pœna, quàm ſi non eſſet illa circunſtantia ingratitudinis. Et ſecundum iſtum effectum dicuntur peccata redire, vt in dictis capitulis.

Tho. in 4. d. 22. q. 1. a. 1. & in 3. p. q. 88. a. 1.

§. XIII.

Ex Cat. Aurea D. Th. in Lu. c. 7.

Luc. 7.

De muliere peccatrice.

2. Cor. 8.

Mat. 8.

Dominus pauper & ex eleemoſynis viuens.

Non ſolum autem per parabolas: ſed per exempla in vtroque ſexu oſtendit Ieſus magnitudinem miſericordiæ ſuæ ad peccatores pœnitentes. Et primo in peccatrice: de qua ſolus Luc. ait. Rogabat eum quidam Phariſæus vt manducaret cum illo. Vbi primo notandum quòd ait apoſtolis. Deus cùm diues eſſet in miſericordia ſua propter nos egenus factus eſt, vt illius inopia vos diuites eſſetis: cùm enim eſſet dominus omnium, filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet, nec domum, nec agrum: ſed paucas eleemoſynas ſibi oblatas pro neceſſitatibus ſuis & ſuorum retinebat. Vnde pauper inuitatus ab iſto Phariſæo acceſſit ad prandiū: non ignorans peccatricem venturam, & melius ſibi conuiuium pœnitentiæ oblaturam. Et ingreſſus in domum Phariſæi diſcubuit. Gregor. Nyſſenus. Lucas plus medicus animarum quàm corporum, oſtendit ipſum Deum & ſaluatorem noſtrum, piiſſime alios viſitantem: nō vt de diuitiis aliorum aliquid ſortiatur: ſed vt impertiatur de iuſtitia propria. Et infra dicitur quòd circumibat diſcurrens, vnde Greg. Nazianzenus. Vadit quippe de loco in locum, non ſolum vt plures lucretur. ſed etiam vt multa dedicet loca. Dormit & laborat, vt ſomnum & laborem ſanctificet: plorat vt det pretium lachrymis, prædicat cæleſtia, vt audientes exaltet. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Cyrillus. mulier inhoneſtæ vitæ, promens autem fidelem affectum, venit ad Chriſtum: quaſi petentem veniam cōmiſſorum largiri. Græcus quia quatuor Euāgeliſtæ dicunt Chriſtum vnctum fuiſſe vnguento à muliere, tres puto fuiſſe mulieres: ex perſonarum qualitate, ex modo agendi: ex differentia temporum. Ioannes quidem narrat de Maria ſorore Lazari, quæ ſex dies ante Paſcha vnxit pedes Ieſu propria in domo. At Matthæus poſtquam dominus dixerat. Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet: ſubdit, quòd in Bethania in domo Simonis leproſi, mulier fudit vnguētum ſuper caput domini: non autem vnxit pedes vt Maria, Marcus etiam cum Matthæo ſimiliter. Lucas autem non circa tempus Paſchæ ſed in medio Euangelij hoc refert. Chryſ. autē binas aſſerit fuiſſe has mulieres, vnam quæ continetur in Ioanne: alteram quæ à tribus ponitur. Ambr. ſub dubio ponit dicens. Quod poteſt non eadem eſſe mulier quæ vnxit pedes, & quæ poſtea caput: ne ſibi contrarium euangeliſtæ dixiſſe videantur. Poteſt etiam quęſtio metiri & temporis diuerſitate diſſolui vt adhuc illa peccatrix, iam iſta perfectior. Auguſt. de conſenſu Euangeliſtarum: ait eādem Mariam bis hoc feciſſe intelligendū arbitror. Semel ſcilicet quòd Lucas narrauit: cùm primò accedens cum illa humilitate & lachrymis meruit remiſſionem peccatorum, vnde & Ioā. cùm de Lazaro reſuſcitando cœpiſſet loqui, ait. Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento, & exterſit pedes capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Quod autem in Bethania rurſum fecit, prope tempus paſſionis aliud eſt: quod ad narrationem Lucæ non pertinet, ſed pariter narratur ab aliis tribus. Grego. in homil. ponit eandem eſſe & vnam Mariā ſcilicet Magdalenam primo peccatricem, de qua Lucas hic, poſtea conuerſam perfectè vnxiſſe caput & pedes in Bethania, & ſibi primo reſurgentem apparuiſſe ſecundum Luc. Mar. & Ioan. Vnde & Lucas ipſe poſt narrationem huius hiſtoriæ, ſcilicet de conuerſione peccatricis lauantis pedes Ieſu lachrymis ſuis, immediate ponit quòd diſcurrente Ieſu ad prædicandū, ſequebantur eum mulieres plures, inter quas erat Maria Magdalena de qua exierant ſeptem dęmonia. quod & Mar. ſcribit in cap. vltim. Vbi & Beda ſuper Lu. dicit quòd ipſa Magdalena eſt illa eadem peccatrix, cuius pœnitentiam prius immediate narrauerat. Et Gregor. in homil. dicit quòd Maria ſeptem dæmonia habuerat: quia vniuerſis vitiis plena fuit. Septenarius enim numerus vniuerſitatem ſignificat. Thom. in poſtilla ſuper Ioan. dicit quòd Hier. Chryſ. & Origines. tenent quòd iſta peccatrix de qua hic, non fuit Maria Magdalena ſoror Lazari, quæ poſtea vnxit in Bethania pedes Ieſu vnguento: ſed alia cuius nomen non habetur. Gregor. Auguſt. & Beda. dicunt vnam eſſe & eandem, ſcilicet peccatricē & Mariam Magdalenam ſororem Lazari de qua hic, quæ vnxit nunc pedes, & iterum in Bethania. Ambr. vtranque opinionem refert, & neutram præfert. [a] Communior tamen opinio eſt Gregor. Auguſt. & Bedæ prædicta. Et ad hanc videtur declinare Thom. in dicta poſtilla c. 12 Quæ erat in ciuitate peccatrix. Hic oritur alia quæſtio: videlicet, præſuppoſito quòd fuerit Maria Magdalena iſta mulier ſoror Lazari, vtrum fuerit meretrix publica? Quod videtur: tum quia communiter meretrices dicuntur peccatrices: tum quia aliqui doctores ſancti hoc dicunt. Chryſo. enim ait. Meretrix honeſtior eſt effecta virginibus. Poſtquam enim accenſa eſt pœnitentia: exarſit in Chriſti amorem. Et Leo papa inquit. Quando hæc mulier egreſſa eſt proſtibulum, diſcipulus, ſcilicet Iudas ingreſſus eſt gehennam. Alij opinati ſunt eam virginem corpore, etſi non mente, vt Ioan. Damaſ. à qua Chriſtus eiecit ſeptem dęmonia, id eſt vnum vitium capitale cū ſex aliis ſ. luxuriam quo ad cogitationem, per cuius aſſenſum ei dominabantur non per opus. Media via videtur rationabilior, videlicet quod nec fuit meretrix publica, nec virgo corpore, ſed in domo ſua mente & corpore inhoneſta: ſicut accidit in multis mu-

Luc. 13.

Orig. in Mat. tra. 35.

Ioan. 12.

Matth. 26.

De muliere quæ vnxiſſe dominum legitur, an fuerit vna vel plures

M. 26. Mar. 14.

A.V.C. 32.

Chry. ho. 81 in Mat. & in Io. ho. 61.

Amb. l. 6. cō. in Lu.

Aug. de cō. Euā. l. 2. c. 79.

Ioan. 11.

Gr. ho. 33.

Luc. 14. Mar. 16. Io. 20. Luc. 8.

Beda l. 3. cō. in Lu.

Gr. ho. 33. ſup. ead.

Tho. in c. 11. Ioan. lect. 1.

Locis ita citatis.

An Maria Magdalena fuerit meretrix publica.

Quid ſentiendū de ſtatu Magdalenæ ante conuerſionem.

a *Ita communis eſt hæc opinio, vt cùm de triplici Magdalena Ioānes Faber librum ſcripſiſſet, Ioannes ei Roſſenſis & martyr & epiſcopus noſtræ ætatis celeberrimus reſponderit: vide etiam Sixt. Sen. l. 6. biblioth. ſanc. an.* 109.

A.V.C. 32.

lietibus nobilibus & diuitibus. Quod enim eſſet publica meretrix, non videtur, tum quia opulenta domina caſtri Magdali, tum quia manifeſtè contra legẽ Moyſis vbi præcipitur: non erit meretrix de filiabus Iſrael, cuius generis ipſa erat. Tum quia habebat germanum Lazarum, nobiliſſimum ciuem, & honeſtam ſororem Martham: quę nunquam fuiſſent paſſi tantam ignominiam in ciuitate ſua Hieruſalẽ. Et ad poſitionem doctorum qui eam nominant meretricem, poteſt dici, quòd loquuntur per exceſſum: ſicut & frequẽter dicitur de muliere inhoneſta quòd eſt vna meretrix, etſi non in loco publico maneat. Sed propriè loquendo peccatrix hoc non ſignat. Eſt enim verbale importans habitum vel frequentiam peccati, vt ſicut de maſculo dicitur peccator, non ſolum luxurioſo, ſed & aliis vitiis irretito, ita & peccatrix dicatur de muliere dedita diuerſis vitiis. Quòd etiam fuerit virgo corpore, non videtur, vnde & in hymno de ea dicitur. *Maria ſoror Lazari Quæ tot commiſit crimina, Ab ipſa fauce Tartari Redit ad vitæ limina.* Et poſtea: *Poſt fluxæ carnis ſcandala Fit ex lebete phiala In vas tranſlata gloriæ De vaſe contumeliæ.* Sed nec dicitur in officiis eius verſiculus qui dicitur de virginibus, ſcilicet Adducentur regi virgines poſt eam: ſed loco huius dicitur dimiſſa ſunt ei peccata multa. Nil tamen de his determinatum eſt ab eccleſia. Vt cognouit quòd Ieſus accubuiſſet in domo Phariſęi. Vnde fuerit Maria inducta ad pœnitẽtiam quãuis ex Euangelio non habetur, poteſt pie credi quòd ex auditu pręedicationis Chriſti, nam cùm multitudo maxima ad prædicationes eius concurreret, ex omni genere hominum etiam iuuenũ, Maria quæ erat pulchra, vana, & curioſa appetens videri, & amari à mũdanis, ibat ad loca vbi erat concurſus hominum, vt videretur, pergens ergo ad prædicationem Chriſti, cùm Ieſus eam videret, & conuerſionem eius futurã præſciret, cœpit loqui contra vanitates mundi, & de pœnis ſequendis. Inde Maria compuncta finita prædicatione, audito quò pergeret ad prandium: attulit alabaſtrum vnguenti. Beda. Alabaſtrũ eſt genus marmoris cãdidum variis coloribus intertinctum, quod ad vaſa vnguentaria congruere ſolet: eo quòd optime ea ſeruare dicatur ſup. Euan. Intrauit domum vbi erat Ieſus Greg. Quia enim hæc mulier turpitudinis ſuæ maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordiæ cucurrit. Conuiuantes non erubuit: nam quia ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit quod verecundaretur foris. Diſcite quo dolore ardeat, quę flere inter epulas non erubeſcit. Et ſtans retro ſecus pedes eius. Gre. Nyſſenus. Indignitatem ſuam oſtendens, ſtabat poſt tergum, deiectis luminibus & effuſa coma pedes amplectens, lachrymiſque eos perfundens, rebus triſtem animum oſtendebat, veniam implorans. Lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis ſuis tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Grego. in homil. Quot in ſe habuit oblectamẽta, tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum Deo ſeruiret in pœnitentia: quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa. Oculis terrena concupierat & vanè aſpexerat: ſed hos iam per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compoſitionem vultus exhibuerat: ſed iã capillis lachrimas tergebat. Ore ſuperba dixerat, & forte turpia, ſed pedes domini oſculans, hoc in redemptoris ſui veſtigia figebat, vnguentum ſibi pro odore carnis turpiter exhibuerat; hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Hæc Phariſæus intuens deſpicit, & non ſolũ venientem

Deut. 23.

Peccator quid propriè ſignat. Pſal. 44. Luc. 7.

Maria quo modo ad conuerſionem inducta.

Bed. lib. 3. comm. in Luc.

Alabaſtrũ quid.

Greg. ho. 33. ſup. Eu.

Greg. 16. Mariæ in ſua cõuerſione opera.

A.V.C. 32.

A peccatricem mulierem: ſed etiam ſuſcipientem dominum reprehendit. vnde ſequitur. Videns autem Phariſæus qui vocauerat eum, ait, intra ſe. hic ſi eſſet propheta ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt. Grego. ecce Phariſæus veraciter apud ſe ſuperbus & fallaciter iuſtus ægrã reprẹhendit de ægritudine: medicum de ſubuentione. Quæ profectò mulier ſi ad pedes Phariſæi veniſſet: calcibus repulſa diſcederet. Inquinari enim ſe alieno peccato crederet, ſed quia hanc vera ſua veſtigia non replebãt, de alieno vulnere ęgrotabat. Sic & quidam ſacerdotali officio prædití ſi quid fortaſſe

B iuſte exterius vel tenuiter egerint, protinus ſubiectos deſpiciunt, & peccatores quoſque in plebe poſitos dedignantur. Neceſſe eſt autem, vt cùm peccatores quoſque conſpicimus, nos etiam ipſos prius in illorum calamitate defleamus: quia fortaſſe in ſimilibus aut iam lapſi ſumus aut labi poſſumus. Inter duos ergo ægros (ſcilicet Mariam & Simonem) medicus Chriſtus aderat: ſed vnus in febre ſenſum tenebat, alter ſenſum perdiderat mentis. Dominus autem (inquit Titus) non verba eius audiens: ſed cogitationes inſpiciens, dominum ſe prophetarum oſtẽdit. vnde ſequitur. Et reſpondens Ieſus (ſcilicet cogi-

C tationi Phariſæi) ait. Simon habeo tibi aliquid dicere. Ex quibus verbis attentior factus Simon, ait. Magiſter dic. At Ieſus de duobus debitoribus paradigma proponit, dicens. Duo debitores erant cuidam fœneratori, &c. Titus q. d. neque tu abſque debito es: quid igitur? ſi in paucioribus teneris, ne ſuperbias: quia tu quoque venia eges. Vnde & de venia ſubdit. Nõ habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq;. gloſſ. nullus enim poteſt per ſeipſum à debito peccati liberari: niſi diuina gratia veniam conſequatur. Interrogatur exinde quis amplius largitorem debiti diligat, ſcilicet an ille cui dimiſſa ſunt quingenta, an

D cui dimiſſa ſunt quinquaginta. Cui protinus Phariſæus reſpõdit. Exiſtimo quia is cui plus donauit. Qua in re notandum eſt: quia dum ſua ſententia Phariſæus conuincitur, quaſi phreneticus funem portat in quo ligetur. Ait Ieſus. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem dixit. Vides hanc mulierem &c. Enumerantur bona peccatricis: quæ erga eum ex dilectione egerat: & mala falſi iuſti, quæ ex neglectu omiſerat. Intraui domum tuam. Titus: quaſi diceret. Facilis eſt vſus aquarum: non eſt facilis effuſio lachrymarum, tu promptis non es vſus, hæc effudit non promptra lauans lachrymis pedes meos. Chryſoſt. Sicut

E autem vbi vehemens imber prorumpit, fit ſerenitas, ſic lachrymis effuſis apparet tranquillitas, & perit caligo reatuum. Et ſicut per aquam & ſpiritum, ſic per lachrymas & confeſſionem denuò mundamur, vnde ſubdit. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Gregor. Tanto ergo amplius peccati rubigo conſumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Titus. Contigit autem ſæpius eum qui multum peccauit, per confeſſionem purgari, pauca verò peccantem ex arrogantia non venire ad confeſſionis remedium. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

F Chryſo. Opus eſt ergo nobis feruenti anima, quia nihil impedit hominem fieri magnum. Nullus ergo cõſtitutorum in peccatis deſperet, nemo virtuoſus dormitet, nec hic confidat. Sæpe enim meretrix præcedet eum, nec ille diffidat, poſſibile nanque eſt eum etiam primos ſuperare: vnde ſequitur. dixit autem ad illam, dimittuntur tibi peccata tua. Ecce quæ ad medicum venerat ægra, ſanata eſt. Sed de ſalute eius adhuc

Gre. Ibid.

Phariſaica ſuperbia, qua etiam aliqui ſacerdotes notantur.

Nota.

confeſsio peccati.

A. V. C. 32. adhuc alij ęgrotant. vnde ſubditur. Et cœperunt qui ſimul diſcumbebant dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Greg. Sed cœleſtis medicus ægros non reſpicit. quos etiam de medicamento fieri deteriores vidit. Eam autem quam ſanauerat per pietatis ſuæ ſententiam confirmat dicens. Fides tua te ſaluam fecit. Greg. Quia hoc quod petiit poſſe ſe accipere non dubitauit. Theophilus. Poſtquam autem peccata dimiſit, non ſtetit in remiſsione peccati, ſed adiecit operationem boni. vnde ſubdit. Vade in pace, id eſt, in iuſtitia. Nam iuſtitia eſt pax hominis ad Deum, ſicut peccatum eſt inimicitia inter hominem & Deum, quaſi diceret. Operare omnia quæ ad pacem deducunt.

Iuſtitia quid.

Greg. 16. Senſus myſticus.

Myſtice autem ſignat hæc mulier gẽtilitatem deditam omnibus viriis. Quæ audito quòd accubuiſſet per incarnationem in domo Simonis leproſi, id eſt, in populo Iudæorum, conuerſa per prædicationem, acceſsit per fidem ad dominum Ieſum, deflendo peccata, vngendo deuotione pedes, id eſt, humanitatem Chriſti venerando. Poſt, altera vice etiam caput id eſt, diuinitatem eius adorando, magis edocta, & in virtute proficiens. Murmurat autem Phariſæus, id eſt, populus Iudæorum, de tali conuerſione & ſuſceptione. Sed Chriſtus oſtendit populum Gentilem poſt conuerſionem ſigna maioris dilectionis oſtendiſſe ad eum, quàm populum Iudæorum, & ideo ſibi remiſſa peccata. Ad quod facit ſimilitudo inducta de duobus debitoribus. Populus enim Iudæorum debitor erat Deo qui fœnerator dicitur ex eo quod bona nobis ab eo collata quaſi per mutuum vult, quòd ei reddamus: ab eo recognoſcendo, ad ſuum honorem vtendo: cum multiplicatione meritorum. Et populus quidem Iudæorum debitor erat quinquaginta: qui eſt numerus Iubilei, in quo fiebat remiſſio debitorũ: liberatio à ſeruitute, & requietio à cultura terræ. Erat enim populus ille etiam quoad electos debitor Dei, debito peccati originalis, nondum purgata natura, debitor ſeruitutis diabolicæ, debitor quietis æternæ, quam habere non poterat etſi ad illam creatus. Omnia ſibi hæc fuerunt ei dimiſſa à Chriſto per paſſionem eius, quo ad conuerſos ad fidem, ſeu virtualiter. Populus Gentilis debitor erat in quingentis: qui numerus reſultat ex quinquaginta per decem multiplicatis: quia non ſolum per originale erat obnoxius Deo, & ſeruiens Diabolo, & alienus à quiete ſupernæ beatitudinis: ſed per actualia debitor, contra decem pręcepta agens. Vtrique populo dimiſſum quantum ad electos. Vbi autem abundauit delictum ait apoſtolus: ſuperabundauit & gratia remiſsionis, & deuotionis ac delectationis, ſcilicet in populo Gẽtili conuerſo.

Dominus quare fœnerator.

Rom. 5.

De muliere in adulterio deprehenſa.

Ioan. 8.

Chriſti poteſtas abſoluta in vtroq. foro.

Exemplum etiam notabile de miſericordia eius apparet in adultera cui dixit, Nec ego te condemno vade & amplius noli peccare. Vbi tamen aduertendum quòd Chriſtus habebat poteſtatem abſolutam ſuper quantuncunque ſceleratos in vtroque foro: vnde & pœnam mortis debitam pro adulterio in iudicio contentioſo potuit ſimpliciter remittere, abſque alterius pœnæ impoſitione, & in foro pœnitentiali potuit remittere quo ad culpam & pœnam, ſine confeſſione & ſatisfactione aliqua: quia poteſtatẽ excellentiæ habebat in ſacramentis. Credendum tamen eſt quòd infudit adulteræ tunc tantam contritionem quòd ſufficeret illi ad delectionem omnis culpæ & pœnæ ſicut & Magdalena fecerat. Vnde cùm homines non habeant talem poteſtatem abſolutam: nec in foro cauſarum, nec in foro animarum: non poſſet

Amb. in Pſal. 118.

A iudex nec deberet abſoluere reum ſine aliqua impoſitione pœnæ ſiue in foro contentioſo ſiue in foro pœnitentiali, quia vt ait Ambroſius, bonus iudex iuxta leges & iura pronunciat. 3. q. 7. iudicet.

A. V. C. 32. Iudi. ádũ eſt ſecũdũ leges & allegata & probata § l. illicitas. ff. de offi. præſi.

§ XIIII.

Manifeſtatur & erga viros delinquentes immenſa clementia eius: non ſolum in Petro negante, & apoſtolis tempore paſsionis omnibus à fide diuinitatis eius recedentibus, ſed etiam in Zachæo

Luc. 91. Ex Cat. aur. 9. Th. de Zachęo publicano.

B qui erat princeps Publicanorum. Nam referente Luca, cùm perambularet Ieſus Hiericho. Hierico interpretatur Luna, & ſignat mundum plenum mutationibus, vt luna perambulatio Ieſu, eſt incarnatio eius. Et ſicut ibi illuminatus eſt cæcus, ſic & Zachęus ab effectu terrenorum immoderato eſt ſeparatus: quia per Chriſti incarnationem mundus qui cæcus erat, multis erroribus obſcuratus, & amori terreno rũ totaliter deditus, illuminatus fuit & à cupiditatibus abſolutus Dei gratia & doctrina. Sequitur, Ecce vir nomine Zachæus. Nomen exprimitur, vt intelligatur vera hiſtoria, non parabola. Princeps Publica

C norum. Cyrillus.[a] Publicanus vir eſt auarus, effrenis erga ſuperflua, alieni amator: hoc enim eſt Publicanorum officium. Vel Publicanus publicus peccator. Horum talium hic erat princeps, quaſi peior cæteris. Quis ergo de ſe deſperat: quando iſte peruenit ad Chriſtum, cui cenſus ex fraude inquit Ambroſius, reſtituta tamen fraude: vt patet infra. Et ipſe diues vt intelligas omnes diuites auaros: ſcilicet communiter. Hier. Omnis diues aut iniquus, aut hęres iniquit. Et quærebat videre Ieſum, quis eſſet. Titus. Pullulauerat in eo ſemen ſalutis: quia cupiebat videre Ieſum, vtpote qui nunquã eum viderat: quia ſi vidiſſet, du-

Publicanus quis eſſet. Amb. l. 8. cõ. in Lu.

Hiero. ad Hedib.

D dum iam receſsiſſet malitia Publicana: qui enim Ieſum videt, non poteſt in nequitia perdurare. Et non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Titus. Duo erant impedimenta huiuſmodi viſioni. Nam retardabat eum populus, non tam virorum quam peccatorum, & quia ſtatura puſillus erat. Ambr. Puſillus malitia, id eſt, ex defectu bonitatis, quæ eſt magnitudo animę, vel puſillus fide. Et præcurrens aſcendit in arborem ſicomorum, vt videret illum. Cyrillus. Turba autem eſt imperitæ multitudinis confuſio, quæ verticem nequit videre ſapientiæ. Ergo Zachæus quãdiu in turba eſt, non vidit Chriſtum: ſed plebem, iam

Amb. in Lu. l. 8. Arbor ſicomorus.

E tranſgreſſus iuſtitiam meruit quem deſiderabat aſpicere in arbore ſicomoro. Beda. Sycomorus eſt arbor foliis moro ſimilis, ſed altitudine præſtans: vnde & à latinis celſa nũcupatur, ficus fatua dicitur: & eadem dominica crux, quę credentes alit, vt ficus, ab incredulis irridetur, vt fatua, hanc arborem ſtatura puſillus Zachæus, vt coexaltari poſsit aſcendit, dum quilibet humilis & proprię conſcius infirmitatis, clamat. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Quia inde erat Ieſus tranſiturus. Amb. Pulchrè addit Euangeliſta: quia illa parte Ieſus erat tranſiturus. Vel vbi ſycomorus: vel vbi crediturus, vt &

Beda in Lu. 19. c. l. lib. 5. com. Arbor ſycomorus ſignat dominicam crucem. Bal. 6. Amb. ibi.

F myſterium ſeruaret, & gratiam ſeminaret. Sic enim

a Hæc publicani definitio ex libris ſacris petita eſt, in quib. ob auaritiam & quæſtum rapinámque bi male audiunt. Sed apud Romanos Publicani fuerunt æquites Romani qui publica populi Romani vectigalia, & vltro tributa quæſtus ſui gratia conducebant. vide Sigon. de anti. iur. ciu. Rom. l. 2. c. 4.

venerat,

A.C.V. 12. venerat, vt per Iudæos tranſiret ad gentes. Et cùm A veniſſet ad locum: ſuſcipiens Ieſus vidit illum. Cyrillus. Vidit quidem hominis animam promptiſſimè nitentem ad ſanctè viuendum, & eum ad pietatem

Bed. ibid. conuertit. Beda. Perambulans dominus venit ad locum vbi Zachæus Sycomorum conſcenderat: quia miſſis per mundum ſui verbi præconibus, in quibus ipſe nimirum loquebatur, & ibat: venit ad populum nationum, qui paſſionis eius fide iam ſublimis exiſtens, etiam diuinitatis eius ardebat agnita facie beari.] Quem ſuſpiciens vidit: quia per gratiam elegit. Vel ſecundum Ambro. Zachæus ſuper arborem: quia

Amb. ibi. ſupra legem eſt. Et dixit illi Ieſus. Ambro. Capit B eum ſe non inuitatus inuitat, ſciebat enim vberem hoſpitis ſui eſſe mercedem. Sed & ſi non vocem inuitantis, audierat tamen affectum: ideo dixit, Zachęe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Titus. Hic ſolam viſionem eius deſiderauit, ſed qui nouit plus facere quàm quærimus, dedit ei ſupra id quod expectabat, ſcilicet vt in

Bed. ibid. domo ſua eum reciperet. Beda. Ecce camelus depoſita gibbi ſarcina, per foramē acus tranſit: hoc eſt diues & publicanus relicto amore diuitiarum: contempto ſenſu fraudium, anguſtam portā, arctámque C viam, quæ ad vitam ducit aſcendit. Vnde ſubdit. Et feſtinans deſcendit. Beda. Quod deſcendere de Sycomoro Zacheus & ſic in domo ſua Chriſto manſionem parare iubetur, hoc eſt quòd ait apoſtolus.

2.Cor.5. 2.Cor.13. Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum: ſed nunc iam non nouimus. Et ſi crucifixus eſt ex infirmitate: ſed viuit ex virtute Dei. Et excepit illum gaudens. Chryſoſt. Conſidera ſaluatoris nimiam bonitatem. Inſons cum ſontibus conuerſatur. Fons iuſtitiæ cum auaritia, quæ eſt materia prauitatis. Ingreſſus domum Publicani nullam ex auaritiæ nebula iniuriam paritur: ſed fulgore iuſtitiæ auaritiam delet. D Sed mordaces & criminationis amatores inuehi tentant in his, quæ ab eo fiebant. Sequitur enim. Et cùm viderent: omnes murmurabant: dicentes quòd

Mat.11. ad hominem peccatorem diuertiſſet. Ipſe vero inquit Chryſoſt. incuſatus vt epulo, & publicanorum amicus, ſpernebat hæc, vt conſummaret propoſitū. Quia & medicus niſi patiatur ſaniem ægrotorum: non liberat à morbo: quod & tunc contigit: quoniam conuerſus eſt publicanus & factus eſt melior. Nam ſequitur. Stans Zachæus dixit ad Ieſum. Chryſoſt. Audi mirabile: nondum dicit, & obedit. Et ſicut E ſol per radios infuſus in domum non illuſtrat verbo, ſed opere, ita ſaluator radiis iuſtitiæ nequitiæ fugauit caliginem. Ecce inquit dimidium bonorum meorum do pauperibus. Chryſoſt. Eſt autem diligentius attendendum quòd opes Zachæi non ſolum erant iniuſtæ, id eſt, per fraudes & rapinas acquiſitæ ſed etiam ex patrimonio fuerant congregatæ, alioqui

Zachæi opes ex quib. fiebat reſtitutio ex patrimonio erant. quomodo poterat extorta iniquè reſtituere in quadruplum. Sciebat enim legem iubentem reſtituere in quadruplum. Et ideo ſubdit. Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Auguſt. Qui contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, oppreſſionibus, inuaſionibus, aliqua abſtulerint, reddenda F

Augu. ep. 54. ad Maced. Reſtitutio facienda de his quę iniuſte ablata ſunt non dāda. potius, quam donanda cenſemus Zachæi publicani exemplo 14. q. 5. non ſane. Quod fraudatis reſtitueret quod fraudauerat, iuſtitiæ debitum exigebat: quòd vero quadruplum, ſupererogationis. Quòd medietatem bonorum ſuorum pauperibus largitetur: perfectionis. Reſtitutis enim malè ablatis, quod ſibi reſtabat pauperibus erogabat. Et notandum ſecundum Theop. quod non dicit dabo, & reddam ſcilicet in futurum promittendo, ſed do medietatem & reddo quadruplum, in præſenti faciendo, quod eſt contra eos, qui proponunt & non faciunt. Et reſpondit Ieſus ad eum. Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, per hoc ipſum Zachæum ſignans aſſecutum fuiſſe ſalutem, per domum habitatorem ſignificans. Eo quòd ipſe ſit filius Abrahæ. Beda. Filius Abrahæ dicitur Zachæus non quia ſit de eius ſtirpe generatus: ſed quia eſt eius fidem imitatus, vt ſicut ille terram domúmque paternam deſeruit, ita iſte bona ſua partienda pauperibus reliquerit. Pulchrè autem dicit & ipſe: vt nō ſolū eos qui iuſti perſeuerāt, ſed & eos qui ab iniuſtitia reſipiſcunt, ad filios promiſsionis pertinere declaret. Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. Quia enim murmurabant quidam, eo quòd cum viro peccatore moraretur, ad compeſcendos illos dixit. Venit filius hominis &c. q. d. Quid me criminamini ſi rectifico peccatores? ſecundum Chryſoſt. Tam enim procul eſt à me odium peccatorum, cùm eorum cauſa aduenerim. Nam medicus veni non iudex. Ob hoc conuiua fio languentium, patiórque fœtorem vt præſtem remedia. Quærit autem hic aliquis quomodo Paulus iubet, ſi quis frater fuerit procax, aut auarus, & huiuſmodi cū talibus nec cibum ſumere, Chriſtus autē erat publicanorum conuiua. [Sed nondum prouecti] erant iſti, vt fierent fratres, ſed & tunc vitare pręcepit apoſtolus fratres cùm perſtant in malo: hi autem iam mutati erant. hæc Chryſoſt. Beda. Myſtice vero Zachæus qui interpretatur iuſtificatus credentem ex gentibus ſignat populum, qui [quanto curis ſæcularibus occupatior: tanto flagitiis deprimentibus erat factus humilior], ſed à domino ſanctificatus eſt qui intrantem dominum Hiericho ſaluatorem videre quærebat, dum fidem quam mundo attulit, participare quæſiuit.

A.V.C. 12. Gen.12. Fili' Abrahæ Zachęus & quare. 1. Cor.5. Quando cum fratribus peccātibus non eſt cōuerſandū. Zachæus myſtice quid ſignat.

§. XV.

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes, &c. Theophilus ſint lumbi, id eſt, ſemper procliues ad opera exequenda domini noſtri. Lucernæ ardentes. Theophilus id eſt, non ducatis vitam in tenebris, ſed adſit vobis lux rationis oſtendens vobis agenda & fugienda. Eſt enim mundus nox. cincti vero lumbos ſunt qui practicam exequūtur, nam talis eſt miniſtrantium habitus, quibus oportet adeſſe & lucernas ardentes, id eſt, diſcretionis donum, vt non ſolum valeat cognoſcere practicus quæ agere oporteat, ſed & quomodo alioquin in pręcipitio ſuperbiæ homines ruūt. Lucernæ in plurali. Theophi. duas lucernas habeamus ardentes, ſcilicet conceptum mentis iugiter in anima emicantem, quo illuſtramus, & doctrinam qua cæteros illuminamus. Vel ſecundum Gregor. lumbos præcingimus cùm carnem à luxuria coercemus. In lumbis enim viris luxuria eſt: quia ſcilicet, inde deciditur ſemen. Lucernas habemus in manibus, cùm exempla lucentia in operibus noſtris oſtendimus. Vel ſecundum Auguſt. Docet lumbos præcingere per continentiam ab amore terrenorum. Et lucernas habere accenſas, vt hoc ipſum vero fine & recta intentione faciamus, ſed ſi vtrumque horum agitur, reſtat vt totam ſpem noſtram in redemptoris aduentu conſtituamus. Vnde ſubditur. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis. Ad nuptias quippe dominus abiit:

Expoſitio Euā de lūbis præcingendis. ex D.Th. Cat. aurea Luc.12. Cincti lūbos qui. Luc.12. Gre.ho.13 in Euan. Aug.lib.2. quæſt.Euā. c.15.

A.V.C. 12. abiit:quia aſcendens in cœlum ſupernam ſibi multitudinem Angelorum nouus homo copulauit. Theophi. Quotidie etiam dominus in cœlis deſponſat ſanctorum animas: quas ei Paulus vel alius ſimilis virginem caſtam offert. (2.Cor.11.) Rediit autem à nuptiis celebratis in cœlis, forſan vniuerſaliter in conſummatione totius, quando veniet de cœlo in gloria patris, forſan etiam ſingulis horis adſtans inopinatæ particulari vnius cuiuſque conſummationi. Vt cùm venerit & pulſauerit, &c. (Greg. 16.) Greg. Venit dominus cùm ad iudiciũ properat, pulſat vero cùm iam per ægritudinis moleſtiam mortem vicinam eſſe deſignat. Cui confeſtim aperimus: ſi hunc cum amore ſuſcipimus, aperire enim iudici pulſanti non vult qui exire de corpore trepidat, & eum quem contempſiſſe ſe meminit, iudicem videre formidat. Confeſtim aperit, qui cùm tempus propinquæ mortis cognouerit, ex ſpe bonæ operationis factæ de gloria retributionis hilareſcit. Beati ſunt ſerui illi quos cùm venerit dominus, inuenerit vigilantes. (Greg. 16.) Greg. Vigilat qui ad aſpectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, qui ſeruat operando quod credit, qui à ſe corporis & negligentiæ tenebras repellit. Amen dico vobis quòd præcinget ſe. Orig. Erit enim præcinctus iuſtitia circa lumbos ſuos ſecundum Eſa. (Eſa.11.) per quam præcingit ſe, id eſt, ad retributionem ſe præparat. Vel ſecundum Theophilum (Deus capi non poteſt Iſa.6.) præcingit ſe, eo quòd non totam vbertatem bonorum largitur, ſed hanc cohibet ſecundum certam menſuram. Quis enim Deũ capere poteſt quantus eſt? Vnde & Seraphim velari dicũtur propter eius excellentiam. Et faciet illos diſcumbere, id eſt, omnino requieſcere: ſicut enim diſcumbendo totũ corpus facit pauſare, ſic in futura gloria totus in corpore & anima, tandem beatus quieſcet. faciet diſcumbere feſſos refocillans, & apponens ſpirituales delicias. Tranſiẽs miniſtrabit illis, id eſt, ſecundum Theophi. quaſi vicem æqualem eis reddens, vt ſicut illi miniſtrauerunt ei, ſic ipſe eis miniſtret. Tranſiens dicitur ſecundum Greg. (Gre. ibid.) cùm de iudicio ad regnum redit. Vel tranſit dominus cùm ab humanitatis forma in diuinitatis ſuæ contemplationem nos leuat, prima vigilia ſecundum Grego. eſt pueritia: ſecunda iuuentus, tertia ſenectus, &c.

§. XVI.

(De diuite epulone & Lazaro mendico. Lu.16. Bed. lib.5. cõ.in Luc. Amb. l. 8. cõ.in Luc.) DE diuite epulone & Lazaro mendico non parabola, id eſt, ſimilitudo tantum, ſed exemplum rei factæ ſecundum Bedam & vera Hiſtoriæ narratio, ſecundum Amb. id inſinuatur ex quo nomen exprimitur, dicitur tamen & parabola vel ſimilitudo, vt ex hoc alij admoneantur. Nam ſecundũ Cyrillum refert traditio Iudæorum Lazarum quendam fuiſſe tunc temporis in Hieruſalem extrema preſſum inopia & infirmitate: (Lazarus mendicus quis.) cuius meminit Dominus intro ducens eum in exemplum, ad maiorem ſermonis manifeſtationem. Et ex hoc innuitur aperte mirabilis prouidentia Dei in hoc ſæculo bonos deprimi & multipliciter affligi, & malos proſperari: in alio vero malos in inferno torqueri: & bonos in requie fœlicitatis permanere. Vnde dicit. Homo quidam erat diues: quia in præſenti mali ſunt præeminentes bonis in dominio: (Diuitis nomen quare non exprimitur.) ideo prius ponitur vita mali diuitis. Homo dicitur prout deriuatur ab humo: nõ in quantum eſt animal rationale. nam toto effectu deditus erat terrenis cupiditatibus non vtens ratione. Quidã dicitur (Pſal.48.) nec proprium nomẽ exprimitur: vt in eo cru-

A cietur in quo deliquit: quia enim fuit de numero illorum qui vocauerunt nomina ſua in terris ſuis ſecundum Pſalmiſtã, inde poſt trãſitum huius vitæ nomẽ amittit. (Mat.8.) Tacetur etiam nomen eius quaſi ignoretur à Chriſto: quia peccatores dicitur ignorare, id eſt, facta eorum nõ approbare. Tacet etiam Chriſtus eius nomen, licet ſciret, ne ſcandalizaret audientes. Nam iſte diues vt refert Io. Damaſ. dicitur fuiſſe cõſanguineus Zachariæ patris Baptiſtæ: & multis notus. Erat diues. (Ambr. in Luc. lib.8.) Non eſt modò diues: ſed pauper, cæcus, & nudus. Erat: quia præterierunt omnia velut vmbra. Nõ ſunt: ait Amb. diuitiæ in ſe criminoſę: ſed luxuria infamat diuitias, (Hie.ep.ad Hedib.) B & omnis diues, ait Hieron. aut iniquus, aut auarus. Et vermis diuitum ſuperbia ſecũdum Augu. (Auaritia in quo conſiſtit.) Non ſolum enim auaritia conſiſtit in illicite acquirendo, ſed etiam in tenaciter retinendo, & non (Th.in 2.2. q.118.a.4.) ſubueniendo pauperibus, quãdo oportet, vt iſte epulo. Inſuper inordinate amando: in diuitiis, conſtituẽdo vltimum finem, ſecundum Tho. in ſumma. Qui induebatur purpura & byſſo. Ecce iactantia ſuperbiæ. Nam purpura ſecundum Bedam eſt color regij (Bed. l.5. in Luc.) habitus è conchis marinis ferro circumciſis emiſſa. Byſſus vero genus lini cãdidiſſimi & molliſſimi. Gre. (Gr.ho.40. in Euan.) Si ſubtilium pretioſarúmque veſtium cultus culpa C non eſſet: nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprimeret, [quod diues qui torquebatur apud inferos byſſo & purpura indutus fuiſſet] nemo quippe precioſa veſtimenta niſi ad inanem gloriam quærit. glo. Tho. precioſam, id eſt, excedentem qualitatem conditionis ſuæ. Et epulabatur quotidie ſplendide. Epulę notant ſuperfluitatem, quotidie continuitatem: ſplẽdide latam ſtudioſitatem. Chryſ. (Chryſo. in hom.) Cinerem & puluerem de diuite & terrã purpura & ſerico protegebat. Et qualia veſtimẽta tales & epulę, corpori vermibus corrodendo. Gre. Solerter intuendum eſt, quia celebrari conuiuia ſine culpa vix poſſunt, pene ſemper D epulas concomitatur voluptas. Hie. (Hie. ad Anian. epiſtol.147.) Venter & genitalia vicina ſunt membra, vt ex vicinitate membrorũ intelligatur confœderatio vitiorum. di.44. §.1. (Inter gulam & luxuriam cõfœderatio.) Exinde ponitur conuerſatio Lazari, vnde ſequitur. Erat mẽdicus quidam. Tranſiit mendicitas eius & omnis miſeria & non eſt modo pauper: ſed ditiſſimus nomine Lazarus. Ponitur nomẽ eius: quia tales Deo noti ſunt, id eſt, approbati & grati in operibus ſuis: quia gratia (Lazari etymol.) Dei fultus: ſic enim interpretatur Lazarus, adiutus, ſcilicet gratia Dei. Vlceribus plenus, vt magis ad meritum creſceret: non ſolum mendicitas cõmemoratur quæ eſt extrema paupertas petens eleemoſynas: E vnde mendicus quaſi manu dicens dicitur ſed & infirmitas, & grauis quia vlceribus plenus, non vnum ſed multa habebat, adeo quòd iacebat deſpectus à cũctis, vt domum vel hoſpitale non inueniret eum recipiens, ſed in via iacebat. Iacebat enim ante ianuam diuitis. Mirum eſt, quòd diues ille ſuperbus & auarus permittebat eum ante domum eius manere, & non expellebat. Sed totum creditur diuina diſpenſatione peractum, vt pauperi inde augeretur corona patientiæ, quotidie cernenti illum iniquum ita proſpere: & ſe ab illis ſceleribus liberum tãta calamitate teneri, vnde tentari poterat, & diuiti iudicium damnationis creſceret, F dum quotidie videns tantam inopiam non ſubueniret etiam in minimis. Nam vt ſequitur. Cupiebat ſaturari mendicus non de carnibus & rebus precioſis: ſed de micis quæ cadebant de menſa diuitis. Inter tot vulnera non meminit dolores plagarum ſed famẽ: quaſi ei diceret. Quod proiicis de menſa prebe mihi in eleemoſynam, fac damna lucrum. Sed nemo illi dabat. Crudelis enim dominus crudeles ha

A.V.C. 12. Amb.8. in Luc.

les habebat & famulos. Ita enim air Amb. ſunt conditionis humanæ immemores diuites: vt tanquam ſupra naturam ſiti, de miſeriis pauperum ſuarum capiant incentiua voluptatum, rident inopem, inſultant egenti, & quorum miſereri deceat: his auferunt, Non tamen ſuos etſi afflictos deſerit Deus. Vnde & ſequitur. Canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Chryſ. vlcera quæ nullus hominum lauare dignabatur & contrectare, feræ mites lambunt. Deinde ponitur migratio vtriuſque. Factum eſt inquit dominus vt moreretur mendicus, factum eſt ſcilicet diuina diſpenſatione operante, vt merces redderetur inopi: vt moreretur mendicus. Non eſt mortuus Lazarus, ſed mendicus, paupertas & miſeria eius, ipſe autem quo ad animam viuit in æternum & in requie. vnde ſequitur. & portaretur ab angelis. Chryſ. tanta pœna repente deliciæ commutantur: portatur poſt tantos labores, qui defecerat, ne ſaltem ambulans laboraret. Sed iſta portatio non eſt corporalis ſuſtentatio; cùm nec anima nec angelus corporalis ſit, ſed gaudioſa aſſociatio, & defenſio ab inſidiis diaboli. Chryſ. Suffecerat ad portãdum pauperem vnus Angelus, ſed proprerea plures veniunt, vt chorum lętitiæ faciant, gaudet vnuſquiſque Angelus tantum onus tangere, libenter talibus oneribus prægrauantur, vt ducant homines ad regna cœlorum. In ſinum Abrahæ. Chryſ. In ſinum Abrahæ portatur vt illum palparet & refocillaret. Sinus Abrahæ paradiſus eſt. hæc Chryſ. ſcilicet nunc. Nam in veteri teſtamento ſinus Abrahæ erat limbus patrum. Qui ſic dicitur, quia ſicut ſinus eſt locus ſecuritatis & quietis: nã quæ ſecura eſſe volumus ne amittamus in ſinu ponimus, & paruuli in ſinu matris requieſcunt, ita animæ deſcendentes ad limbũ ſecutæ erant ſuæ ſalutis, & quieſcebant, ſcilicet non afflictæ à pœna ignis: etſi Deum non viderent, Abrahæ autem dicitur ſinus: quia illuc deſcendebãt animæ fidelium, quorũ credentiũ Abraham dicitur pater, & pater fidei; quia primus fuit qui publice confiteretur verũ Deum inter Chaldęos idolatras & ſolum in familia eius remanſit cultus veri Dei: & ex magna fide credidit ex ſe iam centenario & ſterili vxore filium naſciturum, in quo gentes ſaluarentur.

Deus afflictos non deſerit.

Lazarus non moritur hic ſed mendicus.

Chryſ. 16.

Limbus eſt locus ſecuritatis.

Abrahæ ſinus quis.

Abrahæ fides.

Mors epulonis.

Sequitur de morte epulonis. Mortuus eſt autem & diues: quia defecerunt ei diuitiæ: quoniam vt ait Pſalm. 48. & Iob 27. Diues cùm interierit non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria domus eius. Chryſ. Mortuus tunc quidem eſt corpore, ſed erat illi anima mortua antea, nihil enim agebat ex operibus animæ: nam totus feruor eius qui prouenit ex dilectione proximi expirauerat, & erat defuncto corpore defunctior. Nullus eſt autẽ qui ſepeliendo diuiti miniſtraſſe dicatur, vt Lazaro, eo nãmq; quòd in lato itinere delectatus, multos habuit obſequentes adulatores, vt peruenit ad finem, priuatus eſt omnibus. Et quid receperit anima eius audiamus: Sepultus eſt in inferno, ea ſcilicet ſepultura quam Hiere. deſcribit de Ioachim rege. Sepultura ſcilicet aſini ſepelietur, quæ talis eſt. Eo mortuo fiunt de eo tres partes: nam pellem recipiunt domini eius, ſic & temporalia ſeu exteriora bona ſignata per pellem recipiũt attinentes ſui. Et ſicut de pelle aſini fiunt tympana: ad quorum ſonitum homines gaudent & tripudiãt, ita diuitiis peccatorum, remanentes homines ad vana gaudia vtuntur. Caro aſini à vermibus roditur & conſumitur, ita & cadauer hominis. Oſſa vero exponuntur caloribus & frigoribus duratura, & animæ peccatorum cum patientiis ſuis permanentes

Chryſ.ibi.

Hie.22. Aſini ſepultura homini io pio accommodatur.

A.V.C. 12. Iob.10. Aug.l.2.q. Euan.c.38. Inferni deſcriptio.

A tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium in inferno: vbi nulla eſt redemptio, vt ait Iob. Baſilius. Eſt autem infernus quidam locus communis in intimo terræ obumbratus vndique & opacus. Cuius eſt quoddam orificium in profundum tendens per quod patet deſcenſus animabus ad pœnam damnatis. Augu. Sepultura inferni pœnarum eſt profunditas: quæ ſuperbos & immiſericordes poſt hanc vitã deuorat. Demum ponitur retributio eius pœnalis: vnde ſequitur. Eleuans autem oculos cùm eſſet in tormentis Greg. Oculos quos culpa clauſit, nunc pœna aperit, noluit in vita aperire oculos miſericordiæ ad

B mendicum, nunc cogitur aperire cum pœna ad eum conſolandum. Chryſ. Diuiti enim mortuo augebat exitium accubitus in gehenna, & proſpectus delectationis Lazari, ne ſola tormentorum natura, ſed & toleratione honoris illius intolerabilius ſentiret ſupplicium. Vnde dicit, cùm eſſet in tormentis. Chryſo. non dicit tormento: ſed tormentis. Infinita enim tormenta poſſident. Glo. Infinita duratione: ac etiam à noſtra hic comprehenſione, totus in tormentis erat: oculos ſuos liberos habebat, vt alterius lætitiam poſſet aſpicere, & magis torqueretur inde. Vidit Abraham à longe. Greg. Si Abraham tunc in imis non

Chryſ. de Lazaro conc.c.2.

Tormenta inferorum infinita.

Greg.l.12. mor.ca.7. & 13 c. 22. Iuſti ante Chriſtum ad cœlum non aſcendebant.

C eſſet, hunc diues in tormentis poſitus non videret. Eos enim qui cœleſtis patriæ vias ſecuti ſunt, in egreſſu carnis, inferni clauſtra tenuerunt, id eſt limbi. Nõ vt pœna ſcilicet ignis quaſi peccatores plecteret, ſed vt illos in locis remotioribus requieſcentes, quia necdum interceſſio mediatoris aduenerat, ab ingreſſu regni reatus primæ culpæ retineret. Et Lazarum in ſinu eius. Chryſ. Multi ibi erant pauperes iuſti, ſed qui iacuit ad limina eius aſpectui eius occurrit ad eius triſtitiam. Hic innoteſcit, quia omnes qui à nobis offenduntur, obiicientur noſtro aſpectui. Et ipſe clamans dixit. Chryſ. Magnitudo pœnæ magnam vo-

D cem reddebat. Pater Abraham, patrem vocat Abraham natura: quia recognouit ſe de eius genere deſcẽdiſſe. Sed non fuit filius eius imitatione, quia Abraham charitatiuus, iſte crudelis. Ille ante fores tabernaculi manebat vt tranſeuntes reciperet: hic & manentes ante domum auertebat non miſerãdo. Chryſoſt. nec tamen dirigit ſermonem ad Lazarum, ſed ad Abraham, quia forſitan erubeſcebat, vel putabat Lazarum reminiſci malorum ex propriis iudicans de illo. Miſerere mei (ait) Chryſoſt. Fruſtra agis pœnitentiam vbi non eſt pœnitentiæ locus. Tormenta te cogunt, non mentis affectus: qui eſt in re-

Gen.18.

Chryſ.ibi.

E gno cœlorum, neſcio an eius, qui in inferno eſt, valeat miſereri. Mitte Lazarum. Chryſoſt. Erras miſer, Abraham mittere non poteſt: ſed ſuſcipere poteſt, Lazarum videre non dignabaris, & nunc digitum eius deſideras, hoc quod petis, tu ei debebas facere cùm adhuc viueres, aquam deſideras, qui delibutos cibos ante faſtidiebas. Chryſoſt. mutantur res, & notificatur omnibus quis eſſet diues, & quis eſſet pauper. Sicut enim in theatro cùm aduespe raſcit & adſtantes recedunt, exuentes ſe & amictum deponentes, qui reges & prætores viſi fuerant omnibus, vlterius videntur vt ſunt, ſic & adueniente

F morte, & ſoluto ſpectaculo, vniuerſis laruis egeſtatis & diuitiarum depoſitis ex ſolis operibus diiudicantur, qui verè ſunt diuites, & qui pauperes: qui glorioſi & qui inglorij. Gregor. Diues guttam aquæ petiuit, qui in vita micas panis negauit: vnde dicit. Quod autem hic fiat mentio de membris vt oculis, lingua & digito, non eſt intelligendum materialiter, vt de membris corporis, ſed tropice, nam & ita dicuntur

Egregia ſimilitudo quam à Luciano in paraſito ſumpſit Chryſ.

Greg.l.18. mor. c. 10.

de Deo

A.C. 30.

de Deo in quo nil eſt corporeum: diues enim ille & Lazarus erant apud inferos in anima non incorporee: quæ cum ſit ſpiritus, non habet linguam vel digitum corporeum. Sed viſio eius, cognitio eius, eſt lingua eius reatus malæ locutionis in mundo: locutio eius conceptus intellectualis vel manifeſtatio eius: in extremũ digiti minima operatio ſicut & aqua aliquod refrigerium à pœna, ſecũdum Aug. Vnde ſubdit. Vt refrigeret linguam meam. Grego. Quid eſt quòd in tormentis poſitus diues linguam ſuam refrigerari poſtulat, aliud magis quàm niſi quia in conuiuando loquacitate offenderat: puta detrahendo, deridendo, vana & turpia loquendo. Ideo in lingua potius ardebat id eſt, propter peccatum linguæ ſpecialius torquebatur. Chry. Multa enim ſuperba lingua eius locuta eſt, vbi peccatum ibi & pœna. Et quia plurimum peccauit, ideo amplius torquetur. Vel ſecundum Aug. quod linguam ſuam vult refrigerari cùm in flammã vtique totus arderet ſignat quod ſcriptũ eſt. Mors & vita in manibus linguæ. & quia ore confeſſio fit ad ſalutem, quod per ſuperbiã ille non fecerat. Extremum autem digiti minimam operationem ſignificat, qua per ſpiritum ſanctum ſubuenitur. Quia crutior inquit in hac flamma. Ignis ille ſeu flamma materialis cùm ſit corporeus non agit in animam quæ ſpiritus eſt & nobilior naturaliter, ſed velut inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ ſupernaturaliter affligens eam per modum detentionis, ſecundum Thom. in quarto, vel etiam per modum inflictionis, ſecundum Petr. de palude, excedens ſecundum omnes pœnam omnem vitæ præſentis ſecundum Auguſt. diſtin. 25. vnum §. alias autem ea. Quia crucior, &c. Baſi. Condignum præmium redditur illi, ignis & infernalis pœna, lingua areſacta, vice lyræ ſonantis, gemitus, vice potus, deſiderium ſtillæ, vice ſpectaculorum enormium, caligo profunda, vice ambitus inceſſantis peruigil vermis. Chryſo. Non quia diues erat, torquebatur, ſed quia miſertus non eſt. Grego. Hic colligendum eſt qua pœna mulctandus ſit, qui aliena diripit, ſi inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur 12. quæſt. 2. et illi. Ambr. Cruciatur etiam quia luxurioſo carere delitiis pœna eſt, aqua autem non eſt refectio animæ in doloribus conſtitutæ, ſed quia diues non fuit miſertus (ait Greg.) pauperis iacentis ad ianuam, cùm miſericordia egeat, non exauditur. Vnde ſequitur. Et ait illi Abraham, fili recordare. Chryſoſt. Aſpice patriarchæ bonitatem, vocat illum filium, nullum tamen præbet illi auxilium qui ſe remedio priuauerat. Recordare ait, id eſt aduertas præterita, nec obliuiſcaris quot fueris oblectatus diuitiis. Recepiſti bona in vita tua. Chryſo. Illa quæ vere bona eſſe putabas & non alia credebas, & ideo illis amiſſis non tibi reſtant alia bona habenda, & Lazarus mala, quæ tu putabas vera mala ſed non erant, etſi mala corporis, non tamen animæ. Ambr. Mala enim non ſunt niſi quæ crimine mentem implicant: & conſcientiam ligant. Cæterum paupertatem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo ſapiens mala dixerit. 25. q. 1. illa cauenda. Recepiſti bona &c. Chryſ. Non poteſt vel malus in omnibus eſſe malus: ſed habet aliqua bona opera de genere bonorum: nec bonus poteſt in omnibus eſſe bonus, ſed habet aliqua peccata. Cùm ergo malus proſperitatem accipit, malo capitis ſui eſt: cùm enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illic amplius punietur, de pœn. d. 3. quid

Animæ ſicut & Deo corporea membra tropice tribuuntur.
Aug. 16.
Gre. hom. 40.
Aug. 16.
Prou. 18.
Rom. 10.
Ignis qualiter agat in animas cruciat.
Thom. in 4. d. 44. q. 3. a. 3. & in ſuppl. q. 70 a 3.
Augu. ſer. 4 de animab. def.
Eſt etiam conc. Tol. 4. c. 66.
Amb. li. 1. Exam. c. 8. mala quæ vere ſint.
Chryſ. hõ. 67 ad pop. Antioch
Bonus ſine malis, & malus ſine bonis hic non reperitur.

ergo. Et cùm bonus mala, id eſt aduerſa tolerat, per ea de peccatis purgatur. Nunc autem hic conſolatur Apoſtolus ad Rom. 8. & 2. ad Corin. 1. Si compatimur & conregnabimus, ſi fuerimus ſocij paſſionũ ſimul & conſolationum erimus, & Pſal. 93. Secundũ multitudinem dolorum meorum &c. tu vero cruciaris Hiero. Difficile eſt immo impoſſibile, vt præſentibus quis & futuris fruatur bonis: vt de delicijs transeat ad delicias: vt in vtroque ſæculo primus ſit: vt & in cœlo & in terra appareat glorioſus: hic impleat ventrem, illic mentem. hæc ille. Sed nota verbum illud fruatur Gregor. Quicunque

B bona in hoc ſeculo, habetis cùm vos bona egiſſe recolitis, valde de ipſis pertimeſcite ne conceſſa vobis proſperitas eorundem remuneratio ſit bonorum. Et cùm quoſlibet pauperes nonnulla reprehenſibilia perpetrare conſpicitis: nolite deſpicere, nolite deſperare quia fortaſſe quos ſuperfluitas tenuiſſima prauitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. Et in his omnibus &c. Chryſ. Poſt miſericordiam Dei ſperandum eſt in propriis ſtudiis de ſalute: non in nominãdo patres amicos vel proximos: frater enim non redimit. Idem Hiero. 13. q. 2. in præſenti cum. §. ſeq. Chaos magnum firmatum eſt. Theophi. Chaos

C magnum ſignat iuſtorum à peccatoribus diſtantiã. Nam ſicut affectus eorum varij in vita fuerant ita & manſiones non modicum differunt. Firmatum autẽ dicitur: quia ſecundum Chryſo. diſſolui non poteſt, agitari, vel concuti. Amb. Inter diuitem ergo & pauperem Chaos firmatum eſt: quia poſt mortem nequeunt merita mutari. Vnde ſequitur. Vt hi qui volunt hinc ad vos tranſire non poſſint: neque inde huc tranſmeare Chryſo. q. d. Videre poſſumus: tranſire non poſſumus, & nos videmus quid fugerimus: & vos videtis quid perdideritis: & noſtra gaudia cumulant tormenta veſtra, & veſtra tormenta cumulant gaudia noſtra Greg. Sicut enim tranſire reprobi

D ad electos cupiunt, id eſt à ſuppliciorum ſuorum afflictione migrare: ita ad afflictos & in tormentis poſitos tranſire iuſtorum, eſt mente ire per miſericordiam: eoſque velle liberare, ſcilicet quodam inſtinctu naturali: quæ dicitur voluntas & natura. Sed iuſtorum animæ quamuis in naturæ ſuæ bonitate miſericordiã habeant: ita tamẽ authoris ſui iuſtitiæ cõiuncti tanta rectitudine conſtringuntur: vt nulla ad reprobos compaſſione moueantur. Nec ergo tranſeunt iniuſti ad beatorum ſortem quia à damnatione perpetua non liberantur. Nec iuſti ad reprobos tranſire poſſunt, quia erecti iam per iuſtitiam iudicij

E eis, nullo modo aliqua ex compaſſione miſerentur. Et quod dicuntur gaudere de pœnis damnatorum ſancti: intelligendum eſt, non quòd de miſeria eorũ gaudeant: ſed de impletione diuinæ iuſtitiæ, & euaſione ſimilis pœnæ. Theophi. Hinc elicias argumentum contra Orige. qui dixit, Cùm terminus imponendus ſupplicijs, erit tempus quo peccatores aggregabuntur iuſtis & Deo. Contra illud etiam eſt hoc quod Chriſtus ait. Ite maledicti in ignem æternum Matth. 25. Et ait. Rogo ergo te pater. Gregor. Poſtquam ardenti diuiti ſpes tollitur de ſe, ani-

F mus ad propinquos quos reliquerat incurrit. Vnde ait. Rogo ergo te pater. Chryſ. vide peruerſitatem, nec in ipſis pœnis continet veritatem: pater eſt Abraham: quomodo dicis mitte eum in domum patris mei? Auguſtin. Lazarum petit mitti: quia ſenſit ſe vtique indignum qui teſtimonium perhibeat veritati. Et quia non impetrauerat paululum refrige

A.C. 30.
Hiero. ep. 34. ad Iuliã num.
Grego. in hom. ead.
Poſt miſericordiam Dei, ſperandum eſt de propriis ſtudiis.
Pſal. 48.
Ambr. l. 8. in Luc.
Gre. hom. ead.
Beati quo modo erga damnatos affecti ſint.
Origenis error cenſuratur.
Aug. in 2. l. quæſt. euãg. c. 38.

A. C. 30.

refrigerati, multominus credit ſe poſſe relaxari ab inferis ad prædicationem veritatis. Et ſubdit. Vt teſtetur illum ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. Vbi notandum quòd diues ad hoc petendum non mouetur ex charitate fratrum quam nullam habebat, ſed ex amore proprio. Nam cùm fratres ſui abuterentur diuitiis, quas ille eis indiſcrete reliquerat, ex malis operibus eorum in abuſu diuitiarum illarum augebatur pœna diuiti in inferno: inquantum erat occaſio illis delinquendi. Vt ergo non ſibi augeretur pœna quotidie, propterea mitti Lazarum poſtulabat ad corrigendum illos ne male diuitiis vterentur, aut ipſum in malis imitarentur. B Mitte eum in domum patris, &c. Grego. Qua in re notandum eſt: ardenti diuiti quanta ſupplicia cumulantur. Ad pœnam namq; ſuam ei cognitio ſeruatur, & memoria. Cognouit enim & Lazarũ quem deſpexit: & fratrum ſuorum meminit quos reliquit. Vt enim peccatores in ſupplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam quos contempſerunt & de illorum pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt. Quærit etiam hic Aug. Vtrum mortui ſciant quæ hic aguntur, quia diues dixit de fratribus: an electi hoc etiam nouerint, quia Abraham dixit C de vita quam hic tenuit Lazarus, & diues, & de Moyſe, & reſpondet quòd eis mortuis, potuit Lazaro indicante cognoſcere Abrahã, ne falſum ſit quod ſcriptum eſt. Abraham neſciuit nos: poſſunt etiam & ab angelis, qui rebus quæ aguntur hic præſto ſunt, audire aliquid mortui, poſſunt etiam aliqua quæ neceſſarium eſt eos noſſe, non ſolum præterita, ſed etiam futura ſpiritu Dei reuelante cognoſcere. Idem Aug. 2. & plenius 13. q. 2. fatendum. Addens quòd & multi ex mortuis ad viuos aliquos venire creduntur. Cui Abraham. Habent Moyſem & prophetas audiant illos. Chryſ. Non ſint tibi nunc magis curæ fratres tui, quàm Deo qui eos creauit & ſtatuit D doctores eis qui eos ſolicitarent & commonerent. Vocat autem hic Moyſem, & prophetas ſcripta Moyſis & prophetarum. Amb. quo loco euidentiſſime declarat dominus vetus teſtamentum eſſe fidei firmitatem retundens perfidiam Iudæorum, & excludens nequitias hæreticorum. Greg. Sed qui verba Dei deſpexerat, hæc audire non poſſe ſuos ſequaces æſtimabat vnde ſubiungens ait. Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit, ad eos pœnitentiã agent. Chryſ. Quia enim audiendo ſcripturas, contemnebat, & fabulas eſſe putabat, ex his quæ paſſus fuerat, E de fratribus quoque ipſe diiudicabat. Greg. Nyſſenus. Sed & aliud quoddam dogma docemur, quòd Lazari quidem anima non eſt erga præſentia ſolicita, nec retorquet ſe ad aliquid relictorum, at diues quaſi quodam viſco etiam poſt mortem à vita detinetur carnali. Nam ſi quis omnino carnalis ſecundum mentem fiat, nec poſtquam corpus exuerit remouetur à paſſionibus eius. Sed mox diuiti veraci ſententiæ reſpondetur. Ait enim ei Abraham, Si Moyſem & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent. Greg. Quia qui verba deſpiciunt legis, redemptoris præcepta qui ex mortuis reſurrexit, quanto ſubtiliora ſunt, tanto difficilius implebunt. Chryſ. Quod autem hoc verum ſit F [quod qui non auſcultat ſcripturas, nec mortuis rediuiuis auſcultat] oſtenderunt Iudæi, qui nunc quidem volebant occidere Lazarum, nunc vero inuadebant Apoſtolos, cùm tamen à mortuis nonnulli reſurrexerint hora crucis, id eſt reſurgente Chriſto. Sed & illud conſidera, quòd quiſque mortuus ſeruus

An mortuis res huius mũdi ſint en gnitæ.
Aug. l. de cura pro mort. ag.

Greg. 18.

A eſt, quæcunq; verò dicunt ſcripturæ dicit dominus, vnde & ſi reſurgat mortuus, & cœlitus deſcenderit angelus, omnibus magis ſunt dignæ fide ſcripturæ. Nam angelorum dominus mortuorum & viuorum eas inſtituit. Si autem hoc ſciret Deus quòd mortui reſurgentes prodeſſent viuentibus, non hoc omiſiſſet, qui pro vtilitate noſtra ſingula quæq; tractat. Sed etſi crebro reſurgerent mortui, hoc iterum tempore contemnerentur. Sed & Diabolus facile peruerſa dogmata introduceret, id quoque per organa ſua fingens, non quidem ſuſcitans vere defunctos, ſed quibuſdam fallaciis ſpectantium fruſtrans intuitum, vel faciens de induſtria quoſdam mortem ſimulare. Allegorice Greg. dicit Lazarum ſignare populum Gentilem plenum vlceribus peccatorũ, cuius canes, id eſt prædicatores linxerunt vlcera, id eſt abſterſerunt peccata, qui mortuus peccatis requieſcit in fide Abrahæ. Diues ſignat populũ Iudæorum qui glorians ſe de lege, & cõtemnens populum Gentilem, demum propter infidelitatem reprobatus eſt.

A. C. 30.

Mortui quare non reſurgant, vt viuos erudiant.

Greg. ibid

§. XVII.

DE parabola Villici diffamati de dilapidatione bonorum domini ſui, & aſtutia eius in prouidendo ſibi. Narrat ergo Lucas ſolus, quod Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Homo quidam erat diues. Beda. quia ordo prædicandi aptiſſimus eſt vt poſt pœnitentiam eleemoſyna ſuggeratur, ideo poſtquam retulit Lucas tres parabolas de pœnitentibus ex Dei immenſa cleméria receptis ad gratiã, ſubdit parabolã de eleemoſynis dãdis dicẽs. Homo quidã & c. Hic homo dominum deum ſignat, qui eſt diues in omnes qui inuocant eum, cuius eſt terra & plenitudo eius. Hic habebat villicum. Beda Villicus quippe villæ gubernator eſt, vnde & à villa nomen accepit, æconomus autẽ tam pecuniæ quàm frugum & omnium rerum domini diſpenſator eſt. Hæc Beda. Et quia reſpectu patriæ & ſupernę ciuitatis noſtræ mundus iſte qui à mortalibus inhabitatur villa dici poteſt, ideo & quilibet mortalis, villicus appellari poteſt, cui à Deo bona quæ dantur omnia ſiue naturalia ſiue temporalia ſiue ſpiritualia ad diſpenſandum, id eſt bene vtendum ad vtilitatem domini, id eſt ad gloriam, non ſui commodum, collata ſunt, & inter alia ſunt diuitiæ quas debet quis pauperibus diſpenſare, non ſibi tenaciter reſeruare, vel male expendere. Sequitur. Et hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona illius, Chryſ. Opinio quædam erronea generata à mortalibus auget crimina, minuit bona. Ea vero eſt opinari quòd ea quæcunque poſſidemus in vſu vitæ, poſſideamus vt domini, & ideo etiam opportunè ea apprehendimus vt bona præcipua. Sed contrarium eſt. Non enim nos vt domini in vita pręſenti collocati ſumus in propria domo: ſed tanquam hoſpites & aduenæ quò nolumus, ducimur, & quo tempore non putamus. Qui nunc locuplex eſt, in breui fit mendicus. Ergo quicũque ſis noueris te eſſe diſpenſatorem alienorum, & tranſitorij vſus & breuis tibi iura conceſſa ſunt. Abiecto ergo ab anima dominij faſtu, ſumas humilitatem & modeſtiam villici boni, & non diſſipatoris. Nam hic dicitur diffamatus, quia diſſipaſſet, &c. Theophi. Cùm non exercemus diſpenſationem opum ad libitum domini, ſed ad proprias illecebras abutimur, criminoſi villici ſumus. Vnde & iſte diffamatus eſt. Vbi etiam oſtenditur quòd fama præcedente fieri debet inquiſitio criminum, extra de accu. qualiter

De villico diffamato Luc 16.
Bed. in prohæ. lib. 5.
Luc. 15. Poſt pœnitentiam eleemoſina ſequi debet.
Rom. 10.
Pſal. 23.

Non ſumus domini rerũ noſtrarũ ſed diſpẽſatores.

Forma præcedente debet fieri in quiſitio.

A.C. 30.

qualiter & quando 2. Et vocauit illum dominus eius. Iſta vocatio domini non videtur intelligenda de vocatione per mortem, quia tunc ita remouetur à diſpenſatione rerum ſibi commiſſarum, quòd non poteſt ſibi prouidere in alia vita ad ſalutem, ſi male diſpenſauit, & in ipſa mala diſpenſatione moritur. Sed intelligendum videtur de vocatione intrinſeca, qua Deus mentem hominis illuminat ad recognoſcendum ſe & ſuos defectus, oſtendens ei quòd meretur vt ſibi auferantur omnia, & priuetur etiam vita. Et ait illi, quid hoc audio de te? non hæc dicit tanquam per ſe neſciat malefacta hominum etiam occulta, ſed ex relatu aliorum, vt oſtendat talia eſſe opera aliquorum peccatorum vt quod multi ſciunt. ad illum quodam modo referre videantur. Redde rationem villicationis tuæ, id eſt diſpenſationis, quo modo ſcilicet vſus es bonis tibi à Deo conceſſis, ſubditis tibi commiſſis, bonis omiſſis. Iam enim non poteris villicare, quod mẽti peccatoris dicitur, quando compungitur, Deo ſibi oſtendente, quòd meretur ſubſtractionem omnium bonorum, etiam vitæ. Cogitat ergo peccator quid ſibi agendũ, ne fame æterna pereat, cùm continget eum mori; quia tunc amouebitur à villicatione. Et dicit. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? ne ſ. fame poſtea peream. Redde rationem villicationis tuæ, &c. Chryſo. Quotidie talia per effectus nobis exclamat dominus, oſtendens nobis fruentem in meridie ſoſpitate priuſquam veſperaſcat exanimen & alium inter prandia expirantem, & diuerſimode ab hac villicatione diſcedimus. Sed fidelis diſpenſator qui de propria diſpenſatione confidit, deſiderat cum Paulo diſſolui, & eſſe cum Chriſto, is autem cui ſunt nota, id eſt amata terrena, anxiatur in exitu. Fo- (Phil.1.) dere non valeo, mendicare erubeſco, id eſt in alia vita non poſſum mihi prouidere per foſſionem, id eſt per contritionem & confeſſionem, quia non eſt ibi tempus pœnitendi, nec per mẽdicationem ab aliis: quia non eſt tempus miſerendi. Et ſi peterem ſubuentionem mihi negaretur, ſicut fatuis virginibus accidit, oportet ergo nunc mihi prouidere: & ideo Deo inſpirante ait. Scio quid faciam, vt recipiant me in domos ſuas, in mãſiones ſcilicet æternas, quæ ſcilicet mihi debentur, vel ratione iniuriæ receptæ, vel ratione temporalis obligationis, cùm tamen tales ſint adhuc principalius domini Dei debitores, quia omnia noſtra ſua ſunt, remittam eis, ſaltem pro parte: quia in eiuſmodi iniuria proximi eſt offenſio Dei inquantum ad ipſum ſpectat, remittat proximo in eum delinquenti, vindictã, ſcilicet non affectando, cùm humilis eſt ſibi veniam poſtulando, de bonis ſuis largas eleemoſynas dando, cùm tamen ex hoc det de bonis domini ſui. Chryſ. Quotieſcunq; quis exitum ſuũ percipiẽs leuat beneficio ſarcinam peccatorum, vel relaxando debita debitoribus, vel tribuens inopibus copiam, ea quæ ſunt domini largiens, multos amicos ſibi conciliat, præbituros coram iudice teſtimonium bonitatis, non vocibus ſed bonorum operum oſtenſione, quinetiam paraturos refrigerij manſionem. Nihil autem eſt noſtrum, ſed omnia ſunt ditionis diuinæ. Et ideo dicit debitoribus domini ſui. Centum cados olei. Beda. Cadus Grece amphora eſt, continens vrnas tres: corus vero tritici 30. modiis completur, quantum autem contineat modius ignoratur. Et laudauit dominus villicum iniquitatis Aug. Nõ debemus omnia ſcripta ad imitandum aſſumere. Non enim aut domino noſtro

In altera vita nullũ eſt pœnitẽdi tempus.

Matth. 25.

Cadus & corus.

A facienda eſt in aliquo fraus vt de ipſa fraude eleemoſynas faciamus. Laudauit quia prudenter egiſſet. Orig. Notandum prudentiam aliquando & propriè tunc ſumi pro recta ratione agibilium, ſecundum illud Prou. 4. Dominus ſtabiliuit cœlos, id eſt ſanctos viros, prudentia. Aliquando ſumitur & impropriè in malum, id eſt pro aſtutia & callida inuentione ad intentum conſequendum, ſecundum illud Gene. 3. Serpens prudentiſſimus erat ſuper omnia animantia, id eſt aſtutior & callidior. Non ergo ſecundum veram commendationem: ſed abuſiue dictum eſt laudauit, ſicut & mali aliquando laudantur de acu- B mine ad mala, laudauit dominum villicum. Auguſt. Econtrario dicuntur iſtæ ſimilitudines, vt intelligamus, ſi laudari potuit iſte à Domino qui fraudem faciebat, quanto amplius placet domino Deo qui ſecundum præceptum illa opera faciunt? Vel laudauit, non de fraude ſibi facta, ſed de prouiſione ſibi procurata. Quia filij huius ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Bed. Filij lucis, & filij huius ſæculi, hic dicuntur ſicut & filij regni & filij perditionis. Cuius enim quiſq; agit opera, eius cognominatur & filius, quaſi geniti à luce vel ſæculo. Theophi. Filios huius ſęculi vocat cogitantes & affe- C ctantes ſibi commoda: ſed ſuper terrã, ſcilicet principaliter. Filios vero lucis ſpirituales opes tractantes intuitu diuini amoris. Inuenimur autem in humanis quidẽ adminiſtrationibus prudenter omnia diſponentes, ac ſummopere ſatagentes, vt ſi liberemur ab adminiſtratione: habeamus vitæ refugium. Cùm vero diſpenſare debemus diuina, non præmeditamur, quæ poſtmodum nobis ſunt profutura. In generatione ſua ſunt. Orig. non ſapientiores dicit, ſed prudentiores, nec ſimpliciter & abſolute dicit prudentiores, ſed in generatione ſua, id eſt in iis quæ ſua ſunt. Gre. in moral. Vt ergo in manu ſua diuites D poſt mortem quicquam inueniant, eis ante mortem dicitur diuitias ſuas, ſcilicet per eleemoſynas in quorum manibus pauperum ponant. Vnde ſubdit dominus, & ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Aug. Quod Hæbræi dicunt mammonia, Latinè diuitiæ vocantur, hoc quidam male intelligentes, rapiunt res alienas & inde pauperibus largiuntur, & putant ſe facere quod præceptum eſt, & intellectus iſte corrigendus eſt. De iuſtis enim laboribus facite eleemoſynas, ex eo quod rectè habetis date. Nolite ergo, ait idem velle facere eleemoſynas de fœnore & vſuris 14. q. 5. nolite. Nam ſi totum tribuat quis, ſcilicet pauperibus, quod abſtu- E lerat, additur potius peccatũ quàm minuatur, ait idẽ Aug. q. c. forte Remoto ergo iſto falſo intellectu, vt ſcilicet quis iniuſte accipiat vt pauperibus tribuat, iſtud multipliciter poteſt exponi & bene. Dicuntur enim iſtæ diuitiæ temporales diuitiæ iniquitatis vel quia iniuſte ſunt acquiſitæ ita quòd competat repetitio vel reſtitutio, & tunc de eis facimus nobis amicos cùm eas reſtituimus, à quibus accepimus, non pauperibus, vel etiam cùm pauperibus taliter acquiſita dantur cùm ſcilicet neſciuntur vel nõ reperiuntur, certo tamen modo & forma debita vt patet in F 2. parte. Vel etiam dicuntur diuitiæ iniquitatis quæ ex iniquis actibus & prohibitis acquiruntur, vt quæ per artem magicam: diuinatoriam, meretricium, ludum & huiuſmodi acquiruntur, & de iſtis facimus nobis amicos pauperes, quibus danda ſunt talia: ita tamen quòd in poſterum euitentur talia opera. Et de hoc 14. quæſt. 5. habetis. Vel diuitiæ dicuntur

A.C. 30.

Aug. l. 2. q. Euan. cap. 34.

Prudentia duob. modis ſumitur.

Aug. 15.

Filij lucis & huius ſęculi qui.

Greg. li. 18. mor. c. 9. Aug. de verb. domini. ſer. 35.

Mãmona quid ſignificet

Eleemoſinæ ex vſuris non faciendæ Aug 16.

Aug. Hom. 7. l. 30. hom.

Diuitiæ iniquitatis quare dicantur.

Thom. in 2. 2. q. 62.

A. C. 30.

cuntur iniquitatis, quia etſi iuſte acquiſitæ ſunt, tamen cùm multo labore & nimia ſolicitudine mentis quæ nimia anxietas dicitur iniquitas. Et exponit Gratia 14. quæſt. 5. §. ſed hoc multipliciter. Et de huiuſmodi facimus amicos pauperes quibus de eis eleemoſynas damus. Vel etiam dicuntur diuitiæ iniquitatis ſecundum Auguſt. quia iſta temporalia bona non reputantur vt diuitiæ magna bona, niſi ab iniquis habentibus ſpem ſuam & affectum immerſum in eis. Nam à iuſtis diuitiæ reputantur bona ſpiritualia & cœleſtia. Vel ſecundum Baſilium dicuntur diuitiæ iniquitatis quaſi inæquitatis, quia ſcilicet non æqualiter diſtribuuntur hominibus. Nam vni plura dantur, alij pauciora, iuſta tamen Dei diſpenſatione vel permiſſione, etſi à nobis ignota. Vel ſecundũ Amb. dicuntur diuitiæ iniquitatis non quia in ſe malæ ſint, ſed quia variis diuitiarum illecebris animas noſtras earũ tentat affectus, vt velimus ſeruire diuitiis. Vermis enim diuitum eſt ſuperbia ait Auguſt. Vel ſecundum Baſilium. Si ſucceſſeris patrimonio in diuitiis, ab iniuſtis congregata accepiſti. In pluribus enim prædeceſſoribus, neceſſe eſt aliquem reperiri qui iniuſte vſurpauerit aliena. Ponatur autem vt nec pater exegerit, ſed aurum vnde habetur? Siquidem dicis à me: ignarus es Dei, non habens notitiam creatoris. Si vero à Deo, dic nobis rationem propter quam eas accepiſti, an non domini eſt terra & plenitudo eius? Ergo ſi communis domini noſtra ſunt, erunt & conſeruorum noſtrorum: hæc ille. Et ſic dicuntur diuitiæ iniquitatis, quia iniquè retinentur etiam iuſtè acquiſitæ, cùm non ſubuenitur per eas indigentibus. Et ſic patet quòd ſeptem modis dicuntur diuitiæ iniquitatis, de quibus facere nobis debemus amicos reſtituendo quo ad primum modum, dando pauperibus eleemoſynas quo ad alios modos, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Grego. ſi eorum amicitiis quibus damus, æterna tabernacula acquirimus, dantes penſare debemus quanta egenis bona largiamur. Vel ſecundum Auguſt. Qui ſunt qui habebunt æterna tabernacula niſi ſancti Dei? Et qui ſunt qui ab eis accipiẽdi ſunt in tabernacula æterna, niſi qui eorũ indigentiæ ſeruiunt, & quod eis opus eſt hilariter ſubminiſtrãt? Iſti ſunt illi minimi Chriſti qui omnia ſua dimiſerunt & ſecuti ſunt eum. Et quicquid habuerunt pauperibus diſtribuerunt, vt Deo ſine ſeculari compede expediti ſeruirent, vel aliter ſecundum Ambr. Facite vobis amicos de iniquo mammona, vt largiendo pauperibus, angelorum nobis cæterorúmque ſanctorum gratiam comparemus. Chryſ. non dixit dominus vt recipiant vos in ſuis manſionibus, ſed in æterna tabernacula, quia non ſimpliciter ſanctorum amicitia nobis patrocinabitur, niſi opera bona nos comitentur. Ars ergo artium peritiſsima eſt eleemoſyna. Non enim nobis domos fabricat, ſcilicet eleemoſyna luteas: ſed vitam perennem impendit.

Aug. lib. 2. q. Euan. cap. 34.

Ambr. l. 7. in Luc.

Pſal. 23

Auguſt. de ver. domini. ſer. 35.

Amb. l. 7. commen. in Lu. c. 16.

§. XVIII.

De Chriſti tentatione. Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. Ioan. 1. Quare Ioannes non faciat mentionẽ tẽtationis Chriſti.

DE tentatione Chriſti de qua dicitur Matt. 4. Ductus eſt Ieſus in deſertum, &c. Vbi primò notandũ quòd tres Euangeliſtæ: ſcilicet Matthæus, Marcus, & Lucas de tentatione Chriſti faciunt mentionem, non autem Ioannes. Et ratio eſt ſecundum Origen. quia Ioannes à Deo exordium fecerat ſui euangelij, dicens. In principio erat verbum. Deus autem non tentatur. In aliis tribus euangeliſtis ponitur generatio ſeu conuerſatio Chriſti hominis, homo autem eſt qui tentatur, & ideo ipſi de ea faciunt mentionem, diuerſimode tamen. Nam Marcus ſolum in genere, ſcilicet quòd tentabatur à Sathana. Sed Matthæus & Lucas in ſpecie, ſcilicet de quibus tentatus ſit, & diuerſimode. Nam tentationem in pinnaculo ſcilicet de inani gloria ſeu ſuperbia, Matthæus ponit in ſecundo loco. Lucas autem in tertio, & tentationem in monte ſcilicet de auaritia, quam Matthæus ponit in tertio loco, Lucas ponit in ſecundo. Et dicit Auguſt. Incertum eſt nobis quod horum prius fuerit factum. Nec tamen ex hoc in altero ipſorum debet reputari falſitas, quia nihil ad rem vtrum prius an poſterius, dummodo ipſa fuerint. Poteſt etiam dici quòd ex myſterio hoc actum fuerit vt hanc ille præmittat, iſte aliam, ad ſignandum quòd inanis gloria & auaritia inuicem ſeſe gignunt, vt ait Maximus, vel ſecundum Grego. quòd Lucas tenuerit ſimpliciter ordinem rei geſtæ: Matthæus vero poſuit ordinem per correſpondentiam ad tentationem primorum parentum, vtrumque enim diabolus tentauit, ſed primum Adam vincens, à ſecundo deuictus eſt, ſcilicet à Chriſto. Tentauit autem Adam vt notat etiam Magiſter in 2. ſen. de gula primo dicens. In quacunque die comederitis ex eo, ſuggerens comedendum eſſe. Secundo de ſuperbia, cùm promiſit eis diuinitatis ſimilitudinem, ſubdens. Eritis ſicut dij. Tertio de auaritia: large ſumendo, eam, prout importat immoderatum affectum habendi ſcientiam vel dominium & diuitias. Vnde addidit. Scientes bonum & malum. Et ſecundum hunc ordinem curauit Matth. ponere proceſſum ordinis tentationis Chriſti. Secundo aduertendum eſt quòd aliter Chriſtus tentatus eſt, aliter nos. Nam cùm tentatio Diaboli ſit quædam ſuggeſtio ſeu propoſitio alicuius actus mali, quam menti noſtræ offert ſub ſpecie alicuius boni, & hoc contingit fieri per triplicem progreſſum, vt notat Greg. diſt. 6. c. ſed penſandum. Primo per ſubbitam repræſentationem alicuius rei fiendæ, quæ dicuntur primi motus, & ab aliis primò primi. Et in hoc nullum eſt peccatum: ſed materia exercij & corona ſi reſiſtitur, meriti. Secundo progreditur talis ſuggeſtio ad ſenſualem complacentiam, ſed citra conſenſum, & ibi eſt veniale peccatum. Tertio aliquando ſequitur conſenſus rationis ad illud deliberate appetendum quòd ſuggeritur malum, vel moroſe in eodem lætandum: & non de mente repellendum & ibi eſt mortale, ſi illud eſt contra Dei præcepta vel Eccleſiæ. Chriſtus igitur etſi tentatus fuit primo modo ſcilicet per ſuggeſtionem, non tamen proceſsit tentatio alterius, quia nec etiam ad ſenſualem complacentiam, vbi eſt veniale, in quo ſecundo gradu frequenter etiam perfecti peccant. Et hoc eſt quòd dicit Grego. Nos cùm tentamur, [plerunque in delectationem, aut etiã in conſenſum labimur. Tentari autem Chriſtus per ſuggeſtionem potuit ſed eius mentem] peccati delectatio non momordit. Tertio ſciendum quòd tentatio iſta ſecundũ aliquos fuit ſolum per phantaſiam, ita quòd nulla ſpecie viſibili apparente fierent iſtæ locutiones, ſed ſolum phantaſiæ Chriſti fierent iſtæ repręſentationes, ſicut quando nobis occurrunt cogitationes circa aliqua agenda: in quibus nobiſipſis reſpondemus, in deliberando facere vel non facere quod menti proponitur. Et ſic quòd dicitur. Accedens tentator dixit. Iſte acceſſus fuit non localis ſed à phantaſia per ſuggeſtionem. Sed gloſ. dicit contrarium vt dicetur: & Chryſoſt. & Greg. Alij vero dicunt quòd fuit per ſpeciẽ viſibilem, ſumente diabolo

A. C. 30.

Aug. lib. 2. de conſ. Eua. c. 16.

Gregor. hom. 16. ſup. Euan. Gen. 3. Mag. in 2. d. 21. §. qui ad ſuam.

Tentatio Chriſti reſpondet tentationi primorũ parentum

Tentatio Diaboli quid

Greg. in reſp. 1. ad interrog. Auguſt.

Gregor. hom. 16. ſup. Euan. Qua ratione Chriſtus fuit tentatus.

A.V.C. 12. te diabolo formam hominis formato corpore ex aere, ſicut fit in apparitionibus angelorum bonorum vel malorũ factis hominibus, imaginantes tanquam aſſumpſerit formam hæremitæ accedentis ad eum in deſertum quaſi per modum viſitationis, & ſic loquentis ad eum in illa forma. Expreſsè gloſ. hic dicit; ſcilicet quòd corporeis ſenſibus hæc ſunt operata & quòd diabolus in ſpecie hominis apparuit. Et illa ductio eius in ciuitatem vel in montem potuit eſſe per modum ſuaſionis, puta dicendo ei. Eamus ad ciuitatem: & poſteà in montem, & Chriſtus ſecum iuit non coactus ſed voluntariè, vt eum ſuperaret, & nos inde ſuæ merito victoriæ & exemplo iuuaret in tentationibus noſtris. Vel ſi non per terram ſed per aera permiſit ſe duci, non tamen permiſit ſe ab aliis videri, vt dicit Chryſ. nec hoc indignum debet videri nobis, ait Greg. ſi ad horam permiſit ſe à diabolo duci, quia à membris diaboli ſcilicet Caipha, Pilato & Iudæis permiſit ſe capi, deludi & crucifigi. Hæc expoſitio eſt communior & populis ad prædicandum aptior. Notandum quartò quòd Chriſtus poſt baptiſmum immediatè acceſſit ad deſertum locum pœnitentiæ, dans ſe ieiunio non delitiis, ibique tentatus eſt, & vicit, ad innuendum ſecundum Chryſ. quòd poſt baptiſmum vel veram pœnitentiam non debet quis ita confidere de gratia percepta: vt det ſe otio & deliciis: ſed oportet eum exerceri in auſteritatibus corporis, & fugere occaſiones malorum, ſolitudini mentis & meditationi vacare & ſic ſe præparare ad tentationes Diaboli, ad reſiſtendum, iuxta illud Eccle. 2. Accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Quanto enim quis melioribus ſtudiis inuigilat, tanto hoſtis antiquus magis infeſtat. Vnde Leo Papa. Nemo de cordis ſui puritate confidat. Nam peruigil ille tentator, eos acrioribus pulſat inſidiis quos maxime videt abſtinere à peccatis, à quo enim malitiæ ſuæ dolos contineat, qui dominum maieſtatis auſus eſt calliditatis ſuæ fraude tentare?

[Margin: Greg. 16. — Chryſoſt. hom. 13. in Matt. — De gratia percepta non debet quis confidere. — Leo ſer. 3. de quadr. — Not. iſta quæ ſequuntur.]

Quintò aduertendum quòd cùm diabolus ſciret Dei filium incarnandum, & mundum liberandum, id eſt genus humanum, de manibus ſuis, ſed tempus vel modum ignoraret, diligenter obſeruabat, ſi fortè poſſet hunc agnoſcere, & liberationem noſtram impedire. Cùm ergo videret aliquos ſanctos viros magna operari, aſpiciebat ne fortè ipſi eſſent. Et quia in omnibus perpenderat eſſe defectus & peccata, nullum priorum talẽ exiſtimauit. Sed videns Chriſtum in mundum veniſſe, & ſe modum ignoraſſe, nam etſi virgo conceperat, tamen quia ſponſum eam habere videbat, ſcilicet Ioſeph exiſtimauit de illo eſſe conceptum, & propterea deſponſatam eam voluit Deus eſſe, vt myſterium hoc Diabolo celaretur, & tanta erat ſanctitas virginis, quòd Diabolus non potuit cognoſcere quomodo conceperit. Chriſto autem nato vtique Sathanas audiens angelos decantantes in aere, gloria in excelſis Deo: & ſtellam nouam apparuiſſe Magis, & paſtores euntes ad ipſum adorandum, & aliis nunciantes, mente conſternatus, quaſi firmiter arbitrabatur, & ſibiipſi dicebat hunc eſſe filium Dei. Sed cùm attenderet conditiones pueri nati: quia ſcilicet vt cæteri infantuli vagiebat, lamentabatur, vbera ſugebat, frigebat in tugurio, reſumpta fiducia mentis ſibiipſi reſpondebat, quis non ridet Deum audire vagientem, aut plorantem & vbera ſugentem? hæc hominis ſunt non Dei, ergo homo eſt iſte non Deus etſi magnæ ſanctitatis indicia ſint iſta. Deinde perpendens adorationem Magorum & in templo oblato magna teſtimonia Simeonis & Annæ, ſatis trepidauit de eius diuinitate: ſed conſiderans, vt purum hominem propter timorem Herodis ne occideret eum fugiſſe in Ægyptum, dicebat ſibiipſi: Nunquid Deus timet homines? non ipſe eſt Deus. Et venientem ab baptiſmum, audit vocem de cœlo dicentem, hic eſt filius meus dilectus. Et dicit, confuſus ſum, quid clarius hoc teſtimonio? Sed cernens cum peccatoribus baptizari, ſibiipſi reſpondit. Ad quid iſte baptizaretur ſi Deus eſſet? Deus enim ſine peccato eſt, & baptiſmum dat Ioannes in pœnitentiam peccatoribus. Illa ergo vox indicat quòd filius Dei eſt per excellentiam magnæ ſanctitatis, non quòd Dei filius ſit naturalis. Et cùm multa miracula poſtea faceret Ieſus maiora & copioſiora cæteris prioribus non deprecando, ſed imperando clamabant dæmones, non ex certificatione, ſed ex vehementi coniectura, quia tu es filius Dei. Sed Chriſtus occultabat eis ſuam diuinitatem addendo aliquid, quod erat humanitatis, vt comedendo cum aliis, fameſcendo, & huiuſmodi. Cùm ergo vidiſſet Diabolus nunc quod in deſerto quadraginta diebus fuiſſet ſine cibo, quod eſt contra humanam conditionem, vrgeri cœpit ad ſuſpicandum ne fortè Deus ipſe eſſet, ſed cùm aduertit eum eſurire, ſuſpicionem illam abiecit dicens. Deus eſurire non poteſt. Nec quod egit ſine cibo tantum temporis permanens ſolus fecit: nam & Moyſes & Helias puri homines hoc fecerunt. Non igitur Deus iſte: ſed valde ſanctus homo, vt illi: ſanctiſſimos autem homines ego plures decepi, vt Adam & Moyſem & Dauid diuerſis modis, accedam ergo ad eum, ſi aliquid cum eo poſſem lucrari, ad aliquod peccatum eum inducendo, vel ſaltem certius agnoſcere, ſi Dei filius eſt. Chriſtus autem ſciens eius malitiam ad locum acceſſit tentationis, ſcilicet deſertum, vt in ipſo prelio tentationis, diabolus debilitaretur, & virtus eius in tentationibus noſtris formam nobis traderet eum ſuperandi. Dicit ergo euangeliſta. Ductus eſt Ieſus in deſertum, &c. Tunc diabolus maxime inſtat ad tentandum, cùm viderit ſolitarios, vnde in principio mulierem tentauit eam inueniens ſine viro. In deſertum, glo. Hic locus eſt inter Hieruſalem & Hiericho, vbi morabantur latrones, vbi & homo qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho incidit in latrones, gerens figuram Adæ qui à dæmonibus victus eſt, & ideo conueniens fuit vt Chriſtus ibi diabolum ſuperaret, vbi diabolus hominem ſuperauit ſub figura. A ſpiritu, non vtique à ſpiritu maligno ſed ſpiritu ſuo, id eſt ratione inſtigante ad opera virtuoſa. Fuit ergo iſta ductio perſuaſio rationis, non violentia compulſionis. Grego. & alij Et ſic intelligendum quod dicit Marcus, Expulit eum ſpiritus in deſertum. Baſilius. Non verbo prouocans inimicum, ſed opere intrans quærit deſertum, delectatur enim diabolus in deſerto, non patitur eſſe in vrbibus, contriſtat enim eum concordia ciuilis. Non ſolum autem Chriſtus ductus eſt in deſertum, ait Chryſo. ſed & omnes filij Dei habentes ſpiritum ſanctum. Non enim contenti ſunt, ſed otioſi: ſed ſpiritus ſanctus vrget eos aliquid magnum opus apprehendere, quod eſt ire in deſertum quantum ad diabolum, quia non eſt ibi in iuſtitia, qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum eſt extra carnem & mundum:

[Margin: Hieron. l. 1. com in D. Matth. — Sanctitas virginis Matris quanta — Luc. 2. Matth. 2. — Cöiecturæ in vtramq; partem ex quib. Chriſtum nunc eſſe Dei filiũ, nunc non eſſe colligebat dæmon. — A.V.C. 12. Luc. 2. Matth. 2. — Matth. 3. — Matth. 8. — Chryſoſt. in hom. Luc. 10. — Grego hom 16. Mat. 1. — Chry. ſup. Matth. homi. 5. — In deſertum ire quid ſit.]

A.V.C. 12.

A quia non eſt ſecundum voluntatem carnis & mundi. Ad tale ergo deſertum omnes filij Dei exeunt vt tententur, conſecutiue intelligendo, quia non propter hoc faciunt: ſed hoc inde ſequitur in eis à diabolo. Vt tentaretur à Diabolo. Cyrillus. Ecce factus eſt in athletis iubens agones dominus, & in his qui coronantur qui coronat ſanctorum vertices. Orig. Tentatur Ieſus quadraginta diebus à Diabolo, & quæ fuerint tentamenta neſcimus, ſcilicet alia ab his quæ forſitan prætermiſſa ſunt, quia maiora eſſent quàm milites crederent. Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Baſilius. Ieiunauit nobis oſtendens, quòd illi qui ſe vult B ad pugnas tentationum accingere ſobrietas eſt neceſſaria, ſed ne crederetur hoc ieiunium Chriſti ſimile noſtris, qui ſemel in die naturali comedimus, addit Lucas. Et nihil manducauit, vt tentaretur à Diabolo. Chryſo. Quiſquis poſt baptiſmum maiores ſuſtines tentationes, non turberis. Etenim propter hoc accepiſti arma, non vt vaces, ſed vt prælieris.

Ieiunio ſemel in die naturali comedimus.

Deus quare permittit hominem tentari.

Chryſo. in hom.

Ideo autem Deus tentationem à te non prohibet, primò quidem vt diſcas, quia multo fortior factus es; deinde vt magnitudine donorum non extollaris. C Tertiò vt diabolus experientia cognoſcat quòd perfecte ab eo diſceſſiſti. Cùm quis enim tyrannus videt caſtrum ſibi rebellare, omnino omnem adhibet conatum prælij ad ſibi iterum ſubiiciendum. Quarto vt per hoc fortior reddaris, per exercitium enim in aliqua arte quis habilior redditur ad opera illius & fortior. Quinto vt crediti tibi theſauri ſignum accipias. Neque enim diabolus tibi ſuperueniret ad tentandum, niſi te maiori honore affectũ videret. Hila. In ſanctificatis nobis enim maximè diaboli tentamenta graſſantur, quia victoria eſt ei magis exoptata de ſanctis. Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus. D Chry. Ieiunauit Chriſtus non eo indigens, ſed nos inſtruens, & vt quadrageſimi noſtri ieiunij poneret menſuram, tanto tempore ieiunauit. Non autem vltra quàm Moyſes & Helias proceſſit ieiunando quadraginta diebus, ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. Greg. Ipſe autem author hominum quadraginta diebus & noctibus nullum cibum ſumpſit, quod expreſſe Lucas dicit, nos autem inquantum poſſumus quadrageſimæ tempore carnem noſtram per abſtinentiam affligamus (ſcilicet ieiunando,) & vna in die comeſtione contenti ſimus. Quadragenarius autem numerus cuſtoditur, quia virtus E decalogi per libros quatuor euangelij impletur, denarius etiam quater ductus in quadragenarium ſurgit, [quia tunc decalogi mandata perficimus, cùm profecto quatuor libros ſancti euangelij cuſtodimus: ex qua re ſentiri & aliud poteſt: in hoc enim] mortali corpore ex quatuor elementis ſubſiſtimus, & per voluptatem eiuſdem corporis præceptis dominicis contraimus, quæ per decalogum ſunt accepta, quia ergo per carnis deſideria decalogi mandata cõtempſimus, dignum eſt vt eandem carnem quater decies affligamus, aſſignantur & aliæ rationes ieiunij quadrageſimalis quæ habentur in ſecunda par F te, & de modo ieiunij. Et habes etiam de conſe. d. 5. quadrageſima, & c. ieiunium. Poſtea eſuriit. Hilarius. Nam poſt quadraginta dies non in quadraginta diebus eſuriit. Igitur cùm eſuriuit dominus non inediæ ſurrepſit operatio ſed virtus illa quadraginta dierum non mota ieiunio naturæ ſuæ hominem dereliquit. Non enim erat à Deo Diabolus, ſed à carne

Hila. can. 3. in Matt.

Quare ieiuniũ eſt quadragenarium.

Hila. can. 3. in Matt.

A vincendus. Chryſ. Sciebat dominus cogitationem diaboli, quia volebat eum tentare, vnde dominus proceſſit contra eum, non quaſi Deus: ſed quaſi homo, magis autem vt Deus & homo. Nam per quadraginta dies non eſurire, non erat hominis. (Moyſes enim & Helias ieiunantes quadraginta diebus eſuriebant, vt puri homines, ſed ſuſtinebantur à Deo confortati: ſed Chriſtus non eſuriit illis diebus, quod eſt diuinæ naturæ) aliquando autem eſurire, non erat Dei, vnde eſuriuit ne manifeſte intelligatur Deus & ſic Diabolo ſpem tentandi extingueret, ſuam autem victoriam impediret. Poſtquam au- B tem diabolus eſurientem ſenſit, ſpem reſumpſit tentandi vnde ſequitur. Accedens tentator dixit ei. Chryſo. Si ergo ieiunaueris & tenteris, non dicas, quia perdidi fructum ieiunij mei. Nam etſi tibi non proficit ieiunium tuum, vt non tenteris, tamen proficiet vt à tentationibus non vincaris. Dic, ait diabolus vt lapides iſti panes fiant. Ambro. Inde autem cœpit vnde iam vicerat, ſcilicet primos parentes, id eſt à gula. Quid autem ſibi vult talis ſermonis exorſus, niſi quia cognouerat Dei filium eſſe venturum? ſed veniſſe per hanc infirmitatem corporis non putabat: aliud explorantis, aliud tentantis eſt, C & Deo profitetur ſe credere: & homini conatur illudere. Hilarius. Eam ergo in tentando conditionem operis propoſuit, per quam in Deo ex mutatione lapidum in panes virtutem poteſtatis agnoſceret, & in homine oblectamento cibi patientiam eſurientis illuderet. Hier. Sed ex duobus contrariis teneris, ô diabole. Si enim ad imperium eius panes poſſunt lapides fieri, ergo fruſtra tentas eum, qui tantæ potentiæ eſt. Si autem non poteſt facere, fruſtra filium Dei ſuſpicaris. Chryſo. Sicut autem diabolus omnes homines excæcabat, ſic modo à Chriſto inuiſibiliter excæcatus eſt, vt ſcilicet nec tenta- D tioni eius acquieſceret, nec tamen filium Dei eum eſſe agnoſceret quorum ſaltem alterum intendebat.

A.V.C. 12.

Chry. ſup. Mat. ho. 5

Prima tentatio.

Chryſoſt. ſup. Matt.

Amb. lib. 4. in Luc.

Hier. li. 1. comm. in Matth.

Chryſ. ſup. Matt.

Sed ſi quæratur quomodo ex his tentauit de gula, cùm eſurire & appetere cibum cùm eo quis eget, & comedere ſit naturale, & de ſe licitum. Ad hoc reſpondetur quòd licet illud de ſe ſit licitum, tamen aliqua circunſtantia poteſt fieri illicitũ, puta ſi propter ſatisfaciendum tali appetitui faceret quis aliquid indecens, puta ſi religioſus fameſcens non dicta benedictione comederet, vel ante horam debitam & huiuſmodi. Sic cùm quis indiget cibo, quòd E quærat miraculoſe fieri, qui ſibi aliter poteſt prouidere, peccatum eſſet. Cùm ergo Chriſtus poſſet prouidere ſuæ neceſſitati, eundo ad loca proxima, ſuperfluum videbatur & vanum, vt ſine cauſa vrgente feciſſe conuerti lapides in panes ad comedendum. Reſpondens autem Ieſus dixit ei. Greg. Tentatus à Diabolo dominus ſacri eloquij præcepto reſpondit. Et qui eo verbo quod erat tentatorem ſuum mergere in abyſſum poterat, virtutem ſuæ potentiæ non oſtendit, quatenus ſuæ nobis patientiæ præberet exemplum, vt quoties à prauis hominibus aliquid mali patimur: ad doctrinam potius, quàm ad F vindictam excitemur. Ait etiam. Scriptum eſt ſcilicet in Deuter. c. 8. Rabanus ergo ſi quis non veſcitur verbo Dei, iſte non viuit: quia ſicut corpus humanũ non viuit ſine corporali cibo: ita anima ſine Dei verbo, quod procedere dicitur de ore Dei, cùm voluntatem ſuam per ſcripturarum teſtimonia reuelat. Et ſubdit quod ibi ſcriptum eſt cap. 8. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit

D. Thom. in 2. 2. q. 141. a. 4.

Quomodo Chriſtus ſit tentatus de gula licet comedere de ſe ſit licitum.

A.V.C. 12.

procedit de ore Dei. Hiero. propoſitum Chriſti erat humilitate vincere, vnde & aduerſarium vicit teſtimoniis legis, non poteſtate virtutis, vt hoc ipſo hominem plus honoraret, & aduerſarium plus puniret, cùm hoſtis humani generis non quaſi à Deo ſed quaſi ab homine vinceretur. Chryſo. non dixit, non in ſolo pane viuo, ſed viuit homo, vt poſſit dicere diabolus. Si filius Dei eſt, abſcondit ſe ne oſtendatur quod poteſt, ſi homo eſt, excuſat ſe aſtutè, vt non oſtendatur quod poteſt, & poteſt ſic exponi, cùm homo duplici ſubſtantia conſtet, anima & corpore, & anima ſit nobilior, magis debet curare de cibo ſpirituali, quod eſt verbum Dei obſeruatum B non ſolum auditum. Vnde indecens eſt, vt propter prouidendum de cibo corporali, anima priuetur cibo ſuo, id eſt faciendo contra verbum Dei, in faciendo quod ſuades, vbi non vrget neceſſitas, quotidie diabolus iſta dicit mentibus hominum. Si filius Dei. Si pro quia, filius Dei & per gratiam, dic, vt lapides iſti panes fiant, id eſt tanta abſtinentia, tanta duritia rigoris, mutetur in mollitiem ſub ſpecie neceſſitatis corporalis. Sed ad teſtimonia ſcripturarum recurrendum eſt, cùm (ait Chryſoſt.) ex iſta reſponſione Chriſti diabolus nil certum potuiſſet accipere, vtrum Deus eſſet an homo. Aſſumpſit C eum diabolus ad aliam tentationem, dicens apud ſe. Iſte qui fame non moritur, etſi non eſt filius Dei, tamen ſanctus homo eſt. Valent ſancti homines fame non vinci, ſed per vanam gloriam aliquando cadunt, ad hanc ergo tentationem ſe cõuertit. Tunc aſſumpſit eum in ſanctam ciuitatem, id eſt in Hieruſalem, ſanctam dictam ſecundum Rabanum, quia ibi erat templum Dei, & ſancta ſanctorum: & cultus vnius Dei, & poſtea ſanguine Chriſti fuit conſecrata. Et ſecundum Remigium ex hoc oſtenditur, quia diabolus fidelibus Chriſti etiam in ſanctis locis inſidiatur: & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi. D Remigius. Pinnaculum ſedes erat doctorum, templum enim nõ habebat culmen erectum tecto, ſicut noſtræ domus. Sed planum erat deſuper more Paleſtinorum, & in ipſo templo tria tabulata erant, & in quolibet horum erat pinnaculum, quaſi pulpitum vel cathedra ad prædicandũ vel legendũ, vnde doctores legem populo nuntiabãt. Super vnum ergo illorum poſuit eũ valde altũ, vnde erat magnum præcipitium. Statuit ergo eum ſupra pinnaculum, gloſ. Diabolus ſemper ad alta ducit, eleuando per iactantiam vt præcipitare poſſit. Quia enim in cathedra doctorum multos deceperat inani gloria, E ideo putauit iſtum poſitum in ſede magiſterij inani gloria extolli poſſe. Vnde dixit ei, ſi filius Dei es: mitte te deorſum. Chryſ. per hanc propoſitionem quomodo poterat cognoſcere ſi filius Dei eſſet an non? Volare enim per aera non eſt proprie opus Dei, quia nulli vtile eſt, ſi ergo aliquis volauerit propter oſtentationem ſolam hoc facit, & eſt potius ex Diabolo quàm ex Deo. Mitte ait te deorſum. Hiero. Hæc vox eſt diaboli, quia ſemper homines cadere deorſum deſiderat. Sed perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt. Cogitabat diabolus in ſe, ſi iſte ſe præcipitet, quia ſanctus homo eſt, nil F lædetur. Sed homines hoc miraculum videntes ipſum vt ſanctum venerabuntur, & ex hoc honore & laude in vanam gloriam forte labetur. Vel ex aliquo ſi Dei filius eſt cognoſcetur. Et quia Chriſtus ſupra induxerat authoritates ſcripturæ, ipſe quoque ne eius videatur ignarus, ad confirmandum quod ſuadebat, ſubdit. Scriptum eſt enim in Pſal. 90. An-

Chriſti propoſitũ diabolũ per humilitatem vincere.

Chry. ſup. Matt.

Sancti homines fame nõ vincũtur ſed gloria.

Pinnaculũ tẽpli quid.

Secunda tentatio.

Chry. ſup. Matt.

Diabolus perſuadere poteſt præcipitare nõ poteſt.

A.V.C. 12.

A gelis ſuis Deus mandauit de te, &c. Amb. Quia enim diabolus transfigurat ſe in angelum lucis & de ſcripturis ipſe ſæpe diuinis laqueum fidelibus parat, [ſic hæreticus facit, ſic euiſcerat fidem: ſic iura pietatis impugnat. Ergo non te capiat hæreticus, quia poteſt de ſcripturis aliqua exempla proferre, nec ſibi arroget, quod doctus videtur] vtitur & diabolus teſtimoniis ſcripturarum, non vt doceat, ſed vt circunſcribat & fallat: vnde quod allegat non de Chriſto ſed de viro ſancto (inquit Hiero.) prophetia eſt. Male ergo diabolus interpretatur ſcripturas, ſic & hæretici faciunt cùm ſcripturas ad confirmandos ſuos errores inducunt. Eſt ergo ſic exponenda illa authoritas ſcripturæ ſecundum gloſ. vt de quolibet bono homine, Deus mandauit angelis, quòd in manibus ſuis, id eſt auxiliis, ſcilicet ſuis tollant eum, & iuuent: & cuſtodiant ne offendat pedem, ſcilicet affectum mentis ad lapidem, id eſt veterem legem ſcriptam in tabulis lapideis. Vel per lapidem poteſt intelligi omnis occaſio peccati vel ruinæ. Chryſo. Vere filius Dei angelorum manibus non portatur, ſed magis ipſe angelos portat. Et ſi portatur manibus angelorum, non vt non offendat ad lapidem pedem ſuum quaſi infirmus, ſed propter honorem quaſi dominus ô diabole quomodo quòd filius Dei manibus angelorũ portatur legiſti? & quia ſuper aſpidem & baſiliſcum calcat non legiſti? ſed illud exemplum profert quaſi ſuperbus, illud tacet vt aſtutus, nec quod ſcriptum eſt: ſuadet ſeipſum proiicere & præcipitare. Falſa autem de ſcripturis diaboli ſagittas ait Hieron. veris ſcripturarum clypeis frangit, vnde ſequitur. Scriptum eſt ſcilicet in Deuter. cap. 6. Non tentabis dominum Deum tuum gloſ. Non ait, non tentabis me, ſed dominum Deum tuum, quòd dicere poterat omnis tentatus, quoniam & qui hominem Dei tentat, Deum tentat. Auguſt. Pertinet aut ad ſanam doctrinam, quando habet quid faciat non tentare dominũ Deum ſuum, quod vtique fit, cùm quis poteſt prouidere alicui periculo vel neceſſitati via humana, & illa omiſſa quærit à Deo effectum miraculoſum, ſicut in caſu iſto. Poterat Chriſtus per ſcalas deſcendere de pinnaculo, nec neceſſe erat ſe præcipitare.

Tranſit diabolus ad tertiam tentationem, ſcilicet auaritiæ ſecundum Chryſo. Aſſumpſit enim eum in montem excelſum valde, cæteris altiorem, vt inde plura ſpatia poſſet videre, & oſtendit illi omnia regna mundi & gloriam illorum. Chryſo. hæc in genere fecit puta digito oſtendens, in tali parte verſus orientem eſt tale regnum, & tales ciuitates nobiles in eo, tantæ diuitiæ, aurum & argentum & lapides prætioſi & huiuſmodi. Et verſus occidentem talia regna & ciuitates & res prætioſę, & ſic de aliis. Quod autem dixit vt refert Lucas, Omnia eſſe in poteſtate ſua, & tradere cui vellet ea, mendacium dixit, nec mirum, quia mendax eſt & pater eius, ſed in ditione tua cuncta ſunt poſita. Quomodo poteſt regna dare, qui non potuit in porcos niſi licentiatus à Chriſto intrare? niſi dicamus regna mundi multitudines hominum, in quibus diabolus dominabatur per diuerſa vitia: quaſi diuerſa regna, vt per ſuperbiam, luxuriam & huiuſmodi. Oſtendit ei omnia regna, non quòd diabolus viſum eius amplificare poſſet, aut aliquid ignotum demonſtrare, ſed vanitatem pompæ mundanæ, quam ipſe diligebat, quaſi ſpecioſam ac deſiderabilẽ verbis oſtendens in amorem Chriſto ſuggerens venire volebat, & ait. Hæc omnia tibi dabo Hieron. Arrogans & ſuperbus de iactan-

Diabolus vtitur ſcripturis ſicut hæreticus.

Hier. ibid.

Aug. cont. Fauſtũ. li. 22. c. 36.

Tentare Deũ quid ſit.

Tertia tẽtatio.

Chryſ. ſup. Matth.

Rab. ſup. Matth.

A. C. 30.

A iactantia loquitur. Non enim omnia regna poteſt dare [cùm ſciamus pleróſque ſanctos viros à Deo reges factos] ſed ea quæ per iniquitatem fiunt in mundo, puta per furtum & alias iniuſtitias acquiſitas diuitias diabolus dat. Remigius. Miranda eſt etiam diaboli dementia. Illi promittebat dare regna terrena, qui ſuis fidelibus dat regna cœleſtia, & gloriam mundi ei, qui eſt cœleſtis gloriæ dominus.

Amb. in 4. 2. com. in Luc.

Si cadens in terram adoraueris me. Ambro. Habet ambitio forenſem gratiam & domeſticum periculum, vt enim dominetur aliis, prius ſeruit, curuatur obſequio, vt honore donetur, & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſor: Si cadens in terram adoraueris B me. gloſ. Ecce antiqua diaboli ſuperbia. Sicut enim in principio voluit ſe facere ſimilem Deo, ita nunc volebat diuinum cultum ſibi vſurpare: dicens. Si cadens adoraueris me. Ergo qui adoraturus eſt diabolum, ante corruit. Sequitur. Tunc dicit ei Ieſus.

Chryſ. ſup. Matth. Hiero. lib. 1. com. in Matth.

Vade Satana, Chryſoſt. in quo finem tentandi diabolo ponit, ne vltra progrediatur tentans. Hieron. Non vt plerique putant, eadem Satanas & Petrus condemnantur ſententia. Petro enim dicitur. Vade retro me Sathana, id eſt ſequere me, qui contrarius es meæ voluntati, huic autem dicitur, vade C Sathana, & non additur retro, vt ſubaudiatur in ignem æternum. Remigius, vel ſecundũ alia exemplaria. Vade retro, id eſt reminiſcere in quantam gloriam conditus es, & in quantam miſeriam cecidiſti. Et notandum ſecundum Chryſoſt: quòd cùm Chriſtus paſſus eſt iniuriam dicente diabolo. Si filius Dei es mitte te deorſum, vel dic vt lapides, &c. Non eſt turbatus, nec Diabolum increpauit. Nunc autem quãdo ſibi diabolus Dei vſurpauit honorem exaſperatus eſt, & repulit eum dicens. Vade Sathana, vt nos diſcamus illius exemplo noſtras iniurias magnanimiter ſuſtinere, Dei autem iniurias, nec D vſque ad auditum ſufferre, quoniam in propriis iniuriis eſſe patientem laudabile eſt, iniurias Dei diſſimulare nimis impium. Et ſequitur. Scriptum eſt, ſcilicet in Deute. cap. 6. & 10. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: Auguſt. vnus dominus Deus noſter eſt ipſa trinitas, cui ſoli ſeruitutem pietatis iure debemus. Et in lib. 10. de ciui. Dei, cap. 1. Nomine autem ſeruitutis cultus Deo debitus intelligitur. Latriam quippe, vbicunque ſanctarum ſcripturarum poſitum eſt, noſtri interpretati ſunt ſeruitutem. Sed ea ſeruitus quæ debetur hominibus, ſecundum quam dicit Apoſtolus Ephe. 6. ſeruos dominis ſuis eſſe ſubditos alio nomine, ſ. λατρεία Græce E nuncupari ſolet. Latria vero aut ſemper aut tam frequenter vt pœne ſemper ea ſeruitus dicitur quæ pertinet ad colendum Deum. Chryſ. Diabolus autem non quaſi obediens præcepto receſſit, ſed diuinitas Chriſti & ſpiritus ſanctus, qui erat in eo excuſſit diabolum, vnde ſubditur. Tunc reliquit eum diabolus. Quod vt ait Chryſ. ad noſtram proficit conſolationem, quia non tandiu homines Dei tentat Diabolus quandiu vult, ſed quandiu Chriſtus permittit, etſi enim permittit pauliſper tentare, tamen repellit propter infirmitatem noſtram.

Differentia nota qua Chriſtus dæmonem, & D. Petrũ Sathanã cõpellat.

Iniurias proprias ferre laudabile, dei diſſimulare impiũ.

Aug. cont. Arria.

Latria ſeruitus interpretatur.

F Poſt tentationis victoriam ſequitur conſolatio. Nam ſequitur Ecce angeli acceſſerunt. Chryſ. Non dicit deſcendentes angeli, vt oſtendat quia ſemper ad miniſterium eius erant in terris. Sed præcipiente domino, receſſerunt ab eo, vt locus diabolo daretur aduerſus Chriſtum, ne forte videns angelos circa ipſum, non appropinquaret ad eum. Miniſtrabant ei, forte afferentes cibos ad confortandum eſurientem hominem. Lucas autem ait. Et conſummata omni tentatione. Ambr. non dixiſſet ſcriptura omnem tentationem conſummatam, niſi in tribus præmiſsis eſſet omnis materia delictorum, quia cauſæ tentationum cauſæ ſunt cupiditatũ, carnis oblectatio, ſpes gloriæ, auiditas potentiæ. Diabolus receſſit ab eo. Acceſſerat quippe ad eum vt hominem, non inueniens autem in eo antiqui ſui ſeminis ſigna, diſceſsit ab eo. Ambr. Vides ergo ipſum diabolum non eſſe in ſtudio pertinacem, cedere veræ ſolere virtuti, etſi inuidere non deſinat, tamen inſtare formidat, quia frequentius refugit triumphari.

Amb. li. 4. in Luc.

Dæmõ in tentando minime pertinax.

B Vſque ad tempus. Ambr. Poſtea enim non tentaturus ſed aperte pugnaturus aduenit. Vel ſecundum Theophi. quia de voluptate tentauerat in deſerto, receſsit ab eo vſque ad tempus crucis, in quo eum erat de triſtitia tentaturus. Vel ſecundum Maximum diabolus in deſerto Chriſto ſuggeſſerat præferre mundi materiam diuino amori; poſtea eum ſatagebat facere præuaricatorem dilectionis ad proximos, quando videlicet poſtea prædicanti veritatẽ, ſcribæ & Phariſæi ponebant ei inſidias & detrahebant, vt ſic prouocaretur ad odium contra eos. Vel vſque ad tempus ſcilicet paſsionis. Nam tunc etiam acceſ- C ſit ad eum inquirens, ſi quid ſuum inueniret in eo, vnde Chriſtus dixit. Venit princeps mundi huius, id eſt diabolus venit & in me non habet, id eſt habebit quicquam. Tentabat, quando dicebat per ora Scribarum & Phariſæorum. Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce, & credimus ei, quaſi inſtigãs ad deſcendendum de cruce, ob conuerſionem illorum, vt vel ſic impediretur liberatio generis humani.

Ioan. 14. Matt. 16.

¶ *De doctrina Chriſti in redarguendo diuerſa hominum vitia.*

CAP. III.

D DE Doctrina domini Ieſu in redarguendo vitia hominum. Et præcipue auaros, ambitioſos, vanæ gloriæ deditos, ſuperbos, hypocritas, & voluptuoſos. Vnde dum quidam vt refert Lucas dixiſſet Ieſu. Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, & ipſe reſpondiſſet. Quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem inter vos? Subdidit ſciens illum auaritiæ deditum, Videte & cauete ab omni auaritia, exemplum adiiciens, hominis cuiuſdam diuitis (ait) ager vberes fructus attulit qui ex hoc cœpit animo æſtuare quid de illis fructibus agere deberet. Cui cùm re- E ſpondiſſet in mẽte ſua cogitatio auaritiæ. Deſtruam horrea, mea & maiora faciam, & illic omnibus congregaris dicam animæ meæ. Habes multa bona repoſita in annos plurimos, comede, requieſce, epulare, deinde fuit ei à domino dictum, Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti, cuius erunt? Concluſitque: ſic eſt qui ſibi theſauriſat & non eſt in Deum diues. Altera vice teſte Matt. & aliis euangeliſtis dixit. Quàm difficile, qui diuitias habent, regnum Dei intrabunt. Amen dico vobis, id eſt vere, facilius eſt camelum per foramen acus F tranſire quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Et propter quid niſi propter auaritiam? Nam & Abraham diues fuit in poſſeſsionibus auri & argenti, & Dauid rex, & Iob Gentilis vt patet in ſacra pagina, & rex Francorum ſanctus Ludouicus, & tamen quia liberales, non auari, & pauperes ſpiritu intrarunt proculdubio in regnum cœlorum. Loquitur ergo Ieſus de diuite auaro illicite acquirente: vt

Chriſti doctrina vitia repræhendẽtis. Auaritiæ repræhenſio.

Matth. 19.

Hiero. ad Hedib.

A.C. 30. te, vt communiter accidit, propter quod dicit Hier. A Omnis diues aut iniquus, aut hæres iniqui, vel de diuite etſi iuſte acquirente, tamen tenaciter & auare retinente, non pauperibus cùm debet eroganté. De quo pulchre Amb. d. 47. ſicut hi. Vel de diuite finem ſuum in diuitiis conſtituente, & inordinate amante. De quo Leo, Virum Catholicum ſicut nullo errore implicari ſic nulla oportet cupiditate violari d. 47. virum Catholicum. Exponitur illud de cameloalio modo ſecundum Comeſtorem. Erat enim quædam porta Hieruſalem quæ dicebatur acus propter ſui arctitudinē, vnde & animalia onerata per eā tranſire non poterant, niſi depoſitis ſarcinis & præcipue camelus, vult ergo dicere, quòd ſicut camelus onuſtus tranſire non poterat per illam portam arctam, niſi exoneratus & tunc tranſibat: ſic diues depoſitis rebus male acquiſitis vel detentis, & inordinato affectu eorum per arctam viam regni cœlorum intrare poſſet, aliàs non, vel camelus dicitur funis cuius eſt vſus in naui, & hic vtique intrare non poſſet per rimam acus integer, ſed diſſolutus & ad fila ſimplicia redactus. Sic, &c. Superbiam, & ambitionē reprehendit cùm gloriantibus diſcipulis ſuis de eo, quòd expellerent dæmones ab obſeſſis, adduxit terribile exemplum punitionis ſuperbiæ Luciferi. Videbam inquiens Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Nolite ergo gaudere quòd ſpiritus vobis ſubiiciuntur, ſed quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Hoc Lucas teſtatur. Et cùm intraſſet cogitatio ambitionis in eo tempore paſſionis contendens quis eorum eſſet maior, compeſcuit eos, declarans maiorem in prælatione habere cæteris ſeruire non dominari, vt exiſtimabant. Paulò ante Iacobum & Ioannem qui per matrem eorum petierant ſecum in regno ſedere, vnus ad dextrā & alius ad ſiniſtram ſuam, modeſte correxit dicens. Neſcitis quid petatis, quia ſedere à dextris vel ſiniſtris, id eſt in maiori vel minus digno gradu gloriæ non eſt meum dare vobis, ſcilicet ambitioſis, ſed quibus paratum eſt à patre meo, ſcilicet humilibus, iuxta illud. Qui ſe humiliat exaltabitur, ſicut cōtra qui ſe exaltat, ſcilicet per ſuperbiam, humiliabitur vſque ad inferos deiectus. Vane glorioſos increpans ait & de Scribis & Phariſæis. Omnia opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus. Amant autem primos accubitus in cœnis & cathedras in ſynagogis, ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Et dilatant phylacteria ſua, & magnificant fimbrias, hoc Matthæo recitante. Et per Io. Quomodo poteſtis credere inquit Ieſus Iudæis, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis. Cautos autem reddidit vt ſe ab ipſa vana gloria præſeruent, cùm vitium ſit latenter intrans, dicens ſecundum Matt. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis, hoc particulariter explicans de operibus quæ ſunt de genere bonorum, ſcilicet ieiunio, eleemoſyna, & oratione, ne ſcilicet fiant in manifeſto propter laudem humanam quærendam. hoc idem exemplo docuit ſuo, quia miracula faciens mandabat ſanitatem recipientibus, ea occultare. A voluptatibus retrahebat dicens ſecundum Luc. Attendite ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. A luxuria quoque dum ait. Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes, præcingere lumbos ſecundum Grego. eſt à carnis luxuria ſeſtringere. Oſtendens inſuper non ſolum ab actibus carnalibus illicitis abſtinendum: ſed etiam à cogi-

Ambr. ſer. 81.
Leo. 1. ep. ad Ana. 53.
Com. in hiſt. euan. cap. 101.
Superbiæ repræhenſio.
Luc. 22.
Luc. 10.
Matth. 20.
Luc. 14.
Matth. 23.
Vanę gloriæ vitiū taxatur.
Ioan. 5.
Matth. 6.
Voluptatum vituperatio.
Luc. 21.
Luc. 12.
Gre hom. 13. in euā.

tationibus turpibus, præcipue quo ad conſenſum dum ait. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Et de corde exeunt cogitationes malæ fornicationis, furta, adulteria, &c. Et hæc ſunt quæ coinquinant hominem, ſcilicet peccatis. Sicut autem vitia carnalia honeſtiſſimis verbis reprehendit ſeu cauenda docuit, ita & conuerſationem omni ſuſpitione carentē tenuit. propter quod Iudæi & æmuli eius cùm multa mala etſi falsò de eo loquerētur, vt quòd eſſet vorax, potator vini, dæmoniacus, incantator dæmonum, violator legis, & ſeductor, nunquam tamen auſi ſunt B detrahere honeſtati eius. Tanta erat puritas vitæ eius, quod decet prædicatores attendere. Hypocriſim accerrime increpauit frequenter, præcipue Scribarum & Phariſæorum & ſacerdotum, qui ſcribæ doctores legis erant, Phariſæi vero vt nunc religioſi in auſteritatibus & cærimoniis cæteris obſeruatores, quibus væ, æternæ ſcilicet damnationis eis prænuntiat, explicando eorum hypocriſim in multis, vt patet Mar. 23. per totum. Præmittens tamen & docens eos præſidentes etſi malos doctores, tamen reuerendos & audiendos, cùm licita mandarent, ſed vitam eorum cùm eſt mala nō imitandam vnde di- C cit. Super cathedram Moyſis ſederūt Scribæ & Phariſæi id eſt, docendi officiū acceperunt, vnde Chryſ. ſuper illud. Super cathe. &c. ait: Videte quomodo ſedetis ſuper cathedram. Malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo nō dignitatem ſed crimen acquirit. In iudicio enim tuo ſedes. Nā bene viuendo & bene docendo, populum inſtruis, quomodo debeat viuere, bene autē docendo & male viuendo Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare. diſtinct. 40. multi Super cathedram ergo ſederunt & nunc ſedent noſtri ſacerdotes & prælati Eccleſiæ & prædicatores, qui ſuccedunt illis, id eſt, docendi, inſtruendi, & re- D gendi populū officium & authoritatem ſicut Moyſes habuit acceperunt, & ideo omnia quæcunque dixerint vobis, ſcilicet pertinentia ad officiū eorum ſeruate mente, & facite opere, ſecundum opera eorum, ſcilicet cùm ſunt mala nolite facere. Idē exemplo docuit mittens ad ſacerdotes etſi malos, leproſos mundatos ad offerendum ſacrificium ſecundum legem, hypocriſim appellans oſtendere ſanctitatem exterius, ſed intus habere malignitatem. Vnde eos aſſimilat ſepulchris dealbatis, quæ ab extra videntur pulchra depicta, ſed intus ſunt plena ſpurcitia & immunditia cadauerum. Item hypocritas aſſerit in E eo quod ædificabant ſepulchra prophetarum, quos patres eorum occiderant. Nam in eo quòd ædificabant & venerabantur ſepulchra prophetarum, inſinuabant populo ſe deteſtari ſcelera patrum, qui eos occiderant, tamen imitabantur eos opere, quærendo occidere dominū Prophetarum Ieſum. vnde contra ſe ſententiam proferebant deteſtabilis operi ſui. Hypocritas eſſe eos dicit in eo quòd decimabant mentam, anetum & omne olus, quaſi ex hoc oſtendere vellent etiam in minimis obſeruare legem, & tamen grauiora eius omittebant, ſcilicet iudicium rectum & charitatem. Item in eo quod deuorabant domus viduarum ſimulantes longam orationem. F Item in eo quod tulerant clauem ſcientiæ, id eſt, poteſtatem docendi obſeruantiam mandatorum, qua cœlum aperitur, & tamen nec ipſi intrabant obſeruando ea, nec alios ſinebāt intrare ſuo malo exemplo vel falſa doctrina. Vnde & alibi Chriſtus dicit diſcipulis. Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis, quod poſtea Apoſtoli intellexerunt dictum

A.C. 30.
Mat. 5.
Mat. 15.
Caſtitas Chriſti nulla vnquam ſuſpicione laborauit.
Hypocriſim damnat.
Chryſ. hō. 43. in c. 23. Matth.
Noſtri ſacerdotes ſuper cathedram Moyſis ſedent.
Mat. 8.
Luc. 14.
Hypocriſis quid.
Matth. 23.
Matt. 16.

A.C. 30. dictum de doctrina eorum, quæ videbatur vera, ſed falſa erat. Item in eo quòd circumibant mare & aridam, vt facerent vnũ proſelytum, i. Gentilem ad Iudaiſmum conuerti, quem poſtea ſuo malo exemplo faciebant ipſis peiorem. (Matth. 23.) Item in eo quòd honorabant Deum labiis, dicendo Pſalmos, cor autem eorum longe erat à Deo in oratione. (Matth. 7.) Item in eo quòd mundabant ſæpe manus, catina, & paropſides, & calices, quaſi zelatores munditiæ, & corda interius ab iniquitate non purificabant. (Lu. 13.) Item in eo quòd feſtucam, id paruos defectus aliorũ videbant, & arguebant, trabem autem, i. magna peccata in oculis ſuæ mentis nõ videbant, vel curabant eruere. (Matth. 22.) Item in eo quòd faciebãt conſcientiã aliis, quòd in die ſabbathi curarentur, reputantes ſabbathum violari, nõ quòd animalia bruta curarent in ſabbatho, vel de fouea eleuarent. (Luc. 11.) Item in eo quòd quærebant aliqua ab eo tanquam vellent ſcire veritatem rei, cùm vellent calumniari, vt de cenſu dando Cæſari. Et vobis legiſperitis væ, ait, qui oneratis homines oneribus quæ portare nõ poſſunt, & ipſi vno digito non tangitis ſarcinas, vbi Chry. Tales ſunt ſacerdotes etiam nunc, qui omnem iuſtitiam populo mandant, & ipſi nec modicam ſeruant, tales ſunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiã imponũt, quia dicunt, & non faciunt. (Chryſ. ho. 43. in cap. 23. Matth.) Et ſic dum pœna præſentis pœnitentiæ fugitur, ſcilicet quia grauis, incurritur pœna peccati futura, quæ ſcilicet eſt grauiſſima. Exemplum ponit de iuuene, cui cùm imponitur in humeris grauis ſarcina, reiicit. Et addit. Nonne melius eſt reddere rationem Deo propter miſericordiam, quàm propter crudelitatem, ſi erramus modicam pœnitentiam imponentes 26. q. 7. alligant. Sacrilegos & ſimoniacos ſignatos per ementes & vendẽtes in templo, non ſolum verbo caſtigauit dicens. (Sacrilegij & Simoniæ deteſtatio.) Nolite facere domum patris mei domum negotiationis, & altera vice ait. (Ioa. 2.) Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum, ſed & flagello de templo, id eſt porticu templi expulit, de quo vide quod habetur, 16. q. 7. & hoc diximus, & 1. q. 1. qui ſtudet. (Matth. 21.) Contra iracundos & gradus iræ punitionem inſinuauit dicens. Si quis iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, &c. (Matth. 5.) Contra inuidos Scribas & Phariſæos, qui ex inuidia perſequebantur eum, & calumniabantur & miracula & opera ſanctitatis eius, & ad extinguendum famam eius & fructum, tradiderunt eum Pilato ad crucifigendum. (Inuidiam accuſat.) Sciebat enim (ait Matthæus) quòd per inuidiam tradidiſſent eum, dixit. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta, ſcilicet omni bono temporali & ſpirituali. (Matth. 27. Matth. 22. Matth. 10.) Et alibi, Sic erit generationi huic peſſimæ, ſcilicet quòd ſpiritus immundus ingrediatur in eã, cum ſeptem aliis id eſt vniuerſitate vitiorum. Ab vſuris accipiendis cauere docebat, dicens, ſecundum Luc. (Luc. 7.) Mutuum date, nihil inde ſperantes, quod dictum allegatur, extra de vſuris, conſuluit. (Matth. 18. Thom. in 2. 2. q. 43. a. 1.) Contra ſcandalizantes, ait ſecundum Matt. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala, non abſolute, ſcilicet ſecundum Tho. præſuppoſita negligentia hominum circa ſalutem ſui, & proximi. Væ autem illi (ſubdit Chriſtus) per quem ſcandalum venit. (Matth 25. Matth. 7. Matth. 26.) De materia ſcandali habetis diffuſe in 2. parte. Notandum autem ſecundum Hiero. quòd væ importat damnationem. Contra accedioſos præ tædio non bene operantes ait. Seruum pigrum mittite in tenebras exteriores. Et omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et dormiẽtibus Apoſtolis præ tædio, ait. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Cõtra impœnitentes inquit. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. (A. C. 30. Luc. 13. Matth. 10. Io. 3.) Contra infideles ait. Qui non crediderit, ſcilicet doctrinæ euangelicæ, condemnabitur. Quinimo ſecundum Io. inquit Ieſus. Iam iudicatus eſt, i. pro damnato habetur perſeuerans in infidelitate.

§. I.

De doctrina eius quo ad virtutes neceſſarias ſaluti, & de fide quidẽ, ait. (Doctrina Chriſti de virtutib. & de fide imprimis.) Creditis in Deum? & in me credite, ſcilicet eſſe non ſolum hominem, ſed & Deum. In eum autem credere, eſt credendo ad eũ in bonis operibus accedere. (Io. 14. Credere in Deum quid.) Et quòd per iſtam fidem viuam perueniatur ad gloriam oſtendit in eo quod ſubdit. In domo patris mei manſiones multæ ſunt, id eſt diuerſa præmia prædeſtinata electis, ſecundum varietatem meritorum, ſiquominus ait, id eſt non ſic eſſet, dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum prædeſtinando, ſed nõ oſtendit, quia hoc iam factum eſt. (Meritorũ varietas.) Et ſubdit. Et ſi abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipſum, quamuis paratæ ſint manſiones præmiorum per prædeſtinationem, oportet fieri aliam præparationem ſcilicet per bonam veſtram operationem, qua perueniatis ad conſecutionem manſionis vobis paratæ, ſcilicet prædeſtinatæ. Et hæc ſecunda præparatio per operationem, ſcilicet per fidem viuam, quæ erit in vobis dum abiero, & non me videbitis, & tamen credetis & ſecundum fidem operando, veniam in morte veſtra & accipiam vos ad meipſum, id eſt in regnum æternum. (Aug. tract. 68 in Io. Mar. 11. Mar. 16. de ſpe. Lu. 12.) Sic exponit Auguſt. de pœn. di. 4. c. nouit Deus, & c. ſeq. Et alibi teſte Marco ait Habete fidem Dei, omnia poſſibilia ſunt credenti & omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & fient vobis, ſ. licite petita & vobis expedientia. (Matth. 9.) Et poſt reſurrectionem ait cùm miſit diſcipulos ad prædicandum. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, ſcilicet fidem formatam habendo. Sæpe confortabat diſcipulos in tribulationibus, dicẽs, Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis regnum, ait ipſe ſecundum Lu. Ad confidentiam de remiſſione peccatorum inducebat dicens paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Ad ipſam fiduciam habendam in tribulationibus & tentationibus ſeu ſpem diuini adiutorij excitabat, dicens. Confidite, ego vici mundum, vt refert Io. Ad charitatẽ habendam impetabat recolens antiquum Dei præceptum, ſcilicet, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. proximum tuum ſicut teipſum, vt Matt. ſcribit. (Io. 16. de charitate. Matth. 22.) Et ad hoc implendum in vltimo ſermone diſcipulis frequenter recolebat dicens Mandatum nouum do vobis, id eſt hominem innouantem, ſpiritualem, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. (Io. 13. Ariſt. l. 1. Poſt. c. 2.) Et in dilectione proximi imperata includitur dilectio Dei per illam regulam. Propter quod vnumquodq; tale & illud magis: diligendus igitur. Cùm ſit proximus propter Deum, multo magis ipſe Deus. (Matth. 5. Luc 10. pax ſeruanda. Mat. 9.) Ad actus interiores charitatis, ſcilicet gaudiũ & pacem inuitabat, dicens teſte Mat. Cùm vos perſecuti fuerint homines, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me, gaudete & exultate, quia merces veſtra multa eſt in cœlo, & iterum per Lu. gaudere quia nomina veſtra ſunt in cœlis. Pacem ſeruari præcepit, di. in Marci euangelio, Habete ſal in vobis, id eſt diſcretionem & pacem

A. C. 30. cem habere inter vos, & in vltimo ſermone ſecun-
Io.14. dum Ioan. ait Pacem relinquo vobis, ſcilicet ſeruan-
dam, pacem meam do vobis, id eſt veram, quæ eſt
Io 20. in conformando ſe voluntati diuinæ, & paſſiones
Luc.7. ſubiiciendo rationi, & ſalutatio eius erat, pax vobis,
ſcilicet ſit, quæ dicta eſt. vt patet Ioannis teſtimo-
Math. 18. nio. Commeatus eius erat. Vade in pace, ait Mariæ
Thom. in. Magdalenæ & aliis. Actus exteriores dilectionis
2.2.q.34.a. præcipiebat, dicens quo ad eleemoſynam ſpiritua-
7. Luc.11. lem. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum in-
ter te & ipſum ſolum, &c. vt ſcribit Matt. Expoſitio-
nem huius habes in 2. parte in tit. accidia. De elee-
moſyna corporali ait. Quod ſupereſt date eleemo-
Thom. 2. ſynam, ſcilicet de eo, & omnia munda vobis, id eſt
2.q.32.a.5. Aug. in l. immunditiam peccati ex harum rerum retentione
de vera & non contrahetis. de pœn. diſt. 1. medicamentum. Et
fal. pœn. de eleemoſyna quando ſit in præcepto vel conſilio
cap.14. Mar.12. habes in 2. parte tit. de auaritia. Et dicit Aug. de pœn.
Luc.21. diſt. 5. c. 1. poſt medi. quòd in iudicio cordis conſide-
randa eſt eleemoſyna tribuentis, nec iam conſide-
randum eſt quantum, ſed qua mente, qua affectione
dat quod poteſt, & ponit exemplum de vidua quæ
miſit in gazophilacium templi, id eſt receptorium
eleemoſynarum æra minuta duo. Et vt referũt Lu.
& Mar. cùm reſpiceret Ieſus tunc mittentes mune-
ra in gazophylacium, & multi magna munera mit-
terent, videns viduam illam mittere duos denarios,
vocauit diſcipulos, & commendauit ſeu laudauit
De prudentia & eius partibus. viduam ſuper omnes, qui miſerant magna mune-
ra, ex eo quòd ex magno affectu & deuotione de-
derat totum quod habuit, licet parum, alij ex ſu-
perabundantia. Prudentiã docet, dicens ſecundum
Matt.10. euang. Matth. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Et
quia prudentia mundi aſtutia & deceptio eſt, ideo
ab iſta reuocat, ſubiiciens, & ſimplices ſicut colum-
Luc.17. bæ vt ſcilicet aliis non machinentur dolos. De par-
tibus prudentiæ quo ad memoriam ait. Mementote
vxoris Loth, quæ ſcilicet quia reſpexit retro, conuer-
ſa eſt in ſtatuam ſalis, ad terrorẽ recedentium à ſan-
Lu.16. cto propoſito. Quo ad prouidentiam futurorum ait.
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt
cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacu-
la. Hoc Lu. atteſtante, id eſt date eleemoſynas pau-
peribus, qui ſuis meritis & precibus procurent vo-
bis manſionem in cœlis, & hoc de mammona ini-
quitatis, id eſt de diuitiis per nimiam ſolicitudinem
acquiſitis, vel inequaliter diſtributis, vel illicite ac-
Luc.12. quiſita reſtituendo, cùm ſciuntur perſonæ quibus
oportet reddi, vel pauperibus erogando, ſi neſciun-
tur. Quo ad circunſpectionem præſentium. Vigila-
te att, quia neſcitis qua hora dominus venturus ſit.
Nam & paterfamilias vigilat cùm timet furem, &
non ſinit perfodi domum ſuam: qui fur eſt diabolus
perfodiens tentationibus vitiorum, vt furetur the-
Ma.6. ſaurum. Solertiam partem prudentiæ maxime in-
De iuſtitia & eius partibus. ſtruxit habendam in beatitudine & virtutibus ac-
quirendis, dicens. Quærite primum regnum Dei &
iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis, vt
Io.7. Matt. narrat. De actu iuſtitiæ inquit ſecundum Io.
Nolite iudicare ſecundum faciem, id eſt ſecundum
Luc.18. acceptionem perſonarum, ſed iuſtum iudicium iu-
dicate. De virtutibus annexis iuſtitiæ exercendis à
nobis quo ad religionem, dicit teſte Luc. Oportet
ſemper orare & nunquam deficere, quod intelligi-
tur etſi non ſemper actu, ſaltem aptitudine, vt ſem-
per in nobis ſit deſiderium charitatis, vnde procedit
vera oratio. Vel etiã oportet orare, id eſt in omni tẽ-
pore aliquando orare, & ad continuationem vel fre-

A quentiam eius ponit exemplum de iudice iniquo A. C. 30.
Deum & hominem non timente, qui cùm viduam Luc.11.
interpellantẽ pluries in cauſa ſua recuſaſſet audire, Io.14.
tandem importunitate victus, audiuit. Et alibi eo-
dem aſſerente ait. Petite & accipietis. Et quid prin- Luc.11.
cipaliter poſtulandum ipſe (vt ſcribit Ioan.) decla-
rauit dicens. Petite & accipietis, vt gaudiũ veſtrum
ſit plenum, quod impletur in vita beata. Similitudi-
nem adiecit, ſecundum Lu. de amico, qui accedens
ad amicum ſuum media nocte vt commodaret ei
tres panes, etſi prius denegauerit, tandem perſeue-
rante ad pulſandum ſurrexit & dedit ei quoquot ha-
B buit neceſſarios. Ad opera pietatis erga parentes in- Matth.5.
duxit, allegans præceptum legis: nam Deus dixit.
Honora patrem tuum & matrem, &c. Ad obedien-
dum ſuperioribus, Deo ſcilicet & hominibus ſolici- Matth.11.
tauit dicens vt habetur in Matt. Tollite iugũ meum
(ſcilicet obediẽtiæ) ſuper vos, & inuenietis requiem
animabus veſtris. Iugum enim meum (ſcilicet obe- Matth. 23.
dientiæ) ſuaue eſt, & onus meum, ſcilicet mandato-
rum, leue, rationi quidem: ſed & ſenſualitati iam Luc.10.
aſſuetæ: & iterum. Omnia quæcunque dixerint vo-
bis, ſcilicet præſidentes, ſeruate & facite, quæ ſcili- Matth.6.
cet non ſint contra Dei præcepta. Qui enim vos Matth.5. ad pœnitentiam inuitat.
C audit, id eſt obedit, me audit: ait ipſe ſecundum Lu.
& qui vos ſpernit, ſcilicet prælatis non obediendo,
me ſpernit. Ad miſericordiam exhibendam proxi-
mis inuitabat, inquiens. Eſtote miſericordes ſicut & Matth 10. De fortitudine & eius partibus.
pater veſter miſericors eſt. Ad pœnitentiam voca-
bat, quæ etiam eſt virtus, dicẽs, Pœnitentiam agite,
appropinquabit enim regnum Dei, quia ad gratiam
diſponit quæ ducit ad gloriam. Fortes & conſtan-
tes eſſe voluit, dum ait. Nolite timere eos qui occi- Lu.8.
dunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid
faciant, vt ſcilicet propter timorem deſeratis verita-
tem vel virtutes, ſed timete eum qui poteſt animam
D & corpus in gehennam perdere, hæc Matt. recitat.
Terram quoq; bonam ex hoc oſtendit, i. virtuoſos,
quòd fructum afferunt huius in patientia. Et narra-
tis tribulationibus plurimis electorum, concluſit at-
teſtante Lu. In patientia veſtra poſſidebitis animas
veſtras. Perſeuerantiam partem fortitudinis ad co- Luc.18.
ronam perducere docuit, cùm ait. Non qui incœpe- Matth. 10.
rit ſed qui perſeuerauerit in finem, ſaluus erit. So- De temperantia & eius partibus.
brietatem & temperantiam non reticuit, etiam cum
ſibi adiunctis, cùm enim dixit ſecundum Io. Cùm
granum frumenti mortuum fuerit, multũ fructum Io.12.
E affert, innuit mortificationem ſenſuum per conti-
nentiam fructum meritorum plurimum producere.
Abſtinentiã exemplo illuſtrauit ieiunãs 40. diebus Matth.9.
& noctibus. De diſcipulis autem ait. Cùm auferetur Matth. 12.
eis ſponſus (ſcilicet per aſcenſionem ſubtractus ab
eis) tunc ieiunabunt. Sub tanta autem abſtinentia Matth. 16.
& cùm non ieiunabant eos gubernabat vt præ fame
per ſata tranſeuntes ſpicas manibus confricantes Chriſtus virgo, mater virgo, ſponſus virginis virgo.
grana ederent. Et de caſtitate coniugali inquit, ſe-
cundum Matt. Qui reliquerit vxorem ſuam niſi ob
fornicationem, facit eam mœchari, & qui relictã ab
alio duxerit, mœchatur, & adulterium perpetrat. Vir
F ginitatem vero ipſe cum matre ſua & ſponſo eius
ſeruauit, & diſcipulo eius Ioanni ſuaſit, vt perfectio- Matth. 11.
ris ſtatus, ſuaſit non præcepit, quam & ſemper ſer-
uauit potiſſimùm. Humilitatem imperauit di. diſci-
te à me quia mitis ſum & humilis corde, mititas im-
portat manſuetudinem, quæ ſicut & humilitas tem-
perantiæ annectitur: & alibi. Cùm feceritis (ait) Luc.17.
omnia quæ mandata ſunt vobis, dicite, quia ſerui Math. 23
inutiles ſumus, & quòd debuimus facere fecimus.

Plures

A.C. 30. Luc. 14. & 18. Match. 18. Sap. 8.

Pluries etiam inferens. Qui ſe humiliat exaltabitur: & iterũ. Qui humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte quẽ.ſ. ad ſe vocauerat, hic maior eſt in regno cælorum. Er ſicut dicitur in lib. Sapien. ſobrietatem id eſt tempo rantiam & ſapientiam id eſt prudentiam, docet: iuſti tiam & virtutem id eſt fortitudinem ſcilicet diuina ſapientia incarnata: quibus nihil eſt melius in vita hominibus.

§ II.

De conſiliis Chriſti. Chriſti conſilia nullus liber ſeruare obligatur: ſed voto adſtrictus omnino. Aug. de tẽpo. ſer. 16. Conſilia in ſtatu perfectionis homine locant. Hiero. l. 1. adu. Ioui. D. Thom. in 2. 2. q. 186. a. 2. Conſilia tria. Luc. 14.

DE doctrina eius quo ad conſilia, ad quæ nullus obligatur implenda cùm liber eſt, ſed ſi per votum ad ea ſe obligauerit: ſeruare de neceſſitate te B netur. Quæ quidem ſeruata maioris ſunt meriti & inductiua perfectionis, vnde Aug. Conſilio domini ſi vti nolueris: minus boni adipiſceris. Ibidem vbi cõſilium datur, offerentis arbitrium eſt: vbi præceptũ, neceſſitas obſequentis 14. q. 1. quiſquis præceptis. Et obſeruatio horum facit hominem perfecte Chriſti diſcipulum: qui ea ſeruauerit: & ponit hominem ad ipſa obligatum ſcilicet paupertatem: caſtitatem & obedientiam in perfectione ſtatuali, non perſonali, id eſt quòd ſit in ſtatu perfectionis: quia ad ipſam diſponunt inſtrumentaliter: non quod faciant perſonam iam perfectam, vnde dominus Ieſus ait referente Luc. ¶ Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Poſſidemus quidem res temporales: quibus abrenuntiatur per paupertatem. Corpus: cui quaſi abrenuntiatur quo ad maximas delectationes eius ſcilicet venereas etiam in ſe licitas, vt in coniugio, per caſtitatẽ. Et animam: cuius potentia quaſi principalis, vt aliis imperans, eſt voluntas: cui renuntiatur per obedientiam & in his obſeruatis conſiſtit perfectus Chriſti diſcipulatus, quod ſeruauerunt Apoſtoli & ſeruant viri religioſi. Sed oportet, in huiuſmodi obſeruantia perdurare: vnde & Chriſtus ſubdit exemplum de volente turrim ædificare, quæ ſignat altitudinem perfectionis: prius cogitat ſumptus ad perficiendum alioquin non inchoat: ne incipiens & non perficiẽs irrideatur. Sic qui ſtatum talem vult aſſumere: debet omnino bene examinare, ſi paratus eſt ad omnia perficienda. Et poſt modum ea proſequi, ſi propoſitum atreptum eſt. Nam retrocedendo etiam ſi habitum geſtet: & turrim perfectionis non intendat perficere irridetur à cunctis. Ponit aliud exemplum de rege, contra quem venit alius ad pugnandum: quia ſi non videt ſe aptum ad reſiſtendum non ſuſcipit bellum. Qui huiuſmodi diſcipulatum & ſtatum capit: hoſtis antiquus terribilius parat ſe ad eum tentandum quàm alios & mille modis, Vnde qui non eſt paratus ad omnia ſufferenda vſque ad mortem: & ſemper viriliter dimicandum, non intret huiuſmodi bellum. Verum vt dictum eſt, quod nullus ad hoc cogitur, ſed inuitatur vt ad melius: patet ex modo loquẽdi ipſius Chriſti de ſingulis horum. Nam de paupertate ait in Matth. cuidam adoleſcenti. Si vis perfectus eſſe vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & ſequere me. Non enim imperat: ſed in libertate voluntatis dimittit. De caſtitate verò cùm dixiſſet aliquos ſe abſtinere ab actu venereo à natura ſcilicet propter frigiditatem: aliquos caſu ſcilicet abſciſſi ſeu caſtrati ab hominibus: alios pro ſpontanea voluntate, qui ſcilicet caſtrauerunt ſeipſos propter regnum cœlorum, id eſt ab huiuſmodi continent propter Deum. Subdit. Qui poteſt capere, ſcilicet tam ſtatum, capiat. q. d. nullus cogitur. De obedientia ait. Qui vult venire poſt me, id eſt ad ſtatum perfectionis: abneget ſeipſum, id eſt propriam voluntatem: & tollat crucem ſuam mortificando ſenſus & voluptates: & ſequatur me. Et nota quod Aug. dicit. Simpliciter fateor coram domino Deo noſtro ſuper animam meam quomodo difficile ſum expertus meliores quã qui in monaſteriis profecerũt: ita nõ ſum expertus peiores quàm qui in monaſteriis ceciderũt, diſ. 47. quantumlibet, & ideo attendant religioſi ad obſeruantiam conſiliorum.

Margin notes: C; Apoſtoli ſeruarunt conſilia. Perſeuerandum in cõſiliis ſemel acceptis. D; Mat. 19. Mat. ibid. E; F

A.C. 30. Aug. epiſt. 137. ad Hippon.

Cõſilium patientiæ. Mat. 5. Lu. 6. cap. Aug. ep. 5. ad Mar.

De conſiliis patientiæ de quibus dominus ait. Si quis te percuſſerit in dextram maxillam, præbe ei & alteram. Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. Et qui te angariauerit mille paſſus: vade cum illo &c. Dicit Augu. quod hæc præcepta magis ſunt intelligenda ad præparationem animi, quàm ad opus quod in aperto fit vt teneatur in ſecreto animi patientia cum beneuolentia. In manifeſto autem id fiat quod eis prodeſſe videtur, quibus bene velle debemus 23. quæ. 1. paratus. Quantum ergo ad præparationem animi ſunt in præcepto: vt ſcilicet homo ſit paratus ad ſufferendũ etiam maiorem iniuriam ſeu aliam ſi faceret idem cum patientia, & ſine odio. Sed quòd hoc ad literam faciat ad extra, eſt ſub conſilio, quando ſcilicet crederet illud iniurianti prodeſſe, non malum malo addere. Datur & alia expoſitio moralis, quam omitto.

Dare eleemoſynam quando in conſilio. Luc. 7.

Dare eleemoſynam cùm dominus dicit. Date & dabitur vobis: in conſilio eſt quando quis non habet de ſuperfluo perſonæ: etſi habeat ſuperfluum naturæ pro ſe & ſuis: & cùm non videt extremam neceſſitatem, etſi indigentiã. Et ſimiliter dare mutuũ, dummodo non ſperetur lucrum: quia tunc vſura eſſet, extra de vſur. conſuluit, dicente Chriſto. Mutuũ date nihil inde ſperantes. Benefacite iis qui oderunt vos: & orate pro calumniantibus, quod dominus dicit in Euangelio: quantum ad beneficia ſpecialia & orationes ſpeciales quæ facimus pro amicis, hoc age recadit ſub conſilio, quantum ad beneficia communia vel in extrema neceſſitate: eſt in præcepto, ſecundum Thom. Et quia homines ſunt procliues ad diuitias appetendas, & ad voluptates: & ad vanam gloriam, ſeu honores: habent autem in horrore & fugiunt contraria eis. ſ. paupertatem, infirmitatem corporis, & vilitatem & deiectionem: ideo dominus Ieſus non parabolam ſed verã hiſtoriam referẽte Lu. ponit diuitis & pauperis Lazari: qui diues erat & auarus non ſubueniens mendico, induebatur purpura & byſſo propter ſuperbiam & vanam gloriam: & epulabatur quotidie ſplendide propter gulã ad quã ſequitur luxuria. E contrario Lazarus mendicus, vlceribus plenus, ita deiectus & vilificatus, vt in via maneret plagatus, ab omnibus derelictus. Sed moriens diues cum bonis ſuis: ſepultus eſt in inferno & cruciatus in flamma: nec guttam aquæ habere potuit ad refrigerium. Lazarus defunctus cum ſua miſeria, portatus ab angelis in ſinum Abrahæ: & nunc in gloria requieſcit: vt hoc exemplo homines retrahantur à mundanis: & auſteritates & infirmitates & alia aduerſa libenter ferant.

Tho. 2. 2. q. 25. a. 9. homines procliues ad opes, honores & voluptates. Luc. 16.

§. III.

Chriſti reſponſiones ad calumnias Iudæorum. Mat. 9.

DE reſponſionibus Ieſu ad inquiſitiones factas à Iudæis: cauſa tentandi & detrahendi: de diuerſis materiis: & ſolutione quæſtionum. Cum Mattheus Apoſtolus conuerſus ex Publicano, feciſſet Ieſu conuiuium magnum in domo: in quo plures peccatores inuitauerat, vt & ipſi conuerterentur; interrogauerunt Phariſæi diſcipulos Ieſu

Quare

A.C. 30. Chriſtus medicus. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? Reſpondit Ieſus. Non eſt opus valẽtibus medicus, ſed malè habentibus. q. d. veni in mũdum vt medicus, vt mederer, vt dicitur in Eſa. ca. 61. ſcilicet infirmitatibus animarum. Sicut ergo medicũ corporum non decet vel oportet viſitare ſanos ſed infirmos, ita me medicum animarum oportet conuerſari cum peccatoribus infirmis, vt ſanem eos, vnde concludit. Non veni vocare iuſtos, qui nulli erant. Omnes enim peccauerunt, ait Apoſtolus ad Roma. 3. ſed peccatores ad pœnitentiam, hæc eſt medicina.

Chriſtus diſcipulos traditiones Phariſæorũ violantes excuſat. Interrogantibus Scribis & Phariſæis, quare diſcipuli ſui tranſgrederentur traditiones ſeniorum, ex eo quòd non lauarent manus cùm manducarent. Docebant enim Scribæ populum frequenter manus lauandas cùm comedebant, vt ſic viderentur obſeruare illud à Domino dictum per Eſa. c. 1. Lauamini, mundi eſtote, quod intelligitur de lotione mentis per pœnitentiam. Diſcipuli Chriſti aliquando hoc non faciebant, ſcilicet vt lauarent manus, vel propter inaduertentiam, vel quia non habebant aptitudinem. Quibus Ieſus reſpondit. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras? Ex hoc oſtendens non rationabiliter eos reprehendere, tum quia ipſi grauiora committebant. Nam peius eſt tranſgredi mandata Dei quàm hominum. Cùm ergo ipſi tranſgrederentur mandatũ Dei vt oſtendit, non erant idonei ad reprehendendum alios de tranſgreſſione traditionum hominum. Tum etiam quia illud de ſe non erat peccatum, ſcilicet, non lauare manus ante comeſtionem. Quod autem tranſgrederentur mandatum Dei Scribæ & Phariſæi, declarat dicens. Deus dixit, Honora patrem tuũ &c. & vos dicitis, id docetis filios dicere parentibus. Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit, & non honorificauerit patrem ſuum. Obſcura locutio eſt. Pro cuius declaratione ſciendum quòd Scribæ & Phariſæi ſeu ſacerdotes ſuadebant turbis, vt facerent vota Domino ſeu templo de rebus ſuis. Et cùm vellent ea implere, & parentes illis rebus indigentes contradicerent, & potius vt ipſi ſuis parentibus ſubuenirent, peterent, docebant filios illis reſpondere. Munus quod eſt ex me ô pater mi, id eſt, quod voui templo, ſoluendo ibi, proderit animæ tuæ ſicut & mihi. Et ſic offerendo illud templo etſi non honoraret patrem, ſcilicet, in dando ei & ſubueniendo ſuæ neceſſitati, ſufficiebat ſibi ad ſalutem, quod tamen realiter erat contra mandatum illud de honoratione parentum. Vel ſic interrogatiuè exponẽdo. Cùm pater peteret ſubſidium à filio, dicebat filius, ſecundum doctrinam ei datam à ſacerdotibus. O pater munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit. q. d. Quod ergo deuoui munus, ſi tibi darem quomodo poſſet prodeſſe, cùm illud debeam Deo? Et ſic parentes timentes ne auertendo filios ab oblationibus tẽpli animæ ſuæ nocerent, dimittebant filios dare illa, quibus ipſi indigebant. Et per hoc irritum faciebant Scribæ illud Dei mandatum per doctrinam ſuam, quaſi illud non obligaret filios.

Exo. 22. & 31. Deut 5. Leu. 22.

Quomodo Scribæ propter ſuas traditiones verbum Dei infringerent.

Cibus de ſe qualiſcunque non maculant animam, ſed inordinatus eius appetitus. Et quod comedere ſine manus lotione non coinquinet hominem, id eſt non ſit peccatum declarat, vnde conuocatis turbis dixit. Non quod intrat in os, hoc coinquinat hominem, ſed quod exit de ore. Et vult dicere quòd cibus de ſe qualiſcunque ſit, & quomodocumque ſumatur, ſiue lotis manibus ſiue non lotis, non maculat animam peccato: ſed quod egreditur de ore

A corporis, quo ad verba vel deſiderium. Cúmque quis peccat in gula, peccatum illud non eſt ex eo quòd comedit talem cibum delicatum vel tali die prohibitum. Nam alius ſimilem cibum comedit: vel eadẽ die abſque vitio gulæ, ſed quia ex inordinato appetitu hoc agit, ideo peccat, & illud procedit ab ore cordis. Quod autem in lege aliqui cibi eſſent prohibiti, fuit in figurã & ex alia cauſa nõ autem ꝙ de ſe eſſent immũdi. Et cũ Petrus dixiſſet ex his verbis Phariſæos ſcandalizatos, reſpondit Ieſus. Sinite illos, cæci ſunt & duces cæcorũ, docens de ſcandalo Phariſæorum, A.C. 30.

B id eſt, procedente non ex ignorantia vel fragilitate, ſed ex malitia, non eſſe curandum, ita ſcilicet quod propter hoc vitandũ bona opera dimittãtur vel vera doctrina. Et cũ Petrus peteret, Ediſſere nobis parabolã, Ieſus durè locutus eſt ei more boni magiſtri arguentis diſcipulos de groſſitie ingenij vt acuat eos. Adhuc vos ſine itellectu eſtis, ait, non intelligitis, quia omne quod intrat in os, in ventrem vadit & in ſeceſſum emittitur, id eſt, de omni quod comeditur pars emittitur per fæces, materia ſcilicet graſſior & pars ſubtilior in nutrimentum vertitur. Et hoc de

C ſe non coinquinat ſcilicet cibus de ſe, ſed quod procedit ex ore, & ex corde prius. Nam cogitationes malæ & omnia peccata à corde procedunt, id eſt, à voluntate, iuxta illud Amb. Nemo noſtrum tenetur ad culpam niſi propria voluntate deflexerit 15. quæſt. 1. non eſt. Amb. li. 1. de Iac. & vit. bea. c. 5.

Narrat Lucas quòd altera vice quidam Phariſeus vocans Ieſum ad prandium cœpit in mente eum arguere quare ante prandium non fuiſſet baptizatus, id eſt, lotus. Cuius cogitationem Chriſtus videns, & in hoc diuinitatem oſtendens, reprehendit de ſuperſtitione vana, ſcilicet, quod multam diligentiam habebant de munditia exteriori, & nul- Luc. 11. c.

D lam de interiori dicens. Stulte, nonne qui fecit quod deforis, etiam id quod deintus eſt fecit? id eſt animã quæ principalior eſt, & ideo magis mũdanda quàm corpus.

Item quum Ieſus itinerando tranſiret per ſata diſcipuli eius fame deuicti cœperunt colligere ſpicas & manibus confricando grana manducare, & hoc erat in ſabbatho. Accedentes ergo Phariſæi dixerunt. Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet in ſabbatho. Quibus Chriſtus reſpondit, aſſerens eos innocentes in hoc, quia neceſſitas in huiuſmodi nõ Mat. 12. Mar. 2. Luc. 6. 3. Reg 21.

E habet legẽ, nec quoad diẽ demandatũ, nec quoad rẽ alienã: vt de conſecrat. diſt. 5. diſcipulos, cum glo. Et ad hoc induxit Chriſtus exemplum Dauid & ſociorum: qui fameſcentes comederunt panes propoſitionis eis oblatos ab Achimelech ſummo ſacerdote, quos ſecundum legem non licebat laicis comedere. Nec arguitur de hoc.

Altera vice dicente eo in templo, cùm interrogaſſent principes ſacerdotum & Phariſæi Ieſum, in qua poteſtate illa faceret quæ faciebat, reſpondit eis. Interrogabo vos & ego vnum ſermonem, reſpondete mihi. Baptiſmus Ioannis vnde fuit? à Deo an ex hominibus? Qui noluerunt ei reſpondere: ex eo quia Mat 21. Mar. 11. Luc. 20.

F viderunt ſe confundi quicquid reſpondiſſent. Nã ſi dixiſſent ex Deo, Chriſtus ſubintuliſſet Quare ergo non credidiſtis ei? Si dixiſſent ex hominibus, timebant lapidari à populo, qui habebat Ioannem in maxima reuerentia vt Prophetam, dixerunt ergo ſe neſcire. Et Chriſtus eis reſpondit. Nec ego dicam vobis in qua poteſtate hæc facio. Interrogabant cauſa calumniandi & ideo non reſpondit eis.

A.C. 30.

§. IIII.

Luc.10. De mandato legis maximo & hominè qui in latrones incidit. Viſio Chriſti triplex Matt. c.13. & Luc.10.

ITEM cùm Ieſus dixiſſet prædicando, Beati oculi qui vident quæ vos videtis, quod non intelligitur de viſione corporali tantum Chriſti, quia ſic vidit Caiphas, Pilatus, & alij reprobi multi. Nec de viſione ſpirituali tantùm, quia ſic viderunt patres veteris teſtamenti. Sed de viſione vtraque ſimul, quam habuerunt Apoſtoli & plures alij videntes, & credentes in eum. Erat enim quaſi quædam fruitio videre ipſum verbum incarnatum, vnde noſtra beatificatio. Et hoc quaſi oſtendens optare beatitudinem, interrogauit quidam legiſperitus tentans tamen eum, ſcilicet ſi ſciret reſpondere. Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Cui reſpondit Ieſus in lege quid ſcriptum eſt? q.d. Si interrogas cauſa ſciendi, cùm ſis doctor legis, tu debes ſcire, tu ergo dicas. Et cùm reſpondiſſet. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Et proximum tuum ſicut teipſum. Cuius expoſitionem habes plenè in 3. parte ſum. tit. de charitate. Reſpondit Ieſus. Rectè reſpondiſti, hoc fac, & viues. Vbi oſtenditur etiam quod aduerſarij dicunt vero eſſe aſſentiendum. Interrogauit autem legisperitus. Quis eſt meus proximus? nō vt doceretur, ſed ex arrogantia reputans ſe ita bonū & peritum, vt nullum haberet ſimilem vel propinquum ſuæ bonitati. Et ideo dicit Euangeliſta qui hęc narrat, Volens iuſtificare ſeipſum, ita rudis erat vt non vere intelligeret, quis dicatur proximus, ſed propinquum natura vel moribus & ſciētia ſibi ſimilem proximum exiſtimaret. Sed per parabolam Dominus Ieſus declarauit proximum noſtrum eſſe omnē hominem qui eget aliquo, vel poteſt alteri ſubuenire, & poteſt alterum iuuare in aliquo, ideo omnis homo eſt proximus noſter. Cùm autē ipſe Ieſus maximè omnibus nobis ſubuenerit, nos à morte eruendo & ideo ſuper omnes eſt proximus noſter, & à nobis præcipuè diligendus. Quia vero parabola eum tangebat deſcendentem de cœlo vt nos ad cœlum leuaret, ideo (vt dicit Luc. Euangeliſta) ipſe Ieſus ſuſpexit in cœlum cùm dixit eam. Homo quidam (ait) deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, qui incidit in latrones, &c. Homo iſte ſignat genus humanum, qui deſcendit à ſtatu veræ pacis quam in ſe videbat. (Interpretatur enim Hieruſalem viſio pacis) quando in paradiſo terreſtri tranſgreſſus eſt præceptum, & venit in Hiericho, id eſt in mundum iſtum mutatione & miſeria plenum. Interpretatur enim Hiericho, luna quæ frequenter mutatur. Latrones in quos incidit fuerunt dæmones, qui expoliauerunt ipſum genus humanum per peccatum originale & actualia addita, bonis gratuitis virtutum, & vulnerauerunt in naturalibus potentiis, ignorantia, malitia, fragilitate ſeu debilitate ad bonum, & concupiſcentia, id eſt, inclinatione ad mala. Non autem fuit ex toto ab eis occiſus, ſed ſemiuiuus relictus, quia etſi morti obnoxius & multum vicinus, tamen ſanabilis per Chriſti redemptionem. Per hanc autem viam vitæ præſentis vbi iacebat iſte vulneribus ſauciatus, tranſiens ſacerdos quidam, videns eum pertranſiit, in nullo eum iuuans, quia Aaron primus ſacerdos cum omnibus aliis ſacerdotalis ordinis, qui afferebant pro populo ſacrificia, etſi intelligerent plagas humani generis, ſciebant nec ſibi eas poſſe mederi, nedum humano generi. Similiter & leuites Moyſes dux populi cum omnibus regibus & ducibus mundi ſeu illius populi iuuare ipſum non potuit, etſi miſeriam eius cognouerit.

Tho. in 2. 2. q 44. a. 3. 4. & 5.

Proximus quis.

Chriſtus noſter ſuper omnes proximus.

Luc. 10.

Expoſitio parabolæ hominis in latrones incidentis.

Homo in quibus ſit ſpoliatus & vulneratus.

Sacerdos Aaron quid faciebat.

A Et hoc eſt quod dicit. Quia leuita per viam illam tranſiens & videns ſimiliter fecit, ſicut & ſacerdos. Samaritanus autem quidam iter inde faciens videns plagatum, miſericordia motus eſt, Hic eſt Dei Filius cuſtos noſter. Interpretatur enim Samaritanus cuſtos, qui viam ipſam fecit quando per carnis noſtræ aſſumptionem viator factus eſt, & perfectè intelligens miſeriam noſtram, miſericordia motus appropiauit vulneribus ſauciato, non in loco illo vbi iacebat ſe poſuit ſed propè, quia carnem nobis ſimilem, id eſt, paſſibilem ſumpſit, ſed non culpam noſtram, & in vulneribus ſauciati vinum, arrodens B poſuit, & poſtea oleum leniens, plagas faſciis alligans, quia & iuſtitiam pœnam infligentem pro ſatisfactione peccati exhibuit in ſe & miſericordiam lenitiuam, id eſt peccata remittentem humani generis, obtulit harum virtutem, ſcilicet ſuæ paſſionis in ſacramentis reliquit & ſic plagas alligauit. In iumentum ſuum poſuit, quia vt ait Petrus. Peccata noſtra, id eſt pœnam peccatorum, ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum crucis. Altera autem die, id eſt, poſt reſurrectionem, qui fuit alter ſtatus ab eo, quo erat mortalis, vocauit ſtabularium, id eſt, Petrum & quemlibet ſucceſſorem eius, & prælatum C ſub nomine eius comprehenſum & protulit ei duos denarios, id eſt, duo teſtamenta ſcripturæ ſacræ, vel duo præcepta charitatis Dei & proximi, vel authoritatem, cum vita bona & doctrina, & dixit ei, Curam illius habe, quando, ſcilicet Chriſtus dixit Petro, paſce oues meas & quodcunque ſupererogaueris, vel quo ad mores agendo vltra quàm tenearis, vel quo ad doctrinam, ſcilicet vltra duos denarios veteris & noui teſtamenti, adiiciendo aliquando dicta Gentilium, vt fecit Paulus, qui cùm poſſet licite petere ſuſtentationem à Corinthiis quibus prædicabar, abſtinuit, vt in eis faceret fructum, & manibus ſuis labo- D rabat ad prouidendum ſibi & ſuis ſociis, qui etiam aliquando allegabat docendo vel Philoſophos, vt patet in actibus & epiſtolis ſuis. Quum ergo rediit Samaritanus, veniens ſcilicet ad iudicium reddidit ralibus præmium de ſupererogatis. Hac parabola dicta interrogauit Ieſus legiſperitum, quis illorum trium, ſcilicet Sacerdotis, Leuitæ, vel Samaritani videretur ſibi fuiſſe proximus vulnerato. Quo reſpondente qui fecit miſericordiam in illum, dixit ei Ieſus. Vade & tu fac ſimiliter vt quem ſcilicet, videris neceſſitatem habere: illi ſubuenias vt proximo tuo, & qui te adiuuat illum etiam proximum exiſtimes. Et E quia ſum te, & alios omnes liberandus, debes me vt præcipuum proximum tuum diligere & non tentare.

A.C. 30.

1. Pet. 2.

Petrus ſtabularius magnus & quilibet eius ſucceſſor vide etiā Sand. li. 5. de viſib. mon. c. 2.

Ioan. 21.

Opera ſupererogationis.

Interrogauit & altera vice alius legiſperitus Ieſum tentans & dicens: Magiſter quod eſt mandatū magnum in lege? Cui reſpondit. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Hoc eſt maximū & primum mandatum, ſcilicet dignitate & prioritate. Ex toto corde dicit, quia vt dicit Proſper in lib. de vita contemplatiua. Ex ea parte quis peccat, qua minus diligit Deum, quoniam ſi ex toto corde diligamus nihil erit in nobis vnde peccati deſideriis F ſeruiamus. Et quid eſt Deum diligere, niſi illi copulari animo, cōcipere fruēdæ viſionis eius affectū, peccati odiū, mundi faſtidiū, de pœ. di. 2. §. charitas ergo ſi. Et ſubdit Ieſus. Secundū ſimile eſt huic ſcilicet, vtilitate. Vnum enim includit alterum. Nam qui verè diligit Deum diligit & proximum quia hoc ipſe mādat, & nobiliſſima eius res eſt. Et qui verè diligit proximum

Mat. 22.

Proſ. l. 3 de vit. cont. c. 15.

Diligere Deū quid.

A.C. 30.

Ariſt. li.1. Poſt.c.2.

ximum, diligit vtiqne Deum per illam regulam topicam, Propter quod vnumquodque tale: & illud magis. Propter Deum enim proximus à nobis diligendus eſt, quia Deus mandat hoc, & quia ad ipſum conſequendum in patria cum eo, creati ſumus. Et modus dilectionis exprimitur. Diliges ait, proximum tuum ſicut teipſum. Et eſt ſimilitudo in genere. Non enim tantum quãtum ſeipſum debet quis diligere proximum: ſed magis ſeipſum proximo. Sed ad illa eadem debet proximum diligere & illo ordine ſicut & ſeipſum, primò, ſcilicet, ad bonos mores & vitam æternam conſequendam: ſecundò quantum ad corpus in prouidendo in eo quod poteſt neceſſitatibus eius: vt declarat Proſper in dict. §. ergo. de pœni. diſtin. 2. qui etiam ibi ait. In ipſo amore ſeruare legitimum modum nos oportet, nec peruertere dilectionis ordinẽ conſtitutum. Ordinem dilectionis illi peruertunt qui aut mundum (qui contemnendus eſt) diligunt aut corpora ſua minus diligenda, plus diligunt, aut proximos non ſicut ſeipſos, aut Deum plúſquã ſeipſos fortaſſe non diligunt. Et ſecundum Thomam 2.2. etiam ipſe ordo, non ſolum dilectio eſt, in præcepto. vnde dicitur Cant. 1. Introduxit me rex ſcilicet, Chriſtus in cellam vinariam, id eſt, in Eccleſiam, vbi eſt præcipuum vinum charitatis, & ordinauit in me charitatem, id eſt, non ſolùm dedit vinum charitatis: ſed & ordinem eius. In his duobus mandatis vniuerſa Lex pendet & Prophetæ. Primùm habetur Deut. 6. ſecundum habetur Leuit. 19. Sub his tamen verbis, Diliges amicum tuum ſicut teipſum, qui amicus à Chriſto dicitur proximus. Et vt dicit Proſper & omnes alij doctor. proximus intelligendus eſt non quẽ gradus ſanguinis iungit, ſcilicet ſolum, ſed omnes homines naturæ noſtræ participes. de pœn. diſt. 2. in dicto §. ergo. Omnia ergo quæ tradita ſunt nobis in lege & prophetis, & quæ addenda ſunt à nobis ad hũc finem ſcripta ſunt vt per illa cognoſcamus Deum, & cognoſcendo diligamus Deum, nos, & proximũ modo debito, & ideo benè ait Apoſtolus. Omnis lex in vno ſermone impletur, diliges proximũ tuũ ſicut teipſum, in qua dilectione includitur dilectio ſui rationabilis & multo magis dilectio Dei: vt dictũ eſt.

Diligere proximũ quomodo & quantũ cõueniat.

Ordo dilectionis præpoſterus quis.

Tho. in 2. 2.q.44.a 8.

Gal.5.

Matth.22.

Error Iudæorũ de Chriſto.

Congregatis autem illis Phariſæis & ſcribis, tunc Chriſtus mouit eis vnam quæſtionem interrogans & dicens. Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt, ſcilicet, Dei ne an hominis? Qui reſponderunt Dauid. Hic eſt error Iudæorum, quia Chriſtum ſeu Meſſiam eis in lege promiſſum non ſolum non credunt iam veniſſe ſicuti eſt: ſed & cùm venerit ſecundum ipſos non credunt eum eſſe filium Dei naturalem: ſed purum hominem, & filium Dei per adoptionem & gratiam præcipuam, non per naturam, & ideo dicunt nunc. Dauid, quòd ex ſtirpe Dauid naſcetur ſicut alij homines. Sed Ieſus confutat errorẽ eorum per authoritatem ipſius Dauid in Pſal. quam veriſſimam tenent, vnde dicit Ieſus. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu loquens dixit. Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis, &c. Quod ſic veraciter exponitur. Dixit dominus Pater, domino meo ſcilicet Chriſto filio eius, domino, ſcilicet, per diuinitatem, meo per aſſumptionẽ carnis ex genere meo. Nam ſi ſolum habuiſſet reſpectum ad Deum creaturarum, non dixiſſet meo magis quàm noſtro, ſic & ab omnibus nominatur. Sede à dextris meis, ſecundum quidem deitatem eſto mihi æqualis in gloria, & ſuum dicere eſt facere. Sed humanitatem ſedere à dextris, eſt quieſcere in potiori ſtatu gloriæ ſuper omnes Angelos & ſanctos. Illud autẽ. Donec ponam inimicos, &c. ponitur infinitè. q.d. quia ſemper inimici tui ſiue infideles, ſiue dæmones ſemper ponentur & erũt ſub pedibus tuis, id eſt, ſubiecti tibi, ideo ſemper ſedebis à dextris. Vel etiam poteſt intelligi finitè, vt notetur tempus aduentus eius ad iudicium. Vnde enim nunc localiter ſituatus eſt in cœlo empyreo: tunc in humanitate glorioſa inde deſcendet in aerem ab omnibus bonis & malis videndus. Et tunc ponet Deus omnes inimicos Chriſti ſub pedibus eius, id eſt, manifeſtabit omnibus Chriſtum vt hominẽ, eſſe verum Dominum & Deum iudicem omnium, quod infideles modo non credunt. Concludit ergo Ieſus conuincendo eos de errore. Si Dauid vocat eum Dominum quomodo filius eius eſt? q. d. pater non conſueuit filium ſuum vocare Dominum, ſed ſubditum. Quia verò cognouit in ſpiritu Dauid Ieſum Chriſtum ita per humanitatem ab eo deſcenſurum, vt tamen eſſet verus Deus, ideo vocat eum dominum ſuum. Ex quo illi confuſi non ſunt auſi amplius interrogare Ieſum, vnde videtur quòd hoc fuit propè tempus paſſionis.

Pſal.109.

Exponitur Pſal dixit Dominus.

Tho. in 3. p.q 58.a 3.

§. V.

De muliere in adulterio deprehenſa. Ioa.c.8. Leu.20.

CVM autem quadam vice de monte oliuarum diluculo veniſſet in templũ, Scribæ & Phariſæi adduxerunt ante eum quandam adulterã dicentes. Magiſter hæc mulier modo in adulterio deprehenſa eſt: Moyſes autem mandauit in lege huiuſmodi lapidare, tu ergo quid dicis? Et vt dicit Io. iſta narrantes interrogationem hanc fecerunt non cauſa veritatis noſcendæ, ſed tẽtandi & calumniandi, cogitauerant enim & condixerant. Si iſte reſpondeat adulteram fore lapidandam, tunc diffamabimus eum in populo de crudelitate & quia non habet miſericordiam ad peccatores & benignitatem. Sed quia ſe nouit gratum populo propter miſericordiam & pietatem, quam oſtendit ad peccatores, ideo hoc cauebit dicere. Si autem dixerit ei parcendum & non lapidandam, tunc accuſabimus eum quòd ſit trãſgreſſor legis, ſeu quòd dicat contra legem Moyſis. Oportet ergo ꝙ ad alterum horum reſpondeat, & quocunq; modo reſponderit, eum capiemus in verbo. Nã tacere erubeſcet ne videatur ignorans. Sed non eſt ſapiẽtia, non eſt prudentia, non eſt conſiliũ contra Dominum. Pro.21 Ieſus autem audita quæſtione ſibi propoſita, non ſubito reſpondit ſed inclinans ſe digito ſcribebat in terrã. In hoc inſtruẽs iudices non debere eſſe præcipites in ferẽdis ſentẽtiis, vel in reſpondẽdo quæſtionibus. Sed vt dicit Gre. 3.q.7. poſtulatus, debet digito diſcretionis & diſcuſſionis in terra cordis examinare cauſam, & poſtea ſecundũ legẽ ferre ſententiã. Cùm autẽ Scribæ inſtarẽt vt reſpõderet Ieſus ſurrexit & dixit. Qui ſine peccato eſt veſtrũ primus in illam lapidẽ mittat. q.d. Iuſtitia exigit vt adultera puniatur, ſed etiam hoc dictat, vt non à grauius peccantibus & peioribus ea, accuſetur & condemnetur, quales ſunt accuſantes iſtam. Et iterũ inclinãs ſcribebat in terram. Quid autem [a] ſcriberet non exprimit Euãgeliſta. Et aliqui quidem dicunt ſcripſiſſe. Terra terram accuſat. Alij vero quòd ſcribebat peccata accuſantium: ſed taliter quòd ipſi ſoli ſua legerent: nec aliena legere valerent: ne diffamarẽtur.

Doctrinã pro iudicibus.

Haymo hanc ſententiam tenet.

a De hac ſcriptura Chriſti digitea Six. Sen. in l. 2. Bibli. ſanct. in nomine Ieſu Chriſti fuſiſſime agit: proferens omnes, qui de illa meminerunt Patrum ſententias.

A. C. 30.

Quo facto cœperunt Scribæ ipſi & Phariſæi receدere, vnus poſt alium, incipientes à ſenioribus, fortè erubeſcentes de peccatis ſuis, quę legebant, & timẽtes ab aliis illa legi. Remanente autem adultera ſola id eſt ſine accuſatoribus: nam aderant diſcipuli & turbæ, ſurrexit Ieſus & dixit. Vbi ſunt qui te accuſabant? nemo te condemnauit? At illa inquit. Nemo Domine. q. d. Tibi ſoli ſunt reſeruata ad iudicãdum, qui ſolus es ſine peccato, tu fer ſententiam, ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam: nam iuſtitia ſola damnat. Et Dominus ait. Nec ego te condemnabo. Auguſt. Ideo Dominus liberauit peccatricem: quia non erat qui iuſtè proiiceret lapidem. Quomodo enim lapidaret qui ſe lapidandum cognoſceret? Nullus enim eorum erat ſine peccato & graui. Nam venialia remittebantur per ceremonias: ſecundum gloſ. ibi. Venialia dicuntur hic quæ verè erant mortalia, ſed talia quòd ceremoniis legis remittebantur, quo, ſcilicet, ad euitandam pœnam temporalem legis, non quo ad Deum niſi per pœnitentiam interiorem. Erant igitur illorum Phariſæorum crimina ita grauia, quòd per legem morte puniebantur, non ſacrificiis expiabantur: de pœni. diſt. 6. qui vult. Vtrum autem peccet in mortali exiſtens iudex dando ſententiam. Vide de hoc in tertia parte titu. de iudicibus. Nec etiam ex hoc exemplo poteſt quilibet iudex reum mortis liberare, quia non habet poteſtatem abſolutam, quam Chriſtus habebat ſuper omnem legem author omnis iuris & dominus totius creaturæ. Bonus autem iudex (ait Ambr.) iuxta leges & iura pronunciat. 3. quæſt. 7. iudicet. Vade (ſubdit Ieſus) & noli amplius peccare. Non ſolum autem non pecces actu, ſed nec voluntatem habeas peccandi: ſed habeas propoſitum voluntatis non peccandi in futurum. Cùm autem eſſet Ieſus in confinibus Iudeæ trans Iordanem, accedentes Phariſæi ad eum interrogauerunt tentantes: ſi licet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa. Qui reſpondit. Non legiſtis quoniam qui fecit hominem ab initio maſculum & fœminam, dixit, ſcilicet, per Adam. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, vt ſcilicet, non coniungatur eis in matrimonio, nec filius matri, nec filia patri. Solum iſte gradus in principio fuit prohibitus ad contrahendum non autem gradus primus literalis, id eſt, inter fratrem & ſororem, quia alij non erant. Sed poſtea prohibiti certi gradus lege naturali, & illi & alij plures lege Moſaica, & alij additi lege canonica, vt patet extra de cõſang. & affi. cap. vlti. Et adhærebit vxori ſuæ. In ſingulari dicit, quia vni non pluribus. Et erunt duo in carne vna, ſcilicet, ad procreandum vnam prolem, itaque iam non ſunt duo: ſed vna caro, id eſt, poſt vnum vinculum indiſſolubile matrimonij quod ſolui non poteſt, ſcilicet poſt coniunctionem coniugalem cum altero coniuge. Quod ergo Deus, coniunxit, ſcilicet, vinculo coniugali ab eo inſtituto, homo non ſeparet, propria authoritate aliam coniugẽ ſumendo, vel alium mulier, nec iudex ſua ſententia, vel lege. Et de matrimonio conſummato certum eſt quòd authoritate Papæ non poteſt diſſolui vel lege humana: cùm hoc ſit de lege diuina, vt dicit Gre. 27. quæſt. 2. ſunt qui dicunt. Et gloſſa ibi dicit de coniunctione per copulam, de coniunctione verò animorum expreſſa per verba de præſenti, vtrum poſſit diſpenſari dubium eſt apud Theologos, tamen Papa diſpenſat, quod tenent Canoniſtæ fieri poſſe. Sed de hac materia habes plenè in tertia parte ſuma ęti titu.

Augu. lib. de vera & falſa pœn. c. 20.

Venialia per legem dimittebantur, & quomodo

Vide etiã Tho. in 1. 2 q. 60. a 2.

Ambr. in Pſal. 118.

Chriſtus an vxorẽ liceat dimittere interrogatur. Mat. c. 19.

Gen. 2.

Gradus in matrimonio prohibiti ab initio mundi. Leu. 18.

Papa non poteſt diſpenſare ſuper matrimonio rato & cõſummato. Greg. epi. 39 l. 9.

A 1. & in titu. de ſacramentis, & de impedimentis matrimonij. Hinc mouerunt Phariſæi aliam quæſtionem dicentes. Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij: & dimittere vxorem & aliam ſumere? Quibus reſpondit. Quoniam Moyſes ob duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic, ſcilicet, inſtitutum à Deo. Vtrum dare libellum repudij eſſet illis peccatum eſt quæſtio dubia, & habet rationes ſecundum Theologos in vtramque partem. Videtur tamẽ verius ſecundum iſtam literam, quòd in illo repudio non excuſarentur à peccato, ſed ſolum à pœna legis

B temporalis quæ dabatur adulteris. Et propterea dicit Chriſtus. Moyſes ob duritiam cordis veſtri permiſit hoc, quæ fuit comparatiua permiſſio, quando ſcilicet permittitur minus malum, id eſt, non punitur à lege, vt euitetur maius. Et ſic Moyſes illud permiſit vt vitaretur vxoricidium. Nam ſi non potuiſſent dimittere lege prohibente, id eſt, puniente, occidiſſent eas, vt alias ſumerent. Et hoc dicit Chryſo. 31. quæſt. 1. hac ratione, obſcurè tamen, ſed gloſſa declarat. Dico autem vobis (ait Chriſtus) quòd quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, & alteram duxerit, mœchatur, id eſt, adulterium

C committit. Et ſic in nouo teſtamento nullo modo hoc permittitur, ſed prohibetur, 31. quæſt. 1. §. ſed obiicitur, & humana etiam lege punitur. Vbi notandum quòd vxor poteſt dimitti à viro vel econuerſo vir ab vxore tripliciter, vno modo quoad vinculum, vt ſcilicet diſſoluatur: ſicut fiebat per libellum repudij, & alteri coniungatur. Et hoc nullo modo fieri poteſt conſummato matrimonio, niſi matrimoniũ probaretur fuiſſe de facto, ſed de iure nullum, propter impedimentum dirimens repertum. Et tunc propriè non dimittitur, quia vxor & maritus non erãt. Si autem de communi conſenſu intrarent mo-

D naſterium, quod fieri poteſt. 27. quæſt. 2. Agathoſa. non propterea diſſoluitur vinculum illud, ſed tranſit in ſpirituale commercium: propter quodcunque autem aliud: ſuperueniens impedimentum vero matrimonio conſummato ſiue hæreſis ſiue alterius peccati, ſiue maleficij facientis impotentem: ſiue paupertatis, ſiue infirmitatis incurabilis: lepræ & huiuſmodi, dimitti non poteſt, vt alteri in matrimonio coniungatur, vel carnaliter copuletur, vt 32. quæſt. 5. puto & cap. horrendus. Secundo modo dimittitur coniunx quoad habitationem & mutuum ſeruitium. Et iſtud fieri non poteſt ſcilicet, dimittere

E alter alterum, niſi ob fornicationem, id eſt, adulterium, ſeu quamcunque cum altera vel altero commixtionem probatam in iudicio vel notoriam facto: & fornicationem etiam ſpiritualem vt idololatriæ, hæreſis, & etiam ob quodcumque aliud mortale peccatum, ad quod alter alterum præcipuè vir vxorem vellet inducere, & non poteſt reſiſtere, dicit gloſ. in cap. vxor. & cap. idololatria, 28. quæſt. 1. quòd poteſt dimittere: quia includitur nomine fornicationis ſpiritualis animæ. Propter fornicationem autem carnalem etiam ſemel commiſſam, poteſt dimittere modo prędicto: ſed propter ſpiritualem nõ, niſi per-

F ſeueret, vt dicit gloſſa illa. In illo tamen caſu non poteſt alteri in coniugium iungi, niſi inter infideles eſſet contractum, & vno conuerſo alter nollet cohabitare niſi cum contumelia creatoris, vel procurando reducere ad infidelitatem, vel nolente infideli cũ eo cohabitare, tunc poteſt aliam coniugem ſumere. Tertio modo dimittitur coniunx quo ad redditionem

A. C. 30.

Deut. 24. Alia quæſtio Phariſæorum. Vide ſup. 3. p. q. 67 a. 3.

Chryſ. ho. 33. in Mat. c. ſi qua fuerit.

Trib. modis vir vxorẽ poteſt dimittere.

A.C. 32.

Quando vir poteſt debitũ ne gare & contra.

tionem debiti. Non autem poteſt alter alteri denegare debitum ſeruatis debitis circonſtantiis, niſi ob fornicationẽ carnalẽ quod etiam includit ſodomiã non autem mollitiem. vt dicit gloſſ. 32. quæſt. 7. omnes accuſationes. Tunc poteſt ſi certus eſt, & ipſe in caſtitate permanſerit, aliàs non poſſet incontinẽs incontinentem repellere denegando debitum: vt 32. quęſt. 6. cap. 1. cum ſequen. poteſt tamen caſtus coniugem, quam ſcit adulterium perpetraſſe, ſibi recõciliare & ſibi reddere debitum: quod poſtquam fecerit, non poteſt poſtea illi denegare niſi recidiuet. Quod conſulendum & perſuadendum ſibi eſt, ſecundum cap. non erit turpis, cum duobus ſequentibus 32. quæſt. 1. Et hoc cùm videt vel credit illum pœnituiſſe. Nam ſi perſeueraret in adulterio (quod eſſet notorium) tunc debet dimittere, id eſt debitum denegare vt dicitur 32. quæſt. 1. dicit Dominus. & ca. in coniugio. De his plenius habetur in tertia parte ſum. tit. 1. & multum diffuſè de pertinentibus ad matrimonium.

Matt. 22.

In illo die quo Ieſus ſoluit quæſtionem de cenſu (vt infra dicetur) acceſſerunt ad eum Sadduçęi, qui negant reſurrectionem mortuorum. Hi erant vna ſecta Iudæorum falſa ſentientes de reſurrectione, &

Saducæi Chriſtum interrogant.

C interrogauerunt eum dicentes. Magiſter dixit Moſes. Si quis frater mortuus fuerit non habens filium, ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres: & primus ducta vxore mortuus eſt ſine liberis, & relictã eius vxorem accepit frater. Et ipſo etiam defuncto non relictis filijs tertius eam accepit vxorem. Similiter & alij omnes acceperunt illam in vxorem ſucceſſiuè, prioribus mortuis. Demum & illa mulier defuncta eſt. Quærunt ergo cuius de ſeptem in reſurrectione erit vxor? Quibus Chriſtus reſpondit. Erratis neſcientes ſcripturas, quæ aſſerunt reſurrectionem futuram, quam vos negatis. Neque virtutẽ Dei,

Deut. 25.

Vide Th. in ſuppl. 3. p. q. 81. a. 3. & 4.

Status corporum & coniugatorũ qualis poſt reſurrectionem.

D ſcilicet ſcitis: quia non reſuſcitabit corpora illa taliter quod viuant & agant ſicut in vita præſenti vt vos putatis. Et ſubdit Ieſus. In reſurrectione enim neque nubent neque nubentur: ſed erunt ſicut Angeli Dei. Reſurgent quidem in veris corporibus, nõ aereis, in quibus & ſexus erit diſtinctus: ſine aliqua erubeſcentia nudi, quia ſine vlla cõcupiſcentia: remanebit in coniugatis aliquis ornatus ſacramenti coniugij, cum debita dilectione. Sed nullus ibi actus coniugalis cùm incorruptibilia ſint corpora illa. Ceſſante autem cauſa ceſſabit effectus. Cauſa enim

Matrimonii cauſa.

E prima coniugij fuit multiplicatio generis humani: quæ tunc ceſſabit collecto numero ſaluandorum, & ideo actus carnalis ceſſabit, qui ad generandum eſt inſtitutus. Secunda cauſa poſt lapſum fuit ob vitandam incontinentiam, quæ nulla ibi eſſe poteſt, nec concupiſcentia. Æquales enim ſunt Angelis Dei, de quibus certum eſt quòd ab omni corruptione & cõmixtione ſunt liberi, vnde Auguſtinus. Deus maſculum & fœminam propagandi generis cauſa nuptiali caſtitate coniunxit: & ſecundas nuptias quæ in vtroque teſtamento permittuntur licitas eſſe monſtrauit. Dominus autem ſeptemuiram non damnauit, nec dicit in reſurrectione eſſe non poſſe: ſed tãtùm, neque nubent neque nubẽtur, 31. quę. 1. Deus, &

Aug. lib. 2. cont. aduer. leg. & prop. c. 11. Aug. in li. de bono vidu. c. 12.

F cap. ſeq. Quod autem reſurrectio ſit futura probat Chriſtus ex eo quòd Deus apparens Moyſi in rubo: dixit. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Iacob. Non eſt autem Deus mortuorum, ſed viuentium, q. d. Deus non dicitur Deus rerum non exiſtentiũ. Abraham autem dicit hominẽ, id eſt, animã

Ex. 3.

A.C. 30.

A cum corpore. Si ergo Abrahã & Iſaac & Iacob non reſurrecturi eſſent, non dixiſſet Deus ſe eſſe Deũ illorũ. Et mirati ſunt in reſponſione eius. Saducæi iſti credebant animam interire cum corpore, quod ſi verum eſſet: non dixiſſet Deus ego ſum ſed ego fui Deus Abraham. Sed quia viuebant in anima & in ſpe reſurrectionis corporum, ideo dicit: ego ſum Deus Abraham, &c. Sunt & aliæ authoritates in Prophetis apertius de reſurrectione tractantes. Sed quia iſti Saducæi non tenebant prophetas, ſed tantùm quinque libros Moyſis, ideo de illis teſtimoniũ induxit. Et quia Phariſæi erant contrariæ opinionis

Secta Saducæorũ qualis.

Luc. 20.

B & bene, ac Saducæi, ideo vt refert Lucas, confutatis Saducæis vt reſpondere contra non poſſent dixit vnus ex Phariſæis: Magiſter bene dixiſti.

§. VI.

POTSQVAM autem loquutus fuerat Ieſus parabolam de vinea contra eos, tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt vt caperent Ieſum in ſermone, & ex illo poſſent accuſare, & tradere in manibus præſidis. Hoc referunt Matthæus, Marcus, & Lucas apertius. Herodiani dicuntur milites Herodis qui fauebant iuri imperij vel etiam quidam ex Iudæis qui tenebant tributum dandum eſſe Imperatori: cùm tamen multi alij tenerent contrarium: quia ipſi Iudæi dabant decimas & primitias Deo. Cum iſtis ergo Herodianis mittunt Phariſæi diſcipulos ſuos, noluerunt ipſi Phariſæi accedere ne deprehenderentur de malitia. Iam enim frequenter deprehenderat eos eſſe ſibi æmulos: & turbis hoc eſſe notum: & ſi ipſi diſcipuli ab eo conuincerentur, ipſis vt ſimplicibus minus imputaretur. Qui diſcipuli vt magis deciperent, & vt apertius ſimpliciter eis aperiret cor ſuum, vt oſtendentibus beneuolentiam ad eum, cœperunt eum laudare de triplici veritate. ſ. vitæ cũ dicũt. Magiſter ſcimus quia verax es, de veritate doctrinæ ſubiicientes. Viã Dei in veritate doces: de veritate iuſtitiæ, nõ accipiendo perſonas. cùm aiunt. Nõ eſt tibi cura de aliquo. Pro quo alter Euangeliſta. Nec enim vides in faciẽ hominis, ſed viam Dei in veritate doces. Licet cenſum dare Cæſari, an non? Pro quo Lucas dicit, tributum, & idem eſt. Cogitauerant iſti ſic intra ſe, & condixerant. Aut tacebit, aut reſpondebit. Si tacet, dicemus eum ignorantem, quia neſcit quæſtionibus ſibi propoſitis reſpondere, & ideo ne notetur de ignorantia non tacebit. Si autem reſpondeat, oportet alterum eum dicere aut quòd dandum eſt, aut non eſt præſtandum. Si affirmet dandum, reddetur ex hoc exoſus populo, & contra legem loqui videbitur, quæ mandat decimas dari & oblationes offerri Deo, non cenſum homini. Si autem dicet non dandum, erunt pręſentes Herodiani, qui ſubito capient eum & tradent præſidi. Vnde dicit Euangeliſta quòd cognita nequitia eorum dixit Ieſus. Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus. Quibus offerentibus denarium, dixit Ieſus. Cuius eſt hæc imago, & ſuperſcriptio eius? Quibus dicentibus, Cæſaris, reſpondit Ieſus. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; ſcilicet tributum ſeu cenſum imperatori, & quæ ſunt Dei Deo, ſcilicet decimas, ſacrificia, oblationes. Non ergo potuerunt capere eum in verbo, quia non negauit tributum dandum Cæſari, & decimas & oblationes Deo offerendas dixit: vnde confuſi remanſerunt.

Phariſæi de cenſu ſoluendo Chriſtum tentant.

Matt. 22. Mar. 12. Luc. 20.

Herodiani qui.

In Chriſto triplex veritas.

Mar. 12.

A. C. 30.

Chriſtus ab adoleſcente interrogatus reſpõdet.

Marc 10. Luc 18.

Interrogauit altera vice quidam adoleſcens Ieſum, quem Lucas dicit principem, & Marcus refert quòd accedens in via genuflexit ſe coram Deo, & dixit teſte Matthæo. Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Cui Chriſtus reſpondit ſecundum Lucam. Quid me dicis bonum, nemo bonus niſi ſolus Deus. Si intelligatur de bonitate eſſentiali, ſeu per eſſentiam, ſic nemo non ſolum homo ſed nec Angelus eſt bonus per eſſentiam, id eſt, cuius bonitas ſit eſſentia ſua niſi Deus. q.d. Ex quo me dicis bonum abſolute, fateris Deum Si intelligatur, de bonitate accidentali, qualis eſt in creatura, excludens ſcilicet peccatum: ſic nemo, id eſt, nullus & nulla homo bonus, ſi purus homo, niſi Deus, id eſt, Chriſtus Ieſus homo & Deus. Omnes enim ſecundum Apoſtolum Rom. 3.) in Adam peccauerunt peccato originali infecti, Chriſto excepto. Et addidit Chriſtus. Si vis ad vitã ingredi ſerua mandata. Et interrogauit iuuenis, Quæ? Forte hoc dicit quia multa ſunt in lege veteri mandata: vt ceremonialia & alia. Sed Chriſtus declarauit quod loquebatur de moralibus, vnde expreſſit non omnia, ſed quædam per modum exempli ex decalogo dicens. Non homicilium facies &c. Cui dixit adoleſcens. Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Quod audiens Ieſus, vt teſtatur Marcus, intuitus eum, dilexit eum. Et dixit ei. Adhuc vnum tibi deeſt, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni & ſequere me. Paupertas vt inſtrumentum diſponit ad perfectionem, ſed perfectio conſiſtit in perfecta Chriſti imitatione per obedientiam, humilitatem, & charitatem. Quæ audiens iuuenis contriſtatus eſt; & mœrẽs receſſit, ſecundũ Marcum: quia diues erat, & multas poſſeſſiones habebat. Tũc Chriſtus ait diſcipulis. Quàm difficile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum.

Deus ſolus bonus per eſſentiam.

Perfectio in quo cõſiſtit.

§. VII.

Chriſtus interrogatus à Iudæis an eſſet Meſſias reſpõdet.

Ioan 10.

Mat. 10.

Encœnia quid.

Cvm facta eſſent incœnia Hieroſolimis, id eſt, feſtum Purificationis ſeu reconciliationis templi ſub Iuda Machabeo; quod templum fuerat profanatum ab Antiocho rege: quod fiebat mẽſe Decembris: hiems erat. Et ambulans Ieſus in porticu Salomonis circundatus fuit à Iudæis interrogantibus eũ: non cauſa ſciendi veritatem: ſed calumniandi & accuſandi: & ideo circundederunt eum vt nullus ei aditus pateret ad exeundum: & dixerunt. Quouſque animam noſtram tollis, id eſt, animum noſtrũ tenes ſuſpenſum: non loquendo apertè, ſi tu es meſſias noſter? Dicunt ergo. Si tu es Chriſtus dic nobis palàm. Quibus ipſe reſpõdit: vt narrat Io. Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me. q.d. Non oportet quòd dicam apertè ego ſum Chriſtus quia opera ſcilicet miraculoſa, quæ ſunt maius & efficacius argumentum, quàm verba ad probandum veritatem fidei & doctrinæ meæ, hoc oſtendunt: cum illa faciam quæ prophetæ prænunciauerunt Meſſiam futurum: & quæ fieri non poſſunt niſi à Deo. Sed vos non creditis: quia non eſtis ex ouibus meis, id eſt, prædeſtinatis & rectè viuentibus. Et hoc probat per proprietates ouium ſuarum quas in ſe non habebãt: quæ ſunt tales. Oues meæ vocem meã audiunt, id eſt doctrinam, & ei obediunt. Et ego cognoſco eas: opera eorum approbando, & acceptando & gratiam infundendo. Et ſequuntur me; imitando veſtigia mea. Et ex hoc præmium maximum conſequuntur: quia ego vitam æternam do eis. Et vita iſta eis perpetua erit, excluſa ab omni pœna & miſeria: & ærumnis plena ſicut vita reproborum in inferno: vnde ſubdit. Non peribunt in æternum, id eſt, non ibunt ad perditionem æternam. Et huius ratio eſt: quia ſunt ſub protectione mea. Sed nemo eſt ita potens, quæcunque etiam creatura ſit, vt rapiat, id eſt, auferat eas de manu mea: id eſt poteſtate. Illud enim quod Pater dedit mihi maius omnibus eſt. Dedit enim mihi eſſe vnum cum eo: & habere vnam potentiam cum eo: quod eſt maximum omnium. Sicut nemo poteſt aliquid ſubtrahere à poteſtate vel voluntate ſua, cùm ſit omnipotens: ita nec à mea cùm ſit vna cum ſua. Quod exprimit magis dicens. Ego & pater vnum ſumus. In eo quod dicit vnum: oſtendit vnitatem ſubſtantiæ contra Arium, qui poſuit diuerſitatem ſubſtantiæ in perſonis diuinis, & ideo damnatus ab Eccleſia. Quod ſubdit, ſumus, inquit pluralitatem perſonarum in diuinis contra alium hereſiarchã, ſcilicet Sabellium, qui dixit vnam perſonam eſſe Patris & Filij & Spiritusſancti. Sed aliquando cum vno nomine, aliquando alio nuncupari. Sed Iudæi lippis oculis tantam lucẽ veritatis non ferentes: tulerunt lapides, vt iacerent in Chriſtum Sed ipſe benigniſſimus oſtendit eos irrationabiliter moueri dicens. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, id eſt in nomine eius facta quem dicitis Deum veſtrum: propter quod eorum opus me lapidatis, vultis me lapidare? q.d. bona opera non merentur pœnam, ſed remunerationem & gloriam. Cui dixerunt. De bono opere non lapidamus te. Nõ enim poterant negare multa bona & miracula eis feciſſe cùm eſſent palam facta. Sed de blaſphemia, quia tu homo cùm ſis, facis teipſum Deum. Blaſphemia eſt cùm quod Dei eſt proprium creaturæ attribuitur. Quia ergo Iudæi credebant, vt & nunc credunt, fuiſſe Ieſum purum hominem, non Dei filium incarnatum, ideo dicebant eum blaſphemare quum dicebat ſe Deum prout erat. Sed Ieſus temperauit ſermonem oſtendens ex ſcripturis etiam homines propter ſanctitatem dici deos. Dicit ergo. Nonne in lege veſtra ſcriptum eſt, id eſt in Pſal. 81. Ego dixi dij eſtis. Et ſi illos dixit deos, ſcilicet per adoptionem, ad quos ſermo Dei factus eſt & non poteſt ſolui ſcriptura, id eſt non poteſt non impleri & verificari, quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum, id eſt ſanctum genuit & incarnari conſtituit, ſupple is nonne multo magis poteſt dici Deus? Quod verũ eſt, aliter tamen & aliter. Nam Chriſtus Deus & filius Dei per naturam & eſſentiam, ſancti homines per gratiam & adoptionem: Et ſubdit. Si non facio opera Patris mei nolite mihi credere, ſi autem facio & ſi non vultis credere, ſcilicet verbis, operibus credite. Vt cognoſcatis, quia pater in me eſt, & ego in Patre, id eſt æqualis per omnia ſum Patri. Et quum quæſiuiſſent eum apprehendere, exiuit de manibus eorum ſiue inuiſibilem ſe eis faciens, ſiue potentiam eis ad capiendum retinens.

A. V. 30.

Pater quod dedit Filio maius omnibus eſt.

Arius & Sabellius confutantur.

Blaſphemia quid

Chriſtus aliter Deus dicitur & aliter ſancti.

§. VIII.

Euãgeliũ dominicæ in paſſione exponitur. Ioan. 8. Ori. in Io. to. 25. Gre. hom. 18. in tuam.

De doctrina Chriſti quo ad reſponſiones factas Iudæis in verbis cõtumelioſis & factis, cũ Chriſtus dixiſſet eis. Quis ex vobis arguet me de peccato? q.d. Nullus me põt reprehẽdere de pctõ, quia nullũ habuit, nec originale nec actuale, vbi d. Ori. ꝙ null⁹

hoc

A. C. 30.

hoc verbũ dicere potuit, niſi ipſe dominus. & Greg. in hom. Penſate manſuetudinem domini. Non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem non eſſe, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare. Et vt dicit Gratia. 2. quæſt. 7. §. ecce. poſt cap. teſtes Chriſtus admiſit Iudæos ad ſe arguẽdum perfectione humilitatis, non iuris ſeueritate. Non enim criminoſi & infames, quales erant illi Iudæi, de rigore legis ſunt admittendi in accuſatione religioſarum perſonarum. Vnde datur exemplum prælatis, quòd poſſunt tales admittere, ſi volunt, in ſui redargutionem, ſed non tenentur. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Veritati quilibet debet credere. Sed cùm ego dicam vobis veritatem aſſerendo me eſſe filium Dei, nec poſſitis me in hoc arguere de mendacio, ſicut nec in aliquo peccato, quare non creditis mihi? Hoc non procedit niſi quia non eſtis à Deo ſcilicet nati, per gratiam, & ſi ſecundum naturam ex eo creati ab eo. Qui enim eſt ex Deo, verba Dei audit, ſicut bonus filius audit verba patris. Greg. in hom. Interroget ſe vnuſquiſque ſi verba Dei in aure cordis percipit, & intelliget, vnde ſit. Nam ſunt nonnulli qui præcepta Dei nec aure corporis percipere dignantur, & ſunt nonnulli qui hæc quidem corporis aure percipiunt, ſed nullo ea mentis deſiderio complectuntur, & ſunt nonnulli, qui verba Dei libenter ſuſcipiunt, ita vt etiam in fletibus compungantur, ſed poſt lachrymarum tempus ad iniquitatem reuertuntur. Hi profecto verba Dei non audiunt, quia hæc exercere in opere contemnunt. Vnde ſubdit propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis (ſcilicet per gratiam filij.) Ad hæc verba reſponderunt Iudæi contumelioſè dicentes. Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes, id eſt, cùm iſta dicimus, bene & verè dicimus. Ex quib. oſtenditur quòd pluries dixerant talia verba contumelioſa. Sed quòd dixerunt ei alias quòd eſſet Samaritanus non habetur in euangeliis. Ex quo oſtẽditur ſecundum Theophilum, quòd multa fuerunt dicta & facta de Ieſu quæ non ſunt ſcripta. Samaritanum vocant quaſi hæreticum & excommunicatum. Nam Samaritani in multis errabant nec credebant futurum ſeculum & iudicium futurum. Vnde Iudæi non conuerſabantur cum eis. Quod dæmonium haberet dicebant, quia in Beelzebub putabant eum eiicere dæmonia, vel quia reuelabat occulta eorum, vel quia loquebatur alta ſupra intellectum. Ex duobus autem ſibi obiectis Chriſtus vnum negauit, ſcilicet quod dæmonium haberet. Alterum tacendo videtur conceſſiſſe, ſcilicet, ꝙ eſſet Samaritanus, extra de præſump. nonne. Samaritanus autẽ erat non natione vel moribus, ſed interpretatione. Nam interpretatur Samaritanus cuſtos, ipſe autem ſecundum diuinitatem ſicut creauit, ita & cuſtodit omnia. Reſpondens ergo Ieſus ad obiectas contumelias: ait Ego dæmonium non habeo. Ecce ait Greg. iniurias ſuſcipiens dominus non iraſcitur, non contumelioſa verba reſpondit. Potuiſſet enim dicere eis verè. Dæmonium habetis vos, quod tamen non egit. Ex qua re quid aliud nobis innuitur, niſi vt eo tempore quo à proximis ex falſitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne miniſterium iuſtæ correctionis, in arma vertamus furoris. Et attende ait Chryſoſt. quia vbi oportebat docere & ſuperbiam eorum ſubtrahere, aſper erat Ieſus ſcilicet in loquendo. Vbi verò oportebat eum exprobratum ſufferre multa mãſuetudine vtebatur, in hoc erudiens nos, quæ quidem ad Deum, vindicare, quæ verò ad nos, deſpicere, ſcilicet opprobria. Poſt tale autem conuicium hoc ſolum dixit de gloria ſua. Sed honorifico patrem meum. q. d. ne forte arrogans videar, habeo quem honorificem, honorificauit autem patrem (ait Theophilus) vlciſcens eum, & non tolerans homicidas & mendaces ſe Dei veraces filios appellare. Solus autem Chriſtus, dicit Orig. veriſſimè honorauit patrem. Nullus enim [honorans aliquid eorum quæ honorantur à Deo, honorat ſpernentem quæ ille honoret.] Et vos inhonoraſtis me, q. d. ego facio quod debeo, ſed vos non facitis ꝙ debetis. Et ſecundum Orig. non ſolum illis Iudæis, ſed omnib. iniuſte agentib. cõtra iuſtitiã, contra ſapiẽtiam, cõtra veritatẽ, & huiuſmodi, congruit hoc, quia Chriſtus eſt iuſtitia veritatis, & ſapientia. Et gloriam meam non quæro. q. d. Ex honore quem habeo ad patrem hæc locutus ſum vobis. Et vos propter hoc dehonoraſtis me veſtris contumeliis, ſed nulla erit mihi cura huius contumeliæ. Illi noxas debetis propter quem hæc audio. ideo ſubdit. Eſt qui quærat & iudicet. Orig. Quærit Deus gloriam Chriſti in quolibet ſuſcipientium illum, quam quidem reperiet in operantibus ſecundum inſitas virtutis cauſas. Cùm autem non reperit, iudicat, id eſt, punit illos, in quibus non reperit gloriam filij: ſecundum autem Auguſt. Eſt ſcilicet pater meus qui quærat gloriam meam, & iudicet, id eſt, diſcernat inter gloriã veſtram quæ vana eſt, & meam, quæ vera eſt. Diſcernit etiam gloriã Chriſti inquantum homo Deus pater à gloria hominum etiam ſanctorum, quia incomprehenſibiliter maior eſt gloria Chriſti. Cùm autem malorum peruerſitas creſcit, non ſolum frangi prædicatio non debet, ſed augeri, quando ſcilicet aliquibus prodeſt. diſtin. 43. ſcimus. Vnde poſtquam Iudæi dixerunt Chriſtum dæmoniacum, prædicationis ſuæ beneficia largius impendit, dicens. Amen amen dico vobis. Vbi nota quod amen ſecundum aliquos iuratio eſt. extra, de iureiurando. etſi Chriſtus. Secundum alios non iuratio ſed ſimplex affirmatio locutionis. Eſt enim nomen hebraicum, & interpretatur, ita eſt, vel ſecundum Hier. verè vel fideliter. Et alij euangeliſtæ cùm hanc dictionem ponunt, ſemel tãtum ponunt. Ioannes autem geminatim: Amen amen, quia alij euangeliſtæ communiter tradunt de Chriſto pertinentia ad humanitatem, quæ ſunt magis nota, ſed Ioan. pertinentia ad diuinitatem, vnde & minus nota, & ideo exigunt maiorem affirmationem. q. d. Verè, verè. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum: Si quis, id eſt ſi aliquis vbi oſtendit raritatem, ſermonem, id eſt doctrinam ſeruauerit, id eſt, firmiter vſque in finem impleuerit, non videbit, id eſt, nõ experietur, mortẽ in æternum id eſt, damnationem æternam, quæ vtique eſt vera mors, quæ ſemper ſeparat animam à Deo vita eius. Nam iſta temporalis mors potius dicenda eſt migratio. Dixerunt ergo Iudæi. Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Gregor. Sicut bonis neceſſe eſt vt meliores etiam per contumelias exiſtant, ita ſemper reprobi de beneficio peiores fiunt. Putabant inſtinctu dæmonis dixiſſe illa, intelligentes de morte corporali quod ipſe dixerat de ſpirituali. Vnde dicunt. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ: & tu dicis, Si quis &c. nunquid tu maior es patre noſtro Abraham? Rurſus ex inani gloria ad cognitionem confugiunt, nominantes Abraham patrem ſuum, reputantes eum minorem Abraham, mendacium autem

Prælati quõ poſſunt infames ad ſui accuſationem admittere.

Greg 16.

Varia hominum genera qui Dei verba non audiunt.

Multa facta & dicta Ieſu non ſunt ſcripta. Ioan. 4. Matth. 12.

Greg. 16.

Chr. hom. 54. in Ioã.

A. C. 30.

Orig. to. 16. in Ioã.

Gloria filij quõ pater regnat. Auguſt. in Ioã. tract. 43.

Hier. in c. 6. Matth.

Quare Ioannes geminet dictionẽ Amen cũ alij ſemel tantũ inculcent.

A.C. 30. autem dicunt cùm aiunt eum habere dæmonium,& A
cùm ſubdunt Abraham & prophetas mortuos illa
morte de qua locutus eſt eis, ſcilicet æterna. Quia
enim ipſi ſeruauerunt ad eos factum verbum Dei,
ideo ſemper viuunt. Quem teipſum facis inquiunt?
q.d. Tu qui nulla gloria dignus es, filius carpentarij
de Galilæa tibi ſubripis gloriam, ſecundum Theo-
philum. Vel ſecundũ Bedam. Cuius meriti, cuiúſve
dignitatis vis credi? Sed vt dicit Orig. Cæcutien-
tium fuit hæc prolatio, quoniam non ſe fecit Ieſus
id quod eſt, ſed ex patre recepit. Vnde reſpondit
Ieſus. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil B
eſt. Suſpicabantur Iudæi dominum dicere de gloria
temporali, ideo eis reſpondit de gloria præſenti.
Quibus verbis (dicit Beda) oſtendit nihil eſſe glo-
riam vitæ præſentis. Refert autem Ieſus gloriam
ſuam ad patrem de quo eſt. vnde ſubdit. Eſt pater
qui glorificat me. Glorificauit autem pater filium
Matt. 3. vt ait Alchuinus, cùm tempore baptiſmi, & in mõ-
Ioan. 12. te in transfiguratione, & tempore paſſionis appro-
pinquante, coram turbis facta eſt vox ad eum. Et
poſt paſſionem cùm reſuſcitauit & collocauit ad
dextram ſuæ maieſtatis. Sed & filius glorificauit
patrem, eum manifeſtans, vnde dixit. Ego te clari- C
ficaui ſuper terram. Et addidit Ieſus. Quem vos
Ioan. 17. dicitis quia Deus noſter eſt, volebat eis oſtendere,
quod non ſolum eum patrem neſciebant, ſed neq;
Deum. Nam ſi patrem cognoſcerent, & filium eius
venerarentur. Deum etiam contemnunt, dum ho-
micidium in lege eius prohibitum aduerſus Chri-
ſtum tractant. Et non cognouiſtis eum Alchuinus
q.d. Vos carnaliter illum Deum veſtrum vocatis,
pro temporalib. ei ſeruitis, & non cognouiſtis eum
Auguſt. in ſicut intelligendus eſt. Spiritualiter ei ſeruire neſci-
Io. tr. 43. tis. Et hoc eſt contra hæreticos quoſdam, qui dice-
bant patrem Chriſti non eſſe Deum annunciatum D
in veteri teſtamẽto, ſed Chriſtus dicit patrem ſuum
quem illi dicebant Deum, & ipſum non cognoue-
runt, quia ſi cognouiſſent, filium eius recepiſſent.
Aug. ibid. Ego, ſubdit, noui eum. Potuit & hic ſecundum Aug.
iudicantibus ſecundum carnem arrogans videri,
ſed arrogantia non ita caueatur, vt veritas relinqua-
tur. 20. quæſt. 2. non ita. Et ideo dicit. Ego ſcio eum,
& ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis vobis men-
dax, qui ſcilicet dicitis eum noſſe, & neſcitis. Maxi-
ma demonſtratio, quod ab illo ſit miſſus, eſt quod
dicit. Sed ſcio eum, naturaliter ipſius cognitionem
obtinens. Qualis enim ego ſum: talis & pater, ſe- E
cundum Theophilum. Quoniam ego meipſum co-
gnoſco, & illum cognoſco: præbet autem iudicium
quòd illum cognoſcat: quod ſubdit. Et ſermonem
eius ſeruo, ſermonẽ mandata eius nuncupans. Qui-
dam autem ſic intelligunt hoc quod dicitur ſermo-
nem eius ſeruo, hoc eſt, Rationem ſubſtantiæ eius:
eadem enim ratio ſubſtantiæ patris & filij. Ideóque
patrem cognoſco. Nam & pro quoniam ſumitur. Et
eſt ſenſus. Quoniam ſermonem eius ſeruo. Sermo-
nem patris, tanquam filius loquebatur. ait Auguſt.
Aug. ibid. Et ipſe erat verbum patris, quod hominibus loque-
Chryſ. ibi. batur. & quia dixerant. Nunquid maior es patre no- F
ſtro Abraham, oſtendit ſe eo maiorem, in eo quod
ſubdit. Abraham pater veſter exultauit vt videret
diem meum. q.d. Diem meum deſiderabilem ha-
buit, & lætitiæ plenum, non quaſi alicuius minimi
aut fortuiti. ſecundum Theophilum. Non timuit.
Aug. 16. inquit Auguſt. ſed exultauit vt videret, credens vti-
que exultauit ſperando, vt videret intelligendo. In-
certum autem eſt vtrum dixerit de die domini quo

A venturus erat in carnem, an de die domini, qui A.C. 30.
neſcit ortum, nec ſcit occaſum, id eſt, de natiuitate
æterna ſecundum deitatem. Sed ego non dubito
patrem Abraham totum ſciuiſſe, & de incarnatione
quidem cùm dixit procuratori ſuo. Pone manum
ſub fœmore meo &c. Gen. 24. Diem autem domini Gre. hom. ca.
ſecundum diuinitatem vidit, ſecundum Greg. quan-
do in figura ſummæ trinitatis tres Angelos hoſpitio Chryſ. ibi
recepit. Ge. 14. Vel ſecundum Chryſoſt. diem ſuum
dicit diem crucis, quem Abraham in oblatione arie-
tis & Iſaac præfigurauit. Gen. 22. vel ſecundum Ioan.
B dominici in ſacrificio Abrahæ de capra, vacca, arie-
te trium annorum, & turture & columba Gene. 15. Aug. ibid.
Vidit & gauiſus eſt Aug. Quale autem fuit gaudium Greg. ibi.
videntibus cordis oculis lucem ineffabilem, ver-
bum manens: ſplendorem piis refulgentem men-
tibus hominum ſapientiã indeficientem, apud pa-
trem manentem Deum, & aliquando in carne ven-
turum nec de patris gremio receſſurum. q.d. inenarra-
bile. Sed carnales mentes Iudæorum hæc audien-
tium verba Chriſti, mentem à carne non ſubleuant,
dum in eo ſolam carnis ſubſtantiam penſant. Vnde
dicunt. Quinquaginta annos nondum habes, &
C Abraham vidiſti? q.d. Multa ſunt annorum curri-
cula ex quo Abraham mortuus eſt, quomodo ergo Chriſtus
vidit diem tuum? Theophilus. Quidam quærunt triginta
cùm Chriſtus eſſent tunc. 33. annorum, quare non tres annos
dixerunt quadraginta. Sed ſuperuacua eſt iſta quæ- natus.
ſtio. Nam ſimpliciter prout eis occurrit, dixerunt.
Vel ſecundum alios, ex reuerentia Iubilæi qui erat
ſub numero illo. Vel ſecundum alios, quia dominus
Ieſus erat ita abſtinens, quòd videbatur antiquior
multo quàm erat. Dixit ergo eis Ieſus. Amen amen
dico vobis antequam Abraham fieret ego ſum. Per
hoc ſecundum Gregor. benigne redemptor noſter à
D carnis ſuæ intuitu ſubmouet & ad diuinitatis ſuæ Diuinitas
contemplationem trahit. Quia enim diuinitas præ- præteritũ
teritum vel futurum tempus non habet, ſed ſemper & futurũ
eſſe habet, ideo non dicit. Antequam Abraham fie- non habet
ret ego fui, ſed ego ſum, ſecundum illud. Ego ſum ſed præſẽs.
qui ſum, quod dixit Deus Moyſi. Et quia creatura
eſt Abraham, non dixit antequam eſſet, ſed ante-
quam fieret Abraham. Nec dicit, ego factus ſum, Ioan. 1.
ſed ego ſum. In principio enim erat verbum. Sed
ſuſtinere verba iſtæ æternitatis non valentes men-
tes infidelium, quæ intelligere non poterant obrue-
re quærebant. vnde dicitur. Suſtulerunt lapides Iu- Aug. ibid
E dæi, vt iacerent in eum. Tanta duritia, ait Auguſt.
quò currerent niſi ad ſibi ſimiles? Et cùm lapides
non eſſent in templo, ſatis videtur quod portauerũt
illuc cùm à principio viderunt loquentem. Et quia
correptionem non receperunt, deſeruit eos. Vnde
ſequitur Ieſus autem abſcondit ſe, non ſub aliquo
pariete vel poſt parietem vel domunculam. Sed ſe- Aug. ibid.
cundum Augu. cœlica poteſtate inuiſibilem ſe inſi-
diantibus faciens, per medium illorum exiuit de
templo. Magis erat commendanda patientia, quàm
exercenda potentia in occidendo illos ſolo nutu. Exempũ
Quo exemplo oſtenditur cùm reſiſtere poſſumus vt declinãdi
iram ſuperbientium humiliter declinemus. irã ſuper-
F bientium.

§. IX.

POSTQVAM Ieſus abſoluit adulteram à cri-
mine dicens. Nec ego te condemnabo. vade Euangelij
&c. Ne aliqui dubitarẽt, an ille quem videbant verũ ego ſum
hominem, poſſet peccata dimittere, dignatur aper- lux mundi
tius diuinitatis ſuæ potentiam demonſtrare, vt ait expoſitio.
Alchuinus, dicens, Ego ſum lux mundi. Non quidem
lux

A.C. 30.

lux naturalis ſolis, vt dixerunt Manichei, quæ quidem ab eo ſecundum diuinitatem ſicut cætera facta eſt, ſecundum illud. Omnia per ipſum facta ſunt, ſed lux ſpiritualis. Nec dicit (vt ait Beda) Ego ſum lux Angelorum vel cœli ſed lux mundi, id eſt, hominum in tenebris commorantium. Sed nec eſt lux ipſa gratiæ habitus noſtri vel gloriæ, ſed eſt lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſine lumine naturali intellectus, ſeu lumine gratiæ vel gloriæ: quia nullus aliunde illuminatur, niſi ab eo omnem illuminationem cauſante. Vel etiam dicitur lux mundi exemplariter, quia vita eius per exemplum docet omnes perfectè & rationabiliter viuere, cuius vitam qui imitatur conſequenter euadit malum maximum, & conſequitur omne bonum. vnde ſubdit. Qui ſequitur me imitando actus meos pedibus affectionum & actionum, non ambulat in tenebris errorum, peccatorum, & demum infernalium. Sed habebit lumen vitæ. Lumen ſcilicet gloriæ, vbi eſt vera vita, non deficiens. Ei autem reſpondentes Iudæi calumniati ſunt de iactantia & de mendacio, dicentes. Tu de teipſo teſtimonium perhibes. Laudare ſe ad ſui gloriam, Dei, & vtilitatem proximorum licitum & charitatiuum eſt, non iactantia. Sicut fecerunt Iob, Dauid, Paulus, & alij, ſic Deus ſe laudat, vt notis à nobis virtutibus eius, inde proficiamus in amorem eius. Teſtimonium tuum non non eſt verum. q.d. Tibi credi non debet, quia ſolus es ad teſtificandum de te, cùm tamen, vt dicit Alcuinus multos teſtes præmiſiſſet, ſcilicet prophetas antequam in carne appareret, qui eius ſacramenta prædixerunt, & de eo teſtificati ſunt plurima. Vnde & Ieſus euertit quod dicunt, reſpondens hoc eis. Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum verum eſt, hoc ſecundùm ſuſpitionem eorum dixit exiſtimantium eum eſſe purum hominem. Et cauſam ſubiungit, quia ſcio vnde venio, & quò vado. q.d. Ex Deo ſum, & Deus Dei filius. Non autem hoc dicit manifeſte, quia ſemper humilia interſerit altis. Deus autem ipſe ſibi fide dignus teſtis eſt qui mentiri non poteſt. Auguſt. Verum eſt teſtimonium luminis ſiue ſe oſtendat ſiue alia. [Quia ſine lumine non potes videre lumen, & ſine lumine non potes videre quodlibet quod non eſt lumen.] Locutus eſt propheta verum. Sed vnde haberet, niſi de fonte veritatis hauriret? Ergo idoneus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus qui ſibi teſtimonium perhibeat dicens. Quia ſcio vnde venio, & quo vado. Auguſtinus. Patrem intelligi volebat: patri enim gloriam dabat, filius æqualis dabat gloriam ei à quo eſt miſſus. Quantũ debet homo glorificare eum à quo eſt creatus? Venit autem cùm eſt incarnatus. Iuit ad patrem cùm paſſus eſt, & reſurgens aſcendit in cœlum. Iſtud iter fuit aſſumptæ humanitatis, non ſuæ diuinitatis quæ vbique eſt. Vnde veniendo non à patre diſceſſi, nec eundo ad patrem, nos dereliquit. Vos autem, ſubdit Ieſus neſcitis vnde venio, aut quò vado. Auguſt. quia ſcilicet videbant hominem, nec credebant Deum. Sicut ſol iſte faciem illuſtrat & videntis & cæci, ſed eum videt viſum habens, non cæcus, ſic ſapiẽtia Dei vbique & verbum Dei præſens eſt, etiam infidelibus, qui tamen illud non vident propter cæcitatem cordis, id eſt, non cognoſcunt, & fidelibus qui vident credentes in eum. Vos ſecundum carnem iudicatis, cùm dicitis. Tu de teipſo teſtimonium perhibes &c. ac ſi diceret. Quoniam in me carnem ſolam eſſe

[Marginalia, left column: Chriſtus quæ lux mundi ſit. Ioan.1. — Laudare ſe licitum aliquãdo. — Iob.6.9.& 12. 1.Reg.17. 2.Cor.12. — Aug.tract. 35. in Ioa. — Aug. ibid. — Aug.16.]

A putatis, & non Deum in carne, ideo fallibiliter iudicatis, & arrogans vobis videor de me teſtimonium perhibendo. Ego non iudico quemquam, ſcilicet ſecundum carnem, id eſt, exteriora tantum. Sicut enim viuere ſecundum carnem, ita & iudicare ſecundum carnem iniuſtum eſt, ſecundum Chryſoſt. ſed iudico ſecundum rei veritatem. Vel non iudico quemquam nunc, non ergo negat iudicium per eum fiendum, ſed nunc differendum. Etſi iudico, iudicium meum verum eſt. q.d. Si iudicarem nunc, iuſte vos condemnarem, ſed nunc non eſt tempus

B iudicij. Et fiet verum iudicium, quia ſolus non ſum ego, ſed ego & qui miſit me pater, oſtendens quod non ipſe ſolus condemnabit, ſed & pater. Hæc autem ad ſuſpitionem illorum loquitur. Non enim exiſtimabant dignum fide eſſe filium, niſi patris teſtimonium aſſumpſiſſet. Iudicabit ergo Chriſtus ſecundum diuinitatem ſimul cum patre & ſpiritu ſancto, quorum eſt vna diuinitas, reprobos condemnando, electos remunerando, & glorificando. Sed inquantum homo iudicare dicitur ſolus, ſecundum illud Ioan. Pater non iudicat quemquam, ſed

C omne iudicium dedit filio, quia ipſe ſolus apparens in humanitate aſſumpta, ab omnibus videbitur, bonis & malis. Auguſt. Erubeſce hic Sabelliane, [Audis filium audis patrem. Pater, pater eſt, filius, filius eſt] non dixit ego ſum pater & ego ſum ipſe filius, ſed ſolus non ſum, quia mecum eſt pater: [Ne perdas perſonam, diſtingue perſonas] diſtingue intelligentiam, agnoſces quia pater eſt pater, & filius eſt filius, alia ſcilicet & alia perſona [bene agnoſcis] Sed noli dicere pater maior eſt, filius minor eſt, vt Arrius. Vna enim trium perſonarum ſubſtantia: vna coæternitas, perfecta æqualitas [diſſimilitudo nulla.] Et quia de iudicio iam dixerat, nunc de teſti-

D monio ſubdit. Et in lege veſtra, id eſt, vobis data à Deo ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt, id eſt, pro vero habetur in iudicio. Dicitur enim. 2. quæſt. 4. §. 1. In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum, id eſt, pro vero & firmo habetur. Quod poteſt ſic intelligi, ſecundum Alcuinum. Si lex veſtra approbat teſtimonium duorum, quæ poſſunt decipi & falſum teſtari, qua ratione meum & patris teſtimonium quod ſumma ſtabilitate firmum eſt, verum eſſe non dicitis? vel ſecundum Auguſt. Cùm duo poſſint mentiri, vt pa-

E tuit in Suſanna, & vniuerſus populus ſit mentitus contra Chriſtum quomodo ergo in ore duorum vel trium ſtabit omne verbum, niſi quia hoc modo per myſteriũ trinitas commendata eſt, in qua eſt perpetua ſtabilitas veritatis? Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo. Non ſolum per verba dicens Ego & pater vnum ſumus, & in aliis locis, ſed & per opera miraculoſa, vt ipſe ait. Opera quæ ego facio in nomine patris mei teſtimonium perhibent de me. Ioan.10. Et teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater, cùm ſcilicet dixit per pſal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, &c. Et in

F baptiſmo & transfiguratione. Tu es filius meus dilectus. Et dixerunt Iudæi. Vbi eſt pater tuus? q.d. Solum te videmus, & tu dicis pater mecum eſt: hunc non videmus, oſtende ergo nobis eum. Quidam autem (inquit Theophilus) notant hoc ad improperium & contumeliam eidictum, & tanquam ex fornicatione genito, & progenitorem ignoranti, vel ex vili patre & ignobili. ſ. Ioſeph vt putabatur nato: q.d. Ignotus es, & ignobilis pater tuus. Quid ergo tam frequenter nobis patrem inducis? Quia ergo non

[Marginalia, right column: A.C. 30. — Chriſtus quõ non iudicat ſecundum carnem. — Chriſtus quomodo iudicat. — Ioan. 5. — Sabelli error confutatur. — Auguſt. in Io. tra. 36. — Deut.16. Matth. 18. Ioan. 8. ad Heb.10. 2. ad Cor. 13. — Aug.16. — Dan.13.]

A.C. 30.

erant, ideo ſubdit. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris. Non quidem ſimpliciter & abſolute, ſed cum hac conditione intelligendo. Si nõ credideritis quia ego ſum, moriemini &c. Chryſoſt. Quia nihil addit, multum eſt quod commendauit. Sic enim dixit dominus Moyſi. Ego ſum qui ſum: quaſi alia non ſint. Sed prorſus qualiſcunque eſſentia, ſi mutabilis eſt, vera non eſt. Non eſt enim ibi verum eſſe, vbi eſt & non eſſe. Diſcute rerum mutationem, inuenies fuit & erit, cogita Deum, inuenies eſt, vbi præteritum & futurum eſſe non poſſit, vt ergo tu ſis tranſcende tempus. Hic ergo nil aliud videtur dixiſſe cùm ait. Niſi credideritis quia ego ſum quàm niſi credideritis quia ego ſum Deus. Aug. Deo gratias, quia dixit. Niſi credideritis quia ego ſum. Non dixit niſi ceperitis. Quis enim hoc capiat? Sic ergo qui non credit Chriſto moritur in peccatis ſuis non credit qui operatur cõtraria Chriſto. Eſt enim Chriſtus iuſtitia, ſapientia, & quælibet alia virtus. Qui ergo non operatur ſecundum virtutem ſecundum Origen. hic non credit Chriſto, vnde moritur in peccatis ſuis. Interrogantibus autem tunc Iudæis. Tu qui es? ſiue deſpectiuè quaſi dicat. Quanti te facis? vt dicas minando, niſi credideritis &c. nonne tu es filius Ioſeph? Vel interrogatiuè. Tu qui es? Ex quo oportet credere quia es & non dixiſti, quid. Ieſus autem ſciens aliquos credituros, etſi non omnes, pro illis veritatem expreſſit ſuæ diuinitatis dicens. Principium qui & loquor vobis. Principium vnum omnium rerum creatarum cum patre & ſpiritu ſancto, principium cum patre ſpiritus ſancti, quia ab vtroque procedit inquantum Deus, & inquantum homo principium exemplare omnis gratiæ, ſapientiæ & virtutis. Qui incarnatus loquor vobis in aſſumpta humanitate ad veſtram vtilitatem, quia humilis propter vos factus ad iſta verba deſcendi. Credite ergo me eſſe principium, quia vt hoc credatis, non ſolum ſum principium, ſed etiam loquor vobis. Nam ſi principium vt i eſt, maneret apud patrem, non acciperet formam, ſed quomodo ei crederent, cùm infirma corda intelligibile verbum ſine voce ſenſibili audire non poſſent vel ſecundum Chryſoſt. conſideranda eſt amentia Iudæorum, qui poſt tantum tempus & ſigna & doctrinam interrogant Chriſtum. Tu quis es? Quid ergo Chriſtus reſpondet. Principium qui & loquor vobis quaſi dicat ſermones meos indigni eſtis audire, nõ ſolum vt vobis dicam quis ego ſum, vos enim omnia tentantes loquimini, & hæc omnia poſſem arguere, & vos punire. Vnde ſequitur. Multa habeo de vobis loqui & iudicare, iudicium non præſens, ſed futurũ dico: ideo in iudicio verus ero, quia filius veracis veritas ſum, vnde ſubdit. Sed qui miſit me, ſcilicet pater, verax eſt. Auguſt. Verax eſt pater non participando, ſed generando veritatem. [Pater verax, filius veritas, quid cogitamus eſſe amplius? Cogitemus ſi poſſumus quid eſt amplius verax an veritas. Nónne ſi plus pietas quàm pius, pulchritudo quàm pulcher, plus caſtitas quàm caſtus?] Nunquid enim dicturi ſumus plus veritas quàm verax? Si hoc dixerimus, filium incipiemus dicere patre maiorem, hæc autem dicit Chriſtus ſecundum Chryſ. vt non æſtiment quoniam tot audiens ex imbecillitate, non punit, aut quia eorum cogitationes & cõtumelias non nouit vel aliter ſecundùm Chryſ. in hoc me miſit pater nõ vt iudicẽ mundũ ſed vt ſaluem mundum. Verax autem eſt pater conuenienter: nullũ ego nunc iudico, ſed hæc loquor quæ ſunt

Omnis eſſentia ſi mutabilis non eſt, vera non eſt.

Aug. tract. 39. in Ioã.

Chriſtus quot modis principium ſit.

Chryſ. ho. 52. in Ioa.

Augu. tra. 39. in Ioã.

A ad ſalutem, non quæ ad iudicium. Vnde ſequitur. Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Alcuinus, audiſſe à patre idem eſt & eſſe à patre, quia ab illo habet audientiam à quo habet & eſſentiam. Aug. Det gloriam patri filius æqualis, tanquam dicat, Do gloriã ei cuius ſum filius, quomodo tu ſuperbus es aduerſus eum cuius es ſeruus? Cùm autem diceret, verax eſt qui miſit me, non intellexerunt Iudæi quòd de patre illis diceret. Et ideo ſubdit Euãgeliſta, Et non cognouerunt quia patrem eius dixit Deum. Non enim oculos apertos habebant, quibus B patris & filij æqualitatem intelligerent. Videbat tamen Ieſus ibi aliquos eſſe qui poſt reſurrectionem ſuam in eum crederent, & ideo pro eis dixit. Cùm exaltaueritis filium hominis à terra, ſcilicet per crucis paſſionem, tunc cognoſcetis quia ego ſum, & à meipſo facio nihil: plures enim poſtea conuerſi ſunt & cognouerunt eius diuinitatem. Et hoc dicit vt nemo deſperaret, ait Auguſt. in quocunque ſcelere male ſibi conſcius ſit, quando videat eis donari homicidium. Deſperandum nemini eſt in quocunque ſcelere ſibi conſcius ſit, qui occiderunt Chriſtum, C vel ſecundum Chryſ. qui multa docens & ſigna faciens Chriſtus non conuerterat, de ſe in cruce relinquendo loquitur dicens. Cùm exaltaueritis &c. quaſi dicat. Vos exiſtimatis quod tunc maximè à me ſeparati eritis, cùm me occideritis. Ego autem dico ꝙ tunc maximè ſcietis & gratia ſignorũ & reſurrectionis & captiuitatis veſtræ, quoniam ſum Chriſtus filius Dei, & quod non contrarior illi. Propter quod ſubdit. A meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater, ſic loquor. Per hoc indifferentiam ſubſtantiæ magnifeſtat, & quòd nihil extra paternales intelligentias loquitur: quaſi dicat ſecundum Auguſtinum. Filius de patre eſt Deus. A meipſo non D ſum. Sed ſicut docuit me pater hæc loquor. Incorporaliter locutus eſt pater filio, quia incorporaliter pater genuit filium, nec eum ſic docuit quaſi indoctum genuerit, ſed hoc eſt eum docuiſſe quòd eſt genuiſſe ſcientem, ſi enim ſimplex eſt natura veritatis, hoc eſt filio noſſe, quod eſſe. Nolite ergo cogitare patrem loqui filio ſicut duos homines, puta patrem loqui filio ſuo homini puro. Quæ enim verba fierent vnico verbo? Sicut autem Deus loquitur in cordibus noſtris ſine ſono, ita loquitur filio ſuo, quemadmodum ergo gignendo dedit, vt eſſet, ſic dedit & vt noſſet. Et ſequitur. Qui miſit me, E mecum eſt, primum minorationis eſt, ſcilicet inquantum homo factus, intantum miſſus, ſecundum ad deitatem pertinet, ſcilicet mecum eſt. Et non reliquit me ſolum. Non enim quò miſit filium, ſcilicet in mundum, ibi non erat pater. Qui ait. Cœlum & terram ego impleo. Quia quæ placita ſunt ei, facio ſemper, non ex quodam initio ſed ſine principio & ſine fine cum eo facit. Vel ideo hæc dicit ſecundum Chryſoſt. quia dicebant eum ex Deo non eſſe, quòd ſolueret ſabbatum, oſtendit hoc eſſe beneplacitum patri. Et multi crediderunt in eum hæc loquentem. Crediderunt quidem ſed non, vt oportebat ſimpliciter, quaſi lætantes, & requieſcentes in F humilitate verborum, quæ ſuaſi non erant in alta doctrina.

A.C. 30.

Aug. 16.

Auguſtin. in Ioan. tract. 40.

Aug. 16.

Pater filiũ docuit & genuit ſimul.

Hier. 2.

§. XI.

DE perſuaſione Ieſu ad credentes vt perſeuerarent, & dura increpatione Iudæorum perfidorum. Dicebat ergo Ieſus (ait Ioan.) ad eos qui crediderant in eum Iudæos. Si manſeritis in ſermone

Expoſitio Euangelij ſi manſeritis in me Ioan. 8.

A.C. 30. mone meo. Quid eſt manere in ſermone Chriſti ſeu verbis domini, niſi nullis tentationibus cedere? Auguſt. de vero. domini ſer. 48. Si labor eſt (ait Auguſtin.) attende magnum præmium. Sequitur. Cognoſcetis veritatem, quaſi dicat, qui nunc credentes eſtis manendo videntes eritis. Aug. in Io. tract. 40. Quid eſt enim fides, niſi credere quòd non vides? Si ergo permaneatur in eo quod creditur, peruenitur Fides quid & præmiũ ipſius. ad id quod videatur, vt ſcilicet cõtemplemur ipſam veritatem, non per verba ſonantia, ſed per lucem ſplendentem, veritas incommutabilis eſt, panis eſt mentis, reficit, non deficit, mutat veſcentem, non ipſa in veſcentem mutatur. Ipſa autem veritas verbum Dei eſt, hæc veritas carne induta eſt, vel ſecundum Chryſ. Cognoſcetis veritatẽ id eſt me qui ſum veritas. Iudaica quidem omnia, ſcilicet legalia typus erant veritatem autem ex me ſcietis. Et quid ſequatur ex hac cognitione oſtendit cùm ſubdit. Veritas liberabit vos, quaſi dicat & ſi non delectat veritas, delectet libertas: liberari dicitur propriè liberum fieri [quomodo ſaluari ſaluum fieri, & ſanari ſanum fieri, liberari liberum fieri.] Auguſt. Aug. 4. de trin. ca. 18. Vnde veritas liberabit niſi à morte, à corruptione, à mutabilitate? Reſponderunt ei Iudæi. Chryſoſt. dicit eos, qui crediderant infra ſcripta reſpondiſſe turbatos & ſæuientes contra eum iſta dicentem quaſi ſerui eſſent. Aug. tract. 41. in Ioã. Auguſtinus autem exponit hoc non de credẽtibus, ſed de aliis Iudæis qui erãt in turba cum eis, qui non credentes dicunt. Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam. q. d. ij, qui ſunt de ſemine Abrahæ, vt nos, ingenui ſunt, & ideo non oportebat eos ſeruos vocare. Nunquam enim ſeruiuimus, loqui Iudæi ſeruierunt. autem intendebant de ſeruitute temporali, & mendacium dicunt, cùm frequenter ſeruituti addicti fuerint. Pſal. 104. In ſeruum enim venundatus eſt Ioſeph, Ex. 1. patres eorum in Ægypto ſeruierunt Pharaoni. Dan. 3. In terra promiſſionis multis tyrannis finitimis ſeruie- 1. Mach. 1. runt vt patet in lib. Iudicum per totum. Nabuchodonoſor in Babylone, poſtea Perſis & Medis. Exinde Antiocho regi Syriæ. Et tunc Romanis ſeruiebant, propter quid enim dabant eis tributa? Sed quia nõ ad vanã gloriã erant quæ dicebãtur à Chriſto, ſed ad ſalutem, non voluit Dominus oſtendere eos ſeruos hominum, vt potuiſſet, ſed peccati, à qua duriſſima ſeruitute ſolus Deus eripere poteſt. Et hoc eſt, quod reſpondens dicit. Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt Aug. ibid. peccati. Auguſt. Amen eſt verbum Hebraicum, & interpretatur verum, nec tamen Græcus nec Latinus interpres auſus eſt interpretationem ponere, vt honorem haberet velamento ſecreti nõ vt eſſet negatum, ſed ne vileſceret nudatum. Iam quantum hoc commendatum ſit ex ipſa geminatione [cognoſcite verum dico vobis veritas dicit, quæ etſi non diceret verum dico, mentiri omnino non poſſet, tamen inculcat] dormientes quodammodo Gre. lib. 5. mor. c 42. excitat contemni non vult quod dicit. Omnis (dicit) qui facit peccatum, ſiue Iudæus ſiue Græcus, Cõcordat in au. lib. ſiue pauper ſiue diues ſiue imperator ſiue ſeruus. Qui omne dicit, nihil excludit. diſtinctione 19. ſi quiſquis C. ad le. iu. Romanorum. §. dicendo circa medium. Seruus eſt majeſta. peccati, quia quiſquis ſe prauo deſiderio ſubiicit, le. ſi filius. iniquitatis dominio dudum libera colla ſupponit. ff. de iudi. Sed huic dominio contradicimus, cùm iniquitati gl. in le. ait prætor ff. quæ nos cœperat reluctamur, dum conſuetudini de iure iu. violenter reſiſtimus, cùm culpam pœnitendo per- Gre. li. 25. cutimus, & maculas lachrymis lauamus. Quanto mor. c. 20. autem aliqui liberius peragunt peruerſa, quæ vo- Aug. lib. 2. cõ. Iul. lunt (ait Gregor. in moral.) tanto eius ſeruitio ob-

A noxius obligantur. Auguſt. Solus de peccato liberare poteſt, qui venit ſine peccato, & factus eſt ſacrificium pro peccato. de conſecrat. diſtinct. 4. cap. nemo tollit peccata mundi &c. Et ſubdit. Seruus non manet in domo in æternum, quia peccator in ſeruitute peccati, neque in domo Eccleſiæ militantis moratur merito, nec triumphantis. Hieronym.[a] Qui peccator eſt aliqua ſorde maculatus (ſcilicet mortali:) de Eccleſia Chriſti non poteſt appellari, nec Chriſto ſubiectus dici. de pœnit. diſtinct. 1. Ec- Aug. ibid. leſia. Filius manet in æternum, ſcilicet in domo præ- B dicta. Filius, ſcilicet Chriſtus ſecundum Auguſt. An forte in hoc quod dicit filius corpus & caput eſt? Ipſe enim pretium dedit ſanguinem ſuum, iuxta illud Apoſtoli. 1. ad Corint. 6. Empti eſtis pretio magno. Et ſic nos liberabit, ſcilicet virtute, quæ virtus cùm remanſerit in ſacramentis, per ea deuote ſuſcepta à ſeruitute peccati liberamur per filium. Vnde dicit. Si ergo liberauerit vos filius, verè liberi eritis, non à Barbaris, ſed à Diabolo, non à corporis captiuitate, Duplex animæ libertas. ſed ab animæ iniquitate. Prima libertas eſt carere criminibus, ſed hæc inchoata eſt & imperfecta in Gal. 5. mundo, quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. C Secunda plena & perfecta erit in patria, quãdo nullæ erunt inimicitię, quando nouiſſima inimica mors deſtruetur. Et quia Iudæi dixerunt, quia ſemen Abrahæ erant, ad hoc reſpondet. Scio quia filij Abrahæ eſtis: quaſi dicat. Agnoſco vos quia filij eſtis Abrahæ carnis origine, non cordis fide. Et ideo ſubdit. Sed Aug 42. in Ioan. me quæritis interficere. Hoc autem addit, ne dicant peccatum non habemus, dimittens omnem eorum vitam redarguere, hoc quod præ manibus erat, quod adhuc agere volebant inducit in medium, paulatim enim eos à cognatione illa remouit eru- D diens in hoc magna non ſapere. Sicut enim libertas & ſeruitus eſt ab operibus, ita & cognatio. Sed ne dicerent hoc iuſte agimus, hoc remouet, dicens cauſam. Quia ſermo meus non capit in cor veſtrum, quia non recipitur à corde veſtro. Sic eſt ſermo Dei fidelib. ſicut piſcibus hamus. Tunc enim capit quando capitur, altitudinem etiam ſuorum dogmatum Chryſ. ho. 53. in Ioan. ſecundum Chryſo. in hoc oſtendens. Et quia poſſent dicere. Quid ſi à te ipſo loqueris? hoc excludens ſubdit. Ego quod vidi apud patrem loquor. Non enim ſolum eandem ſubſtantiam, ſed eandem ve- Aug. ibid. ritatem patris habeo. Patrem ſuum vult Deum in- E telligi, quaſi dicat veritatem vidi, veritatem loquor, quia veritas ſum. Si ergo dominus veritatem loquitur quam vidit apud patrem, ſe vidit, ſe loquitur, quia ipſe eſt veritas patris quam vidit apud patrem. Theophilus. Cùm audis, quod vidi loquor, nequaquam corporalem viſionem intelligas, ſed naturalem notitiam, veram & approbatam. Sequitur. Et quod vidiſtis apud patrem veſtrum facitis, id eſt, Diabolum cuius filij erant, eius acta imitando. Cuius enim opera quiſque facit, eius filius comprobatur, imitatione ſcilicet non natura. Gratia. de pœn. Aug. ibid. diſtinct. 1. porro illi. §. reſuſcitatus poſt medium. Illi F autem intelligentes de patre carnalis cognationis reſponderunt. Pater noſter Abraham eſt, quaſi dicant. Quid tu dicturus es contra Abraham? Videbantur enim eum prouocare, vt aliquid mali diceret de Abraham, & eſſet eis occaſio faciendi quod cogitabant, ſcilicet occidendi. Sed hoc ipſum Ieſus

a Intellige Hieronymi verba iuxta præcedentem D. Antonini expoſitionem: alioqui nulli peccatores in Eccleſia Chriſti eſſe cenſentur.

interimit

A.C. interimir vt falſo dictum : vnde reſpondet , Si filij
30. Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite.Nõ negat eorum
originẽ,quod ex ſemine Abrahæ deſcenderant , ſed
facta eorũ condemnat,& dicit in plurali opera non
opus,ad innuẽdum,ſecundũ Orig. quòd non ſolum
Gen.15. opus vnũ Abrahæ , ſcilicet illud quod dicitur de eo,
ꝙ credidit Abrahã Deo,ſed & alia eius opera opor-
Nõ ſolem tet imitari,vt quis ſit verus filius Abrahæ.Nunc autẽ
vnũ opus quæritis me interficere hominẽ,qui vobis veritatem
Abrahæ.i. locutus ſum,hanc ſcilicet veritatẽ ꝙ eſt patri æqua-
fidem,ſed lis: propter hoc enim quærebant eum Iudæi interfi-
& alia eius cere. Et vt oſtendat ꝙ non ſit cõtrarius patri ſubdit.
opera o- Quã audiui à Deo. Audire autẽ nihil aliud eſt quàm
porteri imi eſſe à patre. Occidere me inquit hominẽ:hominem
tari. dicit,nõ Dei filium,non verbum ,quia non moritur
verbum.Hoc Abraham nõ fecit.q.d.In hoc probatis
vos non eſſe filios Abrahæ , quia facitis opera con-
traria Abrahæ.Orig.Etſi tẽpore Abrahæ non eſt na-
tus Chriſtus , erat tamen aliquis homo temporibus
Abrahę,qui diceret veritatem,quam audiſſet à Deo,
quem Abraham non quæſiuit vt eum occideret. Et
ſcias ꝙ ſpiritualis aduentus Ieſu nullo tẽpore defuit
ſanctis.Vos facitis opera patris veſtri,ait Ieſus.Dicit
Chryſ. 16. hoc dominus(vt ait Chryſ.)volens eis auferre ſuper-
fluam gloriam de cognatione, & ſuadere eis vt non
vltra ſpẽ ſalutis habeant in cognatione naturali,ſed
in ea quæ eſt ſecundum adoptionem. Hoc enim eos
prohibebat venire ad Chriſtũ, quia exiſtimabãt co-
gnationem Abrahæ ſibi ſufficere ad ſalutem.Et quia
cœperant Iudæi vtrunq; cognoſcere, non de carnis
generatione dominũ loqui,ſed de vitæ inſtitutione,
ideo reſponderunt Iudæi. Nos ex fornicatione non
Aug.tr 42. ſumus nati.Cõſuetudo ſcripturarum,ait Aug.eſt for-
in Ioan, nicationẽ ſpiritualiter appellare , cùm diis multis &
falſis anima tanquam proſtituta ſubiicitur.q.d. Non
ſumus idololatræ , vnum patrem habemus Deũ ſci-
Chryſ. 16. licet eum colendo.Sed quid dicitis,ait Chryſ.vos pa-
trem habere Deum, & Chriſtũ incuſatis hoc dicen-
tem,vt ſupra dictũ eſt?Et quamuis multi eorũ eſſent
nati ex fornicatione,quia illicitas commixtiones fa-
ciebant,non tamen hoc redarguit , ſed adhuc inſtat
Hil.libr.7. quòd non ſunt ex Deo,dicens. Si Deus pater veſter
de Trinit. eſſet diligeritis me vtique.Hil.non improbauit quòd
Deum patrem ſibi dicerent,qui ſunt filij Dei,ſed te-
merariã Iudæorum vſurpationẽ, patrem ſibi Deum
præſumentiũ per id quod ſe non diligerẽt, obiurgat:
idcirco ſe diligẽdum ait,quia ex Deo exiſſet:cauſam
dilectionis ex cauſa docuit eſſe naſcendi,vnde dicit.
Aug.16. Ego enim ex Deo proceſſi & veni , proceſſio eius
pertinet ad natiuitatẽ ſpiritualem,aduentus ad cor-
poralẽ ex matre. Dicitis Deum patrem, cognoſcite
me vel fratrem. Non eſſe autem à ſe ſibi originem,
docuit cùm ſubdit. Neque à meipſo veni,ſed ille me
miſit:includit enim miſſio proceſſionẽ à patre æter-
nalẽ & temporalẽ.Quare loquelã meam nõ cogno-
ſcitis,ſubdit Chriſtus quia nõ poteſtis audire ſermo-
Aug.16. nes meos Aug.Ideo audire non poterant,quia corri-
gi credendo nolebant. Et quia iam Chriſtus exclu-
Chryſ. ibi. ſerat Iudæos à cognatione Abraham,& à cognatio-
ne ſeu filiatione diuina,nunc percutit eos aperte di-
Aug. ibid. cens. Vos ex patre Diabolo eſtis,nõ natura ſed imi-
Iudæi non tatione. Non enim erant Iudæi mali natura , quaſi
natura ducentes originem de gente tenebrarum , vt dicit
mali. Hæreſiarcha Manichæus ſcilicet quod Diabolus &
caro noſtra haberent originem à quadam natura
mali & principe tenebrarum. Gratia. 22. quæſt. 2.
cap. quæritur.§.item opponitur,ait.Erant filij Abra-
hæ carne , ſed quia non fuerunt filij eius imitatione,

A non deputantur inter filios Abrahæ , ſed dicuntur à A. C.
Chriſto filij Diaboli , non naſcendo ſed imitando, 30.
præfertur ergo imitatio operis,orgini carnis.Et de-
ſideria patris veſtri vultis facere.Ecce vnde filij,quia
talia deſideratis qualia Diabolus , non quia de illo
nati eſtis. Quæritis me occidere hominem,qui ve-
ritatem locutus ſum , ſicut Diabolus inuidit & occi-
dit primos parentes. Ille,ait Ieſus, homicida erat ab Gen.3.
initio,vtiq; in primo homine,nõ ferro accinctus ad
hominem venit , ait Aug. ſed malum verbũ ſemina- Aug.16.
uit,cùm ſcilicet ait.Eritis ſicut dij &c.Et occidit.No- Gen. 3.
li ergo putare te nõ eſſe homicidam,cùm fratri tuo
B mala perſuades,ſi mala perſuades fratri tuo,occidis. Qui mala
de pœn.di.1.noli.Et quia frequenter etiam ipſi Iudæi fratri per-
dicebant de Chriſto , ꝙ non erat ex Deo , oſtendit ſuadet,oc-
etiã ex hac falſitate eos eſſe ex Diabolo,quia vt ſub- cidit eum.
dit,in veritate non ſtetit.Grat. Diabolus in veritate
ſtetiſſe non in veritate creatus fuiſſe negatur. Fuit
enim in veritate conditus,ſed dum de ſe ſuperbiẽdo
præſumpſit,ab ea alienus factus eſt, in veritate autẽ
quomodo eſſe creatus perhibetur ſi ſine dilectione
ſui conditoris creatus eſſe probatur. de pœn.di.2.ca.
citius ad hoc reſpondetur.§.quod vero.Aug.11.de ci.
Dei.Diabolus in veritate nõ ſtetit,& ideo nunquàm
C cũ ſanctis Angelis beatus fuit recuſans ſuo eſſe ſub-
ditus creatori,& ſua per ſuperbiã velut priuata po-
teſtate elatus , ac per hoc falſus & fallax , quia [nec
vnquam poteſtatem omnipotẽtis euadit & qui per]
piam ſubiectionem noluit tenere,quod verè eſt, af-
fectat per ſuperbiam elationẽ ſimulare,quod nõ eſt.
Oportet ergo intelligere quòd in veritate nõ ſtetit,
quòd fuit in veritate,ſcilicet creatus,ſed nõ perman-
ſit in ea. Et quòd Ioannes in canonica ait. Ab initio
Diabolus peccat , non ab initio ex quo creatus eſt
peccare putandus eſt , ſed ab initio peccati [quod
ab ipſius ſuperbia cœperit eſſe peccatũ.] Et cur Dia-
D bolus veritatem non colat , ſubditur. Quia non eſt
veritas in eo, ſecundum Orig. ꝙ vana ſuſpicatur,&
ſeductus eſt ipſe à ſcipſo , in hoc deterior, quòd alij
quidem ab eo falluntur , is autem ſibi ipſi prædictæ
deceptionis author extiterit.Vel veritas dicitur non
eſſe in eo ſecũdum Orig.quia particeps Chriſti non
fuit,qui ait.Ego ſum veritas.Vel ex hoc patet ſecun-
dum Aug.quòd in veritate nõ ſteterit, etſi in ea fue- Aug. li. 11. ciu. ca. 14.
rit,quia non eſt nunc veritas in eo, eſſet autem in eo Aug.in Io.
ſi ſtetiſſet in illa.Cùm loquitur mendacium,ex pro- tract. 42.
priis loquitur,id eſt, ex ſe , quia mendax eſt & pater
eius. Non ſic eſt iſtud intelligendum vt Manichæi
E hæretici,ſcilicet quòd Diabolus ſit mendax & pater
Diaboli. Non enim Diabolus habet patrem alium
quàm Deum,qui pater eius eſt,quia eum creauit &
bonum,ſed effectus eſt ex ſe mendax, vt dictum eſt,
& pater mendacij, id eſt , eius inuentor. Nam &
mendacium dixit cùm criminatus eſt Deum apud
homines,ad Euam dicens. Quoniam inuidens vo- Gen 3.
bis Deus lignum inhibuit. Et apud Deum crimi-
natus eſt homines , cùm ait de Iob. An gratis Iob
colit Deum ? &c.Iob. 1.ſecundum Theophilum Ca- Iob. 1.
uete, inquit Amb. fratres mendacium , quia omnes
qui amant mendacium filij ſunt Diaboli. Eſt autem
F mendacium non ſolum in verbis falſis, ſed in ſimu-
latis etiam operibus, mendacium nanque eſt Chri-
ſtianum ſe dicere, & opera Chriſti non facere.22.q.
5.cauete.Quod autẽ dicit,ex propriis loquitur.ſ.Dia-
bolus, oſtẽditur in hoc,ſecundum Aug. non aliunde
Diabolũ accipere vnde loquatur cũ loquitur men- Aug.tr.42.
dacium & proinde vnumquemq; non niſi propria in.Ioan.
voluntate peccare:ad hoc Amb.15. q. 1. non eſt.Ego

A.C. 30.

autem ſi veritatem dico non creditis mihi. Alcuinus, Quia dominus veritas eſt, & filius veritatis, Dei veritatem dicit. Sed Iudæi quia filij erant Diaboli, auerſi erant à veritate.

§. XII.

Septimi c. D. Ioan. expoſitio.

EA quæ ponit Ioan. in ſeptimo c. abbreuiãdo, vbi etiam narrantur perſecutiones & contumeliæ contra Chriſtum explicabimus, dicitur ꝗ ambulabat Ieſus in Galilæam, alteram ſcilicet prouinciam à Iudæa, vbi erat Hieroſolyma. Et aſſignat cauſam Non enim volebat in Iudæã ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. In hoc ſecundum Aug. (Aug. tr. 31. in Ioan.) dãs exemplum quòd cùm quis quæritur ad mortem iniuſte, etiã prælatus, poteſt & debet locum mutare, vt ſe pręſeruet, & hoc quãdo ſine eo poteſt grex ſibi commiſſus, ſaluus conſiſtere. De quo plenius habes. 7.q.1.c. ſciſcitari. & c. aduerſitas. & per c. præ. & ſeq. Et cùm eſſet in proximo dies feſtus Iudæorum Scenophegia, id eſt, tabernaculorum mẽſe ſeptembris, Dixerunt ei fratres eius, non fratres carnales, quia Maria eum habuit vnigenitum. ſecundum Aug. & (Aug. 16.) omnes alios. Fratres ergo dicuntur hic conſanguinei, quos in diuerſis gradib. habebat. Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera quę tu facis &c. Non intelligitur de duodecim diſcipulis qui ſemper ſequebãtur eum, ſed de aliis qui ex turbis afficiebantur ad eum & doctrinam eius, qui erant in Iudæa. Gloriæ autem temporali eius & ſuæ conſulebant. Et quia humanam gloriam quærebant, ideo in eum non credebant. ait Auguſt. & euãgeliſta narrat (Aug. 16.) quod non credebant fratres ſui in eum. Chriſtum enim vt conſanguineum potuerunt habere, credere autem in eum ipſa propinquitate faſtidierũt. Multæ autem amaritudinis ſecundũ Chryſ. verba illa erant quia (Chryſ. ho. 47. in Ioã.) & de formidine & de amore glorię eum notãt, & de veritate ſignorum, quaſi ſuſpicarẽtur non eſſe vera miracula. Reſpondit autem Chriſtus mãſuete, docẽs nos non indigne ferre debere, ſi etiam aliqui viles nobis conſulant. Tempus meum, ait, nondũ aduenit, ſcilicet gloriæ meæ, quo veniã in altitudinem, tempus autẽ veſtrum ſemper eſt paratũ, id eſt, mundi gloria quam intenditis. Vel ſecundum Chryſ. (Chryſ. 16.) forraſſe iſti fratres quærebant eum prodere Iudæis, & ideo dicit tempus ſuum nondum aduenisse, ſcilicet mortis & paſſionis. Tempus eorũ dicit paratũ ſcilicet ad hoc quęrendũ cum Iudæis, ſcilicet mortẽ ſuã. Et quia duo videbantur impingere & ſcilicet formidinem, & inanem gloriam, contra primũ dicit. Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quia opera eius, id eſt, amatorum mundi, mala ſunt. Ex quo patet quia non formidabat, cùm repræhẽderet vitia. Contra ſecundum dicit vos aſcendite ad diem feſtũ hunc. Si enim gloriã affectaſſet, ſecum eos retinuiſſet, vt cum maiori comitũ multitudine aſcenderet. Ego autem non aſcẽdam, ſcilicet vobiſcũ, vel palã, vt ſuadebant. Nã vtiq; aſcendit, vt ſubdit euangeliſta, ſed nõ cum eis. Poſt aſcenſum enim eorũ ipſo occultè aſcendẽte ad feſtum, fiebat de eo murmur multum, dicentibus vbi eſt ille. Et varietas erat loquentiũ, quia quidam dicebãt eum eſſe bonum, alij ſeductorem: bonũ eum dicebant turbæ, ſeductorem vero principes ſacerdotum, & Phariſæi. Nemo tamen palam loquebatur de eo, ſcilicet eorũ qui dicebant eum bonum, propter metum Iudæorum. Iam autem die feſto mediante aſcẽdit Ieſus in templum. Feſtũ illud Scenophegiorum ſeptẽ diebus celebrabatur. Non ergo aſcendit in primis diebus, ſed die feſto mediãte, id eſt, in medio feſti. Ideo autem tardauit venire, vt auditores attentiores faceret. Nam in principio feſti magis attẽdebant ad ea quæ erant feſti, nec aſcendit ipſe ad diẽ feſtũ vt fratres ſui, quia non ad fruendũ deliciis feſti ſed ad lucem præbendam doctrinæ veniebat, vnde ſubditur. Et docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit? (Aug. tr. 29. in Ioan.) tanta erat virtus docentis, vt qui dixerant, ſeducit turbas, tranſmutati mirarẽtur. Nunquam qui nouerant vbi natus & educatus, viderant eum litteras diſcentẽ, & tamẽ audiebant de lege diſputantem, legis teſtimonia proferentem, quæ nemo poſſet proferre, niſi legiſſet, nemo legere, niſi litteras didiciſſet. Ab hac quæſtione ait Chryſ. (Chryſ. ho. 48. in Ioa.) cognoſcere debebant quoniã hęc ſcientia non erat humanitus in eo, ſed diuinitus. Et hoc eis dominus Ieſus reuelauit, dicens. Mea doctrina nõ eſt mea: ſed eius qui miſit me patris, id eſt, qui incarnari conſtituit. Doctrinam quam docui, & doceo nõ eſt à me, inquantum homo quem videtis, vel ſecundum Aug. (Aug. 16.) quia Chriſtus inquantũ Deus eſt verbũ, ſeu ſermo ſiue doctrina patris, ideo dicit, Mea doctrina non eſt mea. q.d. Ego non habeo eſſe à me, ſed à patre, vbi vehementer oſtendit ſuam & patris vnam eſſe doctrinam, ac ſi diceret, ſecũdum Chryſ. (Chryſ. ib.) Nihil habeo per me tantum, aut diuerſum à patre. Et ad cognitionem altitudinis huius rei dat modũ ſubdens. Si quis voluerit voluntatẽ eius facere, hoc eſt facere volũtatem Dei patris, ſcilicet credere in eum cognoſcet de doctrina mea vtrũ ex Deo ſit &c. quia perueniet ad gloriã, vbi perfectè cognoſcitur myſterium trinitatis, & proceſſus perſonarum, vel ſecundum Chryſ. (Chryſ. ibi) auferte. q.d. iram, inuidiam, odium, quæ ſine cauſa habetis contra me, contra voluntatẽ Dei, nihil prohibebit vos cognoſcere, quoniã verba Dei ſunt quę loquor. Qui à ſemeipſo loquitur, id eſt, qui vult aliquam propriã inſtituere doctrinam, propriam gloriam quærit, id eſt, propter nihil aliud hoc vult, quàm vt gloriã propriam acquirat. Qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt. q.d. Verax ſum, quia doctrina mea continet veritatem. Iniuſtitiam in me non habeo, quia alterius gloriam non vſurpo. Dominus (inquit Aug.) (Aug. 16.) dedit nobis magnum exemplum humilitatis, dum habitu inuentus vt homo, non quęrit gloriam ſuam: ſed patris. Nonne Moyſes dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Duas criminationes, inquit Chryſ. (Chryſ. ibi.) Iudæi contra Chriſtum inducebãt, vnam quòd ſabbatum nõ cuſtodiebat, aliam quod patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Hoc igitur primo confutauit, dum oſtendit ꝗ non eſt Deo contrarius: ſed eadẽ cum illo docet, de reliquo ad ſabbathi ſolutionem inſtat, dicẽs. Nonne Moyſes dedit vobis legem? & c. ac ſi diceret, lex cõtinet non occides, (Ex. 20. Ioan. 5.) vos autẽ vultis occidere, quaſi dicat. Si ego ſolui legem, ſanans in ſabbato, hoc tamẽ feci in ſalutem, vos autem tranſgredimini in malum, ſcilicet quærendo interficere me. Vnde non debeo à vobis de tranſgreſſione legis iudicari, vel ſecundum Aug. (Aug. tr. 30. in Ioan.) quia ſi legem facerent, id eſt, implerent, Chriſtũ in ipſis literis cognoſcerent, & præſentem non occiderẽt. Reſpondit autem ei turba, nõ pertinentia ad ordinẽ, ſed ad perturbationẽ, & ideo turba. Dęmonum habes. Dictum eſt ei quod dæmonium haberet, qui dæmones expellebat. Quis te quærit interficere? Negauerunt, quòd frequenter intendebant. Dominus autem non turbatus,

A. C. 30. turbatus, ſed in veritate tranquillus, non reddens A
maledictũ pro maledicto. tranquille reſpõdit, exem-
plum nobis patientiæ tribuens. Vnum opus ait, feci,
& omnes miramini, quid ſi omnia opera mea vide-
retis? Ipſius enim omnia opera erant, quæ videbant
in mundo, & ipſum qui fecit omnia, non videbant.
Miramini, ait, id eſt, turbamini tumultuantes, homi-
nem ſcilicet qui iacebat in piſcina lãguidum ſanan-
Circũciſio quare data vide S. Th. 1. 2. q. 102. ar. 5. & in 3. p. q. 70. a. 1. do. De quo Ioan. 5. Propterea Moyſes dedit vobis
circunciſionem &c. Fuit propterea data circunciſio
vt ſignum eſſet, ſecundum Alcuinum magnæ fidei
Abrahæ qui credidit ꝙ ex ſe antiquiſſimo Chriſtus B
naſceretur, id eſt, Iſaac, ex quo Chriſtus. Item in ſignũ
diſtinctionis illius nationis, ex qua Chriſtus erat na-
ſciturus, à cæteris nationibus. Illud enim membrum
in quod dabatur tale ſignum, eſt inſtrumentũ gene-
rationis. Item in ſignum caſtitatis animæ & corpo-
ris, eorum qui ſunt veri filij Abrahæ. Et forſitan, in-
Aug. 16. quit Aug. ipſa circunciſio Chriſtum ſignificabat, id
eſt expoliationem carnis, videlicet carnalium cu-
piditatum à corde. Non enim ſiue cauſa dabatur in
eo membro, quoniam per illud membrum procura-
tur creatura mortaliũ, & per vnum hominem mors,
& per vnũ hominem reſurrectio mortuorum, ideo C
quiſque cum præputio naſcitur, quia cum vitio pro-
paginis naſcitur, & non mundat Deus à vitio, ſiue
originali ſiue actuali niſi per Chriſtum. Cultellis pe-
Quiſque cum vitio naſcitur. trinis fiebat, & petra Chriſtum ſignat. Intelligite er-
go hoc ſignificare opus bonum, quod feci ſanando
Ex. 20. totum hominem (quia in anima & corpore) in ſab-
batho. Eſtis prohibiti ſeruilia opera facere in ſabba-
tho, ſed nõ eſt opus ſeruile ſanare in ſabbatho, ſicut
nec mãducare & bibere ad conſeruandã ſalutẽ cor-
poris & multomagis animæ. Dicitur autẽ circũciſio
Gen. 19. eſſe non à Moyſe, ſed ex patribus, quia ab Abraham
habuit initium, qui fuit ante Moyſem. Et quia fieri D
debebat ſecũdum Dei mandatum, die octaua à nati-
uitate pueri, ideo ſi illa dies octaua fuiſſet in ſabba-
tho, nihilominus circunciſio fiebat, non exiſtiman-
tibus propter hoc ſoluere legem Moyſis, id eſt cõtra
facere tale opus agẽdo, quod ad ſalutem erat animę.
Et hinc arguit Chriſtus probans ſe non agere cõtra
legem cùm in ſabbatho curaret. Si ergo circunciſio-
nem accipit homo in ſábbatho [mihi indignamini
qui totum hominem ſanum feci in ſabbatho.] To-
Aug. in li. de pœnit. cap. 9. tum hominem dicit, qui animã à peccatis, & corpus
ab infirmitate liberauit. de pœn. diſt. 3. c. ſunt plures,
paulo poſt principium. Nolite iudicare ſecundum E
faciẽ, ſed iuſtum iudicium iudicate, id eſt, non à per-
ſonarũ dignitate, vt ſcilicet Moyſes apud vos in ma-
iori gloria & honore quàm ego, in eodẽ opere ſcili-
cet ſalutis, & illum excuſetis à peccato, & me culpe-
tis. Hoc enim eſt iudicare ſecundum faciem, id eſt,
ſecundum acceptionem perſonarum, quod eſt iniu-
Aug. 16. ſtum, ſed iudicate iuſte, id eſt, ex natura rerũ. Nolite
iudicare ſecundum faciem. Aug. hoc magni laboris
eſt in hoc ſæculo, non iudicare perſonaliter. Quod
enim pretioſum de ore domini ſonabat propter nos
ſcriptũ eſt. Quis eſt qui non perſonaliter iudicat, qui
æqualiter diligit? Cùm enim homines diuerſo modo F
pro ſuis gradib. honoramus timendum eſt ne perſo-
nas accipiamus. Nõnunquàm eſt iudicium inter pa-
trem & filium, nõ æquamus filiũ patri in honore, ſed
præponimus filium patri, ſi bonam cauſſam habet in
veritate. Idem plenius. 3. q. 7. quæritur. Dicebant ergo
quidam ex Hieroſolymis. Nonne hic eſt quẽ quærũt
Iudæi interficere? &c. Signanter dicit ex Hieroſoly-
mis, hi enim magis potiti ſunt ſignis eius, & ideo

A miſerabiliores aliis. An non magnum ſignum erat A. C. 30.
inſanientes, & quærẽtes occidere, cùm haberent eũ
in manib. ſubito quieſcere. Et ꝙ infra dicũt, Chriſtus
cùm venerit, nemo ſcit vnde ſit, hoc ideo dicũt, quia
de Chriſto dixerat Eſa. c. 53. Generationem eius quis
enarrabit? Loquens quidem de eius diuinitate, nam Mat. 2.
ſecundum humanitatem eis Propheta Michæas. c. 5.
prædixerat ꝙ in Bethlehẽ naſceretur. Et alibi. Quo-
niam Nazareus vocabitur. Clamabat ergo Ieſus in
tẽplo ſuper his dicens. Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis.
Loquitur de ſe ſecundum humanam natiuitatẽ, quia
B ſciebant ipſum filiũ eſſe Mariæ, de Nazareth, partũ
tamẽ virginis ignorabant, ipſum ſecundũ effigiem
ſciebãt. A meipſo nõ veni, quia Dei operatione in-
carnatus eſt: ſed eſt verus qui miſit me, ſcilicet Deus
pater à quo ſum, quẽ vos neſcitis. Ignorantiã eorum Chryſ. ho. 49 in Ioã.
dicit ſecũdum Chryſ. quæ eſt per opera, de qua Pau- Hil. lib. 6.
lus ad Titum. 1. Cõfitentur ſe noſſe Deum, factis autẽ de Trin. c.
negant, vel ſecundũ Hilar. cum neſciebant ſecũdum,
diuinitatẽ, patrem ſcilicet, cùm & filiũ neſcirẽt, à quo Ariſtot. in cat.
eſt. Ignorato vno relatiuorũ, & aliud neſcitur. Et in-
fra. Et quærebant eum appræhendere. Nemo tamen Sub fato
in eum miſit manus, eos ſcilicet propria virtute ipſo natum
C retinẽte. Et ratio, quia nondũ venerat hora eius, ſcili- eſſe nõ eſt
cet ab eo volita & præordinata: non hora fati. Non credendũ.
enim dominus (ait Aug.) ſub fato natus eſt, hoc nec Aug. tr. 31. in Ioan.
de te credendum eſt, quanto minus de illo per quem
factus es? Multi autem de turba crediderunt in eum Aug. ibid.
Aug. Humiles & pauperes ſaluos faciebat dominus Chryſ. ibi.
verũtamen ait Chryſ. Neq; in his ſana fides erat: ſed
more multitudinis vulgaria loquebantur dicentes.
Chriſtus cùm venerit, nunquid plura ſigna faciet,
quàm quæ hic facit? hoc enim dicere, eſt nõ firmiter
credere ipſum eſſe Chriſtum. Audierũt Phariſæi tur-
bam murmurantẽ de eo, vnde miſerũt principes &
D Phariſæi miniſtros, vt eum appræhẽderent. Quibus Ioan. 7.
aduenientib. dixit Ieſus. Adhuc modicum vobiſcum Chryſ. ibi.
ſum. Verba loquitur humilitatis plena, ac ſi diceret.
Quid feſtinatis me interficere? paruum tempus ex-
pectate. Non autem ſimpliciter dicit, ſum hic: ſed vo-
biſcũ. q. d. Etſi me perſequimini, non tamen ceſſabo
docere & facere quæ ſunt ad ſalutem veſtram. Vado
ad eum qui miſit me. ac ſi dicat, Reuertens aſcendo
ad patrem, qui me incarnari permiſit. Quæretis me,
id eſt, quæretis poſt reſurrectionẽ compuncti ad pœ-
nitentiam, vel in excidio Hieroſolymę, & non inue-
nietis, ſecundum præſentiam corporalem. Vel in illa
E anguſtia obſidionis adiutorium meũ non inuenietis. Aug. ibid.
Et vbi ego ſum vos nõ poteſtis venire. Non dixit vbi
ero, ſed vbi ſum. Semper enim ibi Chriſtus erat, quò
fuerat rediturus, ſcilicet in gloria, quia cõtinuè eius
anima gloria deitatis fruebatur, & ad illam tunc nõ Ioan. 12.
poterant venire propter peccata eorum. Dixerunt Aug. ibid.
Iudæi &c. Nunquid in diſperſionem Gentium iturus
eſt, & docturus gẽtes? Prophetauerunt ꝙ non intel-
lexerant, ſicut Caiphas. Nã iturus erat Chriſtus non
præſentia ſua corporali, ſed tantùm pedib. ſuis ſpiri-
tualib. per diſcipulos ſuos qui ſunt mẽbra ſua, ad do-
cendũ gentes diſperſas in diuerſas regiones & ritus.
F Nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, id eſt, in Chriſtus neminem
vltimo ſeptẽ dierum Scenophegiorũ, clamabat Ie- neceſſitate attrahit.
ſus propter turbæ multitudinem, vt audibilis fieret
ſecundum Theophilum, atque fiduciam largiretur,
quia neminẽ formidabat. Si quis ſitit, veniat ad me, Chryſ. ho. 50. in Ioã.
& bibat, ac ſi dicat, ſecundũ Chryſ. Neminẽ neceſſi-
tate vel violentia attraho. Sed ſi quis habet deſide-
rium multum, hunc voco. Eſt ſitis interior (ait Aug.) Aug. tr. 32. in Ioan.
quia eſt homo interior. Si ergo ſitimus, veniamus,

A.C. 30.

A non pedibus,ſed affectib.Bibat,ait Gratia. Aliud eſt
deguſtare,aliud bibere.Guſtat qui aliquatenus com-
municat charitati,ſed poſtea ab ea delinquendo re-
cedit.Sed bibit qui in charite radicem figit. de pœn.
diſtin. 2.ca.citius ad hoc.§.quod vero,ante c.princi-
pium.Et ꝙ de intellectuali loquatur potu, patet per
hoc quod ſubdit. Qui credit in me, id eſt,credendo
amat me.de conſe.diſt.2.charitas per totũ,ſicut dicit
ſcriptura,id eſt,eo modo quo dicit ſcriptura,quoniá
rectam oportet habere cognitionem opere & non à
Hier in prol. in pentat. ſignis ſicut à ſcripturis. vel ſecundum Hier.quod di-
B cit ſcriptura poteſt referri ad ſequentia, ſcilicet flu-
mina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc ſcriptura
Prouer.5. dicit.Et de Prouerbiis hoc teſtimonium aſſumptum
eſt,vbi dicitur.Deriuentur fontes tui foras,& in pla-
teis aquas tuas diuide.Venter interioris hominis,eſt
conſcientia cordis eius: fons vel flumẽ quod manat
Aug 16. de corde ventris,eſt beneuolentia, quæ vult conſu-
lere proximo.Greg.Cùm in mentẽ fidelium ſanctæ
Greg ſup. Ezech.ho. 10. prædicationes defluunt,quaſi de ventre credentium
aquæ viuæ flumina decurrunt. Ventris autem viſce-
ra quid ſunt aliud,niſi mentis interna,id eſt,recta in-
tentio,ſanctũ deſiderium,humilis ad Deum,pia ad
C proximum voluntas.Hoc autem dixit(inquit euan-
geliſta)de ſpiritu quem accepturi erant credentes in
eum.Quid autẽ dicit ſpiritum,niſi ſpiritum ſanctum
quem poſtea acceperũt in linguis igneis,poſt aſcen-
ſionem,vnde dicit,ſubdens de hac datione.Nõdum
erat ſpiritus datus quia nondum erat Ieſus glorifica-
tus,ſcilicet quo ad corpus, exiſtens adhuc mortalis,
Luc.1.& 2. fuerat quippe Spiritus ſanctus datus Ioanni Baptiſtę
Spiritus ſanctus quõ non erat ante Chriſtum glorifica- tu datus. in vtero ſanctificato,Zachariæ,Simeoni,Elizabeth,
quinimo & omnibus ſanctis veteris teſtamenti, ſed
non in illa plenitudine, & ſigno viſibili, & effectu
ſingulari,ſcilicet locutionis omniũ linguarum, ſicut
D fuit poſt Chriſti aſcenſionem.Ex illa hora(ait Euan-
Ioan.7. geliſta)turba cùm audiſſent hos ſermones, dicebant
Hic eſt verè propheta,alij autem dicebant. Hic eſt
Chriſtus:alij vero,Nũquid à Galilæa Chriſtus venit?
Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de
Bethlehem caſtello vbi erat Dauid venit Chriſtus?
Et ſic de eo diſſenſio facta eſt in turba.Quidã autem
volebant eum appræhẽdere,ſed nemo miſit in eum
manus. Et cùm miniſtri reuerſi eſſent ad Phariſæos
qui miſerant eos ad capiendũ,interrogati quare non
adduxiſſent eum captum, reſponderunt. Nunquam
ſic locutus eſt homo,ſicut hic loquitur. Qui dixerũt
E eis.Nunquid & vos ſeducti eſtis?nunquid ex princi-
pib. aliquis credidit in eum,aut Phariſæis?Sed turba
hæc quæ non nouit legẽ maledicti ſunt.Dixit autem
Nicodemus ad eos. Nunquid lex noſtra iudicat ho-
minẽ,niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid
faciat? Qui reſponderunt. Nunquid & tu Galilæus
es? ſcrutare ſcripturas, & vide,quia propheta à Ga-
lilæa non ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in do-
mum ſuam. Hæc Euangeliſta.

¶ *De reſponſione Chriſti ad inquiſitiones, cauſa ſciendi veritatem.* CAP. IIII.

Petro ſciſcitanti de præmio ſuę ſequelæ Chriſt' reſpõdet.

F DE doctrina Ieſu Chriſti in reſponſionib.
eius ad inquiſitiones pias factas à diſci-
pulis eius cauſa ſciendi veritatem. Cùm
Ieſus oſtendiſſet difficultatem ſalutis di-
uitum,interrogauit Petrus narrãte Matth. Ecce nos
Matth 19. reliquimus omnia,& ſecuti ſumus te,ſcilicet in pau-
pertate, quid ergo erit nobis, ſcilicet quæ merces,
quod præmium?Omnia dicit,ſcilicet temporalia di-
uitiarum,corporalia voluptatũ, internalia propria-

A rum voluntatum.Qui enim omnia dicit nihil exclu- A.C. 30.
dit.di.19.ſi Romanorum. §.dicendo vero. Prædicta
omnia poſſidemus vel poſſidere,vel affectare poſſu-
mus.Cui reſpõdit Chriſtus: Vos qui ſecuti eſtis me. Vota religionis ab Apoſtolis amplexata.
Non enim perfectio conſiſtit in paupertate, ſed in
ſequela & imitatione Chriſti,maxime per charitatẽ
& patientiam, humilitatem,& alias virtutes. In re-
generatione,id eſt,in vltima reſurrectione,vbi iterũ
generantur quodammodo homines,reſurgendo,ſed Perfectio vbi conſiſtit.
ad eſſe immortale. Cùm ſederit filius hominis in ma
ieſtate ſua,id eſt,cùm apparuerit in finali iudicio, in
B gloria & poteſtate ſua iudicaturus orbem, ſedebi-
tis & vos ſuper ſedes duodecim, id eſt,mecum eritis
quaſi aſſeſſores ad iudicandum, vtpote approbando
ſententiam quam Chriſtus feret, quod erit maximæ
dignitatis. Iudicantes duodecim tribus Iſrael. Duo-
denarius numerus eſt ſuperabundans,quia eius par-
tes aliquoties in ſe multiplicatę tranſcendunt ipſum
numerum duodenarium,vnde ſignat vniuerſitatem
tam iudicandorũ omnium,quàm iudicantium aſſeſ-
ſorum. Non ſolum duodecim Apoſtoli erunt cum
Chriſto iudices aſſeſſores,ſed & omnes alij qui per- Omnes qui perfectè mũdũ deſeruerunt erunt Chriſti aſſeſſores.
fecte mundum deſeruerunt, vnde ſubdit. Et omnis
C qui reliquerit patrẽ,matrem,filios,ſorores, & agros,
propter nomẽ meum,centuplum accipiet, & vitam
æternã poſſidebit.Marcus vero ſic refert. Nemo eſt
qui prædicta reliquerit,propter me,& propter Euã- Mat.12.
gelium qui non recipiat centies tantum in hoc ſæ-
culo,nunc domos,fratres, ſorores,aut filios,aut ma-
tres,aut agros cum perſecutionib. & in futuro ſæcu-
lo,vitam æternam.Quod quidem ſic intelligitur ſe-
cũdum Io.Caſſi.in colla. Qui verè deſerit prædicta,
vt probi religioſi vtiq; pro vno patre & vna matre Ioan.Caſſ. col. 24.ca. 16.
quos deſerunt, recipiunt in religione centum patres
ſpirituales, ſcilicet prælatos ipſius religionis, & ſe-
D niores, & matres benefactrices in locis illis, & fra-
tres,ſcilicet ſocios, & agros poſſeſſionũ cõuentuum
vel ſæcularium,de quib.dant eis eleemoſynas,& do-
mos conuentuum, vel eorũ qui recipiunt eos ad ho-
ſpitiũ. Et ponitur numerus determinatus pro inde-
terminato,id eſt,multo plura. Sed cum perſecutio-
nibus,addit,ſcilicet,mundi, Diaboli, & carnis,& in
futuro vitam æternã. Aliter intelligitur centuplum.
Nam ſignat ſpiritualia bona, quia ponitur talis nu-
merus ſecũdum allegoriſmum in manu dextra, quæ
ſignat ſpiritualia,ſicut ſiniſtra ſignat temporalia. Et
in ſiniſtra ponuntur omnes numeri vſque ad cẽtum:
E Eſt ergo ſenſus quod pro temporalib.quæ relinquit,
recipiet bona ſpiritualia virtutum, & perfectiones
earum,quæ excedunt incomparabiliter omnia tem-
poralia quæ dimittuntur. Quod autem perfectè de-
ſerentib.mũdum pauperib.detur poteſtas iudicaria
in fine mundi,patet ex authoritatibus Iob. Pauperi- Iob.16.
bus tribuit iudiciũ.Et declaratur per beatũ Th. in 4. Th in 4.d. 47.q.1.a.2. q.1 &. ſeq.
Cùm admonuiſſet Chriſtus de correptione fra-
terna,interrogauit eum Petrus dicens.Domine quo- Matth. 18.
tiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei?
Vſque ſepties? Forte inde motus eſt ad iſtum nume-
rum exprimendum, quia numerus eſt frequenta-
F tus in ſcripturis, & quia in ſeptem diebus comple- Gen.1.
uit Deus opus ſuum quod patrarat, & per ſeptena-
rium hebdomarum & ætatum tranſit tempus mun-
di:vel magis,quia Salomon dicit Prouerbiorum 24.
Septies in die cadet iuſtus. Ei autem Chriſtus re-
ſpondit. Non dico tibi vſque ſepties, ſcilicet tan-
tum,ſed vſque ſeptuagies ſepties. Quod exponitur
multipliciter. Vno modo ſic vt intelligatur omne
peccatum. Nam ſeptuaginta ſeptem reſultant ex
vndenario

A. C. 30.

Dimittendum fratri peccāti ſeptuagies ſepties.

vndenario ſepties multiplicato, vndenarius autem eſt numerus tranſgreſſionem ſignans, quia excedit denarium, per quem notatur decalogus, & ſeptenarius ſignat vniuerſitatē. Dimittere ergo delinquenti 77. vicibus, hoc eſt dicere omnem tranſgreſſionem quam incurriſſet contra omnia præcepta. Alio modo vt intelligatur ſeptem vicibus ſeptuaginta, quæ conſtituunt. 490. id eſt quotiens quiuis homo peccare poteſt in aliquem, & ponitur determinatus pro indeterminato. Tertio modo, quia ſecundum Lu. numerantur ab exordio mundi ab Adam vſque ad Chriſtū. 77. generationes per quas ſucceſſiuè Chriſtus deſcendit. q. d. Et ſi peccata cōmitteret tot quos omnes illæ 77. generationes commiſerunt, ſicut ego omnium veni peccata dimiſſurus, ita & tu vicarius meus omnia peccata ignoſce, cùm ſcilicet quis reuertitur ad veram pœnitentiam. Et hoc eſt quod ait Lucas. c. 17. Si ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens, pœnitet me dimitte ei. Quod eſt intelligendum in foro pœnitentiæ, & cùm apparet verè pœnitens, & ideo ſignanter dicit. Conuerſus fuerit. Conuerſus enim importat veram pœnitentiam, prout apparet, aliter non debet ſacerdos dimittere, id eſt, abſoluere quia vt habetur in 6. de reg. iur. peccati. Venia non datur niſi correcto. & de pœn. diſtin. 1. neminem. & eo. diſt. 5. fratres. In foro autem iudiciali quantumcunque reum pœniteat, iudex tamen debet ſecundum exceſſus qualitatem punire, & non dimittere impunitū. Dum enim vni parcitur indigno, ait Amb. plurimos facit ad prolapſionis contagium prouocari. Facilitas enim veniæ incentiuum præbet delinquendi. 23. q. 4. eſt iniuſta. In propriis autem iniuriis, priuata perſona debet dimittere ſemper iniuriam, id eſt, nūquam odium vel rancorem habere, & cùm veniam petit, qui in eum peccauit, ſignum rancoris non debet oſtendere, vt eſt ſubtractio loquelæ, & huiuſmodi. Actionem autem iniuriarum, cùm ſatisfacit competenter inquantum poteſt, vnde Fabianus pa. Si quis contriſtatus fratri ſuo noluerit reconciliari, ſatisfaciente eo qui cōtriſtauit, acerrimis maceretur inediis, vſque dum gratanti animo ſatisfactionem acceperit. diſt. 90. ſi quis. 2. gl. 1. id eſt pœna excommunicationis.

Luc. 3.

Dimittendū peccatū in foro pœnitētiæ ſemper, ſed non in foro iudiciali.

Amb. in pſ. 118. ſer. 8.

Item cùm dominus Ieſus diſcipulis prædiceret, quia oportet eum ire Hieroſolymam & multa pati & mori, narrante Matth. Petrus appræhendens eum, puta per veſtimentum retinens ex nimio affectu ad eum cōpaſſione motus cœpit increpare eum dicens. Abſit à te domine, nō erit tibi hoc. q. d. non ibis Hieruſalem, ne iſta patiaris. Non eſt bonum quòd tu vadas ad faciendum te occidi. Conuerſus autem Ieſus reſpondit Petro, vade poſt me Sathana, ſcandalum es mihi, quia nō ſapis quæ Dei ſunt, ſed ea quæ ſunt hominū. Sathan interpretatur aduerſarius, ſeu contrarius. Dicitur igitur Petrus Sathan, id eſt, contrarius Chriſto: ſed nō eo modo quo Diabolus. Nā Diabolus eſt cōtrarius voluntati Chriſti & ſaluti noſtræ, ex malignitate. Petrus vero erat cōtrarius voluntati Chriſti qui ſcilicet cupiebat pati pro ſalute mūdi, ex pietate erga Chriſtū, ignorās myſterium redemptionis humanæ. Et ideo Diabolo victo dictū fuit à Chriſto in tētatione. Vade Sathana, id eſt recede à fidelib. ſ. reprimendo malitiam ſuam, vt non audeas tantum tentare & decipere. Petro autem fuit dictum. Vade poſt me, id eſt, vt eum imitaretur in paſſione crucis, & quòd ſcilicet volebat detinere eū, ne iret ad paſſionem ad quam tendebat. Et ſcandalum non ſumi-

Matth. 16.

Petrus quomodo diuinę voluntati aduerſabat.

A tur pro ſcandalo, quod includit peccatum, quia nullum tale ſcādalum fuit in eo, nec actiuum nec paſſiuum, (ſed quantum ad ſe qui tale agit vel loquitur, ſcādalum eſt alteri, licet ille ſcandalizabilis ſit.) Non ſapiebat Petrus in hoc quę Dei erāt voluntatis, ſcilicet patris, ſed quę hominum dictat natura & ſenſualitas, ſcilicet vitare mortem. Vnde & conſequenter oſtendit Chriſtus, ꝙ ad perfectam ſequelam Chriſti ad ſalutem conſequendam, oportet mortificare ſenſualitatem, & exponere ſe morti cùm expedit, dicēs. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum, id eſt proprias paſſiones vitiorum abdicet, eas non ſe-B quendo, tollat crucem ſuam, non quidē Chriſti, quia ferre non poſſet præ magnitudine, ſed ſuam, ſcilicet tribulationū & afflictionum, quę Dei volūtate ei parantur. Tollat (ait) non in verbis tantum, alios hortando, ſed ſuper ſe opere ſufferendo, & voluntariè patiendo, & ſequatur me, vitā propriam cùm expedit morti exponendo. Et hoc eſt quod ſequitur. Qui enim voluerit animam ſuam ſcilicet rationalem, ſaluam facere, perdet eam, ſcilicet animam ſenſualem & vegetabilem. Eſt enim ibi relatio ſimplex, cùm dicitur eam, refertur ad nomen idem, nō ad totū ſignificatum. Nec ex hoc dicuntur eſſe plures animæ in C homine, ſed plures potētiæ, quæ in diuerſis rebus dicuntur animæ. Vel abnegatio ſui eſt, ſecundum Baſilium, receſſus à propriis voluntatib. vel ſecundum Greg. abnegat quis ſeipſum, dum vitā prius in malitia conſuetam alteratione debita commutat, vt de laſciuia ad caſtitatem, de gula ad abſtinentiam. Animam ſuam vult ſaluam facere, qui vult ſecundum præſentem vitam, & viuere, & animam propriam in ſenſibilibus conſeruare, & hic perdit eam, & occidit ſpiritualiter. Sed qui perdit, quo ad vitam vitioſam, hic eam ſaluat.

A. C. 30.

Gre hom. 10. in Ezeche.

Matth. 18.

Poſt transfigurationem, interrogauerunt Ieſum D quadam die diſcipuli dicentes. Quis putas maior eſt in regno cœlorum? Et aduocans Ieſus paruulū, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. In quo oſtendit virtutes neceſſarias ad beatitudinem, ſcilicet conuerſionem morum. Conuerſio enim dicitur cordis vndiq; verſio. de pœn. di. 1. c. porrò illi. §. hoc idem. poſt. §. facilius. & ibidem di. 7. c. nullus expectet. §. non itaque vt ſcilicet totus immutetur per pœnitentiam, auertendo ſe ab omni peccato, & totum ſe cōuertendo, & dirigendo ad incommutabile bonum, efficiatur E inſuper paruulus, non ætate, vel ignorantia, ſed proprietates ſpiritualiter paruuli obtineat, ſcilicet ſimplicitatem, humilitatem, obedientiam, manſuetudinem, humanitatem, credulitatem, & huiuſmodi. Et quia per ambitionem aliqualem videntur feciſſe talem interrogationem, affectantes maioritatem, ideo Chriſtus benigne eos ab hoc remouēs ſubdidit. Qui ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, ſiue de ſe intelligatur humillimo, ſiue de illo quem ſtatuit in medio quem quidam dicut ſanctum Martialem fuiſſe: Hic maior eſt in regno cœlorum, Eccleſiæ, ſcilicet militantis & triumphantis. vnde mater eius virgo F Maria humillima fuit ſuper omnes, ideo exaltata canitur ſuper choros Angelorum. hinc Chryſoſt. Nec vnuſquiſq; feſtinet quomodo aliis maior appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam nō qui maior fuerit in honore inter homines ille eſt iuſtior, ſed qui fuerit iuſtior, ille maior. diſt. 40. multi. Subiecit de materia ſcādali, quod admonuit ſumme eſſe cauēdum, quod vtiq; ſequitur cùm ſuperioritas

Ad cōuerſionē quæ neceſſaria.

Chriſtus maxime humillima.

Chryſ. hom. 35 in c. 20. Matth.

A. C. 30. procuratur.1.q.1.principatus. Demum oſtendit Angelos fore ad cuſtodiam hominum deputatos, cùm ait, Angeli eorum in cœlis &c.

Chriſtus per Samariam tranſiens non recipitur. Cùm autem prope tempus paſſionis, de Galilæa iter faceret vt Hieroſolymam applicaret, per Samariam tranſiens, præmiſit duos ex diſcipulis, ſcilicet Iacobũ & Ioannem fratrem eius, vt pararent in hoſpitio neceſſaria ad prandiũ. Intrantes autem quandam ciuitatem Samaritanorum noluerunt eos Samaritani recipere, quia cognouerunt iter eorum directum ad Hieruſalem. Et Samaritani non conuerſabantur cum Iudæis, ſed ad inuicem ſe abominabantur. Dixeruntergo Ioannes & Iacobus. Domine vis dicimus vt ignis deſcendat de cœlo & conſumat illos, ſicut Helias fecit? &c. Quos Ieſus increpauit dicens. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, filius enim hominis nõ venit animas perdere, ſed ſaluare. Et abierunt in aliud caſtellũ. Vbi Amb. 23.q.4.quod Chriſtus. ſic ait. Quod Chriſtus diſcipulos ſuos increpauit, quia ignẽ deſcendere ſuper eos cupiebant, qui ipſum non receperant, oſtenditur nobis non ſemper in eos qui peccauerint vindicandũ, quia nõnunquam amplius prodeſt tibi clementia ad patientiam quam lapſo ad correctionem. Deniq; Samaritani citius crediderunt, à quibus ignis arcetur hoc loco, nec diſcipuli peccant, qui legem ſequuntur, ſciebant enim & Phinees reputatum fuiſſe ad iuſtitiam, quòd ſacrilegos interemerat, & ad præces Heliæ ignem deſcendiſſe de cœlo. Hæc ille. & ſubdit Gratia. in §.ſeq. Poteſt in hac prohibitione Apoſtolorũ illud intelligi. Apoſtoli non zelo iuſtitiæ, ſed amaritudinis odio ob iniuriam ſuæ expulſionis vindicandam, Samaritanos voluerunt igne cõſumere. Dominus autem volens eos iniuriam propriæ perſonæ cum patiẽtia & gaudio tolerare, iniuriam verò diuinæ ſeruitutis non inultam relinquere, ait, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, hęc ibi, id eſt, non intelligis quo ſpiritu ducimini, nam vobis videtur moueri ad diuinam iniuriam ex zelo, & vos mouemini ob propriam commoditatem ex indignatione.

4. Reg. 1.

Amb. in c. 9. com. in Lu.

Num 25

4 Reg. 1.

Chriſti ad interrogationem filiorũ Zebedæi reſponſio. Iter autẽ illud proſequendo verſus Hiericho cùm prænunciaſſet diſcipulis ſuam paſſionẽ, & mortem, & ſequendam die tertia reſurrectionem, acceſſit ad Ieſum mater Ioãnis & Iacobi dicta Maria Salome, adorans eum & dicens. Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam & alius ad ſiniſtram, in regno tuo. Quia enim Ieſus poſt inſinuationem ſuæ paſſionis prædixerat reſurrectionẽ, exiſtimauit cum filiis ſuis quod ſurgens manifeſtaret exaltationem ſuam in regno. Sed ſciens Ieſus quia non ex ſe, ſed ad inſtigationem filiorum hoc petierat, ne videlicet ſi ipſi peterent, ſocios ſcandalizarent, quaſi volentes præ cæteris honorari, & quia ſi indebita foret petitio, minus ipſi cõfunderentur petẽte matre, cui vt mulieri minus cõſideranti facile indulgetur, ideo non matri ſed filiis Iacobo & Ioanni reſpondit dicens. Neſcitis quid petatis, petitis enim ſeſſionem in regno meo, vt quandam exaltationem temporalem cùm ſpirituale regnum ſit. Et ideo neſcitis quid petatis. Petitis ratione conſanguinitatis, quod non datur niſi ratione virtutis, vnde nihil ibi ſiniſtrum ſed omnia ſunt ibi dextera, id eſt, proſpera & ſancta, & ideo neſcitis quid petatis. Petitis mercedem & præmium maximum, ad quod non peruenitur niſi per magnos labores, quos adhuc non toleraſtis, & ideo neſcitis quid petatis, vnde & ſubdit. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum, id eſt, paſſionem

Matt. c. 20

A tolerare quam ſuſtinebo? Si enim (ait Apoſtolus) fuerimus ſocij paſſionum, ſimul & cõſolationis erimus. Et reſpõdentibus, poſſumus, quia ita exiſtimabant & propoſitum habebant, ſed adhuc apti non erant, vt rei probauit euentus tẽpore paſſionis, quia omnes fugerunt, reſpondit Chriſtus. Calicem quidem meum bibetis, paſſiones, perſecutiones, & multas afflictiones ſuſtinendo pro fide Chriſti. & Iacobus quidem decapitatus eſt poſt annum à paſſione domini ſub Herode. Ioannes Euangeliſta ſub Domitiano in dolium olei feruentis Romæ immiſſus, eſt, licet illæſus euaſerit. Sedere autem ad dexteram B meam vel ſiniſtram nõ eſt meum dare vobis, id eſt, meæ humanitatis, cuius ratione eſtis conſanguinei. Non eſt etiam meum dare vobis vt ambitioſis. vnde Chryſ. Quicunque deſiderauerit primatum in terra, inuenier confuſionem in cœlo. Nec inter ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit. diſt. 40. multi. Sed quibus paratum eſt à patre meo per prædeſtinationem & rectam humilitatis operationem. Et cùm alij decem Apoſtoli ex illa petitione Ioannis & Iacobi indignati eſſent, Ieſus eos ad inuicem reconciliauit, & quietauit, declarans maiores ſeu præſidentes debere aliis ſeruire, & humiliter C ſe habere exemplo ſui.

A. C. 30.

2. Corin. 1.

Act. 12.

Tertul. & D. Hier. li. 2. cont. Iouin.

Chryſ. ho. 35. in c. 20. Matth.

Primatus non appetendus.

§. I.

IN ſermone facto à Chriſto in vltima cœna, quem ſcribit Ioannes 13. cap. vſque ad 18. excluſiue interrogantibus aliquibus ex Apoſtolis, Chriſtus reſpondit verba profunda & ſapiẽtiæ plena. Dicente enim domino Ieſu. Si abiero & præparauero vobis ſcilicet diſcipulis meis & aliis vere fidelibus, locum, ſcilicet gloriæ iterũ venio, & accipam vos ad meipſum D vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Aug. Quomodo Chriſtus vadit & parat locum, ſi iam manſiones multæ ſunt? Reſpondet Auguſt. ipſi quæſtioni dicens. Nondum ſunt ſicut parandæ ſunt. Eaſdem enim manſiones quas præparauit prædeſtinando, præparat operando. iam ergo ſunt in prædeſtinatione, ſi quo minus dixiſſet ibo & præparabo. j. prædeſtinabo. Sed quia nondum ſunt in operatione, ideo dicit. Si abiero & præparauero vobis locum. Parat autem quodammmodo, manſiones, [manſionib.] præparando manſores, [Quid putamus autem eſſe] domum Dei, niſi templum E Dei ſanctum, quod ſunt fideles? Hæc ergo domus Dei adhuc ædificatur, adhuc paratur. de qua domo dicitur. 24.q.1. omnib. vadit ergo Chriſtus latẽdo, id eſt, ſubtrahendo præſentiã ſuam: vnde & fides. Venit apparendo, ſcilicet per gloriam: ſed niſi maneat regendo, vt perficiamus bene viuendo, non parabitur locus vbi poſſimus permanere perfruẽdo, ſubiungit autẽ. Quo ego vado ſcitis. ſ. ad patrẽ, & viam ſcitis, ſ. per meipſum. Dicit igitur Th. interrogans, Domine neſcimus quo vadis. Theophi. Si Iudæi ſeparari à Chriſto volentes, quærebant quo iturus eſſet, multomagis diſcipuli vtcunque ab eo ſeparari nolen- F tes, hoc dicere cupiebant, & interrogabant eum ex multa dilectione & timore, vnde dicit Tho. domine neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viã ſcire? Auguſt. Vtrumque Dominus dixerat illos ſcire: vtrumque dixit iſte ſcilicet Thomas neſcire, ſed neſcit ille mentiri, ergo iſti ſciebant, & ſe ſcire neſciebant. Conuincat ergo Dominus eos hoc ſcire, quod ſe putant

Interrogationes Apoſtolorum & reſpõſiones in cœna factæ. Ioan. 14.

Aug. tract. 68. in Ioa.

1. Cor. 3.

A.C. 30.

ſe putant adhucuſque neſcire: vnde ſequitur. Dixit ei Ieſus. Ego ſum via, veritas & vita, tanquam diceret. Quo vis ire? ego ſum via. Quid vis ſcire? ego ſum veritas. Vbi vis permanere? ego ſum vita. Augu. Veritatem & vitam omnis homo cupit, ſed viam non omnis homo inuenit, Deum eſſe quandam viam æternam: & veritatem ſtabilem etiam huius ſæculi Philoſophi viderunt. [viderunt quidem, ſed de longinquo, & idcirco ad beatificam poſſeſſionem non peruenerunt, quia qua via perueniretur non inuenerunt.] Verbum ergo Dei apud patrem eſt veritas & vita, aſſumendo hominem factum eſt via, ambula per hominem, & peruenies ad Deum. Melius, eſt in via claudicare: quàm præter viam fortiter ambulare. Hila. de Trini. Ego ſum via, &c. Non enim nos in erratica atque in inuia deducit ille qui eſt via, neque illudit per falſa, qui eſt veritas, neque in mortis relinquit errore, qui eſt vita. Theophi. Cùm ita actiuam exerces, ſit tibi Chriſtus via, cùm autem in contemplatiua perſeueras, ſit tibi Chriſtus veritas, adiecta autem vita eſt actiuo & cótemplatiuo. Docet enim ire & prædicare pro futuro ſeculo. Ego ſum via, veritas, & vita. Greg. diſt. 8. ſi conſuetudinem fortaſſis opponas, aduertendum eſt quia Dominus non dixit, Ego ſum conſuetudo, ſed ego ſum veritas. Et vt beati Cypriani vtamur ſententia, quælibet conſuetudo quantumuis vetuſta, quantumuis vulgata omnino poſtponenda eſt veritati: & vſus qui eſt veritati contrarius, eſt abolendus. Hæc ille. Nemo venit ad patrem niſi per me, ſubdit. Cùm autem ſupra dixerit (ait Chryſ.) Nemo poteſt ad me venire, niſi pater traxerit eum: nunc dicit, quia nullus poteſt venire ad Patré niſi per me, ex æquat ſeipſum ei qui genuit. Qualiter autem dixerit. Quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis, declarat Chriſtus, ſubdens. Si cognouiſſetis me, & Patrem meum vtique cognouiſſetis. q. d. ſecundũ Chryſ. Si ſciretis meam ſubſtantiam & dignitatem, & eam quæ patris eſt ſciretis. Nouerant quidem eũ, ſed non vt oportebat: poſtea autem ſpiritus veniens perfectam in eis conſtruxit cognitionem. Et propter hoc ſubditur. Amodo cognoſcetis eum. Dicit autem eam quæ ſecundum mentem eſt cognitioné. Et vidiſtis eum, ſcilicet, per me, oſtendens quoniam, qui videt eum, videt & patrem, quantum ſcilicet, ad diuinitatem, cùm vtriuſque ſit vna ſubſtantia ſimul cum Spirituſancto. Viderunt autem eum Apoſtoli tunc non in nuda ſubſtantia, ſed carne indutum, qué tamen Deum crediderunt, licet imperfectè. Et cùm ſupra Chriſtus dixerit. Quo ego vado ſcitis. Et nunc ſi cognouiſſetis me & c. dicit, dat ex his intelligi (ait Beda) quòd quidam eorum ſciebant, quidam neſciebant, quorum vnus erat Thomas. Cómouit autem Apoſtolum Philippum (ait Hila. in lib. de Tri.) nouitas dictorum, homo cernitur, Dei ſe filium confitetur. Cognito ſe, Deum Patrem cognoſcendum fatetur, Patrem viſum eſſe dicit. Prorupit igitur Apoſtolica familiaritas dominum interrogans, vt ſubdit Euangeliſta, dicit ei Philippus. Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis. Non viſum negauit, ſed oſtendi ſibi rogauit, neque oſtentionem veluti corporalis contemplationis intuitum deſiderauit, ſed demonſtrationem intelligendi eius qui viſus eſt poſtulauit. Filium enim in habitu hominis viderat, Sed quomodo per id patrem viderit, neſcit, nam vt oſtéſo illo intelligendi potius eſſet demonſtratio quàm videndi, ſubiecit, Et ſufficit nobis. Aug. lib. 1. de Tri. cap. 8. Illa enim lætitia, qua nos implebit cum vultu ſuo, nihil amplius requiretur, quia nec erit quod am-

Augu. de verb. Domi ni ſer. 55. — Hil. l. 7. de Trin. — Aug. c. 5 & b. li. 4 de baptiſ. — Cyp. in ep. ad Pom. & 6 g. c. conſuetudo. — Ioan. 6. — Chryſ ho. 72. in Io. — Bed. in Io. — Hil. l. 7. de Trinit.

A plius requiratur: oſtendetur enim nobis pater, & ſufficiet nobis: quod bene intellexerat Philippus cùm dixerat. Domine oſtende nobis Patrem & ſufficit nobis, ſed nondum intellexerat, eo quoque modo ad ipſum Ieſum ſe potuiſſe dicere, Domine oſtende nobis te, & ſufficit nobis. Vt enim hoc intelligeret, reſpõſum eſt ei à domino: vnde ſequitur. Dicit ei Ieſus. Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Aug. Sed quomodo hoc dicit cùm & quò iret, ſcirent, & viam ſcirent, nõ ob aliud, niſi quòd ipſum ſcirent? ſed facilè illa quæſtio ſoluitur, ſi dicamus, ꝙ aliqui eorum ſciebant, aliqui neſciebant in quibus erat Philippus. Hilar. arguit ergo Apoſtolum in **B** cognoſcendo ſe ignorantem, cùm ea enim quæ gereret propria Deo eſſent, calcare vndas, imperare ventis, peccata dimittere, vitam mortuis reddere, hinc quærelæ omnis conquæſtio orta eſt, quòd in homine aſſumpto Dei non intellecta natura eſt, & ideo poſtulanti vt ſibi patrem oſtéderet ait. Philippe, qui videt me, videt & patrem. Aug. Solemus enim de ſimillimis duobus ita loqui. Vidiſti iſtum? vidiſti illũ. Sic ergo dictũ eſt. Qui videt me videt & patré. Non vtique quòd ipſe ſit Pater & Filius, ſed quòd à patris ſimilitudine in nullo prorſus diſcrepet filius. Non **C** enim hic (ait Hila. de Trinit.) viſum carnalium oculorum ſignat. Non enim hoc quod ex partu virginis carnale eſt, ad contemplandam in eo Dei formam & imaginem proficit, ſed intellectus Dei Filius id præſtat, vt & intellectus pater ſit, dum ita imago eſt: vt non differat genere, ſed ſignificet authoritatem. Non enim ſolitarium ſermo ſignificat & indifferentem tamen naturam profeſſio docet. Cùm enim dicitur, & patrem, excluſa eſt ſingularis & vnici intelligentia: & quid reliquum eſt, niſi vt per naturæ vnitam ſimilitudinem pater per filium viſus ſit? Sed ideo inquit Aug. Magiſter diſcipulum arguebat: quia cor **D** poſtulãtis videbat, tanquã enim melior eſſet pater quàm filius ita Philippus patrem noſſe cupiebat, & ideo nec filium ſciebat, quo aliquid melior eſſe credebat. Ad hunc ergo ſenſum corrigendum dictum eſt. Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? q. d. Si ad te multum eſt hoc videre, ſaltem quod non vides crede. Hila. Quæ enim ignorandi patrem, aut oſtendi ignorantibus neceſſitas relinquebatur, cùm pater in filio viſus eſſet? viſus autem à Deo eſt ex proprietate naturæ dum ex indifferentia atque in genere veritatis vnũ ſunt natus & generans, vt hic ſermo Domini ſequeretur, non credis, quia ego in **E** patre & pater in me eſt? [a] Pater in filio & filius in Patre eſt, non per duplicem generum conuenientium coniunctionem, neque per inſitiuam capatioris ſubſtantiæ naturam, quia per corporalem neceſſitatem exteriora fieri his quibus continentur, interiora non poſſunt, ſed per natiuitatem viuentis naturæ, ex viuente, dum nõ aliud aliquid quàm in Deum ex Deo Deus naſcitur. Vel aliter totum ſecundum Chryſo. Philippus corporeis oculis patrem volebat videre, quia & ipſum filium ita ſe exiſtimabat vidiſſe, fortaſſe à Prophetis audiens, Vidi Dominum & ideo dicit. Domine oſtende nobis patrem. Et Iudei eum in**F**terrogauerant. Vbi eſt pater tuus? Et Petrus & Thomas quò iret: & nullus didicit manifeſtè. Vt ergo nõ videatur eſſe oneroſus Philippus interrogans. Oſtende nobis patrem, adiungit, & ſufficit nobis, id eſt, nihil plus quærimus. Dominus autem non dixit ei, Impoſſibile petis, ſed oſtendit quoniam ne ipſum filium

A.C. 30. — Aug. trac. 70. in Io. — Hil. 7. de Trin. — Aug. 16. — Hil. 7. de Trin. — Aug. 16. — Hil. lib. — Chryſ. ho. 8. in Io. Iſ. 6. Ioan. 7.

a Nota quomodo Pater ſit in Filio & Filius in Patre.

A.C. 30. vidit.Nam ſi illum potuiſſet videre,& illum vidiſſet: & ideo dicit.Tanto tempore vobiſcum ſum & non cognouiſtis me?Non dixit,non vidiſtis me, ſed non cognouiſtis me,quantum ſcilicet ad hoc quòd filius hîc manens quod pater, decenter in ſeipſo oſtendit eum qui genuit.Deinde diuidens hypoſtaſes ait.Qui videt me,videt & patrem : ne quis dicat quòd ipſe eſt pater,ipſe filius,oſtendit autem per hoc quoniam neque filium viſu corporeo vidit. Si autem aliquis hic viſum cognitionem dicere velit, non cõtradico, q.d.Qui cognouit me, cognouit & patrem.Sed non dixit hoc,ſed ſubſtantialitatem repreſentare volens dixit,qui meam ſubſtantiam vidit, vidit & eam quæ eſt patris. Vnde patet quòd non eſt creatura. Creaturam enim videntes, Deum neſciunt omnes. Philippus etiam ſubſtantiam patris videre quærebat, ſi ergo eſſet alterius ſubſtantiæ, non diceret, qui videt me,videt & patrem. Sed nec aliquis in argento auri ſubſtantiam videre poteſt,non enim alia per aliam apparet natura. Deinde non ſolum ad Philippum,ſed ad omnes pluraliter loquitur, dicens.Verba quę ego loquor,à meipſo non loquor.Quid eſt hoc: niſi à meipſo non ſum qui loquor? Ei quippe tribuit quod facit, de quo eſt ipſe qui facit. [Pater enim Deus non eſt de aliquo, filius autem Deus eſt quidẽ patri æqualis,ſed de patre Deo.] Vnde neque ſi filium denegauit,nec naturam in ſe paternæ virtutis abſcondit.Nam dum loquitur, ipſe in ſubſtantia manens loquitur,dum autem non à ſe loquitur, natiuitatem in ſe Dei à Deo teſtatur. Vide autem vnius ſubſtantiæ ſuperabondantem demonſtrationem. Nam ſubditur.Pater autem in me manens ipſe facit opera, q.d.Nequaquã aliter facit pater, & aliter ego. A verbis igitur incipiens venit ad opera.Conueniẽs enim erat dicere. Ipſe loquitur verba. Sed duo ponit de doctrina & ſignis, aut quia & verba opera erant.Nam & qui proximum loquendo ædificat, bonum opus operatur.Quid eſt autem, Pater in me manens ipſe facit opera : niſi in me maneo ego, qui facio? Auguſt. Sed manere in filio patrem (inquit Hilarius) non eſt ſingularis atque vnici, operari verò filium per patrem non eſt differentis aut exteri.[Sicut non vnius eſt non à ſe loqui qui loquitur, neque rurſus alieni, aut ſeparabilis loqui per loquentẽ.] Et quia in ſe patrem & loqui & operari docuerat, perfectæ huius vnitatis fidẽ ſtatuit, dicens.Credite mihi quia ego in patre & pater in me eſt, ne ſcilicet per virtutis efficientiam & non per naturæ quæ ſecundũ natiuitatem eſt, proprietatẽ, pater in filio & operari crederetur & loqui.Sic enim [a] habetur in Græco noſtra autem litera ſic habet.Non creditis quia ego in patre & pater in me eſt? Si verò non ſufficit hoc ad oſtendendum conſubſtantialitatem, ſaltem ab operibus diſcite.Vnde ſubditur. Alioquin propter opera ipſa credite.Vidiſtis enim ſigna cum authoritate,& omnia quæ Deitatis erant propria, & quæ pater ſolus operatur, peccata ſoluta, mortem recedentem,& huiuſmodi.Hoc ergo propter opera credite, quia ego in patre,& pater in me eſt. Neque enim ſi ſeparati eſſemus, inſeparabiliter operari vlla ratione poſſemus. Et quia Dominus dixerat.Propter opera credite oſtendens quòd non hoc ſolum poteſt, ſed multo maiora,& (quod mirabilius eſt) aliis poteſt dare. Ideo adiunxit.Amen dico vobis, qui credit in me opera quæ ego facio:& ipſe faciet, & maiora horũ

Perſonarum in Trinitate diuiſio.

Conſubſtantialitas patris & filij.

Aug. trac. 71. in Io. Sil.

Chryſ. 16.

Aug. 16.

Hil. 7. de Trin.

Aug. Tri. 71 in Io.

Aug. 16.

a Græcè eſt πιςἐνε τί μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί.

A faciet. Auguſt. Sed quæ ſunt tandem iſta maiora, an forte quia ægros ipſis tranſeuntibus etiam eorũ vmbra ſanaret? Maius eſt enim quòd ſanet vmbra, quàm fimbria: illud per ſe fecit, hoc per ipſos ſed tamen vtrumque fecit. Veruntamen quando iſta dicebat, verborum ſuorum opera commendabat. Cùm enim dixit. Pater in me manens facit opera, quæ opera tũc dicebat, niſi verba quæ loquebatur audiebãt & credebant illi? & eorum verborum fructus erat fides illorum. Veruntamen euangelizantibus diſcipulis nõ tam pauci, quàm illi erant, ſed gentes etiam crediderunt. Nonne ab oreilliu triſtis ille diues abſceſſit, & B tamen quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerũt multi cùm per diſcipulos loqueretur. Ecce maiora fecit prædicatus à credentibus, quàm locutus audientibus. Verum hoc adhuc mouet quòd hæc maiora per Apoſtolos fecit, non autem ipſos tantum ſignificans ait. Qui credit in me. Nunquid inter credentes in Chriſtum non eſt comparandus, qui non fecerit maiora opera quàm Chriſtus? Durum eſt, niſi intelligatur. Apoſtolus dicit credenti in eum, qui iuſtificat impium, deputatur fides ad iuſtitiam. In hoc opere facimus opera Chriſti, quia & ipſum credere in Chriſtum eſt opus Chriſti, hoc operatur in nobis, C non vtique ſine nobis. Audi ergo iam & intellige. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe facit, prius ego facio, deinde ipſe faciet, quia facio vt faciat. Quę opera, niſi vt ex impio iuſtus fiat? [Et maiora horum faciet, quorum obſecro? numquidnam omnium operum Chriſti maiora facit, qui cum timore & tremore ſuam ipſius ſalutem operatur.] Quod vtique in illo, ſed non ſine illo Chriſtus operatur,[b] prorſus maius hoc eſſe dicerem quàm creare cœlum & terram. Cœlum enim & terra tranſibunt, prędeſtinatorum autem numerus & iuſtificatio permanebit. Sed in cœlis ſedes, dominationes, principatus, po D teſtates, Archangeli, Angeli, opera ſunt Chriſti. Nũquid etiam his operibus maiora facit, qui operante in ſe Chriſto cooperatur, ſalutem æternam ac iuſtificationem ſuam? Non hic audeo præcipitare ſententiam. Iudicet qui poteſt, vtrum maius ſit iuſtos creare, quàm impios iuſtificare. Certè enim ſi æqualis eſt vtrumque potentiæ: hoc maioris eſt miſericordiæ: Sed omnia opera Chriſti intelligere, vbi ait. Maiora horum faciet: nulla nos neceſſitas cogit. Horũ enim forſitan dixit quæ faciebat in illa hora, tunc etiam verba fidei faciebat, & vtique minus eſt verba iuſtitiæ prædicare, quod fecit præter nos, quàm impios E iuſtificare: quod ita facit in nobis vt faciamus & nos. Magnam autem ſpem Dominus ſuis promiſit ſperãtibus dicens: quia ego ad patrem vado. Hæc Auguſt. Hoc eſt non pereo, ſed in propria manebo dignitate, & in cœlis ero. Vel hoc dicit acſi diceret. Veſtrum eſt de cætero miracula facere, ego enim vado. Et ne quiſquam hoc ſibi tribueret: vt etiam illa opera maiora à ſeipſo facere oſtenderet, adiecit. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. q.d. Ego ſum facturus & tũc maiora: per eos qui credunt in me: quod non eſt defectio, ſed dignatio. Dicit autem. In nomine meo, quia in nomine Ieſu Chri F ſti Apoſtoli dicebant, ſurge & ambula. Omnia enim ſigna quæ fecerat, ipſi faciebant, & manus Domini erat cum illis. Sed quid eſt, Quodcumque petieritis, cùm videamus plerunque fideles eius petere & non accipere, vt Paulus Apoſtolus de ſtimulo carnis? Sed

A.C. 30.

Acto. 5.

Matth. 9.

Aug. Tri. 71. in Io.

Matth. 19.

Apoſtoli maiora quã Chriſtus quæ fecerunt.

Rom. 4.

Chriſtus in nobis operatur fidem ſed non ſine nobis.

Vide hic expreſſã de iuſtificatione cane. 1 ſt. doctrinã.

Aug. tri. 72. in Io.

Chry. ibi.

Aug Tri. 73. in Io.

Act. 3.

2. Cor. 12.

b Iuſtificatio, quæ fit à Deo ſed non ſine nobis eſt maius opus quàm creare cœlum & terram.

audi

A.C. 30. Aug.16.

A audi quod illic poſitum eſt. In nomine meo, quod eſt Chriſtus Ieſus. Ieſus inquit Aug. ſignificat ſaluatoré ac per hoc quodcunque perimus aduerſus vtilitaté ſalutis non petimus in nomine ſaluatoris, & tamen ipſe ſaluator eſt, non ſolum quando facit quod peti-

Matth.6.

mus, ſed etiam quando non facit. Nouit enim medicus quid pro ſua, quid contra ſuam ſalutem poſtulet ægrotus. Sanè quædam quamuis in eius nomine petamus non tunc quãdo petimus facit, ſed tamen facit. Differtur enim quod petimus, non negatur: vt illud. Adueniat regnum tuum. Et ſubiungit, vt glorificetur pater in filio &c. Nullo igitur modo ſine patre hoc filius facit, quandoquidem vt in illo pater glori B ficetur, propterea filius facit. Cùm enim oſtendatur filius magna potens, glorificatur ille qui genuit. Deinde promiſit Dominus Ieſus diſcipulis, ſi eum diligerent quod in mãdatorum ſuorum obſeruatione oſtenderet Spiritumſanctum dicens. Ego rogabo patrem: inquantum homo, vt minor patre rogat, inquantum Deus vna cum patre præſtar. Et alium paracletum dabit vobis. Paracletus nomen eſt Græcũ & Latinè interpretatur conſolator vel aduocatus, quia conſolatur in aduerſis, ſpe prœmiorum, & peccata lugentes fiducia remiſſionis eorum. Aduocatus autem dicitur quia ipſe ſpiritus poſtular pro no- C bis gemitibus inenarrabilibus, id eſt, poſtulãres nos facit. Alium autem dixit à ſe, nõ diuerſitate ſubſtantiæ, ſed veritate perſonæ. Vel ſecundum Dydimum Spiritum ſanctum alium paracletum nominauit Chriſtus, non iuxta naturæ ſuæ differentiam, ſed iuxta operationis diuerſitatem: cùm enim ſaluator mediatoris & legati perſonam habeat: ex qua pontifex deprecetur pro peccatis noſtris, Spiritus ſanctus ſecundum aliam ſignificationem paracletus, ab eo ꝙ conſolatur in triſtitia poſitos, nuncupatus eſt. Verũ noli ex Filij & Spiritusſancti operatione diuerſa varias exiſtimare naturas. Nam in alio loco paracletus D Spiritusſanctus reperitur apud patrem legati perſona fungi, & Chriſtus Ieſus conſolationem in cordibus operari vt maneat vobiſcum in æternum, quoniam neque poſt mortem recedit. Spiritum veritatis vocat, eo quòd figuras veteris teſtamenti manifeſtat, & etiam quia à veritate procedit, ſcilicet, filio. Et quia veritas à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto eſt ſimul cum Patre & Filio. Quem mundus nõ poteſt accipere, id eſt, homines dilectores mundi in hoc permanentes, non poſſunt accipere, propter indiſpoſitionem eorum: quia non vident eum, ſcilicet certiſſima cognitione fidei. Non enim inuiſibiles habet E oculos mundana dilectio, per quos Spirituſſanctus videri poteſt, qui videri niſi inuiſibiliter non poteſt. Et poſt aliqua dicit Dominus Ieſus. In illa die vos cognoſcetis per fidem perfectam, vel in gloria per ſpeciem quia ego in patre meo ſum, & vos in me, & ego in vobis, ſecundum Hila. de Trini. Chriſtus hoc dicit vt eum ille in patre per naturã diuinitatis eſſe, nos autem in eo per corporalem eius natiuitatem qua noſtram naturam aſſumpſit, & ille rurſus in nobis per ſacramentorũ ineſſe myſterium crederetur. Ipſe enim teſtatus eſt. Qui edit carnem meam, in me manet, & ego in eo: de conſec. diſt. 2. in Chriſto pa- F ter. Demum concluſit. Qui diligit me diligetur à patre meo, & ego diligam, & manifeſtabo ei meipſum. Ipſum quoq; paracletum Spiritumſanctum, in cap. 16. promiſit ſe miſſurum eis poſt receſſum eius, quia eo manente cum eis, ſcilicet, in corporali præſentia eis dare non poterat, propter indiſpoſitionem, ſcilicet eorum, quia ita afficiebantur ad illam humanitatem ex miraculis, doctrina, & benignitate, quòd ad diuinitatem eius mentem & affectum non erigebant. Et quid in eis ſit ſpiritus facturus, & per eos, oſtendit dicens. Cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, ſcilicet incredulitatis, quod infideles habẽt. Et de iuſtitia, ſcilicet, virtuoſitatis, qua fideles multi carent. Et de iudicio, ſcilicet, veritatis, quod multi nõ cauent: quia cùm princeps mundi, id eſt, peccator diabolus ſit iudicatus & æternaliter cõdemnatus ad ignem, miſeri homines non curant eum imitari in malis & ſuggeſtionibus eius vitioſis adhærere propter quod & eum ſecuturi ſunt in pœnis. Exinde inſinuauit, quòd ipſe ſpiritus doceret eos omnem veritatem, ſcilicet vitæ, doctrinæ & iuſtitiæ, ſcilicet neceſſariam in viuendo, in docendo, in iudicando. Ille etiam cùm clarificaret, ſcilicet, faciendo eos intelligere ſuam deitatem, & faciendo per eos miracula in nomine Ieſu, & omnia hæc ſpiritus faceret, non iſta à ſe habendo, ſed à patre & ipſo filio à quo eſt. Tunc interrogauit eum Iudas non Scariothes ille, ſed qui alio nomine dicitur Thaddeus, Domine quid factũ eſt quia manifeſtaturus es teipſum nobis: & nõ mundo, id eſt, diligentibus te, & non his qui non diligunt te, ſed mundum propter quod mundus dicitur à Chriſto. Reſpondit Ieſus. Si quis diligit me, ſermoné meum ſeruabit. Greg. Probatio enim dilectionis exhibitio eſt operis: nunquam amor Dei eſt otioſus: operatur enim magna ſi eſt: ſi operari renuit, amor nõ eſt. Et pater meus diliget eum: dilectio (ait Aug.) ſanctos diſcernit à mundo [quæ facit vnanimes habitare in domo,] in qua facit pater & filius manſionem qui donat ipſam dilectionem, qua eum diligamus non excluſo Spiritu ſancto, quia inſeparabilia ſunt opera trinitatis: de conſ. diſt. 3. omnes. Opera ſcilicet, à dextra: vt dicit glo. quibus dant ſuam manifeſtationem interiorem, ſcilicet, Patris & Filij & Spiritusſancti, quam impij non nouerunt. Et ad eum (inquit Chriſtus) veniemus & manſionem apud eum faciemus. Veniũt ad nos, ait Aug. dum venimus ad eos. Veniunt ſubueniendo, venimus obediendo [veniunt illuminando, venimus intuendo, veniunt implẽdo, venimus capiendo.] vt ſit nobis eorum non extranea viſio, ſed interna & in nobis eorum non tranſitoria manſio, ſed æterna. Et manſionem apud eum faciemus. In quorundam enim corda venit & manſionem non facit, quia per compunctionem quidẽ Dei reſpectũ percipiunt, ſed tempore tẽtationis hoc ipſum quod compuncti fuerãt obliuiſcuntur, ſcilicet, ad peccata redeuntes. Ille autem verè amat cuius mentem delectatio praua per conſenſum non ſuperat, intellige de mortalibus, non venialibus. Et coniunctim, dum ſcilicet, dilectionem habet ſecundum illud Augu. Radicata eſt charitas, ſecurus eſto nihil mali producere poteſt. de pœ. diſt. 2. radicata. Aug. li. de Tri. Non eſt putandum manſionem in dilectore ſuo facientibus patre & filio, excluſum eſſe ab hac manſione Spiritumſanctum, cùm ſuperius dictũ ſit de Spiritu ſancto. In vobis manebit. Et iterum. Vt maneat vobiſcum in æternum. Sed propter inſinuationem trinitatis perſonis ſingulis nominatis dicuntur quædam ſeparatim, non tamen aliis ſeparatis intelliguntur propter eiuſdem trinitatis vnitaté, & vnam ſubſtantiam Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat. Greg. de dilectione conditoris lingua, mens & vita requirantur. Tanto vnuſquiſq; à ſuperno amore diſiungitur quãto in infimis delectatur. Et ſermonem quem audiſtis non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris. Augu. Fortaſſe

Marginal notes (left column): Paracletus quid interpretatur. Rom.8. — Spiritusſanctus alius à filio. Dydi. l. 2. de Spiritu ſancto. — Spiritusſanctus quare ſpiritus veritatis. — Aug. trac. 74. in Io. — Hil. 8. de Trin. — Chriſtus in nobis eſt per ſacramenti myſteriũ. Ioan.6.

Marginal notes (right column): A.C. 30. — Ioan.16. — Spiritusſanctus. mundũ vt arguet. — Expoſitio Euangel. Si quis diligit me, &c. — Greg. ho. 30. ſu. Euã. — Aug. Tri. 76. in Io. — Aug.16. — Greg ho. ea. — Aug. Tri. 1. in c. 1. Ioan. — Aug. l. 1. de Tri. c. 9. — Greg. ho. ea. — Aug. Tri. 76. in Io.

A.C. 30.

A taſſe ptoprer aliquam diſtinctionem, vbi ſuos dixit, pluraliter dixit ſermones, vbi autem nunc ſermonē, hoc eſt verbum, non ſuum eſſe dixit, ſed patris, ſeipſum intelligi voluit, non enim ſuū, ſed patris eſt verbum: quomodo nec ſua imago, ſed patris eſt, nec ſuus filius idem ipſe, ſed Patris. Rectè ergo auctori tribuit quicquid facit, æqualis, à quo habet hocipſum ꝙ illi eſt indifferenter æqualis. Hæc loquutus ſum vobis apud vos manens ſubdit Ieſus. Aug. Alia enim eſt mãſio, quam promiſit futuram, alia quam teſtatur præſentem. Illa ſpiritualis eſt, atque mentibus intrinſecus redditur, hæc corporalis, quæ foris exhibetur. Et B quia eorum quæ dixerat, quædam intellexerant, quædam non intelligebant, ne turbarentur & facilius eius receſſum ſuſtinerent, promittit Spiritumſanctū, qui & conſolaretur eos, & doceret non intellecta, quæ ab eo erant dicta, ſubdit. Paracletus autem Spiritusſanctus quē mittet in nomine meo. Quare Spiritusſanctus paracletus dicatur, declaratum eſt ſupra. Et de ſeptem nominibus eius deſignantibus proprietatem eius, & effectus, quos operatur in electis pater in hymno. Veni creator Spiritus. Quem mittet pater. Beda. Cùm gratia Spiritusſancti datur hominibus, mittitur Spiritus à Patre, mittitur & à filio, quia C procedit à Patre, procedit à Filio, quia eius miſſio proceſſio eſt. Hæc ille. Et quia miſſio includit proceſſionem & ipſe ſpiritus à ſe non procedit, ſed à patre & filio, ideo non dicitur mitti à ſe, ipſa tamen infuſio gratiæ in creaturam qua dicitur mitti, procedit etiam à Spiritusancto, cùm ſit opus, quod eſt in creatura. Et quòd Spiritusſanctus mittatur à filio, ipſe infra dicit. Mittam vobis à patre ſpiritū veritatis, id eſt, à me veritate procedente. Vnde & contra errorem Græcorum negantium Spiritumſanctum à filio procedere dicitur. de conſe. diſt. 5. de ſpiritu, ex conſilio Epheſino. Spiritus appellatus eſt veritatis, & veritas D Chriſtus eſt. Vnde ab ipſo ſicut à Deo patre procedit. Item Dydimus in cap. vl. decretorum ait. Saluator qui & veritas eſt (ait ſcilicet loquens de Spirituſancto) nō enim loquitur à ſemetipſo: hoc eſt nō ſine me & ſine meo & patris arbitrio, quia inſeparabilis eſt à mea & patris voluntate (& amplius) quia ex ſe non eſt, ſed à patre & à me eſt, quia hoc ipſum quod ſubſiſtit & loquitur, à patre & à me illi eſt, ipſa autē locutio ſua eſt ſpiratio in corda hominum. Et infra. Spiritusſanctus procedit à filio, Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens à veritate, conſolator manãs de conſolatore Deo Chriſto. Et quia Spiritusſanctus E nomine filij à patre mittitur, ait Dydimus, oſtendit quòd vnitate ſit iunctus ad filium. Vnde & filij dictus eſt ſpiritus per adoptionem ſuam filios faciens qui eum recipere voluiſſent. Et ſequitur. Ille vos docebit omnia. Omnia ſcilicet, quæ ſpiritualia ſunt & intellectualia & (vt breuiter vniuerſa concludam) omnia veritatis & ſapiētiæ ſacramenta. Docebit, nō ſicut qui artes aliquas & ſapiētiam ſtudio induſtriáque didicere, ſed quaſi ipſa ars atque doctrina, & ſapientia & ſpiritus veritatis inuiſibiliter menti inſinuat ſcientiam diuinorum. Greg. Niſi enim Spirituſſanctus cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo docentis. Aug. Nec ſic intelligendum eſt quaſi docente F filio verba capiamus, & docente Spirituſancto eadē verba intelligamus. Omnis enim dicit & docet Trinitas, ſed niſi etiam ſigillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere vtcunque poſſet infirmitas. [Cùm ergo omnino ſit inſeparabilis, nunquã trinitas eſſe ſciretur ſi ſemper inſeparabiliter diceretur. Nã & cùm dicimus & patrē, & filium & Spiritum ſanctum, non eos vtique dicimus ſimul, cùm ipſi non poſſint eſſe niſi ſimul.] Et ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Greg. Inuiſibilis ſpiritus ſuggerere dicitur, non quòd ſcientiam nobis ab imo vt ab inferiori inferat, ſed ab occulto. Vel ſecundum Aug. Suggeret, id eſt, commemorabit vobis. Intelligere enim debemus quod iubemur non obliuiſci ſaluberrimos monitus ad gratiam pertinere, quam nobis commemorat Chriſtus. Theoph. Spirituſſanctus & docuit & ſuggeſſit, id eſt, commemorauit quæ eis dixerat Chriſtus tanquã non valentibus portare, id eſt, intelligere. Cōmemorauit autem quæ Dominus B dixerat, ſcilicet, quæ intellectus tarditate cōmendare memoriæ nequiuerant. Et quia vt ait Chryſo. hæc audientes turbabantur, cogitantes odia & prælia ſibi imminere poſt eius receſſum, ideo rurſus conſolatur eos dicens. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Vbi notat triplicem pacē: internalem, ſupernalem, & carnalem. Aug. ſic ait. Pacē nobis relinquit in hoc ſæculo, in qua manentes hoſtem, id eſt, diabolū vincimus, pacem ſuã nobis dabit, in futuro ſæculo, quãdo ſine hoſte regnabimus [pacem relinquit nobis, vt etiam hîc inuicem diligamus, pacem ſuam nobis da C bit.] vbi nunquam diſſentire poſſumus. Pax autem ipſe nobis eſt & cùm credimus quia eſt, & cùm videbimus eum ſicuti eſt. Et nota cùm dicit. Pacem relinquo vobis, non addit meam. Cùm ante dicit pacem do vobis, dicit meam, quamuis eis dici poſſet, quod ſubintelligitur, cùm ait. Pacem relinquo vobis meã, tamen ſecundum Aug. fortè & hic aliquid latet. Pacē enim ſuam intelligi voluit qualē ipſe habet, in quo nullum repugnat omnino peccatū, quàm in futuro habebimus regno. Sed pax quam nobis reliquit in hoc ſæculo, potius dicenda eſt noſtra quàm ſua, quia quantumcunque perfecti ſemper habent cum quo D pugnent, & vnde dicant. Dimitte nobis debita noſtra. Quod verò ait. Non quomodo mundus dat, ego do vobis, pax iſta mundana eſt eorum, qui diligunt mundum, qui propterea dant ſibi pacem, vt mundo perfruantur ſine moleſtia: & quando iuſtis dant pacem, vt non eos perſequantur, pax nō poteſt eſſe vera, vbi non eſt vera concordia, quia diſiuncta ſunt corda. Pax etiam exterior, dicit Chryſ. ad malum fit multoties & eis qui eam habent nihil prodeſt. Aug. Non poterit autem ad hæreditatem Domini peruenire qui noluerit teſtamentum Domini obſeruare. Cypr. Inexpiabilis eſt culpa diſcordiæ, nec paſſione E purgatur. diſt. 9. Quia verò dixerat. Pacem relinquo vobis: quod erat recedentis, & hoc poterat turbare eos, ideo eos confortat dicens. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. Aug. Hinc turbari & formidare poterat cor eorū, ne fortè hoc interuallo cùm recederet ab eis quãuis reuerſurus in reſurrectione ad eos gregem lupus inuaderet paſtoris abſentia. Vnde ſequitur. Audiſtis quia vado & venio ad vos. Vado ad mortem per paſſionem, venio per reſurrectionē. Vado ad patrem per aſcenſionem, venio per Spirituſſancti miſſionē, & demum ad glorificationē veſtri. Vt autem intelligerent ſecundum id quod homo F erat eum dixiſſe. Vado & venio ad vos. Subiecit. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia pater maior me eſt. Per quod ergo filius non erat æqualis patri, per hoc erat iturus ad patrem, à quo venturus eſt iudicaturus viuos & mortuos. Nam per id in quo eſt æqualis gignenti vnigenitus, nunquam recedit à patre, quia eſt cum patre & Spirituſancto in eſſentia vbique ſemper exiſtens, & ſanctos nunquam relinquens

Marginal notes (left column): Filius eſt à Patre. — Aug. Tri. 77. in Io. — Septē ſpiritusſancti nomina hæc videntur eſſe. Creator Paracletus, donū Dei, fons viuus, ignis, charitas, ſpiritalis vnctio. — Spirituſſanctus procedit à patre & filio. — Ioan. 15. — in epi. cō. Epſ. ad Neſt. — Dydi. l. 2 de Spiritu ſancto. — Dydi. ib. — Dydi. ib. — Greg. 16. — Aug. 16.

Marginal notes (right column): A.C. 30. — Greg. ib. — Aug. ib. — Chry. ho. 74. in Io. — Triplex pax. — Aug. 16. — Eph. 2. — 1. Ioan. 3. — Aug. 16. — Perfecti ſemper habent cū quo pugnent. — Matth. 6. — Aug. 16. — Chry. ib. — Augu. de verb. Domini ſer. 57. — Aug. Tri. 78. in Io. — Aug. 16. — Chriſtus minor patre quomodo intelligendum.

A.C. 30.

quens: ſecundum igitur ſuam humanitatem minor eſt patre Chriſtus, minor Spirituſancto, minor & ſeipſo, ſecundum ſuam deitatem, quia illa humanitas à tota trinitate formata eſt: formata eſt de ſubſtantia virginis quantum ad corpus, anima à Deo in inſtanti creata & infuſa. Vtrumque tamen ſcilicet humanitas & diuinitas, non duo ſed vna perſona, ne ſit quaternitas, ſed Deus trinitas. Et ideo dixit: Si diligeretis me, gauderetis vtique. Quia ſecundum Augu. naturæ humanæ gratulandū eſt, eo quòd ſic aſſumpta eſt à verbo vnigenito vt immortalis conſtitueretur in cœlo, atque ita fieret terra ſublimis, vt incorruptibilis puluis ſederet ad dexteram patris. Quis nō dehinc gaudeat qui diligit Chriſtum, vt etiam iam ſuam naturam immortalem gratuletur in Chriſto, atque hoc ipſum ſperet ſe futurum per Chriſtum? Sequitur. Et nunc hæc dixi vobis priuſquam fiat, vt cùm factum fuerit credatis: non ſcilicet noua fide ſed aucta, aut certè cùm mortuus eſſet defecta, cùm reſurrexiſſet refecta. Vel credatis meam diuinitatem ex tot prænuntiatis & viſis impleri, & ſi non videretis etiam reſurgentis niſi humanitatem. Iam non multa loquar vobiſcum. Iam enim inſtabat tempus quo comprehenderetur & occideretur. Venit enim princeps huius mundi. Aug. Et quis iſte, niſi diabolus, qui princeps eſt, non creaturarum, ſed peccatorum mundana diligentium? Venit, id eſt, veniet ſcilicet ad crucem cùm pateretur, ignorans eum Dei filium eſſe, ſi fortè quid peccati reperiret in eo. Sed in me ait non habet quicquam, ſcilicet ſui, quia neque cum peccato venerat Deus, nec eius carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et tanquam ei diceretur. Cur ergo morieris ſi non habes peccatum, cui debetur mortis ſupplicium? continuò ſubiungit. Sed vt cognoſcat mundus quia diligo patrem. q. d. Ideo me ad mortem offero & paſſionem, cuius non ſum debitor, ſuſtineo, vt cognoſcat mundus, id eſt, homines mundi, quia propter dilectionem quam habeo ad patrem hoc facio, quæ in hoc oſtēditur per opus. Quia ſicut mandatum dedit mihi pater, ſcilicet, vt ſuſtineam mortem pro redemptione humani generis, ſic facio, ſcilicet, eam ſuſtinendo.

Humanitas Chriſti à tota Trinitate formata. — Aug. ib. — Aug. Tri. 76. in Io. — Aug. ib. Diabolus mundi princeps. — Aug. 16.

§. II.

Oratio dominica exponitur. Luc. 10. Luc. 11.

DE oratione dominica facta à Ieſu Chriſto, in qua nos orare perdocuit. Lucas hoc narrat, poſtquam retulit Chriſtum, ſuſceptum in hoſpitium à Martha, in cuius domo Maria ſoror eius ſedebat ſecus pedes Domini, & Martha ipſa miniſtrabat, ſcilicet, neceſſaria ad prandium. Poſt quæ immediatè ſubdit Lucas. Factum eſt cùm eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit dixit ei vnus ex diſcipulis ſuis. Domine doce nos orare, ſicut & Ioannes docuit diſcipulos ſuos. Et ait illis. Cùm oratis, dicite. Pater ſanctificetur nomen tuum, &c. Vbi primo notandum ſecundum Cyrillum, quòd ideo Chriſtus orauit, non quòd aliquo egeret, plenus exiſtens omni virtute, ſed vt nobis præberet exemplum orandi. Et ſecundum Bedam, ideo hoc fecit, & orare docuit poſt narrationē hyſtoriæ de Martha & Maria ſuſcipiētibus Chriſtū, ad innuendum quòd perfectio vitæ actiuæ & contemplatiuæ, quæ in illis deſignatur, non niſi orationibus obtineri valent. Hanc autem orationem dominicam Matthæus aſſerit à Chriſto editam, & Apoſtolis ipſam traditam in monte, vbi eis fecit prolixū ſermonem abſque interrogatione alicuius ex diſcipulis. Et vbi in ea Matthæus ponit ſeptē petitiones, Lucas hic exprimit tantùm quinque: Vnde pro con-

Chriſtus cur orauerit. — Bed. lib. 3 com. in Luc. — Matth. 6.

A.C. 30.

A cordia horum dici poteſt, quòd ſicut Auguſt. dicit de beatitudinibus, quòd cùm Matthæus referat à Domino expreſſas octo, & Lucas quatuor, quòd alius & alius ſermo fuit. Nam in ſermone in monte expreſſit Ieſus octo beatitudines, vt refert Matthæus, & in loco campeſtri, vt refert Lucas, prædicando turbis inſinuauit quatuor tantum, vt minus capacibus. Sic & de ipſa oratione dominica dicendū, quia in monte ſeptem petitiones expreſſit non interrogatus ab aliquo vt narrat Matthæus, altera vice poſtea interrogatus ab aliquo de orationis forma, breuius docuit, vt refert Lucas. Et vt dicit etiam Aug. tertia petitio B inducitur in primis duabus, & vltima in penultima. Et ideo Lucas breuitati intendens non curauit etiam expreſſè ponere, ſcilicet, Fiat voluntas tua, nec vltimam: Sed libera nos à malo. Credibile enim eſt Chriſtum aliquas materias doctrinæ ſuæ pluries dixiſſe, & diſcipulis & turbis, aliquando prolixius, aliquando breuius, ſicut & faciunt omnes doctores & prædicatores. Pater ſanctificetur. Baſilius. Duo ſunt modi orationis. Vnus quidem laudis cum humilitate. Secundus verò remiſſior petitionis. Quotiens ergo oras, non prius ad petendum prorumpas, ſin minus tuum criminaris affectum, quòd neceſsitate C coactus ſupplices Deo. Sed cùm incipis orare, quālibet deſere creaturam, viſibilem pariter & inuiſibilē. Sumas autem exordium à laude eius qui cuncta creauit. Vnde dicit. Cùm oratis dicite. Pater, &c. Aug. de verbis Domini. Primus ſermo quantæ gratiæ eſt ô homo? Non audebas oculos ad cœlum attollere: & ſubito accipiens gratiam Chriſti, ex malo ſeruo factus es bonus filius, ideo præſume non de tua operatione: ſed de gratia Chriſti. Non ergo hìc arrogantia eſt, ſed fides: prædicare quod acceperis, non eſt ſuperbia ſed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem, qui te per lauacrum, genuit ad patrem, qui per filium D te redemit, patrem dicas quaſi filius. Sed noli tibi aliquid ſpecialiter vendicare, ſolius enim Chriſti ſpecialis eſt pater, nobis omnibus eſt pater in communi, quia illum ſolum genuit, ſcilicet ſecundum deitatem, nos creauit. Et ideo ſecundum Matthæum dicitur, Pater noſter. Vbi etiam notandum totam orationem fieri in plurali, non in ſingulari, ſcilicet, pro ſe ſolo vel aliquo particulari, ad innuendum, quòd non ſolum pro ſe, ſed & pro aliis eſt orandum, vt dicit Cyprianus. Et quia vt dicit Gratia. de pœn. di. 1. cap. porro illi. §. reſuſcitatus. Cuius opera quiſque facit, eius filius eſſe comprobatur, vt patet ex Euangelio, E vt verè pater dicas eum in operibus imitare. Subditur autem ſecundum Matthæū quod Lucas tacuit. Qui es in cœlis. Theoph. Non autē hoc dicit tanquā loco circunſcribatur, ſed ad cœlos erigit auditorem, & à terrenis abſtrahit, vel ſecundum Aug de illis loquitur de quibus Pſal. Cœli enarrant gloriam Dei, id eſt, ſancti viri, vel in cœlis dicitur eſſe per manifeſtationē gloriæ ſuæ, ſcilicet, in cœlo empyreo. Greg. Nice. Omnium verò bonorum eſt exordium, glorificare nomen Dei in vita noſtra. Vnde ſubdit. Sanctificetur nomen tuum. Hæc eſt prima petitio. Quis enim eſt tam beſtialis, qui videns in credentibus vi- F tam puram non glorificet nomen inuocatum in tali vita? Hoc ergo orat iſta dicens. Fiam pater tuo concurrente ſubſidio iuſtus, abſtinēs à quolibet malo. Chryſ. Sicut enim cùm quis pulchritudinem cœli aſpicit, dicit Gloria tibi Deus, ita etiā qui aſpicit alicuius virtutem: quia hominis virtus multo magis, quàm cœlum glorificat Deum, vel ſecundum Augu. Sanctificetur nomen tuum, ſcilicet, in nobis vt ad

Aug. de con. Euā. l. 2. c. 19. — Matth. 5. Luc. 7. — Matth. 6. Aug. in Enchir. c. 114. & 116. — S. r. 28. — Cyp. de oratione domini ſer. 6 — Ioan. 18. — Aug. 16. — Pſal. 18. — Prima petitio. — Aug. ib.

nos

A.C. 30. nos poſſit eius ſanctificatio peruenire, vel ſecundũ Titum. Sanctificetur nomen tuum, id eſt, nota ſit tua ſanctitas toti mundo, vt laudet te decenter. Iuſsit ergo orare pro emendatione totius mundi. Et quia in nomine Ieſu eſt gloria patris, tunc nomen patris ſanctificabitur, quando Chriſtus erit notus, vel ſecũdum Orig. quia nomen Dei ab errantibus attribuitur ſculpturis & creaturis: nondum eſt ſanctificatũ vt ſcilicet, ſit ſeparatum à quibus debuit ſeparari, decet ergo nos orare vt nomẽ Dei adaptetur ſoli vero Deo. Adueniat regnum. Secunda petitio, vt ſcilicet,

Secunda petitio. ſecundum Orig. euacuetur principatus & poteſtas & virtus & regnum mundi, quinetiam & peccatum quod regnat in noſtris mortalibus corporibus, vel ſecundum Greg. Nice. Imploramus etiam à domino liberari à corruptione, & exui à morte, vel ſecun-

Aug. 16. dum quoſdam. Adueniat regnum tuum, id eſt veniat ſuper nos Spiritusſanctus tuus & purificet nos. Aug. Tunc enim venit regnum Dei, quando eius ſumus gratiam conſecuti. Ipſe enim ait. Regnum Dei intra

Luc. 17. vos eſt, vel ſecundum Cyrillum. Qui hoc dicit, ſcilicet, adueniat regnum tuum, videtur optare rurſum, refulgentem in mundo omnium ſaluatorem. Mandauit autem in oratione illud petere tempus reuera terribile: vt ſciant, quòd viuere eos docet, non lente non remiſſe, vt illud tempus non paret eis vindictã

Tertia petitio. & flammam. Et ſequitur tertia petitio ſecundum, Matthæum, quam tacet Lucas, ſcilicet Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Chryſ. q. d. Præſta nobis quæſumus conuerſationem imitari cœleſtem quatenus quæcunque tu vis, nos etiam velimus, Greg. Nic. Quoniam vitam humanam poſt reſurrectionem ſimilem dicit eſſe futuram vitæ Angelicæ, conſequens eſt vitam mundanam ad vitam quæ poſtmodum ſperatur diſponi, vt in carne viuentes non ſecundũ carnem viuamus. Et per hoc verus medicus animæ ſoluit morbi naturam, vt quos occupauit infirmitas per hoc ꝙ à voluntate diuina receſſerant à morbo, denuo liberet copulatio ad voluntatem diuinam. Vnde dicit. Sicut in cœlo & in terra. Vel ſicut in cœlo intellectiuæ noſtræ facultatis, ita & in terra ſenſitiuæ

Cyp. ſer. 4. de morta. ſeu corporis. Cypr. Quàm præpoſterum quámque peruerſum eſt, vt cùm Dei voluntatẽ quotidie fieri poſtulemus, ſcilicet, dicendo, Fiat voluntas tua, quãdo euocat nos & accerſit de hoc mundo, non ſtatim voluntatis eius imperio pareamus, obnitimur, & reluctamur, & peruicatium more ſeruorum ante conſpectum Domini cum triſtitia & mœrore perducimur inuiti, exeuntes hinc neceſſitatis vinculo, non voluntatis obſequio. 13. quæſt. 2. quam præpoſterum. Fiat voluntas tua, ſcilicet, à nobis, non ſolum de nobis. Nam de malis hominibus vtique fit volũtas Dei

Gre. lib. 6. mor. c. 11. & 14. ſecundum Greg. in moral. id eſt, illud quod Deus diſponit de eis, iuxta illud Eſa. 46. Omnis volũtas mea fiet. Sed ab eis non fit voluntas Dei, quia non cõformant ſe voluntati Dei. A bonis autem fit voluntas Dei, quia voluntariè ſeruant Dei præcepta, quibus

Aug. in Enc. c. 116. nobis manifeſtatur volũtas Dei. Et quia inquit Aug. nomen Dei ſanctificatur in ſpiritu, Dei autem regnum in reſurrectione venturum eſt, ideo Lucas prætermiſit iſtam tertiam petitionem, eam intelligi vo-

Quarta petitio. lens in duabus præcedentibus. Sequitur quarta. Pa-

Ambr. li 5. de ſa. c. 4. Augu. de. verb. Domini ſer. 28. nem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Matth. dicit, panem ſubſtantialem. Ambr. Nõ eſt iſtẽ panis qui vadit in corpus, ſed panis vitæ æternæ, qui animę noſtræ ſubſtantiã fulcit. de conſ. di. 2. ca. nõ iſte. Aug. Quotidianũ habet Latinus, ſi quotidianus eſt panis cur illum poſt annum ſumas, quemadmodum Græci in Oriente facere conſueuerunt. Idem de conſ. diſ.

C.A. 30. 2. præal. ca. non iſte. Accipe quotidie, vt quotidie tibi proſit: ſic viue vt quotidie merearis accipere. Pa-

Amb. 16. nis eſt, non venenũ, de conſ. diſt. 2. panem. Medicina eſt cœleſte & venerabile ſacramentum: vel ſecundũ

Quodiana Eucharistiæ ſumptio. Titum. Panis animarum eſt virtus diuina afferens futuram vitam perennem: ſicut panis ex terra prodiẽs vitam temporalẽ conſeruat: vel ſecundũ Cyrillum per panẽ quotidianum poteſt intelligi ſuſtentatio vitæ corporalis. Sed ex eo quòd panem iuſsit quærere, id eſt quotidianum alimentum, videtur quòd nihil concedat eos habere, ſcilicet, ſuperfluum, ſed ma-

B gis honeſtam colere paupertatem. Chryſ. Poſtulanda igitur ſunt neceſſaria vitæ, non ciborum diuerſitates, & vina odorifera, & cætera quæ delectant guttur, onerant autem ventrẽ, & mentem perturbant: ſed panis qui poteſt ſubſtantiã noſtri corporis ſuſtẽtare, & ille qui nobis ſufficiat hodie vt de craſtino non cogitemus. Vnã autẽ ſolam petitionẽ ſenſibilẽ quærimus, vt præſentibus non affligamur. Sequitur

Quinta petitio. quinta petitio: Dimitte nobis debita noſtra. Titus. Hoc autẽ additum eſt neceſſario pro eo quòd nullus ſine peccato inuenitur, ne impediamur à ſacra participatione propter humana peccata. Cùm enim

C teneamur Chriſto exhibere omnimodã ſanctitatẽ, qui Spiritumſanctum habitare facit in nobis, redarguendi ſumus ſi non obſeruemus ei tẽplum mundũ. Huic autẽ defectui ſubuenitur per Dei bonitatẽ indulgentem humanæ fragilitati: hoc autẽ ipſum iuſtè fit à iuſto Deo, quando nos quaſi debitoribus relaxamus iis qui nobis nocuerunt, & debita non exhibuerunt. Vnde ſubditur. Sicut & nos dimittimus debito

Hæc habet Auguſt. in Ench. c. 71. ribus noſtris. Chryſ. de pœn. diſt. 3. de quotidianis. De quotidianis breuibus leuibúſque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, ſatisfacit quotidiana oratio fidelium, ſcilicet, Pater noſter. Siquidem & nos

D dimittimus ex corde debitoribus noſtris. Chryſ. hæc igitur animaduertentes grates habendæ ſunt debitoribus noſtris. Fiunt enim nobis ſi ſapimus cauſa indulgentiæ maximæ: & pauca exhibentes plurima reperiemus. Nam & nos multa debemus & magna debita Domino: quorum ſi minimã partem à nobis

Augu. de ver. Domini ſer. 28. vellet exigere, iam periiſſemus. Aug. Debitum quid eſt, niſi peccatum? Ergo ſi non accepiſſes alieni fœnoris pecuniã, non deberes, & ideo peccatum tibi imputatur. Sequitur ſexta petitio. Et ne nos inducas

Sexta petitio. Aug. 16. in tentationem. Aug. quam ſcilicet ferre non poſſumus, ſed quaſi athleta talem vult tentationem qualẽ

E ferre poſsit humana conditio. Titus. A diabolo non

Non tentari eſt impoſsibile. tentari eſt impoſsibile: ſed ne à Deo derelinquamur in tẽtatione, hoc deprecamur. Niſi enim prohibeat tentationis inualeſcentiam, quæ ſupra nos eſt, tunc nos in tentationẽ inducit, ſcilicet permittendo, vel ſecundum Maximum, Mãdat Dominus vt petamus, Ne nos inducas in tentationẽ, id eſt, non permittas nos voluptuoſarum tentationum experientiã pati. De tentationibus autem afflictionum & laborũ dicit Iac. cap. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres cùm in tentationes varias incideritis. Baſilius. Non tamen decet nos orãdo petere afflictiones corporales. Vni-

F uerſaliter enim præcepit orare non ſubire tentationem, ſed poſtquam aliquis ſubiit, expeditã Domino petere virtutem perferendi, vt conſummetur in nobis illud Matt. 10. & 24. & Mar. 13. Qui ſuſtinuerit vſ-

Septima & vltima petitio. Augu. in Enc. c. 116 que in finẽ, hic ſaluus erit. Vltima petitio. Sed libera nos à malo. Aug. Iſtã Lucas non poſuit, vt intelligamus iſtud ad illud pertinere quod dictum eſt immediatè. Et ne nos, &c. Vnde non dicit. Et libera nos: ſed

A. C. 30.

ſed libera nos à malo, tanquam vnam petitionem demonſtrans.q.d.Noli hoc:ſed hoc, vt ſciat ſe vnuſquiſque liberari à malo, in quod non inducitur tentatus,id eſt,nõ acquieſcit,vel à malo, id eſt,diabolo, vel à malo tribulationis temporalis nimis affligentis.

§. III.

De vltimo iudicio

DE pertinentibus ad finale iudicium,& finis aduentus eius, quæ Chriſtus expreſſit inquiſitus de his ab Apoſtolis. Cùm enim feria tertia ante paſſionem multa docuiſſet populum per parabolas, quas ſcribit Matth.c.22.& ſcribas & Phariſæos increpaſſet de eorum multiplici hypocriſi vt idem ponit in c.23.Denium cùm egrederetur de templo, vbi docebat, diſcipuli oſtendebant ei magnificentiam ædificij illius templi, dicente vno ex eis, vt refert Marcus. c.13. Magiſter aſpice quales lapides & quales ſtructuræ.Quibus Chriſtus reſpondit. Amen dico vobis, non relinquetur lapis ſuper lapidem qui nõ deſtruatur. Quod impletum fuit in obſidione & expugnatione Hieroſolymæ per Titum & Veſpaſianum principes Romanorum. Et cùm inde Ieſus profectus in montem oliueti cum diſcipulis ſuis ſediſſet,interrogauerunt eum diſcipuli ſecundum Matt. 24.& Lu.19. & ca.21.ſed Marcus c.13.inſinuat qui ex diſcipulis ſcilicet Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas interrogauerunt ſecreto dicentes. Dic nobis quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſæculi? Quod Chriſtus dixerat de deſtructione templi, dubitantes ne talis deſtructio fieri deberet in breui vel in conſummatione ſeculi, de vtroque interrogant & Chriſtus de vtroque reſpondit,aliquando de vno, aliquando de altero. Nã de ſolutione ciuitatis & templi fienda prædicens ait: referente Luca. Cùm videritis circundari ab exercitu Hieruſalem,tunc ſcitote,quia appropinquat deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant in montes & qui in medio eius diſcedant,& qui in regionibus, non intrent in eam,ſcilicet quærentes ſe tutiores eſſe in ciuitatibus, vel in Hieruſalem quaſi in loco à Deo protecto.Et dicit hic Augu.quod hæc verba domini ideo Lucas hoc loco commemorat, vt oſtendat tunc factam eſſe abominationem deſolationis quæ à Daniele prædicta eſt,de qua Matt.& Mar. locuti ſunt,quando expugnata eſt Hieruſalem.Quam deſolationem notat Daniel.c.9.in fine, vbi & deſtructionem Hieruſalem prænunciat. Dicit Beda quod Eccleſiaſtica narrat hiſtoria cunctos qui in Iudæa erant Chriſtianos,imminente Hieroſolymorum excidio commonitos à domino,loco diſceſſiſſe,& trãs Iordanem habitaſſe in ciuitate quadam Pella nomine,donec deſolatio Iudeæ compleretur.Et poſt pauca ſubdit dominus Ieſus. Erit preſſura magna ſuper terram:& ira populo huic: & cadent in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes:& Hieruſalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora nationum. Et quod dominus ait. Væ prægnantibus & nutrientibus. Tunc ſecundum Theophilum quidam dicunt dominũ deſignaſſe eſum filiorum propriorum: quod & Ioſephus narrat. Vel etiam eo quod tales prægrauatæ non poſſent cito diſcedere à tali obſidione.Talis autem preſſura tunc fuit,& tanta mala eos occuparunt, vt nulla ærumna deinceps poſſet eorum calamitatibus adæquari, vt ſcribit Ioſe.Ceciderunt in ore gladij, capientibus Romanis Hieroſolymam:ſed & fame multi necati ſunt.Et primo hoc accidit ſub Tito & Veſpaſiano principibus,

Aug.l.2.de conſ. Euã. c 37.

Beda li. 6. in Luc. ca. 88.

Ioſeph.l.7. de bel. Iu. cap.8.

Ioſeph.l.7. de bello Iud.per totum præſertim. ca. 17.

A & poſtea ſub Hadriano imperatore, quando natale ſolum Iudæis inacceſſibile eſt factum, ex mandato illius,vt dicit Euſeb.Et vt dicit Ambro.myſtice abominatio deſolationis, Antichriſti eſt aduentus, eo quod ſacrilegiis infauſtis mentiũ interiora contaminet,ſedens iuxta hiſtoriã in templo, vt ſibi vendicet diuinæ ſolium maieſtatis, ex ſcripturis diſputans ſe Chriſtũ,& alius eſt Antichriſtus,id eſt, diabolus qui Hieruſalẽ,animã,ſ.pacificam,obſidere nititur ſuæ legionis exercitu.Ergo quãdo in medio tẽpli eſt diabolus,deſolatio abominationis eſt.Eſt & tertius Antichriſtus,vt Arius,& Sabellius,imo omnes ſunt Antichriſti,qui nos praua intentione ſeducunt.ſ.à veritate.Hæc Amb.Et de Antichriſto verò homine peſſimo,de quo dicit Apoſtolus.2.ad Theſſa.2.quod reuelabitur homo ille iniquus, filius perditionis,qui extollitur ſupra omne quod colitur,aut dicitur Deus ita vt in tẽplo Dei ſedeat,tanquã ſit Deus, quẽ Ieſus interficiet ſpiritu oris eius.Et de quo Chriſtus ait Iudæis.Ego veni in nomine patris mei,& nõ me recepiſtis,alius veniet in nomine ſuo,id eſt,quęrẽs gloriã ſuã.ſ. Antichriſtus,& illũ accipietis.ſ.in Chriſtum & meſſiã veſtrũ.Hic igitur venturus eſt ante finale iudiciũ, de quo ſunt multæ prophetiæ in veteri & nouo teſtamẽto,præcipue Daniel.7.& 8.c.Et in Apocal.& omnes doctores de hoc ſcribũt.Circa ipſum autẽ finale iudiciũ & conſummationẽ ſeculi Chriſtus multa prædicit.Et primo ſigna præcedẽtia.Secũdo pericula tũc imminẽtia.Tertio ad iudiciũ ipſum cõcurrẽtia.Signa præcedẽtia inſinuat,vt ad præparationem cõmoneat,quia iacula preuiſa minus feriunt,& vt ab amore mundi cõpeſcat, cùm aliquando defecturus ſit in his,quæ vitioſè amantur.Ponit autẽ ſigna futura in ſole & luna & ſtellis,vt narrãt Matthæus, Marcus,& Lucas.ſ.per obſcurationẽ eorũ vltra ſolitũ.In ſuper peſtilentiã,famẽ & terræ motus frequentiores & maiores,regiones & regna bellis cõquaſſanda,cõfuſionẽ ſonitus maris & fluctuũ,ex quibus malis homines areſcẽt,id eſt tabeſcẽt præ miſeria.Pericula vero ſecũdo imminẽtia quo ad animam,erunt errores multi qui tunc exurgent, præcipue aduentus Antichriſti,qui contra veros fideles pugnabit ſubtili & falſa doctrina, reprobans doctrinam euangelicam, ſuã confirmans miraculis,ſed falſis,vt dicit Apoſt.2. ad Theſſal.2.cuius aduentus eſt ſecundũ operationẽ Sathanæ in omnibus prodigiis & ſignis mendacibus. Et hoc Chriſtus dicit de prædicatoribus eius.Surgẽt proſeudoprophetæ & dabunt prodigia & ſigna magna,ita vt in errorem inducantur,ſi fieri poteſt,etiã electi.Et ſi quis non credet in eũ afficietur tormentis exquiſitiſſimis.Vnde & Chriſtus dicit, quod erit tribulatio magna,qualis non fuit ab initio mũdi vſque tunc,& niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. Etiam Chriſtus excitat fideles ad orationẽ & abſtinendum à curis mundi nimiis,& voluptatibus & ad conſtantiã. Demum tertio ad iudicium cõcurrentia exprimit,quia prædictis impletis, videbunt filium hominis venientem cum poteſtate magna,ſcilicet, ad iudicandum. Sed prius vt refert Matthæus, mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, ad congregandum electos ſuos à quatuor ventis,qui ſcilicet ſeparabunt bonos à malis, vt dicitur Matth.13. Quia virtute diuina fiet reſurrectio omnium mortuorum, poſt mundi conflagrationem per ignem cœlitus miſſum, vt dicit Pſalmus. Ignis ante ipſum præcedet. Angelorum miniſterio colligentur cineres mortuorum. Et veniens Chriſtus in forma humana à cunctis videbitur.

A. C. 30.

Euſeb.l.4. c.8.

Ambr.l.10. comm.in Luc.

Antichriſti aduentus.

Antichriſtus verus qualis futurus.

Ioan.5.

Apo.ca.13.

Aug.20.de ciu.c.19.& in l. de Antichriſto.

Extremi iudicij ſigna.

Mat.24. Mar.13. Luc.21.

Mat.24.

Ibid.

Matt.24.

Pſal.96.

A. C. 30. Matt.25. Iudicium vltimum.

Et vt refert Matthæus: ſtatuet ipſe Ieſus oues, id eſt electos à dextris & hœdos à ſiniſtris, id eſt, reprobos. Et his qui à dextris erunt, dicet. Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum &c. Illis autem qui à ſiniſtris. Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ &c. Et concludens ait. Ibunt hi, ſcilicet qui nec ſibi nec aliis ſubuenerunt, in illis operibus miſericordiæ corporaliter & ſpiritualiter intellectis, in ſupplicium æternum, iuſti autem, qui ea fecerunt in vitam æternam. (Mat.25.) Et ideo dominus ipſe admonet ad bona ab eo nobis conceſſa ſpiritualiter multiplicanda, per parabolam de talentis commiſſis ad negotiandum, & ad euitandum gloriam mundi in bonis operibus per (Mat.16.) parabolam de decem virginibus, quinque fatuis, & (Mat.13.) quinque prudentibus. Inſuper ad vigilandum, expectando præparari aduentum eius in particulari iudicio mortis, qui ſicut eſt communiter nobis ignotus, (Mat.16.) ita & dies iudicij vniuerſalis. Vnde de eo dicit. De illo autem die nemo ſcit, neque angeli, neque filius, niſi pater, quod ſanè intelligendum eſt. Nam cùm ſit vna ſcientia patris & filij & ſpiritus ſancti ſicut & vna eſſentia, filius Dei Chriſtus, vtique ſcit inquantum Deus: ſed etiam inquantum homo nouit à verbo: ſed non vt nobis reuelandum. Quamuis aduentus Antichriſti tempore ſuo ſciatur, & vicinus credatur ipſi finali iudicio, non tamen pro certo cognoſcitur à quoquam, poſt mortem Antichriſti quandiu mundus ſit permanſurus in iſta ſua figura. Sed vt dicit ipſe Chriſtus. (Mat.24.) Sicut in diebus Noe, appropinquãte diluuio, etſi ille annunciaret hominibus, non credebant, ſed dabant ſe voluptatibus & vitiis, & ſubitò ex inſperato ſuperuenit diluuium, omnes necans, niſi reſeruatos in arca. Sic erit aduentus iudicij ſubitus, in quo ſalui erunt tantum, qui in arca Eccleſiæ per vnitatem charitatis, erunt, vt dicitur. 23. q. 1. quia (Ibid.) ex ſola. Et hoc Chriſtus notat cùm ait. Tunc erunt duo in agro, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Duæ molentes in mola, vna aſſumetur & alia relinquetur. Duo in lecto, vnus aſſumetur & vnus relinquetur. Per lectum ſignatur ſtatus quietis contemplatiuorum, per agrum ſtatus laborantium prælatorum, per molam ſtatus actiuorum. Et de his omnibus, qui fuerit in charitate & vnitate Eccleſiæ aſſumetur ad regnum, qui vero alter, id eſt diuerſus, & diuiſus ab hac vnitate relinquetur in terra infernali. (Dan.13.) Et tunc condemnabuntur duo ſenes inueterati dierum malorum, id eſt Scribæ & Phariſæi, qui accuſabant Suſannam caſtiſsimam falſo, id eſt Eccleſiam de adulterio, id eſt de coniunctione eius cum Chriſto per fidem, & puer qui natus eſt nobis Daniel id eſt Ieſus, conuincens eos, & omnibus manifeſtans eorum falſitatem, quod ſcilicet legitimum ſponſum Chriſtum ſecuta erat, nec adhæſerat alicui errori, vt ipſi fornicantes & fornicari facientes animas Iudæorum cum eis in falſis dogmatibus, ad ignem iudicabit, vt oſtendit Gratianus. 2. q. 7. c. nos ſi incompetenter. §. item Daniel.

¶ De clauibus Eccleſiæ Petro collatis à Chriſto, Quodcunque ligaueris &c.

C A P. V.

Claues D. Petro collatæ. Mat.16.

DE clauibus Eccleſiæ à Chriſto collatis Petro, & poteſtate eius. Interrogante Chriſto exiſtente tunc in partibus Cæſareæ Philippi diſcipulos ſuos. Quem dicũt homines eſſe filiũ hominis, id eſt, ſe filiũ virginis homines dicerent? Alij omnes vtriuſque ſexus, ſunt filij hominum, ſcilicet viri & mulieris, ſolus Chriſtus filius hominis, id eſt virginis tantum. Reſponderunt, alij Ioannem baptiſtam, ſcilicet reſuſcitatum, alij Heliam, alij vero Hieremiam, aut vnum ex Prophetis. Et Ieſus dixit. Vos autem, quem me eſſe dicitis? Cui reſpondens Petrus pro omnibus, ait. Tu es Chriſtus filius dei viui: humanitatem deſignauit, in eo quòd Chriſtus, qui interpretatur vnctus, ſcilicet vnctione gratiæ ſummæ in anima ſua: diuinitatem quia filius Dei. Amb. Quid eſt tam altum quam altitudinem diuitiarum videre, ſcire Dei filium: & profeſſionem diuinæ generationis aſſumere? Quam licet mens nequeat humana plena rationis inueſtigatione comprehendere: fidei tamen plenitudo complectitur. 24. q. 1. non turbatur. Petro autem Chriſtus ait beatus es Simon bariona, id eſt filius Ioanna vel Ioannis. Bariona enim interpretatur filius Iona id eſt Ioanna, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, id eſt purus homo, qui ex carne conſtat & ſanguine, non tibi dedit hanc notitiam diuinitatis meæ vel ratio naturalis hominis, vel cognitio ſenſualis: ſed pater meus qui eſt in cœlis, donum enim Dei eſt fides diuinitatis Chriſti, qua viua beatificamur in ſpe, & tandem in re, & ideo beatus. Vnde Apoſtolus ad Epheſios. 2. Salui facti eſtis per fidẽ non ex vobis, donum enim Dei eſt. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, deriuatus à me petra, vt mutato nomine, ex Simone in Petrum muteris, & re, perfectè Chriſtum imitando vſque ad mortem crucis, & ſic tui ſucceſſores aliquando imitabuntur. Et ſuper hãc petram, non [a] te demonſtrando: ſed me, quem confeſſus es Deum & hominem: ſuper hanc veritatem à te confeſſam ædificabo Eccleſiam meam. Hinc [b] Pelagius Papa. Quamuis vniuerſæ per orbem catholicæ & Apoſtolicæ conſtitutæ Eccleſiæ, vnus thalamus Chriſti ſit, tamen ſancta Romana Eccleſia Catholica & apoſtolica nullis ſynodicis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælata eſt: ſed euangelica voce domini & ſaluatoris noſtri primatũ obtinuit. Tu es (inquit dominus) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. di. 21. quamuis. Item Leo papa. Ita dominus ad omnium apoſtolorum officium pertinere voluit huius muneris ſacramentum, ſcilicet prædicandi, & regiminis animarum, vt in beatiſſimo Petro apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in omne corpus, ſcilicet Eccleſiæ diffunderet, vt exortem ſe intelligeret miniſterij eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere: hunc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat dominus, voluit nominari dicendo. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, vt æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei in Petri ſoliditate conſiſteret. di. 19. ita dominus. Item Cyprianus papa. Quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, dicens. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt &c. Tamẽ vt vnitatẽ manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Vnde Petro ſoli loquitur, dicens. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Super vnũ ædificat Eccleſiã: [c] hoc erant vtique cæteri Apoſtoli, quod Petrus fuit, pari cõſortio præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordiũ ab vnitate proficiſcitur vt Eccleſia Chriſti vna mõſtretur. 24. q. 1. loquitur. Glo. Dicit quod

(Margin, right column: A.C. 30. — Expoſitio Euangelij quem dicũt homines. — Ambr. l. 4. cõ. in Lucam. — Eccle. Roman. primatus Leo papa epi. 89. ad epiſcopos Viẽnen. — Petrus in regimine animarum principaliter à Chriſto collocatus. — Cyp. ep. 3. de ſimpli. prælat. Ioan. 20. — Matt. 16.)

A. C. 30. cit quod Apoſtoli fuerunt pares Petro:ſcilicet in ordine,quia epiſcopi,& dignitate conſecrationis: ſed non in adminiſtrationis plenitudine ſeu iuriſdictione. Item Greg. in moral. In petra Moyſes ponitur, vt Dei faciem cõtempletur. Sic enim dominus ei dixit cùm peteret faciem eius videre. Sta in petra, quia niſi quis ſoliditatem fidei tenuerit Dei præſentiam non agnoſcit. de qua ſoliditate dominus dicit. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Sola quippe eſt per quam dominus accipiat ſacrificium libenter: ſola quæ pro errantibus intercedat fiducialiter, ſola quæ intra ſe poſitos valida charitatis compage cuſtodit. 24.q.1. quia ex ſola. Et portę inferi non prę ualebunt aduerſus eam. Portæ inferi, per quas homines intrant ad inferos damnatorum, ſunt errores & vitia, quæ non poſſunt præualere contra Eccleſiam, ita vt deficiat. Deficere poſſunt aliqui à veritate fidei & à gratia: ſed non omnes, ſemper enim aliqui boni remanent. Vnde Hiero. Eccleſia eſt non habens maculam, ſcilicet peccati mortalis, neque rugam, ſcilicet erroris & duplicitatis. Et ideo quicunque eſt aliqua ſorde peccati pollutus, de Eccleſia dici non poteſt, neque Chriſto ſubiectus de pœni. di. 1. Eccleſia Chriſti. Hæc Eccleſia ait idem Hiero. eſt domus Dei quæ dicitur ædificari ſupra firmam petram, quæ vnica columba appellatur, quæ ſponſa pulchra ſine macula & ruga, & hortus concluſus, fons ſignatus, & puteus aquæ viuæ, paradiſus cum pomorum fructu, quæ domus etiam claues accepit ac poteſtatem ſoluendi atque ligandi. 24.q.1. omnibus. Idem Hiero. Ad Damaſum. Sancta Romana Eccleſia, quę ſemper immaculata permanſit, domino prouidente, & beato Apoſtolo Petro opem ferente, in futuro manebit ſine vlla inſultatione hęreticorum atque firma & immobilis omni tempore perſiſtet. 24.q.1. hæc eſt fides. Et Chriſtus dicit. Lucæ. 22. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, ſcilicet Eccleſiæ. Et tibi (ait dominus) dabo claues regni cœlorum. In ſingulari dicit, tibi, vt inſinuet Eccleſiæ vnitatem & authoritatis originem. Dabo, ſubdit, vt demonſtret muneris largitatem. Claues, addit, vt explicet poteſtatis pluralitatem. Regni cœlorum, concludit, vt annunciet effectus huius fructuoſitatem. Primo quia dicit tibi, non nobis, oſtenditur Eccleſiæ vnitas. Vnde Gratianus. Cùm omnibus diſcipulis parem ligandi atque ſoluendi poteſtatem dominus daret, Petro pro omnibus & præ omnibus claues regni cœlorum daturum ſe promiſit, dicens. Tibi dabo &c. Quicunque ergo ab vnitate Eccleſiæ, quæ per Petrum intelligitur, fuerit alienus, execrare poteſt, conſecrare non valet, (ſcilicet non tenendo formam Eccleſiæ, vel ſi ſeruat formam quantum ad virtutem ſacramentorum, non quantum ad veritatem) excommunicationis vel reconciliationis poteſtatem non habet. 24.q.1.c. audiuimus, ad medium. Item Anacletus ait. In nouo teſtamento poſt Chriſtum dominum à Petro cœpit ſacerdotalis ordo, quia ipſi primo pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt dicẽte domino ad eum. Tu es Petrus &c. tibi dabo claues regni cœlorũ. Hic ergo ligandi atque ſoluendi poteſtatem primus accepit à domino, primúſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. diſ. 21. in nouo. Dabo inquit non vendam ſed gratis, & liberaliter tribuam. Vnde dicitur. 1.q.1. quicquid. Quicquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur (id eſt ſacramentis, quæ continent gratiam) nunquam quæſtibus vel quibuſlibet præmiis venundari debet, dicente domino. Gratis accepiſtis: gratis date. Hinc & Leo Papa. 1.q.1.

[Left margin notes: l. 25. ca. 6. — Ex. 33. — Sacrificiũ in Eccleſia Deus recipit. — Augu. l. 7. de bapt. c. 51. — Cant. 4. — Hieron. in expoſitio. Symboli. Romanæ Eccleſiæ laus. — Citat Alexandrum 2. ad Valentianum epiſcopum ſcribentẽ. — Anacl. epi. 2. ad epiſcopos Ita. — Ex com. Tolet. 5.]

A c. 1. Gratia ſi non gratis datur, vel accipitur gratia nõ eſt. Simoniaci autem non gratis accipiunt. igitur gratiam quæ maxime in Eccleſiaſticis operatur ordinibus non accipiunt. Vbi dicit glo. gratia id eſt donum ſpiritus ſancti quod habetur in ſacramentis, vel dignitas Eccleſiaſtica, vel ordo. Claues in plurali dicit, quia etſi ſit vna poteſtas ſpiritualis in eſſentia & radice, quæ clauis dicitur per ſimilitudinem, eſt tamen duplex in effectu, ſcilicet poteſtas ordinis ad conficiendum corpus Chriſti verum, & poteſtas iuriſdictionis ad conficiendum corpus Chriſti myſticum in foro animæ. Quæ poteſtas ſecunda integratur ex B duobus: ſcilicet ex poteſtate diſcernendi, ſeu cognoſcendi, non quidem per ſcientiam, ſicut doctor: ſed per potentiam officij, vt iudex eccleſiaſticus, & ex poteſtate ſententiandi, ſcilicet abſoluendo vel ligando. Vnde Gratia. di. 20. §. 1. ait. Chriſtus dicturus Petro quodcunque ligaueris &c. prius dedit ſibi. i. promiſit dare claues regni cœlorum, in altera dans ei ſcientiam diſcernendi inter lepram & lepram, id eſt poteſtatem diſcernendi, in altera dans ei poteſtatem eiiciendi aliquos de Eccleſia, & aliquos recipiẽdi. Et ad hoc facit ibi glo. Item Antherius papa. Abſit vt quicquam ſiniſtrum de his arbitremur, qui Apo- C ſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cœlorum habentes ante diem iudicij iudicant. 11.q.3. abſit. Et per iſtas claues, id eſt, poteſtatem aperitur & clauditur regnum cœlorum. Vnde ſequitur. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, quod intelligendum eſt claue nõ errante, ſeu quando iudicium Petri, id eſt, prælati ſequitur & conformatur iudicio Dei. Vnde Greg. 11.q. 3. tunc eſt. Tunc eſt vera præſidentis ſententia quando interni ſequitur arbitrium iudicis, id eſt, Dei. Et D dat exemplum de Lazaro priuſ à Chriſto intus ſuſcitato, & poſtea ab Apoſtolis iuſſu eius à ligaminibus inſtitarum abſoluto. Item Leo Papa. 24. q. 1. manet. Manet Petri priuilegium, vbicunque ex ipſius æquitate fertur iudicium, nec nimia vel ſeueritas vel remiſſio eſt, vbi nihil erit ligatum vel ſolutum, niſi quod beatus Petrus aut ligauerit aut ſoluerit, id eſt, iuſte quo ad Deum. Item Aug. ſuper Ioãnem. Quodcunque ligaueris &c. Si hoc Petro tantum dictum eſt, non hoc facit Eccleſia, ſi autem in Eccleſia hoc fit, vtique quæ in terra ligantur & in cœlo, & quæ in terra ſoluuntur, & in cœlo ſoluta erunt, quia cùm ex- E communicat Eccleſia, in cœlo ligatur excommunicatus, & cùm Eccleſia reconciliat, ſcilicet abſoluendo, in cœlo ſoluitur reconciliatus. Si hoc ergo in Eccleſia fit: Petrus quando claues accepit, ſanctam Eccleſiam ſignificauit, & ſi ergo in perſona Petri ſignificati ſunt in Eccleſia boni, in Iuda ſignificati ſunt in Eccleſia mali, ſcilicet prælati. 34.q.1. quodcunque. quod verum eſt, ſcilicet quod mali prælati ita ſoluũt & ligant ſicut & boni, dum tolerantur ab Eccleſia. Et quod dicit Aug. 1.q.1. remiſſionẽ. Remiſſionẽ peccatorũ auari non dant, ſcilicet prælati ſeu ſacramẽta adminiſtrantes, intelligitur ſecundũ gl. ex merito vi F tæ, id eſt, nõ ſunt digni dare. Dãt tamen ex officio & veritatẽ & virtutẽ, id eſt, effectũ ſacramentorũ cũ tolerãtur: ſi ſunt præciſi, dant tantũ veritatẽ ſacramentorũ, id eſt, vera ſacramẽta, quæ conficiũt, ſed nõ virtutẽ eorũ, id eſt, gratiam, ſi ſciuntur. Quod ergo dicitur de ligãdi & ſoluẽdi poteſtate, poteſt intelligi quadrupliciter. Vno modo quãtum ad excõmunicationem, qua quis ligatur, vt non poſſit participare cum

[Right margin notes: A. C. 30. — Matt. 10. — Claues in Eccleſia duæ. — Anther. papa epiſcopis Hiſpa. — Greg. homil. 26. in Euan. Ioan. 11. — Au. tra. 50. in Ioan. — Quæ ſoluuntur in terra & in cælo ſoluta ſunt. — Aug. l. 3. de bapt. ca. 18. — Ligandi & ſoluendi quadruplex ratio.]

A. C. 30.

Sententia excommunicationis quid ſit, & quorum ſit, & quando teuenda.

aliis fidelibus in diuinis, & aliis cõmunibus actionibus, & ſoluitur cùm ab ea abſoluitur. Et iſta poteſtas ` epiſcoporum, vnde dicitur mucro epiſcopalis, vel habentium iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, vt abbatum vel priorum, quoad ſubditos ſuos & vicarios eorum. Alij inferiores non habent, niſi conſuetudo contrarium habeat. Et ſicut excommunicatio ferri poteſt ab omni ſacerdote: ſed tamẽ clerico, ita abſolutio eius extra de reg. iur. omnis res etſi ſit iniuſta non ligat quo ad Deum. 11. q. 1. 3. cepiſti. ſed quo ad Eccleſiam. Vnde ſecundum Grego. 11. q. 3. ſententia. Sententia Paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt & ſeruanda, aliàs quo ad Deum ligaret per contemptum. Et hoc niſi contineret intolerabilem errorem, quia tunc non eſſet ſeruanda. 11. q 3. cui eſt illata. Vel cùm eſt lata poſt appellationem. Nec debet fieri niſi pro peccato, vt habetur. 11. q. 3. nemo epiſcoporum, vero ſcilicet, vel præſumpto ſecundum Tho. in quarto. Hæc videtur habuiſſe initium à Chriſto implicite, cùm ait Petro. Matt. 18. Si Eccleſiam non audierit, id eſt, prælato non obedierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, ſcilicet poſtquam fuerit excommunicatus, quod facere debet prælatus, quando eſt contumax & peccatum manifeſtum. Nam occultorum cognitor & iudex eſt Deus di. 32. erubeſcant. Manifeſtum dico, id eſt, notorium, de iure vel de facto. Vnde & Chriſtus immediate ſubdit. Quæcunque ligaueritis ſuper terram &c. Matth. 18. Exercitium autem eius cœpit ab Apoſtolis, præcipue Paulo, vt patet. 1. ad Corint. 5. cùm ait: hunc tradidi Sathanæ. Vide de hoc. 11. q. 3. audiuimus & 2. q. 1. multi. Quod etiam excommunicati vitarentur à fidelibus, ordinatum fuit ab Apoſtolis. Vnde Apoſtolus, 1. ad Corinth. 5. Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus &c. nominatur, id eſt, excommunicatur, vel denunciatur excommunicatus, frater, dicit, id eſt Chriſtianus, quia de his quæ foris ſunt, vt omnino Pagani & Iudæi Eccleſia non iudicat quo ad ſententias ſpirituales. Et cum huiuſmodi, ſcilicet nominatis excommunicatis nec cibũ ſumere, ſcilicet licet. Vide. 2. q. 1. multi. & 11. q. 3. ſicut ipſi Apoſtoli, & c. ſeq. Secundo modo quo ad confeſſionem ſacramentalem, quæ fieri non poteſt niſi apud ſacerdotem, qui abſoluere debet, quem veriſimiliter intelligit contritum, & abſoluendo ligat obligando eum ad certam pœnitentiam ſeu ſatisfactionem faciendam, ſecundum arbitrium ipſius ſacerdotis. 26. q. 7. tempora. & de pœni. diſt. 1. menſuram. Quem autem videt impœnitentẽ: vt qui non eſt contritus de omnibus, vel non vult ſatisfacere cui tenetur, & huiuſmodi: debet ligare, id eſt, non abſoluere, de pœn. di. 5. falſas & 14. q. 6. ſi res. Et, vt dicit Aug. in lib. de pœnitentia, Qui vult confiteri peccata ſua, vt inueniat gratiam, ſacerdotem quærat ſcientem ſoluere & ligare, ne cum circa ſe negligens extiterit, ſcilicet ad inquirendũ de peccatis ſuis, & ſciendum diſcernere quod oportet, negligatur ab illo, id eſt, reprobetur, qui ſalubriter monet eum, vt vitet cæcum, ne in foueam cadat. de pœni. di. 6. qui vult. Tertio modo intelligitur de indulgentiis, quibus ſoluuntur debita pœnarum pro peccatis commiſſis, quæ poteſtas eſt epiſcoporum & ſuperiorum. Ligantur autem in his, inquantum imponitur aliquid faciendum ad conſequend[illegible] eas. Et tunc poteſt dupliciter exponi illud. Quodcunque ſolueris &c. videlicet vt illud, ſuper terram referatur ad abſoluentem, id eſt, quodcunque tu prælatus exiſtẽs ſuper terram, abſolueris, ſiue viuentem, ſiue defunctum in gratia erit ſolutum, ſcilicet quantum ad illud quod continet indulgentia. Et ſic indulgentiæ poſſunt extendi etiam ad mortuos, ſi hoc intendat concedẽs, ſecundum Tho. in 4. Alio modo vt referatur ad abſolutum, ſic quodcunque abſolueris ſuper terram, id eſt, dummodo ille abſoluendus ſit ſuper terram. Et ſic non extenditur ad defunctos aliqua indulgentia ſecundum alios, ſed primum communius, & totum intellige quòd detur rationabiliter indulgentia & homo ſit aptus ad recipiendum eius effectum, vt quia in gratia conſtitutus & faciens quod ipſa continet. Quarto modo intelligitur de ſtatutis eccleſiaſticis, quæ poſſunt facere prælati, quæ vtique ligant id eſt obligant ſubditos ad ſeruandum, cùm fuerint promulgata & moribus vtentium firmata. d. 4. c. in iſtis. §. leges, & c. denique. §. hæc etſi legibus. 25. q. 1. violatores & c. ſunt quidam dicentes. Soluuntur autem cùm tolluntur: vel etiam quo ad aliquos cùm in eis diſpenſatur, quæ diſpenſatio fieri non debet abſque cauſa rationabili. 1. q. 7. c. quoties. §. cæterum ex canonum. & c. diſpenſationes.

Greg homi. 27.

Habetur etiam in ſupplem. 3. par. q. 21. ar 4.

De his qui foris ſunt Eccleſia non iudicat.

Confeſſio peccatorũ ſacramentalis, in qua ſacerdos ſoluit & ligat.

Aug. c. 10 de vera & fal. pœn.

Mat. 15.

Indulgentiæ peccatorum.

A. C. 30.

Indulgentiæ mortuis conferunt.

Prælati poſſunt cõdere ſtatuta.

a Hanc expoſitionem, quam Lutherani & Caluiniſtæ tuentur ad Romani Pontificis D. Petri ſucceſſoris autoritatem conuellendam: acutiſſimi noſtræ ætatis Theologi reprobant. Caiet. imprimis in opuſ. de Rom. Pont. inſt. c. 2. qui ſic ſcribit, Licet in hac pronũtiatione triplex inueniatur intellectus, exponendo vel Chriſtum, vel Petrum vel confeſſionem Petri, ſi tamen ſubtilius perſpexerimus vnicus eſt ſenſus litteralis, hoc eſt quod per hanc petram demonſtratur Petrus. Si enim ſeipſum dominus demonſtraſſet, non dixiſſet ædificabo, ſed ædifico: quoniã tunc vere ſuper ſeipſum ædificabat faciendo de Simone Petrum. Super Petrum autem non tunc, ſed poſt reſurrectionem ædificare cœpit & propterea dixit in futuro, ædificabo ac ſi apertius diceret. Te quomodo nũc facio Petrum, poſtea faciam fundamentum Eccleſiæ meæ. Magis vrget hunc locum Sanderus lib. 6. de viſit. mon. c. 4. Non dico tantum quod confeſſio tua hæc eſt petra: ſed tu ipſe es petra, vt poſſis tam alias confiteri veram fidem, pro confirmandis fratrib. tuis, quàm nunc eam confeſſus es, & paulò poſt. Si idem eſt Petra & Petrus & Cephas, conſequitur vt Chriſtus dixerit ad Simonem, tu es Petra & quando addidit ſuper hanc petram &c. profecto ſignificauit ſe ſuper Simonem ipſum quem vocauerat petram ædificaturum Eccleſiam ſuam. Hæc ille, & multa alia in hanc ſententiam. Nec tamẽ noſter Anton. hæreticis fauet, quia ille ſic locum exponens nihil de auctoritate D. Petri & Rom. Pontificis primatu detrahit: quem ille vtique & præſertim hoc in loco accerrime propugnat.

b Gelaſ. 1. in com. 70. epiſt. id protulit. tom. 2. conc.

c Hoc Cypriani teſtimonium, quod hæretici frequenter obiiciunt, ſic diluit Sander. l. 6. de viſi. mon. c. 4. Cyprianus docet quod & nos credimus, Apoſtolos non inter ſe (nam ſic primus electus & omnium princeps eſt Petrus) verum quoad alias oues domini fuiſſe pares, itémque non exordium ſed exercitium Apoſtolicæ poteſtatis æquale eſſe ſortitos. Denique in Apoſtolatu, ac nõ in cathedris epiſcopalibus, idem iuriſdictionis exercitium omnes Apoſtolos eſſe conſecutos.

§ I.

Petro regimen Eccleſiæ conceſſum. Mat. 16. ca.

DE regimine Eccleſiæ collato Petro à Chriſto: in quo oſtenditur qualis eſſe debeat rector. Sciendum quod dominus cùm Petro ait, Tibi dabo claues, non tunc ei dedit regimen Eccleſiæ ſed

promiſit

A.C. 30. Mar. 16. promiſit dicens in futurum dabo. Conceſſit autem & eum omnibus præfecit, cùm poſt reſurrectionem apparens Apoſtolis, Petro dixit, paſce oues meas, vt dicit glo. diſt. 21. in nouo, & extra de elec. ſignificaſti. Pro cuius declaratione diligenter attendenda ſunt

Ioan. 21. verba Chriſti. Interrogauit enim Chriſtus Petrum dicens. Simon Ioannis diligis me plus his? Simon interpretatur obediens, volens ergo eum præficere a-

Grego. ep. 169. l. 6. Ad curam animarũ nullus debet ſe ingerere. liis, obedientem vocat, vt innuat, quod ad curam animarum nullus ex ambitione ſe debet ingerere, vel quærere, ſed vocatus demum obedire, vt docet Gre. 8. q. 1. in ſcripturis. Et Aug. Locus ſuperior, ſiue quo populus regi non poteſt, etſi ita teneatur, & adminiſtretur vt decet, indecenter tamen appetitur. 8. q. 1.

Aug. in 19. ciu. c. 19. qui epiſcopatum. Et addit, Ioãnis, qui interpretatur gratia, quia filius gratiæ, id eſt, habere eum gratiam oportet qui præeſt curæ animarum, aliàs frequenter,

Chryſ. homin. 43. in Matth. Thom. in 4. d. 5. q. 2. a. 2. q. 2. & in 3. par. q. 64. a. 6. peccat mortaliter. Vnde Chry. Malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen non dignitatem acquirit. di. 60. multi. vbi dicit Archi. poſt Thom. in 3. quod ſacerdos adminiſtrando ſacramenta, vel actus ordinum exercendo, mortaliter peccat ſi eſt in mortali, & toties quoties, ac etiam prædicando, & ſubdit. Diligis me plus his? tribus vicibus de hoc interrogans, ipſo ſemper reſpondente quod amaret, vt oſtendatur quod prælati debent habere dilectionem plus his temporalibus quibuſcunque diuitiis, honoribus, & huiuſmodi, vt omnia cùm expedit, poſtponant Chriſto, & ſalute gregis ſui. 8. q. 1. ſunt in Eccleſia. Secundo diligat ipſum plus his, ſcilicet commodis corporalibus.

Hier. in 2. c. Micheę. diſt. 35. Eccleſiæ principes. Vbi Hiero. Cõfuſio & ignominia eſt, Chriſtum crucifixum, pauperem & eſuriẽ-

Diligere debẽt prælati Chriſtum plus his quomodo intelligendũ tem fartis corporibus prædicare, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiáque ora proferre. Si in loco apoſtolorum ſumus: non ſolum eorum imitemur ſermonem: ſed etiam conuerſationem & abſtinentiam. Tertio diligat plus his, ſcilicet vita propria & ſpeculationibus, vt paratus ſit cùm oportet, pro ſalute gregis ſui ponere animam ſuam, id eſt, vitam pro ouibus ſuis, vt. 7. q. 1. c. aduerſitas. §. cùm vero. Nec tantum etiam debet vacare ſpeculationi

Aug. in 19. ciu. ca. 19. ſcientiæ, vt neceſſaria gregis deſerat. Vnde Augu. Si imponatur ſarcina, ſcilicet regiminis, ſuſcipienda eſt propter neceſſitatem charitatis. Sed nec ſic omnimodo delectatio veritatis, ſcilicet in legendo & ſpeculando, deſerenda eſt, ne ſubtrahatur illa ſuauitas, & opprimatur iſta neceſſitas. 8. q. 1. qui epiſcopatum. Et intelligitur, quod in exercendo curam, non debet omnino dimitti lectio & ſpeculatio, nec tantum ei vacare quod dimittatur cura circa neceſſaria. Et notandum quod Petrus in tertia vice contriſtatus eſt, quia difficilius eſt exponere vitam propriam, quàm aliam, nec ſine triſtitia naturali vel ſenſuali fieri poteſt. Vnde & Chriſtus prænuntians paſſionem Petri, ait. Cùm ſenueris, alius te cinget, id eſt ligabit, &

Aug. tract. 123. in Io. ducet te quò tu non vis, ſcilicet ad mortem. Vbi Au. Petrus nolens ad illam moleſtiam eſt ductus, ſcilicet ſecundum inſtinctum naturæ & ſenſualitatis, ſed ab ea volens eductus eſt: nolens ad eã venit, ſed vo-

Ambro. li. 10. com. in Luc. lens illam vicit, ſcilicet patienter ferens voluntate rationali. Amb. Imitare Petrum tertio dicentem: Domine tu ſcis quia amo te. Etenim quia tertio negauerat: tertio confitetur. Sed negauit in nocte: confitetur in die. 6. q. 1. imitare, id eſt, ſi contingat aliquem cadere quàm citiſſime ſurgat: & confiteatur. Chriſtus autem ter ei dixit. Paſce oues meas, vel agnos: quia triplici cibo paſcere debet: cibo ſpiri-

A tuali ſcilicet verbi Dei & ſacramentorum. quæſt. 42. A.C. 30.
ſit rector. & cap. diſpenſatio. Diſpenſatio cœleſtis Paſcendi tripliciter Chriſtiani
ſeminis nobis commiſſa eſt, væ ſi tacuerimus, væ ſi non ſparſerimus, ait Nicol. Papa. Secundo cibo exemplari. Vnde Hieron. Non ſolum epiſcopi, preſ- Hier. in c. 1. ep. ad Titum.
byteri & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum cui præſident, ſermone & conuerſatione ac ſcientia præeant, verumetiam inferior gradus, exorciſtæ, lectores, cuſtodes ædium, acolyti & omnes qui domui Dei deſeruiunt, quia vehementer Eccleſiam Dei deſtruit laicos meliores eſſe quàm clericos. 8. q. 1. qualis. Tertio debet paſcere in-

B quantum poteſt cibo corporali pauperes, ſecundum facultatem ſuam. Vnde Hier. 12. quæſt. 2. gloria. Hiero. ad nepot.
Gloria epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere, Hier. Damaſo.
ignominia ſacerdotis eſt propriis ſtudere diuitiis. Et 16. quæſt. 1. cap. Quoniam quicquid habent clerici, pauperum eſt & domus eorum omnibus debent Expoſitio
eſſe communes. Qualis autem debeat eſſe paſtor euangelij
Eccleſiæ, ipſe ſuo exemplo docet dicens. Ioan. 10. E- ego ſum
go ſum paſtor bonus, bonus vtique per eſſentiam, paſtor bonus.
ſecundum quod nemo bonus niſi Deus. Adeo pa- Chriſtus
ſtor bonus etiam inquantum homo, vt carnem ſuam bonus pa-
in cibum & ſanguinem ſuum in potum dederit ſtor dat

C ouibus ſuis, qui & animam ſuam, id eſt, vitam pro carnẽ ſuã in cibum.
eis liberandis ad mortem poſuit. Vnde ſubdit ibidem. Bonus paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis, animam vegetatiuam, id eſt, vitam exponendo pro eis cùm oportet, & temporalia quibus vita ſuſtentatur. Qui non tribuit temporalia pro ouibus ſuis in li. 2. c. 28.
eleemoſynas, nunquam dabit vitam. Ambro. in lib. de officiis. Aurum habet Eccleſia non vt ſeruet: ſed vt eroget & ſubueniat pauperibus. 12. q. 2. aurum. Animam ſenſitiuam dat pro ouibus ſuis, videlicet audiendo, inquirendo, videndo geſta ouium ſuarum, Prou. 27.
iuxta illud. Agnoſce vultum pecoris tui. Ac etiam

D ſenſus & ſenſibilitatem mortificando in ſe, in exemplum aliorum. Vnde diſt. 41. epiſcopus. dicitur, Epi- Cõc. Cart. 4. c. 17.
ſcopus vilem ſupellectilem habeat ac menſam & victum pauperem & dignitatis ſuæ authoritatem fidei & vitæ meritis quærat. Animam intellectiuam ponat: ſcilicet legendo, docendo & orando pro ouibus ſuis. Vnde Hierony. Hæc ſunt duo pontificis opera, vt aut adeo diſcat legendo ſacras ſcripturas, & ſæpius meditando, aut populum doceat: ſed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerat. Et eſt aliud opus quod Ex. 17.
fecit Moyſes, ſcilicet qui fuit paſtor illius antiqui populi, quia ad bella non vadit: ſed orat, & donec orat,

E vincit populus. Oret ergo ſacerdos Eccleſiæ indeſinenter, donec vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas, id eſt, dæmones, diſtinctio. 36. ſi quis vult. Et ſubdit Chriſtus. Mercenarius autem eſt qui non eſt paſtor, videt lupum venientem, & fugit. Vbi notandum quod dicit Auguſt. 23. quæſt. Auguſt. de verb. domi. ſer. 49.
4. tres perſonas. Tres perſonas dixit dominus, & debemus illas inueſtigare in euangelio, paſtoris, mer- Tres perſonæ in euangelio notandæ: paſtoris, furis & mercenarij.
cenarij, & furis. Paſtorem dixit animam ſuam ponere pro ouibus & intrare per ianuam, furem & latronem dixit aſcendere per aliam partem, mercenarium dixit, lupum vel furem ſi viderit fugere: quia

F non eſt illi cura de ouibus. Itaque diligendus eſt paſtor, tolerãdus eſt mercenarius, cauẽdus eſt latro, hæc ille. Ad inſinuandum autem authoritatem & exercitium ſuæ iuriſdictionis, epiſcopi qui præcipue dicuntur paſtores: vtũtur in loco ſuæ iuriſdictionis, baculo paſtorali: non autẽ ſummus paſtor, id eſt Papa: qui vices Chriſti tenet in terris: quia eius iuriſdictio nõ eſt

A.C. 30.

limitata, ſed vbique terrarum. Aliam rationem habes extra de ſac.vnct.cùm veniſſet, in fin. Signat autem baculus paſtoralis tria quæ debet facere prælatus erga oues ſuas. Nam ex parte ſuprema in qua recurcus & aduncus, ſignat quòd paſtor, ſeu prælatus debet oues errantes reducere ad viam ſalutis. Aug. ad Vincentium Donatiſtam, Noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere: & paſtorem flagello etiam ad gregem errantia pecora reuocare, 5. quæſt. 5. non omnis. Inquantum autem baculo nos vtimur ad ſuſtentandum: vnde infirmi baculo innituntur, ſignat quòd prælatus debet ſuſtentare infirmos & debiles ſpiritualiter & temporaliter. Auguſt. in regula. Conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos: patiens ſit ad omnes. Leo Papa, diſtin. 86. odio habeantur. Odio habeantur peccata, non homines corrigantur tumidi, tolerentur infirmi. Et quod ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, non ſæuientis plectatur animo: ſed medentis. Ex parte infima baculus paſtoralis eſt acutus, vt innuatur quòd negligentes debet pungere, & excitare ad bona opera. Ambro. 5. quæſt. 5. non oſculatur. Non oſculatur ſemper pater filium: ſed aliquando caſtigat, ergo quando caſtigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur, habet enim & amor plagas ſuas. Hæc tria in hoc verſu compræhenduntur,

Collige, ſuſtenta, punge vaga, morbida, lenta.

Papa non vtitur baculo & quare. ep. 48. Baculus epiſcopi quid deſignet. c. 43. ep. 90. Ser. 84.

De mercenario quis ſit, & quomodo fugiat, nota quòd ait Auguſt. 8. quæſt. 1. ſunt in Eccleſia. Sunt Eccleſiæ quidam præpoſiti de quibus Paulus dicit. Sua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti. Quid eſt ſua quærentes? Non Chriſtum gratis diligentes, ſed Deum non propter Deum quærentes, temporalia commoda ſectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes, hæc quando amantur à præpoſito, & propter hoc Deo ſeruitur, quiſquis talis eſt, mercenarius eſt: hæc ille. Fugit autem mercenarius, dum prælatus tacendo non reſiſtit. Vnde Gregor. in paſtoral. Sæpe rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimeſcunt, & iuxta veritatis vocem, nequaquam gregis cuſtodiæ paſtorum ſtudio: ſed mercenariorum vice deſeruiunt, quia veniente lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt, diſtin. 43. ſit rector. Lupus autem hic dicitur diabolus, tentationibus vitiorum quærens oues dominicas deuorare, vel hæreticus veniens in veſtimento ouium, ſed intrinſecus lupus rapax, vel tyrannus vel alius inducens alios ad malum, quibus mercenarius non reſiſtit. Sed vt dicitur, diſtin. 83. error. Error cui non reſiſtitur approbatur, & veritas cùm minime defenſatur, opprimitur: negligere enim cùm poſſis perturbare peruerſos, nihil eſt aliud quàm fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto crimini deſinit obuiare. Hæc Inno. hic tamen mercenarius tolerandus eſt: dum ab eccleſia toleratur. 8. q. 4. nonne. De fure & latrone loquitur dominus in alio euangelio, c. eo. vbi ait Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit ſaluabitur. Qui intrat per oſtium: paſtor eſt ouium. Qui aſcendit aliunde fur eſt & latro, qui non venit niſi vt furetur, mactet & perdat. Qui autem intrat per oſtium Chriſtum, ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet: fur & latro eſt qui ſuſcipit curam aliorum iniuſto titulo, vt per ſimoniam, vel per laicorum potentiam, vel alias illegitime. Et regula dicit, beneficium eccleſiaſticum non poteſt ſine inſtitutione canonica poſſideri, de reg. iur. lib. 6. cap. beneficium. Talis furatur fructus Eccleſiæ, quos tenetur reſtituere, ſecundum Inno. Et quantum in eo eſt, ſecundum Oſtien. mactat & occidit oues ſibi ſubditas, cùm non poſſit abſoluere. Excuſantur tamen oues ſi hoc neſciunt, & aliàs bene viuunt. Et perdit, ducendo ad perditionem ſe cum ſuis, malis exemplis. Vel etiã fur eſt diabolus, qui furatur cùm tentat, occidit cùm ouis ei aſſentit, perdit cùm ad damnationem ſecum ducit. Vel fur & latro eſt quilibet hæreticus & paganus: qui non intrat in ouile per oſtium, id eſt Chriſtum id eſt fidem Chriſti: ſed aliunde, id eſt per errores. Et hic occidit oues: non paſcit. Vnde Aug. ſuper Io. fuerunt quidam philoſophi de virtutibus & vitiis multa tractantes ſubtilia, diuidentes, definientes, ratiocinantes, acutiſſima cõcludentes, libros implentes, ſapiẽtiam ſuam buccis concrepantibus ventilantes, qui etiam auderent: dicere nos ſequimini ſi vultis beatè viuere. Sed quia per oſtiũ, id eſt fidem Chriſti nõ intrabant: mactabãt & perdebant. Nemini enim datur bene viuere: cui non datur ſemper viuere. Nulli autẽ ſpes poteſt eſſe ſemper viuendi, niſi intret per oſtium Chriſti, qui vita eſt, & vitam beatam confert. ſ. credendo. Vnde dicit. Qui intrauerit per me & ingredietur, ſcilicet in Eccleſiæ ouile, & egredietur ad vitam beatam, vel ingredietur in ſeipſum, per bonas cogitationes & affectiones, egredietur ad extra, per bonas operationes. Vel ingredietur ad ſe, egredietur ad proximum, bene conuerſando. Vel ingredietur in vita beata videndo deitatem: egredietur ad extra videndo humanitatem Chriſti, & paſcua inueniet gaudij & fruitionis. Omnes etiam qui venerunt ante eum, id eſt, præter eum dicit fuiſſe latrones, qui, ſcilicet non attulerunt doctrinam veram ſecundum fidem ſecundum Aug. Nec inconueniens eſt quod Chriſtus dicatur oſtium, oſtiarius, paſtor & ouis, qui termini ſunt in euangelio iſto. Nam ſecundum diuerſos reſpectus iſta dicuntur de eo: oſtium dicitur inquantum per eum, id eſt per fidẽ eius & imitationem intratur ad ouile Eccleſiæ militantis & triumphantis: oſtiarius vero, quia ipſe tribuit gratiam & virtutes, quibus intratur ad ipſum ouile. Paſtor autem quia doctrina ſua & ſacramentis & aliis modis nos paſcit: ouis & agnus, quia tanquam ouis ad occiſionem ducetur, vt dicitur Eſa. 53. Et agnus qui tollit peccata mundi. Io. 1. de quo Petrus in cano. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis, ſed prætioſo ſanguine agni immaculati, ſ. Chriſti, de quo Auguſt. contra Iulianum li. 2. de conſe. di. 4. c. nemo tollit. Nemo tollit peccata mundi niſi ſolus Chriſtus, qui eſt agnus tollens peccata mundi. Tollit autem & dimittendo ea quæ facta ſunt, vbi & originale continetur, & adiuuando ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi fieri omnino non poſſint. Poſtquam autem Chriſtus dixit ſe paſtorem, ſubdidit. Alias oues habeo: quæ non ſunt ex hoc ouili, & loquitur de Gentilibus conuertendis, qui non erant de ouili, id eſt genere Iudæorũ. Et illas oportet me adducere, ſcilicet ad fidem & ouile Eccleſiæ. Erant autem tunc Gentiles oues prædeſtinatione ſeu præſcientia, ſed non ſecundum præſentem iuſtitiam: de hoc habes de pœn. di. 4. c. qui recedit. §. fines. Et fiet vnum ouile & vnus paſtor, id eſt vna Eccleſia ex ouibus populi Iudaici, & Gentilibus conuerſis ad fidem. De hac vnitate Eccleſiæ pulchre loquitur Cyprianus Papa. 24. q. 1. c. loquitur dominus dicens, Vnam Eccleſiam in cantico quoq; canticorum ſpiritus ſanctus ex perſona Chriſti domini deſignat dicens, Vna eſt columba mea, ſcilicet ſimplicitate,

Aug. trac. 36. in Ioã. ad Phi. 2. Mercenarius in Eccleſia quis. Greg. c. 4. parte. 2. Lupus quis in Eccleſia. Io. 10. Fur & latro in Eccleſia quis. Tract. 45. Chriſtus oſtium, oſtiarius, paſtor & ouis diuerſa ratione. Vnitas Eccleſiæ. Cyp. tract. 3. de ſimpli. prælat.

A. C. 30. citate, perfecta mea ſcilicet virtutum plenitudine. A Vna eſt matri ſuæ: electa genetrici ſuæ. glo. Mater Eccleſiæ poteſt dici triumphans Eccleſia, quia eam fouet & iuuat vt mater filiam. Vel mater eius eſt genitrix Maria & genitor Deus. Vel mater eius eſt ſynagoga, à qua proceſſit. Et ſubdit Cypria. hanc Eccleſiæ vnitatem beatus Paulus Apoſtolus docet & ſacramentum vnitatis oſtendit dicens. Vnum corpus myſticum vnus ſpiritus gratia viuificans eam videlicet ſpiritus ſancti & vna ſpes vocationis veſtræ, id eſt vna res ſperata ad quam vocati eſtis: vnus dominus mundum gubernans & ei prouidens, præcipue Eccleſiæ, vna fides, id eſt, conſimilis velde vno, Deo, ſcilicet & homine, vnum baptiſma, ſcilicet eiuſdem formæ & æqualis effectus, vnus Deus, non plures vt Pagani tenent. Quam vnitatem tenere (inquit Cypria.) firmiter & vendicare debemus, maxime nos epiſcopi, qui in Eccleſia Dei præſidemus, vt epiſcopatum quoque ipſum vnum atque indiuiſum probemus. [a] Epiſcopatus vnus eſt cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia vna eſt quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extẽditur, quomodo radij multi ſunt, ſed vnum lumen & rami arboris multi ſunt, ſed robur vnum tenaci radice fundatum, & quomodo de fonte vno riui multi defluũt C & numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur integra in origine. Sic & Eccleſia domini luce perfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit: vnum tamen eſt quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur. Auelle radium ſolis à corpore, diuiſionem vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fructus germinare nõ poterit. A fonte præſcinde riuum, præſciſſus areſcit. Ramos ſuos per vniuerſum orbem copia vbertatis extendit, ſcilicet Eccleſia per varias nationes profluentes riuos largitur, ſcilicet doctrinarum & ramos gratiarum latius expandit, vnum tamen caput eſt & D origo vna & vna mater fœcunditatis copioſæ. Adulterari non poteſt ſponſa Christi, incorrupta eſt & pudica: hæc ille 24. q. 1. loquitur. Ex quibus patet verbum Chriſti. Fiet vnum ouile & vnus paſtor, id eſt vna Eccleſia: & vnus pontifex ſummus vicarius Ieſu Chriſti. Idem Cypria. Quiſquis poſt vnum qui ſolus debet eſſe, ſcilicet paſtor ſummus, factus eſt, iam nõ ſecundus ille ſed nullus eſt. 7. q. 1. factus. Et loquitur de Nouato qui poſt Fabianum creatum Papam per ſchiſma fuit factus & ipſe Nouatianus Papa immo Antipapa: vt patet in capitu. ſequenti, quod incipit Nouatianus: ad idem facit. c. in apibus. q. ead.

Can. 6. Mater Eccleſiæ. Epheſ. 4. Eccleſiæ eſt vnum caput. ſ. Romanus Pontifex. vnus Paſtor eſt vnus Pontifex vicarius Ieſu Chriſti. Cyp. ep. 2. l. 4.

a Quoniam locum hunc Cypriani aduerſarij noſtri nobis opponunt, ad tollendam Rom. Pont ſuper vniuerſalem Eccleſiam iuriſdictionem. Non alienum ab officio meo duxi Sanderi, ad hoc argumentum reſponſionẽ hic apponere: Quoad ordinem, inquit, epiſcopalem, qui per conſecrationem confertur, omnes ex æquo epiſcopos eſſe, atque vnius epiſcopatus in ſolidum à ſingulis poſſideri facile conceſſerim. Neque enim minus vere aut confirmabit baptizatos aut præsbyteros ordinabit epiſcopus Eugubinus quam Romanus. Cæterum de gradu & dignitate ſeu iuriſdictione epiſcopali Cyprianus hic locutus non eſt.

§ II.

Duritia & reprobatio Iudæorum.

De duritia & reprobatione Iudæorum & conuerſione ſequenda gentium: & vtilitate huius dicit Ioannes Euangeliſta, quòd cùm tanta ſigna feciſſet Ieſus coram Iudæis non credebant in eum vt ſermo Eſa. impleretur quem dixit, ſcilicet ca. 53. Domine quis credidit auditui noſtro? &c. Vbi Augu. ait. Quidam inter ſe muſſitant dicentes. Quæ culpa fuit Iudæorum, ſi neceſſe erat vt ſermo Eſa. impleretur? Quibus reſpondemus Deum præſcium futurorum per Prophetam prædixiſſe infidelitatem Iudæorum: non feciſſe. Non enim propterea quemquam Deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata nouit, ipſorum enim præſciuit peccata, non ſua: fecerunt ergo peccata Iudæi, quæ facturos eſſe prædixit, quem nihil latet, ad idem optime quod idem dicit. 23. q. 4. Nabuchodonoſor. Quod ergo dicit vt ſermo Eſa. impleretur dicit Chryſ. ly, vt, non eſt cauſale: ſed euentus. Non enim quia prædixit Eſa. non crediderunt: ſed quia non erant credituri, propterea dixit Eſa. tenetur ergo, vt, conſecutiue non cauſatiue. Quis credidit. Importat, quis; non negationem: ſed raritatem, id eſt pauci. Auditui noſtro, id eſt, his quæ audiuimus à te: cùm ea diſceremus de filio tuo. Et brachium domini cui reuelatum eſt? q. d. valde pauci. Et dicitur brachium domini filius: quia omnia per ipſum facta ſunt: ſicut homo operatur per brachium: ita per ſimilitudinem, filius Dei dicitur brachium eius. Et ſequitur in euangelio. Propterea non poterant credere quia iterum dixit Iſaias. Sed quod peccatum eſt hominis: ſi non facit quod non poteſt vitare? Augu. Nemo peccat in eo quod vitare non poteſt. Cui reſpondetur quod non poterãt, dicitur quia non volebant credere: hoc enim (ait Chryſo.) in conſuetudine cuſtoditur, vt quis dicat. Non poſſum amare illum. Vehementiam ergo voluntatis potentiam dicit euangeliſta. Sed adhuc grauius eſt, quod ſequitur prædictum ab Eſa. c. 6. Excæcauit cor eorum & indurauit cor eorum, ſcilicet Deus. Sed hoc etiã voluntatem eorum meruiſſe reſpondeo. Sic enim excæcabat Deus quo ad intellectum: & obdurabat quo ad voluntatem, deſerendo. Neque enim derelinquit nos niſi voluerimus. Excæcat igitur & indurat Deus, non cauſatiue, ſed permiſſiue. Et ſequitur: hæc dixit Eſa. cùm vidit gloriam Dei. Non quidem per eſſentiam, ſed per imaginariam viſionem magnificam, cùm, ſcilicet vidit dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Eſa. c. 6. Et ſubdit euangeliſta quod multi ex principibus crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt de ſynagoga non eiicerentur. Iſti non perfecte credebant: quia non timuiſſent diſplicere Phariſæis vel eiici cõfitendo Chriſtũ. E Vnde ſubdit dilexerunt enim magis gloriam hominum: quàm Dei. Ad gloriam Dei pertinebat Chriſtũ publice confiteri. Sed Chriſtus contra hos timentes confiteri loquitur. Vnde clamauit Ieſus dicens. Qui credit in me, ſcilicet vt debet, non credit in me, id eſt in eum quem videt tantùm, ſcilicet hominem qui ſum purus homo: ſed in eum, qui miſit me, quem tamen non videt, ſcilicet patrem. Et qui videt me, ſcilicet ſecundum diuinitatem quam habeo: videt & eum qui miſit me: ſiue viſione fidei, ſiue viſione ſpei, quia vnus dominus pater & filius cum ſpiritu ſancto. Et alibi, ſcilicet Io. 15. ait Chriſtus. Si non veniſſem & F locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent. Non loquitur Chriſtus de omni peccato, ait Augu. ſed de peccato infidelitatis: quod excedit quaſi omnia alia, & ideo per exceſſum dicitur peccatum, potuiſſent vtique habere & alia: ſed iſtud non haberent: ſi non incarnatus prædicaſſet eis: & ſigna tanta feciſſet. Credebant enim prius Iudæi Chriſtum venturum: & ſic non habebant iſtud peccatum infidelita

A. C. 30. Ioan. 12. In Ioan. tract. 53. Præſcientia Dei nõ cogit ad peccandũ. Hom. 67. in Ioan. Filius Dei brachium eur Ioã. 1. Iſa. 6. Aug. 16. Chryſ. hõ. 67. in Ioã. Quomodo Deus excæcat & obdurat. In Ioan. tract. 91. Infidelitas eſt peccatum per antonomaſiam.

A.C. 30.

delitatis. Sed aliæ nationes quæ non audierunt eum: A nec ſigna eius viderunt: & non credunt, non propter ea excuſantur à peccato infidelitatis: ſed non ita graue eſt in eis.

Gentiles videre Ieſum deſiderant.

Cùm autem in die palmarum intraſſet Hieroſolym: nam appropinquante feſto præcipuo Iudæorum: ſcilicet ſolennitate azimorum: in quo de diuerſis regionibus mundi Iudæi conueniebant ad templum, & aliquando etiam Gentiles: Erant vt refert Io.12.c. quidam Gentiles, qui venerant ad adorandum in illo feſto, & hi acceſſerunt ad Philippum & rogabant dicentes. Domine volumus Ieſum videre. Audiuerant iſti de doctrina eius & miraculis, Philippus autem dixit Andreæ: & Andreas & Philippus ſimul dixerunt Ieſu. B Ecce (ait Au). Gentiles volunt Ieſum videre: ſed & illi ex Iudæis erant qui clamabant, Benedictus qui venit in nomine domini. Ecce illi ex præputio, iſti ex circunſione, velut duo parietes de diuerſo venientes, & in vnam fidem Christi oſculo pacis concurrentes. Audiamus ergo vocem lapidis angularis. Sequitur enim. Ieſus autem reſpondit, dicẽs. Venit hora vt clarificetur filius hominis. Aug. Videbat Ieſus Gentiles poſt paſſionem & reſurrectionem ſuam in omnibus gentibus credituros, ex occaſione ergo iſtorum Gentilium qui eum videre cupiebant: annuntiat futuram plenitudinem gentium: & promittit iam, iámque adeſſe horam glorificationis ſuæ, qua facta in cœlis, gentes crediture erant: ſecundum illud Pſalm.97. Exaltare ſuper cœlos Deus: & ſuper omnem terram gloria tua. Sed altitudinem glorificationis oportuit, vt præcederet humilitas paſſionis. Vnde adiunxit. Amen amen dico vobis. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Aug. Seipſum Ieſus dicebat granum mortificandũ, & multiplicandũ, mortificandũ in infidelitate Iudæorum, & multiplicandum in fide omniũ populorum, ſcilicet gentium conuerſatum. D Beda. Ipſe enim Chriſtus ex ſemine patriarcharũ in agro huius mundi ſeminatus, id eſt, incarnatus, vt moriendo cum multiplicatione reſurgeret, ſolus mortuus eſt & cum multis reſurrexit. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Vtitur experimento quia mortuum cùm fuerit frumentum maiorem fructum affert. Quia enim, ait Chry. videt Ieſus Gentiles praſilientes ad fidem: oſtendit quòd tempus erat, quo veniret ad crucem: in qua ipſe granum fuit mortificatum. Non enim prius Ieſus Apoſtolos ad gentes miſit: donec Iudæi offenderunt, donec crucifixerunt. Et quia præuidit diſcipulos de morte E ſua contriſtandos, oſtendit, quod non ſolum ſi mortem ſuam ipſi non patienter ferrent: ſed etiam ſi ipſi diſcipuli nõ morerentur mundo, nullum lucrum eis eſſet, ideo ſubdit. Qui amat animam ſuam, perdit eam, id eſt, ſincere amat, perdit, id eſt, occidit quo ad vitia & ſenſualitates. Vel ſic. Qui amat animã ſuam, ſecundum mundum, perdit, id eſt, occidit gratia ſe priuando. Hanc etiam reprobationem Iudæorum & conuerſionem Gentilium Chriſtus prænuntiauit circa principium ſuæ prædicationis, quando de Centurione Gentili orante pro ſeruo eius paralytico ait. F Non inueni tantam fidem in Iſrael, quanta, ſcilicet oſtenſa fuit in Cẽturione, quia minus viderat vel audierat de Ieſu, & tamen credidit eius diuinitatem, vt patet in verbis eius, & ſignabat magnitudinem fidei Gentilitatis conuertendæ. Vnde hoc prænuncians ſubdit. Multi venient ab oriente & occidente. Iſtæ duæ partes ſunt magis habitabiles. Nam in aquilone & auſtro magna pars eſt inhabitabilis, in aquilone

Aug. in Io. tract.51.
Aug. ibid.
Expoſitio Euangelij niſi granũ frumenti ibidem.
Chryſo. in Ioã. hom. 65.
Centurionis fidem.
Mat.8.
Oriens & occidens partes mũdi magis habitabiles.

propter intenſum frigus: in auſtro propter exceſſiuum calorem & ibi fuerunt monarchiæ principales. Veniẽt à tenebris, ad lucem fidei, à vitiis, ad virtutes, à diabolo ad Chriſtum mediante pœnitentia in adultis. Vnde Aug. Omnis qui iam ſuæ eſt voluntatis arbiter conſtitutus, nouam non poteſt inchoare vitam, niſi eum pœniteat veteris vitæ. de pœn. diſt.1. tres ſunt. Vel moraliter ab oriente pueritiæ, & ab occidente ſenectutis. Vel ab oriente proſperitatis, & ab occidente aduerſitatis. Et recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob, in regno cœlorum, id eſt, in Eccleſia militanti, & poſtea triumphanti in fide, & poſtea in viſione trinitatis deſignatæ in illis tribus. Vel in fide, ſpe, & charitate, vel in regno, id eſt, ſcripturæ vero intellectu, vel perfectione virtutum, quod etiã regnum dicitur. Filij autem regni, quibus ſcilicet paratum erat quodlibet prædictorum regnorum, id eſt Iudæi eiicientur ab Eccleſia, à vero intellectu ſcripturæ ab omni vera virtute, propter ſuam infidelitatem, in tenebras exteriores, prius internales & poſtea infernales. Et quia valde oneroſum eſt, quod oportet odiſſe animam ſuam: ideo conſolatur eos qui bus hæc dixerat, per hoc quod dicit in hoc mundo, oſtendens partem temporis, & modicum non in perpetuum. C Ponit & lucrum, quia in vitam æternam cuſtodit eam odiendo. i. abſtinendo à mundanis vitiis. Quid autem ſit vita æterna promiſſa, ſeu in quo conſiſtat, ipſe declarauit in fine ſui vltimi ſermonis ad diſcipulos cùm ait. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, id eſt, in hoc conſiſtit vita vera, quæ æterna eſt. Nam vita præſens potius mors dicenda eſt, quàm vita. Quotidianus enim noſtræ corruptionis defectus, quid eſt aliud quàm quædam prolixitas mortis. Hæc vita æterna vltimus finis noſter eſt, quam naturaliter appetimus, quia ipſa eſt perfecta beatitudo. Hæc autem conſiſtit in viſione clara & manifeſta trinitatis ſanctiſſimæ & Chriſti humanitatis, ex qua viſione ſequitur neceſſaria fruitio. Et hoc eſt quod dicit, vt cognoſcant ſcilicet perfecte te, ſcilicet patrem omnipotentem & Ieſum Chriſtũ filium tuum vnigenitum quem miſiſti, id eſt, incarnari conſtituiſti, quæ incarnatio attribuitur ſpiritui ſancto, quia ex amore immenſo, qui amor dicitur ſpiritus ſanctus proficiſcitur. Vt cognoſcant ergo te patrem, & Ieſum Chriſtum filiũ & Spiritum ſanctũ, tunc vnum verum Deum & ipſam Chriſti humanitatem in miſſione notatam. Et vt ait Auguſt. Viſio eſt tanta merces, & tantæ pulchritudinis, tantóque amore digniſſima, vt animam quibuſlibet, & quantiſlibet bonis præditam, ſine hac Plotinus, ſcilicet Platonicus philoſophus exiſtimet infœliciſſimam.

A.C. 30.
Augu. l. de pœn. med. cap.2.
Vita æterna quid ſit.
Ioan.17.
Aug. li.22. ciu. ca.20.
Aug. in Io. ciu. ca.16.

§. III.

DE transfiguratione Chriſti dicit venerabilis Gratianus. Bis Chriſtus eſt transfiguratus cùm eſſet in carne, in vna transfiguratione ſicut ſol apparuit mirabilis, vt fides credentium augeretur ad contemplandam cœleſtem gloriam ſuper ſe eleuatam. In altera vt peregrinus incognoſcibilis de ſe dubitantibus ire ſe longius finxit, & ne agnoſceretur eorũ oculos tenuit. Ad quid aliud niſi vt quia per fidem non erat in cordibus eorum, longius ſe ab eis recedere oſtenderet & quia non credebant eũ eſſe quod erat, viderent etiam eum alium quàm erat? Ecce in vtraque viſione ſua erat præſentia & veritas, ſed in vna excercebatur fides vt magis crederent quàm credebant,

Chriſti transfiguratio exponitur ex c.e D. 1 hom. in Luc.
Luc.24.
Mat.17.

A.C. 30.

Mat.9. Luc.9.

credebant, in altera tenebatur incredulitas ne etiam agnoſcerent quod videbant. 1. q. 1. c. quod quidam. §. dominus in patria, non procul à fine: & de iſta transfiguratione narrat Mattheus, Marcus & Lucas: & Lucas quidē ſic ait. Factū eſt poſt hæc verba, fere dies octo. Et loquitur de verbis quibus expreſſerat diſcipulis, paſſionē ſuā, exhortans ad imirandū & dicens. Siquis vult poſt me venire &c. alliciens ex præmio conſequendo tali, cuius aliquam deguſtationem dare voluit in ipſa transfiguratione, & vt fortiores redderet in tribulatione eorum in ſua paſſione: & lapſi à fide citius reuerterentur recordati deguſtata tantæ ſuauitatis refectione. Vbi autem Lucas dicit, dies octo; Matthæus dicit dies ſex: quam ſuperficialem contrarietatem Damaſcenus ſic ſoluit, quia Lucas in iſto numero computat primum diem, quo Chriſtus illa dixit: & vltimum quo transfiguratus eſt: Matthæus vero dies intermedios qui ſunt ſex.

Luc.9. Hierony. ſic conciliat. l. 3. cōment. in Mat.

Aſſumpſit Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem eius ex duodecim, hos tres ſecum duxit & talem quidem numerum, quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, ad confirmandum per teſtimonium veritatem eius, quod dicitur, & ſignandum myſterium. Prędictos autem potius quam alios aſſumpſit, ſecundū Dama. Petrum quidem aſſumpſit: volens teſtimonium quod teſtatus ei fuerat, cùm ait. Tu es Chriſtus filius Dei viui, per teſtimonium patris confirmari, & quaſi præſidem futurum totius Eccleſiæ: Iacobum verò tanquam moriturum pro Chriſto, ante omnes diſcipulos. Ioannem vero tanquam Theologiæ puriſſimum organum, vt viſa gloria filij, quæ nō ſubiacet tempori, reſonet illud. In principio erat verbum, & quia matrem ei commendare debebat.

Matt.17.c. Deut.17. Mat.18. Quare Chriſtus corā trib. ſit transfiguratus. Mat.16. Ioannes Euangeliſta organū Theologiæ. Ioan.7.

Vel etiam quia per hos tres ſignantur tres ſtatus Eccleſię ſaluandorum, ſcilicet prælatorum, actiuorum & contemplatiuorum, vel coniugatorum, continentium, & virginum, qui tamen habent tres conditiones quæ notantur in interpretatione nominum eorum. Vt ſit Petrus qui interpretatur diſcalciatus, per contemptum terrenorum. Iacobus qui interpretatur ſupplantator: ſcilicet tentationum dæmonum, & Ioannes dilectus qui interpretatur, in quo eſt gratia per amorem diuinorum. Aſcēdit in montem excelſum, quia deſerenda eſt vallis cogitationis terrenorum, vt aſcendatur in montem contemplationis. Scorſum addit Matthæus, in loco ſolitario, non ſolum ab hominibus, ſed à phantaſiis corporalium. Et vt dicit Lucas. Facta eſt dum oraret ſpecies vultus eius altera.

Dam. l. 3. de orth. c. 24. Differentia inter Chriſtum orantem & nos.

Dam. Aliter orant ſerui, aliter orabat dominus. Oratio ſerui eſt per intellectus aſcenſum in Deum: ſed ſacer intellectus Chriſti, qui ſecundum hypoſtaſim erat Deo vnitus, eſt manuducens nos ad aſcenſum in Deum, id eſt, inducens nos exemplo ad orandum, & Deum venerandum, & [docens quod aduerſarius Dei non eſt, ſed tanquam principium veneratur genitorem, quinetiam] alliciens tyrannum diabolum, explorantem ſi Deus eſſet, & oratio eius eſt diuinæ gloriæ reuelatio. Idem Euangeliſta dicit: Facta eſt ſpecies eius altera, pro quo Matthæus trāſfiguratus eſt ante eos. Non quòd amitteret corporis formam ſuam: ſed quadam gloria ſplendida ſuperueniente non ad extra vt in Moyſe: ſed ab intra.

Ex.34.

Cū enim ait Dama. ſecundum hypoſtaſis vnionem, vna & eadem ſit gloria verbi & carnis, transfiguratur non quaſi accipiens quod nōn erat: ſed quod erat manifeſtans diſcipulis, gloria ſcilicet animæ redundante ad corpus. Vnde & declarans Euangeliſta Matthæus ait. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol. Quod

A in ſenſibilibus eſt ſol: hoc in intelligibilibus Deus, & ſicut ſol qui eſt lucis fons, de facili videri non poteſt: lux autem eius quæ ad terram ex eo prouenit, aſpicitur, ſic facies Chriſti intentius refulget quam ſol.

A.C. 30.

Deus eſt ſol in intelligibilibus.

Veſtimenta autē eius facta ſunt alba ſicut nix. Mar. addit. Qualia fullo non poteſt facere ſuper terrā, adeo alba erant. Illuſtratio faciei ſignat fulgorem animæ: albedo veſtimentorum gloriam & puritatem corporum reſurgentium ſanctorum, quæ per exercitiū humanum fieri non poſſent. Et ecce duo viri loquebantur cum illo, Moyſes & Helias viſi in maieſtate. Damaſ. vt vnus oſtenderetur dominus noui & veteris B teſtamenti & hæreticorum ora obturentur, adſtiterunt de vtroque teſtamento homines, diſcipuli ſcilicet & Prophetæ. Et vt oſtendatur dominus viuorum & mortuorum, apparuerunt vnus Moyſes iam mortuus, cuius vel corpus reſuſcitatum aſſumpſit anima eius, vel melius anima eius de limbo exiens in corpore de aëre aſſumpto in effigie eius apparuit: & Helias adhuc viuus de paradiſo terreſtri illuc adductus, tanquam famuli domini adſiſtentes in gloria.

Quare Moyſes & Helias in transfiguratione viſi.

Viſi in maieſtate, id eſt, in magna gloria. Oportebat enim, ait Dam. vt videntes conſeruorum gloriam & fiduciam, mirarētur quidem diſcipuli pium dominicum C deſcenſum, zelarent verò eos qui prius laborauerunt, viſuri amœnitatem futurorum bonorum, & magis fortificarentur in laboribus nam qui laborum nouit incolumenta, labores facilius tolerabit. Apparuerunt etiā illi, vt oſtenderetur eum non eſſe aduerſarium legis & Dei. Nam ſi hoc eſſet Moyſes legiſlator, qui pro gloria Dei zelatus eſt, & ſimiliter Helias non ei adſtitiſſent, & vt induceret diſcipulos ad imitandum illos, qui multotiens pro Deo morti ſe expoſuerunt: & vt in regimine eſſent mites vt Moyſes: zelantes, vt Helias. Dicebāt autem vt ait Luc. exceſſum eius, quem cōpleturus erat in Hieruſalem, id eſt, ex- D ceſſiuam charitatem, quam oſtenſurus erat in paſſione, exceſſiuam humilitatem, quam exhiberet in morte, exceſſiuum dolorem, quē pateretur in cruce.

Ambr. l. 7. com. in Luc.

Am. Tres eliguntur qui aſcendant in montem: quia nemo poteſt reſurrectionis videre gloriam, niſi qui integrū myſterium Trinitatis incorrupta fidei ſinceritate ſeruauerit.

Bed. in Lu. l. 3.

Transfigurauit autem ſe ait Beda vt gloriam futuræ vel ſuæ vel noſtræ reſurrectionis oſtenderet. Et dicit Lucas quod Petrus & qui cum eo erāt grauati erant ſomno. Chryſo. ſomnum vocat ingeſtum eis nimium ſtuporē ex illa viſione. Neque enim nocturnum tempus erat: ſed lucis excellentia grauabat ocu- E lorum debilitatem, premit enim incomprehenſibilis ſplendor diuinitatis noſtri corporis ſenſus.

Amb. 16.

Amb. Et fortaſſe, ideo grauati ſomno erant, vt reſurrectionis viderent ſpeciem poſt quietem itaque vigilantes viderunt maieſtatem eius & duos viros qui ſtabant cum eo, prædictos videlicet. Et cùm diſcederēt ab eo: ſcilicet illi duo, ait Petrus ad Ieſum: Domine bonum eſt nos hîc eſſe. Exiſtimabat enim diuus Petrus imminere tempus regni Dei & ideo approbat, montis incolatum. Si vis, ait Matthæus: ideo conditionaliter loquitur, quia pluries reprehenſi fuerant, abſolute petentes. Faciamus hic tria tabernacula, ti- F bi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum: ipſi verò in tabernaculo Chriſti morarētur: Et ſubdit Lu. Neſciēs quid diceret: Dam. nō eſt Petre bonū tibi quod Chriſtus ibi moretur, quoniam ſi ibi manſiſſet, nequaquā tibi facta promiſſio conſequeretur effectum nec claues obtinuiſſes regni, nec mors tyranni abolita eſſet. Non autem dominus tabernaculorū, ſed vniuerſitātis Eccleſiæ conſtructorem te conſtituit: verba tua,

Petrum vniuerſalis Eccleſiæ cōſtructorem dominus conſtituit.

tui

A.C. 34. tui diſcipuli, oues tuę, mandauerunt effectui, Chriſto
tabernaculum conſtruenres. Hæc autem non ex intentione Petrus proferebat, ſed inſpiratione ſpiritus reuelantis futura. Neſciebat Petrus quid diceret. Nondum enim aderat tempus finis ſæculi, nec participandæ à ſanctis promiſſæ ſpei, nec Chriſtum oportebat deſiſtere à mundi dilectione, volentem mori pro eo, nec decebat fructum incarnationis perſtringi, ad opus exiſtẽtium in monte, ſed diffundi ad omnes credentes quod per paſſionem erat conſummãdum. Titus. Ignorabat etiam Petrus quod dixerat, quia non oportebat tribus tria tabernacula facere, non enim connumerantur domino famuli, nec creaturæ creatori. Neſciebat quid diceret Petrus, quia vt
Amb. 16. ait Amb. non capit humana conditio, in hoc corruptibili corpore facere tabernaculum Deo, ſiue in animo, ſiue in corpore, ſiue in alio quolibet loco. Vel ſecundum Chryſ. audiebat Petrus quod oportebat eũ mori, videbat autem multam diſtantiam & ſolitudinem, vnde conſiderauit quod plurimam haberet locus tutelam, & ideo dixit, bonum eſt nos hic eſſe, aderat
Ex. 20. 4. Reg. 1. quoque Moyſes, qui nubem intrauit, & Helias, qui in monte ignem deduxit. Nec eſt contrarium quod dicit Lucas, ſcilicet Petrum iſta locutum poſtquam Moyſes & Helias diſceſſerunt: Matthæus autem & Marcus ita coniunxerunt Petrum hæc ſuggeſſiſſe, quaſi Moyſes & Helias adhuc loquerentur cum domino. Non enim expreſſerunt tunc, ſed tacuerunt potius quod iſte addidit, ſcilicet quod illis diſcendentibus Petrus hoc dicit. Theophi. Petro dicente. Faciamus tria tabernacula: dominus tabernaculũ non manufactum fabricat. Vnde ſubditur. Hæc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos. Ideo lucida, quia obſcuritas legis tranſierat. Baſilius, ſicut fumus ab igne, & ſic nubes à luce cauſata eſt. Verum quia nebula ſignum tranquillitatis eſt, quies futuræ
Ibid. manſionis oſtenditur per nubis operimẽtum. Amb. Diuini ſpiritus eſt obumbratio iſta, quæ non caligat
Nubes fuit ſpiritus ſanctus. affectus hominum: ſed reuelat occulta. Fuit autem ſpiritus ſanctus, nubes iſta, non quidem eſſentialiter vel perſonaliter, ſed repræſentatiua, ſicut & columba in baptiſmo apparens dicitur ſpiritus ſanctus quia ſcilicet illa columba & nunc iſta nubes de nouo formata repræſentabat ſpiritum ſanctum ſecun-
Tom. in 3. p. q. 45. a. 4. dum Tho. in 3. parte. Et vox de nube facta eſt dicens, hic eſt filius meus dilectus. Et iſta vox ita repræſenta
Augu in 1. de Trin. c. 4. bat patrem quod non filium: & columba vel nubes ita ſpiritum ſanctum, quod non patrem vel filium, & Chriſtus in carne ſolus filius erat, non pater vel ſpiritus ſanctus, quamuis humanitas illa & columba vel nubes & vox illa inquantum creatura, fuerint à
Ambr. ibi. tota Trinitate, de conſe. diſt. 3. omnes. Non Moyſes filius non Helias filius ſed hic qui ſolus remanſit, ſcilicet Ieſus eſt filius meus dilectus. Vnde & Luc. dicit quod cùm fieret vox, inuentus eſt Ieſus ſolus, iam enim Moyſes & Helias diſceſſerant. Cyrillus. Qualiter ergo oportet eum qui reuera filius eſt, factum vel cauſatum exiſtimare? Deo patre deſuper intonante, Hic eſt filius meus dilectus. q. d. Nõ vnus ex filiis: ſed vere & naturaliter filius eſt, ad cuius exemplar alij ſunt filij adoptiui. Illi ergo iuſſit obedire, cùm ſubdit. Ipſum audite, & magis quam Moyſem & Heliã quia
Amb. 16. Chriſtus eſt finis legis & prophetarum. Amb. Tres in principio videntur: vnus in fine (perfecta enim fide vnum ſunt: denique hoc etiam dominus patrem orat, vt vnum omnes ſimus. Nec ſolum Moyſes & Helias in Chriſto vnum ſunt, ſed etiam nos vnũ corpus ſumus Chriſti: ergo & illi tanquã in vno corpo-

A re recipiuntur in Chriſti corpus] quia & nos vnum A.C. 34.
erimus in Chriſto Ieſu. Aut fortaſſe quia lex & prophetæ ex verbo: quæ autem in verbo cœperunt, in verbo deſinunt. Et nota ait Beda. ſicut domino in Iordane baptizato, ſic etiam & in monte clarificato totius Trinitatis (myſterium declarari, quia gloriam illius, quam in) baptiſmate confitemur, in reſurrectione videbimus. Nec fruſtra ſpiritus ſanctus hic in lucida nube apparuit, illic in columba, quia qui nunc fidem ſimplici corde quam tenet, ſeruat, tunc luce apertæ viſionis quod crediderat, contemplatur. Accedens autem Ieſus, retracta illa claritate, ad diſcipu- Beda. 16. In Baptiſmo Chriſti & trãsfiguratione quare S. Trinitas apparuit.
B los, qui in auditu vocis exterriti fuerãt, & quaſi mortui præ timore, dixit. Surgite, nolite timere. Et deſcẽdens cum eis de monte, qui dicitur fuiſſe mons Thabor, dixit eis. Nemini dixeritis viſionem hanc, donec filius hominis à mortuis reſurgat. Quod ideo mandauit, vt doceret viſiones & occultas illuſtrationes non de facili publicandas. Item ne impediretur miniſterium redemptionis per crucem. Item ne alij diſcipuli inuiderent.

§. IIII.

C DE concilio Iudæorum de morte Chriſti, & cœna ei exhibita in Bethania. Cùm reſuſcitaſſet Ieſus Lazarum quatriduanum, quod multum fuit præ cæteris diuulgatum miraculum, vt magis admirandum propter difficiliorem effectum, quia non poterat calumniari à Iudæis quod feciſſet hoc in ſabbato, ſicut de quibuſdam aliis faciebant: & fuerat hoc factum in perſona notabili, & à multis cognita, ideo videntes ex hoc ſibi famam creſcere ei inuidentes, collegerunt pontifices & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum ait Ioan. & dicebant. Quid facimus. q. d. Cur non prouidemus huic facto: ſed recta prouiſio fuiſſet vt videntes tanta ſigna, in eum crediſſent. De concillo Iudæorum cõtra Chriſtum. Ioan. 11. Lazari reſuſcitatio miraculũ maxime admirandum. Ioan. 11. Exponitur Euangelium, Quid facimus quia hic homo.
D Hic homo multa ſigna facit: hominem purum exiſtimant, qui & verus Deus erat. Multa ſigna facit, non enim negare poterant tanta miracula facta. Ecce cauſa quam allegant vt tractent de morte, quia ſigna faciebat, propter quod magis debebant eum reuereri, & credere ei: in quo apparet & inſipientia & cæcitas eorum. Inſipientia quidem, quia ſciuerunt ſemper eum miracula feciſſe hoc teſtificantes & tamen æſtimabant ſe poſſe aduerſus eum æmulari. Cæcitas autem apparet, ad facientem enim tot miracula pertinebat, vt ſe ab eorum inſidiis eximeret, niſi forte crederent ea ſigna non fieri virtute diuina. Si dimit- Ori. in Ioã.
E timus eum ſic quod non obuiemus operibus huiuſmodi, omnes credent in eum. Et quid melius pro ſalute hominum, quam credere in eum? Et venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem. q. d. audientes eum, credent, & ſequentur eum in magno numero. Quod Romani audientes putabunt nos rebellaſſe, & alium dominũ ſumpſiſſe. Et propter hoc venient contra nos in bellum, & tollent gentem noſtram, ducentes in ſeruitutem, & locum, id eſt, ciuitatem & templum auferent deſtruendo. Sed fictio erat quod plebi oſtendebant. Nam Chriſtus non armigeros ſecũ ducebat, non equitaturas trahebat: ſed pau- Chryſ. homi. 46. in Ioan.
F peres ei ſe volebat ſuos diſcipulos, fugiẽtes honores & dominia: ſubiectionem ſuperioribus prædicabat, & cenſus Cæſari dari. Aug. Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt, ac ſic vtrumque amiſerunt, & ciuitatem, & omnem dignitatem regiam & ſacerdotalem & vitam æternã, propter pertinaciam incredulitatis eorum. Vnus autẽ ex ipſis Caiphas nomine inuerecunde & cũ credulitate cla Aug. in Io. tract. 49. Iudæi quot & quanta amiſerunt.

A.C. 34.

te clamauit, cùm eſſet pontifex anni illius. Auguſt. Quamuis dominus conſtituerit ſummum ſacerdotem per ſucceſſionem naturalem mortui officio fungi tamen per ambitiones & contentionos inter Iudæos poſtea cõſtitutũ, vt plures eſſent, & per annos ſingulos vicibus miniſtrarent. Et forte vnum annũ plures adminiſtrabant, quibus alio anno alij ſuccedebant. Alcuinus de hoc Caipha. Ioſephus refert quod pretio ſibi vnius anni ſacerdotium emerit, dixit eis. Vos neſcitis quicquam neque cogitatis. q. d. Vos ſedetis, & adhuc ſegnius rem attenditis: ſed attendatis vnius hominis ſalutem pro communi republica oportere contemnere. Expedit vobis vt vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem praua intentione ipſe dixit, quaſi volens oſtẽdere quod tota gens eorum periret, ſi Chriſtus non occideretur: quia Romani, vt rebellare volentes ſi ſentirent multitudinem maximam Chriſtum ſequentem, eos debellarent. Sed ſpiritus ſancti gratia ore eius vſa eſt ad futuri præſagium. Vnde ſubdit euangeliſta. Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet pontifex, prophetauit quòd Ieſus moriturus erat pro gente. Aug. Quanta ſit dignitas ſacerdotalis officij vel ordinis hinc aduertamus, dictum eſt de nequiſſimo Caipha interfectore ſaluatoris, hoc à ſemetipſo non dixit: ſed, cùm eſſet princeps ſacerdotum anni illius, prophetauit, per quod oſtenditur ſpiritum ſanctum gratiarum datorem non perſonã ſequi digni aut indigni: ſed ordinem traditionis, vt quamuis aliquis boni meriti ſit, non tamen poſſit benedicere, niſi fuerit ordinatus, vt officij miniſterium exhibeat. Dei autem eſt effectum tribuere benedictionis. 1. q. 1. dictum eſt. Et loquitur de effectu gratiæ in ſacramentis, qui etiam per malos confertur. Prophetauit Orig. Non quicunque prophetizat eſt propheta (ſcilicet proprie) ſicut non quicunque ius proſequitur, iuſtus eſt [ſicut qui facit aliquod opus propter humanam gloriam.] Ad prophetam proprie pertinet intelligere quæ prænunciat. Vnde nec Pharao dicitur propheta, quia vidit & expreſſit viſionem de ſpicis & bobus: ſed Ioſeph qui intellexit prænunciata in illis, & expoſuit. Expediens autem fuit, id eſt neceſſarium nobis, id eſt, omnibus ſaluandis vt vnus, id eſt, Dei filius vnigenitus patris, vnus Deus cum patre & ſpiritu ſancto, & vnus in humanitate, id eſt, totus vnitus Deo in vnitate perſonæ, cuius anima vnica dicitur, quia ſemper fruebatur Deo. Moriatur inquantum homo, & vt verus homo mortuus eſt. Nam Deus immortalis eſt & impaſſibilis. Pro populo ſcilicet ſaluando. Quantum ad efficaciã pretij, pro omni populo mortuus eſt, quantum vero ad efficientiam, ſolum pro populo electorum, fructu mortis ſeipſos reprobis priuantibus. Et non tota gẽs pereat. Aug. Tantum erat debitum noſtrum, vt ſaluari non poſſimus, niſi vnigenitus Dei qui nõ erat debitor mortis, moreretur pro nobis debitoribus mortis. Et ſubdit Euangeliſta, quod non tantum pro gẽte moriturus erat: ſed etiam vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum. Vbi Aug. Sunt quidam filij Dei qui nondum ſunt nobis, ſcilicet per præſentem iuſtitiam filij Dei & ſunt iam Deo, ſcilicet per prædeſtinationem filij, de quibus ait Euangeliſta Ioannes quia Ieſus moriturus erat, non tantũ pro gente: ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, ſcilicet tunc in variis locis & ritibus idololatriæ & erroribus congregaret in vnum dilectionis. Quod vtique credendo erant futuri per Euangelij prædicationem, & tamen antequam eſſet factum, iam filij Dei erant

Marginal notes (left column): Aug. 16. — Ioſeph. l. 18. an. Iud. cap. 3. — Augu. in l. q. noui & veteris teſt. q. 11. — Sacerdotalis officij dignitas etiam in malis. — Propheta quis dicẽdus. — Gen. 41. — Chriſtus vnus quomodo. — Au. de correpț. & gratia. c. 9.

A in memoriam patris ſui inconcuſſa ſtabilitate conſcripti de pœn. di. 4. ſi ex bono. Ab illo ergo die cogitauerunt occidere eum. Ieſus autem (vt ſubdit Euãgeliſta) non iam palam ambulabat apud Iudæos ſed abiit in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem. Hoc fecit Ieſus, ait Aug. non quaſi potentia ei defecerit, qua poſſet ſi vellet palam cum Iudæis conuerſari, & in nullo lædi: ſed in hominis infirmitate vt daret exemplum ſuis diſcipulis in quo appareret non eſſe peccatum, ſi fideles eius oculis perſequentium ſe ſubtraherent, & furorem ſceleratorum latendo potius euitarent, quam ſe oſtendendo magis accẽderent. Dederunt autem (ait Euangeliſta) pontifices & Phariſæi mandatum, vt ſi quis cognouerit vbi ſit, ſcilicet, Ieſus, indicet, vt apprehendant eum. Ante ſex dies Paſchæ principalis, ſcilicet feſti Iudæorum venit Ieſus Bethaniam: hæc erat quoddam caſtrum, quod dicitur fuiſſe Marthæ, & Mariæ genere nobilium diſtans ab Hieroſolymis per duo miliaria & paulo minus vt patet ſupra: huc venit ſabbato ante dominicam in ramis palmarum, appropinquante enim paſſione appropinquare voluit loco paſſionis, vt oſtenderet quod voluntarie non coacte patiebatur. Fecerunt autem ei cœnam ibi decima menſis primi: [a] quem Iudæi computant ſecundum menſes lunares, vnde aliquando eſt primus menſis in Martio ſecundum computationem noſtram, aliquando in Aprili. Nam annus Hebræorum habet. 12. lunationes, aliquando 13. menſes lunares, quia ſuperexcreſcentia vltra 12. lunationes in capite trium annorum addit vnum menſem lunarem. Decima die primi menſis agnum Iudæi capiebant immolandum in feſto Paſchæ: tunc enim feſtiuitatis illius prælibabant ſolemnia. Quapropter ait Theophi. in die qui eſt nona menſis, & præcedit ſextum diem ante Paſcha epulantur Iudæi ſplẽdide, & exordium feſti conſtituunt hanc diem, quo factum eſt vt Ieſus pergens Bethaniam conuiuaretur. Et Martha miniſtrabat. Attende mulieris fidelitatem, non enim famulabus imponit miniſterium: ſed ipſa in ſe ſuſcepit. Volens autem Euangeliſta innuere veræ reſurrectionis Lazari ſignum, ſubdit. Lazarus vnus erat ex diſcumbentibus. Augu. viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas oſtendebatur miraculi: infidelitas Iudæorum confundebatur. Et ſecundum aliquos narrabat de pœnis inferni quas viderat. Maria vero accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi, hæc ſoror erat Marthæ & Lazari, vt patet ſupra. Et ſecundum Alcuinum, quod communiter tenetur, ipſa fuit illa peccatrix, quę narrante ſolum Luca, in principio ſuæ conuerſionis in domo Simonis Phariſæi lauit lachrymis ſuis pedes Ieſu & vnxit, licet aliqui dicant illam fuiſſe aliam mulierem ab iſta. Accepit ergo iſta libram vnguenti, id eſt, vnctionis factæ ex herba

Marginal notes (right column): A.C. 34. — Aug. in Io. tract. 49. — Io. 11. — Expoſitio Euangelij ante ſex dies Paſchæ. — Ioan. 12. — Annus Hebræorum qualis. — Aug. in Io. tract. 50. — Luc. 7.

[a] Et ſi menſes ſcripturæ lunares ſunt, eius tamen anni in Solarib. haberi debent. Nam etiamnum hodie Hebræi, tertio quoque anno, & interdum ſecundo, quando vſus expoſcit, vt ratio lunæ motui ſolis reſpondeat, vnã lunam ſiue lunarem menſem intercalant: illũmque annũ menſium tredecim, extremo (quem Adar nominant, & in noſtrum februarium fere incurrit) cum hac particula veadar repetito faciunt. Quamquam etiam primus poteſt repeti, vt menſis intercalaris ſit Veniſan, qui & Martius. Ita enim ſolebant veteres dicere, vt Talmuditæ narrant. Geneb. in extr. 2. Chronogra. ex quibus D. Antonini ſenſum capies, & melius rationem Hebraici anni intelliges.

quæ dici

A.C. 34. Aug.16.

A quæ dicitur nardus multum odorifera & medicinali. Piſtici dicitur quod eſt Græcum, id eſt fidelis non ſcilicet adulterati miſtura alia, vel ſecundùm Auguſt. eſt nomen loci vnde erat herba. Et vnxit pedes Ieſu, & exterſit capillis ſuis.

Mat.26. Mar.14.

Marthæus & Mar. per reſumptionem narrant hanc vnctionem factam, cùm incipiunt paſſionẽ Chriſti deſcribere. Et quòd nõ ſolum pedes, ſed etiam caput vnxerit Chriſti: fiducia ſumpta ex remiſſione peccatorum percepta quòd Io. hic tacuit. Referunt etiam hoc factum in domo Simonis leproſi, id eſt, qui olim fuerat leproſus, ſed poſtea emundatus: potuit eſſe quòd in dicto caſtro

Allegorica huius Euangelij expoſitio.

B Bethaniæ etſi eſſet Marthæ: tamen ille Simon haberet ibi domum notabilem, in qua conuiuatus eſt Chriſtus, & prædictæ ſorores cum Lazaro adeſſent. Domus autem repleta eſt ex odore vnguenti, Alcuinus, myſtice quòd ante ſex dies venit Ieſus: ſignat quòd ille qui ſex diebus omnia fecerat ſexta die hominem creauerat, ipſa ſexta ætate, feria ſexta hora ſexta redimere mundum venerat. Cœna dominica fides eſt Eccleſiæ, quæ per dilectionem operatur.

Sexto numero, quid Deus fecerit.

Gal.5.

Martha miniſtrat, cùm fidelis anima opera ſuæ deuotionis domino impendit. Lazarus vnus eſt ex diſcumbentibus, cùm hi qui à peccatorũ morte

Bethania quid interpretatur. Aug. ibid.

C reſuſcitati ſunt ad iuſtitiam: vnà cum eis qui in ſua iuſtitia permanſerũt de præſentia veritatis exultant, & cœleſtis gratiæ muneribus aluntur. Et bene hæc in Bethania, quæ interprætatur domus obedientiæ quæ vtique eſt Eccleſia. Vnguentum quo vnxit Maria Ieſum iuſtitia eſt, & ideo libra eſt. Vngit pedes Ieſu qui bene viuendo dominica ſectatur veſtigia, vngit caput, qui deuotione afficitur ad diuinitatem, pedes autem, qui ad humanitatem mentem & affectum dirigit. Extergit capillis pedes, qui de ſuperfluis dat pauperibus. Domus ex hoc repletur odore, quia mundus bona fama Eccleſiæ operibus reſpergitur.

Aug.l.2.de conſ.Euangel.79.

D Dixit autẽ vnus ex diſcipulis, Iudas Iſcariotes. Quare hoc vnguentum non vænit trecentis denariis, & datum eſt egenis? Quod alij Euangeliſtæ dicunt diſcipulos de hoc murmuraſſe Ioannes autem ſolum Iudam dupliciter concordatur, quia vel ponitur pluralis numerus pro ſingulari, quia vnus ex diſcipulis murmurauit, vel quia vtrunque fuit. Nam primo Iudas murmurans & muſſitans ſine aliis, poſtea induxit alios ad murmurandum ſecum. Sed erat differentia, quia illi pietate mouebantur ad pauperes, iſte ex auaritia, vt partem eorum quæ ſibi dabantur ad ſeruandum, furaretur. Vnde ipſe euangeliſta Ioan.

E ſubdit: hoc dixit, non quia de egenis pertinebat ad eum ſcilicet ex compaſſione ad pauperes: ſed quia fur erat, & loculos habens ea quæ mittebantur, id eſt dabantur Chriſto & diſcipulis in eleemoſynam, quæ mittebantur in loculos, id eſt, marſupium, quod habet diuerſos fiſcos quaſi diuerſa loca propter varietatem monetarum portabat. Alcuinus, Portabat miniſterio (ſcilicet vt œconomus vel procurator) exportabat furto. Dicitur enim eum habuiſſe vxorẽ & filios quibus domum portabat. Hinc Augu.15.q.1. exemplum.

Aug.16. in Ioan.tr.50.

Exemplum domini accipite conuerſantis in terra, quare loculos habebat, cui angeli mini-

F ſtrabant, niſi quia Eccleſia ipſius loculos habitura erat? Quare furem admiſit, niſi vt eius Eccleſia cùm fures patitur, tolleraret? Chryſ. dicit quod ideo Iudæ furi exiſtenti loculos commiſit pauperum, vt omnẽ abſcindat occaſionem. Non enim habebat dicere quoniam propter pecuniarium deſiderium hoc fecit, etenim ſufficientem habebat ex loculo concupi-

Hom.64. in Ioan.

A ſcentiæ mitigationem. Chriſtus autem hoc ſciens ex multa condeſcenſione ad Iudam non eum incuſauit ſed communem intulit excuſationem, dicens, ſecundum Matt. Quid moleſti eſtis huic mulieri, ſcilicet murmurantes contra eam. Opus enim bonum operata eſt in me, non prodigalitatis, vt putatis, ſed pietatis. Mittens enim vnguentum hoc in corpus meũ, ad ſepeliendum me fecit, id eſt fecit quod facere curabit pro officio ſepulturæ meæ: ſed non poterit. Nã tranſacto ſabbato ſancto, mane ſequenti venit cum aliis matronis ad ſepulchrum cum aromatibus vt vngerent corpus Ieſu: ſed non inuenerunt, quia iam ſur-

A.C. 34. Mat.26.

Mar.16.

B rexerat: vnde & Ioan. dixit, Sinite illam, ſcilicet facere quod agit, vt in die ſepulturæ meæ ſeruet illud, id eſt, vt obſeruet & faciat quod volet facere pro die ſepulturæ, ſed non poterit. Nam pauperes ſemper habebitis vobiſcum ſecundum præſentiam & indigentiam corporalem, me autem non ſemper habebitis, ſcilicet ſecundum corporalem & viſibilem præſentiam. Nam ſecundum maieſtatem ſuam, ſecundum prouidentiam (ait Aug.) ſecundum ineffabilẽ & inuiſibilem gratiam, & ſecundum etiam ſacramẽti veritatem in Euchariſtia, impletur illud ab eo dictum. Matthæi vlti. Ecce ego vobiſcum ſum omni-

Chriſtus quomodo nobiſcum perpetuo verſatur. Aug. ibid.

C bus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Et vt dicit Ioan. Turba multa quæ venerat ad feſtum in Hieruſalem audiens Chriſtum eſſe Bethaniæ venit illuc, non tantum propter eum: ſed vt viderent Lazarum reſuſcitatum à Chriſto, prout dicebatur à multis, propter hoc cogitabant Phariſæi Lazarum occidere, ad miraculum occultandum vel calumniandũ, quia multi illo viſo credebant in Ieſum, de pœn. diſt. 1. quantuſlibet.

§ V.

D DE ingreſſu Ieſu in die Palmarum cum gloria magna & laude in Hieroſolymam ſuper aſinã & pullum. De quo narrant omnes quatuor Euangeliſtæ inducentes teſtimonium prophetæ ſuper hoc. Dicit ergo Ioannes, quod in craſtinum ſcilicet à die prædictæ cœnæ factæ, Turba multa quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent quia Ieſus venit in Hieroſolymam, exierunt obuiam ei cum ramis palmarum: dicit Beda, Præceptum legis erat vt decima luna primi menſis agnus ſiue hædus in domo clauderetur vſque ad 14. lunam eiuſdem menſis, qui ad veſperam immolabatur, vnde & verus agnus ex omni

Matt.21. Ioan.12.c. Mar.11. Lu.19.

Chriſti ingreſſus in Hieroſolymam.

Beda in mar.l.3. Ex.12.

E grege ſine macula electus pro ſanctificatione populi, ante quinque dies, id eſt, luna decima Hieroſolymam aſcendit. Alij Euangeliſtæ plenius hoc narrant, dicit enim Matt. quod cùm appropinquaſſet Ieſus Hieruſalem & veniſſet Bethphage ad montem oliueti, Bethphage eſt quædam villa prope Hieroſolymam in latere montis oliueti, vbi morabantur ſacerdotes, Tunc Ieſus miſit duos ex diſcipulis dicens eis. Ite in caſtellum. Caſtrum dicitur Hieruſalem cùm tamen eſſet regia ciuitas, quia non erat ibi vnitas ſed maxima inhabitantium diuiſio. Quod contra vos eſt. Vtique Hieruſalem, ſiue etiam mundus

F ad quem deſtinati ſunt diſcipuli Chriſti ad prædicandum, fuit contra eos ad perſequendum. Et ſtatim inuenietis aſinam alligatam & pullum cum ea, ſcilicet alligatum. Soluite & adducite mihi. Ex pietate ad pauperes tenebatur à ciuibus iuxta portam aſina quædam communis, vt pauperes qui à ſe non habebant animalia, illa vterentur in ſuis neceſſi-

A.C. 34.

Parua opera Dei intuitu magno ſtudio aggredienda.

tatibus, & poſtmodum ad locum remittebant, quæ aſina tunc pullum habebat. Et ſi quis dixerit, quare ſoluitis pullum? dicite quia Dominus his opus habet: & ſtatim dimittet eos: Qui obedientes adduxerunt aſinam & pullum. Baſilius. Sic decet nos & infima opera plurimo cum affectu & ſtudio aggredi: ſcientes quia quicquid intuitu Dei fit, non eſt paruum, ſed dignum regno cœlorum. Sed ſciendum ſecundum Auguſt. quòd licet alij tres Euangeliſtæ ſolum faciant mentionem de pullo aſinæ adducto ad Ieſum, ſuper quem nullus hominum ſedit, ſcilicet, adhuc: ſuper quem Ieſus aſcendit, Matthæus autem vt dictum eſt, refert vtrumque, ſcilicet, aſinam & pullum deductum, in hoc tamen non eſt contrarietas: ſed quod alij tacuerunt de aſina, Matthæus ſuppleuit. Et ſuper vtrunque Chriſtus aſcendit, in parte viæ ſuper aſinam: in alia parte ſuper pullum, non propter neceſſitatem quòd animalia eſſent feſſa: ſed propter ſignificationem. Signabatur enim ibi ꝙ in vtroq; ſexu vel melius, quòd in vtroque populo ſcilicet Iudæorum & Gentilium Chriſtus ſuper adductos, id eſt, per prædicationem Apoſtolorum conuerſos ad fidem eſſet manſurus, & eos ducturus in ſupernam Hieruſalem. Signat enim aſina populum Iudæorum ſubditum iugo legis, & domitum oneribus pœnarum. Aſellus verò ſeu pullus populum Gentilem laſciuientem, ſuper quem nullus ſederat, quia ſecundum Ambroſ. Nullus præter quàm Chriſtus nationum populos vocauit ad eccleſiam. Et quia alij tres Euangeliſtæ Euangelium ſcripſerunt Gētilibus: ideo eis fuit cura de pullo aſinæ figurante populum Gentilem, facere mentionem, Matthæus vero ſcripſit Hebræis conuerſis: prædicauit tamen & diu Gentilibus, ſcilicet, Æthiopibus, ideo de aſina & pullo mentionem facit. Inducunt autem Matthæus & Ioannes huius rei geſtæ prophetiam prænunciantem, quæ habetur, ſcilicet Zacha. 9. referentes ſubſtantiam facti non propria verba Prophetæ. Nam Zacharias ait. Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluatot. Ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam & ſuper pullum filium aſinæ. Ioannes autem ſic refert. Noli timere filia Syon, id eſt, Hieruſalem, quæ dicitur filia Sion: ex eo quòd Sion erat arx ſeu munitio vrbis Hieruſalem, & cuſtodia & tutela eius, ſicut mater cuſtodit filiam & ideo dicitur Hieruſalem filia Sion ſupple, Sed potius exultatu Hieruſalem quæ es filia Sion, vt dicit Propheta. Ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ: quod fuit in parte viæ. Matthæus vero dicit. Dicite filiæ Sion, id eſt, Hieruſalem, hoc eſt habitatoribus eius: vos ſcilicet, prædicatores & doctores legis ad confortandum populum & conſolandum miſſi: lætare & gaude, ô Hieruſalē in aduentu tui Meſsiæ. Et vt ex humilitate & manſuetudine eius poteris cognoſcere ipſum eſſe, huius rei do tibi ſigna. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis, id eſt, aſinæ. Ecce in propinquo eſt: ideo demonſtro. Agnoſce dignitatem eius, quia rex in temporalitate quantum ad dominium: quia rex regum & Dominus dominantium, licet vt pauper vixerit in ſpiritualitate. Pſal. Ego (ait in pſal.) conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion, &c. id eſt, eccleſiam in ſuperna fœlicitate, vnde poteſtas eius poteſtas æterna & regnum eius quod non corrumpetur. Tuus, per aſſumptionem humanitatis. Non enim Angelos ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Hebr. 2. Tuus per carnis originem.

l.2.de cōſ. Euā.c.66.

l.9.com. in Luc.

Ap.19. Pſal 2. Dan.4.& 7.

Thom. in offi.cor. Chriſti. Se naſcēs dedit ſocium. Conueſcens in edulium. Se moriens in pretium. Se regnās dat in præmium.

A.C. 34.

A Rom. 1. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnem. Tuus per ſui largitatem. Nam dedit ſemetipſum pro nobis. Ad Galat. 1. & 1. ad Tim. 2. In cibum in pretiū, in præmium. Venit, id eſt, veniet citò, vſitatum eſt in ſcriptura ponere præſens tempus pro futuro, vt illud Io. 4. Scio ait Samaritana, quia Chriſtus venit, id eſt veniet ſic intendebat dicere, vel venit dicit præſentis temporis, quia ſecundum Hiero. Prophetæ in his quæ prophetant, legunt in libro diuinæ præſcientiæ cui omnia ſunt præſentia. Vel venit præteriti temporis dicit: ad oſtendendum infallibilitatem huius aduentus. Sicut enim impoſsibile

B eſt præteritum quod fuit, non fuiſſe, ita eſt impoſsibile, quod prænunciatum eſt à Deo, non euenire. Tibi, ſcilicet, ad tuam vtilitatem ad te curandum. Luc. 19. Venit filius hominis ſaluum facere quod perierat. Ad te illuminandum. Eſa. 60. Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum, ad viuificandum, & de manibus diaboli liberandum. Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant. Et primæ Ioan. 3. Venit filius Dei vt diſſoluat opera diaboli. Si autem non receperis, veniet tibi, id eſt, contra te ad condemnandum. Manſuetus, non iratus vt Nabuchodonoſor ad te deſtruendum armatus. Non ſuperbus, vt Anthio-

4.Reg 25. 1.Mach. 1. 3.Reg. 12.

C chus profanus ad tollendum cultum Dei veri. Non pompoſus & elatus, vt Salomonis filius Roboam nimis aggrauans populum in oneribus. Non vt tyrannus ad dominandum, vt populus Romanus. Sed manſuetus, cuius manſuetudinis ſignum euidens do tibi, quia ſedens non ſuper equum ſuperbum, qui à longe odoratur bellum, ſed ſuper aſinam pacis & ſimplicitatis amicam. Sit ergo quæcunque anima quæ optat Chriſtum ſupra eam quieſcere, & ad ſupernam Hieruſalē adduci, vt Aſellus pacis amator: quia in pace factus eſt locus eius, in pſal. 75. Sit ſimplex: quia cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Prou.

Anima quæ optat in Chriſto quieſcere ſit ſimilis aſinæ.

D 3. Sit patiens & onerum portator, id eſt laborum & afflictionum. Pſalm. Vt iumentum factus ſum apud te: & ego ſemper tecum. pſalm. 72. Euntes autem diſsipuli miſsi à Ieſu, fecerunt quod eis fuerat imperatum. Et cùm ſoluere vellent aſinam & pullum: prout eis dictū fuerat ab eis inuentos, interrogantibus Domini quare ſoluerent: & illis reſpondentibus quia Dominus neceſſarium habebat, dimiſerunt. Et adducto vtroque Apoſtoli veſtimenta ſua poſuerunt ſuper aſinam. Quo iter faciente, aliqui veſtimenta ſua à ſe exuta ſternebant in via: vt aſinus tranſiret ſuper illa: ob deuotionem ad eum:

E Alij cædebāt ramos de arboribus oliuarum & palmarum, & ſternebant in via: in figuram victoriæ habendæ à Chriſto contra Diabolum & mortem. Et vt refert Lucas cùm appropinquaret ad deſcenſum montis Oliuarum: cœperunt omnes turbæ diſcipulorum qui ei venerant de Hieruſalem obuiam, gaudentes laudare Deum voce magna ſuper virtutibus, quas viderant de eo. Appellantur autem hic diſcipuli non ſolum duodecim Apoſtoli: vel ſeptuaginta duo diſcipuli eius: ſed & quicunque alij ſequentes eum ob fidem & deuotionem ad eum. Dicit autem Matthæus. Turbæ autem quę præ-

F cedebant & quæ ſequebantur clamabant, Hoſanna filio Dauid: id eſt, obſecro ſalua. Benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſanna in excelſis. Hoc ſumptum eſt ex pſalm. 117. Addit Lucas. Qui venit rex in nomine Dñi: pax in cœlo & gloria in excelſis Theo. Iudæi regem Iſrael ipſum nuncupabant, quaſi ſenſibilem regem ſomniantes. Expectabāt namque

A.C. 34.

exurgere quendam in regem maiorem, quàm ſecundum humanam naturam, ſaluaturum eos à Romanorum iuriſdictione. Marcus verò dicit. Benedictus qui venit in regnum patris noſtri Dauid. Beda. rex dicitur eo quòd mentes regat, eáſque ad cœleſtia regna perducat. Pax in cœlo: hoc eſt ſecundum Theophilum, bellum antiquum quod Deo aduerſabatur euanuit. Et gloria in excelſis: laudantibus, ſcilicet, Angelis Deum in tali reconciliatione. Nam hoc ipſum quod Deus viſibiliter habitat in terra inimicorum ſuorum, ſignat ipſum nobiſcum habere concordiam. Regnum venerat Dauid patris eorum. Regnũ ſcilicet, Chriſti figuratum in regno Dauid. Venit autem in nomine Domini, quia ſecundum Bedam, vel in nomine patris domini, vel in nomine Domini, id eſt, vt Dominus venerat ipſe. Sed Phariſæi murmurantes eo quòd turba regem eum vocaret, quaſi hoc tenderet ad ſeditionem, & quia laudabant eum vt Deum Hoſanna clamantes tanquam blaſphemiã reputantes, zelo inuidiæ moti de tanto honore dixerunt ei. Magiſter increpa diſcipulos tuos, ſcilicet, ne talia dicant, quibus reſpondit. Dico vobis ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. quaſi dicat, ſecundum Theophilum. Non ſum cauſa, quòd homines taliter laudant ſed commoniti virtutibus quas viderunt, hoc faciunt. Beda. Crucifixo etiam Domino, notis eius præ timore tacentibus, lapides canebant, quando in morte eius petræ & ſaxa ſciſſa ſunt. Aut fortaſſe ſecundum Ambr. Obmuteſcentibus Iudæis poſt paſſionem, id eſt, ex perfidia non confitentibus ſuã diuinitatem, lapides viui ſecundum Petr. 1. Gentiles qui conuerſi erant, hoc clamabant. Myſtice verò de monte Oliuarum, id eſt, altitudine diuinæ miſericordiæ, factum eſt vt Chriſtus miſericordiæ oleo inunctus mitteret Apoſtolos & alios Eccleſiæ doctores duos, id eſt, duabus rebus præditos, ſcilicet, vitæ ſanctitate, & doctrinæ radioſitate. Vnde Hiero. ſi in loco Apoſtolorum ſumus, non ſolum ſermonẽ eorum imitemur, ſcilicet, quantum ad doctrinam: ſed etiam conuerſationem & abſtinentiam. diſt. 35. Eccleſiæ. Idem, Nõ ſolum Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, verumetiam omnes gradus inferioris qui in domo Dei deſeruiunt magnoperè prouidere debent, vt cunctum populum cui præſident conuerſatione, & ſermone ac ſcientia præeant, &c. 8. quæſt. 1. qualis. Et ad hoc non ſufficit bona conſcientia, niſi adſit quantum ex ſe & bona fama. Vnde Aug. Duæ res ſunt conſcientia & fama. Conſcientia neceſſaria eſt tibi, fama proximo tuo. 12. quæſt. 1. nolo. Secundum quod requiritur, eſt competens peritia, quæ integratur ex duobus: ſcilicet, ſcientia veteris & noui teſtamenti, & notitia canonum. Matth. 13. Doctus in regno cœlorum, id eſt in Eccleſia profert de theſauro ſuo, ſcilicet, ſapientiæ noua & vetera. Vnde di. 38. in cap. ignorantia. dicitur, Sciant ſacerdotes ſacram ſcripturam & canones, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina conſiſtat. Miſit autem hos ad caſtrum, id eſt, mundum contra eos, quia perſecutus eſt eos, quoniam contrariabatur veritati, quam docebant, quia vitioſè viuebat ſecundum illud 1. Ioan. 3. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Sed ſerui Dei non ſunt de mundo. Ioan. 17. Miſit autem ad ſoluendum aſinam & pullum ligatos, id eſt, populos Iudaicum & Gentilem, nexibus ligatos errorum & vitiorum, ſecundũ id Sapien. Vna catena tenebrarum omnes erant compediti. Et in Pſal.

Beda in Luc. l. 5. c. 79.
Bed. ibi.
Bed. 16. Matth. 2.
Ambr in Luc. 6. l. 9. 1. Pier. 2.
Expoſitio myſtica ingreſſus Chriſti in Hieruſalem.
Hier. in 2. c. Mich. Hie. in cõ. ad Tit.
Ser. 51. ad fratres in eremo. Conſcientia & fama bona neceſſaria.
Ex conc. Tolet. 4. c. 14.

A Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Qui euntes in mundum vniuerſum ſoluerunt ab illis vinculis aſſentientes doctrinæ ſuæ, etſi aliquibus reſiſtentibus, non tamen præualentibus: & adduxerunt ad Ieſum, id eſt, fidem eius homines communiter ſimplices & humiles ſignatos per Aſinum qui dicitur ſine ſenſu. Videte ait Apoſtolus. 1. ad Cor. 1. vocationem veſtrã non multi potentes, non multi ſapientes, &c. ſed quæ infirma ſunt elegit Deus, & quæ ſtulta. Et imponentes ſuper eos veſtimenta ſua, id eſt, exempla operum ſuorum imitantes, fecerunt Chriſtum in eis requieſcere, qui eos conducat in ſupernã Hieruſalem, B aſinam & pullum, id eſt, fœminam & mares. Sternentes autem veſtimenta ſua in via, vt aſinus firmius incederet, ſunt qui corpora ſua quæ ſunt veſtimenta animarum conculcarũt & mortificauerũt per martyria & afflictiones auſteritatis vitæ & tribulationum: quæ vtique multum inducunt ad ſuauius incedendum in via Dei. Qui verò cædunt ramos de arboribus oliuarum vel palmarum, ſunt qui diuerſas eleemoſynas impendunt alijs ſpirituales & corporales, vel ſententias patrum ad ſane procedendũ in in via Dei. Omnes autem qui præcedunt & qui ſequũtur clamant filio Dauid Chriſto, Hoſanna, quia C & patres veteris teſtamenti, qui Chriſtum præceſſerunt in vita humana: & patres noui teſtamenti, omnes expectant & cupiunt & orant ſaluari per Chriſtum. Neque enim datum eſt aliud nomen, quantum ſcilicet ad rem ſignatam, quàm ipſum nomẽ, in quo oportet nos ſaluos fieri, ait Petrus Act. 4. Et iterum huic ſcilicet Chriſto omnes Prophetæ teſtimoniis perhibent remiſsionem peccatorum accipere per nomen eius. Sequitur hiſtoria, referente ſolũ Luca, Vt appropinquauit Ieſus Hieroſolymam, videns ciuitatem fleuit ſuper illam, motus compaſsione futuri, quod præuidebat, exterminij, & hoc exprimens ait. D Si cognouiſſes & tu, ſupple fleres, ſi ſcires mala tibi ventura. Orig. Cùm intellexeris Ieſum dicentem talia & lugentem peccata noſtra: aſpice ſimul & illud quod ſcribitur in Euangelio, quia videns ciuitatem fleuit ſuper illã. Et ſi rationabiliter fleuit ſuper Hieruſalem, fleuit ſuper eccleſiam rationabilius, ædificatam quidem, vt eſſet domus orationis, factam autem ſpeluncam latronum propter turpia lucra. Et arbitror conuenire verbum Dei de venditoribus columbarum, eis qui tradunt eccleſias auaris, & tyrannis, & indiſciplinatis & irreligioſis epiſcopis aut presbyteris. 16. quæſt. 7. & hoc dicimus. Et quidem in hac E die quæ ad pacem tibi, id eſt, in præſenti quæ nunc habes, ſunt tibi ad pacem temporalem, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, id eſt, à cognitione tua, mala ſcilicet, tibi ventura propter tuam perfidiã. Et ipſa breuiter explicans ſubdit: quia ecce venient dies in te, ſcilicet, inde ad quadraginta annos. Et circircundabunt te inimici tui vallo, ſcilicet, exercitus Romanorum cum principibus Tito & Veſpaſiano patre eius, qui illuc miſsi ſunt: quia ſe Romanis qui bus erant tributarij rebellarunt. Et circundabunt te, ita obſidentes: vt nullus poſsit intrare vel exire. Et coanguſtabunt te vndique bello, fame, & peſte inde F ſecuta à mortuis. Et ad terram proſternent te: & filios tuos qui in te ſunt. Et qui remanſerunt, venditi fuerunt in ſeruos: & diſperſi per orbem. Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem qui non deſtruatur. Nam ciuitas illa fuit funditus euerſa, quia ea quæ nunc eſt Hieruſalem, fuit poſtea ædificata, cuius ſignum eſt, quia Caluariæ locus erat extra

A.C. 34.
Sap. 17. Pſal. 118.
Act. 10.
Luc. 19.
Expoſitio Euangelij Cum appropinquaret Ieruſalem Hieroſolymam.
hom. 15. in Matth.
Eccleſia eſt facta ſpelunca latronum propter turpia lucra.
Excidium Hieruſalẽ Chriſtus prædicit.
Ioan. 19.

A. C. 34. tra illam ciuitatem, vt patet ex Euangelio & Hebr. A
vltim. Ieſus extra portam paſſus eſt, nunc autem dici-
tur eſſe in medio ciuitatis, quæ nunc eſt: Et aſſignans
Beda hoc habet in lib. Sact. lo corũ. ca. 1. cauſam huius exterminij ſubdit, eo quòd non cogno
uetis tempus viſitationis tuæ. Venerat enim Chriſtus
ad eũ viſitandum vt medicus infirmũ, vt magiſter di-
ſcipulum, vt prælatus ſubditum, quod Iudaicus popu
lus cognoſcere noluit. Greg. in homil. exponit totum
Greg. ho. 39. ſup. Euan. moraliter de anima peccatrice, quæ cum gaudeat mũ
danis fruens, non conſiderat mala ſibi præparata in
exitu ſuo à corpore, & ideo non luget, ſed lætatur in
Expoſitio moralis breuis. malis quam demum in fine vitæ, exercitus dæmonum
obſidet cum varijs tentationibus, & coanguſtabunt, B
& ad terram infernalem proſternent. ibi vide.

Exinde cùm introiſſet ciuitatẽ, vt narrat Mattheus commota eſt vniuerſa ciuitas eorum, ſcilicet, qui remanſerant in ea, ex admiratione tanti honoris & laudis in Chriſtum, vnde dicebant. Quis eſt hic? Cui reſpondebant turbæ: Hic eſt Ieſus Propheta à Nazareth Galilææ. Quod videntes Phariſæi, & inuidentes dicebant ad ſeipſos, vt ait Ioan. 12. Videtis quia nihil proficimus. Ecce totus mundus vadit poſt eum. Aug. Turba turbauit turbam. Quid autem inuidet cæca turba, quia poſt eum vadit mundus, per quem factus eſt mũdus? quaſi dicat. Quantumcunque inſidiamini, tantũ C huic augetur gloria & intenditur. Et ingreſſus in templum cœpit eijcere vendentes & ementes in illo, & nummulariorum effudit æs, & cathedras vendentium columbas euertit. Origen. Eijcit Dominus vendentes & ementes de templo ad correctionem populi, vt nõ pro mundi feſtiuitatibus in nomine Dei emptionib. & venditionibus vacent in loco non competenti in quo non debent emere, & vendere, ſed orationibus vacare, qui congregantur quaſi in domo orationis. 16. quæ. 7. & hoc dicimus. Nuſquam reperitur Dominum tanta ſeueritate [iam diſtricta cenſura iuſtitiæ peccantes corripuiſſe, cũ non ſolum peccantes increpans, ve D rum etiã facto flagello verberãs omnes eliminauit de tẽplo. i. porticu tẽpli, apertè demonſtrans, quod tales negotiatores, nõ ſicut cæteri peccatores ſunt corripiẽdi, ſed à tẽplo Dei, id eſt à S. Eccleſia longius ſe proiiciendi] vt patet Ioan. 2. Nam ſicut per columbarum venditores illi denotantur, qui ſacrã manus impoſitionem, id eſt, ordinationes vendere conantur, ita per nummularios Eccleſiaſtici beneficij venditores deſignantur. 1. quæſt. 3. ex multis, & in cap. ſequenti, dicit Greg. Vendentes & ementes de templo eliminat Chriſtus, quia vel eos qui pro munere, manuum impoſitionem tribuunt, vel qui donum ſpiritus emere nituntur ſcilicet, quodcunque ſacramentum, damnat. In tẽplo etiam vendentes ſunt, qui hoc, quod quibuſdam iure competit, ad præmium largiuntur. Iuſtitiam enim vẽdere, eſt hanc pro præmij acceptatione ſeruare, hæc Greg. Et Beda in cap. ſeq. Non ſolùm venditores colũbarum ſunt, qui ſacros ordines largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt, verum ij quoque, qui gradum, vel gratiam ſpiritualem in Eccleſia, quam Domino largiente perceperunt, non ſimplici intentione, ſed cuiuſlibet humanæ cauſæ retributionis exercent. hæc ibi. Poſſunt ergo intelligi emptores & venditores columbarum, dantes & recipientes ſacramenta: quibus confertur columba, ſcilicet, donũ Spiritusſancti, munere pecuniæ, precum, vel obſequij. Emptores ouium vẽditores ſunt beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ dant lanam & lac. Boum verò, qui terram ſcindunt, emptores ſunt & venditores prædicationum, quibus ſcinduntur corda terrena peccatorum. Nummularij verò ſunt meditatores horum,

Euangelij cùm introiſſet ciuitatẽ expoſitio. Matth. 21.

Aug. trac. 51. in Io.

Orig. ho. 15. ad cap. 21. Matth.

Ex Alexãdro 2. in ep. ad Clerũ & populum lucen ſis Eccle.

Greg. ho. 39

Bed. in 2. c. Ioan.

Simoniaci quomodo in Euangelio deſignati.

quæ omnia pertinent ad ſimoniam. 1. q. 1. ſunt nonnulli, & q. 3. ſaluator, & 1. q. 1. reperiuntur. Eiiciens autem Chriſtus hos, dixit: Scriptum eſt ſcilicet, in Eſa. Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Origenes, Qui conſiderat in multis eccleſiis talium Chriſtianorum peccata, qui arbitrantur quæſtum eſſe pietatem, & cùm deberent de Euangelio viuere, ſecundum quod viuere decet ſeruos Dei, hoc non faciunt, ſed diuitias & multas poſſeſſiones acquirunt. Nonne dicet ſub talibus Eccleſiam factam ſpeluncam latronum. 16. quæſt. 7. & hoc dicimus. Accedentes autem ad eum cæcos & claudos ſanauit. Sed Phariſæi videntes mirabilia iſta, & audientes pueros clamantes Oſanna, indignati ex inuidia tantæ laudis, dixerunt Chriſto. Non audis quæ iſti dicunt? quaſi dicat. Non debes permittere iſtos tantum te laudare in facie, quibus Chriſtus reſpondit, vtique. Nonne legiſtis quod ſcriptum eſt, ſcilicet, pſalm. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, id eſt, proferri fecisti laudem profectam ex ore ſimplicium? Et ſequitur in Pſalm. propter inimicos tuos, ſcilicet Iudæos, ſcribas & Phariſæos, vt deſtruas inimicum, id eſt confundas & conuincas quemlibet tibi aduerſantem & vltorem, id eſt, qui videbantur è zelo legem defendere, quaſi dicat, Iſti faciunt, quod prædixit Propheta erga me faciendum. Marcus tamen dicit, quòd ingreſſus eſt Ieſus in templum ad eiiciendum ementes & vendentes, qui etiam non ſinebant, vt quiſquam transferret vas per templum ſecunda feria, id eſt, die lunæ. Nam præcedenti die, ſcilicet, Dominica intrans ciuitatem cum maxima gloria, vt dictum eſt, acceſſit in templũ. Et cùm eſſet hora veſpertina, circũſpectis omnibus, fortè ſi aliquis inuitaret eum ad comedendũ, nullo hoc faciente, exiuit ciuitatem: & iuit in Bethaniam cum duodecim. Et die ſequenti. ſ. feria ſecunda reuerſus in ciuitatẽ Hieruſalem, in via maledixit ficulneæ non habenti ficus, ſed folia tantum, & aruit ſubitò. Et ingreſſus in templum eiecit ementes & vendentes in eo.

Erant autem, vt narrat Ioannes, quidam Gentiles, qui venerant ad templum, qui audita fama de eo, cupiebant eum videre, cùm non cognoſcerent: Quod audientes Philippus, & Andreas nuntiauerunt Ieſu: Et tunc ipſe ait. Niſi granũ frumenti, cadens in terrã mortuũ fuerit ipſum ſolũ manet, &c. Et, qui amat animã ſuã perdet eã. ſcilicet, quantũ ad vitã mundialem, Et poſt pauca ſubdit. Nunc anima mea turbata eſt, id eſt, afflicta ſecundum partẽ ſenſitiuam conſiderans paſſionem cui propinqua erat, vnde Chryſoſto. quia Dominus diſcipulos ad paſſionem hortatus fuerat dicens: Qui amat animam ſuam perdet eam: ne dicant: quòd ipſe extra dolores exiſtens humanos, facile de morte philoſophatur & in tuto nos admonet, oſtendit propter hoc, ꝙ ipſe non eſt ſine periculo, quòd & ipſe in agonia ſit, tamen propter vtilitatem, mortem non renuat. Auguſtinus. Qui caritatis voluntate turbaris, multos in tuo corpore, qui infirmitatis ſuæ neceſſitate turbantur, ne deſperando pereant, conſolaris. In ſe ergo caput noſtrum ſuſcipit membrorum ſuorum affectum, & ideo non eſt ab aliquo turbatus, ſed vt ſupra dictũ eſt, ſeipſum turbauit, id eſt triſtitia afflictus eſt. Chryſ. Sicut eſurire non eſt crimen: ita nec præſentem vitã appetere. Chriſtus autem corpus à peccato mundum habebat, non autem à naturalibus neceſſitatibus erutum: ſiquidem non fuiſſet corpus: hoc igitur diſpenſationis eſt: non deitatis. Et quid dicam?

A. C. 34.

D. Greg. hom. 4. in Euan. Vrbanus. 2. Eccl. Conc. Tolet. lib. 8. c. 5.

Iſ. 56

Orig. ho. 15 ad c. 21. Matth.

Mar. 11.

Ioan. 12.

Chryſho. 66. in Io.

Auguſt. in Io. tra. 52.

Chriſtus non eſt ab aliquo turbatus, ſed ſeipſum turbauit. Chry. ibi. paulòpoſt.

A.C. 34.

ait Chriſtus. Aug. denique homo qui ſequi vult, audiat qua ſequatur. Acceſſit tibi fortè hora terribilis: proponitur tibi optio, aut faciendæ iniquitatis, aut ſubeundæ paſſionis: turbatur anima infirma: audi ergo quid ſubiungat. Et quid dicam? q. d. ſecũdum Bedam. Quid aliud, niſi vt membra mea inſtruantur. Pater ſaluifica me ex hac hora, ſcilicet, paſſionis. Aug. Docuit te, quẽ inuoces, cuius voluntatem certã atque diuinã tuæ voluntati humanæ infirmæque prępones. Non ideo tibi videatur ex alto deficere, quia te vult ab imo proficere hominis ſuſcepit infirmitatẽ, vt doceret te contriſtatũ dicere. Non quod ego volo, ſed quod tu vis: vnde & hic ſubdit. Sed propterea veni in horã hanc. Pater clarifica nomen tuum, ſcilicet in mea paſſione & reſurrectione. q. d. Non habeo, quid dicam ereptionem quærens. propterea enim veni in hanc horam, ac ſi diceret. Etſi turbemur, & tumultum patiamur, non fugiamus mortem, ſcilicet, cùm oportet, quia ego nũc turbatus non dico, vt effugiam, oportet enim ferre, quod ſupetuenit. Non dico, eripe me ex hac hora, ſed contrarium dico, ſcilicet Clarifica nomen tuum. Oſtendit enim quoniam pro veritate moritur, gloriam Dei vocans. Et hoc euenit. Futurum enim erat vt poſt crucem conuerteretur orbis terrarum & cognoſceret orbis terrarum Domini nomen & coleret, & non ſolum patris, ſed & filij, ſed tamen hoc ſilet. Dicit autem Euangeliſta Ioan. quòd venit vox de cœlo dicẽs. Et clarificaui, & iterum clarificabo. Greg. His verbis námque per Angelum loquitur Deus, cùm nihil in imagine oſtenditur, ſed ſupernæ verba locutionis audiuntur. Et nimirum de cœleſtibus loquens, verba ſua, quæ audiri ab hominibus voluit, rationali creatura adminiſtrante formauit. Clarificaui autem dicit, ante, ſcilicet, quàm facerem mundum, & clarificabo iterum, cùm reſurget à mortuis, & aſcendet in cœlum, & aliter intelligi poteſt clarificaui cùm natus eſt ex virgine, cùm miracula fecit, cùm Spiritu ſancto deſcendente ſuper eum in ſpecie columbæ monſtratus eſt. Iterum clarificabo, cùm reſurget à mortuis, cùm exaltabitur ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terrã gloria eius. Dicit autẽ Euangeliſta, ꝙ turba quæ ſtabat & audiebat, dicebat tonitruum factum eſſe. Chryſ. Aperta quidem & pene ſignata erat vox ſed cito ab eis euolauit, quaſi à craſſiorib. & carnalibus & deſidioſis, & ſonitum tantum retulerunt. Alij autem quoniam articulata erat vox, nouerant, quid autem ſignificaret, nõ ad huc, de quibus dixit Euangeliſta. Alij autem dicebant quia Angelus ei locutus eſt. Reſpondit autem Chriſtus, & ait. Non propter me vox hæc venit, vt ſcilicet, mihi indicaretur aliquid, quod neſcirem, ſed propter vos, vt indicaretur eis, quod ignorabant. Vt ſcirent, quoniam ex Deo erat. Qui enim glorificatur à Deo, qualiter non eſt ex Deo. quia verò dictum eſt, & clarificabo, conſequenter oſtendit modum gloriæ ſubdens. Nunc iudicium eſt mundi. Aug. eſt duplex iudicium, vnum ſcilicet quod in fine expectatur, retributionis pœnarum & præmiorum ſecundum opera hominum, & de hoc non loquitur. Sed de iudicio, quod importat diſcretionem & ſeparationem, quo ſcilicet, redempti ſui ſeparati ſunt, & eruti de manu diaboli. Vnde ſubdit. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Aug. Principem mundi appellat diabolum, non quia dominetur mundo, id eſt, cœlo & terræ & aliis, ſed quia dominatur mentibus peccatorum conſentientium eius tentationibus, qui mundus dicuntur propter affectum mundanorum. Eiectus eſt autem foras de mentibus conuerſorum ad fidem. Quamuis enim diabolus etiam poſt conuerſionem hominum tentet, adhuc tamen aliud eſt intrinſecus regnare, ſcilicet, per conſenſum mali, aliud forinſecus oppugnare, ſcilicet, tentando, quod nunc facit, ſed per hoc non regnat intus. Fuit etiam hoc iudicium ſimile huic. Si quis ſuos debitores in carcerẽ coniiciat, & poſtea idem ſua dementia alium immittat nil ſibi debentem, qui ſua virtute alios educat, ita fuit in Chriſto. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Exaltatus fuit in cruce à terra & poſtea in reſurrectione, exinde in aſcenſione. Traxit autem omnia ad ſe, ait Aug. id eſt, eos, ex quibus diabolus eſt eiectus. Non autem dixit, omnes, quia non omnium eſt fides, ſed omnia, quod ad creaturę integritatẽ refertur, id eſt, corpus, ſpiritũ & animam, corpus, quo ſẽſibiles ſumus, animã, qua viuimus, ſpiritũ, quo intelligimus. Aut etiã omnia prædeſtinata traham ad me, ſcilicet, per virtutẽ paſſionis mecũ ad gloriã adducendo, aut certè omnia. ſ. hominũ genera ſecundũ innumerabiles differentias quibus inter ſe præter ſola peccata diſtant, aut ſecundũ Leonẽ Papam. Omnia traxit moriendo. ſ. ſubtrahendo luminarium lumẽ ab omnibus hominibus. Aut etiã reſurgendo omnia traxit, quæ fuerant ſeparata à ſe, ſcilicet animam, corpus, ſanguinem totum. Traham dicit, ſecundum Chryſoſt. quaſi à tyranno detentos per ſeipſos nequeuntes accedere, & illius manus effugere. Cùm autem intelligerent Iudæi, quòd de ſua morte dixiſſet, mouent ei quęſtionẽ dicentes. Nos audiuimus ex lege quia Chriſt° manet in æternum. Et quomodo tu dicis exaltari oportet filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis Frequenter ſe appellauerat filium hominis, quia ſcilicet vnius, id eſt, virginis: non hominum, quamuis nunc non ſic de ſe loquatur. Exaltationem à terra ſuſpicati ſunt eum dixiſſe de morte crucis. Intelligebant quod facere cogitabant. Non ergo eis verborum horum obſcuritatem aperuit infuſa ſapientia, ſed ſtimulata conſcientia. Et vide ait Chryſoſt. qualiter malitioſè interrogant. Non enim dixerunt nos audiuimus ex lege ꝙ Chriſtus nil patitur, in multis enim ſcripturæ locis & paſſio & reſurrectio Chriſti ponitur ſimul, ſed dicunt quoniam manet in æternum. Et hoc nimirum non erat contrarium, immortalitati enim per paſſionem non eſt factum impedimentum. Sed exiſtimauerunt per hoc oſtendere ipſum nõ eſſe Chriſtum, quoniam Chriſtus manet in æternum. Quis eſt iſte filius hominis? q. d. Non nouimus, de quo dicis. Ipſis ergo Chriſtus reſpondit. Adhuc modicum lumen in vobis eſt Chryſ. ſic exponit. Adhuc modicum, id eſt, paruo tempore lumen, id eſt, ego qui ſum lux mundi in vobis eſt, id eſt, vobiſcum ſum. q. d. lux ſolaris non interimitur cùm occumbit, ſed parum recedens rurſus apparet. Sic & ego ſi paruo tempore moriar: quàm certiſſimè reſurgam. Aug. verò ſic. Adhuc modicum lumen, id eſt, parua cognitio & imperfecta eſt in vobis de me: per hoc, quòd intelligitis quòd Chriſtus manet in æternum, [tenebræ autem vos comprehendent, ſi ſcilicet, ita credideritis] Chriſti æternitatem, vt negetis in eo mortis humilitatem. Et ideo ambulate dum lucem habetis, id eſt, proficite in luce fidei dum vobiſcum eſt, &c. Et poſt hæc verba abiit, & abſcondit ſe ab eis non in occulta loca fugiendo, ſed ſe ab eis ſubtrahendo. [Cùm autem ſe abſcondit ab eis qui eum occidere cupiebant noſtræ infirmitati conſuluit non ſuæ poteſtati derogauit] Quãdo hæc facta ſunt, ſcilicet, de Gentilib. Ieſum cupientib. videre, & de voce facta de cœlo: de quo dictum eſt: non claré poteſt percipi, vtrum ſit Dominica in ramis an

Left margin notes: Aug. ibid. — Bed. in 12. cap. Io. — Aug. ibid. — Matth. 26 — Chryſ. ib. — Greg. l. 28. mora. c. 2. — Aug. ibid. — Pſal. 56. — Chryſ. ib. — Iudicium duplex. — Ex Aug. hæc colligi poſſunt in tr. 52. in Io. — Aug. ibid. Diabolus mundi princeps quare dicatur.

Right margin notes: A.C. 34. — Chriſtus qua ratione diabolũ vicerit. — Aug. ibid. — 2. Theſſ. 1. — Leo Papa ſer. 8 de paſſ. Domini. — Chryſ. ho. 66. in Io. — Pſal. 109. & 116. Iſa. 40 Eze. 37. Aug. ibid. — Chryſ. ho. 67. in Io. — Chriſ. ibi. — Aug. ibid.

A.C. 34. tamis, an in die ſequenti. Ioannes tamen ea continuat cum iis quæ facta ſunt in dominica in ramis.
Ioan.12. Facta autem veſpera ſecundæ feriæ, egreſſus eſt Ieſus iterum de ciuitate, & maneſequenti, id eſt, feria tertia ſeu die martis, vt refert Marcus, Hieroſolymá
Mar.11. regreſſus in templo multas parabolas docuit ſcilicet de vinea plantata & locata colonis: qui occiderunt filium locatoris, & de rege faciente nuptias filio. Quæſtiones ſoluit de cenſudando Cæſari vel non: de muliere ſeptemuita cuius in reſurrectione foret vxor, de mandato maximo legis, quæ narrat Matthæus, Marcus, & Lucas, & de eis dictum eſt ſupra.
Matth.22. Mar.12. & Luc.21. Ac etiam reprehendit Scribas & Phariſæos de multiplici hypocriſi eorum, vt narrat Matth. per totum 23. chap. Demum egreſſus de ciuitate in montem Oliueti, interrogatus de iudicio multa de ſignis eius prænuntiauit, vt narrat Matthæus, Marcus & Lucas.
Matth.24. Mar.13. & Luc.21. Adiiciens parabolam de talentis commiſſis exacta actione & ratione. Et de decem virginibus quinque fatuis, & quinque ſapientibus. Et demum de diſcuſſione in iudicio quæ ſcribit Matth. vt ſupra dictū eſt.
Matth.25.

¶ *De paßione Domini.*

CAP. VI.

Paſsio Chriſti exponitur. PASSIO Domini noſtri Ieſu Chriſti à principio, in primo Adam protoparente (ex cuius inobedientia cùm extendit manus ad lignum vetitum hora ſexta
Gen.3. ſextæ feriæ guſtans ſuauitatem cibi eſt totum genus humanum infirmatum ad mortem) eſt figurata, vt medicina morbi, per quam ſanaretur, quando videlicet poſt lapſum abſcondit ſe in medio ligni paradiſi vt dicitur Gen.3. ſignificabatur enim, quòd per lignum crucis in qua Ieſus ex obedientia patris manus extendit innocentes, hora ſexta ſextæ feriæ viceſimoquinto Martij guſtans amaritudinem fellis, peccatum ipſum eſſet abſcondendum à Deo, non quidem vt ignoraret, ſed dimittendum ne puniret, & ſic medelam ferret inde Chriſtus, hoſtis vnde læſerat. Hæc igitur paſſio ſacratiſſima in patriarchis extitit præfigurata, à Prophetis prænuntiata, ac ab Euangeliſtis omnibus poſt factum enarrata. Circa cuius inſinuationem aliquando quod vnus eorum ſubticet, alter ſupplet. Ad oſtendendum autem quòd Chriſtus voluntariè ſuſtinuit paſsionem ipſam non coactus, ſecundum illud Eſaiæ 53. Oblatus eſt quia
Figura paſsionis Chriſti in Adamo præceſsit.
Matth.16. 17. & 20. ipſe voluit, ideo pluries prænunciauit diſcipulis ipſam ſuam paſsionem, vt oſtenderet quòd cùm præſciret eam poterat euitare, & ad alia loca accedere. Nonſolum autem mortem ipſam ac genus mortis,
Matth.26. ſed & diem prædixit. Nam vt narrat Mat. primus Euangeliſtarum, dixit diſcipulis ſuis, Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Si intelligatur de biduo integro, hoc dixit feria tertia ante paſsionem. Si de biduo ſumēdo partem pro toto, potuit & hoc eſſe feria quarta, Paſcha fiet, id eſt, comedetur agnus paſchalis, qui ſecundum legem erat immolandus & comedendus poſt veſperam, vt patet Exod.12. ob memoriam beneficij rece-
Agnus paſchalis figura Chriſti. pti à Deo tali nocte: quando, ſcilicet agno immolato in Ægypto à filiis Iſrael interfectis primogenitis omnium Ægyptiorum ab exterminatore, ipſi Iudæi illæſi egreſsi ſunt de ſeruitute Pharaonis, & in figurā paſsionis Chriſti agni immaculati, quæ inchoata fuit in tali nocte, per quam Iſraelitæ, id eſt, veri fideles liberantur de ſeruitute diaboli occiſis vitiis, ſal-

A uique fiunt ſi tamen ſanguine agni liniti ſunt poſtes A.C. 34.
domus, id eſt, fides paſsionis habeatur in mente & opere. Filius hominis, id eſt, virginis, tradetur vt crucifigatur. Fuit autem traditus à Deo Patre ipſum ad mortem exponendo & promittendo propter nimiam erga nos charitatem. Ad Rom. 8. Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Ioan.3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Traditus eſt à ſeipſo ad noſtri redemptionem, vnde ad Epheſ.5. Dedit ſemetipſum pro nobis oblationem Deo in odorem ſuauitatis. Traditus eſt à Iuda Schariothe ad auari- Chriſtus à multis ad crucifigendum traditus.
B tiæ ſatisfactionem. Luc. 22. Accepta pecunia quærebat opportunitatem vt eum traderet, ſcilicet, Iudæis. Traditus eſt à Iudæis Pilato ob inuidiæ infectionem. Matth.27. Sciebat enim Pilatus quòd per inuidiam tradidiſſent eum Iudæi. Ad ipſam autem paſsionem ſecundum hiſtoriam explicandam, faciamus ſeptem conſiderationes.

De Iudæorum circa hoc concilio & determinatione.
De Chriſti cum Apoſtolis vltima refectione.
De eius in horto prece & comprehenſione.
De eius ad diuerſa iudicia deductione.
C *De eius cauſæ diſcußione & deciſione.*
De ſententiæ ad crucem executione.
De eius animæ à corpore ſeparatione.

X I.

QVANTVM ad primum dicit Matthæus. Tunc, ſcilicet, illa die, qua Chriſtus dixerat illa verba, congregati ſunt principes ſacerdotum & magiſtratus: quidam ſcilicet, officiales, in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas: vbi concilium de captura factum, pretium de proditio- Iudæorū de capiendo Chriſto concilium. Matth.26. Mar.14.
D ne poſtulatum & pactum circa hoc firmatum eſt. Luc.22. Ioan.18.
Congregati igitur ſunt ad concilium faciendum & tractandum vt Ieſum dolo tenerent & occiderent. Aliâs Caipha dante conſilium decreuerant eum occidendum. Nunc quærunt de modo capiendi diligēti ne euaderet: vnde dicunt. Non in die feſto, ſupple hoc faciamus, ſcilicet, capere eum. Et oſtendit Euangeliſta, quòd non hoc dixerunt ex reuerentia ad feſtum, ſed ne extraheretur de manibus eorum à populo: vnde ſubditur. Ne fortè tumultus fieret in populo. Horum concilium vel potius conſpirationem præuidens Iacob Patriarcha deteſtatus ait. Simeon
E & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia, in conſiliū eorum non veniat anima mea: & in cœtu eorum nō ſit gloria mea: & rationem aſsignans ſubdit, quia in furore ſuo occiderunt virum: & poſtea. maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Geneſ. penult. De tribu Leui certum eſt fuiſſe ſacerdotes, de tribu Simeon dicitur plurimos ex Scribis deſcendiſſe, Scribæ fuerunt principales in concilio de morte Chriſti, quorum mentes fuerunt iniquè bellantes contra Chriſtum, qui non ex ratione ſed furore & inuidia tractauerunt, & procurarunt virum, id eſt, Chriſtum totum virtuoſum Gen.49. Propheſia Iacob de concilio Iudæorū contra Chriſtū. Matth.26.
F occidi, furor eorum fuit pertinax: quia cùm Pilatus vellet liberare eum vt innocentem, pertinaces erant in clamando, Crucifigatur. Adduntautem hic Euangeliſtæ Matthæus, Marcus, & Lucas, vnctionem factam Chriſto à Maria Magdalena in cœna, & murmurationem Iudę per recapitulationem, non ꝙ die cōcilij Iudæorū fuerit facta, ſed ſabbatho præcedētis: vt narrat Ioan. vt ſupra patuit. Sed fortè ideo hîc Ioan.12.

A.C. 34

Iudas quare triginta denariis Chriſtum vendiderit.

A annexa eſt narratio huius: quia illud fuit occaſio acceptra tamen non data Iudæ ad proditionem faciendam. Nam vt dicit gloſſa 14. quæſt. 1. §. arguitis nos. paulopoſt medium. Iudas conſueuerat furari decimam partem eorum quæ ſibi dabantur ſeruanda, & vnguentum illud effuſum volebat vendi, cuius precium erat 300. denariorum, horum decima pars erat triginta. Quia igitur non potuit furari decimam partem, quandoquidem venditum non fuit, quaſi volens recompenſare damnum ſibi ſecutum triginta denariis argenteis fecit proditionem, vnde ipſe Iudas percipiens ſacerdotes congregatos ad tractandum de captura Chriſti, intrante in eum ſathana (vt dicit Lucas) non quidem per vexationem cor-

B

Luc. 22.

poris: ſed ad nouum malitiæ effectum, acceſſit ad cõgregatos in concilio dicens. Quid vultis mihi dare: & ego vobis eum tradam? O vocem temerariã præſumptione plenam! Omnium dominum cui omnia tradita ſunt à Patre æterno tanquam eſſet ſub ſua poteſtate promittit ſe illis traditurum: vnde dicit. Quid vultis, &c. O vox omni pœna digniſſima, dominum & magiſtrum ſuum, qui ei tot beneficia contulerat, ad dignitatem ſummam Apoſtolatus vocauerat, ad prædicandum & faciendum miracula cum aliis miſerat, ſuum procuratorem inſtituerat, & nunc eum

C

venditioni exponit ac vt vilis mancipij pretium in emptorum voluntate ponit, dicens. Quid vultis, &c. Hæccine eſt doctrina quam tibi tradidit magiſter optimus? Ipſe te docuit temporalia contemnere, neminem lædere, proximum pro poſſe iuuare & tu nunc præ auaritia innocentiſſimum prodis & ad mortem tradis, dicens. Quid vultis, &c. At illi Iudæi congregati hoc audito gauiſi ſunt, dantes ei triginta argenteos pro hoc opere. Sicque impleta eſt figura quæ habetur Gen. 37. de Ioſeph iuuene perfectiſſimo, qui fuit venditus triginta argenteis ſuggerente Iuda

D

Ioſeph venditus figura Chriſti.

fratre ſuo, & traditus in manibus Hiſmaelitarum ex zelo inuidiæ, ne dominaretur eis. Sed ſicut contrariũ accidit eius quod intendebant, quia per hoc ille exaltatus eſt, adoratus & vocatus ſaluator mundi. Ita & Ieſum per iſtam traditionẽ in manibus gentiliũ, & paſſionem Deus exaltauit & dedit ei nomẽ quod

Phil. 2.

eſt ſuper omne nomen, Ieſus, qui interpretatur ſaluator, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur. Et ſpõdit Iudas facturum ſe proditionem recepta pecunia, exinde quærens opportunitatẽ tradẽdi eũ, cùm

Iudæ ſcelera.

eſſet ſine turbis. In quo opere ſceleratiſſimus Iudas perpetrauit non ſolum proditionẽ & plagium, vendendo liberum hominem ſed & ſacrilegium & ſi-

E

moniam, vendẽdo Chriſtum fontem omnis gratiæ. vnde Greg Nazianzenus. Iudas qui omnium redemptorem vendidit, mox laqueo ſuſpenſus, eandẽ gra-

Beda ſup. 14. c. Mar.

tiam redemptoris non obtinuit, & merito quia nemo poteſt retinere quod vendidit. 1. q. 1. quæ ſtudet.

Iudæ ſceleris imitatores.

Vbi etiam notandum quod ait Beda ſuper Marcum. Multi hodie Iudæ ſcelus, qui dominum ac magiſtrũ

Ioan. 14. 1. Io. 4.

Deúmque ſuum pecunia vendidit, velut immane & nefarium exhorrent, nec tamen cauent. Nam cùm pro muneribus falſum contra aliquem teſtimonium dicunt, profectò quia veritatem pro pecunia negant Deum pecunia vendunt, ipſe enim dixit. Ego ſum

F

veritas. Et cùm ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculant, Deum produnt, quia

Feria quarta olim ieiunabatur.

Deus charitas eſt, maximè cùm non infirmitate vel ignorantia peccant, ſed in ſimilitudinem Iudæ quærunt opportunitatem qualiter mendacio veritatem & virtutem crimine mutent. 11. q. 3. abiit. & de conſe. diſt. 3. ieiunia: dicitur quod feria quarta Iudas traditionem Domini cogitauit, id eſt, tractauit. Vnde antiquitus tale ieiunium ſeruabatur, vt patet in dicto cap. ob reuerentiam paſſionis, nunc autem loco huius à pluribus tali die carnes non commeduntur, nõ ex præcepto: ſed ex deuotione.

§. II.

De cœna Chriſti. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 13.

QVANTVM ad ſecundum de vltima cœna Chriſti. Prima autem die Azimorum, vt dicit Matthæus, Marcus & Lucas, id eſt, feria quinta quæ dicitur prima Azimorum, quia in ſero illius diei cum

B

agno comedebant panem azimum, id eſt, non fermentatum, qui poſtea ſeruabatur per ſeptem alios dies ſequentes, qui dicebantur dies Azimorum. Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere paſcha, id eſt, agnum paſchalem qui ſecundum legem ab omnibus Iudæis debebat comedi. Et quia Chriſtus cum Apoſtolis domum propriam non habebat, ideo quærunt de loco determinato. Tunc Chriſtus, vt narrat Lucas, miſit Petrum & Ioannem: primum, vt magis diligentem: ſecundum, vt magis cæteris dilectum, dicens eis, & dans ſigna. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem,

C

occurret vobis homo amphoram aquæ baiulans, ſequimini eum in domum, in quam intrat & dicite patrifamilias domus. Dicit tibi Magiſter, vbi eſt diuerſorium, id eſt, locus ſecretus, vbi manducem Paſcha cum diſcipulis meis, id eſt, agnum paſchalem. Et oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum, id eſt, aulam, & ibi parate, ſcilicet, neceſſaria nobis. Noluit autem Chriſtus nominare hominem ne ſecundum Chryſoſtomum, Iudas audiens, ordinaſſet eum ibi capi ante horam ſtatutam. Euntes ergo & inuenientes omnia parauerunt quæ oportebat. In quo conuiuio ſancto nota tria quæ Chriſtus egit,

Tria in cœna Chriſtus egit. Ioan. 13.

D

pedes diſcipulorum lauit, ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit, ſermonem dulciſſimum protulit. Primum narrat ſolus Ioannes dicens, Cœna facta, id eſt, præparata in monte Sion, vbi veſpere facto Chriſtus ierat cum duodecim, ſecundum Lucam: ait eis. Deſiderio deſideraui, id eſt, valde, hoc Paſcha id eſt, agnum paſchalem manducare vobiſcum.

Paſchalis agnus tria deſignat.

Nam hic deſignat meam paſſionem, quam deſideraui ſuſtinere pro liberatione humani generis. Figurat ſacram communionem in qua me totum relinquo vobis. Inſinuat autem ex opere ipſam humilitatem, quæ eſt nobis neceſſaria ad ipſam & ſu-

E

pernam glorificationem, vnde ſecundum Ioannem. Surgit à cœna Ieſus. Et cùm accepiſſet linteum, mi-

Lotio pedum.

ſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Cùm ergo veniſſet ad Petrum, vt lauaret pedes eius, ſtupefactus Petrus ad tam profundam humilitat, ait. Domine tu mihi lauas pedes? q. d. Nõ eſt decẽs vt tu Dominus mihi ſeruo, tu magiſter mihi diſcipulo, tu ſanctiſsimus mihi peccatori laues pedes. Cui Ieſus. Quod ego facio tu neſcis modo, ſcies autẽ poſtea. Non enim tunc Petrus intelligebat myſterium ibi ſignatum. Figurabatur enim in eo, quòd ac-

F

cedentem ad euchariſtiam, quam ſumere habebant, oportet eſſe mundum etiam quantũ ad affectuum pedes à puluerібus vitiorum. Reſpondit Petrus non ferens tantam magiſtri humilitatẽ. Non lauabis mihi pedes in æternum. Gelaſius Papa. Non quia beatus Petrus Apoſtolus pro affectu diuinæ reuerentiæ Domino reſpõdit, non lauabis mihi pedes in æternũ, fefelliſſe (ꝙ abſit) aut in ſua putabitur minime con-

ſtitiſſe

A. C. 34.

ſtitiſſe ſententia, quia mox eidem diuinæ voluntati ceſſerit. Et quod dixerat ſe non eſſe facturum, cauſis adſtrictus humanæ ſalutis, paſſus eſt prona voluntate faciendum. 22. quæſt. 2. beatus Paulus. Cui Chriſtus dixit. Si non lauero te, non habebis partem mecum, ſcilicet in regno. Subito Petrus acquieuit dicens. Domine non tantum pedes, ſed & manus & caput: oportet enim ad digne communicandum, pedes volitiuè lauari ab inordinatis affectionibus, manus executiue à prauis actionibus, & caput intellectiue à cunctis erroribus. Lauans ergo Ieſus pedes Petri dixit. Qui lotus eſt, id eſt, baptizatus, non indiget niſi vt pedes lauet, id eſt, affectum ab illicitis deſideriis, quaſi dicat. Non decet iterum baptizari, ſed per pœnitentiam emundari à peccatis poſtea commiſſis. Auguſt. Ipſos Apoſtolos baptizatos eſſe per hoc nobis innoteſcere potuit, quod beato Petro Apoſtolo Dominus ait. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. de conſecrat. diſtin. 4. ſi eos. ſequitur. Sed eſt mundus totus, & vos mundi eſtis, ſed non omnes, quod dixit propter Iudam ad proditionem intentum. Poſt Petrum lauit & pedes aliorum, etiam Iudæ. Quinimo aliqui dicunt quòd cœpit lauare à Iuda, vt ex maiore humanitate magis à malo reuocaret. Perfecta ergo lotione reſumptis veſtibus, poſuit ſe in menſa dicens. Scitis quid fecerim vobis, vos vocatis me magiſter & domine &c. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes, id eſt, obſequia humanitatis impendere, etiam inimicis, exemplum enim dedi vobis &c. Exinde manducato agno paſchali, vt dicit Hier. de conſecrat. diſtinct. 2. accipite. cum diſcipulis, accepit panem in manus ſuas, & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, id eſt, circa finem cœnæ, accepit, & dixit. Accipite, & bibite ex hoc omnes, hic eſt enim calix &c. Et per hæc verba Chriſtus conuertit panem illum & vnum in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui, & poteſtatē dedit Apoſtolis & omnib. in ſacerdotio ordinatis bonis & malis, conficiendi per illa verba ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, vnde Euſebius Emiſſenus. de conſecrat. diſtinct. 2. Quia corpus aſſumptum ablaturus erat Ieſus ab oculis fidelium, & illaturus ſyderibus, neceſſarium erat, vt die cœnæ ſacramētum nobis corporis & ſanguinis conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium. Et infra: Inuiſibilis ſacerdos, ſcilicet Chriſtus viſibiles creaturas in ſubſtantiam ſui corporis & ſanguinis verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit. Hęc ille. Facta autem conſecratione & ipſe ſacramentum ſumpſit, non quòd egeret, vel nouum effectum gratiæ ex eo ſuſciperet, ſed vt exemplum illud accipiendi nobis præberet, vnde Hieronym. de conſecrat. diſtin. 2. Nec Moyſes dedit vobis panem verum, ſed dominus Ieſus, ipſe conuiua & conuiuium, ipſe comedens & qui comeditur. Dedit quoque omnibus Apoſtolis, etiam Iudæ vnde Auguſtinus 1. quæſt. 1. Chriſtus, quid fecit vobis, id eſt, quale exemplum dedit, qui tanta patientia ſuſtinuit ſuum traditorem, vt ei primam Euchariſtiā manibus ſuis confectam & proprio ore commendatam ſicut aliis Apoſtolis daret. Subdit autē Ieſus, Dico autem vobis quòd non bibam de hoc genimine vitis, id eſt, de hoc vino quouſque bibam illud nouum in regno patris me, id eſt, nouo, quia poſt reſurrectionem comedente & bibente illo cum eis, vinum illud non conuertebatur in nutrimētum cor-

Cōmunicaturo lauandæ manus, pedes & caput. — *Aug. lib. 3. de euan. & eius orig. cap. 9.* — *Hier. in c. 26 Matth. Matth. 26.* — *Euchariſtiæ inſtitutio.* — *Hom. 5. de paſchate.* — *Chriſtus ſumpſit Euchariſtiam.* — *Hiero. ad Hedi. q. 2.* — *Aug. in pſ. 10.* — *Iudas Euchariſtiā ſumpſit.*

A. C. 34.

A poris ſui, ſicut cùm erat mortalis. Hoc ſacrum conuiuium prænunciauit Eſaias dicens, Faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, ſcilicet Sion, conuiuium, per excellentiam, conuiuium pinguium & medullatorum, conuiuium vindemiæ defæcatæ, & præcipitabit dominus mortē in ſempiternū. Conuiuiū per excel. Th. Quid hoc conuiuio prętioſius eſſe poteſt, in quo nobis ſumendus proponitur Deus verus? Conuiuium pinguium. Gene. 49. Pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Thom. Quid hoc ſacramento ſalubrius in quo re- B mittuntur peccata, virtutes augentur, & omnium chariſmatum abundantia mens impinguatur? Conuiuium medullatorum, id eſt, rerum electarum & ſuauiſſimarum. Sap. 16. Panem de cœlo præſtitiſtis illis, ſine labore habentem omne delectamentum & omnis ſaporis ſuauitatem. Vindemiæ defæcatæ, i. vini puriſſimi, ſcilicet ſanguinis Chriſti puriſſimi. Cant. 5. Bibite & inebriamini, non vino materiali, ſed ſanguinis Chriſti feruore. Vino quod lætificat cor hominis, in Pſalm. cap. 3. mortem præcipitat hic, quia qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ioh. 6. vnde & Salomon ait. Laudaui quod non eſſet C homini ſub ſole, id eſt, in præſenti bonum, ſcilicet melius niſi vt comederet & biberet, ſcilicet digne hoc ſacramentum, & gauderet, ſcilicet ſpiritualiter. Eccleſ. 8. Quid eſt melius corpore & ſanguine domini? ait Grego. 1. quæſt. 1. multi. Hoc etiam conuiuium fuit figuratum in conuiuio, quod fecit Aſſuerus principibus ſuis & aliis tertio anno, id eſt, in ſtatu gratiæ. Heſter. 1. & 2.

Poſt hæc ait Ieſus vt refert Lucas, licet Matthæus & Marcus referant hoc ante ſacramenti inſtitutionem, quod poteſt intelligi dictum ab eis per recapitulationem. Amen dico vobis, quia vnus ex vobis D me traditurus eſt. Et dicit Ioannes quòd tunc Ieſus turbatus eſt ſpiritu, vbi Auguſt. Pereant argumenta Philoſophorum, qui negant in ſapientem cadere perturbationes animorum qui profectò ſicut vanitatem exiſtimant veritatem, ſic ſtuporem deputant ſanitatem. Turbetur animus Chriſtiani, ſed non deficiat. Et contriſtati valde cœperunt ſinguli dicere. Nūquid ego ſum domine? quaſi dicat quamuis conſcientia nos non remordeat de cogitatione tanti ſceleris, tu tamen qui noſti occulta cordium, indica vt tantum nefas impediatur. Iudas autem ne tacendo ſe ſuſpectum oſtenderet, & ipſe ait. Nunquid ego E ſum rabbi? Cui Chriſtus. Tu dixiſti. Quod non eſt intelligendum, quaſi dicat. Tu dicis veritatem, quia tu es ille, ſic enim illum manifeſtaſſet aliis. Sed tu dixiſti, id eſt, tu hoc dicis, ego non dico, quòd tu ſis. Et ſubdit. Qui intingit mecum manum in paropſidem, hic me tradet. Væ autem homini illi, ſcilicet æternæ damnationis, per quem tradar ego. Melius fuiſſet homini illi ſi natus non fuiſſet, quia ſi mortuus fuiſſet in vtero matris, ad limbum deſcendiſſet, ſed natus propter hoc flagitium non pœnitens deſcendet ad infernum. Vel etiam, quia quamuis eſſe melius ſit, quàm non eſſe, tamen non eſſe, vide- F tur melius quàm male eſſe, quia priuari malo, habet rationem boni: ideo melius ei eſſet, ſi natus nō fuiſſet etiam in vtero, id eſt, ſi non fuiſſet. Ex his tamen verbis non fuit proditor manifeſtatus, quia omnes ſimul intingebant in vno catino, vbi erat ſuccus lactucarum agreſtium, vt falſamentum, ſecundum mandatum legis. In quo oſtenditur quantum peccata occulta non debeant aliis intimari, vnde Zepherinus Papa. 2. quæſt. 1. Vnus ex vobis. ait, Vnus ex

Eſa. c. 25. — *Th. in off. cor. Chriſti opuſ. 57.* — *Euchōmia Euchariſtiæ.* — *Aug in Io. tract. 60. Perturbationes cadunt in Chriſtianos.* — *Matth. 26. Mar. 14. Lu. 22.* — *Quomodo melius ſit nō eſſe quàm dānatum.* — *Ex. 2.* — *Zeph. ep. ad Epiſcopos Sicilienſes.*

A. C. 34.

vobis me traditurus eſt. Benedixit ex vobis, non (A) ex nobis. Ex vobis enim eſt, à quibus per iudicariam poteſtatem confeſſus aut conuictus excluſus non eſt, à me verò qui nullis egeo argumentis, & omnia certiſſimè noui ſeparatus & diuiſus eſt. Tale eſt ac ſi diceret. Etſi ego eum per occulti iudicij ſententiam damnatum habeo, vos tamen adhuc illum per tolerantiam ſuſtinere. Hæc ille. Petrus autem zelo magiſtri ſcire cupiens proditorem, quia ſi cognouiſſet eum occidiſſet: ait Chriſoſt. Non audens ipſe per ſe, ſubmittit ſocium, ſcilicet Ioannem euangeliſtam, vt quærat ab eo de proditore. Cui (B) Ioanni quærēti quis eſſet, Chriſtus ſubmiſſe reſpondit ita vt alij nō audirent. Ille eſt cui intinctam buccellam dedero. Petrus Dam. O incomparabilem virum, profert Chriſtus verbum in medium, tacet totus ſenatus Apoſtolorum: Ioannes ſolus conſultor accedit. Dicitur autem Ioannes recubuiſſe tunc in ſinu, vel ſupra pectus Ieſu quo ad literam, quia cùm iuxta eum ſtaret in menſa, vel econtra, inclinauit Ioannes caput ſuum ſuper pectus Ieſu, vt ſecretius loqueretur. Myſtice autem dabatur intelligi, ſecundum Bedam, quòd de dominici pectoris fonte vbi ſunt theſauri ſapientiæ Dei abſconditi, potandus (C) erat, quo eructaret illud diuinū myſterium. In principio erat verbum. Et cùm Ieſus intinxiſſet buccellam, Iudæ porrexit. Et poſt buccellam introiuit in eum Sathanas, non quidem de nouo, iam enim intrauerat ſed per nouū effectum malitiæ, vt ꝙ conceperat, executioni mandaret per proditionem. Non fuit buccella iſta ſacramentum, iam enim dederat, ſed figura eius qui indigne accedit. Auguſt. de conſecrat. diſtinct. 2. ſicut Iudas. Sicut Iudas cui buccellam tradidit Chriſtus non malum tradendo, ſed bonum male accipiendo, locum dedit Diabolo, ſic quiſque indigne ſumens corpus Domini noſtri Ie- (D) ſu Chriſti, non efficit, vt quia malus eſt, malum ſit, aut quia non ad ſalutem accipit, nihil accipiat. Dixit autem ei Ieſus. Quod facis, fac citius, quaſi dicat, Ex quo nec minæ nec blanditiæ te à malo propoſito reuocant, quod facis, id eſt, diſponis facere, ſcilicet proditionem, fac citius, non ſolicitans ad malum, ſed deſiderium oſtendens humanæ redemptionis. Nemo tamen diſcipulorum (dicit Ioannes) intellexit ad quid illa dixerat, ſed quia loculos habebat Iudas, putauerunt eum dicere vt emeret neceſſaria in feſto vel vt egenis aliquid daret. vbi Auguſt. 12. quæſt. 1. habebat. Habebat dominus locu- (E) los, à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus & aliis indigentibus tribuebat. Poſt buccellam, egreſſus eſt Iudas ad exequendam proditionem ſuam factam nocte. Hunc proceſſum Iudæ ingrediendo & egrediendo, ad tractandum proditionem & ipſius executionem in pſal. 40. his verbis expreſſit Propheta. Si ingrediebatur, ſcilicet in domum, vt videret, ſcilicet aptitudinem ad opus, vana loquebatur, id eſt, mala & falſa, murmurans de effuſione vnguenti. Cor eius congregauit iniquitatem ſibi, multas iniquitates proponendo facere, vt ſacrilegium & alia. Egrediebatur foras, ad capiendam oppor- (F) tunitatem, & loquebatur in idipſum, id eſt, in malum perficiendum. Et qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem, id eſt, magnam fecit ſuper me proditionem. Et tunc Ieſus dixit. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo, id eſt, iam in ipſa paſſione mea quando Iudas exiuit ad tractandum. Ego inquantum homo clarificatus apparebo, debellans aëreas

Chryſ. ho. 71. in Ioa.

Ioannis elogium.

Ioan. 21.

In c. 1. Ioā.

Aug. c. 8. lib. 5. de baptiſ.

Aug. ca. 15. de menda cio.

Iudæ proditio pphetata.

Ioan. 13.

A. C. 34.

poteſtates, & quæ in cœlis & quæ in terra ſunt pacificans. Et ex hoc Deus glorificatus eſt in eo homine Chriſto, quia virtute ipſius Dei hoc fiet. Quod ſi Deus glorificatus eſt in eo (vt dictum eſt) cùm ſit vna perſona Deus & homo, & vna eſſentia ipſe cum patre & Deus glorificauit eum in ſemeipſo, id eſt, per ſe non per alium, & continuo glorificabit eum, ſcilicet in ipſa paſſione per miracula tunc facta, & poſtea in reſurrectione, manifeſtando gloriam diuinitatis eius, vel ſecundum Auguſtinum. Nunc clarificatus eſt, &c. Quia exeunte immundo Iuda remanſerunt ſoli mundi cum ſuo mundatore, quaſi dicat. Hæc eſt figura futuræ glorificationis vniuerſalis, in qua nullus malus ibi erit, & nullus bonus exibit. Et Deus clarificatus eſt in eo, id eſt, Dei gloria perfectè manifeſtabitur, & hoc per virtutem ſuam. Deinde fecit prolixum ſermonem, quem ſolus Ioannes deſcribit in quatuor cap. ſcilicet à capitulo decimoquarto incluſiue, in quo hortatus eſt eos, & præcepit fraternam charitatem, propoſuit diuinorum & præcipuè de ſpirituſancto maieſtatem, demum terminauit in orationis humilitate, orans pro ſe, & pro Apoſtolis, & pro omnib. electis.

Chriſtus quomodo diſcedente Iuda clarificatus.

Aug. in Io. tract. 63.

Sermonis in cœna ſumma.

§. III.

QVANTVM ad tertium ſcilicet de eius compræhenſione, dicit Matthæus, quòd poſt cœnam, ſcilicet & ſermonem hymno dicto, ſcilicet pro gratiarum actione, in quo docemur poſt comeſtionem Deo gratias agere. Exierunt in montem oliuarum & venerunt in villam quæ dicitur Gethſemani, tranſeuntes prius quendam torrentem, qui ob cedrorum frequentiam, torrens κεδρῶν, id, eſt, cedrorum dicebatur, eratque in montis oliuarum radice. Et ab hoc tranſitu torrentis cedrorum Ioannes incipit narrationem paſſionis. In dicta autem villa erat quidam hortus, in quo Ieſus ſolitus erat aliquando conuenire cum diſcipulis ad orandum, & docendum ſecretiora. Quod autem dominus prædixit negationem Petri, hoc Matthæus & Marcus referunt factum, poſtquam egreſſus eſt de domo in montem oliuarum. Lucas vero & Ioannes narrant hoc factum in domo vbi cœnauerant. Quod Auguſt. ad concordiam reducit dupliciter. Vno modo quòd illi duo, ſcilicet Matthæus & Marcus illa dixerunt per recapitulationem, ſcilicet eorum quæ omiſerant facta in domo. Aut Lucas & Ioannes per præoccupationem, id eſt, narrando prius quod factum eſt poſtea, qui modus frequentatus eſt ab Euangeliſta. Alio modo poteſt dici quòd pluries Chriſtus prædixerit negationem Petri futuram, & Petrus oſtenderit ſuam reſponſionem præſumptuoſam, ſcilicet in domo, de qua Lucas & Ioannes, & poſtea iterum in horto, de qua Mat. & Mar. in monte oliuarum.

De Chriſti compræhenſione. Matth. 26.

Ioan. 18.

Aug. lib. 3. de conſ. euāg. c. 2.

Circa hoc tertium nota Petri negationem, quam Chriſtus prædixit, orationem, quam ter fudit, & multitudinem quæ ad capiendum venit. De hac captura eius Prophetauit Hieremias dicens Threnorum. 4. Chriſtus dominus captus eſt pro peccatis noſtris, cui diximus, in vmbra tua, id eſt, paſſione tua obſcura, viuemus. Egreſſus igitur cum diſcipulis vndecim, dixit eis. Omnes vos ſcandalum patiemini in me nocte iſta. Scandalum vocat amiſſionem fidei de eius diuinitate, in quam inciderunt, viſa eius captura tam ignominioſa, vnde & fugerūt.

Tria tempore quo Chriſtus captus eſt euenerūt.

Confirmat

Confirmat autem dictum ſuum per prophetiam Zachariæ hoc prædicentis, Zac. 13. Percute paſtorem, & diſpergentur oues. Loquitur propheta ad Deum patrem. Percute, id eſt, permitte vt percutiatur paſtor, ſcilicet Chriſtus, paſſione à Iudæis, & ſequetur ex hoc diſperſio, id eſt, fuga ouiũ ſuarũ id eſt, diſcipulorum. Euangeliſta autem videns prophetiam impletam, loquitur in perſona patris ad prophetã dicẽs. Percutiã, id eſt, permittam, vt percutiatur, & ſic diſpergẽtur oues gregis, id eſt, Apoſtoli. Sed confortans eos, ſubdit.

Deus quo modo Chriſtum percuſſit ex Hiero. in cap. 13. Zach.

B

Mat. 12.

Poſtquã autẽ reſurrexero, ſcilicet die tertia, vt prædixerat alias inducens figuram Ionæ, qui ſtetit trib. diebus in ventre ceti.

Ionæ. 2.

Præcedam vos in Galilæam, apparens ſcilicet vobis. Cui reſpondit Petrus. Etſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego. Ieſus autem ad Simonem Petrum, qui magis videbatur de ſua virtute confidere, ait. Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, id eſt, quæſiuit, & licentiã à Deo accepit, alias non potuiſſet facultatem habere commouendi & ſeparandi vos à tritico electorũ Dei. Nam ex commotione multa cribri aliquando etiam triticum cum lolio deſcendit in terram. Ego autem (ſubdit) oraui pro te, in quantum homo, vt non deficiat fides a tua, ſcilicet finali defectione. Nõ enim dixit, oraui, vt non neges. Non ſolùm autem Chriſtus orauit pro Petro, ſed pro tota quoque Eccleſia Petro commiſſa, & non poteſt non fuiſſe exauditus. Nunquam enim fides Eccleſiæ deficit. Quamuis enim aliqui decidant à fide, ſemper tamen aliqui permanent in ea. Vnde tempore paſſionis, etſi in Apoſtolis defecit, remanſit tamen in virgine matre. Et tu aliquando conuerſus, ſubdit, confirma fratres tuos, conuerſus ſcilicet ad pœnitentiam de lapſu ſuo. Et Petrus. Domine paratus ſum tecum & in carcerem, & in mortem ire. Cui Ieſus. Dico tibi Petre antequam gallus bis vocem dederit in nocte iſta, vt ait Marcus, ter me es negaturus. Et Petrus. Etiam ſi oportuerit me mori

C

Chriſtus orauit pro fide Petri.

D

Mat. 14.

a Significat his verbis D. Petri fidem tempore illo, quo Chriſtum negauit defeciſſe, paulò pòſt tamen cum facti pœnituiſſe, & fidem recuperaſſe, quã conſtantiſſimè ad mortem vſque ſeruauit. Cæterum plurimi veterum ſcribunt eum, neque tunc temporis amiſiſſe fidem, quamuis vt ſcribit D. Hiero. praua cõfeſſionis error in eo locũ inuenerit. Nam in primis Leo. 1. ſerm. 9. de paſſione, in Petro, inquit fuit fides nõ ficta, non dilectio auerſa, ſed cõſtãtia turbata. Hinc abũdauit fletus, vbi nõ defecit affectus, & fons caritatis lauit verba formidinis, nec tardatum eſt remedium abolitionis, vbi non fuit iudicium volũtatis. Et D. Ber. in lib. de natura & dignitate diuini amoris. c. 6. Petrus, inquit, cum peccauit caritatem non amiſit, quia peccauit potius in veritatem, quàm in caritatem, cùm ſe nõ eſſe eius mentitus eſt in ore, cuius totus erat in corde. Quæ verba D. Thomas in 2. 2. q. 24. a. 12. more ſuo. i. docte & egregiè exponit dicens duobus modis amitti caritatem vno modo directe per contemptum actualem Dei, & hoc modo Petrus caritatem non amiſit, alio modo indirecte quando committitur aliquid contrarium caritati propter aliquam paſſionem concupiſcentiæ vel timoris, & eo modo Petrus contra caritatem faciens caritatem amiſit, ſed eam cito recuperauit. Quibus verbis S. doctor fatetur quidem D. Petrum caritatem ad tempus amiſiſſe, ſed nõ fidẽ. Huic accedit Theophylactus, qui in Lucã ſcripſit. Quamuis breui tempore concutiendus ſis Petre habes tamen recondita ſemina fidei, vt etiam ſi folia abiecerit ſpiritus inuadentiũ, radix tamen viuat, & non deficiat fides tua. hoc denique apertè teſtatur in lib. Cathemerinon Prudentius dicens.

Hier. lib. 3. in Mat.

E

Fleuit negator denique   *Ex ore prolapſum nefas*
Cùm mens maneret innocens   *Animúſque ſeruaret fidem*

Quod deinde ſubiungitur non ſolum autem orauit pro Petro, ſed pro tota eccleſia intelligendum eſt iuxta Auguſt. in quæſt. in nouum teſtamentum, quæſt. 75. ſcribentem. Quid ambigitur pro Petro rogabat, & pro Iacobo & Ioanne non rogabat? Manifeſtum eſt in Petro omnes contineri, Rogans enim pro Petro pro omnibus rogaſſe dignoſcitur. Semper enim in præpoſito populus aut corripitur aut laudatur. hæc ille. Quod ſi pro Petro tãquã p Apoſtolorũ capite Chriſtus rogauit, vt illius fides non deficeret, cum ſucceſſores Apoſtolorum multò magis indigeant præpoſito quam ipſi Apoſtoli, certè Chriſtum etiam rogaſſe confitendum eſt, vt apoſtolorum ſucceſſores. i. epiſcopi confirmarentur per ſtabilem fidem Petri ac ſucceſſorum eius, vt ita Petri fides in ipſius ſede non deficeret, ſed tam is quam ſucceſſores eius confirmarent fratres ſuos vſque ad conſummationem ſæculi, vide plura apud Caiet. in opuſ. de Rom. Pont. Iuſt. c. 12. & Sau. l. 6. de viſib. mon. cap. 4.

tecum non te negabo. Non dixit Petrus mendacium quia ſic tunc proponebat, ſed nimis præſumptuoſè loquebatur, ignorans ſuam infirmitatem, quam & Ieſus cognoſcens inſinuabat. Similiter & omnes alij dixerunt. Ambroſ. Hæc ideo dicta ſunt, vt ſciamus neminẽ iactare ſe debere. Nam ſi Petrus lapſus eſt, quia dixit. Et ſi alij ſcandalizati fuerint, ſed nõ ego, quis alius iure de ſe præſumat? 6. quæſt. 1. imitare. Facta eſt autem cõtentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior, Luca referente. Huius contentionis, inquit Græcus, potuit eſſe cauſa quia audierant dominũ migraturum ab eis, vnde quærebãt quis poſt hoc eſſet gerẽs vices eius, Sed ad humilitatem eos dominus ſubitò reduxit, oſtendens præſidentes animarum non debere eſſe, vt principantes in ſæculo, qui quærunt dominari ſubditis, ſed qui maior eſſet ille omnibus, miniſtraret dans in hoc ſæculo exemplum ſui, qui dominus exiſtens eis ſeruierat lauando pedes, Deinde vt ſcribit Lucas ſolus, dixit Ieſus diſcipulis. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? Qui reſponderunt. Nihil. Et ait. Sed nunc qui habet ſacculum, ſcilicet pro pecunia ſeruanda tollat, ſimiliter & peram, ſcilicet pro victualib. & qui non habet, vendat tunicã ſuam, & emat gladium, quaſi dicat. Nũc vſq; ſine prędictorũ reſeruatione habuiſtis abundãter neceſſaria me pſente. Deinceps aũt quia pſecutionẽ patiemini, nõ dabũtur vobis iſta, & ideo cõcedo vobis, vt p neceſſitate de his vobis puideatis, nõ ſolũ de victualibus ad viuendũ, ſed & de armis ad defendẽdũ cũ oportet. Dixerũt autẽ diſcipuli. Dñe ecce duo gladij hic vn[9] ſcilicet, q incidat aurẽ ſerui, & appareat virtus dñi in ſanãdo, alter q non euaginet, vt oſtẽdatur nõ fuiſſe factã omnẽ defenſionẽ, q̃ poterat p dño. Dixit ergo Ieſus, Satis eſt, habet eccleſia vtrũq; gladiũ. exinde ingreſſus in hortũ illũ villæ Gethſemani aſſumptis ad partem Petro, Iacobo & Ioanne, cœpit Ieſus tædere, pauere, & mœſtus eſſe. Oſtendens ex hoc ſe veram humanitatem habere, quę affligitur ex conſideratione pœnarum, quas ſibi paratas videt, vnde & dixit eis. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, id eſt, triſtitiam & afflictionem ſentio mortalem. Suſtinete hic & vigilate mecum. Et quia in anguſtiis nihil decẽtius, quàm in oratione ad Deũ habere recurſum, ideo recedens ab eis, quantũ iactus eſt lapidis, vt ait Luc. procidit in faciẽ ſuã orans & dicẽs: Pater, ſi poſſibile eſt, transfer calicẽ iſtũ à me. Calicẽ appellat paſſionẽ, quod tripliciter exponitur. Vno modo petens, vt virtus ſuæ paſſionis tranſiret à ſe ad omnes martyres, & patientes pro Chriſto afflictionẽ, vt ſcilicet merito eius daretur illis conſtantia ad ſufferẽdum, ſicut & ipſe habuit & hæc Hila. Secundo modo, vt quia ſciebat populũ illũ Iudæorũ pro cuius ſalute tantũ laborauerat, ex ipſa paſſione propter perfidiã ſuã excęcandũ & damnandũ, ei compatiens rogat non vt non bibat calicẽ paſſionis, ſed tranſeat ab illo populo, vt per alios procuretur. Hæc Beda. Tertio modo ſecundũ Dion. Alexan. Non hoc petit vt non adueniat

Amb. l. 10. in Luc. in cap. 22.

Ex D. Thom. in Catena.

Luc. 22.

Beda in c. 22. Luc. l. 6. cõmen.

Mat. 6. Mar. 14. Ioan. 12.

Ber. lib. 4. de Conſidera. ad Eug.

Chriſtus in horto quid fecerit.

Theodoritus in dial. quis dicitur impaſſibilis. c. 27.

Hil. cano. 31. in Mat.

Expoſitio. dictionis calicem.

Beda in Luc. c. 22. & Euſ. Emiſſ. in hom. de Paſſione.

F

A.C. 34.

niat ei calix, niſi enim aduenerit tráſferri nó poterit, A ſed vt ſenſit iam præſentem paſſionem, cœpit affligi & triſtari, & quaſi iam propinquante hoc dixit. Tráſfer calicem iſtum. Sicut enim quod præterit, nec intactum eſt, nec permanens, ſic & ſaluator, leuiter inuadentem tentationem flagitat pelli. Et hoc eſt non intrare in tentationem, quod conſuluit eſſe orandum. Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Athanaſius enim ſuper hoc dicit: Geminum velle oſtendit, alterum quidem humanú, quod eſt carnis, id eſt partis ſenſitiuæ, alterum verò diuinum. Humanitas enim ob carnis fragilitatem recuſat paſſionem, ſed diuinus eius affectus affectanter eam ſubit. Hæc ille. Quod ergo dicit, Non mea voluntas, intelligitur ſecundum inſtinctũ naturalem & ſenſualem. Et quod addit, ſed tua fiat, ſcilicet voluntas, quæ vna eſt patris & filij & ſpiritus ſancti, cui omnino ſemper ſubdita erat voluntas ſua humana ſecundum inſtinctum rationis. Et vt dicit Magiſter in 3. ſenten. Sciebat Chriſtus orationem non exaudiendam, ſed nec volebat ſecundum rationẽ exaudiri. Nec tamen fruſtrà hoc orabat. vnde Pſal. 21. in eius perſona. Deus meus clamabo per diem & noctem, & non exaudies, non tamen ad inſipientiam mihi, ſcilicet imputabitur, ſed ad dandam nobis formá, C quòd in anguſtiis poſſumus petere licitè ab eis liberari, ſi illud ſit ſecundum voluntatem Dei. Quod ſi non audimur, debemus exiſtimare Deum illud non velle & ideo patienter ferre debemus. Oratione facta, reuerſus eſt ad locum vbi diſcipulos dimiſerat, & vbi illi tres, Petrus, Iacobus & Ioannes ab eo abſceſſerant, & inueniens eos dormiẽtes, dixit Simoni, qui plenius ꝓmiſerat pro eo mori, Simõ dormis? nõ potuiſti vna hora vigilare mecũ? Ad oẽs autẽ etiá alios: Vigilate, & orate ne intretis in tentationẽ, id eſt, ne ſuccumbatis tẽtationi: Spiritus quidẽ prõptus eſt, id eſt, ratio & feruor ad patiendũ & benè agendũ, caro autẽ infirma, D id eſt ſenſualitas debilis ad exequendũ quod dictat ratio & inſtigat ſpiritus. Et eos dimittens iterũ acceſſit ad locũ, vbi prius orauerat, eádem orationem fundẽs & reuertẽs ſecundo ad diſcipulos & inueniẽs dormiẽtes, præ triſtitia enim & ſomno grauati erant oculi eorum, dimiſit illos. Et tertio ad locum reuerſus eundem ſermonem orando expreſſit. Et vt dicit Lucas ſolus, apparuit ei angelus de cœlo confortans eum, id eſt, dicens aliqua verba conſolatoria illi parti ſenſitiuæ exterritæ ex repreſentatione ſibi facta pœnæ immenſæ, quam iam debebat ſuſtinere. O domine dominus noſter, inquiens, paſſio iſta cito tranſibit, & ex E ea fructus maximus ſequetur, ſcilicet redemptio humani generis, quod tantum dilexiſti, & inſtauratio ruinæ noſtræ, & ideo confortetur cor veſtrum. Et factus in agonia, id eſt, anxietate, prolixius orabat. Tantam autem afflictionem ſenſit in illa agonia, præ conſideratione paſſionis imminentis, quòd factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et cùm veniſſet poſtea ad diſcipulos, & dormientes inueniſſet, dixit; Dormite iam, & requieſcite. Sufficit. Et vt oſtendat ſe voluntariè pati, depoſito omni timore, ait: Surgite eamus verſus noſtros aduerſarios. Nõ dormiuit Iudas ad proſequendam proditionem. Ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc eo loquẽte ecce turba, & Iudas vnus ex duodecim antecedebat eos. Sciebat enim Iudas locum, dicit Ioannes, quia frequenter Ieſus illuc conuenerat cum diſcipulis ſuis, & præcipuè diebus feſtis, aliquid ſublime docens eos ad quod capiendum eos magis volebat eſſe ſemotos à tumultu populorum, & ideo (vt ait Theophilus) imaginatus eſt Iudas, quòd ſolennitate iam inchoata ibi

Voluntas in Chriſto gemina.

D. Thom. in cath. id refert. D. Athanaſi in ſerm de Deipara duas aſſeruit in Chriſto voluntates.

Mag. in 3. diſt. 7. Chriſtus orás ſciebat ſe nõ exaudiendum, non tamen fruſtra orauit.

ne hac angeli Chriſtum conſoláns ap paſſione & Chriſti ſanguineo ſudore, vide Sixtum Senenſem. lib. 1. Biblit. 22.

Ioan. 18.

A.C. 34.

eſſet cum diſcipulis ad docendum. Nocte enim Ieſus extra ciuitatem manebat, & ſæpe, ideò non acceſſit ad domum vbi eũ dimiſerat. Nõ venit autẽ, ſolus, ſed vt dicit Ioan. accepit cohortem ſcilicet militum à præſide, & à Pontificibus & phariſæis miniſtros cum lanternis & facibus, ne ſcilicet poſſet occultè fugere, & armas ad reſiſtendum & defendendum, ſi fortè turbæ deuotæ erga eum, vellent illum de manibus eorum liberare. Propterea duxerunt Gentiles milites, vt magis timerentur. Proceſſit ergo Ieſus obuiam eis, & ait, vt teſtatur Ioannes ſolus. Quem quæritis? Non hoc dixit, quaſi neſciens, ſed oſtendere volens quòd & B cùm præſens eſſet, eum videre non poterant, vel ab aliis diſcernere. Et cum reſpondiſſent, Ieſum Nazarenum, dixit Ieſus. Ego ſum. In medio eorum exiſtens ait Chryſoſt. excæcauit eorum oculos. Vt autem dixit Ieſus, Ego ſum, ad vocem iſtam omnes ceciderunt retrorſum in terram, ſimul cum Iuda. Quod ideo fecit Ieſus ſecundum Chryſoſt. vt oſtenderet quòd non ſolum, nó comprehendere, ſed nec eum videre poſſent, niſi ipſe concederet, Aug: Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Et nunc vtique per euangelium dicit Chriſtus. Ego ſum. Et à Iudæis expectatur Antichriſtus, vt retro redeant, & in terram cadant, quoniam deſerentes cæleſtia, terrena deſiderãt. Iterum autem interrogauit eos. Quem quæritis? Chryſoſt. Ne quis diceret, quod ipſe Iudæos ad hoc induxerit, vt eũ occiderent, ſeipſum in manibus eorum tradens, manifeſtè eis oſtendit omnia, quæ reuocare eos ſufficiebant, Sed quia permanebant in malitia, & nullam habebant excuſationem tunc in manibus eorum ſe tradidit. Vnde reſpondentibus illis ſecundò, Ieſum Nazarenum, dixit: Dixi vobis quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire, ſcilicet diſcipulos meos, quaſi dicat, meipſum vobis trado, dimittite iſtos vſque ad vltimã horã ſuam, ait Chryſoſt, in eos dilectionis benignitatem oſtendens. Tunc, vt ait Luc. appropinquauit Iudas vt oſcularetur eum: iam (referente Mar.) Dederat eis ſignum traditor, dicens, Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt tenete eum, & ducite cautè. Dicit Magiſter in hiſtor. ſchol. quod Iacobus minor erat valde ſimilis Chriſto in effigie, adeo quòd qui non habuiſſet familiarem conuerſationem cum eis, non ſciuiſſet diſcernere alium ab altero. Iudas autem, qui conuerſatus erat diu cum eis, ſciebat diſcernere, ne ergo datis ſignis aliis de Ieſu effigie, caperent Iacobum loco eius, ideo dedit ſignum oſculi. Et addit. Ducite cautè, ne ſcilicet euaderet de manibus eorum, cùm tamen ſceleratiſſimus ille expertus fuiſſet, quòd cùm volebat, in medio eorum Chriſtum exiſtentem nemo contingere poterat. Accedens ergo, oſculatus eſt eum dicens. Aue rabbi, Cui Ieſus. Amice ad quid veniſti? quaſi dicat. Cum te habuerim vt amicum chariſſimum, quomodo deueniſti ad tantam offenſam? Iuda, oſculo filium hominis tradis, vt refert Luc. Oſculum eſt ſignum amoris, & pacis. & tu hoc ſigno proditionem facis? Chryſ. Non eſt diſcedendum à fratrum admonitione, quamuis nihil propter noſtra verba eueniat. Etſi non perſuaſeris hodie, perſuadebis fortitan cras. Piſcator per totam diem retia trahens vacua, ſerò piſcem capit. Vnde & dominus etſi ſciret Iudam non conuertendum, non deſtitit facere quæ ſua intererãt. Proprium nomen impoſuit, dicens Iuda, quod magis dolentis erat, & reuocantis, quàm prouocantis ad iram. Videntes autem diſcipuli, quòd futurum erat, ſcilicet capiendum eſſe Ieſum, dicunt, ſecundum Luc. Domine ſi percutimus in gladio, ſcilicet vt defendamus te? Petrus autem feruentior cæteris non

Criſtus capitur.

Chryſ. hom. 82. in Ioan. c. 18.

Chryſo. in Io ho 82.

Aug tract. 112. in Io.

Chry. ibi.

Chry. ibi.

Com. in hiſt. Euan. cap. 47.

Correptio fraterna nõ dimittenda, etiá ſi nihil in de eueniat. D. Thomas in cathena id refert.

Luc. 22.

A. C. 34.

non expectauit reſponſum,ſcilicet extrahens gladiũ A de vagina,ſeruum principis ſacerdotũ nomine Malchum (vt dicit Ioan.) percutiens amputauit auriculam eius dexteram. Amb. Caueamus ne cui tollatur auricula,cùm legitur paſſio domini. Si autem ad diuinitatem eius referamus infirmitatem corporeæ paſſionis, exciditur auricula, & exciditur à Petro, qui non eſt paſſus Chriſtum prophetam exiſtimari:ſed Dei filium docuit fidei confeſſione ſignari. 24.quæſt.1.ſi Petrus. Iſte ſeruus vt audacior cæteris, voluit extendere manus ad capiendum Ieſum propter quod Petrus intendens percutere caput declinantis ictum abſcidit auriculam. Omnes euangeliſtæ abſciſſionem hanc narrant, ſed Ioan. & Matth. adducunt repræhenſionem quam Ieſus fecit Petro dicens. Conuerte gladium tuum in vaginam. Non enim licebit prælatis Eccleſiæ vti gladio materiali, ſicut licuit in veteri teſtamento, vt patet in Phinees & aliis: ſed gladio ſpirituali. Calicem quem dedit mihi pater,non vis vt bibam illum,id eſt,paſſionem non vis vt ſuſtineam? Omnis enim qui accepit gladium, ſcilicet propria authoritate, & non datum ſibi à Deo, vel à lege, gladio peribit, temporali ſi iuſte iudicabitur, vel ſaltem gladio diuinæ ſententiæ in alia vita,ſi non pœnituerit,Auguſt.23.quæſt.4.ille gladium. Ille gladium accipit qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate vel iubente vel concedente, in ſanguinem alicuius armatur. An putas quia non poſſum rogare patrem meum & exhibebit mihi, id eſt,ad meam defenſionem plus quàm duodecim legiones Angelorum? Legio eſt numerus ſex millia ſexcenta ſexagintaſex continens. Etſi vnus Angelus ſolus.4.Regum.19.& Eſa.37.de exercitu Sennacherib occidit in vna nocte centum octoginta quinque millia,quid facerent tot millia Angelorum? Non eſt ergo nunc tempus vindicationis: ſed humiliationis. Quomodo enim implebuntur ſcripturæ tot de paſſione loquentes,ſi non permittam eos vim inferre? quia ſic oportet fieri, cùm Deus hoc præordinauerit, & prænuntiauerit. Lucas autem ſcribit ſolus ſanationem huius. Dixit enim Ieſus, Sinite vſque huc, ſcilicet venire ad me. Et cùm tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. Non poterat ſe continere fons pietatis ab exhibitione beneficiorum etiam erga inimicos. Dixit autem Ieſus ad principes ſacerdotum & magiſtratus templi, & ſeniores, Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus compræhendere me, quotidie apud vos eram docens in templo, & non me tenuiſtis, quaſi dicat. Per experientiam vidiſtis, quòd non poſſetis me appræhendere,ſi non vellem,& ideo non erat neceſſe, quòd veniretis ad me capiendum,ſicut itur ad vnum latronem, ne poſſit euadere. Sed hæc eſt hora veſtra id eſt, vobis à me permiſſa ad capiendum, & poteſtas tenebrarum conceſſa vobis tenebris peccatorum detentis. Et tunc iniecerunt manus in Ieſum & ligauerunt eum vt captum ducerent. Quo facto omnes diſcipuli fugerunt eo relicto.

Num.25.

Gladium quis accipit.

Aug.li.29. cõt. Fauſt. cap.70.

Luc.22.

§. IIII.

Chriſtus ad varios iudices deducitur. Ioan.18. Beda hoc habet ex quo citat D. Thom. in cat.

QVANTVM ad quartum ſcilicet de eius deductione ad diuerſos iudices ſciendum quòd primò fuit ante Annam præſentatus, ſecundò ante Caipham, & ibi à Petro negatus & falsò cõtra eum teſtificatum, tertiò Pilato aſſignatus. Vt ergo dixit Ioan. Principes ſacerdotum & magiſtratus populi venientes, non per ſe, vt dicit Aug. ſed per ſuos miniſtros ad Ieſum, demũ ligauerunt eum vt latronem & ducebãt eum captum (vt credibile eſt) cum multis contumeliis, irriſionibus, clamoribus, & percuſſionibus, habentibus eum pro inimico capitali: via erat ſatis longa. Sequebatur autem iſtos quidam adoleſcens, vt refert ſolus Mar. indutus ſindone ſuper nudum, quem miniſtri arbitrantes diſcipulum Ieſu tenere curarunt, ſed relicta eis ſindone nudus aufugit ab eis. Dicunt aliqui hunc fuiſſe Ioannem, alij Iacobum minorem: ſed communior & verior opinio eſt, quòd nullus illorum fuit: ſed quidam qui habebat habitationem ſuam in via per quam Ieſus B ducebatur, qui cùm iam iuiſſet dormitum, audito rumore tranſeuntium, ſurrexit, vt citius percipere poſſet cauſſam clamorum, ſumens veſtem lineam ſuper carnem, exiuit domum, & videns Ieſum duci captum, motus deuotione vel curioſitate, ſequebatur eos. Duxerunt autem miniſtri intrantes ciuitatem, Ieſum ad Annam pontificem ſocerum Caiphę qui cùm eſſet pontifex anni illius, conſilium dederat de morte Ieſu. Erant enim plures principes ſacerdotum, qui vel ſorte vel pretio, vt Caiphas, ſecundum Ioſephum, officium exercebant ad tempus, ſummi pontificis. Ideo primo adduxerunt ad Annam, quod refert ſolus Ioan. Vel quia habitatio eius C erat in via, qua ibatur ad domum Caiphæ vt complacerent in hoc vtrique. Erant enim affines non ſolum carne, ſed & crimine, vt magis excuſaretur Caiphas conſilio etiam ſenioris, ſi argueretur proceſſiſſe contra Ieſum. Petrus autem ſequebatur eum à longe, & alius diſcipulus qui creditur fuiſſe Ioannes. Ideo à longe ſequebatur, quia timebat ne putaretur eſſe ex diſcipulis Ieſu: à longe, ſecundũ Amb. quia elongabatur iam à Chriſto mente, paſſionis timore ductus. Ioan. à longe ſecundum Bedam, quia & ſi Eccleſia ſignata in Petro, ſequatur Chriſtum D in paſſionibus, tamen à longe, quia Chriſti Eccleſia patitur pro ſuis peccatis, Chriſtus autem pro ea. Et quia nimis diſtat vtraque paſſio, quantum inter iniuriam creatoris & creaturæ. Intrantes ergo atrium Annæ pontificis, miniſtri ſtatuerunt Ieſum vinctum ante Annam. Intrauit autem cum multitudine illa & Ioannes, quia notus erat pontifici. Forte quia ante diſcipulatum cùm eſſet piſcator, reſeruabat ei & [illegible] electos piſces. Petrus autem non auſus eſt intrare, ſed ſocius eius Ioannes acceſſit ad ancillam oſtiariam, rogans vt fineret eum intrare. Quod cùm faceret, intuita Petrum dixit. Nunquid & tu es ex E diſcipulis hominis iſtius? Nota ſecundum doct. quod quia cauſa dominicæ paſſionis, fuit prima culpa vtriuſque parentis, Adæ ſcilicet & Euæ ad innuendum quòd per eam paſſionem vterq; ſexus liberandus erat, ideo diuina diſpenſatio prouidit, vt non ſolus ſexus virilis, ſed & muliebris ad eam operaretur. Et quod non potuit ancilla agere in perſonam Chriſti, quia vilioris conditionis erat, hoc facere curauit in diſcipulo, ad negandum inſtigando, vel potius vt diſcipulus eſſe repertus ad affligendum caperetur. Qui ſubitò negauit dicens. Mulier non noui illum. Chryſoſt. Quid agis ô Petre? vox tua repente mu- F tata eſt, non tibi flagella, non dura tibi ſunt illata tormenta, nullus te interrogat, cuius authoritatem poſſis formidare, mulier eſt quæ interrogat, & vilis ancilla, quia oſtiaria. Ambroſ. Ideo negauit Petrus, quia promiſit incaute. Auguſt. 11. quæſt. 3. non ſolum abnegat. Non ſolum abnegat Chriſtum qui dicit eum non eſſe Chriſtum, ſed ille etiam qui cùm ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum. Dominus enim non ait

A. C. 34.

Mar.14.

Ioan.12.

Hoc inuenit li.18. antiq.ca.3.

Ioan.18.

Petrus Chriſtum ſequitur.

Amb.li.10. in Luc.

Beda li.6. in Luc.

Petrus Eccleſiam ſignificat.

Amb.li.10. in Luc.

Chryſo.in Io.ho.82.

lib.10.in Luc.

Chriſtum negat qui ſe Chriſtianũ negat.

Aug.tr.113. in Ioan.

A. C. 34.

A ait Petro, diſcipulum meum te eſſe negabis: ſed me negabis. Negauit ergo Chriſtum cùm ſe eſſe diſcipulum eius negauit. Quid autem aliud iſto modo quàm ſe negauit eſſe Chriſtianum? An Petrus non negauit Chriſtum ſicut quidam eum præuerſo fauore excuſare nituntur, quia ab ancilla interrogatus hominem ſe neſcire reſpondit? Hæc ille. Vbi & glo. dicit quòd licet corde credat in Chriſtum & ore neget, non excuſaretur à mortali. Et idem Thom. in ſumma. Annas vero Pontifex cœpit Ieſum interrogare de doctrina ſua, & diſcipulis vt ſcribit Ioan. ſolus, & hoc non cauſa intelligendæ veritatis, ſed occaſione calumniandæ, ſi eſſet doctrina eius contra legem. Vel quare diſcipulos congregaſſet, quaſi ſeditionem quærens. Cui Chriſtus mitiſſimè reſpondit dicens. Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil, quin, ſcilicet eſſent aliqui præſentes, ſaltem diſcipuli, quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt, ecce hi omnes ſciunt quæ dixerim ego. Nihil etiam in occulto locutus eſt, quia non vt trepidans, & ſeditionem concitans, vt aliqui exiſtimabant. Interroga eos qui audierunt &c. quaſi dicat, ſecundum Chryſoſt. Quid me interrogas de meis? interroga inimicos meos qui mihi inſidiantur. Sunt autem hæc verba confidentis de eorum, quæ dicta ſunt, veritate. Hæc eſt enim veritatis inaltercabilis demonſtratio, cùm quis inimicos inducit in teſtes. Tunc vnus ex miniſtris aſſiſtens dedit alapam Ieſu, vt refert Ioan. ſolus. Hunc dicit Chryſo. fuiſſe Malchum, cui Ieſus auriculam abſciſſam à Petro reſtituerat, & dixit, ſic reſpondes pontifici? Cui Ieſus vt agnus manſuetus qui portatur ad victimam, mitiſſime reſpondit, dicens. Si male locutus ſum, vel reſpondens pontifici vel docens in templo, teſtimonium perhibe de malo. Auguſt. Quid iſta reſponſione verius, manſuetius, iuſtius? Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne vellemus eum qui percuſſiraut cœleſti igne conſumi, aut terra dehiſcente abſorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut pœna aliqua etiam grauiori puniri? Quid enim horum per potentiā iubere non poterat, per quem factus eſt mundus? nec tamen horum aliquid egit. Cyprianus diſtinct. 93. dominus noſter. Dominus noſter Ieſus Chriſtus rex & iudex & Deus noſter paſſioni ſubditus, cùm alapam accepiſſet, nihil contumelioſè in perſonam pontificis locutus eſt: ſed ſic magis innocentiam ſuam tutatus eſt, dicens. Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Quæ omnia ab eo ideo humiliter facta ſunt, & patienter, vt nos humilitatis & patientiæ haberemus exemplum.

Th. in 2.2. q.3. art.2.

Ioan. 18.

Chryſ. 16.

Aug. in 10. tract. 113.

Cyp. lib. 3. epiſt. 9. ad Rogat.

Quare Chriſtus in maxillā percuſſus non præbuit alteram.

Sed nota quòd dominus non præbuit alteram maxillam percutiendam: ſed potius de illata piè reprehendens, ait. Si autem bene, quid me cædis? Vbi nota ſecundum Auguſt. quòd dominus percutienti ſe non præbuit alteram maxillam: ſed potius prohibuit ne faceret, & iniuriam augeret, & tamen paratus aduenerat non ſolum in faciem percuti: ſed etiam pro his à quibus hoc patiebatur, crucifixus occidi. Ex hoc oſtendens quòd præcepta quæ dederat de patientia, illa ſcilicet, ſi quis te percuſſerit in dexterā maxillam, præbe illi & alteram &c. ſunt in præparatione cordis retinenda, magis quàm operè exequenda, vt in ſecreto teneatur animi patientia cum beneuolentia. In aperto fiat id quod eis prodeſſe videtur, quibus bene velle debemus. 23. quæſt. 1. paratus. Demum miſit eum Annas ligatum ad generum ſuum Caipham, vbi accenſo igne in medio atrij propter frigus, Petrus introgreſſus cum aliis, vt videret finē magiſtri ſui ne agnoſceretur eſſe diſcipulus Ieſu, & ipſe cum aliis ſe calefaciebat ad ignem. Quia enim iam ignis charitatis in eo erat extinctus, igne accenſo in medio ſynagogæ vitiorum, ad illum Petrus ſe calefaciebat. Intuita autem eum alia ancilla dixit aſtantibus. Et hic de diſcipulis eius eſt. Cuius verbis moti ſunt audientes, ex quibus vnus dixit. Verè & tu ex illis es. Petrus autem ſecundò negauit dicens. O homo non ſum. Et quamuis B Petrus intenderet dicere, quod non eſſet diſcipulus Ieſu, tamē verum dixit ſecundum alium ſenſum, quia ſcilicet nō habebat eſſe ſpirituale. Et aduertendum quòd Ioan. ponit Petri negationem primam factam in domo Annæ, & tunc primò gallus cātauit, ſecundam vero & tertiā in domo Caiphæ, & poſt tertiam immediate gallus ſecūdò cantauit. Sed alij Euāgeliſtæ deſcribunt trinam negationem factam in domo Caiphæ. Quod dici poteſt ideo ſic narraſſe, quia illi tres euangeliſtæ non curarunt mentionem facere de præſentatione Ieſu coram Anna, quia extraordinaria erat, cùm non eſſet ſummus pontifex, qui C haberet diſcutere cauſam, ſed ad complacentiam vtriuſque, vt affinium fecerunt, tanquam pro vno iudicio habentes [quicquid illi duo ſtatuerant.] Vel quia ambo ſimul fuerunt ſummi pontifices pro illo anno, etſi cōtra legem. Vnde quilibet habebat cauſam diſcutere, & pro vno tribunali habebatur. Et ideo in domo Caiphæ vbi terminata fuit, omnem illam negationem referunt factam. Poſt puſillum autem, quod puſillum quantum foret Luc. expreſſit dicens, interuallo facto quaſi vnius horæ cùm quidam diceret. Verè tu ex illis es: nam & Galilæus es, loquela tua manifeſtum te facit. Non quòd D diuerſum eſſet idioma Galilæorum à Iudæis: nam vnum, ſcilicet Hebraicum commune eis, ſed erat differens modus pronuntiandi ſeu accentuandi, ſicut inter Senenſes & Florentinos. Et cùm Petrus vellet ſe excuſare, dixit cognatus Malchi cui Chriſtus auriculam ſanauit. Nonne ego te vidi in horto cum illo, ſcilicet quando appræhendimus eum. Tunc Petrus (vt magis ſibi crederetur) cœpit iurare, anathematizare & deteſtari, quòd non nouiſſet illum. Et continuo gallus ſecundò cantauit. Vbi nota plura myſteria. Et primo quia iſta negatio Petri ſignificat offenſam mortalem cuiuſlibet de Eccleſia. Nam vt E dicit Hieronym. quotidienſcunque vincimur à vitiis atque peccatis: totiens Deum negamus. 11. quæſt. 3. exiſtimāt. Trina negatio ſignat offenſam trifariam, cordis, oris, & operis. Quæ negatio fit ad inſtigationem ancillæ & virorum, id eſt, ad ſuggeſtionem vel incitationem ſenſualitatis & dæmonum, per ſe vel perſuaſionem malorum virorum. Ad cantum galli Petrus recognoſcit exceſſum ſuum, non primum, ſed ſecundum cantum, quia ad prædicationem vel admonitionem bonorum, non ſolum ad aures, ſed ad mentem attingentem peccator compungitur & pœnitet. Secundo ſciendum ſecundum Gregor. in F homil. dominicæ reſurrectionis, quòd omnipotens Deus eum, quē cunctæ Eccleſiæ [præferre diſpoſuerat, ancillæ vocē pertimeſcere, & ſe negare permiſit quod nimirum magnæ eſſe actum pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is qui futurus erat paſtor Eccleſiæ.] in culpa ſua diſceret, qualiter aliis miſereri debuiſſet. diſtinct. 50. conſiderandum. Conuerſus autem Dominus (ait Luc.) reſpexit Petrum quaſi

A. C. 34.

Petrus Chriſtum negat.

Cōciliantur tres Euāgeliſtæ de Petri negatione loquentes.

Luc. 22.

Moralis negationis Petri expoſitio.

Gre. hom. 21. in Euā.

A.C. 34. quaſi dicat ei. Recognoſce peccatum tuum, vbi & eius immenſa pietas oſtenditur, vt inter illuſiones Luc.22. & tortores poſitus, quaſi ſuarum pœnarum oblitus Petri lapſum dolens reſpicit, vt defleat. Quem tamen reſpectum & conuerſionem Augu. magis dicit Aug. lib.3. de conſec. euang. c.6. intelligendum de conuerſione & reſpectu ſpirituali diuinæ miſerationis, qua dicitur per prophetam. Conuertere domine & eripe animam meam, & il- Pſa.6.&12. lud. Reſpice in me &c. quàm de corporali reſpectu. Et egreſſus Petrus foras fleuit amarè. Cum bonis diſcipulis conuerſans confeſſus eſt Chriſtum filium Mat.16. Dei, inter malos ſe reperiens Iudæos, ipſum negauit, & negationem ſegregatus à malis fleuit.

Et nocte illa miniſtri iniquiſſimi & crudeliſſimi, qui tenebant eum, ſcilicet ligatum multipliciter, vexauerunt, iuxta illud Pſalm. 72. Caſtigatio mea in matutinis. Nam (vt dicit Luc.) illudebant illi cædentes, & velauerunt eum & percutiebant faciem eius, dicentes. Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit. O ineffabilis humilitas & patientia Ieſu Chriſti ô inenarrabilis crudelitas Iudaici populi, faciem illam plenam omnium gratiarum ſputis deturpare non verentur, in quam deſiderant Angeli 1.Pet.1. proſpicere. Caput illud gazophilacium theſaurorum ſapientię & ſcientiæ Dei percutientes affligunt. Oculos domini lucidiores ſole & pietate plenos, velis operuerunt. Aures quæ audiunt organa ſanctorum & choros Angelorum, contumeliis & blaſphemiis malignorum plenæ ſunt, vnde & ipſe Luc. dicit. Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.

Mane autem facto, id eſt, tempeſtiue conuenerũt omnes principes ſacerdotum & ſeniores plebis & ſcribæ in concilium, quærentes falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent, & non inueniebant. Demum venerunt duo falſi teſtes, vt refert Mat. 27. Matthæus, & Marcus qui dixerunt. Nos audiuimus Mar.14. quia hic dixit. Poſſum deſtruere hoc templum manufactum, & in triduo reædificare aliud non manufactum. Et non erant conuenientia teſtimonia eorum, & merito, quia hoc nunquam dixerat, ſed di- Ioan. 2. xerat. Soluite templum hoc, id eſt, ſoluetis templum hoc, & in triduo excitabo illud loquens de templo corporis ſui, non de illo Salomonis templo. Et ſurgens princeps ſacerdotum, ſcilicet Caiphas dixit. Nihil reſpondes ad ea quæ iſti teſtificantur contra te? Ieſus autem tacebat, ſciens quia non cauſa inueniendi veritatem, ſed calumniandi interrogabat. Dixerunt quidam alij ex primoribus. Si tu es Chri- Luc. 22. ſtus dic nobis. Et Chriſtus reſpondit, vt refert Luc. Si dixero vobis, non credetis mihi, ſi autem interrogauero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. q.d. quia iniuſte iudicor ex hoc dabitur mihi poteſtas mundum iudicandi. Et quia non apertè dixerat ſe eſſe filium Dei ſurgens princeps ſacerdotum motu corporis indicans inſaniam mentis ait, vt refert Matthæus, & Marcus Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei benedicti. Ieſus autem, etſi non teneretur reſpondere, quia ſuperior eius non erat, vnde & graui- Chriſtus adiuratus ſe filium Dei profitetur. ter peccauit ſic eum adiurando, tamen ob reuerẽtiam nominis Dei inuocati, reſpondit. Tu dixiſti, quia filius Dei ſum ego. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens. Blaphemauit, quid adhuc egemus teſtib. ecce omnes audiuiſtis blaſphemiam, quid vobis videtur? Reſponderunt omnes. Reus eſt mortis. Etſi iſti peſſimi erant, & falſo mouebantur dicentes Ieſum blaſphemare, cùm diceret

A ſe filium Dei, in quo dicebat ſummam veritatem tamen ita horrebant Dei blaſphemias quòd non poterant patiẽter audire, ſed iudicarent talem reum mortis, & veſtimenta ſua ſcindebant in ſignum deteſtationis. In quo etiam figurabatur ſacerdotium Iudæorum deſtruendum, vt dicit Gratia. 2. quæſt. 7. plerumque boni viri. §. ſciſſio veſtis. circa fi. Tunc ipſum Ieſum conſputum, colaphizatum, & vinctum duxerunt ad Pilatum. Iudas autem traditor videns Ieſum morti adiudicandum pœnitentia ductus, vt refert Matth. retulit triginta argenteos principibus Mat.27. ſacerdotum & ſenioribus, di. Peccaui tradens ſan-
B guinem iuſtum. At illi. Quid ad nos? tu videris, quaſi dicãt. Si malum feciſti, tu ſubeas pœnam. Auguſt. Auguſt. de vera & fal. pœn. cap. 10. Iudas qui pœnitens iuit ad Phariſæos relinquens Apoſtolos, nihil inuenit auxilij, niſi augmentum deſperationis. Dixerunt enim. Quid ad nos? tu videris, ſi peccaſti, tibi ſit, non tibi ſuccurrimus, non peccata tua charitatiuè ſuſcipimus, [non comportanda promittimus] nec qualiter deponas onus docemus. Quid enim nobis & miſericordiæ, qui nec Matt. 15. opera ſequimur iuſtitiæ? Iiſſet ad fratres, iiſſet ad illos Luc. 4. qui orauerant pro ſocru Petri febricitate, qui Cha- Ioan. 11. nanæam improbam miſericordiæ obtulerant. Inter-
C rogaſſet Petrum pro ſe effundẽtem lachrymas, non fugiſſet Mariam & Martham quæ vitam Lazaro Iudas non debuit ire impetrauerant, iuit ad diuiſos, ſcilicet Phariſæos, & ad Phariſeos. ſed diuiſus periit. de pœn. diſtinct. 6. ca. 1. Et proiectis. 30. ad Apoſtolos. argenteis in templo, abiens laqueo ſe ſuſpendit. Et dicitur. Actuum. 1. ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius, & notum factus eſt verbum iſtud omnibus habitantibus Hieruſalem. Hier. Hier ad c. 17. Mat. de pœn. diſt. 3. nihil. Nihil profuit Iudæ egiſſe pœnitentiam, per quam ſcelus corrigere non potuit. Si quãdo frater ſic peccat in fratrem, vt emendare valeat quod peccauit, poteſt ei diuinitus dimitti, ſi ope-
D ra permanent, fruſtra aſſumitur pœnitentia. Hæc ille. Item Leo Papa Sceleratior ô Iuda omnibus & Gloſſ. ord. in cap. 27. Matth. infœlicior extitiſti, quem non pœnitentia reuocauit ad Deum, ſed deſperatio traxit ad laqueum &c. de pœn. diſt. 3. ſceleratior. Principes autẽ ſacerdotũ ſumptis argenteis, dixerunt. Non licet mittere i. remittere in corbonam, id eſt, locum oblationum, quia pretium ſanguinis eſt. Et conſilio inito emerũt ex eis agrũ figuli in ſepulturam peregrinorum, volentes crudelitatem ſceleris cooperire ſub opere pietatis, ſcilicet emptionis agri pro ſepultura. Sed ne lateret mundum ſcelus eorum factum eſt Deo
E diſpenſante, ꝙ ager ille emptus vocatus ſit acheldemac, quod Latinè ſonat ager ſanguinis. In quo facto oſtendit euangeliſta Matth. prophetiam Hieremiæ impletam, qua dicitur. Acceperũt ſcilicet prin- Hiere.32. cipes ſacerdotum triginta argenteos pretium appretiati, id eſt, qui triginta argentei fuerunt pretium Chriſti appretiati, quos appretiauerunt, id eſt, pro pretio obtulerunt ipſi Iudæ, acceperunt autẽ à filiis Iſrael, id eſt, à Iuda qui fuit de filiis Iſrael, ponitur pluralis pro ſingulari, cùm proiecit eos in templum, & dederunt eos in agrum figuli, ſcilicet pro emendo agro pro ſepultura peregrinorum. Hæc prophe-
F tia pro parte etiam habetur Zacha. 11. c.

§. V.

QVANTVM ad quintum, ſcilicet de cauſæ ipſius coram Pilato diſcuſſione & deciſione, dicit Ioan. Adduxerunt, ſcilicet miniſtri Iudæorum Chriſtus coram Pilato ſiſtitur. Ioan. 19.

A. C. 34.

Ieſum à Caipha in prætorium, & ipſi non intrauerunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras. Prætorium dicitur ſedes prætoris, id eſt, locus ad dandam ſententiam, & eſt locutio obſcura, quia cùm dicitur quòd Iudæi non introierunt in prætorium, videtur loqui de prætorio Pilati, in cuius domũ, quia Gentilis erat, intrantes in ſolennitate, exiſtimabant ſe contaminari, & immundos fieri. Sed quomodo prius dicitur, quod adduxerunt Iudæi Chriſtum in prætorium ad Caipham? Hoc autem Auguſt. ſic concordat, quia in domo Caiphæ, quæ lata & ſpatioſa erat, erat & prætorium Caiphæ iudicantis de quibuſdã. Et in alia parte domus erat & prætoriũ Pilati iudicantis etiam in cauſa ſanguinis. Et ſic de vno prætorio, ſcilicet Caiphæ ductus fuit ad aliud, ſcilicet Pilati. Vel quòd Caiphas dimiſſo Ieſu in palatio ſuo, acceſſit ad domum Pilati pro aliqua informatione, qui tamen cum ſuis noluit introire in prætorium eius, quia Gentilis, ſed Pilatus exiuit ad eum & ſocios, & demũ reuerſus Caiphas ad palatium ſuum, miſit Ieſum vinctũ ad Pilatum. Exiens ergo Pilatus ad eos ait. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? At illi, vt refert Ioan. dixerunt, Si non eſſet malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Quibus Pilatus. Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum, ſcilicet ex quo non exprimitis mihi maleficium ſuum. Cui reſponderunt. Nobis non licet interficere quemquam. Cùm enim eſſent Romanis ſubditi non habebant Iudæi cauſam ſanguinis, ſed præſes quem mittebant illuc Romani ad regendum eos. Et tunc erat Pontius Pilatus præſes pro Romanis. Dicit ergo eis Pilatus. Quid mali fecit iſte? At illi explicauerunt, dicentes ſecundum Luc. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibẽtem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. Quæ omnia falſa erant, non enim gentem ſubuertebat quærens ſibi gentem congregare ad ſeditionem, ſed conuertebat ad ſalutem, inducens humilitatem & ſubiectionem. Nec prohibuit cenſum vel tributum dari Cæſari, ſed propoſita ſibi quæſtione à quibuſdam ſuper ea re, reſponderat. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Neque ſe regem faciebat, ſed cùm voluit eum populus ſatiatus ab eo ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piſcibus, facere regem, fugit, & pauper cum pauperibus & mitibus incedebat. Pilatus ergo duabus primis obiectionibus omiſſis, quaſi eas friuolas & falſas reputans, intrans prætorium quæſiuit à Ieſu de tertia dicens. Tu es rex Iudæorum? Cui Ieſus (vt refert Ioan.) ait. A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me, ſcilicet quòd ſim rex Iudæorum? Ad quem Pilatus. Nunquid Iudæus ego ſum? gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quaſi dicat. Ego non ſum Iudæus, vt ſciam conuerſationem tuam, ſed Iudæi qui ſciunt facta tua, dederunt te in manus meas, quid ergo feciſti? propter quam cauſam te ita vinctum duxerunt ad me vt reum? tu explica. At Ieſus ad eum. Regnum meum, vt narrat ſolus Ioan. non eſt de hoc mundo, quaſi dicat. Non me habeo, vt rex temporalis, nec mihi vſurpo dignitatem regalẽ, vt gens mea impoſuit mihi: ſed vt pauper & mendicus & abiectus incedo. Si enim regnum meum eſſet de hoc mundo, miniſtri vtique mei decertarent, vt non traderer Iudæis, pugnarent enim pro me & defenderent, ne qui præualerent contra me. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. Regnum enim

[Margin: Concilian tur euãgelij loca. — Auguſt. de conſ. euã. cap. 7. — Luc. 23. — Math. 22. — Ioan. 6. — Chriſtus rex ſed nõ de hoc mundo.]

A. C. 34.

A ſpirituale virtutum, quod perducit ad regnum æternum erat, quod nobis quærebat, & pro quo nobis conferendo patiebatur. Quando Pilatus interrogauit eum, quid feciſti? poterat reſpondere Ieſus, Quæ ego feci in populo iſto, iſta ſunt. Eduxi patrem eorum Abraham de Vr Chaldæorum, ego protector eius & Iſaac & Iacob fui, vbicunque ambulauerunt: ego Ioſeph in Ægyptum præmiſi ad ſuſtentandum eos tempore famis, in Ægypto quaſi dominum conſtituẽdo, ego populum iſtum de dura ſeruitute Pharaonis eduxi, flagellatis multipliciter Ægyptiis, & demum in mari ſubmerſis. Ego populum iſtum vt

B peculiarem elegi ex cunctis nationibus, dando eis legem meam, ego quadraginta annis manna per deſertum cibaui, ego in terram promiſſionis eos adduxi, expugnatis habitatoribus terræ illius &c. Demum ego ex eis carnem aſſumens, inter eos humiliter conuerſatus ſum. Ego omnibus beneficia contuli, innumeras ſanitates perficiens, cæcis viſum, claudis greſſum, ſurdis auditum, loquelam mutis, munditiam leproſis, vitam mortuis reſtitui, peccatoribus donaui indulgentiam, mœſtis lætitiam, plurimis gratiam, ignorantibus ſapientiæ doctrinam. Hæc ſunt Pilate quæ feci, de quibus poſſunt me ac-

C cuſare, ſi digna ſunt iſta. Tunc dixit ei Pilatus. Ergo rex es tu, ſcilicet ex quo regnum habes, etſi non de hoc mundo. Cui Ieſus. Tu dicis, ſcilicet veritatem quia rex ſum ego: & merito, habet enim omne dominium, & ſuper omnia, cui flectitur omne genu cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Ego in hoc natus ſum (ſubdit) & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati, repræhendendo vitia, confutando errores. Et quia veritas odium parit, ideo Iudæi nolentes vitia eorum argui, ex odio mortem meam procurarunt. Omnis qui eſt ex veritate, id eſt, cui placet veritas ſeu qui eſt ex Deo per

D gratiam genitus, qui eſt veritas, audit vocem meam, obſeruando meam doctrinam veriſſimam. Cui Pilatus. Quid eſt veritas? Non expectauit Pilatus reſponſionem, anhelans ad liberationem eius. Sciebat enim, dicit Matthæus & Marcus, quod per inuidiam tradidiſſent eum. Exiuit ergo ad eos Pilatus, dicens. Ego nullam cauſam mortis inuenio in homine iſto. At illi clamauerunt, dicentes. Commouit vniuerſum populum, ſcilicet ſeditiones faciens, & congregans ſibi gentes ad rebellandum, docens à Galilæa vſque huc, ſcilicet in Iudæam. Pilatus audiens Galilæam nominari, vt refert Lucas, interrogans & per-

E cipiens, quòd Galilæus eſſet, id eſt, nutritus & conuerſatus in Galilæa, miſit Ieſum vinctum cum accuſatoribus ſuis ad Herodem regem Galilææ, qui venerat tunc Hieroſolymam ad ſolennitatem illam, tanquam pertinentem ad iuriſdictionem ſuam & iudicium, vt ſubditum ſuum. Herodes autem viſo Ieſu coram eo adducto, gauiſus eſt valde, cupiebat enim à multo tempore eum videre, eo quòd multa audiſſet de eo, & ſperabat aliquod ſignum videre ab eo. Stabant autem & principes ſacerdotum ante eum in multis accuſantes eum. Interrogauit autem eum Herodes de multis, qui ad nihil eorum re-

F ſpondit, & hoc, quia non cauſa veritatis ſed curioſitatis illa quærebat. Quod cernens Herodes ſpreuit eum cum exercitu ſuo, & vt inſanum indutũ veſte alba linea, remiſit illum ad Pilatum. Ex hac delatione honoris, quam fecit Pilatus Herodi, facti ſunt amici adinuicem Herodes & Pilatus, qui antea inimici erant. Hæc inimicitia contracta erat, quia Pilatus videbatur perturbaſſe iuriſdictionem Herodis, ex

[Margin: Beneficia Chriſti Hebræis collata. — Gen. 12. & deinceps. — Ex. 20. — Ex. 3. & 4. & deinceps. — Ioſ. per totum. — Phil. 2. — Ter in An. 21. ſe. 1. — Math. 27. — Luc. 23.]

A. C. 34.

dis,ex eo quòd occidit quendam Iudam Galilæum, qui multos ſecum adunauerat, quaſi principem ſe faciens populi Iudæorum, dum in monte quodam ſacrificiis inſiſterēt. Remiſſo igitur Ieſu ad Pilatum, dixit Pilatus. Obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi ſubuertentem populum,& ecce coram vobis interrogans,nil inuenio cauſſæ in eo,ex his in quibus accuſatis eum ſed neque Herodes, nam remiſi vos ad illum, & ecce nil morte dignum actum eſt ei, emendatum ergo illum dimittam. At illi clamabant dicentes. Crucifige crucifige eum. Pilatus igitur exiſtimans, quòd ſi faceret Ieſum flagellari acriter Iudæi moti compaſſione, non aliud pœnæ vel punitionis quærerent de eo, appræhendit Ieſum & flagellauit, vt refert Ioannes. Et flagellationem iſtam fuiſſe diutinam oſtendit Pſalm. dicens in eius perſona. Fui flagellatus tota die, id eſt, in magna parte diei & Eſa. quinquageſimotertio. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum,& liuore eius ſcilicet ex percuſſionibus diris, ſanati ſumus. Flagellatum autem Pilatus adducit eum foras dicens. Ecce homo.q.d. Nonne videtur vobis ſufficienter caſtigatus? At illi clamabant. Crucifige crucifige eum. Et ille. Ego nullam cauſam mortis inuenio in eo. Eſt autem vobis conſuetudo, vt dimittam vobis vnum ex vinctis,ſcilicet morte dignum. Hunc enim morem introduxerant Iudæi,vt ſcilicet in memoriam beneficij recepti à Deo, in tali ſolennitate,ſcilicet liberationis ipſius populi de morte primogenitorum & de ſeruitute Ægyptiaca mortifera, vnus ex malefactoribus captis morte plectendus liber donaretur populo, alij ad mortem iudicarentur,quem morem Romani præſides eis ſeruabant. Dixit ergo eis Pilatus.Quem vultis è duobus dimitti, Ieſum qui dicitur Chriſtus,an Barabbam? Hic Barabbas latro erat ſecundum Ioan. ſed ſecundum alios & homicida, qui in ſeditione fecerat homicidium. At principes ſacerdotū perſuaſerūnt turbis,vt peterent Barabbam. Clamauerunt ergo omnes dicentes. Non hunc ſed Barabbam. Dixit eis Pilatus, Quid igitur faciam de Ieſu,qui dicitur Chriſtus? At illi dixerunt,crucifigatur. Dixit eis Pilatus. Accipite eum vos & crucifigite, ego enim nullam cauſam inuenio in eo. At illi, Nos legem habemus & ſecundum legem noſtram debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Videntéſque quòd Pilatus tendebat ad liberationem eius, dixerunt, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regem facit contradicit Cæſari. Pilatus autem hæc audiens,magis timuit,ſed timore tamen mundano, ne ſcilicet incurreret indignationem Cæſaris, ſi accuſaretur, & dignitate illa priuaretur. Iterum ergo introiuit Pilatus in prætorium,& interrogauit Ieſum. Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Cui Pilatus. Mihi non loqueris? neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te, & dimittere te? At Ieſus ait. Poteſtatem non haberes in me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper,ſcilicet Deo permittente. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.q.d. Etſi Deo permittente hoc agas, nō tamen excuſaris à peccato me condemnando, cùm tuipſe dicas, quia habes poteſtatem dimittendi, & iam cōfeſſus es publicè, quia non inueniſti cauſam mortis,& tamē me non dimittis, peccatum quidem tuum non eſt ita graue cùm ex infirmitate procedat, ſicut Iudæorum qui me tibi tradiderunt ad mortem cùm procedat ex malitia. Pilatus ergo videns, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fiebat Iudæis,

Cauſa inimicitiæ inter Herodem & Pilatum.

Pſalm. 72.

Chriſtus à Pilato flagellatur.

Ex. 12.

Barabbas Chriſto prælatus.

Chriſti cū Pilato diſceptatio.

A

vocibus magnis poſtulantibus vt crucifigeretur, dimiſſo eis Barabba vt poſtularunt, duxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali in loco qui dicitur lithoſtratos, Hebraicè gabatha. Erat autem paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta. Marcus autem dicit quòd hora tertia crucifixerunt eum. Quam ſuperficialem diſſonantiam Auguſt. de pœn. diſtinct. 1. periculosè,ſic reſoluit, quia videlicet Chriſtus hora tertia crucifixus eſt linguis, ſcilicet Iudæorum hoc petentibus quemadmodum ſcribit Marcus, ſed actualiter & manibus Gentilium hora ſexta crucifixus eſt, prout refert Ioannes.

A. C. 34.

Auguſt. de cōſ. euan. lib. 3. c. 8.

B

§. VI.

SEDENTE autem eo pro tribunali Pilato, miſit ad eum vxor eius teſte Matthæo dicens. Nihil tibi & iuſto illi, ſcilicet commune.q.d. vide ne feras ſententiam contra eum. Nam & multa paſſa ſum iſta nocte propter eum, ſcilicet terribiles viſiones & comminationem. Creditur quòd, quia Diabolus cœpit perpendere Ieſum eſſe redemptorem humani generis, & virtutem crucis, quia ſentiebat patres limbi iam exultare pro ſua quam expectabant liberatione, ideo tentabat impedire. Et ideo in ſomnis immiſit viſiones vxori Pilati comminatorias malorum quæ Pilato euenirent, ſi ipſum condemnaret, vt his auditis Pilatus ſe retraheret, ſed non valuit aliquid efficere. Nam Pilato dicente, Ecce rex veſter quaſi deriſoriè, clamauerunt illi. Tolle, tolle crucifige eum. Quibus Pilatus. Regem veſtrum crucifigam? At illi. Non habemus regem, niſi Cæſarem. Pilatus ergo, vt dicit Matthæus, accepta aqua coram populo lauit manus ſuas dicens. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. q.d. Ego quantum eſt ex me non condemno eum ſciens eſſe iuſtum, ſed importunitas veſtra me cogit ad eum condemnandum, vos videritis. Sed certè hoc non excuſauit eum, quia nunquam iudex propter quodcunque malum vel ſcandalum euitandum, debet innocentem cōdemnare contra ordinem & formam iuris, vt hic accidit. Clamauit autem populus. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros, quaſi dicant. Si tu in hoc peccas, pœna huius peccati & vindicta, veniat ſuper nos & ſuper filios noſtros. Quæ imprecatio vtique accidit eis. Nam in punitionem tanti ſceleris Hieruſalem capta fuit innumeris millibus hominum mortuis, ferro, peſte & fame, qui remanſerunt venditi ſunt in ſeruos & diſperſi per orbem.

Vxor Pilati pro Chriſto dimittendo procurat. Mat. 17.

C

Pilat.' fert in Chriſtū ſententiā.

D

Pilatus peccauit condēnando Chriſtum.

E

Data itaque ſententia contra Ieſum, vt crucifigeretur, milites præſidis congregauerunt circa eum vniuerſam cohortem, teſte Matthæo. Et exuentes eum veſtimentis ſuis, chlamydem coccineam circundederunt ei, ſcilicet rubei coloris, quaſi purpuream veſtem. Et plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius loco coronæ. Hæc corona ſeu ſertum dicitur fuiſſe de ſpinis duris & oblongis, quæ perforabant caput ſuum vſque ad cerebrum, & dederunt ei arundinem in manu eius, & percutiebant caput eius. Demum poſt illas contumelias & illuſiones, exuta chlamyde coccinea, & veſtimentis propriis indutus, ducebatur ad locum Caluariæ, ſociatus duobus latronibus condemnatis etiam ad crucem pro ſceleribus ſuis, vt impleretur prophetia Eſaiæ quinquageſimotertio. Cū iniquis deputatus eſt. Et baiulans ſibi crucem, ſecundum figuram Iſaac qui ligna portauit in humeris, ſuper

Mat. 27.

Chriſtus ſpinis coronatur.

F

A.C. 34.

Homil.84. in Ioan.

ris,ſuper quibus fuit extenſus,vt occideretur, vt dicit Chryſo. Et in dicto loco in quo Ieſus crucifixus eſt, ibi non filius Abrahæ, ſed aries habens caput ſpinis inhærens, occiſus eſt, quia non filius Dei patris, ſed humanitas dux Eccleſiæ ſpinis coronata mortua eſt. Theophilus. Et baiulans ſibi crucem. Hic adimpletur, illud Eſa.9. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Principatus enim Ieſu, crux eſt propter quam Deus exaltauit eum ſecundùm Apoſtolum ad Philip.2. Et ſicut in ſignum dignitatis alij portant baltheum, alij mitram, ſic Chriſtus crucem.

Chriſtus in nobis regnat per aſperitates.

Etſi inquiras, inuenies non aliter in nobis regnare Ieſum, niſi per aſperitates, quo fit vt delicioſi inimici ſint Chriſti. Verum quia debilitatus Ieſus flagellis, & ſpinis, ac vigiliis noctis quibus fuerat afflictus, tardè incedebat cum cruce, timentes Iudæi ne iſta tarditate Pilatus, quem viderant quaſi inuitum ferre ſententiam, eam reuocaret, & vitam donaret, inuenientes in via quendam nomine Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Ruffi, vt referunt Matthæus & Marcus, hunc angariauerunt, vt portaret crucem Ieſu, vt citius ambulare poſſet.

Simon Cyrenæus crucẽ poſt Ieſum portat.

Portabat autem Simon crucem poſt Ieſum, quia ſecundum Ambroſ. congruum erat vt prius ipſe crucis trophæum irigeret, & poſtea illud martyribus traderet erigendum.

Amb.li.10. in Luc.

Nec Iudæus eſt iſte Simon, ſed alienigena & peregrinus, quia Cyrenæus, nec ante, ſed poſt Ieſum portat crucem, Gentilis enim populus, non Iudaicus ſequitur crucem & fert eam, implens illud. Tollat crucem ſuam & ſequatur me.

Matth. 16.

De villa veniens crucem amplectitur, cùm Paganis ritibus derelictis, ait Beda, veſtigia Chriſti ſequitur. Villa enim Latinè, παγος Græcè dicitur. Vnde dicti ſunt pagani ſcilicet à pagis. Simon interpretatur obediens, quia obedit diuinis præceptis.

Bed.lib 6 cõ.in Luc.

Sequebatur autem eum multitudo magna mulierum & populi, quæ ex deuotione ei compatientes plangebant & lamentabantur illum.

Luc. 23.

Ieſus autem conuerſus ad eas, vt refert ſolus Lucas, conſolatus eſt eas dicens. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me moriturum, quia ſcilicet mortem citò reſurrectio glorioſa diſſoluet, & ipſa mea mors mortem ipſam & mortis auctorem Diabolum deſtructura eſt, inquit Beda. Sed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros, ſcilicet propter mala quæ ventura ſunt vobis. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent. Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt.

Beda li. 6. cõ.in Luc.

Quod dicit propter obſidionem futuram à Romanis, in qua ad tantam calamitatem famis deuenerunt, vt matres aliquæ comederent filios proprios. Tunc incipient dicere montibus, videntes ſe in tantis anguſtiis, Cadite ſuper nos, & collibus, Operite nos. Beda. Refert enim Ioſephus Romanis inſiſtentibus Iudæos cateruatim petiiſſe montium & collium cauernas ad euadendum. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt in arido quid fiet? id eſt ſecundum Theophilum, Si in me, qui ſum lignum viride per virtutem faciens fructum, Romani hoc faciunt, quid facient in populo Iudæorum arido & infructuoſo?

Ioſ.de bel. Iud. lib. 3. cap.5.

Vel ſecundum Bedam. Si ego qui ſum ſine peccato, lignum vitæ appellatus, ſine igne paſſionis de hoc mundo non exeo, quid eis putas imminere tormenti, qui ſunt fructibus bonorum operum vacui?

Bed 16.

Et poſtquam venerunt in locum, qui Caluariæ dicitur, ibi crucifixerunt eum.

Chriſtus crucifigitur.

Quidam voluerunt dicere vt Hebræi, ideo dictum locum Caluariæ, quia ibi

A

erat Caluaria, id eſt caput Adam primi hominis ſepulti, ſed Hierony. reprobat hoc, quia in Hebron dicitur ſepulchrum Adæ eſſe, ſed Beda dicit quòd extra portam erant loca vbi truncabantur capita damnatorum, ideo Caluariæ locum illum appellatum. Et ſic pro omnium ſalute innoxius, quaſi noxius, inter noxios crucifigitur, vt vbi abundauit delictum, ſuperabundet & gratia. Crucifixerunt eum. Prius autem quàm eũ in cruce figerent, dederunt ei vinum mirrhatum, id eſt, mirrha amariſſima mixtum, vel vt dicit Matthæus vinum cum felle mixtum. Mos erat Iudæis, qui adhuc ſeruatur apud

A.C. 34

Origen.in Mat.tr.35. & Theop. & Amb.in luc. Hier.in 4. cõ.in Mat. Rom.5.

B

Chriſtianos in multis locis, vt debilitati rei cùm ducuntur ad mortem ex horrore huius confortarentur confectionib. & optimo vino, cuius loco ad augmentum pœnæ Chriſto dederunt vinum mirrhatum. Exuentes autem omnibus veſtibus vulnera renouauerunt. Nam cùm per flagella duriſſima totum corpus eius eſſet dilaceratum ſeu excoriatum, veſtimenta reſumpta fortiter inhæſerant carni, à qua vt ſepararentur non ſine magno dolore & vulneratione fieri potuit, vt accidit in vulneribus faſciis reſolutis. Modum autem crucifixionis nullus euangeliſtarum explicat. Vnde potuit fieri ſecun-

C

dum aliquos vt cruce in terram extenſa, ſuper eam affigerent corpus Ieſu manibus & pedibus, poſtea erigerent ipſam. Vel etiam quòd prius erigentes crucem, & in terram truncum figentes & firmantes poſtea in eo corpus confixerint, aliquo corpus ſuſtentante dum configerentur manus eius, deinde pedes clauis ferreis valde magnis vt oſtenditur. Et quia ex confixione & maximo dolore nerui erant retracti, & membra decurtata, quando ſecundam manum affixerunt, & pedes etiam fune per violentiam, brachiũ aliud & pedes protraxerunt intantum, quod omnia oſſa corporis dinumerari poſſent,

Chriſtus quõ crucigitur.

D

impleto quod prædixerat Pſalm. in perſona Chriſti. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerarũt omnia oſſa mea. Nulla hiſtoria docet hoc in Dauid impletum, vel alio de populo illo, ſed in domino noſtro Ieſu Chriſto. Erat autem titulus continens cauſam mortis in quadam tabula ſcripta literis Græcis, Latinis & Hebraicis, vt ex omni natione qui cõuenerant in die feſto legere poſſent, quæ tabula affixa erat paxillo, poſita in parte ſuperiori crucis in medio, verſus quam caput Ieſu pendebat. Nam crux per ſe erat ad modum literæ ταυ nec habebat aliquid ſuper lignum quod erat per trãſuerſum, ſed

Pſal. 21.

Crux erat ad modũ literæ ταυ.

E

appoſitus fuit paxillus cum tabula vt dictum eſt. Scriptura autem tituli hæc erat. Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Sed vt refert ſolus Ioannes, quia locus vbi crucifixus fuit, erat prope ciuitatem, extra tamen Hieruſalem, pene omnes de ciuitate ibant ad videndum, quod fuit ad maximam pœnam confuſionis ipſi Ieſu, ſecundum illud Pſalm. Tota die verecundia mea contra me eſt & confuſio faciei meæ operuit me &c. Pontifices ergo cùm legiſſent ſcripturam, reputantes hoc eſſe ad iniuriam ipſorum, ſcilicet quòd rex illorum crucifixus eſſet: dixerunt Pilato. Noli ſcribere rex Iudæorum, ſcilicet

Pſal. 43.

F

quòd ſit, ſed quia dixit, rex ſum Iudæorum, vt ſcilicet appareat quòd propter iſtam arrogãtiam & ambitionem, qua ſe voluit facere regem ſit crucifixus. Quibus Pilatus. Quod ſcripſi ſcripſi, id eſt, ſcripturam illam volo ſic permanere firmam hoc diſponente Deo, quia verè eſt rex Iudæorum. Ad literam & Iudæorum & omnium nationum. Moraliter

rex

A. C. 34.

A rex Iudęorũ, id eſt, confitentium. Interpretatur enim Iudæus cõfeſſio vel confitens. Eſt enim ſpeciali modo rex, id eſt, regnans per gratiã, & poſtea per gloriã eorum qui cõfitentur ſcilicet fidei articulos credendo, defectus proprios ſacerdoti pandendo & diuinas laudes gratias agendo. Milites autem Gentiles qui eum cruci affixerunt, id eſt, lictores Pilati diuiſerunt ſibi adinuicem veſtimenta ſua per ſortem, ſtatuentes quis quid acciperet, quod narrant omnes euangeliſtæ. Sed Ioannes plenius. Dicit enim, quòd milites qui crucifixerant quatuor fecerunt partes de veſtibus, vnicuique ſuam dantes. Tunicam autem ſuam, quæ erat inconſutilis, & deſuper contexta per

B totum, id eſt, facta ad acũ, non diuiſerunt, dicentes. Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit.

Pſal. 22.

Quod factum inducit Ioannes Pſalmiſtam prænunciaſſe, cùm ait in perſona Chriſti: Partiti ſunt ſeu diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, ſcilicet qui me crucifixerunt, & ſuper veſtẽ meam miſerunt ſortem, id eſt, ſuper tunicam inconſutilem.

Aug. in Io. tract. 118.

Aug. Matth. autem dicendo, Diuiſerunt veſtimenta eius ſortem mittẽtes, ad totam veſtimẽtorum diuiſionem voluit intelligi etiam illam tunicam pertinere, de qua ſortem miſerunt, quia vtique omnes veſtes diuidendo in quibus

C & illa fuit de ipſa ſortiti ſunt. Tale eſt etiam quod ait Lucas, diuidentes veſtimenta eius miſerunt ſortes: diuidentes enim venerunt ad tunicam, de qua facta eſt ſortitio. Dicendo autem ſortes, pluralem pro ſingulari poſuit. Marcus autem ſolus videtur intuliſſe aliquam queſtionẽ. Dicendo enim, mittentes ſortem ſuper eis quis quid tolleret, tanquam ſuper omnibus veſtimentis non ſuper ſola tunica ſors miſſa ſit, locutus videtur, ſed hic etiam breuitas obſcuritatem facit. Sic enim dictum eſt. Mittentes ſortem ſuper eis, acſi diceretur, mittentes ſortem cùm diuiderent quod & factum eſt. Quod autem dicit. Quis quid

Tunica Chriſti eſt Eccleſia.

D tolleret, id eſt, quis tunicam tolleret, tanquam ſi totum ita diceretur, diuiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſortes ſuper eis, quis tunicam, quæ partibus æqualibus ſuperfuerat tolleret. Spiritualiter verò quadripartita veſtis domini noſtri Ieſu Chriſti quadripartitam figurauit eius Eccleſiam, in quatuor ſcilicet partib. per orbem diffuſam, & in eiſdem æqualiter & concorditer diſtributam. Tunica vero illa ſortita, omnium partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo cõtinentur. Si autem charitas ſupereminẽtiorem viam habet, & ſupereminet ſcientiæ, & ſuper omnia præcepta eſt, merito veſtis, qua

E ſignificatur deſuper cõtexta perhibetur. Et addidit. Per totum, quia nemo eſt expers eius qui pertinere inueniatur ad totum, à quo toto ſicut Græca indicat lingua catholica vocatur Eccleſia. Inconſutilis autẽ ne aliquãdo diſcindatur. Et ad vnum peruenit, quia omnes in vnum colligit. In ſorte autem Dei gratia commendata eſt. Cùm enim ſors mittitur, non perſonę vel cuiuſcunq; meritis, ſed occulto iudicio Dei ceditur, hæc Aug.

Aug. ibid. Vide D. T. in 3. par. q. 46. ar 4.

Quare autem potius mortem crucis ſuſtinuerit quam aliã: omitto hic ponere, Et prætereuntes turbæ, inquiunt Matth. & Mar. blaphemabant eum dicentes: vah qui deſtruis templũ Dei, &

Chriſtus cruci affixus irridetur.

F in triduo illud reædificas. Sed & principes ſacerdotum cum ſcribis & ſenioribus illudebant, dicentes. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere, q.d. Nunc apparet quia non verè ſanabat infirmos, ſed in virtute Beelzebub. Si filius Dei eſt deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Dixit enim, Filius Dei ſum. Sed & milites ſcilicet Pilati illudebãt ei, dicentes. Si tu es rex Iudæorum ſaluum te fac. Ieſus autem

A in cruce manens, ſuſtinet tot dolores immenſos tot irriſiones, & contumelias. Primum quidem verbum dixit in cruce, vt refert ſolus Lucas, inſtruens ad dilectionem inimicorum. Dixit enim. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Contra omnem iuſtitiam offenditur, quia innocentiſſimus ſine aliquo peccato, ſolus ab eis quibus ſemper benefecerat, à populo quem in peculiarem aſſumpſerat, læditur in omnibus rebus ſuis atrociſſimè, in ſubſtantia, ablatis ſibi veſtibus, in fama cõtumeliis & blaſphemiis, in perſona morte turpiſſima & acerbiſſima cõdemnatus, & tamen pro illis orat, dicens. Pater ignoſce

A. C. 34. Primum verbum Chriſti in cruce pendentis.

B &c. Et ſic impleta eſt prophetia Eſa. dicentis. 53. Pro tranſgreſſoribus, id eſt, contra legem agentibus exorauit, ne perirent. Cùm autẽ cum eo crucifixi eſſent duo latrones, vnus à dextris, alius à ſiniſtris, dicunt Matth. & Mar. abbreuiando, idipſum autem & latrones improperabant ei & cõuiciabantur, qui cum eo crucifixi erant. Sed Lucas plenius hoc exprimit. Dicit enim quòd vnus ex latronibus, qui ſcilicet erat à ſiniſtris, blaſphemabat eum dicens. Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum & nos. Dicendum eſt ergo, quòd vel in eo quod dicunt Matthæus & Marcus de ambobus latronibus cõuiciantibus Chriſto, ponitur

Chriſtus in omnib. ſuis rebus vexatur.

C ibi pluralis pro ſingulari, quia vnus eorum fuit tantùm, prout dicit Lucas, vel quia ſi ambo fuerunt qui conuiciati ſunt Chriſto, hoc fuit in principio. Sed poſtea qui à dextris erat pœnitentia ductus reprehendit ſocium, & Chriſto ſe commendans ait. Memento mei &c. vt dicit Lucas, vnde ſubditur. Reſpondens autem alter, increpabat eum dicens. Neq; tu times Deum, qui in eadem damnatione es, ſcilicet qua iſti perfidi Iudæi, qui crucifixerunt hunc tam innocentem. Et nos quidẽ iuſte, ſcilicet condemnati ſumus, propter ſcelera noſtra. Nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali fecit. Et dicebat ad Ie-

Secũdum verbum Chriſti.

D ſum, Domine memẽto mei cùm veneris in regnum tuum. Et dixit ei Ieſus, quod eſt ſecundum verbum. Amen dico tibi, hodie mecũ eris in Paradiſo. Quod vtiq; verũ fuit. Nã mortuo Ieſu illa die anima ſeparata à corpore ſociata diuinitati deſcendit ad limbũ patrũ, etiam huius latronis anima poſt mortẽ Chriſti & ipſa à corpore ſeparata deſcẽdit, non ad infernum damnatorũ, vel purgatorium, ſed ad limbum, vbi clare videns diuinitatem Chriſti fuit beata. Et hoc eſt verè Paradiſus, locus, ſcilicet qui parat Dei viſum. Hodie mecum &c. Hier. Vt paruum magnus aſpicias, vt diues paſtor morbidam non contemnas

Paradiſi etymon. Hie. ad Damaſum ep. 58. tõ. 2.

E ouem, Chriſtus de cruce in Paradiſum etiam latronem intulit, & ne quis ſeram aliquando putaret cõuerſionem, fecit homicidij pœnam martyrium. de pœniten. diſtinct. 1. importuna. Hinc & Iulius Papa. Vera confeſſio in vltimo tempore eſſe poteſt, quia dominus non ſolum temporis, ſed etiam cordis inſpector eſt, ſicut latro vnius momenti pœnitentia meruit eſſe in Paradiſo in hora vltimæ confeſſionis. 26. q. 6. ſi præsbiter. Aug. Qui prius à peccatis relinquitur, quàm ipſe relinquat ea, nõ liberè ſed quaſi neceſſitate cõdemnatur. Licet enim latro veniam meruiſſet in fine de omni crimine, non tamen

Vera pœnitentia in extremo eſſe poteſt.

Auguſt. de vera & falſa pœn. cap. 17.

F dedit baptizatis peccãdi & perſeuerandi authoritatem. Tunc enim primum baptizatus eſt (ſcilicet baptiſmo flaminis) qui tunc primum in cruce Chriſtum confeſſus eſt. de pœnitentia diſtinct. 7. nullus. Sed certè mirabilis fuit deuotio & fides huius latronis. Nullum viderat eum facere miraculum, non prædicantem, non turbis circundatum eius doctrinam ſitientibus, ſed crucifixum Ieſum cum eo

De laude boni latronis.

A. C. 34. omnéſq; maiores, ſcilicet principes ſacerdotum & milites & doctores legis eum ſubſanantes & exprobrantes, & ſocium ſuum idipſum facientem, & tamen veneratur vt Deum, ſua delicta confitens, ſocium increpans & omnes ei iniuriantes, non veritus ſæuitiam Iudæorum, ſeque ei humiliter commendãs & dicens, Memento mei &c. Petrus Apoſtolus & cæteri negãt & populi derident, & ipſe ipſum commendat, ipſum regem fatetur, ſe ei commendans. Ieſus autẽ vt oblitus ſuarum pœnarum, ipſum confortat, de ſua conuerſione & fide, promittens ei præmium maximum. Hodie inquit mecum &c. Et de tanto labore ſuæ paſſionis, quod erat ſufficiens pretium redemptionis omnium, non ſolum huius mundi: ſed & mille ſi eſſent, Ieſus non videns nunc ſequi fructũ niſi conuerſionis vnius latronis, nec hunc minimum deſpicit, ſed ipſum colligit.

Ioan. 19.

Mariæ virginis ante crucẽ ſtantis præconia vide Can. lib. 4. de virg. Ma. c. 25.

Stabat autem iuxta crucem mater Ieſu, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Quod refert ſolus Ioannes de matre Ieſu & ipſo Ioanne. Stabat dolore anxiata, amaritudine vulnerata, mente autem & intellectu erecta, & firmata in Dei voluntate, quam ſciebat eſſe vt filius ſuus pateretur pro redemptione humani generis. Et cùm omnes diſcipuli & diſcipulæ cecidiſſent à fide ſuæ diuinitatis, ipſa ſola ſtabat in fide firma. Et quia ſciebat ipſum qui patiebatur eſſe Dei filium, inde maxime dolebat de tanta offenſa Deo facta. Et ſicut nulla mater vnquam tantum dilexit filium ſuum, tum non ſolum, quia vnigenitum, ſed quia ex ſe totum ſine patre generatũ, tum quia optimum & ſanctiſſimum, tum quia verùm Deum. Ita nulla mater vnquam dolorem tantum habuit de morte filij. Tunc fuit impleta prophetia Simeonis dicentis. Lucæ 2. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius ipſius, ſcilicet paſſionis. Vnde dolores, quos aliæ mulieres ſuſtinent in partu, ſibi reſeruati fuerunt in paſſione filij, vt congrueret ſibi poſſet illud Pſal. 40. Ibi dolores vt parturiẽtis. Nec vnquam aliquis martyr ſuſtinuit tantam pœnam in ſuis tormentis, ſicut virgo Maria iuxta crucem filij. Vnde & plus quàm martyr fuit, vt ait Hieron. Cùm ego vidiſſet Ieſus matrem ne videretur eius oblitus, in hoc oſtẽdens pietatem quam debent filij exhibere parentibus, & prouidere quantum in eis eſt cùm ab eis diſcedunt, dixit matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus. Dicere noluit, mater, ne ſic nominando magis vulneraret dolore cor eius. Sed mulier exprimens ſexum, non virginitatis violationem. Ecce filius tuus. q. d. Humanitas iſta quæ cernitur, eſt filius tuus qui patitur. Et quia diſſoluenda eſt iſta humanitas per mortem, ne ſola remaneas, ecce Ioannes erit filius tuus pro me. Ipſe virgo & virginem ſociauit. Nam tunc creditur mortuum fuiſſe ſponſum eius Ioſeph, aliàs non alteri eam commendaſſet quàm ſponſo ſuo, ſi viueret, vt dicitur. 27. q. 2. beata Maria. Deinde dicit diſcipulo, ſcilicet Ioanni licet non ſe nominet, ſicut nec alibi cùm de ſe loquitur. Ecce mater tua, id eſt, habeas eam commendatam vt matrem. Theſaurum maximum quem in terra relinquo, nulli alteri quàm tibi præ cæteris dilecto relinquo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam, ſcilicet Ioannes, in ſuam, ſcilicet matrem, vel curam. Incompatibilis certè iſta permutatio, qua datur Mariæ diſcipulus pro magiſtro, ſeruus pro domino, riuulus pro ſapientiæ fonte, nepos pro filio, creatura pro creatore. Et tamẽ acquieuit humiliter ei quod filius inſtituit.

Mariæ pluſ quam martyr.

Hie. in ſer. de aſſum. beatæ virginis.

Tertium verbum Chriſti.

Matth 27.

A ſexta autem hora vſque in nonam vt referunt euãgeliſtæ omnes, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, ſole ſcilicet patiẽte ecclipſim, quod naturaliter eſſe non potuit. Nam ecclipſis naturalis accidit ex interpoſitione lunæ inter ſolem & nos, dùm eſt ſupra noſtrum hemiſphærium ſol ipſe in curſu ſuo. Tunc autem [a] cùm eſſet luna quintadecima primi mẽſis, quia ſecundum legem tunc inchoabatur feſtum Azymorum, directè ex oppoſito erat luna ad ſolem. Vnde cùm tunc ſol eſſet hora ſexta diei in medio hemiſphẹrij noſtri, luna erat in medio hemiſphærij quod eſt infra nos, ſeu ſubtus nos. Vnde non poterat naturaliter eſſe ecclipſis. Quod cernens [b] Dionyſ. Areopagita maximus Philoſophus, cùm tunc eſſet Athenis quando facta eſt iſta ecclipſis, perpendens non eſſe naturalẽ, inquit. Aut Deus naturæ patitur, aut totius mundi machina citò diſſoluetur. Secundum autem non accidit adhuc, ſed primum impletum eſt, quia Ieſus Deus verus & homo paſſus eſt. Et tunc ab Athenienſibus fabricatum eſt altare in venerationem illius, qui tunc paſſus eſt, intitulantibus illud altare ignoto Deo. Vbi etiã aliæ ecclipſationes ſolis non durant per horam, hæc permanſit per tres horas. Ad literã. Tanta erat iniquitas & crudelitas Iudæorum, vt ipſe ſol quaſi non ferens tãtam iniuriam ſui creatoris ſubtraheret radios ſuos ab eis quaſi compatiẽs morti eius, tenebris, vt nigro indueretur. Spiritualiter, Tãtus fuit dolor huius paſſionis, vt ſol intelligentiæ noſtræ ecclipſetur & obſcuretur ad intelligẽtiam eius, nec plenè capere poteſt. Et ex immenſitate huius doloris clamauit Chriſtus voce magna ſecundum Matth. & Marc. Hely Hely lamazabactani, id eſt, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quæ verba ſunt ſumpta originaliter ex pſalmo vigeſimoprimo vbi Dauid loquitur in perſona Chriſti totum illum pſalmum de ſua paſſione. Dicit enim. Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, longe à ſalute mea, corporali, ſcilicet faciũt me eſſe, verba delictorum meorum. Appellat autem delicta ſua peccata

A. C. 34. Solis in paſſione defectus præter naturam.

Quartum verbum Chriſti.

a Tria in hac ecclipſi portenta acciderunt. Primum quod extra tempus ſolis & lunæ congreſſus accidit, immo è cõtra circa plenilunium. Nam ſol naturaliter nunquã ecclipſari poteſt in plenilunio, niſi in nouilunio. Alterum quod ea pars ſolis quæ ad ortũ vergit primo fuit obſcurata, & poſtremo illuminata, quod in ſolis defectu naturali ſecus accidit. Nam ea ſolaris corporis pars, quæ occaſum reſpicit prius obſcuratur, & deinde prius illuminatur. Porro tertium fuit, quod ab oriente luna regrediens in occaſum, contra motum ei naturalem atque coæternum, qui ſemper eſt ab occidẽte in oriens, ſe radiis ſolis ſubiecerat, qui tunc in ſummo cælo erat, & poſtea ſolis ecclipſi facta rurſus rediit ad priſtinum orientis locum. Onuph. in com. in faſt.

b Præſtat Dionyſium ipſum ad Apollophanem ep. 9. audire loquentem. In Heliopoli, tu quidem mihi coæuus, & ego fere quinque & viginti annorum tempus euoluens vna morantes conſtiteramus, cum feria quadam ſexta & hora etiam pene ſexta, ſol horribilibus ſubito eſt obſitus tenebris, luna ipſum intercurrente, nõ quia Deus ſed creatura Dei, in ipſius veræ lucis occubitu lucere non potuit. Quærebam enim tum apud te, qui mihi ſapientiſſimus videbare, quid inde ipſe ſentires, neque enim adhuc myſterij tantæ rei conſcius eram. O ingentis prudentiæ promptuarium, quid inquam ô doctrinæ ſpeculum Apollophanes, ys ſecretis adſcribis, ad quæ neſcio quo pacto diuino quodam afflatu & non humani ſenſus ſermonem ſubintuliſti. O bone Dionyſi diuinarum viciſſitudines ſunt rerum, hæc ille.

membrorum

A.C. 34

Qualiter intelligendum Christum fuiſſe derelictum à patre.

A membrorum ſuorum, id eſt, humani generis, pro quibus patiebatur. Dicit autẽ ſe derelictũ à Deo nó quia diuinitas foret ſeparata ab humanitate, quia nũquam eam deſeruit poſtquam aſſumpſit, ſed quia ſubtraxerat potentiam ſuam non impediendo illos ab illo opere, & non liberando eũ à manibus eorum: ſed permittendo facere quæ eis placebant erga ipſum, vel etiam dicit ſe derelictum à Deo, eo ꝙ pars pars intellectiua quæ etiam tunc fruebatur Deo cum ſummo gaudio nil refrigerij & conſolationis influebat in ſenſitiuã. Et cùm ex maximis doloribus eſſet anxiatus & deſiccatus in ſpiritibus: dixit quintum verbum, vt refert ſolus Ioannes. Sitio. B Sitiebat autẽ non ſolum corporaliter, ſed & mentaliter, ſumme cupiens fructum ſuæ paſſionis ad omnes extendi, ac etiam virtutem eius communicari omnibus martyribus, & aduerſa patientibus pro eo: vt merito ipſius paſſionis patientes & fortes redderentur, vt ait Apoſtolus ad Heb. 5. Orans cum lachrymis, ſcilicet, Ieſus in cruce, & clamore valido exauditus eſt pro ſua reuerentia, vt omnes qui deuotè ſuſcipiunt ſacramenta in quibus virtus paſſionis remanſit, ſalutem conſequantur. Cùm autem ſic clamaſſet, quidam qui portabat vas plenum vino acetoſo, quod dicitur felle vel myrrha mixtum amariſſima, C intingens ſpongiam impleuit liquore illo amariſſimo, & impoſitã ſpongiam calamo de hyſſopo appoſuit ori eius ad bibendum. Quidam alij ex Romanis miniſtris qui non intelligebant idioma Hebræum, cum audiſſent Ieſum prius clamaſſe Hely, Hely, &c. dicebant illi qui offerebat ſpongiam ad bibendum. Heliam vocat iſte, ſine ſi forte veniat Helias ad deponendum eum. Sed Ieſus cùm guſtaſſet, noluit bibere propter amaritudinem. Et impleta eſt prophetia Dauid dicentis in perſona eius, pſal. 68. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Solebant Iudæi quando aliquis illa morte condemnaba- D tur, portare vas optimi vini ad confortandum eum: ſed tunc ad magis affligendum dederunt vinum aceroſum felle mixtum, in quo ſignificabant malitiam ſuam: populus enim ille erat vt ſpongia vacua virtutibus, cauernoſa ſimulationibus, plena aceto frigidę malitiæ, vbi prius in patribus fuerat vinum bonum. charitatis, & mixto felle amariſſimo odij, & inuidiæ Et ideo Ieſus noluit bibere, id eſt, incorporari in Eccleſia ſua talem populum, ſed abiecit à ſe. Cùm ergo accepiſſet acetum non quidem bibendo, ſed guſtando, dixit, teſte ſolo Ioanne, ſextum verbum. Con- E ſummatum eſt, id eſt, adimpletum eſt quod prænunciatum & figuratum eſt de mea paſsione. Vnde & præcedentibus diebus cùm prædixit paſsionem ſuã Apoſtolis, dixerat. Ecce aſcendimus Hieroſolymam & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt de filio hominis. Cùm ergo ſciret omnia impleta, dixit. Conſummatum eſt. Et omnia illa ſacrificia in lege mandata, & multa alia cerǽmonialia hanc paſsionem figurabant, ideo illis impletis omnia illa ceſſarunt, & virtute caruerunt, & ideo dixit. Conſummatum eſt verum & ſignatum ſacrificium. In omnibus aliis ſenſibus in cruce fuerat afflictus. In tactu, ma- F nibus & pedibus in quibus maxime viget, clauis confixis. Viſu, videndo irriſiones Iudæorum & crudelitates. Auditu audiendo contumelias ipſorum & blaſphemias. Odoratu, ſentiendo fœtores cadauerum, quæ in illo loco erant. Reſtabat ſolus guſtus illæſus in cruce. Reliquum corpus totum erat cruciatum & fractum per flagella & coronationem. Quia igitur primus Adam cum morti-

Quintum verbum Chriſti.

Exponitur potus Chriſto datus.

Sextum verbum Chriſti. Matth. 20.

Chriſtus omnibus ſenſib. eſt dolores perpeſſus.

A ficauit totum genus humanum, viſu oſtendit aſpiciendo lignum ſeu fructum eius, quod erat pulchrũ viſu. Et veriſimile eſt quòd odoriferum erat ſentiẽs olfactu. Auditu audiens verba ſerpentis in iniuriam Dei. Tactu quoque cùm tulit de pomo vetito. Guſtu cùm ſenſit comedendo ſuauitatem cibi. Per quos ſenſus velut per portas, peccatum intrauit in mundum. [Quare ſicut canit Eccleſia.

A.C. 34. Adã peccauit quinque ſenſibus.

Hoc opus noſtræ ſalutis
Ordo depopoſcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem felleret,
B *Et medelam ferret inde*
Hoſtis vnde læſerat.

decuit vt Chriſtus cum in aliis ſenſibus tum maxime in guſtu cruciaretur.] Ideo guſtata amaritudine potus ait, Conſummatum eſt, id eſt impleta ſolutio eſt debiti humani generis. Inſuper & matrimonium contractum inter Chriſtum & Eccleſiam: initiatum in patriarchis & prophetis, per promiſsiones etiam iuratas, ratificatum in eius incarnatione, in cruce, per cuius virtutem eccleſia mundata, vnita eſt Chriſto. Conſummatum eſt. Et ibi oſtenſa eſt maxime plenitudo ſuæ ad nos dilectionis, quæ eſt finis omnis C conſummationis ſecundum pſal. 118.

Matrimonium inter Chriſtum & Eccleſiã.

§. VII.

DEMVM inclinato capite dicens. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: quod fuit ſeptimum & vltimum verbum, vt teſtatur ſolus Lucas: tradidit ſpiritum, id eſt, animam ſuam, quæ tunc ſeparata à corpore eſt, & ſociata Deitati ad limbũ patrum deſcendit. Commendo inquit in manus tuæ poteſtatis: ad carnem reſumendam. In manus tuæ miſericordiæ & benignitatis: ad viſitandum animas quæ erant in pœnis tenebrarum. In manus tuæ vo- D luntatis: vt ſemper tibi ab ea deſeruiatur. Et hoc quidem verbum ſumptum eſt ex pſal. 30. vbi ait, In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me Domine Deus veritatis. Quod ſic videtur exponendum. O domine: qui es Deus autor veritatis, tu me redemiſti, ſcilicet, morte tua qua dixiſti. In manus tuas commendo ſpiritum meum. Et tunc omnia inſenſibilia viſa ſunt compati & dolere de morte domini ſui. Nam terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, velũ templi quod erat ante ſancta ſanctorum, diuiſum eſt à ſummo vſque deorſum vt paterẽt ſancta ſanctorũ ſignans regnũ cœleſte prius nobis clauſum, iam reſe- E ratũ. Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram & monumẽta aperta ſunt. Et vt ait Matthæus (per præoccupationem tamen) multa corpora ſanctorum ſurrexerunt, quod vtique fuit factum non tunc: ſed Chriſto reſurgente, & venerunt in Hieruſalem, & apparuerunt multis, referentes (vt piè credi poteſt) de diuinitate Chriſti & redemptione humani generis facta per eius paſsionem, & de viſitatione patrũ in limbo. Multi autem ex ſimplicioribus Iudæis vel Gentilibus videntes huiuſmodi ſigna, compuncti ſunt, & reuertentes ad pœnitentiam percutiebant pectora ſua, confitentes ſcilicet, peccatum ſuũ quod F commiſerant cooperando paſsioni Chriſti, dicẽtes. Vere hic homo iuſtus erat. Centurio autem qui miſſus fuerat à Pilato ad exequendam iuſtitiam, & ipſe compunctus dicebat. Verè filius Dei erat homo iſte. Cùm autem ſero fieret, ne corpora illa remanerent in crucibus, die ſequenti ſabbati qui erat ſolemnior inter dies illius feſti: & ſic videretur feſtum dehonorari: acceſſerunt ad Pilatum Iudæi: poſtulantes vt

Chriſtus animum Deo Patri reddit. Septimũ verbum Chriſti.

Signa mortem Chriſti conſequentia.

Latronibus crura franguntur. Ioan. 19.

A.C. 34.

poſſent eos qui in cruce erant crurifragio occidere: & inde deponere. Quod cùm conceſſiſſet eis Pilatus venerunt miniſtri eius: & cùm adhuc latrones in cruce viuerent, fregerunt crura eorum, ex qua confractione oſsium ex vehemẽtia doloris mortui ſunt. Ex quibus anima eius qui erat à dextris, qui vulgariter dicitur nuncupatus Diſmas, deſcendens ad limbũ patrum fuit ſubitò glorificata ex viſione diuinæ eſſentiæ cui vnita erat Chriſti anima: & ſic habuit paradiſum ſibi promiſſum. Alter latro dictus Geſmas impœnitens mortuus deſcendit ad locum damnatorum. In quibus duobus latronibus figurati ſunt omnes homines electi & reprobi. Omnes enim furati fuimus in primis parentibus ſecundum virtutem ſeminalem exiſtentes, diuinitatem quantum in nobis fuit cùm primis parentibus dictum fuit à ſerpente. Eritis ſicut dij. Hoc affectantes voluerunt, ait Aug. rapere diuinitatem, & perdiderunt fœlicitatẽ. Et propter iſtam rapinam, omnes damnamur ad crucem: & pœnalitatem huius vitæ, & mortem: ſed cum hac differentia: quia reprobi patiuntur crucem ſuarum pœnarum: ſed ſine fructu ſalutis, quia non eos pœnitet nec ſe recognoſcunt: ſed Deum vita ſua blaſphemant, & ideo damnantur. Electi autem confitentes peccata ſua: & ſe Deo humiliantes ad gloriã perueniunt, nõ virtute ſua, ſed miſericordia Chriſti virtute paſsionis eius, qui vt ſerpens æneus, id eſt, ſine veneno peccati: ſed carnem ſimilem nobis peccatoribus habens, ſuſpenſus fuit in ligno crucis: propter debitũ furti noſtri ſoluendũ, iuxta illud pſal. 68. Quæ non rapui (inquit Ieſus) tunc exoluebam, ſcilicet in cruce. vnde Apoſtolus ad Philip. 2. Cùm in forma Dei eſſet, ſcilicet, Ieſus, id eſt, verus Deus: non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo, ſcilicet, ipſe inquantum homo, ſicut primi parentes, ſed ſemetipſum exinaniuit factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Cùm autem veniſſent ad Ieſum, videntes eum mortuum, non eius crura fregerunt: vt impleretur ſcriptura, inquit Ioãnes, quæ habetur Exod. 12. de agno eius figuratiuo. Os non comminuetis ex eo. Sed vnus militum illorum Gentiliũ lancea ſua directa contra latus eius transfixit illud magnum vulnus infligens, & cõtinuo ex latere eius exiuit ſanguis & aqua, vt teſtatur Ioannes ſolus, impletáq; eſt illa prophetia Zac. 12. Videbunt in quem transfixerunt. Hic dictus eſt Longinus, qui poſtea conuerſus ad fidem, martyrium pro Chriſto ſuſtinuit. Dicunt etiam aliqui quòd cùm eſſet cæcutiens, id eſt, parum vel nihil videns ex ſtilla ſanguinis tangente oculos eius, ſubitò perfectè vidit. Et his etiam oſtenſa eſt vera humanitas Chriſti nobis ſimilis. Vnde, & 2. Ioan. 5. dicitur. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in terra, ſcilicet, de Chriſti humanitate vera: homo enim eſt de terra originaliter, Spiritus, aqua & ſanguis. Quod Chriſtus habuerit ſpiritum, id eſt, animã: patet, quia inclinato capite vt dictum eſt tradidit ſpiritum, ſcilicet, Deo commendans ipſum ſpiritum, animam ſuam. Aqua autem & ſanguis quæ exierunt de latere, qui ſunt duo humores in corpore noſtro magis noti & copioſi, oſtenderunt corpus ſuum verum eſſe non phantaſticum quia tale non habet ſanguinem neque aquam. Et ſpiritualiter ſignant ſacramenta eccleſiæ, eo quòd virtutem habent ex paſsione Chriſti. Nam baptiſmus qui eſt primum ſacramẽtorum & maximum in effectu ſignatur in aqua. Euchariſtia quæ eſt vltimum & finis aliorum ſacramentorum & maximũ in eſſe, innuitur in ſanguine. vnde Chryſ. Quia hinc ſumunt initium ſacramenta cœleſtia: vide vt quoties ad admirandum calicem accedis ſicut à Chriſti coſta bibiturus: accedas, ſcilicet, ad ipſa. Quidam autem ex Iudæis nobilis decurio & diues ab Arimathia ciuitate oriundus, id eſt Ramatha: diſcipulus Ieſu, qui non conſenſerat actibus & conſilio Iudæorum de morte Ieſu, ſed contradixerat potius. Hic acceſsit ad Pilatũ, & petijt ſibi dari corpus Ieſu, vt ſcilicet, deponere poſſet de cruce & ſepelire. Pilatus autem miratus quòd ita citò obiiſſet, accerſito Centurione qui executor fuerat iuſtitiæ interrogans an res ita ſe haberet, comperto hoc eſſe dedit illi licentiam deponendi. Vnde veniens cum Nicodemo legiſperito, qui diſcipulus occultus erat Ieſu: & ad eum nocte venerat pro informatione ſui circa eum: depoſuerunt eum de cruce clauis euulſis. Quis autem dubium habere poteſt quin mater eius corpus depoſitum ſuſceperit in gremio ſuo, & in brachiis ſuis? & nunc caput ſpinis perforatum, nunc manus ſanctiſsimas quarum tactu infirmi ſanati fuerant, aſpiciens clauis perfoſſas: nunc pedes, qui quotidie diſcurrebant ad quærendã hominum ſalutem: nunc latus lancea apertum: copioſiſsimis lachrymis perfundebat. Sed & Maria Magdalena ad cuius pedes remiſsionem peccatorum acceperat, non oblita beneficij magiſtri ſui illos lachrymis irrigabat: & aliæ Mariæ & diſcipulæ Ieſu. Et quod dicit Lucas, ſtabant à longe noti eius & mulieres, &c. priuſquam in cruce pateretur locum habuit. A principio quidem ſtabat iuxta crucem mater Ieſu & Ioannes: ſed poſt verbum ad eam. Ecce filius tuus, &c. multitudine ſuccreſcente elongati fuerunt à cruce mater & alij noti.

Demum quia nox appropinquabat Ioſeph & Nicodemus afferentes myrrhæ & aloes mixturas quaſi libras centum, ad condiendum corpus Ieſu, quod obſeruabatur in corporibus hominum nobilium ad præſeruandum à corruptione: inuoluentes corpus ipſum in ſindone munda, id eſt, linteaminibus, & ſudario poſito ſuper faciem eius, ſecundum morem Iudæorum, poſuerunt eum in monumento nouo ipſius Ioſeph in petra exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat, quod monumentum erat in quadam ſpelunca cuiuſdam horti iuxta montem Caluariæ, vbi crucifixus fuerat. Quod alij Euangeliſtæ narrant ſolum de Ioſeph, non eſt contrarium ei, quod dicit Ioannes & de Nicodemo. Sed quod illi tacuerunt, iſte expreſsit, ait Aug. Et quod alij dicunt de ſindone, Ioannes de linteis ſcripſit. Accedentes autem principes ſacerdotum & Phariſæi ad Pilatũ dixerunt. Domine recordati ſumus quia ſeductor ille adhuc viuens dixit. Poſt tres dies reſurgam: iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſque in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli eius nocte & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis, & erit error nouiſsimus peior priore. Quibus Pilatus, habetis cuſtodiam, ite & cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes ſignauerunt lapidem, ſcilicet ſigillo: & dimiſerunt ibi cuſtodes, vt cuſtodirent ne quis ipſum raperet. Mariæ autem aſſociãtes matrem Ieſu, poſtquam corpus Ieſu fuit in ſepulchro collocatũ, quod ſemper erat deitati vnitum, reuerſæ ſunt in ciuitatem. Et illo ſero ementes aromata pretioſa, compoſuerunt vnctionem pretioſam, vt vngerent poſtea corpus Ieſu vt hominis ſanctiſsimi, ad ipſum conſeruandum, non credentes eum Deum eſſe. Et ſabbato quidem ſequenti quo corpus Chriſti iacuit in ſepulchro, ſiluerunt propter ſolemnitatem ſabbati, expectantes dominicum diem.

¶ *De Chriſti*

Margin notes: Nomina boni latronis & mali. — Omnes homines peccato originali maculati. — Auguſt. in Pſal. 68. — Gen 3. — Num. 21. — Longinus. — Chriſtus eſt verus homo. — Chryſ. ho. 84. in Io. — Chriſtus ſepulturæ mandatur. — Ioan. 3. — Aug l. 3. de conſe. Euã. c. 23. — Cuſtodes ſepulchro dominico datur.

A.C. 34.

¶ *De Chriſti reſurrectione & aſcenſione, & Gentilium atteſtatione.* CAP. VII.

De reſurrectione Domini.

DE Reſurrectione Domini & eius ad cœlum aſcenſione breuiter ſecundum hiſtoriam narrabimus, ſecundùm quod omnes Euangeliſtæ deſcribunt Apoſtoli, vt dicitur in Actibus Apoſtolorum, virtute magna reddebant teſtimonium, ſcilicet prædicando, reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri. Hanc prænunciauit patriarcha Iacob, cùm ait Gen. penult. Ad prędam aſcendiſti fili mi: aſcendiſti de inferno, prædam animarum quę erant in limbo à diabolo auferendo, dormiens (aliàs requieſcens) ſcilicet per mortem accubuiſti vt leo, & quaſi leæna. Quis ſuſcitabit illum? q.d. nullius adiutorio, quia virtute propria ſuæ diuinitatis, ſicut leo cùm dormit nunquam ſua lumina claudit, ita etſi Chriſtus ſomnum mortis ceperit: lumina ſuæ prouidentiæ non clauſit: ſed continuè lumine intellectus anima Dei, viſione petfruens in eo omnia aſpiciebar. Prophetauit & de ea ſanctus Dauid pſal. 3. dicens in perſona Chriſti. Ego dormiui, ſcilicet, per mortem, & ſoparatus ſum quaſi faciés prolixum ſomnum, quia quadraginta horarum ſpatio, vt dicitur mortuus ſtetit. Nam hora nona ſextæ feriæ expirando, remanſerunt de die illa ſex horæ, de nocte ſequenti cum ſabbato fuerunt vigintiquatuor horæ, de dominica nocte fuerunt decem horæ, quia in aurora ſurrexir. Et ſubdit Pſalm. Et exurrexi quia Dominus ſuſcepit me. Quod Aug. 17. de Ciuit. Dei. cap. 18. dicit impletum in Chriſti reſurrectione. Propheta Oſee diem ſuæ reſurrectionis à morte expreſſit dicens. Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabir nos. In ipſo enim qui noſtram naturam mortalem aſſumpſit, inchoata eſt reſurrectio noſtra finalis: quæ eius reſurrectio fuit tertia die. Sic & ipſe prædixerat diſcipulis cùm air, Matth. 20. Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, &c. occident eum: & tertia die reſurget. Figurauit etiam Ioſeph, quando eductus de carcere, ſcilicer, limbi, tonſo capite, ſcilicet, mortalitatis, indutus veſte regia, ſcilicet, figuræ eiuſdem gloriæ corporis, manifeſtauit ſapienriam ſuam factus Dominus Ægypti & ſaluator nuncupatus. Figurauit & Sanſon, quando clauſus in ciuitate: cùm inimici Philiſtæi putarent eum detinere captiuum, in profundo noctis ſurgens portas & vectes earum in humeros ſumens: in montem eas portauit illæſus. Et ſicut morte ſua plurimos Philiſtæos occidir, ita Chriſtus ſua morte dæmones ſtrauit. Aliis autem teſtimoniis innumeris omiſſis, reſurrectio Chriſti ad vitam immortalem fuit celebrata dominica die: quæ fuit luna 17. & die 27. Martij. Paſſio enim fuir & mors feria ſexta, & die 25. Marrij, ſcilicet, ea die quo & incarnatus eſt de virgine: reuolutis poſtea annis [a] trigintatribus ab eius incarnatione. Et ex hoc ob reuerentiam dominicæ reſurrectionis omnem diem dominicam præcipitur celebrari per totum annum. de conſec. diſtinct. 3. ca. 1. Et vt dicit Leo Papa. Quicquid inſigne à domino eſt geſtum, in hac die reperitur factum. Nam & mũdus accepit initium: & mors interitum, & vita accepit principium. diſt. 76. quod dic. Cùm autem dicitur Chriſtus tertia die reſurrexiſſe, ſeu tribus diebus mortuus ſtetiſſe, ſumitur generaliter pars pro toto per ſynecdochen. Nam ſpatium temporis ab hora nona quando expirauit vſque ad noctem, ſumitur pro vna die, nox vero ſequens ſabbati cum die artificiali ſuo fuit ſecunda dies integra & naturalis, ſcilicet, 24. horarum. Noctis vero ſequentis ſpatium vſque ad mediam noctem, vel vt communiùs dicitur vſque ad auroram, cùm Chriſtus reſurrexit, ſumitur pro tertia die. Dicitur autem dies naturalis ſpatium 24. horarum, quo ſol peragit curſum ſuum per totum gyrum cœli, ſcilicet, noſtrum hemiſphæriũ, & quod eſt infra nos, reuertens ad orientem. Artificialis verò dies dicitur ſpacium quo ſol ab Oriente & Occidentem tranſit per hemiſphærium noſtrum. Et vt dicit Beda, mutatus eſt in ipſa reſurrectione ordo dierum quo ad ſuum initium. Nam à principio mundi vſque ad ipſam reſurrectionem: dies inchoabatur ab ortu ſolis, & terminabatur in finem noctis ſequentis, vt patet Geneſ. 1. Dies ergo artificialis præcedebat, & nox ſequebatur, ad innuendum quòd homo à luce gratiæ caſurus erat in noctem culpæ. Sed Chriſto reſurgente dies naturalis inchoatur à nocte, & terminatur in ſero diei artificialis ſequentis, ad ſignandum quod per ipſam Chriſti reſurrectionem à nocte culpę tranſiuimus ad lucem gratiæ. Athanaſius. Poterat citius ſuſcitari corpus à mortuis: ſed dixiſſet aliquis eum nequaquam fuiſſe mortuum, vel non plene ei mortem inhęſiſſe, & fortaſſe ſi reſurrectio fuiſſet dilata latuiſſet incorruptionis honor. Vt igitur Chriſti corpus oſtenderetur mortuum: vnius interpolationem diei paſſus eſt, & tertia die corpus ſuum incorruptum demonſtrauit. Beda & Greg. Vno etiã die in ſepulchro & duabus noctibus iacuit: quia lucẽ ſuæ ſimplæ mortis, tenebris duplæ noſtræ mortis, ſcilicet, animæ & corporis adiunxit. Et ſicut canit eccleſia. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Surrexit ergo Chriſtus à mortuis in aurora dominicæ diei, ſecundum illud eccleſiæ in hymno. Aurora lucis rutilat, cœlum laudibus intonat, &c. Tunc enim anima Chriſti de limbo egreſſa, animabus omnibus de eo eductis & ad corpus ſuum clauſum in ſepulchro reuerſa, reſuſcitatus Chriſtus exiuit de ſepulchro remanẽte clauſo & ſigillato, ſicut & mortalis factus in ſua natiuitate exiuit de vtero virginis, ſaluo virginali ſignaculo. Eo autem reſurgente terræ motus factus eſt magnus. Ob quem territi ſunt cuſtodes ſepulchri & facti ſunt veluti mortui, vt ait Matthæus. Et Angelus Domini deſcendens de cœlo reuoluit lapidem ab oſtio monumenti. Ad ſe autem reuerſi dicti cuſtodes, videntes lapidem reuolutum, aſpicientes intus, & corpus Ieſu non inuenientes, regreſsi ſunt in ciuitatem: narranres principibus ſacerdotum & ſcribis quæ geſta erant. At illi ad occultandum myſterium reſurrectionis, dederunt cuſtodibus illis magnam ſummam pecuniarum: referente Matthæo, vt diuulgarent in populo mendacium iſtud, ſcilicet, quòd de nocte ipſis dormientibus venerant diſcipuli eius: & furati fuerant corpus eius. Et ſi Pilatus vellet eos punire de neglectu cuſtodiæ, ipſi eos ſecuros facerent, excuſando ipſos. Et ita factum eſt, manifeſtando in plebe hoc maximum mendacium, vſque in hodiernam diem permanentibus Iudæis in hoc errore: Hãc autem diem qua reſurrexit, Euangeliſtæ diuerſis modis loquendi manifeſtant. Nam Marcus dicit, Valde mane vna ſabbathorum, & Ioannes, Vna ſabbathorum, Matthæus autem dicit. Veſpere ſabbathi quæ luceſcit in prima ſabbathi, quod eſt obſcurius. Vbi ſciendum quòd apud Hebræos hebdomada terminabatur in ſabbathum, quia dies erat eis præcipua & feſta. Vnde ab eo denominabant ſeu dinumerabant dies omnes hebdomadæ, vt dicerent primam diem poſt ſabbathum, primam ſabbathi, vel vnam ſabbathi,

Margin notes (left column): Act. 4. — Gen. 49. Prophetię de reſurrectione Domini. — Oſee 5. — Iudi. 16. — Leo Papa epi. 79.

Margin notes (right column): A.C. 34. — A Chriſti reſurrectione Dei ordo mutatus eſt. — Beda in l. de ratione temp. cap. de die. — Quare Chriſtus nec ſtatim reſurrexit nec diutius reſurrectionẽ diſtulit. — Greg l. 4. mor. c. 20. — In præfatione Paſchali. — Matth. 28. — Ratio Hebreorum in diebus computãdis.

Section letters: A, B, C, D, E, F.

A.C. 34.
Matth. 28.

thi, & ſecūda die ſecūda ſabbathi, & ſic de aliis. Vna ergo ſabbathorū vult dicere prima die hebdomadæ, quæ denominatur à ſabbatho & ſic numerātur dies eius. Et hæc eſt dies dominica. Quod autem dicit Matthæus, veſpere ſabbathi, loquitur de veſpere, id eſt, ſero: non diei ſed noctis ſabbathi ſequentis. Vnde ſe declarans ait. Quæ luceſcit in prima ſabbathi, id eſt, quæ hora veſpertina tendit ad lucem primæ diei ſabbathi, id eſt, poſt ſabbathum, & hæc eſt dominica dies, id eſt, in aurora dominicæ. Venit Maria Magdalena ad monumentum, inquit Ioannes. Solam eam nominat. quia vt dicit Aug. feruentior cæteris erat ad quærendum dominum, non tamen ſola venit ſed vt refert Marcus, cum Maria Iacobi minoris, ſcilicet, matre, & Salome matre, ſcilicet, Iacobi maioris & Ioannis, quæ ambæ ſorores erant virginis Mariæ, venerūt vt vngerent corpus Ieſu, iis aromatibus, quæ emerant in ſero ſextæ feriæ, quibus confecerāt vnctiones præſeruatiuas à corruptione. Venerunt autem ſecundum Marcum orto iam ſole, id eſt, apparentibus ſignis ſolis orituri, ſcilicet, albeſcente iam aere. Vnde ex hoc non diſcordat à Ioanne dicēte, quòd adhuc tenebræ erant: quia nondum clara dies erat. Erant vtique tenebræ ſpiritales in mentibus iſtarum. Nam credebant purum hominem fuiſſe, etſi ſanctiſſimū, ob cuius deuotionem hoc pium opus exercere intendebant. Applicantes autem ad locum cœperunt dicere interſe. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumēti? vt ait Marcus. Erat quippe magnus valde. Et aſpicientes, viderunt lapidē rouolutum à monumento, & angelum coopertum ſtola candida ſedentem ſuper eum. Et Addit Matth. quòd erat aſpectus eius, id eſt, vultus eius ſicut fulgur & veſtimenta eius ſicut nix. Marcus & Matthæus narrant de vno Angelo ſolo viſo à Mariis: ſed Luc. & Ioann. de duobus. Concordat Aug. dicens: quòd in illo ſpatio, quod erat ante ſepulchrum ſaxeum, quod erat ad modum ſpeluncę, viderunt vnum Angelum: quod refert Matthæus & Marcus, & poſtea reſpiciētes infra ſepulchrum ſaxeum, viderunt duos Angelos, ſecundum Luc. & Ioan. Et obſtupuerunt timore magno: ſed Angelus conſolatur eas, dicens. Nolite expaueſcere. Scio quòd Ieſum Nazarenum crucifixū quęritis, ſurrexit: non eſt hîc: venite & videte locum vbi poſitus erat Dominus. Et citò euntes dicite diſcipulis eius & Petro quia ſurrexit Dominus, & præcedet vos in Galilæam, ſicut prædixit vobis apparendo. Ideo ſpiritualiter nominauit Petrum, quia in magno dolore erat de peccato negationis, & ideo voluit eum ſpecialius conſolari. Mariæ ergo acceſſerunt vbi ſciebant Apoſtolos ſimul habitare: & nunciauerunt iſta. Sed Maria Magdalena citius cæteris, vt feruentior, vnde de ſola Maria refert Ioannes: non tamen excludit alias. Sed vt ait Lucas, Viſa ſunt apud eos velut deliramenta: tamen Petrus & Ioannes feruentiores cæteris, his auditis iuerunt ad ſepulchrum currentes ſimul. Et licet Ioannes quia iunior, citius perueniſſet ad monumentum: non tamen fuit auſus intrare, ſcilicet, in ſpeluncā, quæ ad modum domūculæ continebat ſepulchrum. Petrus verò ſuperueniens introiuit cum eo. Et aſpicientes in monumentum viderunt linteamina poſita, in quibus fuerat inuolutum corpus Ieſu, & ſudarium quod fuerat poſitum ſuper faciem, eius: corpus non inuenientes. Vt autem refert Luc. Petrus cui primo dictum eſt, cucurrit. Et quia ante Ioann. ideo de ipſo ſolo dicit Lucas. Et adueniens, procumbens vidit linteamina & diſceſſit paululum. Superueniente Ioanne qui cu-

Piarum mulierū ad Chriſtum vngendum diligētia.
Augu. de conſ. Euā. l.3.c.24.
Ioan. 20.
Mar. 16.
Euangelij diei reſurrectionis expoſitio.
Aug. ib.
Petrus nominatim Chriſti reſurrectionis quare fit certior.

A.C. 34.

A currerat poſt eum. Petrus introiuit in monumentū, & poſt eum Ioannes, vt ipſe refert. Beda, iuxta intellectum myſticum per hoc quòd mulieres valde diluculo veniunt ad monumentum, datur nobis exemplum, illuminata facie, diſcuſſis vitiorum tenebris ad ſacroſanctum Domini corpus accedendi. Nam & ſepulchrum illud venerabile figuram domini habebat altaris. In quo corporis Chriſti myſteria non in ſerico: non in panno tincto: ſed inſtar ſindonis, qua eum Ioſeph inuoluit in linteo puro debent conſecrari: vt ſicut ipſe veram terrenæ mortaliſque naturæ ſubſtantiam pro nobis morti obtulit,
B ita & nos in commemoratione ipſius, purum de terræ germine candidúmque quaſi mortificationis genere caſtigatum altari linum imponamus. Aromata autem, quæ mulieres deferunt: ſignant odorem virtutum, & orationum ſuauitatem, quibus altare appropinquare debemus. Reuolutio verò lapidis reuelationem ſacramentorum, quæ tegebantur velamine literæ legis quæ in lapide ſcripta eſt, inſinuat. Cuius ablato tegmine corpus mortuum non inuenitur: ſed viuum euangelizatur. Sicut autem Angeli adſtiterunt ſepulchro Chriſti, ita & nunc myſterio corporis & ſanguinis Chriſti. Exemplo autem ſan-
C ctarum mulierum, quoties myſteriis Chriſti adſtamus, propter angelicam præſentiam vel Domini, cum omni humilitate vultum declinemus, recognoſcentes nos puluerem & terram.

Moralis Euangelij expoſitio.
Beda l. 6. in Luc. c. 95.
Chriſti corpus qua ratione ſumendum.
Angeli adſtant corpori Chriſti.

a Annos vitæ Chriſti varij variè computant tam recentes quàm noui Chronologi. Cæterùm hanc rem accuratiſſimè meo iudicio tractauit Onuph. in com. in faſtos: qui primùm ex D. Luc. in 3. cap. probat Chriſti natalem incidiſſe in a.v.c. 752. quo imp. Cæſar Augu. 13. & M. Plautius Syluanus Conſules fuerunt. Paſſionis verò diem vigeſimumquintum diem Martij fuiſſe. Annum
D *verò Chriſti trigeſimumquartum vitæ eiuſdem fuiſſe. Sed præſtat eius verba inſerere. Aelius Phlego Trallianus Adriani imperatoris libertus fuit, is egregius olympiadum ſupputator in 14. Lib. ſcripſit: Quarto anno ducenteſimæ ſecundæ Olympiadis magna & excellēs inter omnes, quæ ante eam acciderunt defectio ſolis eſt facta, &c. Si igitur hæc ecclipſis ſolis, eo tempore quo Ieſus Chriſtus paſſus eſt, fuit, profectò neceſſe eſt vt dicamus Dominū Ieſum Chriſtū paſſum fuiſſe ætatis ſuæ anno 33. & menſe tertio exactis. Is enim annus ad amuſſim cum anno & menſe eius ſolis defectus quadrat, Phlegonis ſententiam ſequitur ante omnes S. Rom. Eccleſia, & quidem antiquiſſimis temporibus, quæ ſuis in cereis, vbi*
E *tempus dominicæ paſſionis in memoriam populis reuocat, triginta ſemper & tribus annis minorē, quā ab eius incarnatione Dionyſius ponat, annotat. Bedas ipſe concludit Dominum Ieſum 34. ætatis anno paſſum fuiſſe, ex Dionyſii exigui Rom. abbatis calculis. Eiuſdem ſententiæ etiam fuerunt S. Ioannes Chryſoſtomus in ſermone de B. Ioanne Baptiſta, Nicetus Græcus ſcriptor, & eccleſia Græcorum, & ex recentioribus, Albertus magnus in com. epi. Dionyſii ad Polycarpū, Gerardus Lotharingus accuratiſſimus computator, Ioannes de monte regio, Bernardus Mutinenſis, Campanus Nouarienſis, Paulus Mildelburgenſis & Lucas Gauricus. Hi omnes Chriſtum*
F *paſſum fuiſſe ſcribunt ætatis ſuæ anno 34. menſib. tribus exactis. Quare in eiuſmodi re Apollinaris Laodiceni, Victoris Lemonicenſis Epiſcoporum, Petri Comeſtoris, & aliorum qui Chriſtum 33. ætatis anno crucifixum ſcribunt, ſententiæ non ſunt ſuſcipiendæ, cùm Eccleſiæ Romanæ, antiquæ fidei, & Phlegonis anctoritati repugnēt. Hactenus Onuph. Chriſtus igitur mortuus eſt anno 34. ab eius incarnatione integrè reuolutis: ſiquidem die 25.*
Martij

A.C. 34.

Martij in vtero puriſſimæ virginis humanam naturam ſuſcepit: & anno ætatis ſuæ 34. 25. die Martij ſanctiſſimam & integerrimam animam pro noſtra ſalute exuit, cui honor & gloria in ſæcula ſæculorum.

§. I.

Apparitiones Chriſti.

DE apparitionibus Chriſti reſuſcitati factis diſcipulis, de quibus narrant Euangeliſtæ. Creditur tamen licet in Euangelio non habeatur, quòd ante omnes, primò apparuit Mariæ matri ſuæ: vt quæ plus omnibus doluit: citius & magis conſolaretur de eius viſione. Et quia plus hoc meruit, cum omnibus aliis deficientibus in fide eius diuinitatis & reſurrectionis, ipſa ſola firma in fide permanſit. Et hæc poteſt eſſe ratio quare ipſa cum aliis Mariis ad ſepulchrum non acceſſit, non ſolum, quia nimis debilitata erat ex dolore mortis filij ſecundum Bernar. ſed quia certa de eius reſurrectione illa die fienda, vnde noluit quærere viuentem cum mortuis. Hoc etiam expreſſè dicit Ambr. ſcilicet, prius apparuiſſe matri ſuæ. Hoc & tenere videtur Eccleſia, eo quòd mane celebrat Papa in ſancta Maria maiori. Ideo autem Euãgeliſtæ non curauerunt de hoc dicere vel quia vt præſuppoſitũ & ab omnibus creditũ ſenſuerũt. Vel quia vt teſtes deſcribẽtes huius reſurrectionis, ne ſuſpectũ haberetur teſtimonium matris pro filio ex naturali affectione, non ipſam ſed alios quibus apparuit inſinuauerunt. Apparuit ergo primo Mariæ Magdalenæ, inquit Marcus, de qua eiecerat ſeptem dæmonia, id eſt, vitia. Sed modum huius apparitionis ſerioſè deſcribit Ioãnes. Reuerſis enim à ſepulchro Mariis, cùm aliæ circa locum manerent, Magdalena ſtabat ad monumentum plorans. Greg. Maria Magdalena quæ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatem lauerat lachrymis maculas criminis. Cuius mentem magna vis amoris accenderat, quæ à monumento diſcedentibus diſcipulis, non recedebat. Amanti ſemel aſpexiſſe non ſufficit, quia vis amoris intentionẽ multiplicat inquiſitionis. Quæſiuit enim prius, & minime inuenit, perſeuerauit vt quæreret, vnde contigit quòd inueniret. Aliqui tamen, vt Hier. & Theop. videntur dicere quòd iſta Maria, cui Chriſtus apparuit, non fuit illa in ciuitate peccatrix. Et aſpiciens vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, alium ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Poteſt eſſe quòd hi fuerũt illi Angeli quos prius viderat cum aliis Mariis. Sed alij Euangeliſtæ narrantes de vno poſuerunt ſingulare pro plurali, quia ad vnum effectum apparuerunt. Vel quia primo apparuit vnus Angelus, poſtea Magdalenæ & aliis Mariis duo iſti Angeli. Qui interrogantes dixerunt. Mulier quid ploras? quem quæris? q.d. Noli flere. Quæ reſpondit cauſam ſui doloris inſinuans. Tulerunt dominum meum, id eſt, corpus Domini, & neſcio vbi poſuerunt eum. In quibus verbis defectum fidei oſtendit, quia ſi Deum credidiſſet, profectò nõ ablatum exiſtimaſſet. Et amorem intenſum ad eum innuit, dicens. Neſcio vbi poſuerunt eum. q.d. Neſcio quò quærã eũ. Et quia plus ardebat cæteris deſiderio videndi eũ, prima meruit habere gaudia viſæ eius reſurrectionis. Tum etiam ad dandam fiduciam peccatoribus verè pœnitentibus, quia vbi abundauit delictum ſuperabundabit & gratia, ſi vere conuertatur peccator. Tum etiam quia mulier in paradiſo fuit prima nuncia mortis viro, decuit vt etiam mulier eſſet prima nuncia vitæ inchoatæ in Chriſti reſurrectione. Conuerſa autem Maria (ait Euangeliſta) vidit Ieſum ſtantẽ, neſciens tamen ipſum eſſe Ieſum. Cauſam huius conuerſionis aſſignat Chryſ. eo ſcilicet, ꝙ cùm ipſa Maria reſpondens verſa eſſet ad Angelos, apparente Ieſu poſt tergum eius, ipſi Angeli Chriſti figuræ reſpectione moti, oſtenderunt Dominum adeſſe reuerentiam exhibentes, propter hoc Maria conuerſa eſt retrorſum, vt videret quis ſibi eſſet. Cui Ieſus. Mulier quid ploras? Quem quæris? Interrogatur cauſa doloris, ait Greg. vt augeatur deſiderium quærentis: quatenus cùm nominaret quem quæreret, amore eius ardentius æſtuaret. Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet. Greg. Forſitan hæc mulier nec errando errauit: cùm hortulanum exiſtimauit, quo ſcilicet, ad ſignificatum. An non ſpiritualiter ei hortulanus erat, qui in eius pectore per amoris ſui vim ſemina virtutum virentia plantabat? Dicit ergo, Domine ſi tu ſuſtuliſti eum: dicito mihi vbi poſuiſti eũ: & ego eum tollam. Sed quid eſt quòd, cùm nondum expreſſiſſet quid quæreret, dicit illi, Domine ſi tu ſuſtuliſti, &c. Niſi quia vis amoris hoc agere ſolet in animo amantis: vt quem ſemper ipſe cogitat, nullum alium credit ignorare? Dicito mihi vbi poſuiſti eũ. Theoph. Timebat ne Iudæi etiã in corpus exanime inuentũ ſæuirent, & ideo volebat in alium locũ incognitum transportare. Ego eum tollam. Magna ex amore audacia mulieris. Quid enim, ait Orig. ſi poſitus fuiſſet in domo Caiphæ, vel Annæ inimicorum eius? Ego certe eum tollam: mortem non timens, nec minas. Vocat autem Ieſus eam ex nomine dicens. Maria: ac ſi diceret. Recognoſce eum à quo recognoſceris. Maria autem conuerſa ad eum ait. Rabboni, quod interpretatur magiſter, ſed quomodo conuerſa eſt ad eum, cùm ad eum verſa eſſet, quando dixit, Domine ſi tu ſuſtuliſti, &c. Reſpondet Chryſ. Mihi videtur ꝙ poſtquam Maria dixerat illa verba hortulano ſubito conuerſa eſt iterum facie ſua ad Angelos illos, vt interrogaret eos cur fuiſſent ſtupefacti, ſcilicet, in apparitione hortulani, vel ſecundum Auguſt. quia prius conuerſa corpore quod non erat putauit: nunc conuerſa corde, quod erat agnouit, licet autem ab Euangeliſta non dicatur quid tunc mulier egerit, ex eo tamen innuitur quod audiuit. Dixit enim ei Ieſus. Noli me tangere. Ex quibus verbis oſtenditur (ait Gre.) quòd Maria amplecti voluit eius veſtigia, quem recognouit. Sed cur tangi non permittitur, cauſa ſubinfertur: nondum enim aſcendi ad patrem meum. Chryſ. volebat hæc mulier eſſe cum Chriſto ſicut & ante paſſionem: & præ gaudio nihil magnũ excogitabat, quamuis caro Chriſti multo melior facta fuerit reſurgendo: ab hac igitur intelligentia eã abducens, dixit. Noli me tangere, vt cum multa reuerentia ei loquatur, vnde nec diſcipulis apparens dę reliquo cum eis conuerſabatur (ſcilicet cõtinuè) vt reuerentius ei intendant. Nondum enim aſcendi ad patrem meum, oſtendens quoniam illud poterat & feſtinat, & ideo non oportet eum eadem mente videre ſicut ante, vel ſecundum Aug. hoc ſic dictum eſt, vt in illa fœmina figuraretur eccleſia de Gẽtibus, quæ in Chriſtum non credidit, niſi poſtquam aſcendit ad patrem. Aut ſic in ſe credi voluit Ieſus, hoc eſt ſic ſe ſpiritualiter tangi, quòd ipſe & pater vnũ ſint: eius quippe intimis ſenſibus quodammodo aſcendit ad patrem, qui ſic in eo profecerit, vt cognoſcat patri æqualem: quomodo hæc mulier in eum non credebat, quæ carnaliter ſicut hominem flebat. Tactus tanquam finem facit notionis. Ideóque nolebat in ea eſſe finem intenti cordis in ſe, vt hoc, quod videbatur tantummodo putaretur, & ſubdit Ieſus. Vade ad fratres meos, ſcilicet, diſcipulos & dic eis. Aſcẽdo ad patrem

Margin notes (left column): Chriſtus apparuit matri ſuæ imprimis. — Prima Chriſti apparitio. Matth. 16. Ioan. 20. — Greg. ho. 25. in Euã. — Quare Chriſtus primo Magdalenæ apparuit. Rom. 5. Gen. 3. — Chryſ. ho. 86. in Io.

Margin notes (right column): A.C. 34. — Greg. ea. hom. — Greg ib. — Orig. ho. 9. in diuerſa ſacræ ſcripturæ loca. — Chryſ. 16. — Aug. trac. 121. in Io. — Greg ho. 25. in Euã. — Chryſ. ib. — Aug. ib. Chriſtus à Magdalena cur tangi noluerit. — Aug. 1. de Tri. c. 9.

Section letters: A B C D E F

A.C. 34.

ad patrem meum & patrem veſtrum: Deum meum & Deum veſtrum. Hila. 11. de Tri. [Manẽs Dominus in forma ſerui, qui manebat ante in Dei forma, homo Chriſtus Ieſus locutus eſt. Aſcẽdo ad patrẽ meũ & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum, Et cùm hæc omnia ad homines ſeruos homo in forma ſerui loquatur,] non ambigitur, quin pater ſibi vt cæteris ſit, ex ea parte qua homo eſt, & Deus ſibi vt cunctis ſit, ex ea natura qua eſt ſeruus: denique hunc eundẽ ſermonẽ huiuſmodi ſermonis cœpit exordio dicens. Vade ad fratres meos, fratres ex carne ſunt Deo quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: cæterũ vnigenitus Deus in vnigeniti exceptione ſine fratribus eſt: tunc Maria egreſſa eſt de monumento, id eſt, ab illo loco vbi erat horti ſpatium ante lapidẽ effoſſum, inueniẽſq; alias Marias, & factum narrans, ibat cum illis ad nunciandum diſcipulis reſurrectionẽ: ſed in via occurrit eis Ieſus ſe eis manifeſtans, vt narrat ſolus Matth. & ſalutans eas ait, auete. At illæ acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, vt pie credi poteſt, oſculantes eos ſumma deuotione, & quia iam fidem ſuæ reſurrectionis reſumpſerãt, permiſit ſe Chriſtus tangi ab eis. Venit ergo Magdalena cum aliis nuncians diſcipulis, quod ſibi fuerat imperatum. Apparuit Ieſus tertia vice Petro, vt patet Luc. vlt. vbi dicitur. Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni, & Apoſtolus 1. ad Corint. 15. Viſus eſt & Cephæ. Sed quando apparuit, vbi vel quomodo, nõ claret ex Euangelio. Creditur tamen hoc factum ipſa die Petro ſolo exiſtente & forte accedenti iterum ad monumentum poſt nuntiationẽ factã à Maria. Nam quòd fuerit ante quartam apparitionẽ patet ex Euãgelio Lucæ diffuſè hiſtoriã narrante. Sed & Mar. refert cum duobus verbis dicens: poſt hæc, ſcilicet apparitionẽ illã quã fecerat Ieſus Magdalenæ, etiã aliis duobus diſcipulis ex eis euntibus in villã in illa effigie oſtenſus eſt. Qui venientes nuntiauerunt aliis, & non crediderunt eis. Sed Lucas clarè exprimit. Et quod Luc. dicit caſtellum, Marcus vocat villam quia & caſtellum villa appellatur à pluribus. Apparuit igitur quartò duobus diſcipulis euntibus in Emaus caſtrum prope Hieruſalẽ, quod diſtabat ab ea ſtadiis 60. Stadium autẽ erat ſpatium octauum miliarij, de qua apparitione Luc. teſtatur Luc. vlt. Vnius illorum duorum nomen ponitur, ſcilicet, Cleophas qui de 72. diſcipulis Chriſti fuiſſe perhibetur. Alterius reticetur, propter quod quidã dicunt fuiſſe ipſum Lucã: qui ex humilitate noluit ſuum nomen exprimere. Quam opinionẽ tangit Greg. in prologo Moralium. Sed hoc non videtur, quia Lucas non fuit de diſcipulis Chriſti: ſed de diſcipulis Apoſtolorum ab eis conuerſus: vnde & Amb. dicit alium fuiſſe, nomen eius ponẽs, ſcilicet Ammaõ. Et itinerantes loquebantur adinuicẽ de iis omnibus quæ acciderant circa Ieſum non verè credentes, ſed admirantes ſicut in rebus extraneis: Et factum eſt dum fabularentur, & ſecum quærerent de iis: ipſe Ieſus appropinquans, ibat cum illis, ſicut aliquis viator videns alios viatores ante ſe, ſæpe aſſociat ſecum eis, quod quidẽ egit, ſecundum Bedã, & vt veritatẽ reſurrectionis mentibus eorum inſerat, & quod facturum ſe mortalis exiſtens promiſerat, impleat, cùm ait. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ſcilicet, ad loquendum de me: vel de ſalute ſua ibi ſum in medio eorum. Obtẽto autẽ iam ſpirituali corpore. ſ. glorificato, ait Theo. nõ obſtat loci diſtãtia: quin adeſſet quibus volebat. Nec vlterius naturalibus legibus corpus ſuũ regebat ſed ſpiritualiter, & ſupra naturã, vnde & Marcus, dicit ꝙ ſub alia forma videbatur, in qua impediebatur eius cognitio: vnde & ſequitur. Oculi eorũ tenebantur ne eũ agnoſcerẽt, vt. ſ. totã ſuã intentionẽ detegerent dubiã, & vulnus reuelantes medicinã reciperẽt. Et vt cognoſcerẽt ꝙ quãuis corpus ipſum, quod paſſum fuerat, reſurrexerit, nõ tñ am plius tale erat, vt eſſet omnibus viſibile: ſed tantum iis à quibus vellet videri. Greg. Conuenienter etiã eis ſpeciẽ quã recognoſcerent non oſtendit, hoc agens foris in oculis corporis, quod intus agebatur apud ipſos in oculis cordis, ipſi enim apud ſemetipſos & amabant intus & dubitabant. De ſe ergo loquentibus ex amore præſentiã exhibuit: ſed de ſe dubitantibus cognitionis ſuæ speciẽ abſcondit 1. q. 1. c. quod quidẽ §. Dominus. dixit ergo ad eos. Qui ſunt hi ſermones quos cõfertis adinuicẽ: & eſtis triſtes? Græcus. Conferebãt quidem inter ſe quaſi non amplius expectantes Chriſtũ viuẽtẽ ſed doloroſi: perẽpto ſaluatore ſuo. Cui Cleophas, tu ſolus es peregrinus in Hieruſalẽ, & nõ noſti quæ facta ſunt his diebus in ea? q. d. Tu ſolus es peregrinus habitans extra confinia Hieruſalẽ: & expers eorum que facta ſunt in medio eius? Beda in peregrinum enim eum putabant, cuius vultum non agnoſcebant. Sed & reuera peregrinus eis erat, à quorũ naturæ fragilitate, percepta iã rationis gloria longe diſtabat, & à quorum fide vtpote reſurrectionis eius neſcia manebat extraneus. Cùm autẽ Chriſtus habuit conditiones moraliter peregrini, in quo omnes electi eum imitantur: ſecũdum illuc Pſal. Ego aduena ſum & peregrinus apud te: ſicut omnes patres mei & ad quod hortatur Petrus in prima epiſtola canonica. ca. 2. omnes fideles, dicens, Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos abſtinere à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animã, non eſt præſentis operis declarare. Reſpondit autẽ peregrinus Ieſus Cleophæ. Quæ? qui vtique cuncta ſciebat, quia omnia in corpore ſuo perpeſſus fuerat ſed tanquam ignoraret interrogat, ad innuendum ꝙ tã ineffabilis eſt gloria & præmium beatorũ pro laboribus hic toleratis: quòd quaſi omnium videbuntur obliti præ maximo gaudio illius gloriæ: ſecundum illud Greg. Exemplũ. Sæpe triſtiũ læti meminimus. Ad quod ait Eſa. Obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores, & nõ aſcendent vltra in cor. Dicit ergo Cleophas. De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta. Prophetã dicit non Dei filium: vel quia non credebant eum Dei filium: vel quia non credebant eum Dei filium: ſed quia timebant ne inciderent in manus Iudæorum perſequentium, cùm non cognoſcerent eum cui loquebantur. Potens in opere & ſermone. Theop. Nullus enim doctrinæ ſermo approbatur, niſi prius is qui docet ſe oſtendat authorẽ: præcedit enim opus aſpectum: nã niſi mundaueris ſpeculum intellectus per opera non emicat decor optatus. Ad idẽ Simmachus papa ait. di. 71. nemo. Corã Deo & omni populo. The. Primò cõplacendũ eſt Deo. ſ. per purã intentionẽ ad eũ. Deinde curandũ eſt, quantũ poſſibile eſt de innocẽtia apud homines, vt præcedẽte diuino cultu, viuamus ſine ſcandalo aliorum: & de hoc 12. q. 1. nolo. Deinde aſſignat cauſam triſtitiæ. ſ. Chriſti traditionẽ & paſsionẽ dicens. Quomodo tradiderunt, &c. Et deinde deſperationẽ eorum dicens. Nos ſperabamus, q. d. non amplius ſperamus ꝙ ipſe eſſet redẽpturus Iſrael. i. ſaluaturus ab inſurgentibus malis: & à ſeruitute Romanorum: ipſũmque credebãt terrenum regẽ fieri, quẽ putabant promulgatam in ſe mortis ſententiã cauere potuiſſe. Et nunc ſuper hæc omnia, &c. Quia ergo diſcipuli hi nimia dubietate labora

Secunda Chriſti apparitio. Matt. 28.

Tertia Chriſti apparitio.

Luc. 24. Quarta Chriſti apparitio. Exponitur Euangelium de duobus diſcipulis euntibus in Emaus.

Greg in præfatione in Iob. c. 2.

Amb. l. 10. in Luc.

Beda l. 6. in Luc. c 96.

A.C. 34.

Greg. ho. 23. ſuper Euang.

Beda in Euan. Lu. l. 6. c. 96.

Ieſus peregrinus.

Pſal. 38.

Beati præ maximo gaudio omniũ laborũ quaſi obliti videntur. Beda ib.

Eſa. 65.

A.C. 34. laborabant: Ieſus redarguit eos, di. O ſtulti, & tardi corde ad credendũ in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ! Theophilus, Nõ ſufficit credere quædam particulariter de Chriſto, ſed vniuerſaliter omnia, quæ
Pſal. 21. prædixerunt prophetæ vt non ſolum quæ dicũtur de cruce & ignominia paſſionis à prophetis credenda ſint: vt illud, Foderũt manus meas & pedes meos: ſed etiã quæ de reſurrectione & aliis glorioſis myſteriis
Pſal. 15. referuntur vt illud. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ. Notas mihi feciſti vias vitę: ex paſſione enim eius ingreſſus eſt in gloriã. vnde ſubdit, Nonne hæc oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam
2. ad Tim. 2. ſuã? Bern. Si Chriſtum oportuit ſic pati, & ita intrare in gloriã ſuã, quomodo nos miſeri intrabimus in gloriã noſtram niſi prius patiamur? Apoſtolus. Si compatimur & cõregnabimus. Iſid. Etſi oportebat Chriſtũ pati, tamẽ qui crucifixerunt eum, rei ſunt pœnæ. Non enim ſatagebant perficere, quod Deus diſponebat. Vnde & eorum executio fuit impia, Dei vero diſpenſatio prudentiſſima, qui nequitiã eorũ in beneficiũ generis humani conuertit, quaſi vtens vipereis carnibus ad antidoti ſalutiferi confectionẽ. Et incipiens à Moyſe, id eſt, à Geneſi, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ erãt de illo. q. d. poſtquã eſtis tardi ad credendũ, ego prõptos vos reddam exponẽdo ſcripturas. Plurimæ ſunt prophetiæ & figuræ in lege & prophetis, quæ ſatis aperte paſſionẽ & reſurrectionẽ Chriſti prenuntiauerũt, quas omnes omittimus explicare. Et ſic exponendo appropinquauerũt caſtello quo ibãt. Et ipſe finxit ſe longius ire. Aug. Hoc nõ ad mendaciũ pertinet. Non enim omne quod fingimus, mendaciũ eſt: ſed quãdo id fingimus, quod nihil ſignificat, tunc eſt mendaciũ. Cùm autẽ fictio noſtra refertur ad aliquã ſignificationẽ, non eſt mendaciũ: ſed figura veritatis, alioquin omnia quæ à ſapiẽtibus & ſanctis viris vel etiã, ab ipſo domino figurate dicta ſunt, mẽdacia deputabuntur, quia ſecundũ vſitatũ intellectũ nõ ſubſiſtit in talibus verbis veritas. Sicut autẽ dicta, ita etiã finguntur facta ſine mẽdacio ad aliquã rẽ ſignificandã. Hæc Aug. Nõ ergo dixit Chriſtus ſe velle ire vlterius, quia hoc eſſet mendaciũ, quod ſemper eſt peccatũ. 22. q. 2. primũ. Sed finxit, id eſt, cõpoſuit ſe ad faciendũ aliquẽ actũ, quaſi vellet procedere vlterius, & hoc ad ſignificandũ diſpoſitionẽ mentis illorum, quia adhuc longe erãt à vera eius cognitione. Et coegerunt illũ. ſ. ad intrandũ ſecũ. Quo exemplo innuitur quod peregrini & pauperes non ſolũ ſunt inuitãdi: ſed & aliquando cogendi ad neceſſaria recipienda, & dixerunt. Mane nobiſcũ domine, quoniã aduesperaſcit &c. Et intrauit cũ illis. Et parata menſa cũ recumberent, & Ieſus accepiſſet panẽ, & benedictũ frãgeret, porrigendo eis, aperti ſunt oculi eorum, &
Greg. 16. cognouerunt eũ. Greg. Deum, quem in expoſitione ſcripturæ nõ cognouerant, in fractione panis cognoſcunt, quia per pia opera mens illuminatur. Cognouerunt eũ. Non de ſenſibilibus oculis dictũ eſt: ſed de ſenſu mentali. Neque enim, ait Auguſt. clauſis oculis ambulabant: ſed inerat aliquid, quo non ſinerentur agnoſcere quod videbãt, quod. ſ. & caligo & aliquis humor efficere ſolet. Non quia dominus nõ poterat transformare carnẽ ſuã in aliã effigiem, ſicut in trãs
Mat. 17. figuratione: ſed nõ ita factum eſt nũc. Non autẽ incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum nõ à Sathana factũ fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus: ſed tamen à Chriſto facta eſt permiſſio vſque ad ſacramentũ panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimi-

Quare qui Chriſtum cruci affixerunt etiam ſi faciãt quod oportebat facere pœnam non effugiant.

Aug. l. 2. q. ſup. euan. ca. 51.

No omne quod fingimus mẽdaciũ eſt.

Gregor. in hom. 25.

Aug. l. 3. de conſ. euan. c. 25.

A ci vt Chriſtus poſſit agnoſci. hæc ille. Theophi. Sed & aliud innuit: quòd, ſcilicet ſumentibus ſacrũ panem, aperiuntur oculi vt eum agnoſcant. Magnam & ineffabilem vim habet domini caro. Et ipſe euanuit ab oculis eorum, id eſt ſubtraxit aſpectum ſuũ. Eſt enim in poteſtate corporis glorificati viſibilem ſe præbere, ſuſpendendo claritatem, vt à mortalibus poſſit intueri, & aſpectum ſuum ſubtrahere à præſentibus. Nõ enim tale corpus habebat, vt diutius cum eis commorari deberet, & hoc pariter augeret affectum eorum, ideo euanuit. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor noſtrũ ardens erat in via dum loquere-
B tur &c. Theophilus. Ardebat ergo cor eorũ vel igne verborum domini, quibus intendebant tanquam veris, vel quia eo reſerante ſcripturas, percellebatur intrinſecus cor eorum quod ille qui diſſerebat dominus eſſet, adeò ergo lætati ſunt, vt nullam morã paſſi, mox reuerſi ſunt in Hieruſalem, vnde ſubditur. Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Hieruſalem. Et inuenerũt congregatos vndecim & eos qui cum ipſis erant dicentes. Quia ſurrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Illi ad quos ingreſſi ſunt dicebant. Surrexit &c. Beda. Omniũ enim virorum primò dominus apparuiſſe intelligitur Petro, ex iis quos euan-
C geliſtæ quatuor & Paulus Apoſtolus commemorauerunt. Et narrauerũt quæ geſta erãt &c. Quod autem Mar. dicit quòd hi annuntiauerunt cæteris, nec illis crediderunt, referendũ non eſt ad omnes ſed aliquos, vt ad Thomã: vnde ex collegio vndecim ipſe Thomas vnus caſu aliquo diſceſſit ab aliis. Et tunc quinto apparuit Ieſus, vt referunt Luc. & Io. ſed Luc. plenius. Chryſ. Primò digniori & fideliori omnibus Petro apparuit. Erat enim opus animæ fideliſſimæ quòd prius acciperet hunc aſpectũ, vt minime turbaretur viſione inopinata, & ideò primò videtur à Petro, vt qui primò confeſſus eſt eum eſſe Chriſtũ, pri-
D mo reſurrectionẽ videre mereretur, id eſt, ante omnes viros. Et etiam quia cum negauerat, prius ei voluit apparere, cõſolans eum, ne deſperaret, & Amb. di. 50. fidelior, ait. Fidelior factus eſt Petrus poſtquã fidem ſe perdidiſſe defleuit, atque ideo maiorẽ gratiam reperit quã amiſit. Tanquã enim bonus paſtor, tuendũ gregẽ accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum. Et Gre. dicit, quod diſpenſatione diuinę pietatis permiſſum eſt Petrum peccare, vt ex ſua infirmitate diſceret qualiter aliis infirmis miſereri deberet. di. 50. cõſiderandum. Apparuit & Iacobo minori, vt Apoſtolus prima ad Corin,
E 15. De qua tamen apparitione euangeliſtæ nullam faciunt mentionem, nec tamen propterea non eſt credenda, cùm hoc reuelatum fuerit à Chriſto ei, vt ipſe ait. Non enim omnia narrant euangeliſtæ quæ dominus fecit, vt dicit Io. in fine euangelij. Quando autem vel vbi fuerit iſta apparitio, neſcitur. Apoſtolus tamen eam narrat poſt eã, quæ fuit in Galilæa quingentis ſimul. Et in euangelio Nicodemi (licet illud ſit apocryphum) dicitur quod ipſe Iacobus mortuo Chriſto votum vouit ſe non comeſturum, niſi prius videret ipſum reſurgentem. Reſurgens autem Ieſus ei apparuit dicens. Surge frater mi, & comede, quia
F filius hominis ſurrexit à mortuis.

Sed quæri merito poteſt. Animæ illæ quas Chriſtus de limbo eduxerat, vbi erant ſeu manebant antequam Chriſtus aſcenderet in cœlum? Ante ipſum enim nullus aſcendit, quamuis enim anima, quia ſpiritus eſt, non ſit in loco circunſcriptiue, quia non circunſcribitur loco, eſt tamen definitiue, ita ſcilicet in vno loco, quod non in alio. Et

A.C. 34. Glorificati eſt corporis poteſtas ſubtrahere ſuam claritatẽ.

Beda l. 6. in Luc. ca. 98.

Petro primo virorũ dominus apparuit.

Quare Chriſtus prius apparuit Petro.

Ambr. ſer. 47. de fide Petri id habet.

Gre. hom. 22. ſup. eu.

Quinta Chriſti apparitio. Meminit huius apparitionis Hieron. in catal. vir. illuſt. Ioã. c. 21.

Animæ quas Chriſtus de limbo eduxerat vbi erant inter reſurrectionem & aſcenſionem.

Anima in loco quomodo.

A. C. 34.

An corpora eorum qui reſurrexerunt rurſus dormierint

Iob 19.

quamuis hoc determinatum non inueniatúr:conuenientius tamen & pie opinari poteſt, quod Chriſtũ comitabantur, videntes eius diuinitatem clare, quã etiam vidiſſent vbicunque fuiſſent, nec tamen videbantur à quocunque, quia ab oculo corporali anima videri non poteſt. Solum ergo corpus Chriſti reſuſcitatum diſcipuli, & alij viderunt cùm apparuit, nõ animã eius vel patrum illorum qui cum eo erãt. Sed cùm multa corpora ſanctorum (ait Matthæus) ſcilicet in Chriſti reſurrectione quæ dormierunt ſurrexerunt & apparuerunt multis, quęri poteſt de illis quid actum ſit, vtrum cum Chriſto aſcenderint.

Greg. l. 14. mor. c. 29.

Greg. 14. moral. in fine dicit, quod Iob ſicut notauit Chriſti

B

paſſionem, cùm ait. Scio quod redemptor meus (redemit enim per mortem) ita & reſurrectionem, cũ ſubdit: viuit, ſcilicet reſuſcitatus, & vtitur præſenti pro futuro, id eſt, viuet, propter certitudinem fidei ex ineffabilitate præſcientiæ Dei, in qua vt in libro legunt prophetæ futura. Et quia reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis, ideo immediate ſubdidit. Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et quia in vero & proprio corpore, ideo addit. Et in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum. Vt autem non videretur impoſſibile alicui vt redacta in puluerem reſurgerent, ideo Chriſto reſurgente multa corpora ſanctorum ſurrexerunt, & apparuerunt multis.

C

Et ibi multa exempla de reſurrectione fienda. Circa hoc autem vtrum aſcenderint cũ Chriſto corpora illa ſanctorum, an reuerſa ſint in puluerem vt prius, ſunt duæ opiniones. Aliqui enim dicunt ipſos cum Chriſto aſcendiſſe, glorificatos in anima & corpore ſimul: quam opinionem tangit Hiero. in ſermone de aſſumptione in principio: ſed dimittit indeterminatam, & propterea dicunt aliqui vt notat gl. 13. q. 2.

Gen. 50

c. vnaquęque. §. item Ioſeph. Ioſeph & alij mandauerunt de corporibus ſuis vt non in Aegypto ſed in terra promiſſionis ſepelirentur.

D

Cognoſcentes in ſpiritu quòd Chriſto reſurgente multi in illis partibus ſepulti reſurgerent, vt illi eſſent ex ipſis. Et ad hoc etiã inducunt verbũ Petri Apoſtoli dicentis in actibus Apoſtolorum. c. 2. de Dauid. Sepulchrum eius apud nos eſt, quaſi vellet dicere non corpus, quia vnus fuerat ex reſurgentibus cum Chriſto, & aſcendentibus in cœlum, & ideo non corpus eius ibi erat: ſed tantũ ſepulchrũ. Alij autem dicunt ipſos qui ſurrexerunt poſt officium eorum, id eſt apparitionem & locutionem aliis factam, reuerſos in cinerem quoad corpora: & ad iſtam vt rationabiliorem videtur declinare

Au. ep. 99. ad Enodium. Th. in 3. p. q. 53. a. 3.

E

Aug. & Tho. in 3. parte. Et ex authoritate Petri inducta poteſt etiam hoc probari. Nam cum ad probandam Chriſti reſurrectionem Petrus induxiſſet authoritatem. Pſalm. 15. ſcilicet. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, volens Petrus oſtẽdere, quod Dauid non eſt locutus illa de ſe: ſed de Chriſto, ideo dicit ſepulchrum eius apud nos eſt. q. d. Ipſe Dauid vidit corruptionem: cùm in ſepulchro eius quod eſt apud nos, non ſint oſſa eius & cineres, & ſic patet de corruptione eius. Dubia ergo quæſtio remanet. Sed ſi immortales manſerunt cùm Chriſtum apparentẽ ſociarunt, non videbantur ab aliis, quia in poteſtate eſt corporis glorificati permittere ſe videri vel non.

F

Expoſitio euangelij cùm ſero eſſet. Ioan. 20. c.

[a] De quinta apparitione dicit Ioan. Cùm ſero eſſet die illa vna ſabbatorũ, & fores eſſent clauſæ, vbi erãt diſcipuli congregati propter metum Iudæorũ, quia ſ. timebant ne caperẽt eos, cũ fuiſſent diſcipuli Ieſu.

a Hæc apparitio quinta eſt, ſi illa quæ facta eſt Iacobo Apoſtolo non computetur, alioquin ſexta erit.

A

A. C. 34. Luc. 24.

Et vt dicit Lucas dũ hæc loquerẽtur. ſ. quomodo apparuerat Chriſtus iã pluribus, venit Ieſus, & ſtetit in medio diſcipulorũ apparens & ſe viſibilẽ oſtendẽs. Thomas tamẽ tũc non erat cũ eis, quia receſſerat ab eis ex aliqua incidenti cauſa nobis ignota.

Au. ſer. 159. de tempo. hæc vel his penitus ſimilia habes.

Aug. Non nulli de hac re ita mouẽtur, vt pene periclitẽtur, afferẽtes cõtra miracula diuina præiudicia ſuarũ ratiocinationũ. Si enim corpus erat, ſi hoc corpus ſurrexit de ſepulchro quod pepẽdit in ligno, quomodo per oſtia clauſa intrare potuit? Si cõprehendis modũ, nõ eſt miraculũ. Vbi deficit ratio, ibi eſt fidei ædificatio.

Aug. tract. 121. in Ioã.

Moli quidẽ corporis vbi diuinitas erat, oſtia clauſa

B

nõ obſtiterũt. Ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo naſcẽte virginitas matris inuiolata permanſit, hæc ille.

Chriſti corpus ad diſcipulos clauſis ianuis intrauit.

Cùm igitur nõ poſſit, nec de virtute naturæ, nec de virtute corporis glorificati, inquãtũ glorificatũ, ſine alia virtute vnũ corpus eſſe ſimul in eodẽ inſtãti cũ alio corpore, nec poſſit vnũ corpus trãſire per aliud, niſi per ceſſionẽ, apertionẽ ſeu fractionem ſicut cũ corpus hominis ambulat, aër ei cedit, & ſic de aqua cùm quis natat.

Corpus glorioſum ſimul cum alio eſſe nõ poteſt.

Ideo cũ Chriſtus in corpore reſurgens, exiuit de ſepulchro, vel nunc intrauit ad diſcipulos clauſis ianuis, fuit hoc per ſpeciale miraculũ virtutis diuinæ cõtra cõſuetũ curſum vel vim

C

naturæ. Stetit in medio diſcipulorũ. Ideo in medio, vt ab omnibus videretur, & nullũ contẽnens, ne videretur acceptator perſonarum ſi magis iuxta vnum quàm aliũ cerneretur. Et vt in virtutibus habitare oſtenderetur, quæ cõſiſtunt in medio, dixit eis, pax vobis.

Pacis commẽdatio.

Cyrillus. Pudeat ergo nos pacis munus deſerere, quã nobis Chriſtus hinc diſcedẽs reliquit. Pax & res & nomẽ dulce, quoniã & Dei eſſe accipimus. Iuxta illud pax Dei. Eccl. 38. & ad Phil. 4. Et eius eſſe Deũ, iuxta illud, Deus pacis. 1. ad Cor. 14. & 2. ad Corin. 13. 1. ad Teſſa. 5. & 2. ad Theſſa. 3. Et ipſam eſſe Deum, iuxta illud ad Eph. 2. Ipſe eſt pax noſtra. Pax bonum cõmen

D

datũ ab omnibus, obſeruatũ à paucis. Quæ autem eſt cauſa, fortaſſe ambitio dominij, aut facultatum, aut liuor, aut odiũ aut contẽptus, aut aliquid huiuſmodi ex iis in quæ Dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe præcipue pax eſt qui cõfœderat omnia, cuius nihil eſt adeò propriũ ſicut vnitas naturæ, & pacificus ſtatus.

Dei eſt pax.

Trãſſumitur vero ab angelis & diuinis poteſtatibus, quæ ad Deum & adinuicẽ pacifice ſe habẽt. Diffunditur vero per totã creaturã, cuius eſt decor & tranquillitas. In nobis autem manat ſecũdum animam quidem per inueſtigationẽ virtutum & cõmunicationem: ſecundũ corpus verò, ſcilicet in mẽ

E

brorum & elementorum cõmenſuratione, quorum alterum pulchritudo, alterũ ſanitas nuncupãtur. hæc ille. Et ſubditur. Ego ſum, ſcilicet veſter magiſter, veſter dominus, immò & veſter Deus, cuius nomen eſt, ego ſum, propriiſſimum, quia ſcilicet immutabilis ſecundum deitatem. Nolite timere.

Ex. 3. Nomen Dei maxime proprium: ego ſum, vide Thom. in 1. p. q. 13. ar. 11.

Cõturbati vero & conterriti diſcipuli exiſtimabant ſe ſpiritum videre, id eſt, aliquod corpus phantaſticum & aereum. Turbari poterant ex eo quod ianuis clauſis intrauerat. Theoph. Et quia per verbum pacis non eſt ſedatus turbo in animabus eorum, aliunde oſtendit ſe eſſe filium Dei qui mentis cognoſcebat arcana, vnde di-

F

xit eis. Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra?

Cogitationes bonæ deſcendũt & malæ aſcendũt.

Cogitationes bonæ vtique deſcẽdũt in cor, quia à Deo deſuper immittũtur vt bona ſemina: ſed cogitationes malæ & falſæ aſcendunt quia à diabolo vel ſenſualitate ab infra in cor aſcẽdũt, vt malæ herbæ è terra, & quia falſum erat quod exiſtimabãt. ſ. corpus Chriſti eſſe phantaſticũ, ideo dicit aſcendere huiuſmodi cogitationes. Et cùm hæc dixiſſet,

A. C. 34.

xiſſet,oſtendit eis manus & pedes,id eſt,ſigna clauorum Cyrillus comprobans deuictam eſſe mortem, & humanam naturam iam in eo corruptionē exuiſſe,& in eodem ipſoſuo corpore, quod fuerat clauis confoſſum,vere reſurrexiſſe.Theoph. Adiungit quoque & aliud,ſcilicet palpationem dicens.Palpate & videte,id eſt,noſcite,quia ſpiritus carnem & oſſa nō habet,id eſt, phantaſma, ſicut plures defunctorum circa ſepulchra videri ſunt ſoliti,non tamen habent carnem & oſſa ſicut me videtis habere. Greg.in moral.Non enim in illa reſurrectionis gloria corpus noſtrum erit impalpabile, & ventis aëreque ſubtilius, vt dixit Eutichius hæreticus: ſed ſubtile per effectū ſpiritalis potentiæ: palpabile autem per veritatem naturæ.Et cùm hæc dixiſſet,oſtendit eis manus & pedes, ac etiam latus ſecundum Ioan. quibus, ſcilicet indita clauorum veſtigia claruere & lanceæ, vt ſcilicet oſtenſa vulnerum cicatrice, dubietatis eorū vulnus ſanaret.Solent hic Gentiles calumniam inſtruere,quod non valuerit dominus vulnera ſibi inflicta curare.Sed conſequēs eſt vt quia maiora feciſſe probatur,ſcilicet reſurgere,potuit & minora,ſcilicet ſigna mortis deſtruere,vt cicatrices. Sed ſibi ea reſeruauit quintuplici ratione, prout notat in.3. parte. B. Tho.Exinde,vt ait Ioan.gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Et ſic impletur quod ante mortem prædixerat, ſcilicet. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.Aug.22.de ciui.Dei.c.19.Claritas qua iuſti fulgebunt,ſicut ſol in regno patris eorum (vt ait Chriſtus) in eius corpore cùm reſurrexit ab oculis diſcipulorum potius abſcondita fuiſſe,quàm defuiſſe credenda eſt. Non enim ferret eam humanus atque infirmus aſpectus quando ille à ſuis ita deberet attendi,vt poſſet agnoſci.Quia vero, vt ait Chryſ. præliū inexpugnabile habebant cum Iudæis,rurſus eis pacē annunciat dicens.Pax vobis.Beda.iteratio pacis confirmatio eſt.Siue ideo repetit,quia gemina eſt virtus charitatis,vel quia ipſe eſt qui fecit vtraque vnum ad Ephe.2.Chry.Simúlque demonſtrat crucis efficaciā per quam ſoluit omnia triſtia,& contulit omnia bona.Et hæc eſt pax. Et quia omnia prohibentia ſunt deſtructa,ideo ſubdit.Sicut miſit me pater.Gre.miſit pater filium, cùm hunc pro redemptione humani generis incarnari cōſtituit.Ita & ego mitto vos.Gre. id eſt charitate vos diligo,cùm inter ſcandala perſecutorum mitto,qua me pater charitate dilexit, quē ad tolerandas paſſiones venire fecit.Aug.Aequalem filiū patri nouimus:ſed hæc verba mediatoris agnoſcimus:medium quippe ſe oſtendit dicendo.Ille me, & ego vos.Et vt oſtendat eis (ait Chryſ.)ſuam dignitatem & poteſtatem, ſua authoritate dat eis virtutem,vnde ſequitur. Hæc cùm dixiſſet,inſufflauit in eos dicens.Accipite ſpiritum ſanctum. Augu.Flatus ille corporeus,ſubſtantia ſpiritus ſancti non fuit:ſed demōſtratio per congruam ſignificationem, nō tātum à patre:ſed etiam à filio procedere ſpiritum ſanctum. Quis enim dementiſſimus dixerit, alium fuiſſe ſpiritum quàm ſufflans dedit,& alium quē poſt aſcenſionem miſit:Greg.Cur autem prius in terra diſcipulis datur,poſtmodum de cœlo mittitur,niſi quia duo ſūnt præcepta charitatis,dilectio ſcilicet Dei & proximi? In terra datur ſpiritus, vt diligatur proximus,de cœlo datur vt diligatur Deus: prius à conſiſtente domino in terra datur,poſtmodum de cœlo mittitur,quia in proximi dilectione dicitur qualiter perueniri debeat ad amorem Dei.Quorū remiſeritis peccata remittuntur eis &c. Chryſ. Nequaquam quis peccabit dicens tunc eos ſuſcepiſſe quandā po-

Defuncti circa ſepulchra videri ſoliti.
Greg.l.14. mor.c.31.
Corpus noſtrum in reſurrectione palpabile & ſubtile.
Beda in Lucam.
Tho. in 3 p.q.54.a.4
Ioan.16
Sap.3. & Mat. 13.
Chryſo. in Ioā. hom. 85.
Beda in 20.c.Ioan.
Crucis efficacia.
Greg. homi.26.in euang.
Aug. trac. 121. in Ioā.
Chriſtus mediator.
Chryſ. ibi.
Auguſt. de trin.l.4.ca. 20.
Spiritus ſanctus nō tantum à patre,ſed etiam à filio procedit.
Gre. hom. ead.
Chryſ hom. ead.

A testatem ſpiritualis gratiæ non vt mortuos ſuſcitent & vt miracula faciant ſicut in die Pentecoſtes:ſed vt peccata dimittant. Grego. Sciendum,quod ij qui prius Spiritum ſanctum habuerunt, vt & ipſi innocentes viuerent,& in prædicatione quibuſdam prodeſſent, idcirco hunc poſt reſurrectionem domini patenter acceperunt,vt prodeſſe nō paucis ſed pluribus poſſent.Et ij ad tanta onera humilitatis vocati non ſolum de ſemetipſis ſecuri ſunt: ſed etiam alienæ obligationis poteſtatem relaxationis accipiunt, & principatum ſuperni iudicij ſortiuntur, vt vice Dei,quibuſdam peccata retineant,ſcilicet non

B abſoluendo,quibuſdam relaxent,debite abſoluēdo. Chry.Sacerdos ſi propriam bene diſpenſauerit vitā: aliorum verò non diligentem curam habuerit,cum pernicioſis in gehennam vadit.Non autem iuſtum eſt eos qui in principatu ſunt, ab eis qui ſubiiciuntur iudicari, etſi vita eorum fuerit valde detractabilis, in nullo lædens in iis quæ ſunt data à Deo. Nō enim ſacerdos:ſed nec angelus,neque archangelus operari aliquid poteſt in iis quæ ſunt data à Deo:ſed pater & filius & ſpiritus ſanctus omnia diſpenſant:ſacerdos autem linguam ſuam & manum tribuit, hæc ille.Et ad idem facit quod ait Amb.de pœn.di.1.ver-

C bum Dei.Verbum Dei peccata dimittit,ſcilicet cum patre & ſpiritu ſancto, & ſacerdos eſt index. Sacerdos quidem officium ſuum exhibet,& nullius poteſtatis iura exercet. Quæ omnia intelligenda ſunt, vt cauſa principalis & effectiua. Nam hoc ſolum operatur Deus,vt de conſe.diſ.4.nemo tollit.Nā vt cauſa inſtrumentalis operatur miniſter ſacramenti,nec per malum miniſtrum maculatur virtus ſacramenti, vt paret.1.q.1.ſi fuerit.Sequitur, Thomas autem non erat tunc cum eis,Adhuc autem diſcipulis qui Chriſtum videbant (vt ait Lucas) mirantibus præ gaudio & aliquibus nec perfecte credentibus, dixit Ieſus,

D Habetis aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis. Qui aſſumens comedit coram eis. Vbi notandum quòd Chriſtus aliter comedebat mortalis, aliter reſuſcitatus immortalis. Nam paſſibilis exiſtens cum comedebat vere comedebat, digerens cibum & in nutrimentum partem conuertens,vt alij homines. Reſuſcitatus vero non comedebat, vt cibo egens, ſicut nec etiam alia corpora glorificata comedent, quia non egebunt,poſſent tamen ſi vellent: ſed quia non volent non egebunt. Comedit Chriſtus reſurgens, ad oſtendendum plurimis modis veritatem reſurre-

E ctionis in corpore ſuo.Et vere maſticabat & deglutiebat,ſed non digerebat, quia nutrimento non indigebat & inalterabilis erat. Reſoluebatur igitur cibus in deglutiendo in materiam præiacentem,ſeu in vapores aëreos.Dat exemplum Beda, dicens. Aliter abſorbet terra aquam ſitiens,quia conuertitur in ipſam,aliter ſolis radius calens, illa indigentia, iſte potentia,nec aqua conuertitur in radium ſolis videlicet vapor ille: ſed virtute eius in aërem reſoluitur. Partem piſcis aſſi &c.Per piſcē aſſum,ſecundū Theo. deſignatur vita actiua cōſumens noſtrā humanitatē id eſt,cupiditatē laborū prunis. Cōtēplatiua per fa-

F uum mellis,propter dulcedinem eloquiorū. Comeſtio ergo vtriuſque,eſt incorporatio vitæ vtriuſq; in ſe.Et ſumēs reliquias dedit eis,ſecūdū Gre.& Bedā.Significat piſcis aſſus Chriſti humanitatē: ipſe enim latere dignatus eſt in aquis humani generis, capi voluit laqueo mortis,& aſſari igne paſsionis, Fauus mellis.i. mel in cera eſt diuinitas in humanitate. Hæc offert ſuis comedēda per meditationē. Læonū myſteriorū.Et

A. C. 34.
Poteſtas ſpiritualis collata Apoſtolis dimittendi peccata.
Greg.16.
Chryſ. ibi.
Sacerdos ab eis qui ſubiciuntur iudicari non debet.
Ambr.l.2. de Cain & Abel.c.
Sacerdos eſt iudex.
Vide Tho. in 3.p.q 55. ar.6.
Qualiter Chriſtus poſt reſurrectionem comedit.
Beda l.6 in Luc.c.97.
Gre. hom. 23. in euā.
Beda.l.6. in Luc.

D 2 dixit

A.C. 54.

dixit ad illos. Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum vobis &c. quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt de me in lege Moyſis, prophetis, & pſalmis. Er tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Augu. Illud attendant qui magicis artibus Chriſtum tanta potuiſſe, & nomen ſuum ad Apoſtolos in ſe conuertendos arte ipſa conſecraſſe delyrant, vtrum potuit magicis artibus tantos prophetas diuino ſpiritu in terra antequam naſceretur implere? Neque enim ſi magicis artibus fecit, vt coleretur mortuus, magnus erat antequam eſſet natus, cui prophetando venturo gens vna deputata erat. Quoniam ſic ſcriptum eſt ait, &c. Et paulo poſt, prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Euſebius, dictum ei erat. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Oportebat autem conuerſos ex gentibus expiari à quolibet contagio & macula, per ipſius virtutem, quaſi contaminatos ab errore dæmonum [idololatriæ, & qua ſi nuper conuerſos à vita execrabili & impudica.] Poſt hæc refert Luc. quod eduxit diſcipulos ſuos Ieſus extra ciuitatem Hieruſalem in Bethaniam, quæ erat in latere montis oliueti. Quibus apparens, ſcilicet in die aſcenſionis, eleuatis manibus ferebatur in cœlum benedicens eos. Qua peracta, ſcilicet eius aſcenſione, reuerſi ſunt Apoſtoli in Hieruſalem Et erant in templo benedicentes Deum. Sicque Lucas terminat euangelium ſuum.

Aug. de cõſe. euang. l. 3. c. 11. Chriſtus magicis artib. vſus non eſt.

Pſal. 2.

Luc. 24.

§. 11.

Sexta Chriſti apparitio facta die octaua reſurrectionis Ioan. 20.

OCtauo autem die ſuæ reſurrectionis, vt refert Ioan. ſolus cùm diſcipuli eſſent congregati, & decem Apoſtoli, & Thomas qui & vndecimus, eſſet cum eis [Chriſtus iterum omnibus ſimul diſcipulis apparuit.] Nam in die reſurrectionis cum ſero apparuit Ieſus diſcipulis, Thomas non erat cum eis. Quo reuerſo cùm alij ſocij eius ei retuliſſent, quia viderant dominum reſuſcitatum, Reſpondit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Vbi primo notandum quod ideo non vidit Thomas Ieſum, quia non erat cum eis quando venit Ieſus. In quo arguitur tacite vitium ſingularitatis. Vnde Ber. ait. Quid dicis tu amator ſingularitatis, communia loca, communem vitam, communes obſeruantias qui faſtidis, Chriſtus naſcens exponitur in medio duorum animalium, quia non erat ei locus in diuerſorio. Reſurgẽs ſtetit in medio diſcipulorum, vt perſona communis, non diligens angulum duplicitatis vel ſingularitatis, ſed medium communitatis. Secundo conſiderandum eſt ſecundum Greg. in hom. 27. q. 2. ſic quippe. vbi dicitur, Sic quippe diſcipulum poſt reſurrectionem ſuam dubitare permiſit nec tamen in dubitatione deſeruit, ſicut ante natiuitatem ſuam habere Mariam ſponſum voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus eſt diſcipulus dubitans & palpans, teſtis veræ reſurrectionis, ſicut ſpõſus matris fuerat cuſtos integerrimæ virginitatis. Plus enim Thomæ nobis infidelitas ad fidem quàm fides diſcipulorum credentium profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita in fide ſolidatur. Et mittam manum meam in latus eius. Chryſ. Aliis Thomas craſſior exiſtens, eam quæ eſt per ſenſum craſſiſſimum, ſcilicet tactum quærebat fidem. Vnde dicit. Et mittam manum meam vel digitum meum in locum clauorum. Veniens ergo Ieſus poſt dies octo ad diſcipulos ianuis clauſis, poſt ſalutationem pacis dicit Thomæ infer digitum tuum huc, & vide manus meas. Chryſo. Conſidera clementiam dominatoris, qualiter & pro vna anima oſtendit ſeipſum vulnera habentem, & accedit, vt ſaluet vnum. Et nimirum diſcipuli nuntiantes digni erant fide, & ipſe promittens. Sed tamen quia plus Thomas quæſiuit, nec hoc eum priuauit Ieſus. Non autem ſtatim apparet. ſed poſt octo dies, vt in medio à diſcipulis admonitus magis accendatur ad maius deſiderium, & fidelior in futurum permaneat. Stetit Ieſus, & non expectat à Thoma interrogari: ſed vt oſtendat cùm loquebatur ad condiſcipulos, quod aderat, eiſdem verbis vſus eſt, & primo increpat vel improperat dicẽs, infer digitum tuum, ſecundo erudit ſubdens. Noli eſſe incredulus: ſed fidelis. Infer digitum tuum &c. Auguſt. poſſet dominus ſi vellet de corpore ſuſcitato & glorificato omnem maculam cuiuſlibet cicatricis abſtergere: ſed ſciebat quare cicatrices reſeruaret. Sicut enim demonſtrauit Thomæ non credenti, niſi tangeret, & videret, ita & inimicis ſuis vulnera demonſtraturus eſt in fine, vt conuincens eos veritas dicat. Ecce hominem quem crucifixiſtis. [Videris vulnera quæ infixiſtis.] Agnoſcitis latus quod pupugiſtis, quoniam per vos & propter vos apertum eſt, nec tamen intrare voluiſtis. Quæſtio hic fit à modernis, vtrum illa ſigna vulnerũ, quæ in Chriſti corpore ſuſcitato remanſerunt ſint cum carnis diſcontinuatione, ſeu apertura. Quibuſdam dicentibus, quod non, aliis quod ſic. Nec tamen ex hoc ſequitur aliqua deformitas in corpore: ſed magnus decor & indicium virtutis. Quæ opinio videtur magis ſecundum literam euangelij, cùm dicitur. Mitte manum tuam in latus meum, ſcilicet in aperturam, vt dicit Tho. in 3. parte. Reſpondit Thomas & dixit, Dominus meus & Deus meus. Augu. Videbat & tangebat hominem & confitebatur Deum, quem non videbat neque tangebat. Sed per hoc quod videbat atque tãgebat illud iam remota dubitatione credebat quod non videbatur, vnde ſecũdum Theop. Qui prius infidelis erat, poſt lateris tactum optimum Theologũ ſe oſtendit. Nam duplicem naturam vnitámque hypoſtaſim Chriſti ediſſeruit. Nam dicendo. Dominus meus, humanam naturam, ſubdendo Deus meus, diuinam confeſſus eſt, & vnum & eundem Deum & hominem. Cui Ieſus, Quia vidiſti me. Aug. Quamuis dici poſſet non auſum fuiſſe diſcipulum eum tangere, cùm ſe offerret ille tangendum, & ideo dixit ei, quia vidiſti, non quia tetigiſti, tamen hoc non obſtat intelligi, quin etiam tangere potuerit, vt palpando, efficacius teſtificari valeret de veritate carnis reſuſcitatæ: nam generalis quodammodo ſenſus eſt viſus ſcilicet quia principalior & acutior, ſumitur pro qualibet ſenſus operatione ſecundum vſum communem loquendi. Et ſic hic quia vidiſti, id eſt, quia tetigiſti, credidiſti. Greg. Cùm fides ſit de rebus non viſis, quomodo Thomas videns credidit, cùm viſio opponatur fidei? Reſpondet Thomas, etſi vidit humanitatem, confeſſus eſt etiam diuinitatem, quam videre non poterat, & hanc credidit. Lætificat autem nos quod ſequitur ait Grego. ſcilicet, Beati qui non viderunt, ſcilicet etiam humanitatem, & crediderunt, ſcilicet vtrumque. Quod intelligitur ſi fidẽ noſtrã operibus ſequimur. Ille enim vere credidit qui credẽdo exercet quod credit. Chr. Et quia Ioãnes euãgeliſta cæteris euãgeliſtis pauciora dixerat, ideo ſubdidit. Multa & alia ſigna fecit Ieſus in cõſpectu diſcipulorũ ſuorũ, quæ nõ ſunt ſcripta in libro hoc. Sed nec alij euãgeliſtæ omnia ſcripſerunt: ſed quæ erant ſufficien

Ber. ſup. cãtic. ſer. 19. his ſimilia habet.

Luc. 2.

Gre hom. 26. in euã.

Chriſtus quare Thomam dubitare permiſerit.

Chryſ. hom. 86. in Ioan.

A.C. 54.

Chryſ. hom. 8. in Ioan.

Clementia Chriſti immenſa.

Aug. l. 1. de ſymb. ca. 8. vide Thomam in 3. p. q. 54. a. 4.

An ſigna vulnerum cum carnis ſeparatione remanſerint

Thom. in 3. p. q. 54. a. 4. in reſpõ. ad ſecund.

Auguſt. in Ioan. trac. 121.

Hypoſtaſis quid ſit.

Aug. 16.

Greg. 16.

Greg. 16. Fides quæ prodeſt.

Chryſo. 16

A.C. 34.

A ſufficientia attrahere ad fidem audientes mihi tamẽ videtur hoc dicere, quæ fecit ſigna poſt reſurrectionem. Et ideo ſubdit in conſpectu diſcipulorum cum quibus ſolis poſt reſurrectionem conuerſatus eſt. Deinde vt diſcas quia non ſolum diſcipulorum gratia ſigna fiebãt, ſed nobis hæc credere vtile eſt, ideo ſubdit. Hæc ſcripta ſunt vt credatis quoniam Ieſus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius, id eſt per ipſum, ipſe enim eſt vita.

§. III.

Septima Chriſti apparitio ad mare Tiberiadis facta. Ioan. vlt. Chryſo. in Ioã. tr. 86. Ibid.

B DEſcripſit Ioannes ſolus & aliam apparitionẽ Chriſti quoad locum: ſed tempus non deſignat. Dicit enim. Manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare tyberiadis: dicit autem manifeſtauit ſe, quia ſecundum Chryſ. non videretur, niſi condeſcenderet, ſcilicet ſuſpendendo claritatem corporis ſui glorificati. De domo iam exierant, & in Galilæam ierant periculum declinantes Iudaicum. Quia vero ait Chry. neque dominus cum eis continue erat, nec ſpiritus adhuc datus erat, ſcilicet copioſè, vt in die Pentecoſtes, neque aliquid habebant, quia ſcilicet omnia reliquerant, propterea artem piſcatoriam tractabant. C Exiſtentibus ergo ſimul Petro, Thoma, Nathanaele, filiis Zebedæi, id eſt, Ioanne & Iacobo maiori, & aliis duobus, quorum nomina reticentur, dixit Petrus. Vado piſcari. Cui illi, venimus & nos tecum. Cum eo exierunt ergo ad piſcandum. Greg. in homil. Quæri poteſt cur Petrus, qui ante conuerſionem piſcator fuit, poſt reſurrectionem ad piſcationem rediit: cùm veritas dicat, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei, cur repetiit quod reliquit? Cui quæſtioni ipſe reſpondet. de pœn. diſt. 5. negotium. Negotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit: hoc etiã repetere poſt cõuerſionem culpa nõ fuit. D Sunt enim pleraque negotia quæ ſine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus poſſunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt vt poſt conuerſionem animus non recurrat. Hæc ille. Et eſt intelligendum de peccato mortali, vnde Matthæus telonearius poſt conuerſionem, ad teloneum non eſt reuerſus, quia ars ſcilicet illicita, piſcatoria licita. Illa autem nocte piſcantes nihil prendiderunt. Mane autem facto ſtetit Ieſus in littore, ſed non cognouerunt eum videntes. Qui ad interrogationẽ eius dicentes ſe nil prendidiſſe, iuſſi ſunt in dexteram nauigij mittere rete. E Quo facto cõprehenderũt piſcium multitudinẽ copioſam, vt non poſſent rete trahere præ multitudine eorum. Ex quo actu Ioannes recognoſcens dominum eſſe qui iuſſerat, dixit Petro, dominus eſt. Quod audiens Petrus vt feruentior, ſumpta veſte, quia nudus erat, vel quia nõ omnibus ſuis veſtibus indutus, miſit ſe in aquam vt natando citius veniret ad Ieſum. Alij vero venerunt in naui trahentes ſecum rete, erat enim prope littus. Aſcendens ergo Petrus traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centum quinquagintatribus, nec ex tanta multitudine eſt ſciſſum rete. Deſcendentes autem viderunt prunas F in terra, & piſcem ſuperpoſitum, & panem, quæ Ieſus miraculoſe ſine præiacenti materia tunc fecerat vt Deus. Aug. myſtice in captura piſcium commendatur Eccleſiæ ſacramentum, qualis futura eſt in vltima reſurrectione mortuorum. Quod autem ſeptẽ diſcipuli fuerunt in illa piſcatione, ſuo ſeptenario numero finem temporis ſignificat vniuerſum. Septem quippe diebus reuoluitur tempus. Piſcatores, præſi-

Gre. hom. 24. in euã. Luc. 9.

Quare poſt conuerſionẽ licet ea tractare negotia, quę ante conuerſionẽ gerebantur.

Moralis illius euangelij expoſitio. Aug. tract. 122. in Ioã.

A dentes, doctores & prædicatores ſunt. Cùm autem nox erat, ante ſolis, id eſt Chriſti præſentiam, nihil cœperunt prophetæ, quia etſi vitam nationis Iſrael corrigere conarentur, illa tamen frequenter in idololatriam labebatur, ait Theop. Ieſus in littore ſtetit. Augu. Littus eſt finis maris, & ideo finem ſignificat ſeculi, ſicut autem in hoc loco qualiter in fine ſæculi futura ſit, ita dominus alia piſcatione ſignificauit Eccleſiam qualiter nũc ſit, vnde ibi Ieſus non ſtabat in littore: ſed aſcendens in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum vt à terra reduceret puſillum, vt habetur Luc. 5. quia tunc mortalis erat, vnde B in mari, hic immortalis factus ex reſurrectione, & ideo in littore firmo, non in mari fluido. In alia piſcatione non mittuntur retia in dexteram, ne ſolos ſignificent bonos, nec in ſiniſtrã ne malos tantũ, ſed indifferenter, laxate inquit retia veſtra in capturam, vt per mixtos intelligamus bonos & malos, hic autem ad dexterã mittitur rete, vt ſignificentur qui ad dexterã ponendi ſunt, ſcilicet ſoli boni. Illud fecit initio ſuæ prædicationis, hoc poſt reſurrectionem, ſignãs illa piſcatione quos nunc habet Eccleſia, hac quos habebit in æternum completa in fine ſeculi mortuorum reſurrectione. Illi qui pertinent ad reC ſurrectionem vitæ, id eſt, ad dexteram, & inter Chriſtiani nominis retia, doctrinam ſcilicet euangelicã deſiguntur, non niſi in littore, id eſt, in fine ſæculi cum reſurrexerint apparebunt. Ideo non valuerunt ſic trahere retia, vt in nauem refunderent quos ceperant piſces, quia non ſunt noti præſenti Eccleſiæ electi, habet autem iſtos dexteros Eccleſia poſt finẽ vitæ huius in ſomno pacis velut in profundo latentes donec ad littus rete perueniat quò trahebatur. Et quod in prima piſcatione duabus nauiculis, hoc iſto loco vna tantum, ducentis etiam cubitis, exiſtimo figuratum propter vtriuſque generis electos cirD cunciſionis & præputij, tanquam centum ad cẽtum, quia in ſumma centenarij numerus ad dexteram tranſit: vel ſecundum Bedam, per cubitos ducentos gemina charitatis virtus exprimitur, per dilectionẽ enim Dei & proximi Chriſto appropinquamus. Piſcis autem aſſus eſt Chriſtus paſſus, qui latere dignatus eſt in aquis humani generis, & capi voluit laqueo mortis. Et qui factus eſt nobis piſcis humanitate, extitit nobis panis reficiens ex ſua dignitate, quod totum notatur per piſcem aſſum & panem, quæ viderunt diſcipuli appoſita. Greg. Petro autem ſancta Eccleſia eſt commiſſa, ipſi enim ſpecialiter dictum eſt, E paſce oues meas. Quod ergo poſtmodum aperitur in voce, hoc nunc ſignificatur in opere. Ipſe enim piſces ad ſoliditatem pertrahit, quia ſtabilitatem æternæ patriæ fidelibus oſtendit, hoc egit verbis, hoc egit epiſtolis, hoc agit quotidie miraculorum ſignis. Et ſubditur. Plenum ſcilicet rete magnis piſcibus cẽtum quinquagintatribus Auguſt. In alia piſcatione numerus non exprimitur tãquam illud ibi fiat quod prædictum eſt per prophetam. Nunciaui, multiplicati ſunt ſuper numerum, hic vero certus eſt numerus, cuius reddenda eſt ratio: numerus enim qui legem ſignificat, decimus eſt, propter decalogũ, cùm F autem accedit ad legem gratia, id eſt, ad literam ſpiritus, quodammodo denario additur ſeptenarius. Septenario quippe numero ſignatur ſpiritus ſanctus, propter ſeptem dona eius, ad quem ſanctificatio proprie pertinet, primum enim in lege ſonuit ſanctificatio in die ſeptimo. Eſaias etiam capitulo vndecimo cum commendat opere vel munere ſeptenario. Cùm itaque legis denario ſpi-

A.C. 34. Aug. ibid.

Quæ inter duas Chriſti iuſſu factas piſcationes differentia.

Electi præſenti Eccleſiæ noti non ſunt.

Bed. in ca. 21. Ioan.

Petro ſancta eſt cõmiſſa Eccleſia. Gre. hom. 24. in euã.

Aug. 16.

Pſal 39.

Spiritus ſanctus numero ſeptenario ſignatur.

Gen. 1.

 ritus

A. C. 34. ritus ſanctus per ſeptenarium numerum accedit, fiût A decem & ſeptem, qui numerus ab vno vſque ad ſeipſum computatis omnibus creſcens ad cêtum quin Greg. 16. quaginta tres peruenit. Grego. Ducamus etiam per trigonum decem & ſeptem, & veniunt quinquaginta vnum, in quinquageſimo autem anno cunctus po Leu. 25. pulus quieſcebat ab omni operatione: ſed vera requies in vnitate eſt. Vbi verò ſciſſura diuiſionis eſt, ibi vera requies non eſt. Aug. Omnes ergo ad gratiã ſpiritus ſancti pertinentes, hoc numero ſignantur ad vitam reſurrecturi æternam. Qui etiam numerus ter habet quinquagenarium numerum, & inſuper ipſa tria propter myſterium trinitatis, quinquagenarius autem multiplicatis ſeptem per ſeptem & vnius adiectione completur: nam ſepties ſeptem fiunt quadraginta nouem. Vnus autem additur, vt eos eſſe vnum ſciamus. Non autem fruſtra dictum eſt, Mat. 5. quod erant magni. Cùm enim dixiſſet dominus. Nõ veni legem ſoluere: ſed adimplere, daturus vtique ſpiritum, per quem lex poſſet impleri, paucis verbis interpoſitis, ait. Qui autem fecerit & docuerit homines, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. In prima piſcatione rete propter ſignificata ſchiſmata rũpebatur, hic vero quia in illa ſumma pace ſanctorum nulla erunt ſchiſmata, pertinuit ad euangeliſtã dicere cùm tanti eſſent, id eſt, tam magni, non eſt ſciſſum rete. Peracta piſcatione dominus ad pran- Aug. in Io. tract. 123. dium vocat dicens. Venite & prandete. Auguſt. Piſcis aſſus eſt Chriſtus paſſus. Ipſe eſt & panis qui de Ioan. 6. cœlo deſcendit. Huic incorporatur Eccleſia ad participandum beatitudinem ſempiternam, propter hoc dictum eſt. Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc, vt omnes qui hanc ſpeciem gerimus intelliga Greg. 16. mur. Greg. Et per hoc etiam quod ſeptem diſcipulis vltimum conuiuium præparat, eos tantum qui ſeptiformi gratia ſpiritus ſancti pleni ſunt, futuros ſecum Beatitudo vbi erit. in æterna refectione denunciat. Septem quippe diebus omne hoc tempus voluitur, & ſeptenario numero perfectio deſignatur. Refectio ergo illa in futura reſurrectione erit in pane diuinitatis, in piſce humanitatis Chriſti, in piſcibus hic captis, id eſt, ex gloria beatorum & ſocietate. Et nemo audebat interrogare diſcumbentium tu quis es, ſcientes quia dominus eſt, nulla enim dubitatio vel ignorantia: ſed clara Chryſo. in Ioã hom. 86. ſcientia in ſuperna patria. vel ſecundum Chryſ. hoc ideo dicit, quia de reliquo non ſimiliter confidebant ei loqui ſicut prius: ſed cum ſilentio & reuerentia multa, ſedebant attendentes in eum, & formam quidem alteratam videntes, & multa admiratione plenam, valde ſtupefacti volebant interrogare: ſed formido in hoc quod ſciebant quia dominus eſt, detinebat interrogationem, & ſolum comedebant quæ eis dabat. Quod autem dicit euangeliſta. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Ieſus cùm ſurrexiſſet, vt ait Aug. 16. Aug. non refertur ad ipſas demonſtrationes: ſed ad dies. Nam prima die ſcilicet reſurrectionis, quinquies apparuit, ſecundo in octaua die iterum exiſtẽte Thoma cum aliis decem Apoſtolis. Tertio autem Chriſtus inſtituit Petrum rectorem eccleſiæ. id eſt, vna alia die iſtis piſcantibus. Poſt hoc autem prandium dominus Ieſus inſtituit Petrum rectorem Eccleſiæ cùm ait: Paſce oues meas de quo ſupra, exinde prædicit ei martyrium. De Ioanne autem ipſo cũ Petrus interrogaſſet. Hic autem quid? Reſpondit, ſi eum volo manere, donec veniam quid ad te? propter quod exiit ſermo iſte inter fratres, id eſt, Apoſtolos, quod diſcipulus ille non moritur: ſed hoc non eſt exponendum ad præſens. Sicque terminat Ioannes Euangeliſta euangelium ſuum dicens. Sunt multa alia quæ fecit Ieſus quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec A. C. 34. ipſum arbitror mundum capere eos qui ſcribendi ſunt libros, quod non ſpatio, locorum, ait Augu. credendum eſt mundum capere non poſſe: ſed capacitate legentium comprehendi non poſſe. Vel ſecundum Chryſ. hoc referendum eſt ad eius qui faciebat virtutem. Sicut enim nobis facile eſt loqui, ita & illi & multo facilius facere quæ volebat. Aug. tract. 124. in Ioã. Chryſo. in Ioã. hom. 87.

§. IIII.

Octaua apparitio facta in Galilæa. OCtauam apparitionem deſcribit ſolus Matthæus, licet enim ipſe dicat de vndecim diſci- B pulis, quod iuerunt in Galilæam, quæ ſcilicet erat altera prouincia à Iudæa, tamen & plures alij fuerunt. Mat. 28. Nam ſecundum Euſe. Hæc eſt eadem apparitio de qua dicit Paulus. 1. ad Corinth. 15. quod viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul, inter quos & principales erant vndecim Apoſtoli. Et dicit Matthæus, quod iuerunt in Galilçam, in montem quem conſtituerat illis Ieſus, id eſt, montem Thabor. Hæc eſt illa apparitio quam eis promiſerat ante paſſionem Mat. 26. cùm ait. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Hoc etiam cùm reſuſcitatus apparuit mulieribus in via euntibus nuntiare diſcipulis C reſurrectionem, dixit. Nuntiate fratribus meis vt eãt Mat. 28. in Galilæam. Hoc & angelus cùm ad monumentum apparuit Mariis dixit. Ecce præcedet vos in Galilæã, Mar. 16. ibi eum videbitis ſicut prædixit vobis. Vbi Amb. Hoc conuenientius arbitror, quod dominus quidem mãdauerit diſcipulis, vt in Galilæa eum viderent: ſed illis ob metum intra conclaue reſidentibus primum Amb. l. 10. in Luc. in fine. ſe obtuliſſe. Greg. Nec hoc eſt promiſſi tranſgreſſio ſed potius feſtinata ex benignitate impletio propter puſillanimitatem diſcipulorum [poſtea vero confirmatis animis, vndecim illos Galilæam petiſſe] quod D ergo Lucas & Ioannes ſolum. 11. ſcribant Ieſum apparuiſſe in Hieruſalem, alij duo in Galilæam properare, & vniuerſis diſcipulis & fratribus apparere ſecundum Euſe. verior in hoc ſolutio eſt, quod poſtquam in Hieruſalem latitantibus ſemel aut bis viſus eſt ad eorum cõſolationem, in Galilæa dominus non clam, aut ſemel, aut bis: ſed cum multa poteſtate oſtenſionem ſui fecit, præbens ſe eis viuentem poſt paſſionem in ſignis multis vt Lucas teſtatur in actibus Apoſtolorum. Vel ſecundum Augu. quod ab angelo dictum eſt, præcedet vos in Galilæam, prophetice accipiendum eſt, Galilæa enim interpretatur Act. 1. Aug. de cõſe. euang. c. 25. E tranſmigratio. In Galilæa ergo ſecundum tranſmigrationis ſignificationem intelligendum occurrit, Quid ſignificet Galilæa. quia de populo Iſrael tranſmigraturi eſſent ad gentes, quibus Apoſtoli prædicantes, euangelium nullo modo crederetur niſi ipſe dominus viam in cordibus hominum præpararet. Et hoc intelligitur præcedere eos in Galileam. Secundùm autem iſtud quod Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma ſerui intelligendus eſt: ſed in qua eſt æqualis patri, quam promiſit apud Ioannem, dilectoribus ſuis. Illa enim reuelatio tanquam Galilæa erit, cum videbimus eum ſicuti eſt. Ipſa etiam erit beatior tranſmi- F gratio ex iſto ſæculo in illam æternitatem. Vnde ad nos veniens non receſſit, & quò nos præcedens non deſeruit. Eis ergo apparendo in Galilæa dicit Matthæus, quod adorauerunt, ſcilicet vt verum Deum & dominum eorum, quidam autem dubitauerunt ſcilicet de veritate ſuæ reſurrectionis. Quod vt dixit Grego. Non tam aſcribendum eſt in culpam eorum tarditati, quàm noſtræ futuræ vtilitati. Minus enim mi- Gre. hom 29. in eua hi præſti

A. C. 34.

hi præſtitit Maria Magdalena quæ cito credidit, quã Thomas qui diu dubitauit, quia dum dubitans tetigit vulnus corporis, id eſt aperturam lateris, à nobis abſtulit dubietatem ſeu incredibilitatem mentis. Ipſis autem apparens ait Chriſtus. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Non quod tunc in reſurrectione fuerit ſibi de nouo collata omnimoda poteſtas, ſed ab initio conceptionis ſuæ. Sed in reſurrectione dicit ſibi datam, quia in ea & poſt eam manifeſtata eſt iſta poteſtas, & dominium ſibi omnium datum in cœlo & in terra, ſecundum morem ſcripturarum, quæ dicunt aliquid fieri cum illud manifeſtatur fieri, vt dicit Magiſter in. 3. ſen. Et ſequitur. Euntes, ſcilicet per mundum diſcurrendo quod refertur ad tempus poſt aduentum ſpiritus ſancti, docete omnes gentes, id eſt, omne genus gentium, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, id eſt, dicentes. Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti docentes eos ſeruare, quæ mãdaui vobis, id eſt, neceſſaria ad ſalutem. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Vobiſcum, ſcilicet per gratiam, vel per ſacramentum Euchariſtię, non per [a] præſentiam corporalem. Et in hoc Matthæus finit euangelium ſuum.

Chriſto poteſtas omnimoda quando data.

Mag. in 3. d. 18 lit. c.

a Corporalem præſentiam intelligit D. Anto. palpabilem & viſibilem qualis in terris erat ante reſurrectionem. Sic enim Chriſtum noniam in terris habemus, non autem corporalem præſentiam ſub ſacramento Euchariæ inuiſibiliter latentem indicat. Nam talem præſentiam Chriſti corporalem & hic habemus & in æternum ſumus habituri.

§. V.

Mar. vlt. Luc. vltimo.

NOnam [b] apparitionem & decimam die aſcenſionis factas narrant Mar. & Lucas: ſed nonam Marcus diffuſe factam, ſcilicet in cœnaculo. Dicit enim. Recumbentibus vndecim diſcipulis, ſcilicet in illo cœnaculo, vbi ſimul manebant tunc poſiti iam ad menſam cauſa comedendi, & hora erat inter tertiam & ſextam, apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, ſcilicet præteritam, vt Thomæ & aliquorum aliorum, quia iis qui viderãt eum reſurrexiſſe non crediderant, vt patuit ſupra de Thoma. Et conueſcens, ſcilicet cum eis, vt verum corpus ſuum oſtenderet, & ſic eos in fide reſurrectionis ſtabiliret, vt dicit Luc. in principio actuum apoſtolorum, præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſcilicet poſt aſcenſionem ab Hieruſalem: ſed expectarent promiſſionem patris, quam audiſtis, inquit, per os meum, &c. Quod etiam tangit Lu. in fine euangelij ſui. Et poſt prandium factum cũ eis, dixit, vt refert Mar. Euntes in mundum vniuerſum, ſcilicet poſt aduentum ſpiritus ſancti tempore ſuo, prædicate euangelium omni creaturæ, id eſt, nationi hominum, vel ſecundum Grego. homini, quia participat de natura omnis creaturæ aliquo modo. Nam eſſe habet commune cum lapidibus, vegetari cum plantis, ſentire cum brutis, intelligere cum angelis, ideo dicitur omnis creatura. Qui crediderit, ſcilicet verè habendo opera eius, & baptizatus fuerit, actu vel propoſito, ſaluus erit hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Qui verò non crediderit condemnabitur, ſcilicet ad mortem æternam. Nec ali-

Gre. hom. 29. in euã.

b Nona apparitio in cœnaculo facta quæ continet expoſitionem Euangelij Aſcenſionis.

A. C. 34.

A qua ignorantia poteſt excuſare hominem, quin pereat, ſi non credit, quæ credenda ſunt, & ſecundum eam fidem viuat. Paruuli autem etſi non credant actu, propter defectum vſus rationis, tamen habent fidem habitu receptam in baptiſmo ſicut & gratiam & omnes virtutes, & ideo ſaluantur, ex tra de baptiſ. maiores. §. cùm ergo. Signa autem eos, qui crediderint (ſubdit dominus Ieſus) hæc ſequentur, dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Hæc ſigna ſeu miracula ad literam ſunt facta ab Apoſtolis & multis aliis ſanctis, ad confirmationem fidei quam prædicabant. Cum enim ſecundum Thom. 2. 2. fides ſit de rebus quæ ſunt ſupra lumen naturalẽ intellectus, melius probari non potuit quàm per opera ſupernaturalia, quæ natura agere non poteſt, ſed ſolum virtus diuina, cuiuſmodi ſunt opera miraculoſa. Nec enim Apoſtoli & alij ſancti miracula faciebant in propria virtute: ſed Dei. Ad literam. Omnes Apoſtoli & plures alij locuti ſunt variis linguis, & ſic nouis, id eſt, inſolitis, vt patet Actuum. 2. dæmonia eiecerunt, vt patet in Legenda Bartholomæi, & aliis multis. Serpentes abſtulerunt, vt Simon & Iudas quos magi adduxerant. Venenum Ioannes Euãgeliſta ſibi propinatum ab Ariſtodemo bibit, & nullam læſionem ſenſit. Super ægros manus imponentes ſanabant eos. Quinimmo ad vmbram Petri trãſeuntis per viam, infirmi tacti ipſa vmbra ſanabantur, & mortui plures ab eo & aliis reſuſcitati ſunt. Signa autem iſta & miracula nunc non fiunt etiam à ſanctis & perfectis viris, vel ita copioſe ab omnibus ſanctis, quamuis nullo tempore in Eccleſia defuerint in variis locis, qui vera & magna miracula fecerunt. Verum ex hoc quod non fiant miracula à fidelibus, non poteſt inde argui eos non vere credere. Nam miracula corporalia neceſſe fuit eo tempore copioſe agi, quo infideles eis viſis traherentur ad veram fidem. Sed poſtquam firmata eſt fides & multipliciter roborata miraculis plurimis, doctrinis ſanctorum, exemplis perfectionis, tolerantia martyrũ, non eſt neceſſe ipſam amplius probare. Et ponit Grego. exemplum de plantula quæ indiget irrigari, cùm paruula eſt vt radicetur, & cùm fuerit bene radicata & augmentata, non vlterius irrigatur, quia immobilis exiſtimatur. Tum miracula iſta ſpiritualiter adhuc à veris fidelibus fiunt, quæ vtique ſunt animæ magis ſalubria facientis, quam illa materialiter facta. Verus enim Chriſticola eiicit dæmonia à ſe & ab aliis, reſiſtendo tentationibus omnibus, & à proximis, orationibus & documentis propulſando. Loquuntur nouis linguis non antiquis, id eſt, verba proferunt ad confitendum peccata ſua, non ad excuſandum, ad laudandum Deum, non ſeipſos, ad inſtructionem, non ad malam ſuaſionem, ſerpentes tollũt dum mortiferas doctrinas hæreſum reiiciunt, venenum bibitum non eis nocet, quia malis exemplis quæ vident non inficiuntur vt illa ſequantur. Sanant ægros dum in neceſſitatibus ſpiritualibus vel corporalibus ſubleuant. Vtilius ergo eſt facere miracula ſpiritualiter, quam temporaliter. Vnde Auguſt. 1. q. 1. teneamus. Teneamus vnitatem fratres, præter vnitatem, ſcilicet charitatis etiam qui facit miracula nihil eſt. Et poſt hæc ſubdit de decima apparitione ſed eam non explicat: ſed dicit, Poſtquam locutus eſt hæc, aſſumptus eſt Ieſus in cœlum &c. Et ſic terminat Marcus ſuum euangelium dicens. Illi prædicauerunt vbique domino cooperante & ſermonem con

Ignorantia non excuſat eum qui non credit, quę credenda ſunt.

B

Thom. in 2. 2. q. 2. a. 3.

C

Miracula nunc non fiunt, vel ſaltẽ pauca.

Act. 5.

D

Greg. 16.

E

Miracula in Eccleſia fiunt ſpiritualiter.

F

Aug. tr. 13. in Ioan.

A. C. 34

Decima apparitio facta in monte oliueti ex quo aſſumptus eſt.

Beda, l. 6. comm. in Luc. c. 97.

A

firmante ſequentibus ſignis. Decimam ergo latius ſcribit Lucas. Act. 1. c. & tangit circa finem euangelij ſui dicens: quòd eduxit eos Ieſus foras, ſcilicet Hieruſalem, in Bethaniam, ſcilicet in montem Olíueti. Vbi congregatis Apoſtolis & Mariis & aliis diſcipulis apparuit. Beda in hunc locum ait, Primæ diei reſurrectionis eius coniungit euangeliſta tacite nouiſſimum diem quo aſcendit in cœlum dicens. Eduxit eos, &c. Primo quidem propter nomen ciuitatis, quæ domus obedientiæ dicitur, ſcilicet Bethania. Qui enim propter inobedientiam peruerſorum deſcendit, propter obedientiam nimirum conuerſorũ aſcendit. Deinde propter ſitum eiuſdem villæ quæ

B

in latere montis oliuarum poſita eſſe narratur, quia videlicet obedientis Eccleſiæ domus Apoſtolico digna hoſpitio in ipſius ſummi montis Chriſti latere, fidei, ſpei, dilectioníſque ſuæ fundamenta locauit, in hoc ſignatur quia in cœlum cum Chriſto aſcenditur ex obedientia & perfectione virtutum oliueti montis præcipue miſericordiæ & palmis victoriæ contra tentamenta, & in nube humilitatis.

Et qui conuenerant illuc inquit Lucas Act. 1. interrogabant eum dicentes. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Quibus reſpondit. Non eſt

C

veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater

Triplex regnũ Iſrael.

poſuit in ſua poteſtate. Vbi notandum quod triplex intelligitur regnum Iſrael, ſcilicet temporale, ſpirituale, & ſupernale. Et temporale quidem, id eſt, dignitas regalis temporalis in Iſrael populo, ſcilicet Iudæorum, inchoatum eſt in Saul de tribu Beniamin. 1. Reg. 9. & 10. Sed propter inobedientiam ſuam tranſlatum adhuc eo viuente in Dauid, qui erat de tribu Iuda. 1. Reg. 16. In câque tribu permanſit regnum vſque ad Sedechiam vltimum regem de Iuda. Licet tempore Roboam. 3. Reg. 12. regnum totius populi Iudæorum ſit diuiſum in duo regna. Regnum,

D

ſcilicet Iuda, quod continebat duas tribus tantum,

Captiuitas decem tribuum. 4. Reg 17.

ſcilicet Iudam & Beniamin, & iſtud erat notabilius, quia apud eos ſummum ſacerdotium & templum Hieruſalem. Et regnum quod dictum eſt Iſrael, continens decem reliquas tribus, quod ductum eſt in captiuitatem regnante Oſee vltimo rege Iſrael à Salmanaſar rege Aſſyriorum propter ſcelera eorum & præcipue idololatriã. Nec vnquam [a] eductum de illa captiuitate. Regnum autem Iuda propter iniquitates etiam ſuas ductum eſt in captiuitatem à Nabuchodonoſor rege Chaldæorũ, nobiliores ſcilicet illius tribus Iuda cum rege ſuo Sedechia excæcato &

E

vincto in Babylone ex quo ablatum ſeu interpolatũ fuit regnum ipſum Iſrael, id eſt populi Iudæorum. 4. Reg. vlt. Reuerſis autem Iudæis à captiuitate Babylonica in Hieruſalem per licentiam Cyri regis Perſarum. 1. Eſdræ. 1. paulopoſt. tempore Machabæorum Iudas Machabæus ſumpſit ducatum illius populi, & multo magis fratres eius Ionathas & Simon, & ducatu ſimul & ſummo ſacerdotio fungentes cùm eſſent de tribu Leuitica, quæ frequenter matrimonia contrahebat cum tribu Iuda. Ex quibus, ſcilicet Simone deſcendens Alexander [b] Iannæus regalem dignitatem in illo populo ſibi aſſumpſit: ſed paulo-

F

poſt Herodes alienigena ipſum regnum Iudææ ab Octauiano imperatore obtinuit, & deinum ob rebellionem ad Romanum imperium, cui tempore paſſionis Chriſti tributarij erant, in vltionem mortis Chriſti innumeris mortuis ex eis gladio, peſte, fame, qui reſidui fuerant diſperſi ſunt per orbem, ſed nunquam in regnum conſurrexerunt. Credunt tamen ipſi Iudæi meſſiam, quem expectant, Antichri-

A

ſtum pro Chriſto ſuſcipientes, quod ipſe ſit eis regnum tẽporale reſtituturus, cui adhærebunt. Et quia diſcipuli Chriſti credebant & verè, ipſum eſſe Meſſiam in lege promiſſum, & ipſe pluries eis locutus erat de regno ſuo, vt illud. Ego diſpono vobis &c. vt

Luc. 22.

edatis & bibatis in regno meo, quod intelligebant ſatis materialiter, propter quod & mater Ioannis &

Mat. 20.

Iacobi eum rogauerat, vt ſederent ſecum in regno, vnus à dextris, alius à ſiniſtris. Et propheta Michæas dixerat de Meſſia. c. 5. Ex te, ſcilicet Bethlehem, exiet dux qui regat populum meum Iſrael, ideo nunc iſti interrogant an debeat reſtituere regnum tempora-

B

le populo Iſrael, & ſic liberare à ſeruitute Romanorum. Et quia hoc futurum eſt circa finem mundi, ſcilicet in aduentu Antichriſti, à quo nimis diſtabant, cùm iam tranſierint mille 457. anni ab incarnatione Chriſti: ideo dixit eis. Non eſt veſtrum nõſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate [c]. Regnum ſpirituale eſt virtus infuſa ſeu gratia, qua mediante Deus regnat in mentibus hominum. De quo Apoſtolus ad Rom. 14. Regnum Dei eſt iuſtitia, pax, & gaudium, in ſpiritu ſancto, id eſt, quæ habentur ex gratia ſpiritus ſancti. Regnum iſtud habuit principium in illo populo in Abraham patre eius,

Quo tempore floruit authorhuius excellentis operis.

C

vnde & dicebant Chriſto, pater noſter Abraham eſt. Ioan. 8. à quo denominati ſunt Hebræi, [d] nam hic dicitur pater fidei, quia declinantibus cæteris conſanguineis eius, etiam cunctis nationibus mundi ad idololatriam, in ipſo ſolo & domo ſua remanſit fides & cultus vnius veri Dei. Qui etiam credidit ex ſe etſi centenario, & ſterili vxore filium naſciturum in quo benedicerentur omnes gentes, id eſt in ſemine ſuo quod eſt Chriſtus. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, vt dicitur Gen. 17. id eſt, ad iuſtificationem. Et fidem veram ex operibus oſtendit in omnibus mandatis eius etiam duriſſimis

D

vt de interfectione filij obediendo Deo, ex cuius filio, ſcilicet Iſaac ortus eſt Iacob, qui & Iſrael ab an-

Gen. 32.

gelo nuncupatus eſt, & ab eo nomine populus Iudæorum dictus eſt Iſrael. Qui Dei cultus & fides ſa-

In Ex. & Leuit. & 3. Reg. 4 Reg 25. Neemiæ ſeu Eſdræ. 1. & 2. 1 Mac. & 2. Act. 10.

tis auctus eſt tempore Moyſis lege data, vt patet in ceremonialibus eius. Amplificatus quoque eſt cultus diuinus in illo populo tempore Dauid & Salomonis ædificato magnifico templo Hieroſolymis, quod ſuccenſum à Chaldæis, reparatum fuit à Zorobabel & Neemia & aliis. Sed & poſtea prophanatum ab Anthiocho rege Syriæ, emundatum & purgatum fuit à Iuda Machabæo cum fratribus ſuis. Hoc igitur

E

regnum ſpirituale cùm debuiſſet perfici Chriſto adueniente, eis in lege promiſſo, cui omnes prophetæ teſtimonium perhibent, inquit Petrus in actibus, in eis defecit. Nam diſcipulis Chriſti & fidelibus Eccleſiæ primitiuæ exceptis, omnes deciderunt à fide & vero cultu Dei & omni virtute, propter quod non regnat in eis Deus per gratiam: ſed diabolus per malitiam. Nec conſurgent ad iſtud regnum ſpirituale, niſi poſt mortem Antichriſti. Nam tunc videntes ſe deceptos ab ipſo Antichriſto, conuertentur ad veſperam, id eſt, in fine mundi ad veram fidem, & famem patientur vt canes, ſcilicet audiendo veritatem

F

fidei, & circumibunt ciuitatem Eccleſiæ, ait Pſalm. 58. Quia igitur & iſtud erat diſtantius primo regno, ſi de hoc intellexiſſent regno ſpirituali cùm interrogarunt, domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? congrue reſponſum eſt. Non eſt veſtrum noſſe &c. id eſt, tale tempus. Tertium regnum eſt ſupernale, in quo ſcilicet ſancti regnabunt cum Chriſto non ſolum in anima, ſed in corpore glorificati. Et

Act. 1.

Regnum ſupernale Iſrael quale.

tunc

A.C. 34.

tunc cantabunt omnes illud Apoc.5. Redemiſti nos domine Deus noſter in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, id eſt, reges ſacros, & regnabimus ſuper terram. Quod regnum inchoatum eſt in Chriſti reſurrectione, glorificato corpore eius, cuius reſurrectio cauſa eſt effectiua & exemplaris noſtræ reſurrectionis, quæ erit in fine mundi omni Iſrael. Talis reſtitutio eſt illius regni à nobis amiſſi in preuaricatione primorũ parentum: & omni dico Iſraeli, non carnali: ſed ſpirituali ſecundum interpretationem, interpretatur enim Iſrael videns Deum ſcilicet per fidem veram cum operibus, vt ſcilicet imitemur Chriſtum reſurgentẽ moraliter, quemadmodum ait Apoſtolus ad Rom.6. Sicut Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris in corpore, ſcilicet glorificato cum dotibus claritatis, ſcilicet agilitatis, impaſſibilitatis, & ſubtilitatis, & ita nos fideles in nouitate vitæ ambulemus, habentes ſcilicet claritatem ſapientiæ, agilitatem obedientiæ, impaſſibilitatem conſtantiæ, ſubtilitatem conſcientiæ ſeu temperantiæ. Si ergo intellexiſſent de hoc regno interrogare cùm dixerunt, Domine ſi in tempore hoc &c. congruè reſpondit. Non eſt veſtrum noſſe &c. ſcilicet de fine mundi, ſeu vltima reſurrectione, quia vt ait Ieſus. De illa die & hora nemo ſcit, neque angeli cœlorum, neque filius hominis, ſcilicet ad vobis reuelandum. Sicut enim ſolus Deus nouit in ſapientia ſua initium mundi & ſua omnipotentia creauit: ita & ſibi ſoli reſeruauit in ſapientia & potentia ſua mundi terminum. Et propterea inquit Tho. in 4. ſen. Omnes qui voluerunt determinate de fine mundi loqui, tempus præfigendo, falſi reperti ſunt & reperientur in futurum qui hoc prænunciant. Poſtquam autem dixit. Non eſt veſtrum &c. ſubdidit. Sed accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientis in vos & eritis mihi teſtes, ſcilicet paſſionis & reſurrectionis & meæ diuinitatis. Et hoc non ſolum prædicando ſed & virtuoſe conuerſando. Vnde Hiero. quoties aliquid boni agimus, toties Deum confitemur. Et hæc eſt illa confeſſio de qua diſcipulis ait. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. 11, q. 3. exiſtimant: Et vt dicit Lu. in fine euangelij. Eleuatis manibus benedixit eis. Theophi. forſitan in hoc vim conſeruatiuam influens eis, vſque ad aduentum ſpiritus ſancti, & fortaſſis inſtruens nos vt quoties recedimus: benedictionibus ſubditos Deo commendemus. Orige. Quod eleuatis manibus benedixit eis, ſignificat quod deceat benedicentem cuiquam ornatum eſſe variis operibus & arduis, reſpectu aliorum. Sic enim manus tolluntur in altum. Chryſ. attendite hic quod brauia repromiſſa aſpectui ſubiicit; promiſerat quidem corporum reſurrectionem, à mortuis ipſe reſurrexit & per 40. dies diſcipulo certificat, promittitur etiam quod in nubibus rapiemur in aëra, & hoc ipſe patefecit per opera, vnde dicit Lu. vlti. quod ferebatur in cœlum, & in Actibus, videntibus illis eleuatus eſt, ſcilicet, à terra, ſurſum aſcendens in aërem, vidẽtes autem fuerunt non ſolum Apoſtoli: ſed & alij diſcipuli, & Mariæ, maxime mater Ieſu. Eis enim credendum eſt quod fuit prænunciatus dies & hora aſcenſionis, ſcilicet hora 6. Theophi. Helias quidem videbatur quaſi aſſumi in cœlum: ſed ſaluator ipſe præcurſor omnium aſcendit in cœlum, appariturus diuino conſpectui in ſacro corpore ſuo: & iam noſtra natura honoratur in Chriſto à qualibet virtute angelica. Chryſo. Sed dices quid intereſt mea, quia & tu in nubibus ſuſcipieris ſimiliter. Nam corpus

Thom. in 3.p.q.56.a.1.

Dotes corporis glorioſi moraliter in nobis eſſe debent.

Diem iudicij nemo ſcit.

Matt.24.

Tho. in 4. d.43.q.vni. art.3.& in ſupp.3.p.q.77.ar.2.

1.Theſſ.4.

Act.1.

4.Reg.2.

A tuum connaturale eſt illi corpori, erit igitur & corpus tuum tam agile quod poſſit tranſire per aëra: Nã ſicut caput ita & corpus, ſicut principium ita & finis. Et nubes ſuſcepit eum in cœlum. Non quod egeret auxilio nubis: ſed vt oſtendatur omnis creatura ei obſequi. Paulatim autem aſcendit per aëra: ſed cũ fuit ita eleuatus à terra, vt oculi eorum amplius eum videre non poſſent, ſubitò tranſcendens omnes cœlos materiales abſque apertura vel ſciſſura eorum miraculo diuino, omnéſque cœlos intellectuales, id eſt, ordines angelorum: omnéſque cœlos rationales animarum ſeu creaturarum rationabilium, iuxta illud B Eph.4. Qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, & Pſal.17. Aſcendit ſuper Cherubin & volauit, volauit ſuper pennas ventorum, id eſt ſubtilitatem & ſublimitatem animarum. Aſſumptus eſt in cœlum, ait Mar. vlti. & ſedet à dextris Dei, id eſt in æqualitate patris requieſcit ſecundum ſuam diuinitatem. Secundum vero humanitatem ſedet à dextris, id eſt, in potioribus bonis gloriæ, ſummum gradum eius tenens. Sicq; terminat Marcus Euangelium dicẽs, quia illi, ſcilicet diſcipuli prædicauerunt vbique ſcilicet poſt aduẽtum ſpiritus ſancti, domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus C ſignis. Poſtquam autem aſcendit Ieſus vt ait Lu. Act. 1.c. Ecce duo viri, id eſt, duo angeli in forma virorũ adſtiterunt iuxta eos in veſtibus albis, ad inſinuandũ feſtiuitatem etiam eorum, qui & dixerunt. Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? q.d. non expectetis, quod nunc reuertatur ad vos. Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum ſic veniet ad iudicandum, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum.

A.C. 34. Chriſti in cœlum aſſumptio.

Chriſtus ſedet ad dexteram patris.

*a Eum arbitror ad fabulam de Iudæis intra Caſpios montes clauſis reſpicere & propterea decem tribus nun*D *quam ab exilio ſuo reuerſas, eo quod ſcilicet in iis montib. incluſæ fuerint, aſſerere.*

b Primus qui poſt tranſmigrationem nomen & inſignia regis vſurpauit fuit Ariſtobulus Ioannis Hircani filius & Simonis Mathabæi nepos, quo tamen propter ſua ſcelera breui è vita ſublato Alexander Iannæus regnum Iudæorum optinuit, quem primum Regem D. Anton. hic nominat, vide ſup. tit. 4.c.4.§. 19.

c Spirituale regnum Iſrael quale.

d Quanquam & alia opinio eſſe poßit, vt ex Abraham Hebræi tanquam Abrahæi dicti eſſe poßint: ſed nimirum hoc verum eſt quod ex Heber Heberæi appellati ſunt E *ac deinde detracta vna littera Hebræi. Auguſt. in 16. ciuit. 1.3.*

§. VI.

Demum quantum ad paſſionem Chriſti nota de eius neceſſitate, quia oportuit Chriſtum pati. Lu. vlti. & eius qualitate: quia in cruce propter multas rationes, & quia ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ait ipſe Ioan.3. & de doloris Chriſti immenſitate & multiplicitate, iuxta illud Thren.1. O vos omnes F qui tranſitis per viam, attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Et Pſal.87. Repleta eſt malis anima mea, quantum ad partem ſenſitiuam, malis, ſcilicet pœnarum pro malis culparum noſtrarum, & vita mea in inferno appropinquauit. Et de eiuſdem paſſionis vtilitate ſeu virtute Pſal. 20. Exaltare domine in virtute tua. i. in cruce eleuare, in virtute, id eſt, fortitudine vel miſericordia, & cantabimus ore laudãdo, pſal

De paſſione, reſurrectione & aſcenſione Chriſti & earũ Chriſti qualitatibus. vide Thomam in 3. p.quæ. 46. 1.& 4. Ib.a.6& 7.

Ibid.q.50. a.6.

A. C. 34. do pſallemus, opere imitando virtutes tuas inde in A
Ibid. q. 53. a. 1. nobis ſecutas ex ea, quas non eſt huius operis expli-
care. Similiter quantum ad reſurrectionem Chriſti
nota quo reſurrexit oportunabiliter, quia oportuit
eum reſurgere die tertia, ait Luc. vlti. id eſt quomodo
ipſum fuit neceſſarium neceſſitate conuenientiæ re
ſurgere, & die tertia non ante, vel poſtea & de hora
dicit Pſal. 56. Exurge gloria mea, id eſt, diuinitas,
quæ videbatur dormitaſſe in paſſione, non defen-
dendo. Exurge pſalterium, id eſt, corpus vbi ſunt de-
cem cordæ, id eſt, organa decem potentiarum ſenſi-
tiuarum exteriorum & interiorum, exurge cithara,
Reſurrectio Chriſti quibus teſtimoniis probata. id eſt, anima, & reſpondet exurgam diluculo, id eſt, B
in aurora profunda. & quomodo ſurrexit veraciter,
quia ſurrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Luc.
vlti. Hoc probauit in multis argumentis, apparens
eis per 40. dies, oſtendens ſe viuum teſtimonio an-
Ibidem q. 55. per totum. gelorum, teſtimonio hominum inimicorum custo-
dientium ſepulchrum, vt patet Mat. vlti. teſtimonio
mortuorum, qui reſuſcitati venerunt in ſanctam ci-
uitatem, & apparuerunt multis, teſtimonio diſcipu-
lorum ſuorum quibus apparuit decies, vt dictum eſt
ſupra, Teſtimonio etiam geſtorum eius. Nam quod
haberet idem corpus oſtendit per ſigna plagarum
crucis. Quod haberet animam veram cum potentiis C
innuit quantum ad vegetatiuam per eſum cum eis,
quantum ad ſenſitiuam per viſum, auditum & tactũ,
quantum ad intellectiuam per expoſitionem ſcri-
pturarum. Diuinitatem oſtendit, intrando ad diſci-
Ibidem q. 54. ar. 2. pulos ianuis clauſis, per ſpeciale miraculum ſuę diui
nitatis. Quomodo ſurrexit integraliter, iuxta illud
Ioan. 12. Cum exaltatus fuero à terra, ſcilicet ſuſcita-
tus, omnia traham ad meipſum, animas, ſcilicet de
limbo educendo, corpus viuificatum de ſepulchro
clauſo extrahendo, ſanguinem effuſum in diuerſis lo
cis torum reſumendo ad me. Aperturam tamen pla-
garum retinendo quintuplici ex cauſa, non ex impo D
tentia: ſed cum magno decore & decentia. Quomo-
Ib. q. 53. ar. 3. & quoad corpus quidem. do ſurrexit ſocialiter quo ad corpus & quo ad ani-
mam. Nam vt dicitur Mat. 27. Multa corpora ſancto
rum ſurrexerunt ſcilicet Chriſto reſurgente, ipſe e-
Ibidem. q. 52. ar. 5. nim dicitur Apoc. 1. primogenitus mortuorum, ſcili-
cet reſurgentium: quo ad animam verò, quia omnes
animas de limbo patrum anima ſua exeunte eduxit.
Iuxta illud Zacha. 9. Tu quos in ſanguine teſtamen-
ti tui, ſcilicet confirmatione eduxiſti vinctos tuos de
lacu in quo non erat aqua, i. in limbo patrum. Quo-
Ibidem. q. 53. ar. 4. modo ſurrexit virtualiter, quia propria virtute ſcili-
cet deitatis ſuæ. 1. ad Corinth. 15. Crucifixus eſt ex in- E
Ibidem. q. 54. ar. 3. firmitate: ſed viuit, ſcilicet ſuſcitatus ex virtute Dei.
Virtualiter etiam, quia ad vitam immortalem, ad
Rom. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non mo-
ritur. Et cum dotibus corporis glorioſi ſcilicet cum
claritate, agilitate, impaſſibilitate, & ſubtilitate. Ec-
Solis motui Chriſti actiones comparantur. cleſi. 1. Oritur ſol iuſtitiæ, ſcilicet Chriſtus Deus no-
ſter in natiuitate, occiditur in paſſione, ad locũ ſuũ
reuertitur, in reſurrectione, ibique renaſcens, in aſcẽ
ſione gyrat per meridiẽ in ſpiritus ſancti miſſione,
flectitur ad aquilonem, in finalis iudicij diſcuſſione.
Sol autem habet claritatem & agilitatem, quia velo
ciſſimus in motu ſuo, materiæ impaſſibilitatem & F
ſubtilitatem, quia radius eius penetrat vitrum. Quo
modo ſurrexit vtiliter: quia cauſa noſtræ reſurrectio-
Ibid. q. 56. ar. 1. nis, vnde ait Marthę. Ioan. 11. Ego ſum reſurrectio &
vita, id eſt, cauſa reſurrectionis. Et Iob. 19. ſcio quod
redemptor meus, ſcilicet per paſſionem, viuit, id eſt,
viuet per reſurrectionem, & in nouiſſimo die de ter
ra ſurrecturus ſum, ſcilicet ex virtute ſuæ reſurrectio

A nis: & cauſa exemplaris ad Phil. 3. Saluatorem expe- A. C. 34.
ctamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui re-
formabit corpus humilitatis noſtræ configuratum Ib. q. 56. ar. 2.
corpori claritatis ſuæ. Quomodo reſurrexit morali-
ter, id eſt, ad informandum vitam noſtram quoad Reſurrectio Chriſti moraliter exponitur.
mores. Surgens enim tertia die oſtendit quod nõ an
te diem contritionis, diem confeſſionis, diem ſatisfa
ctionis, diem dico, id eſt in luce gratiæ, factas, non
reſurgimus à morte animæ. Surgens ad vitam im-
mortalem, innuitur quod non debemus rurſus inci-
dere in mortalia. Surgẽs cum dotibus, inſinuat quod
ſicut reſurrexit à mortuis per gloriam patris, id eſt,
B cum glorioſis dotibus (ita ait Apoſtolus ad Ro. 6.) &
nos in nouitate vitæ ambulemus ſcilicet in claritate
ſapientiæ vel prudentiæ, in agilitate obedientiæ vel
iuſtitiæ, in impaſſibilitate conſtantiæ vel patientiæ,
in ſubtilitate temperantiæ. Item quia non continue
conuerſabatur cum diſcipulis: ſed ſe ſubtrahebat, do
cens non ſemper morandum in turbis vel cum ſo-
ciis: ſed ſolitarios aliquando eſſe oportere, vt recol-
ligamus melius nosipſos & nobis vacemus. Et cùm
diſcipulis apparebat, ſuſpendebat ſuam claritatem,
vt inſtrueret occultare, non ex vanitate oſtẽtare cla
ra opera noſtra. Item aliquando eos conſolatus eſt,
C aliquando repręhendit, vt de incredulitate & ſtulti-
tia, &c. Omnium horum declarationem abbre-
uiatam omitto, quia non pertinet ad tractatum iſtũ.
Sed diffuſe habes in 3. parte beati Thomæ.

Similiter & de aſcenſione Chriſti quomodo fuit
cum magna iucunditate Pſalm. 46. Aſcendit Deus in
iubilo, ſcilicet angelorum & animarum & cum ma-
xima virtuoſitate Pſal. 67. Aſcendiſti in altum, cepi-
ſti captiuitatem, patres quos acceperat à diabolo de
limbo educens, & ſecum in cœlum adducens, & cũ
profectus noſtri multiplici vtilitate, ad Ephe. 4. Qui
deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos
D vt adimpleret omnia, ſcilicet hominis intellectum,
fide voluntatem, charitate, mentem: ſpe omnes rui-
nas angelorum ſupplendo per animas hominum.
hæc dicta ſufficiant.

Euſebius in hiſto. Eccle. lib. 1. & 3. refert Ioſephum Euſebius de Ioſepho.
hiſtoriographum Iudæorum & in Iudaiſmo defun-
ctum, teſtimonium de Chriſto ferre, qui vt ipſe Ioſe
phus de ſe teſtatur fuit filius Matathiæ ex Hieroſoly Euſeb. L. 1. hiſt. Ecc. c. 11. & l. 3. ca.
mis ſacerdos, hic non ſolũ apud proprios ciues ſuos
Iudæos: ſed etiam apud Romanos habitus fuit nobi
liſſimus, ita vt literarum merito in vrbe Roma etiã
ſtatua donaretur, & libri eius bibliothecæ traderen
E tur. Conſcripſit nanque antiquitatum hiſtoriam in
viginti libris. Belli quoque Iudaici cum Romanis ha
biti hiſtoriam ſeptem voluminibus compræhendit.
Sed & alia eiuſdem viri extant de Iudæorum vetuſta
te duo volumina [in quibus contradicere Appioni
cuidam Grammatico, videtur, qui illis temporibus
aduerſus Iudæos ſcripſerat, & ad alios quoſdam qui
morem gentis Iudæorum atque inſtituta lacerauc-
rant: in primo ergo ex his duobus libro] quæ volu-
mina apud Hebræos in authoritate habeantur,
ſecundum traditionem maiorũ per hæc edocet, Nec
innumera apud nos habentur volumina inter ſe in-
F uicem diſcordantia: ſed duo tantum & viginti ſunt
libri qui omnium temporum ſeriem continent, qui
& iuſte creduntur diuinitus inſpirati. Ex quibus quin Euſeb. l. 3. c. 10 Libri qui ſecundum Hebræos ſũt canonici.
que ſunt Moyſis continentes legis, vitæ, & ſucceſſio-
nis humanæ proſapiam vſque ad ipſius Moyſis termi
num pertendentem, qui paulominus ad tria millia
annorũ continentiã gerunt. A morte vero Moyſis
vſque ad Artaxerxem qui poſt Xerxẽ regnauit apud
Perſas:

A. C. 54.

Perſas, quæ geſta ſunt prophetæ quique per ea tempora tredecim voluminibus conſcripſerunt. Reliqui vero quatuor libri Hymnos in Deum & vitæ inſtituta ac monita mortalibus tradunt. Ab Artaxerxe verò vſque ad tempus noſtrum ſcripta quidem ſunt omnia: fide tamen non eadem quæ primis habetur digna ducuntur, pro eo quod non ita extiterit prophetarum iugis & explorata ſucceſſio. Rebus igitur ipſis conſtat, quàm venerabiliter nos vtamur ſcripturis noſtris. Nam cùm tot ſæcula interceſſerint, neque addere quis vnquã, aut auferre, aut permutare quid auſus eſt. Sed omnibus gentis noſtræ hominibus inſita hæc quodammodo, & ingenita fides eſt credere hæc Dei eſſe conſulta, & his iugiter inhærere, ac pro ipſis, ſi ita res popoſcerit, libenter & animam ponere, hæc Ioſephus, & Imperator Titus, vt idem Ioſephus refert, intantum probauit ex iſtis debere libris ad omnes homines rerum geſtarum notitiam peruenire, vt manu ſua ſubſcriberet publice ab omnibus eos legi debere. Tẽpore enim Titi Imperatoris qui Hieroſolymã exterminauit, fuit Ioſephus. De Chriſto igitur talia ſcribit in libro antiquitatum. Fuit autem iiſdem temporibus Ieſus ſapiens vir, ſi tamen eum virum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operum effector, doctórque hominum eorum qui libenter, quæ vera ſunt audiunt. Et multos quidem Iudæorum, & multos etiam ex Gẽtilibus ſibi adiunxit, Chriſtus hic erat: hunc accuſatione primorum noſtræ gentis virorum, cùm Pilatus in crucem agendũ eſſe decreuiſſet, nõ deſeruerunt ij, qui ab initio eum dilexerãt. Apparuit enim eis tertia die iterum viuus, ſecundum quod diuinitus inſpirati prophetę vel hęc vel alia de eo innumerabilia miracula futura eſſe prædixerant. Sed & in hodiernum diem Chriſtianorum (qui ab ipſo nuncupati ſunt) & nomen perſeuerat & genus, hæc Ioſephus. Qui etiam refert & Ioãnem Baptiſtam iuſtiſſimum ſuper omnes, & doctrinam eius ſalutiferam & baptiſmum, demum ab Herode decapitatum, tum quia arguebat eum de inceſtu, tum quia timebat ne populus eius doctrinæ adhærẽs & à regno ſuo & dominio diſcederet. Et ſubdit Euſe. Quod vltra effugium? quæ excuſatio impudentibus & perfidis remanebit, quo minus de falſitate [a] geſtorum quæ poſtmodum confinxerunt (ſcilicet Iudæi) apertiſſime conuincantur.

Iudæorũ erga ſuas ſcripturas obſeruantia.

Ioſeph. in vita ſua.

Lib. 18. c. 4. Ioſephus de Chriſto.

Ioſephus de Ioanne baptiſta l. 18. antiqui. c. 7. Euſ. l. 1. hiſt. Eccle. c. 11.

Euſeb. l. 2. c. 2.

a Intelligit Euſebius non geſta aliqua quæ Iudæi contra Chriſtum confinxerunt, ſed librum qui inſcribitur Acta Pilati, quæ ſtudio & opera Maximini Imperatoris euulgata ſunt, qui cùm vellet videri iuſtis de cauſis perſequi Chriſtianos, acta quædam veluti ad Pilatum de Saluatore noſtro habita edidit, in quibus aduerſus Chriſtum omne blaſphemiarum genus congeſtum erat. Sixt. Sen. l. bibliot. ſan. 2. in dict. Pilatus.

§. VII.

ITem Euſebius libro ſecundo. Interea cùm per omnem iam locum de reſurrectione & mirabilibus domini noſtri Ieſu Chriſti & de aſcenſione eius ad cœlũ fœlix fama loqueretur, ac per omniũ aures beati huius rumoris volueretur opinio, quoniam antiqui moris erat apud Romanos vt Prouinciarum iudices, ſi quid forte noui, in iis quas regebant Prouinciis accidiſſet, vel principi vel ſenatui nuntiarent, vt ne ex iis quæ gerebantur ignorare aliquid viderentur: de reſurrectione à mortuis domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ iam in omnem locum fuerat

Tiberius de Chriſto inter deos referendo Senatum conſulit.

A promulgata, Pilatus Tyberio principi [a] refert. Sed & de cæteris mirabilibus eius, & vt poſt mortem cũ reſurrexiſſet à quamplurimis iam Deus eſſe crederetur. Tiberius quæ conceperat retulit ad ſenatum. Senatus autem ſpreuiſſe dicitur, pro eo quod ſibi prius huius rei iudicium delatum non fuerit: ſed authoritatem ſuam præuenerit vulgi ſententia. Lex enim erat antiquitus deſignata, ne quis apud Romanos Deus haberetur, niſi ſenatus decreto, & à ſenatu confirmatus eſſet. Porro autem pro vero hoc erat quod agebatur, ne diuina virtus humanis putaretur aſſertoribus indigere. Cúmque ea quæ ſupra diximus renuiſſet

B ſenatus, Tiberius tamen tenuit ſententiam ſuam ne quis aduerſus doctrinam Chriſti contraria moliretur. Hæc Tertullianus vir & legum & inſtitutionum Romanarum peritiſſimus, & inter noſtros ſcriptores admodum clarus in Apologetico ſuo, quem aduerſus gentem pro noſtra fide ſcripſit, retulit dicens. Tiberius cuius tempore nomen Chriſtianum in ſæculum introiuit, annũtiatum ſibi ex Syria Paleſtina, quæ illic veritatem iſtius diuinitatis, ſcilicet Chriſti reuelauerat detulit ad ſenatum, cùm prærogatiua ſuffragij ſui. Senatus quia non ipſe probauerat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit comminatus pericu-

C lum accuſatoribus Chriſtianorum hæc Tertullianus. Quod ſubdit Euſebius, profecto diuina ſapientia ita tunc Cæſaris ſenſibus ingeſſit vt abſque vllo obſtaculo in ipſis duntaxat initiis euangelij ſermo vſquequaque percurreret. Vna etiam ex Sibyllis gẽtilibus longe ante Chriſti aduentum plura de Chriſto pręnuntiauit, vt refert Aug. de ciui. Dei. lib. 18. ca. 23. poſt Lactantium, & inter cætera, poſt miracula eius narrata ait. Poſt hæc conuenient ſacerdotes Hebræorum contra Chriſtum quia multa ſigna faciet, & comprehendent eum, & dabunt Deo alapas inceſtis manibus, & impurato ore expuent venenatos

D ſputus. Dabit ergo ad verbera ſimpliciter ſanctum dorſum, & colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat quod verbum: vel & vnde venit vt inferis loquatur. Et corona ſpinea coronetur. Ad cibum fel, & ad ſitim acetum dederũt, in hoſpitalitate hanc mõſtrabunt menſam & ſuſpendent eum in ligno, & occident. Ipſa autem inſipiens gens tuum Deum non intellexiſti ludentem mortalium mentibus [ſed & ſpinis coronaſti, & horridum fel miſcuiſti: templi verò velum ſcindetur]: medio die nox erit tenebroſa nimis in tribus horis, & morte morietur tribus diebus ſomno ſuſcepto. Et tunc ab inferis regreſſus ad

E lucem latam veniet, primus reſurrectionis principiũ reuocatis oſtendẽs, quia tertia die reſurget, & oſtendet ſe diſcipulis ſuis. Et ipſis videntibus aſcendet in cœlum, & regni eius non erit finis. Reperit Eutropius in annalibus Romanorum hanc epiſtolam ſcriptam fuiſſe ſenatoribus Romæ per Lentulum Romanum ſe reperientem in partibus Iudeæ. Item temporibus Octauiani Cæſaris, cùm ex diuerſis mundi partibus illi qui præerant Prouinciis, ſcriberent ſenatoribus, qui Romæ erant, nouitates quæ per mundi climata occurrebant, quidam nomine Lentulus habens officium in partibus Iudeæ Herodis regis, ſcri-

F pſit ſenatoribus ſic, Apparuit temporibus iſtis & adhuc eſt homo magnæ virtutis nominatus Chriſtus Ieſus, qui dicitur à gentibus propheta veritatis, quẽ

A. C. 54.

Tertul. in Apol. c. 5.

Ibid. c. 3.

Sibyllina de Chriſto oracula.

Act. l. 4. ca. 18.

Epiſtola Lentuli de Chriſto ad Romanos.

a Epiſtolam Pontij Pilati ad Tiberium datam, qua ei hæc quæ refert Euſ. commemorabat ex bibliotheca Vaticana de promptam edidit Six. l. 2. biblioth. ſanc. in dictio. Pilatus.

eius

A.C. 34. Chriſti Ieſu proſopographia elegans.

eius diſcipuli vocant filium Dei, ſuſcitans mortuos, & ſanans omnes languores, homo quidem ſtaturæ proceræ: & ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes poſſunt & diligere & formidare, capillos habens coloris nucis auellanæ prçmaturæ, & planos ferè vſque ad aures. Ab auribus vero cincinnos, criſpos aliquantulum, cæruleos & fulgentiores, ab humeris ventilantes, diſcrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazarenorum, frontem planam & ſereniſſimam cum facie ſine ruga, & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat, naſi & oris nulla prorſus eſt repræhenſio, barbam habens copioſam & rubram, capillorum colore, non longam ſed biſurcatam. Aſpectum habens ſimplicem & maturum. Oculis glaucis, variis & claris exiſtentibus, in increpatione terribilis, in admonitione placidus & amabilis, hilaris ſeruata grauitate. Qui nunquam viſus eſt ridere, flere autem ſæpe: ſic in ſtatura corporis propagatus, manus habens, & membra viſu delectabilia. In colloquio grauis, rarus & & modeſtus, ſpecioſus inter filios hominum.

¶ *De initio euangelij Ioannis, In principio erat verbum.*

CAP. VIII.

Expoſitio euangelij In principio erat verbum. Euangelij ſecundum Ioannem excellentia.

DISCIPVLVS ille, quem diligebat Ieſus, Ioannes attendens Matthæum, Marcum, & Lucam, in ſuis euangeliis de humanitate Chriſti tractaſſe, & geſta per eum in terris miranda non omnia, quia miracula eius ſecundum Chryſo. ſunt pelagus immenſum: ſed quæ Spiritus ſanctus eos edocuit, congrue hominibus enarraſſe, ac doctrinam eius parabolicam vt populis aptiorem, ipſe vt Aquila grandis magnarum alarum ad altiſſimam libani cedrum, ſanctiſſimam trinitatem candore gloriæ fœliciter euolauit. Et quod audierat, quod viderat, quod manibus attrectauerat de verbo vitæ liquidius contemplatus, vnicam angelorum & hominum eſcam, medullam cedri quaſi in medio conſiſtentem patris & ſpiritus almi, non ſitualiter, ſed numeraliter (vt ita dixerim) inde attulit nobis, quædam etiam mira per illos omiſſa, vt illuminationem cæci nati, reuiuiſcentiam Lazari, ſupplendo diſputationes cum Iudæis, plures exhortationes adiicens, necnõ ſermonem mellifluũ in vltima cœna, plenum fraterna dilectione & ſacris myſteriis diuinorum. Et ita altè euangelium ipſum inchoauit, In principio inquiens erat verbum, vt ſi altius intonaſſet, totus mundus, ait Orig. eum capere non poſſet. Demum poſt volatum ſublimem ad ſolẽ vſque iuſtitiæ veluti Aquila ad cadauer noſtræ mortalitatis per eum aſſumptç ſe inclinauit, dicens. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Scripſit autem. Ioannes euangelium iam nonagenarius vel circa, poſt reuerſionem in Epheſum ab inſula Pathmo, vbi ſcripſerat Apocalypſim, & hoc ad preces fidelium, & præcipue eo quod iam inſurrexiſſent plures hæreſes contra Chriſtum, eius diuinitatem negantes vel blaſphemantes. Et in illis verbis poteſt notari triplex Chriſti natiuitas, quæ repræſentatur in tribus Miſſis die natalis celebratis. Prima natiuitas æterna & diuinalis, verbum. Secunda natiuitas humana & temporalis, caro factum. Tertia natiuitas interna & ſpiritualis, habitauit in nobis, & de prima agitur in principio euangelij, de tertia in medio ibi, Lux in tenebris: de ſecunda in fine, ibi, in propria venit. Vnde & introitus primæ Miſſæ aperte loquitur de natiuitate æterna. Dicitur enim illud Pſalm. Dominus dixit ad me filius meus es tu. Loquitur filius de patre, cuius dicere ad eum, eſt ipſum verbum generare, quæ natiuitas eſt æterna. Et ideo dicit. Ego hodie, id eſt, æternaliter, æternitati enim omnia ſunt præſentia & perfecta, & ideo genui, ſubdit temporis præteriti perfecti. Introitus ſecundæ ſatis videtur eſſe ſeu agere de interna natiuitate & ſpirituali, qua Chriſtus habitat in nobis. Et propterea natus eſt temporaliter, vt ad ſpiritualem nos duceret, vnde dicitur: Lux fulgebit hodie ſuper nos &c. Et cantatur vel legitur in aurora quando tenebris abeuntibus, incipiunt ſigna lucis apparere: ſed non clara lux. Ita & natiuitas quæ eſt per lucem gratiæ ſpiritualis, quæ fit in nobis, per aliqua ſigna & coniecturas poteſt depræhendi à ſe & ab aliis: ſed non certò ſciri. Introitus tertiæ loquitur de temporali, ſecundum illud Eſa. 9. Puer natus eſt nobis, quæ cantatur clariſſima diei luce, quia manifeſta fuit. Nam omnes potuerunt oculis corporeis intueri carnem eius. Et ſic intelligitur illud. Videbit omnis caro ſalutare Dei. Prima autem miſſa dicitur in obſcuriſſimo noctis, quia illa æterna natiuitas eſt nobis viatoribus omnino ignota. Et quia iſtud euangelium ſeu pars & inchoatio euangelij Ioan. vſque ad illud, Plenum gratiæ & veritatis, quotidie dicitur in fine miſſæ, & literis aureis quidam Philoſophus Platonicus [conſcribendum, & per omnes Eccleſias in locis eminentiſſimis proponendum eſſe dicebat] Platonem quoque principium eius in ſuis libris notaſſe, non tamen quòd intellexerit verbum diuinum perſonaliter diſtinctum à patre. Nam vt ait Hieronym. hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſthenes eloquens ignorauit, ideo ipſum diffuſe exponitur. Et in prima parte de ipſo verbo nato poſſumus quatuor notare. Primo eius ſublimiſſimam maieſtatem, In principio, &c. vſque omnia per ipſum. Secundo eius vniuerſaliſſimam virtuoſitatem, Omnia per ipſum, vſque, Quod factum eſt. Tertio eius illuſtriſſimam ſapientialitatem: Quod factum eſt in ipſo vita erat. Quarto eius ad nos ardentiſſimam charitatem, ibi: Et vita erat lux hominum. Prima pars habet quatuor clauſulas, quatuor modis maieſtatem ſuam innuentes. Prima eſſentiæ ſpiritualitatem, In principio &c. Secunda perſonæ eius diuerſitatem, Et verbum. Tertia ſubſtantiæ identitatem, Et Deus. Quarta permanentiæ æternitatem: Hoc erat. Eſſentiæ filij Dei ſpiritualitas, notatur in nomine verbi, verbum enim de quo loquimur non eſt quid corporale, nec vocale: ſed mentale, vnde & ſpirituale ſecundum illud Pſalm. Eructauit cor meum (ait Deus) id eſt, mens mea verbum bonum. Diligenter autem videndæ ſunt iſtæ tres dictiones: ſcilicet, verbum, & erat, & in principio. Pro declaratione primi dicit Beatus Thomas, in poſtilla ſuper Ioan. Sciendum quod ea quæ ſunt in voce ſecundum Philoſophum ſunt ſigna earum, quæ ſunt in anima paſſionum. Cõſuetum eſt autem quod res ſignatæ in ſacris ſcripturis, ſortiantur vocabula ſignorum, & ecõuerſo, vt illud, petra autem erat Chriſtus. De neceſſitate ergo

Marginal notes: 1. Ioan. 1. — Ioan 9. 11. 6. 10. — Ioan. nonagenarius euangeliũ ſcripſit. — Tres Chriſti natiuitas æterna, temporalis & ſpiritualis. — A. C. 34. — Tres miſſæ in natali dici ſoli tæ quid repreſentẽt. — Pſal. 10. — Nemo ſcit ſe eſſe in gratia quã uis coniecturas habere poſſit. — Eſa. 40. Luc. 3. — Aug. in 10. ciuit. c. 29. — Hiero. ad Paul. — Horũ verborum in principio erat verbũ &c. bona interpretatio. — Pſal. 44. — De nomine, Verbũ. — Tho. lect. 1. in 1 c. Io. — Ariſt. in 1. de inter. — 1. Cor. 10.

A.C. 34. ergo oportet quòd illud intrinſecum animæ noſtræ, quod ſignatur exteriori verbo noſtro, verbum vocetur. Planum eſt autẽ, quòd id quod voce ſignatur interius in anima exiſtens prius eſt, quàm ipſum verbum voce prolatum exteriori, vtpote cauſa eius exiſtens. Si ergo volumus ſcire, quid ſit verbum interius in anima noſtra, videamus quid ſignificet verbum exteriori voce prolatum. In intellectu autem noſtro tria ſunt, ſcilicet ipſa potentia intellectus, ſpecies rei intellectæ, quæ eſt forma eius, ſe habens ad ipſum intellectum ſicut ſpecies coloris ad pupillam oculi, & tertium ipſa operatio, quæ eſt intelligere. Nullum autem iſtorum ſignatur verbo exteriori voce prolato. Nam hoc nomen, lapis, non ſignat ſubſtantiam intellectus, quia non intendit hoc dicere nominans ipſum, nec ſignat ſpeciem, quæ eſt quo intellectus intelligit, cùm etiam hoc non ſit intentio nominantis, nec ſignat ipſum intelligere: cùm intelligere nõ ſit actio exterius progrediens ab intelligente, ſed in ipſo permanens. Illud ergo propriè dicitur verbum interius, quod intelligendo intelligens format. Intellectus autem duo format ſecundum duas eius operationes. Nam ſecundum operationem illam quæ dicitur indiuiſibilium intelligentia, format definitionem. Secundum verò operationem ſuã qua componit & diuidit, format enuntiationem vel aliquid huius: & ideo illud ſic formatum interius & per operationem intellectus expreſſum definientis vel enuntiantis exteriori voce ſignatur. Vnde & Philoſophus dicit quòd ratio, quam ſignificat nomen, eſt definitio. Illud ergo ſic expreſſum, ſcilicet ſic formatum in anima, dicitur verbum interius, & ideo comparatur ad intellectum non ſicut quo intellectus intelligit: ſed ſicut in quo intellectus intelligit, quia in ipſo ſic expreſſo & formato videt naturam rei intellectæ. Et ſic patet quid ſignificetur per verbum, & quòd eſt quid ſpirituale in anima. Ex dictis autem duo concipere poſſumus de verbo. Primum quòd verbũ ſemper eſt aliquid procedens ab intellectu in in actu exiſtente. Secundum eſt, quòd verbum eſt ratio & ſimilitudo rei intellectæ. Et ſiquidem eadem res ſit intelligens & intellecta, tunc verbum eſt ratio & ſimilitudo intellectus, à quo procedit. Si autem ſit aliud intelligens & intellectum: tunc verbum nõ eſt ratio & ſimilitudo intelligentis: ſed rei intellectæ ſicut conceptio quam quis de lapide in mente habet eſt ſimilitudo lapidis tantùm: ſed quando intellectus intelligit ſe, tunc huiuſmodi verbum eſt ratio & ſimilitudo intellectus. Et ideo Auguſt. ponit ſimilitudinem trinitatis in anima ſecundum quod mens intelligit ſeipſam: non autem ſecundum quod intelligit alia. Patet ergo quòd in qualibet natura intellectuali, cui competit intelligere neceſſe eſt ponere verbum. De ratione enim intelligendi eſt quòd intelligendo intellectus aliquid formet. Huius autem formatio dicitur verbum: & ideo in omni intelligente oportet ponere verbum.

Intellectus tria obtinet.

Ariſt. in cat.

Verbum quid eſt.

Aug. lib. 9. de Trin. ca. 12.

Sciendum autem ſecundum Thom. vbi ſupra. quòd verbum de quo loquitur Ioannes hic, & Eccl. 1. cap. Fons ſapientiæ Dei in excelſis, habet triplicẽ differentiam ad verbum noſtrum. Prima eſt ſecundùm Aug. quia verbum noſtrũ prius eſt formabile quàm formatum. Nam cùm volo concipere rationẽ lapidis: oportet quòd ad ipſam ratiocinando perueniam, & ſic in omnibus aliis quæ à nobis intelliguntur: niſi fortè in primis principiis, quæ cùm ſint nobis naturaliter nota, abſque diſcurſu rationis

Tho. ibi. Verbum diuinum differt à noſtro.

Aug li. 15. de Tri. c. 15.

A ſtatim intelliguntur. Quandiu ergo intellectus ratiocinando diſcurrit, hac illácque iactatur, necdum formatio perfecta eſt: niſi quando ipſam rationem rei perfectè conceperit: & tunc primò habet rationem verbi. Et inde eſt quòd in anima noſtra eſt & cogitatio, per quam ſignificatur ipſe diſcurſus inquiſitionis, & verbum quod eſt iam formatum per perfecta contemplatio veritatis. Et ſic verbum noſtrum prius eſt in potentia quàm in actu: ſed verbum Dei ſemper eſt in actu: vnde nomen cogitationis propriè verbo Dei non conuenit. Et ideo dicit Auguſt. in 15. de Trinitate. quòd ita dicitur illud verbum B Dei: vt cogitatio non dicatur, ne aliquid quaſi volubile in Deo credatur. Secunda differentia verbi diuini ad noſtrum eſt: quia verbum noſtrum eſt imperfectum: verbum autem Dei perfectiſsimum. Quia enim non poſſumus omnia, quæ ſunt in anima noſtra vno verbo exprimere, ideo oportet quòd ſint plura verba imperfecta per quæ diuiſim exprimamus omnia quæ ſunt in ſcientia noſtra. In Deo autem ſic non eſt: cùm ipſe intelligat & ſeipſum, & quicquid aliud per eſſentiam ſuam vno actu: & ideo vnicum verbum diuinum eſt expreſſiuum totius quod eſt in Deo: non ſolum patris C ſed etiam creaturarum, aliàs eſſet imperfectum. Et ideo dicit Auguſtinus. Si aliquid minus eſſet in verbo quàm in ſcientia dicentis continetur, verbum eſſet imperfectum. Si eſt perfectiſsimum, ergo vnum tantum. Iob. 33. cap. Semel loquitur Deus. Tertia differentia eſt, quia verbum noſtrum non eſt eiuſdem naturæ nobiſcum: ſed verbũ diuinum eſt eiuſdẽ naturæ cum Deo: & ideò eſt aliquid ſubſiſtens in natura diuina. Nam ratio intellecta de aliqua re, quam intellectus noſter format: habet eſſe in anima noſtra intelligibili tantùm. Intelligere autẽ animæ non eſt idẽ, quod eſſe naturale animæ, D quia anima non eſt ipſa ſua operatio, & ideo verbum quod intellectus noſter format, non eſt de eſſentia animæ, ſed eſt accidens ei. In Deo autem eſt idem intelligere & eſſe, & ideò verbum intellectus diuini non eſt aliquid accidens: ſed pertinens ad naturam eius, vnde oportet quod ſit ſubſiſtens, quia omne quod eſt in natura Dei eſt Deus: ex præmiſsis ergo tenendum eſt quòd propriè loquendo verbum ſemper accipitur perſonaliter in diuinis, cùm non importet, niſi quid expreſſum ab intelligente. Item cùm verbum in diuinis ſit ſimilitudo eius, à quo procedit, oportet E quòd ſit coæternum ei à quo procedit, cùm non prius fuerit formabile, quàm formatum, ſed ſemper in actu. Et quòd ſit coæquale patri, cùm ſit perfectum, & totius eſſe patris expreſsiuum. Et quòd ſit coeſſentiale & conſubſtantiale, cùm ſit ſubſiſtens in natura eius. Patet etiam quòd, cùm ſit in qualibet natura id quod procedit habens ſimilitudinem naturæ eius à quo procedit, vocetur filius, & hoc verbum procedit in ſimilitudine & identitate naturæ eius à quo procedit: conuenienter & propriè dicitur filius hoc verbum, & productio eius dicitur generatio. Et ſic patet primum ſcilicet quid ſit F hoc quod dicitur verbum, & quia ſpirituale quid eſt. Et hæc ratio ſecundum Chryſoſtomum quare Ioan. loquens de Filio Dei nõ dixit. In principio erat filius, ne ſcilicet, audiendo generationem ſub nomine filij in diuinis, putaremus illam qualis eſt in humanis talem eſſe, ſcilicet, materialem & paſsibilem, & ideo non dixit filius ſed verbum:

A.C. 34.

Quare verbum Dei non dicitur cogitatio. Aug. in 15. de Trin. c. 16.

Aug. in 15. de Trin. c. 14.

Intelligere Dei eſt aliquid ſubſiſtẽs.

Verbum Patri coæternum & æquale & conſubſtantiale.

Chryſoſto. in Io.

A.C. 34.

Quare nõ dixit Euãgeliſta. In principio erat filius.

quod importat intelligibilem proceſſum, vt non intelligas materialem & paſsibilem illã generationem ſed ſpiritualem. Ioan. 4. Spiritus eſt Deus. Et eiuſdem 3. Quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Vel ideo dicit Ioannes verbum & non filius, quia filius dicit ſolum reſpectum ad patrem: ſed verbum dicit comparationem ad dicentem, & ad id quod verbum dicitur: & ad vocem quam induit, & ad doctrinam quam per verbum influit: & ideo nullum nomẽ ita propriè decuit poni quàm verbum. Et quia importat comparationem ad patrem, à quo procedit, ſicut & nomen patris ad filium, & ad creaturas, quas verbum fecit, & ad carnem, quàm induit, & ad doctrinam, quam præbuit. Dicturus etiam erat de eo inquantum venerat ad manifeſtandum patrem quę manifeſtatio fit potiſſimum per verbum, & ideo aptiſſime ſub nomine verbi deſcribit. Mouet Chryſo. & aliam quæſtionem, quare, ſcilicet, Ioannes patrẽ dimittens ſtatim cœpit à filio, dicens. In principio erat verbum? Ad quod ipſe reſpondet quòd pater innotuerat omnibus in veteri teſtamento, non tamen in ratione patris, ſed vt Deus. Dei Filius autem ignorabatur, & ideo in nouo teſtamento, in quo agitur de cognitione verbi incœpit à filio. Tum etiam quia per filium inducuntur homines in notitiam patris: ſecundum illud Ioan. 17. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, & ideo congruenter Euangelium inchoauit à filio dicens. In principio, &c. Tertia quæſtio eſt Aug. quærentis quare cùm in Græco habeatur λόγος, vbi nos dicimus verbum, & λόγος Latinè ſignificat rationem & verbum, quare potius dictum eſt verbum quàm ratio. Reſpondet, quòd ratio propriè importat conceptum mentis ſecundum quod eſt in ipſa mente, & ſi quid per illam exterius fiat: ſed verbum, aliquid ad exteriora comparatum. Et quia Euangeliſta per hoc quod dixit λόγος, non ſolum intendebat ſignare reſpectum & exiſtentiam filij in patre: ſed etiam operatiuam potentiam filij in patre, quia omnia per ipſum facta ſunt, ideo antiqui noſtri magis tranſtulerunt λόγος in verbum quàm in rationem, quia verbum importat reſpectum ad exteriora, ratio autem tantum conceptum denunciat. Quartam quæſtionem mouet Orig. ſcilicet cùm in multis locis ſcripturæ vbi fit mentio de verbo addatur Dei, id eſt, verbum Dei. vt Apoc. 19. Nomen eius verbum Dei. & Eſa. 40. Verbum Domini ſtabit in æternum: quare Ioannes hic abſolutè ponit verbum ſine additione aliqua. Reſpondet idem quòd licet ſint multæ veritates participatiuæ: tamen vna eſt veritas abſoluta, [ſcilicet ipſum eſſe diuinum, qua veritate omnia ſunt vera, eodem modo eſt vna ſapientia] quæ per eſſentiam ſuam eſt ſapientia abſoluta ſupra omnes eleuata: ſcilicet, ſapientia diuina, per cuius participationem omnes ſapientes ſunt ſapientes. Ita eſt etiam vnum verbum abſolutum, per cuius participationem omnes habentes verbum, dicuntur eſſe dicentes, quòd eſt verbum diuinum: quod per ſeipſum eſt verbum ſuper omnia eleuatum verba. Vt ergo Euangeliſta hanc ſuperuenientiam verbi inſinuaret: ipſum verbum abſque aliqua additione nobis abſolute propoſuit.

Chryſ. ib. Quare Euangeliſta à filio & non à patre incœpit.

Aug. li. 83. quæſ. q. 63.

Quare dictum eſt verbum & non ratio.

Cur non dicatur verbum Dei.

§. II.

Cur Euangeliſta præterito imperfecto vſus fuerit.

SVPER illo verbo, erat, cùm præteritum imperfectum repugnet æternitati, in qua nulla eſt præ-

A teritio: videtur quòd non congrue deſcribatur verbum Dei per erat. Sed reſpõdetur quòd cùm eſſe verbi hic notetur vt permanens & immutabile & omnia antecedens, & hæc tria importat hoc verbum erat, ideo congruè dixit, erat. Cùm enim ſit mediũ inter præſens & præteritum, & medium ſapiat naturam extremorum, à præſenti, erat, habet permanentiam, à præterito immutabilitatem, & à ſeipſo anteceſſionem & ordinem, ſcilicet, æternitatis ad tempus, & ideo conuenientiſſime dixit, erat. Vnde dicit Thom. in poſtilla ſua, quòd verbum temporis præteriti imperfecti maxime videtur competere ad ſigni-
B ficandum æterna, ſi attendamus naturam temporis & eorum quæ ſunt in tempore. Nam futurum non ponitur eſſe in actu, præſens autem ponitur eſſe in actu: ſed non deſignatur fuiſſe, præteritum autem perfectum deſignat aliquid extitiſſe: ſed iam eſſe terminatum & deſiiſſe: ſed præteritum imperfectum deſignat aliquid extitiſſe, ſed nondum terminatum eſſe, nec deſiiſſe: ſed adhuc remanere & ideo ſignanter Ioannes vbicunque aliquid æternum ponit, dicit erat, vbi aliquid temporale, dicit fuit. Sed quantum ad rationem præſentis, maxime conuenit ad deſignandum æternitatem præſens, quia ſignat aliquid
C eſſe in actu, quod ſemper conuenit æternis, vnde Exod. 3. dicitur. Ego ſum qui ſum. & Auguſt. dicit quod ille ſolus verè eſt, cuius eſſe non nouit præteritum nec futurum. Eſt etiam conſiderandum ſecundum gloſſ. quod hoc verbum, Erat, non ſumitur hìc ſecundum quòd ſignificat temporales motus more aliorum verborum: ſed ſecundum quòd ſignificat rei exiſtentiam, vnde & verbum ſubſtantiuum dicitur.

A.C. 34.

Thom. in Io. lec. 1.

Imperfectũ tempus ad æterna ſignificãda aptum.

Præſens æternitatem deſignat.

Auguſt. de Trin. l. 3. c. 2.

Sed poteſt hic aliquis quærere. Cùm verbum iſtud ſit genitum à patre, quomodo poſſit eſſe ei coæternum: cùm filius genitus à patre ſit poſterior eo in
D humanis? Ad quod dicendum ſecundum Thom. vbi ſupra. quòd principium originis inuenitur eſſe prius duratione, eo quod eſt ex principio propter tria: primo quidem quia principium originis alicuius rei præcedit tempore actionem per quam producit rem cuius eſt principium, ſicut non ſtatim quando eſt homo incipit ſcribere, & ideo homo tempore pręcedit ſcripturam. Secundo propter hoc quòd actio habet ſucceſsionem: & ideo etſi ſimul incipiat cum agente, tamen terminus actionis eſt poſt ipſum agentem. Sicut cùm ſimul generatus eſt ignis in iſtis inferioribus, incipit ſurſum tendere, prius tamen eſt
E ignis, quàm ſurſum tendere: quia motus quo ſurſum tendit, quodam tempore menſuratur. Tertio modo eo quòd ex voluntate principij determinatur initium durationis eius quod eſt in principio, ſicut ex voluntate Dei determinatur initium durationis creaturæ, vnde prius fuit Deus quàm creatura. Nil autem horum trium in generatione diuini verbi repetitur. Non enim prius fuit Deus, quàm inciperet generare verbum. Cùm enim generatio verbi, nihil aliud ſit quàm intelligibilis conceptio, ſequeretur quòd Deus prius in potentia eſſet intelligens, quàm in actu, quod eſt impoſsibile. Similiter
F non poteſt eſſe, quòd ipſa generatio verbi ſit ſucceſſiua, nam ſic prius eſſet diuinum verbum informe, quàm formatum, ſicut accidit in nobis: qui cogitando formamus verba, quod eſt falſum. Similiter non poteſt dici quòd pater ſua voluntate initium durationis filio præſtiterit, quia Deus pater non generat filium voluntate, vt Arriani dixerunt

Thom. ib. Fili' quomodo patri coæternus.

Tres ob cauſas principiũ præcedit id quod ex principio quarũ nulla in filium Dei cadit.

A.C. 34.

Pater non generat filium volũtate ſed naturaliter.

dixerunt hæretici, ſed naturaliter. Deus enim pater ſeipſum intelligendum verbum concipit, & ideo non ante fuit Deus pater quàm Filius. Sicut quàm cito fuit ignis, habuit lucem à quo procedit ſplendor non ſucceſſiue: ſed ſubitò, non voluntate ſed naturaliter, & ideo quàm cito eſt ignis, & ſplendor eius. Vnde ſi eſſet ignis æternus eſſet ſplendor coæternus, propter quod filius dicitur ſplendor patris ad Hebr. 1. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ. Sed in hac ſimilitudine deficit connaturalitas, & ideo nominamus eum filium: cùm tamen in filiis qui ſunt apud nos deficit coæternitas. Oportet enim ex multis ſimilitudinibus ſenſibilium in diuinam cognitionem deuenire: quia vna non ſufficit. Nominamus ergo Dei filium diuerſis nominibus ad exprimendum diuerſimodè perfectionem eius, quæ vno nomine exprimi non poteſt. Vt enim oſtendatur connaturalis patri dicitur filius, vt oſtendatur omnino ſimilis; dicitur imago, vt oſtendatur coæternus, dicitur ſplendor: vt oſtendatur immaterialiter genitus & quid ſpirituale, dicitur verbum.

Varia filij Dei nomina.

§. II.

Thom. in Io. lect. 1.

Principiũ reperitur in omnib. in quibus & ordo.

SVPER illo verbo In principio, dicit Thom. vbi ſupra, Sciendum quòd principium multis modis dicitur. Principium enim importat ordinem quendam ad alia, & ideo in omnibus in quibus inuenitur ordo, inuenitur & ratio principij. Inuenitur enim ordo & in quantitatibus. Et ſic in numeris principium eſt vnitas: & longitudinis principium linea, & lineæ punctus. Et in tempore inuenitur ordo: & ſic principium dicitur temporis vel durationis. In diſciplinis quoque eſt ordo & principium duplex, quia vel ſecundum naturam, vel quo ad nos. Et hoc modo ſecundum naturam quidẽ in diſciplina Chriſtiana initium & principium ſapientiæ noſtræ eſt Chriſtus, inquantum eſt ſapientia & verbum Dei, id eſt, ſecundum diuinitatem. Quo ad nos vero eſt principium ipſe Chriſtus, inquantum verbum caro factum eſt, id eſt, ſecundum incarnationem. Inuenitur etiam ordo in productione rei, & ſecundum hoc principium dicitur, vel ex parte generati, ſcilicet, ipſa prima pars generati vel facti, & ſic fundamentum dicitur principium domus. Vel ex parte facientis: & ſic eſt triplex principium, ſcilicet intentionis, quod eſt finis, qui mouet agentem: rationis, quod eſt ipſa forma in mente artificis, & executionis, quod eſt in potentia operandi. His ergo modis cùm dicatur principium videndum eſt quomodo hic ſumatur principium, cùm dicitur In principio. Vbi attendendum quòd tripliciter poteſt ſumi. Vno modo ſecundum quod principium ſupponit pro perſona filij, qui eſt principium creturarum & ſecundum quod eſt principium virtutis actiuæ, & per modum ſapientiæ quæ eſt ratio eorum quæ fiunt: vnde dicitur. 1. ad Corint. 1. Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Et Dominus de ſe dicit Ioan. 8. Ego principium qui & loquor vobis. Sic ergo intelligendo principium, exponendum eſt quod dicitur. In principio erat verbum, ac ſi diceret. In filio erat verbum: vt ſit ſenſus. Ipſum verbum erat principium: eo modo loquendi quo etiam dicitur vita eſſe in Deo: quæ vita non eſt aliud quàm ipſe Deus, & ſic exponit Orige. & Chry. dicit. Vt oſtendat Euangeliſta ſtatim in principio Chriſti diuinitatem, ait. In principio erat, &c. quia ſecundum æſtimationem omnium honorabiliſſimũ eſt principium. Secundo poteſt accipi principium prout ſupponit pro perſona patris, qui eſt principiũ non ſolum creaturarum: ſed etiam filij & ſic accipitur principium in Pſal. cùm dicitur, Tecum principium in die virtutis tuæ, &c. Sic accipitur cùm dicitur. In principio erat verbum, ac ſi dicat. In patre erat filius: & ſic exponit Orig. & Aug. Dicitur autem filius eſſe in patre, quia eſt eiuſdem eſſentiæ cum patre. Cùm enim filius ſit eſſentia ſua: in quocunque eſt eſſentia filij, eſt filius, quia ergo in patre eſt eſſentia filij per conſuſtantialitatem, conſequens eſt quòd filius ſit in patre, vnde & Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me eſt. Tertio modo poteſt accipi principium pro principio durationis, vt ſit ſenſus. In principio erat verbum, id eſt, verbum erat ante omnia, vt exponit Aug. Et deſignatur per hoc verbi æternitas ſecundum Baſilium, & Hilarium. Per hoc enim oſtenditur quòd quodcunque durationis principium aliquis acceperit, ſiue temporis rerum corporalium, ſiue ſæculi rerum æternarum, ſiue æuiternarũ, quod eſt æuum, ſiue totius mundi, ſiue quodcunque imaginatum principium durationis: in illo principio iam erat verbum. Et hoc eſt quod dicitur Prouerb. 8. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio. Quod autem eſt ante principium durationis: eſt æternum. Et ſic per iſtam expoſitionem aſſeritur verbi cauſalitas, per ſecundam ad patrem conſubſtantialitas, per tertiam æternitas.

Principiũ trifariam hic ſumi poteſt.

Pſal. 106.

A.C. 34.

Aug. in 5. de Trin. c. 2.

Filius quomodò in patre.

Iaſ. lib. 2. cõt. Euno. Aug. lb.

Hil. in 2. de Tri.

§. III.

Thom. in Ioã lec. 1.

Quid ſignent Deus & deitas.

QVANTVM ad ſecundam clauſulam: illud ſcilicet. Et verbum erat apud Deum, Thom. vbi ſupra. Conſideranda eſt ſignificatio diuinorum verborum quæ non ſunt poſita in prima clauſula: & & hæc duo ſunt, ſcilicet Deum & Apud. Sciendum igitur quantum ad primam dictionem, ſcilicet, Deũ: quòd hoc nomen, Deus, ſignificat diuinitatem: ſed in ſuppoſito & concreto: ſed hoc nomen deitas ſignat deitatem in abſtracto & abſolute, & ideo hoc nomen deitas ex naturali virtute & ex modo ſignificãdi non poteſt ſupponere pro perſona diuina: ſed pro natura tantum: Sed hoc nomen Deus naturaliter & ex modo ſignificandi, oportet quòd ſupponat pro quacunque perſona, ſicut hoc nomen homo, ſupponit pro perſona humanitatis. Et quotieſcunque veritas locutionis vel ipſum prædicatum exigit, vt hoc nomen Deus ſupponatur pro perſona: tunc ſupponit pro perſona, vt cùm dicitur. Deus generat Deũ, Et ita cùm dicitur, Apud Deum, quia, apud, eſt præpoſitio ſignificans diſtinctionem ipſius verbi, quod tamen non eſt diſtinguendum à natura patris, apud quem eſt, ſed à perſona prima tantùm per relationem originis. Et ideo oportet quòd Deus hic ſupponat pro perſona patris. Signat ergo Euangeliſta cùm dicit Apud Deum, perſonam patris.

Deus prõ perſona aliquãdo ſumitur.

Circa ſecundum, ſcilicet apud, &c. ſciendum q̃ hæc præpoſitio, apud, quandam coniunctionem rei ſignificatæ per rectum ad rem ſignificatam per obliquum importat, ſicut & alia præpoſitio, in, importat coniunctionem intrinſecã: hæc autẽ præpoſitio, apud, dicit coniunctionẽ extrinſecã quodammodo, & ideo vtrũque in diuinis dicimus, ſcilicet, filiũ eſſe in patre, & apud patrem. Et intrinſecum quidem in diuinis ad conſuſtantialitatem pertinet, intrinſecũ verò (vt ſic liceat loqui in diuinis, cùm non propriè dicatur extrinſecum) non niſi ad diſtinctionem

Apud præpoſitio qualiter accipitur.

Filiũ eſſe in patre & apud patrem quomodo intelligendum.

A.C. 34.

perſonarum refertur cùm filius non diſtinguatur à patre niſi perſonaliter. Et ſic ideo per vtrumque iſtorum & conſubſtantialitas in natura & diſtinctio in perſonis deſignatur. Conſubſtantialitas quidem inquantum importat coniunctionem: diſtinctio vero perſonarum, inquantum diſtinctionem quandam ſignat. Et quia hæc præpoſitio, in, principaliter conſubſtantialitatē deſignat inquantū importat coiunctionē intrinſecā: & ex conſequenti diſtinctionem perſonarū, inquantū omnis prępoſitio eſt tranſitiua: hæc verò præpoſitio, apud, coniunctionē quidē deſignat ſed diſtinctionē perſonarū principaliter inquantum coniunctionē quodāmodo extrinſecā. Et ideo Euangeliſta ſpecialius in hoc loco hac præpoſitione, apud, vſus eſt, vt perſonalē diſtinctionem filij à patre inſinuaret, dicens. Et verbum erat apud Deū, id eſt, filius apud patrem. Sciendum autem quod per hanc præpoſitionem apud, quatuor deſignantur: per quæ quatuor obiectiones contrariæ excluduntur. Significat enim hæc præpoſitio, apud, ſubſiſtentiam in recto. Non enim propriè dicitur, albedo eſt apud corpus, cùm albedo non ſit ſubſiſtens: ſed quia homo eſt aliquid ſubſiſtens, propriè dicitur, homo eſt apud hominem. Secundo ſignificat authoritatem in obliquo. Non enim dicitur eſſe Dominus apud ſeruum, vel rex apud militem ſuum: ſed econtrario dicitur ſeruus eſſe apud Dominum, & miles apud regem. Tertio ſignat diſtinctionem. Non enim dicitur vnus homo eſſe apud ſeipſum, ſed apud alium hominem. Quarto ſignat coniunctionem & ſocietatē quandam. Cùm enim dico, talis eſt apud talem, quādam ſocialem coniunctionem inſinuo. Secundum igitur has quatuor conditiones importantes in ſignificatione huius præpoſitionis, apud, conuenienter Euangeliſta hanc clauſulam, ſcilicet, Et verbum erat apud Deum, ſubiunxit primæ clauſulæ, ſcilicet In principio erat verbum. Secundum enim quòd principium ſumitur pro eo quod eſt ante omnia, vel etiā ſecundum quod ſumitur pro patre, inſurgunt quatuor obiectiones factæ ab hæreticis: ſed per quatuor conditiones ſupradictas huius præpoſitionis, apud, excludi poſſunt. Harum igitur obiectionum prima eſt talis. Tu dicis quòd verbum erat in principio, id eſt, ante omnia, ſecundum illam expoſitionem ſupradictam. Vbi ergo verbum erat, ſi ante omnia erat? Hæc ſubiectio procedit ſecundum imaginationem illorum qui ponunt omnia quæ ſunt alicubi & in loco eſſe. Quæ quidem obiectio excluditur à Ioanne cùm dicit. Apud Deum, vt ly, apud, deſignet coniunctionem ſecundum vltimam eius conditionem ſupradictam, vt ſit ſenſus ſecundum Baſilium, quaſi ſi quis quæreret à Ioanne. Vbi ergo erat verbum, ſi erat ante omnia? Reſpondet, quòd ante Deum, quaſi diceret, Non in loco, cùm incircunſcriptibile ſit: ſed apud patrē, neq; pater loco, neq; filius aliqua circūſcriptione continetur. Secunda quæſtio eſt talis. Tu dicis quòd verbum erat in principio, id eſt ante omnia: ſed ea quæ ſunt ante omnia, videntur non ex aliquo procedere: non igitur hoc verbum eſt ab aliquo procedens. Sed hæc obiectio excluditur cùm dicit Ioan. Et verbum erat apud Deum, vt ly, apud, accipitur ſecundùm ſecundam acceptionem, ſecundùm quam importat authoritatem, vt ſit ſenſus ſecundum Hila. cùm dicis. A quo eſt verbum ſi ante omnia eſt? Reſpondet Ioannes, Eſt apud Deum. q. d. licet careat initio durationis, non tamen caret authoritate originis, erat enim apud patrem vt apud authorem. Tertia quæſtio eſt ad aliam expoſitionem

A B C D E F

Tho. ibi.

Apud præpoſitio quatuor deſignat.

Quatuor obiectiones hæreticorum.

Filius erat apud Patrem ante omnia creata.

Baſil. ho. 16.

Hil. li. 2. de Trin.

Filius erat apud Patrem vt apud authorem.

de principio, prout ſcilicet ſignat patrem & eſt talis. Tu dicis In principio erat verbum, id eſt filius in patre. Sed quod eſt in aliquo, non videtur eſſe ſubſiſtens, ſicut nec albedo quam dicimus eſſe in corpore non vtique ſubſiſtit, ergo verbum non eſt ſubſiſtens hypoſtaſis. Sed hæc obiectio tollitur in hoc quod dicit Ioannes. Et verbum erat apud Deum ſecundū quòd ly, apud, ſumitur ſecundum primam acceptionem, in qua ſignat ſubſiſtentiam in recto & ſic exponit Chryſ. Verbum erat apud Deum: non vt accidens: ſed apud Deum vt ſubſiſtens & hypoſtaſis. Quarta obiectio eſt. Tu dicis quòd verbum eſt in patre quia in principio, ſed quod eſt in aliquo, non eſt diſtinctum ab eo, ſi ergo filius in patre: ergo non eſt diſtinctus ab eo. Sed hæc obiectio tollitur per hoc quod dicitur, Verbum erat apud Deum, vt ly, apud, ſumatur prout importat diſtinctionem quandam, vt ſit ſenſus ſecundum Alcuinum & Bedam. Verbum ita erat in principio, id eſt, in patre per conſubſtantialitatem naturæ, quòd tamen eſt apud Deū patrem per diſtinctionem perſonæ: & ſic ex iſta clauſula habes coniunctionem verbi ad patrem in natura ſecundum Baſil. diſtinctionem: in perſona ſecundum Alcuinum & Bedam. Subſiſtentiam verbi in natura diuina ſecundum Chryſ. Authoritatem originis patris ad verbum, ſecundum Hila.

A.C. 34.

Verbum eſt ſubſiſtens hypoſtaſis.

Chryſ. ho. 3. in Io.

Bed. in ca. 1. Ioan. verbum in perſona à Patre diſtinguitur

Baſil. ib.

§. IIII.

TERTIA clauſula eſt. Deus erat verbum. Hæc clauſula ſecundùm ordinem doctrinæ congruētiſſimè ſequitur ſecundum Thom. vbi ſupra. Quia enim Ioan. dixerat de verbo quando erat, & in quo erat, reſtabat quærere quid erat. Ad quod reſpondet Ioannes dicens. Deus erat verbum, id eſt, verbum erat Deus, vt ly, verbum, ponatur ex parte ſuppoſiti, & Deus ex parte prædicati. Sed cùm quærendum ſit de re prius quid eſt quàm vbi ſit, vel quando ſit, quare Ioannes econtrario poſuit poſterius, hoc ſcilicet, quid ſit verbum? Reſpondet Orig. quòd aliter dicitur verbum Dei eſſe apud Deum, aliter apud homines. Nam apud homines eſt vt perficiens eos, quia per verbum Dei homo efficitur ſapiens & prophetans: vnde Sap. 7. dicitur de ſapientia. Amicos Dei & prophetas conſtituit, illuſtrans, ſcilicet, lumine ſapientiæ. Apud Deum verò non ita dicitur eſſe verbum quaſi pater perficiatur per verbum & illuſtretur ab eo, ſed ſic verbum eſt apud Deum, quòd accipit [naturalem diuinitatem ab ipſo, qui verbum loquitur: à quo habet vt ſit idem Deus cum eo.] Et quia verbum habet quòd ſit Deus per hoc quòd eſt apud Deum & in Deo: ideo neceſſarium fuit primo oſtendere quòd verbum erat in patre, & apud patrem, quàm quòd verbum erat Deus.

Sciendum etiam quòd per hanc clauſulam, Deus erat verbum, reſponderi poteſt duabus quæſtionibus, quæ ex prædictis inſurgunt: quarum vna eſt ex nomine verbi: & eſt talis, Tu dicis quòd verbum erat in principio & apud Deum. Sed conſtat quòd verbum ſecundum communem vſum loquendi ſignat vocem aliquam & enuntiationem negotiorum & manifeſtationem: ſed iſta tranſeunt & non ſubſiſtunt: quomodo ergo credi poteſt de verbo quod Ioannes dicit? Sed hæc quæſtio ſoluitur ſecundum Auguſtinum ſuper Ioannem. Nam cùm dicit. In principio erat verbum: ſatis oſtendit quòd non accipitur verbum pro locutione: quia cùm locutio ſit in motu & tranſeat: non poteſt dici ꝙ erat in prin-

Thom. ib. Deus erat verbum exponitur.

Orig. to. 2. in Ioan.

An verbū aliquid ſubſiſtens ſignificet.

Aug. trac. 1. in Io.

A.C. 34.

principio. Item cùm ſubdit, Et verbũ erat apud Deũ, A idem ſatis datur intelligi. Patet enim quod aliud eſt ineſſe, aliud adeſſe. Verbum enim noſtrum cùm non ſubſiſtat non adeſt: ſed ineſt, ſed verbum Dei cùm ſit ſubſiſtens: ideo adeſt, quod ſignanter oſtendit Euangeliſta dicens. Et verbum erat apud Deum. Sed vt obiectionis cauſa totaliter auferatur, nomen & eſſe verbi expreſſit dicens. Et Deus erat verbum.

An verbũ ſit à Deo ſeparatũ.

Alia quæſtio inſurgit ex hoc quòd dixerat verbum erat apud Deum. Nam cùm, apud; dicat diſtinctionẽ, poſſet credi quòd verbum ita eſſet apud Deum, ſcilicet, patrem ab eo natura diſtinctum. Et ideo ad hoc excludendum ſtatim ſubdit. Et Deus erat verbum. B q.d. Verbum non eſt ſeparatum à natura diuina: ſed verbum eſt Deus ipſe. Notandus eſt etiam modus iſte loquendi, cùm dicit. Verbum erat Deus. Abſolute enim ponit Deum; vt oſtendat non eo modo eſſe verbum Deum, quo creaturæ dicuntur Deus, in ſacra ſcriptura: ſed ſimpliciter & abſolute dicit verbum Deum. Cùm enim de creatura aliqua dicitur quod ſit Deus; ſemper hoc manifeſtatur per aliquam additionem: ſicut eſt illud Exod. Conſtitui te Deum Pharaonis: ad deſignandum quod non ſimpliciter eſt Deus ſicut verbum Dei: ſed quòd ſit datus Deus Pharaoni ad puniendum, & liberandum filios Iſrael. C Et illud Pſal. Ego dixi dij eſtis. q.d. ſecundum meam reputationem non ſecundum rei veritatem. Aliud eſt enim dici Deum, aliud eſſe Deum. Verbum ergo Dei abſolute dicitur Deus, quia eſt ſecundum eſſentiam ſuam Deus, non ſecundum participationem, vt homines & Angeli. Sciendum etiam quòd cùm neceſſarium ſit ponere verbum in omni natura intellectuali: de ratione intelligendi enim eſt, quod intellectus intelligendo formet aliquid, & illa formatio dicitur verbum. Ideo ſicut triplex eſt natura intellectualis, ita triplex eſt verbum. Eſt enim natura intellectualis humana, angelica, & diuina, ſic eſt verbum D humanum. Pſalm. Dixit inſipiens in corde ſuo, &c. Verbum angelicum: Zach. 1. Dixit Angelus qui loquebatur, &c. Verbum diuinum. Geneſ. 1. Dixit Deus, Fiat lux, &c. Cùm autem Euangeliſta loquitur de verbo, conſtat quod non intelligit de verbo humano vel angelico, quia vtrumque eſt factum, & non præcedit dicentem. Homo autem & Angelus habent principium ſuum & cauſam. Item verbum humanum eſt triplex, ſcilicet mentale. Pſalm. Eructauit cor meum verbum bonum: prout loquitur Dauid de ſe. Verbum vocale. Matth. 8. Dixit Centurio Chriſto, Tantum dic verbo, & ſanabitur puer E meus. Verbum manuale operis vel ſcripturæ. vnde Dauid interrogauit. Quod eſt verbum quod factum eſt? Præcipuè tamen ſermo & ſcriptura Dei dicitur verbum per excellentiam, quaſi verbum boans, id eſt, intonans. Auguſtinus. Non eſt minus verbum Dei, ſcilicet, quod prædicatur quàm corpus Chriſti. 1. quæſtio. 1. interrogo. Hic etiam notandum quod Origen. turpiter errauit dicens quòd verbum non eſſet Deus per eſſentiam, etſi ſit verbum eſſentialiter; ſed eſt Deus per participationem. Et ſolus pater eſt Deus per eſſentiam: & ſic poſuit filium minorem patre. Sed cùm Apoſtolus ad Roman. 9. dicat. F Ex quibus eſt Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus & 1. Ioann. vltim. de Chriſto dicitur. Hic eſt verus Deus & vita æterna: Ideo quod fingit Origen. eſt falſum & hæreticum. Cùm igitur verbum dicatur hic & ſit Deus, & pater ſit Deus, non autem ſit niſi vna deitas, patet quòd eſt conſuſtantialis patri & vnus Deus cum eo.

Exod. 7.
Creatura quomodo Deus appellatur.
Pſal. 81.
Thom. ib.
Pſal 12.
Intellectualis natura triplex.
Pſal. 44.
2. Reg. 2.
Aug. l. 50. ho. 26. ho.
Error Origen.

§. V.

A.C. 34.

QVARTA clauſula eſt. Hoc erat in principio apud Deum. Hæc introducitur propter clauſulam præcedentem. Ex hoc enim quòd Euangeliſta præmiſerat, quòd verbum erat Deus: duplex falſus intellectus elici poterat à non rectè ſentientibus. Vnus à Gẽtilibus, & Manichæis. Gentiles enim ponunt deorum multitudinem & deorum diuerſitatem. Contra quos Dominus dixit Deu. 6. Audi Iſrael Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Ponunt etiam contrarias voluntates deorum: ſicut illi qui fabulantur Iouem cum Saturno pugnaſſe. Et Manichæi, qui duo principia prima contraria fingunt. Quia ergo Euangeliſta dixerat, Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, poſſent iſti in fulcimentum ſui erroris hoc inducere intelligentes alium Deum eſſe ſiue contrarium, quod eſt contra legem Euangelij. Et ideo ad hoc excludendum dicit. Hoc erat in principio apud Deum. q.d. ſecundum Hil. Ita dico quod verbum eſt Deus, quòd tamen non habet diuiſam diuinitatem: ſed eſt apud Deum, id eſt, in vna natura, in qua eſt ipſe. Item per hoc quod dixit, Verbũ erat Deus, ne intelligatur habere contrariam voluntatẽ, addidit hoc, Verbum erat in principio apud Deum, ſcilicet patrem, non ab eo diuiſum, non contrarium: ſed habens cum ipſo vnitatem naturæ: & concordiã voluntatis. Quæ quidem vnio fit per comunionem diuinæ naturæ in tribus perſonis, & per nexum naturalis amoris patris & filij, qui nexus amoris dicitur, & eſt Spiritusſanctus; eſt enim ſecundum Hiero. ſpiritusſanctus non pater nec filius, ſed amor patris in filiũ & filij in patrẽ. Non quidẽ amor accidẽtalis, vt eſt amor noſter vel Angeli & verbũ eorum, ſed ſubſiſtens & perſona tertia in trinitate, & vnus Deus ſicut & verbũ cum eo & patre ſecundũ illud 1. Ioan. 5. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cœlo. ſ. trinitatis: pater, verbũ, & ſpiritusſanctus, & hi tres vnũ ſunt. ſ. in eſſentia. Sicut. n. ſol producit ſplẽdorẽ immediatè, & ipſe p ſplendorẽ reuerberãdo ſuper terrã, calorẽ gignit; ita pater filiũ, & pater filius & ſpiritũſanctũ. Sed in iſto Euãgelio Io. nil expreſſe de Spirituſancto dixit quia nõ erat propoſitũ ſuũ tractare nunc niſi de verbo: ſed infra multa expreſſe dicit de eo in ca. 14. & 16. Ariani verò filiũ minorẽ patre dicunt propter illud, quod Chriſtus ait Io. 14. Pater maior me eſt, cùm tamen ſecundũ Aug. ibi loqueretur Chriſtus de ſe ſecundũ humanitatẽ, ſecundũ quã vtique minor eſt patre: quia eſt creatura, ſed ſecundũ deitatẽ æqualis eſt patri. Dicunt autẽ dicti Ariani filiũ minorẽ patre, & quantũ ad æternitatẽ & quantũ ad naturæ diuinitatẽ, ſed hæc excluduntur per ea, quæ ſubduntur. Dicũt enim propria eſſe magni Dei, quẽ patrẽ vocant, hæc duo. ſ. æternitatẽ & omnipotentiã, & in quo iſta duo inueniantur dicunt eſſe aliũ magnũ Deũ. Sed Euangeliſta oſtendit hæc duo eſſe in verbo. Æternitatẽ quidẽ cùm dicit, Hoc erat in principio apud Deum, id eſt, ab æterno hoc verbũ, non à principio creaturarũ, vt exponunt Ariani. Omnipotentia vero in eo quod ſubdit. Omnia per ipſum facta ſunt. Ergo ipſum verbũ eſt magnus Deus & non minor patre. Si quis verò rectè conſideret dictas quatuor clauſulas, euidenter inueniet deſtrui hæreticorum & philoſophorum errores. Quidam enim hæretici, vt Ebion & Terinthus errantes dicebant Chriſtum non fuiſſe ante virginem Mariam: ſed ab ea durationis ſumpſiſſe initium, eum purum hominem dicentes, & poſt modum diuinitatem

Manichæi
Hila. in 2. de Tri.
Spiritusſanctus amor patris & filij ſed amor ſubſiſtens.
Ariani redarguuntur.
Auguſt. in Io. trac. 78.
Chriſtus minor patre ſecundum humanitatẽ.
Omnes hæreticorũ de Trinitate errores confunduntur.

E 3 habuiſſe

A.C. 34. habuiſſe per bona merita. Quem errorem & Photi- A
nus & Paulus Samoſatenus ſecuti ſunt. Horum er-
ror excluditur dum dicitur à Ioanne. In principio
erat verbum, id eſt, ab æterno in patre & ante om-
Sabellius. nia. Non ergo ſumpſit initium ex virgine. Sabel-
lius quidem fatebatur Chriſtum non ſumpſiſſe ini-
tium à virgine: ſed fuiſſe ab æterno, dicebat tamen
quod non erat alia perſona patris, qui fuit ab æter-
no, & filij, qui ſumpſit carnem ex virgine, ſed eadem
perſona patris & filij & Spiritusſancti, & ſic pone-
bat in trinitate cõfuſionem. Cõtra quod dixit Euan-
gelium. Et verbum erat apud Deum, id eſt, filius
apud patrem, vt alius apud alium. Eunomius poſuit B
Eunomi⁹. filium omnino eſſe diſſimilem patri. Sed hoc exclu-
dit Euangeliſta dicens. Et Deus erat verbum. Si enim
verbum dicimus Deum, & patrem Deum, & filius
Arius. eſt Deus: ergo filius eſt ſimilis patri. Arius dixit
quòd filius erat minor patre. Sed hoc excluditur cùm
dicitur, Hoc erat, &c. vt expoſitum eſt. Excluduntur
etiam per hæc falſæ opiniones philoſophorum. Qui
dam enim philoſophi naturales ponebant mundum
non ex aliquo intellectu, nec per aliquam rationem,
ſed caſu fuiſſe, & ideo non poſuerunt in principio
aliquem intellectum vel rationem cauſam rerum:
ſed ſolum materiam fluitantem vtpote atomos ſicut C
Errores philoſophorum reprobantur de mũdi origine. Democritus poſuit: & alia huiuſmodi principia ma-
terialia: ſicut alij poſuerunt. Contra hos igitur eſt
quod ait Ioannes. In principio erat verbum, à quo
ſcilicet, res ſumpſerunt principium, & non à caſu.
Plato autem poſuit omnium rerum factarum ratio-
Plato in Parm. Phædo. & alij. nes ſubſiſtentes ſeparatas in propriis naturis, per
quarum participationem res materiales eſſent, puta
per rationem hominis ſeparatam, quam dicebat per
ſe hominem, haberent homines, quòd ſint homines.
Ne ergo hanc rationem per quam omnia facta ſunt
intelligas ſeparatam à Deo vt Plato ponebat, addi-
dit Euangeliſta. Et verbum erat apud Deum. Non D
ergo Idea: ſed verbum. Alij etiam [a] Platonici (vt
Chryſoſto. refert) ponebant Deum patrem eminen-
tiſſimum & primum, ſub quo ponebant mentem
quandam: in qua dicebant eſſe ſimilitudines & i-
deas omnium rerum. Ne ergo intelligas quòd ver-
Ari. 8. Phi. bum erat apud patrem, vt ſub eo & minor eo: ſubdit
Euangeliſta. Et Deus erat Verbum. Ariſtot. non po-
ſuit in Deo rationes omnium rerum, & quòd idem
eſt in Deo intellectus, intelligens & intellectum: ſed
poſuit mundum Deo coæternum, contra hoc dicit
Euangeliſta. Hoc ſcilicet, verbum ſolum erat in prin
cipio apud Deum, ita quòd ly hoc: non excludit aliã E
perſonam: ſed aliam naturam ſibi coæternam. No-
tatur ergo in hoc coæternitas verbi cum patre.

a Platonici tres intellectus conſtituerũt, ſupremum, medium, & ſimplicem. Primum maximè vnum & ſimplicem, proindéque ideis, quippe quæ multæ & variæ eſſent vacuum. Secundum idearum receptatorem, aliquantulum à primi ſimplicitate deſcendentem. Tertium animam mundi, ſpiritu ſuo omnia peruadentem, omnia continentem. Geneb. in 1. de Trin.

F

§. VII.

Verbi diuini immenſa potentia. Omnia per ipſum facta ſunt. Poſt deſcriptionẽ
maieſtatis verbi, hic ponit eius virtuoſitatẽ ge
neraliſſimã. Aug. ſuper Ioannẽ, per quẽ factus eſt An
Aug. trac. 1. in Io. gelus, per ipſum factus eſt vermiculus, & per quẽ fa-
ctus eſt homo, factus eſt lapis; & per quem factũ eſt

A cœlum, facta eſt terra, quia oĩa per ipſum facta ſunt. A.C. 34.
Per iſtã clauſulã oſtenduntur tria de verbo Dei. Et
primo ſecundũ Chr. eius æqualitas ad patrem. Sicut Chryſ. ho. 3. in Io.
enim per hoc quòd dixerat Ioãnes, Hoc erat in prin
cipio apud Deum, excluſerat errorem Arij, oſtendẽs
coæternitatem filij quam & iſte negabat, ſic hic ex-
cludit alium errorem Arij, oſtendens omnipoten-
tiam filij quam & iſte negabat, & ideo dicit. Omnia
per ipſum facta ſunt: eſſe enim principium omnium Ariani cõfutantur.
factorum, eſt proprium Dei magni omnipotentis,
ſecundum illud Pſal. Omnia quæcunque voluit Do- Pſal. 134.
minus fecit, &c. Verbum igitur per quod omnia fa-
B cta ſunt, eſt magnus Deus & æqualis patri. Secundo Hil in 2. de Trin.
oſtenditur coæternitas filij ad patrem ſecundum Hi
larium. Quia enim per hoc, quòd dixerat in princi- Verbum non in tẽpore factum.
pio erat verbum, poſſet aliquis dicere eum fuiſſe in
principio creaturarum, & fuiſſe tamen aliquod tem
pus ante creaturas, in quo verbum non erat: ideo
hoc excludens Ioannes ait. Omnia per ipſum facta
ſunt. Si omnia, ergo & ipſum tempus. Ex quo ſic ar-
gumentatur. Si omne tempus ab ipſo factum eſt: er-
go nullum tempus fuit ante ipſum, nec ipſe in ali-
quo ſæculo eſſe cœpit, quia tempus incœpit cùm
creatura fuit, ergo coæternum patri ab æterno. Ter-
C tio innuitur conſubſtantialitas verbi ad patrem, ſe-
cundum Aug. ſuper Ioann. Si enim omnia per ipſum
facta ſunt, non poteſt dici, quòd ipſum verbum ſit Aug. trac. in Io.
factum. Quomodo enim (dicit Aug.) poteſt fieri, vt
verbum Dei factum ſit, cùm Deus per verbum fe-
cit omnia? Si & verbum Dei ipſum factum eſt: per
quod aliud verbum factum eſt? Si hoc dicis quia hoc
eſt verbum, per quod factum eſt, illud ipſum dico
ego vnicum filium Dei, Si autem non dicis verbum
verbi concede non factum verbum, per quod facta
ſunt omnia. Item Aug. de Trinit. Si factum non eſt, Aug. in 1. de Trin.
creatura non eſt: ſi autẽ creatura non eſt, ergo eiuſdẽ
D ſubſtantiæ cũ patre eſt. Omnis enim ſubſtãtia quæ
Deus non eſt, creatura eſt: & quæ creatura non eſt,
Deus eſt. Itẽ circa iſta verba cauẽdi ſunt tres errores Tres errores vitandi.
aliquorum circa hoc. Omnia per ipſum facta ſunt.
Primus error eſt, quòd verbum dederit cauſam crea
tori, quòd mundus crearetur. Secundus eſt quòd Spi
ritusſanctus ſit factus per verbum vt creatura. Ter-
tius eſt quòd pater operatus ſit mundum creando
per verbum, vt inſtrumentum ſuum ſeu miniſtrum
inferiorem eo. Inchoando à ſecundo errore qui fuit Origenis error de Spiritusſancto redarguitur
Orig. dicebat ipſe Orig. Cùm omnia ſimpliciter di-
cat, & qui omnia dicit nihil excludit, ſequitur quòd
E Spiritusſanctus, qui eſt aliquid, ſit factus per verbum.
Sed ſi iſta eſſet ſufficiens ratio, ſequeretur quòd etiã
pater cùm ſit aliquid, eſſet factum per verbum, quo
nihil abſurdius dici poteſt. Si enim Spiritusſanctus
eſſet factus, ſequeretur quòd eſſet creatura & minor
patre & filio, & non Deus, cùm dicatur Ioan. 3. Spi-
ritus eſt Deus & eiuſdem ſubſtantiæ eſt cum patre
& filio & dignitatis, 1. Ioan. 5. tres ſunt qui teſtimo-
nium dant in cœlo. Pater & Filius & Spiritusſanctus
& hi tres vnum ſunt. Hæreticum eſt ergo quod ait
Orig. quia Spiritusſanctus non eſt factus nec crea-
tus per verbum. Vnde cùm Euangeliſta dicit. Omnia
F per ipſum facta ſunt: ly omnia non ponitur ſimpli-
citer & abſolute: ſed eſt diſtributio accommoda, in-
cludens omnia quæ ſunt in genere factorum, id eſt,
creaturarum, & exponitur, omnia eorum, ſcilicet,
quæ facta ſunt, per ipſum verbum, facta ſunt. Om-
nis tribulatio & afflictio hominis inquantum eſt
in pœnã à verbo facta & inflicta eſt: quia inquan-
tum huiuſmodi: iuſta eſt. Deus autem author eſt
omnis

A.C. 34.

omnis rei iuſtæ.vnde Amos propheta. Non eſt malum in ciuitate, ſcilicet pœnæ quod non fecerit Deus,inquantum autem pœna & afflictio iniuſte infertur, creatura ex malitia eius.Deus, etſi ſit cauſa actionis inquantum eſt actio,ſicut & omnis motus, non tamen eſt cauſa defectus rationis in illo, qui male agit, vnde Auguſt. Non te perſequitur creatura,quam fecit Deus,ſcilicet homo vel anima eius, ſed malitia, quam fecit homo, & ideo omnia patienter ferenda aduerſa,quia nunquam hoc accidit niſi iuſto Dei iudicio etſi nobis occulto. Et nota (ait Chryſoſt) quòd omnia quæ Moyſes per multa capitula enumerat dicens. Dixit Deus fiat lux & firmamentum &c. hæc omnia vno verbo excedens exprimit dicens. Omnia per ipſum facta ſunt. Cuius ratio eſt, quia Moyſes intendebat tradere emanationem creaturarũ à Deo, & ideo eas enumerat. Ioannes vero ad altiorem materiam in hoc libro intendit nos inducere,videlicet in cognitionem creatoris earum.

Deus non eſt cauſa iniuſtæ actionis. Aug. li. 50. hom. 6. Chryſ. ho. 4. in Ioan. Gen. 1.

Notandum pro confutatione primi & tertij erroris prædictorum quòd hæc præpoſito, per, importat cauſalitatem in obliquo reſpectu operationis aliquo modo, ſed diuerſimode. Cùm enim operatio ſit media inter operãtem & rem operatam, operatio ipſa poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum quod exit ab operante, alio modo ſecundum quod terminatur ad operatum. Quandoque igitur hæc præpoſitiò, per, ſignificat cauſam operationis ſecundum quod exit ab operante, quãdoq; ſecundum quod terminatur ad operatum. Cauſam quidem operationis, ſecundum quod exit ab operante ſignificat, quãdo id quod ſignificatur per obliquum eſt cauſa operanti ꝙ operetur, vel efficiens vel formalis. Formalis, ſicut cùm ignis dicitur calefacere per calorem, calor eſt cauſa formalis calefactionis, ignis: quia ignis calefacit calore. Cauſa autem mouẽs vel efficiens eſt, vt ſecunda agẽtia operantur per prima: vt cùm dicitur ꝙ baliuus operatur per regẽ, rex eſt cauſa baliuo ꝙ operetur. Cauſalitatem vero operationis ſecundum quod terminatur ad operatum ſignificat hæc præpoſitio, per, ſicut cùm dicimus quòd faber lignarius facit ſcamnum per ſecurim, ſecuris non eſt cauſa fabro lignario quòd operetur, ſed potius eſt cauſa quòd ſcamnum fiat ab operante. Modo ad propoſitum, cùm dicitur, Omnia per ipſum facta ſunt. Si ly, per, denotat cauſam efficientem ſeu mouentem patrem ad operandum, dicendum eſt quod pater nihil operatur per filium, ſed per ſeipſum operatur omnia. Falſum ergo ſenſit Valentinus hæreticus, omnia facta per verbum, quia verbum fuiſſet cauſa conditori, quòd mundum faceret. Falſum eſt etiam quod alij dixerunt exponentes illud. Omnia per ipſum facta ſunt, quia ſcilicet verbum fuit cauſa creatori, præſtans ei ad mundum faciendum materiam; quod ſi eſſet, dixiſſet, Omnia à verbo facta ſunt per creatorem, ſed non ſic, immo omnia per ipſum facta ſunt. Sed ſi hæc præpoſitio, per, dicat cauſam formalem, ſic (cùm pater operetur per ſapientiam ſuam, ſicut operatur per ſuam eſſentiam,) omnia per verbum facta ſunt quia ſcilicet omnia facta ſunt per ſapientiam ſuam ſcilicet Dei, ſicut per eſſentiam. Quia enim ſapientia & virtus patris attribuitur filio iuxta illud. 1. ad Corinth. 1. Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam, ideo per iſtum modum appropriationis dicimus omnia patrem operari per filium, quia per ſapientiam ſuam operatur. Si vero præpoſitio per, denotat cauſalitatem ex parte operati, tunc hoc quòd dicimus patrem omnia facere per filium non eſt appropriatum verbo, ſed proprium eius, quia hoc, quòd verbum ſit cauſa creaturarum habet ab alio, à patre ſcilicet à quo habet, vt ſit. Nec tamen per hoc ſequitur quòd verbum ſit inſtrumentum patris, licet omne, quod eſt ab alio motum, ad operandum aliquid, rationem vniuerſaliter habeat quaſi inſtrumenti, quia iſtud habet veritatem quãdo illud quòd ſignificatur per ipſam cauſalitatem non eſt cauſa operanti quòd operetur, ſed eſt cauſa operationis ſecũdum quod terminatur ad operatum. Cùm enim dicitur aliquid operari per virtutem ab alio acceptam, hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ita quòd ſit vna & eadem numero virtus dantis & accipientis. Et hoc modo qui operatur per virtutem acceptam ab alio non eſt minor, ſed æqualis ei à quo accepit virtutem, quia ergo pater eandem virtutem quam habet, dat filio, per quam filius operatur, cùm dicitur pater operari per filium, propter hoc filius non eſt dicendus minor patre, nec inſtrumentum eius, vt dixerunt aliqui hæretici, quia hoc ſequitur in illis qui non eandem virtutem recipiunt ab alio, ſed aliam & cauſatam. Et hic eſt alius modus, quo accipiens virtutem ab alio eſt minor eo, à quo accipit ſicut iudex operari dicitur per regem, ſcilicet ex virtute ſibi data à rege, quæ eſt minor virtute regis & ſic minor iudex rege. Concludendo dicta ly, per, poteſt notare cauſam formalem efficientem, & etiã licet impropriè, finalem, & ſic diuerſimode exponitur. Secundum cauſam formalem ſic, per ipſum facta ſunt, id eſt, per ſapientiam ſuam quæ filio attribuitur. Quicunque enim aliquid facit, oportet quòd illud præconcipiat in ſua ſapientia, alioquin nunquam aliquis faceret niſi præexiſtat actualis conceptio ſuæ ſapientiæ, quæ ſit forma & ratio rei factæ, ſicut forma arcæ in mente artificis præconcepta, eſt ratio arcæ faciendæ. Sic ergo Deus nihil operatur niſi per conceptum ſui intellectus, qui eſt ſapientia ab æterno concepta, ſcilicet Dei verbum & Dei filius, & ideo impoſſibile eſt quòd aliquid fiat niſi per verbum, vnde Auguſt. dicit. Verbum Dei eſt ars plena omnium rationum viuentium. Secundum cauſam efficiẽtem vero omnia per ipſum facta ſunt, ſcilicet per virtutem actiuam æqualem patri & eandem quam accepit à patre, & non vt per inſtrumentum & virtutem inferiorem. Secundum cauſam finalem licet impropriè facta ſunt omnia per verbum, quia ad hunc finem, ſcilicet ad manifeſtandum ſapientiam & pulchritudinem Dei, creata ſunt, ſecundum illud Prouerb. 16. Omnia propter ſemetipſum ſcilicet manifeſtãdum operatus eſt dominus.

Th. in Io. lec. 2. Præpoſitio per quam vim habeat. Valẽtinus hæreticus cõfutatur. Verbum non eſt inſtrumentũ patris, nec minor patre. Auguſt. de trinit. Verbum Dei quid ſit.

§. VII.

ET ſine ipſo factum eſt nihil. Quod poteſt exponi vt ſit magis expreſſiuum eius quod dixit. Omnia per ipſum facta ſunt, quaſi dicat ita vniuerſaliter omnia, vt ex creatis nullũ ſit quod per ipſum non ſit factum. Poteſt & aliter exponi & tripliciter. Vno modo, vt notetur cauſa in nobis eſſe ab eo & virtus noſtræ operationis, vt ſicut ab eo habemus eſſe, quia omnia per ipſum facta ſunt, ita & operandi virtutem, quia ſine eo, id eſt, niſi eo mouente factum omne, eſt nihil, id eſt, nullius virtutis operandi aliquid, ſecundùm illud Ioan. 15. Sine me (ait) nihil poteſtis facere. Alio modo vt ſignetur

Nihil factum ſine verbo quõ intelligendum.

A. C. 34

A in nobis ab eo eſſe cauſa & influxus noſtræ ſuſtentationis, & ſic ſine eo, ſcilicet continuè influente & ſuſtentante factum omne, eſt nihil, id eſt, ad nihilum deueniret. Sicut enim creatura eſt ex nihilo ita ex ſe habet vt tendat in nihilum: vnde Gregor. in moral. Omnia in nihilum redigerentur niſi ea manus omnipotentis, id eſt, virtus Dei ſuſtentaret. Tertio modo vt inſinuetur à nobis ſolum non ab eo eſſe cauſam noſtræ inquinationis, & ſic exponitur ſine ipſo, id eſt, eo non agente. Factum eſt, id eſt, operatum à creatura nihil, id eſt, peccatum, ſic exponit Aug. ſuper Ioan. dicitur autem peccatum nihil, B quia non eſt aliqua natura, ſed defectus rationis, ſicut tenebræ indicant priuationem lucis non naturam. Et nihil fiunt homines, cum faciunt peccatum id eſt, merentur ex eo annihilari, & nihil ſunt in eſſe ſpirituali, quòd ergo quis peccatum faciat ex ſe eſt, non à Deo iuxta illud Oſee. 13. Perditio tua ex te Iſrael. Vbi etiam notandum ſecundum Thom. vbi ſupra quòd quidam expoſuerunt iſtud, nihil, affirmatiuè, quaſi dicat euangeliſta. Ita omnia dixi facta per verbum quòd per ſe non eſt factum nihil, tanquam, nihil, aliquid exiſtens importet. Ex qua falſa acceptione inſurrexit triplex error. Primus eſt Va- C lentini qui dicebat quædam principia præceſſiſſe verbum iſtud, & triginta ex eis ſæcula, & iſta principia & ſæcula fuiſſe ante verbum: dicit, & appellat nihil, ex eo quod ſint ſupra rationem noſtram, & non poſſint ab intellectu noſtro compræhendi. Iſte Valentinus (vt dicit Aug.) ponebat multa principia, & ex illis triginta *αἰῶνας*, id eſt, ſæcula. Primo ponit duo principia, quæ nominat Profundum & Silentium. Profundum etiam dicens patrem. Ex quibus duobus velut ex coniugio dicit proceſſiſſe duo alia principia, ſcilicet intellectum & veritatem, ex quibus proceſſerunt octo ſæcula, de intellectu autem & veritate dicit proceſſiſſe vitam & ver- D bum: ex quibus proceſſerunt æones, id eſt, ſæcula decem. Ex verbo autem & vita dicit, proceſſiſſe [hominem & Eccleſiam & protuliſſe æonas duodecim. Itaque octo & decem & duodecim fieri triginta æonas, habentes vt diximus primum principium de profundo & ſilentio. Chriſtum autem à patre miſſum, id eſt, de profundo, ſpiritale vel cœleſte corpus ſecum attuliſſe, nihilque aſſumpſiſſe de virgine Maria, ſed per illam tamquã per fiſtulam ſine vlla de illa aſſumpta carne tranſiſſe.] Et ſic Valentinus ponebat iſta ante verbum. Et propterea dicit talia ſine E eo facta, id eſt, ante eum. Sed fatua ſunt iſta & hæretica. Secundus error circa hoc fuit Manicheorum ponentium duo principia, vnum incorruptibilium, & aliud corruptibilium. Dicit ergo iſte hæreticus, quòd cùm Ioannes dicat de verbo, Omnia per ipſum facta ſunt, quòd ne quis intelligeret non ſolum incorruptibilia, ſed etiam corruptibilia facta per verbum, cùm corruptibilia ſecundum eum ſint à contrario principio, id eſt, Diabolo. Ideo ſubdidit euangeliſta. Sine ipſo factum eſt nihil, id eſt, corruptibilia, quaſi dicat. Omne quod conuertitur in nihil factum eſt ſine eo. Tertius error fuit eorum F qui dixerunt quòd per, nihil, intelligitur Diabolus. ſecundum illud Iob. 18. Habitet in tabernaculo qui non eſt, id eſt, Diabolus. Et exponunt ita. Omnia facta ſunt per verbum, & quòd non eſt factum per ipſum nihil, id eſt, Diabolus. Omnes iſtæ hæreſes ſunt exortæ ex hoc, quod intelligunt affirmatiuè, quod negatiuè intelligitur, vt ſupra expoſitum eſt. Et vt dicit Chryſoſt. quamuis Ioannes dixerit, Om-

Greg. li. 5. mor. c. 25.

Aug. tra. 1. in Ioan.

Peccatum nihil eſt.

Peccatum non eſt ex Deo.

Thom. in Ioan. lib. 2.

Auguſt. in cat. hæreſ. cap. 11.

Diabolũ non eſſe conditum à Deo error.

Chryſ. ho. 4. in Ioan.

A nia &c. non ſuperflue additur. Sine ipſo factum eſt nihil. Quia enim Moyſes enumerando creaturas ab initio factas ponit tantum viſibilia, ne quis crederet cùm Ioan. dicit omnia, quòd intelligeret de viſibilibus tantum, ideo addit. Sine ipſo factum eſt nihil, ad oſtendendum quòd nihil eſt creatum ſiue viſibile ſiue inuiſibile quod non ſit per verbum factum. Vel etiam ſecundum Chryſoſt. ſic. Non ſolum ſigna facta per Chriſtum, de quibus narrant euangeliſtæ, ſunt facta per verbum, ſed & omnia alia quæ ſunt. Et ſic iſta clauſula Sine ipſo &c. ponitur quaſi completiua primæ particulæ, Omnia &c. B ad oſtendendã totam cauſalitatem in eo, & omnipotentiam, vel ſecundum Hil.[a] non oſtendit ex hoc patrem non excludi ab operatione omnium, vnde ſine eo ſcilicet cooperante, id eſt, non à patre ſolum, ſed etiam à filio cum patre, non eſt aliquid quod non ſit factum, ſecundum illud Prouerbiorum. 8. Cum eo eram cuncta componens, eo ſcilicet patre ego ſapientia.

Hilar. li. 2. de trinit.

a Hilarij verba ſunt. Et ſine eo factum eſt nihil. Piſcator reddidiſti auctorem cum ſocium profeſſus es: cum enim nihil ſine eo intelligo non ſolum quia alius eſt per- C *quem, & alius ſine quo, vtrumque diſcernitur, ſignificatio & interuenientis & agentis.*

§. VIII.

QVOD factum eſt in ipſo vita erat. Hic notatur verbi ſumma ſapientia & bonitas; quia quicquid eſt factum habet rationem in ſapientia ſua quæ ipſe eſt, ſicut ratio artificatorũ eſt in ſapiẽtia artificis. Et cùm multa bona reperiantur in iſtis inferioribus, pulchra, ſuauia, lucida, pretioſa, ſcien- D tifica, quæ trahunt hominem ad ſui amorem, omnia iſta ſunt in verbo diuino ſicut effectus in cauſa ſua, & perfectius in eo ſint quã in ſeipſis, ex hoc immenſa bonitas & ſapientia eius debent rapere affectum noſtrum ad ipſum. Vnde & commentator dicit quòd perfectiones omnium rerum ſunt in Deo ſed ſine mixtura defectus quæ eſt in creaturis. Vnde & Moyſi dictum fuit Exod. 33. Veni ad me & oſtendam tibi omne bonum, ſcilicet meipſum. Et quia indeficientia ſunt bona in eo, ideo dicitur. In ipſo vita erat. Exponitur autem hoc, Quod factum eſt &c. & punctuatur multipliciter. Et Orige. in homil. E exponit ſic. Quod factum eſt in ipſo, id eſt, per ipſum. Sic enim aliquando, in, pro, per, ponitur in ſcriptura vt illud ad Col. 1. In ipſo cõdita ſunt &c. id eſt, per ipſum. Vita erat, non in ſeipſo, ſed in cauſa ſua. In omnibus enim creatis hoc commune eſt, quòd effectus ſiue per naturam, ſiue per intellectum producti, ſunt in cauſis ſuis, non ſecundum propriũ eſſe, ſed ſecundum virtutem propriæ cauſæ, ſicut effectus inferiores ſunt in ſole vt in cauſa, non ſecundum ſuum eſſe, ſed ſecundum virtutem ſolis. Quia ergo Deus eſt cauſa effectiua omnium productorum, qui eſt vita quædam & ars plena omniũ F rationum viuentium, ideo omne quod factum eſt in ipſo, id eſt, per ipſum, vita erat in ſua cauſa, ſcilicet ipſo Deo. Auguſt. autem ſic legit punctuando: Quod factum eſt, diſtingue, in ipſo verbo vita erat. Res enim dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo ſecundum quòd ſunt in ſemetipſis. Alio modo ſecundum quod ſunt in verbo. Si autẽ conſiderentur ſecundùm quod ſunt in ſemetipſis, ſic non omnes

Quod factũ eſt &c. explicatur.

Auerrois 5. metap. tex. 21.

Aug. tra. 1. in Ioan.

res

A.C. 34.

reſ ſunt vita nec viuentes, ſed aliquæ ſunt viuentes, aliquæ carent vita. Nam terra & metalla & huiuſmodi facta ſunt, quę nec ſunt vita, nec viuunt. Facta ſunt & animalia & homines, quæ etſi viuunt, non tamen ſunt vita, ſed ſecundum quòd ſunt in ſemetipſis, viuunt ſolum. Manichæus autem male intellexit exponens & punctuans ſic. Quod factum eſt in ipſo, id eſt, per ipſum verbum. Erat vita, id eſt viuens, dicẽs omnia habere vitam, lapidem & lignum & alia etiam in ſeipſis conſiderata, quod falſum eſſe experientia docet. Si vero res conſiderentur, ſecundum quòd ſunt in verbo, ſic quodcunque factum in ipſo verbo non ſolum eſt viuum, ſed & vita. Nam & rationes in ſapientia Dei exiſtentes ſpiritaliter quibus res factæ ſunt, ab ipſo verbo ſunt vita, ſicut arca quidem facta per artificem in ſe non viuit nec eſt vita. Ratio vero artis quæ præceſſit in mente artificis viuit quodammodo, inquantum habet eſſe intelligibile in mente artificis, non tamen vita, quia ipſe intellectus artificis non eſt ſua eſſentia, nec ſuum eſſe. In Deo autem ſuum intelligere eſt ſua eſſentia, & ſua vita, & ideo quicquid eſt in Deo eſt ſua eſſentia. Vnde creatura in Deo, eſt creatrix eſſentia. Si ergo conſiderentur res ſecundum quod ſunt in verbo, ſic ſunt vita.

Manichæus.

Origen. in Ioan. Th. in Ioã.

Origen. autem aliter legit ſic punctuando. Quod factum eſt in ipſo, & poſtea vita erat. Vbi notandum ſecundum Thom. vbi ſupra, quòd de filio Dei dicitur aliquid tripliciter. Vno modo ſecundum ſe, & ſic dicitur filius Dei Deus, omnipotens, & huiuſmodi. Aliquid vero dicitur de eo per comparationem ad nos, ſicut ſaluator & redemptor. Tertio modo dicitur aliquid de eo vtroque modo, ſcilicet ſecũdum ſe & quo ad nos, ſicut ſapientia & iuſtitia. In omnibus autem quæ abſolute dicuntur de filio Dei ſecundum ſe, non dicitur quòd ſit factus, ſicut non dicitur filius Dei factus Deus, nec factus omnipotens, ſed in iis quæ dicuntur in comparatione ad nos, vel etiam vtroque modo, poteſt addi adiunctio facti, vt dicatur factus: ſicut. 1. ad Corinth. 1. dicit Apoſtolus de Chriſto, quòd factus eſt nobis à Deo ſapientia & iuſtitia &c. Et licet in ſe ſemper fuerit iuſtitia & ſapientia, tamẽ de nouo poteſt dici quod factus eſt iuſtitia, & ſapientia nobis. Et ſic ſecundum Origen. licet Dei filius ſit ſecundum ſe vita, tamen factus eſt nobis vita inquantum nos viuificauit, ſecundum illud ad Rom. 5. In Chriſto omnes viuificabuntur. Et ideo dicitur quòd verbum quod factum eſt nobis in ipſo vita erat. Vt quandoq; nobis fieret vita, vnde & ſubdit. Et vita &c.

Aliquid de Dei filio dicitur tripliciter.

Hila. in 2. de trin.

Hilarius [a] aliter diſtinguit & exponit ſubtiliter. Coniungit enim illud, Quod factum eſt in ipſo, cum præcedenti clauſula, ſcilicet. Sine eo factum eſt nihil & dicit. Sine eo, ſcilicet verbo operante cum patre nihil eſt factum, quod factum eſt in ipſo, id eſt, per ipſum Deum. Et quaſi rationem aſſignans ſubdit, Vita erat, ſcilicet ipſum verbum. Cùm ergo

a Hilarij verba hic etiam afferenda cenſuimus. Quod factum eſt in ipſo vita erat: hoc igitur non ſine eo, quod in eo factum eſt. Nam id quod in eo factum eſt etiam per ipſum factum eſt: omnia enim per ipſum, & in ipſo creata ſunt. In ipſo autem creata, quia naſcebatur creator Deus, ſed etiam ex hoc ſine eo nihil factum eſt quod in eo factum eſt, quia naſcens Deus vita erat & quia vita erat, non poſtquam eſt natus effectus eſt vita, non enim in eo aliud eſt quod natus eſt, aliud quod natus accepit.

A filius ab æterno fuerit vita perfecta quam habuit à patre, ſecundum illud Ioan. 5. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ita dedit & filio vitam habere in ſemetipſo, ideo ſine eo factum eſt nihil.

A.C. 34.

Chryſ. ho. 4. in Ioan.

Chryſoſt. alium modum ponit & diſtinguit ſic cum præcedenti clauſula coniungens. Sine ipſo verbo factum eſt nihil, quod factum eſt. Per quod excludit Spiritum ſanctum, qui non eſt factus à verbo ſed procedens. Et poſtea dicit, In ipſo vita erat. Quod propter duo introducitur, vt ſcilicet poſt productionem omnium rerum oſtendatur indeficientia influentiæ & cauſalitatis, non ſolum ad res B productas, ſed etiam ad producendas, quaſi dicat. In ipſo vita erat, quia non ſolum omnia producere potuit, ſed etiam quæ habet indeficientem influxum & cauſalitatem abſque mutationis diſpendio ad res continuè producendas, vtpote fons viuus, qui ex continuo fluxu non minoratur. Pſalm. Apud te eſt fons vitæ. Item vt oſtendatur gubernatio rerum eſſe per verbum. Quia enim in ipſo eſt vita, oſtendit quòd non producit res per neceſſitatem naturæ, ſed per voluntatem & intellectum, ex quo res productas gubernat. Et quia Chryſoſt. apud Græcos eſt tantæ authoritatis in expoſitionibus ſcripturarum, C quod vbi ipſe exponit, nullam expoſitionem admittant niſi ſuam, hinc eſt quòd in omnibus libris Græcis non inuenitur aliter punctuatum, niſi ſicut ipſe punctuat.

Pſal. 35.

Verbũ res gubernat.

Aug. tra. 1 in Ioan.

Elegantius omnibus exponit Augu. dicens quòd cùm dicitur, Quod factum eſt in ipſo vita erat, quia ſcilicet in ipſo habebat exemplar & rationem viuentem omnium factorum. Quæ ratio dicitur viuens, quia ſpiritualis nõ materialis, quia intranſmutabilis non variabilis, quia æterna non temporalis & hæc eſt ratio vitæ. Vita enim eſt actus ſpiritualis continuus ab ente quieto & ſempiterno fluens.

Vita quid

D

§. IX.

Charitas Dei in homines quanta.

ET vita erat lux hominum. Hic poteſt notari de verbo Dei eius ad homines effectuoſiſſima charitas. Tantum enim bonum habet vnaquæque creatura, quantum Deus eam amat. Amor enim Dei dat eſſe & omne bonum creaturis, & cui plura dat, magis oſtendit illam diligere. Cùm igitur creaturis quibuſdam dederit eſſe, vt elementis & cœlis & planetis, aliis eſſe & viuere, vt plantis quod maius E eſt, aliis eſſe viuere & ſentire, vt brutis, homini autem dedit cum Angelis & Deo intelligere. Et per hoc dicitur eſſe ad imaginem Dei. Geneſ. 1. Et iſta intelligentia notatur, cùm dicitur. Et vita erat lux hominum, id eſt, ipſum verbum qui eſt vita, eſt lux hominum, præbens ſcilicet eis lucem rationis, qua poſſint Deum cognoſcere, quod aliæ creaturæ irrationabiles non habent. Et quamuis etiam ſit lux Angelorum, qui Deum per lumen intellectus cognoſcunt, dicit tamen Ioannes lux hominum, quia ratio importatur in nomine hominis, cùm homo ſit animal rationale, & per rationem dicitur lux, & F per rationem naturalem inueſtigando philoſophi cognouerunt Deum & probauerunt. Rom. 1. Quod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis &c. Et ſic oſtenditur intenſa eius ad nos dilectio cùm prius aliis nobis dederit. Vbi notandum ſecundum Aug. & plures alios quòd nomen lucis propriè magis dicitur in ſpiritualibus quàm in ſenſibilibus. Ambroſ. tamen vult quòd ſplendor metaphoricè dicatur de Deo

Aug. tra. 1. in Io. & in 4. de gen. ad lit. c. 28.

Ambro. in prin. prol. lib. 2. de fide ad Gra

A.C. 34. Deo. Sed in hoc ſecundùm Thom. non eſt facienda magna vis. Nam de quocunque nomen lucis dicatur, ad manifeſtationem refertur, ſiue iſta manifeſtatio ſit in intelligibilibus ſiue in ſenſibilibus. Si ergo comparentur manifeſtatio intelligibilis & ſenſibilis ſecundum naturam, nomẽ lucis prius inuenitur in intelligibilibus quàm in viſibilibus, ſed ſi attendamus ad nominis impoſitionem, eſt econuerſo. Ad euidentiam autem huius quod hoc dicitur, Vita erat lux hominum, ſciendum quod multiplex eſt gradus vitæ. Nam quædam viuunt, ſed abſque luce, quia nullam cognitionis manifeſtationem habent, ſicut plantę, vnde vita eorum nõ eſt lux. Quædam vero viuunt & cognoſcunt, ſed tamen cùm eorum cognitio ſit ſenſus tantum, non eſt niſi particularium & materialium, ſicut eſt in brutis, & iſta vitam habent & lucem, non autem lucem habent hominum. Quædam autem & viuunt & cognoſcunt, nõ ſolum ipſa vera, ſed & veritatis rationem: ſicut ſunt creaturæ rationales, quibus non ſolum manifeſtatur hoc vel illud, ſed & ipſa veritas quæ manifeſtabilis eſt, & manifeſtatiua omnium rerum. Et ideo euangeliſta de verbo loquens, ipſum eſſe vitam non ſolum, ſed etiam cognitionem aſſerit. Et ne ſuſpiceris cognitionem eſſe qualis eſt in brutis, addit, hominum. Et quamuis etiam ſit lux Angelorum, quia tamen Ioannes intendebat tradere nobis notitiam de verbo ſecundum quod eſt ordinatum ad ſalutem hominum, ideo dixit. Lux hominum [eo quod ſuam intentionẽ magis ad homines quàm ad Angelos referebat. Origenes vero dicit quod participatio huius lucis pertinet ad homines inquãtum ſunt rationalis naturæ, & ideo Euangeliſta dicens, erat lux hominum, voluit intelligi] totus rationalis creaturæ. Importatur etiam in hoc perfectio & dignitas huius vitæ, quia ſcilicet eſt intellectualis vel rationalis. Illa enim dicuntur viuere, quæ ſe aliquo modo mouent. Mouere autem ſeipſum perfectè & propriè in creaturis inferioribus, eſt ſolius hominis. [Nam etſi alia ex ſeipſis ab aliquo principio intrinſeco moueantur, non tamen illud principium ſe habet ad oppoſita, & ideo ex neceſſitate mouentur, & non liberè. Mota igitur à tali principio, magis aguntur, quàm agunt.] Homo vero cùm ſit dominus ſuorum actuum, liberè ſeipſum mouet ad quæ vult, & ideo homo habet vitam perfectam, non autem bruta. Vita ergo verbi quæ eſt lux rationalis creaturæ, eſt perfecta. Et dicitur lux hominum verbum dupliciter. Vno modo per verbũ obiecti, quaſi ſolis hominibus conſpicabilis, quia ipſum ſola creatura rationalis conſpicere poteſt, quoniam ipſa ſola eſt capax diuinæ viſionis. Alio modo dicitur lux hominum, vt lux participata. Verbum enim Dei & ipſam lucem nunquam poſſemus conſpicere, niſi per participationẽ eius, quæ eſt in ipſo homine, quæ eſt pars ſuperior animæ. i. lux intellectiua.

Quare Chriſtus nõ dicitur lux Angelorum, ſed hominũ.

Ex prædictis accipe breuem epilogum de natiuitate verbi æterna. Nã primo ponitur maieſtatis eius ſublimitas. Vnde ipſum verbũ eſt ſpirituale, quia in principio. i. in patre, qui dicitur principiũ: quoniam non ſolum creaturarũ ſed & ipſius verbi eſt principium & ſpiritusſancti. Erat verbum. i. filius, non naturaliter genitus vt in humanis, ſed ſpiritualiter, vt verbum generatur in mente quod tamẽ verbũ diuinũ differt à noſtro verbo mentali in tribus, vt ſcilicet patet in prima clauſula. Secundo oſtenditur verbum de patre natum eſſe ſubſiſtens, & in perſona à patre diſtinctum: quia verbum ipſum erat apud Deũ.

Epilogus de natiuitate verbi æterna.

A Non autem accidens dicitur eſſe apud ſubiectum, ſed quid ſubſiſtens apud aliud. Nec vna perſona dicitur apud ſeipſam eſſe, ſed apud aliam diſtinctam ab ea. Tertio oſtenditur verbum illud non humanum, nec Angelicum verbum, ſed diuinum, quia Deus erat verbum. Vnde cùm non ſit niſi vnus Deus eſſentialiter, & pater ſit Deus, & verbũ filius Deus, ſequitur quòd vnius ſit ſubſtantiæ & eſſentiæ cum patre. Quarto quòd verbum illud eſt æternum, quia hoc erat in principio apud Deum, à principio, id eſt, ante omnia ſæcula & tempora. Pſal. In æternum domine permanet verbum tuum. Secundò notatur Pſalm.118.
B ipſius verbi virtuoſitas in operando, quia omnia per ipſum facta ſunt, ſcilicet in genere eorũ quæ facta ſunt, id eſt creata, vnde non ſpiritus ſanctus ſicut nec pater. Et ipſum omnia conſeruat, & gubernat, quia ſine ipſo, ſcilicet influente & gubernante, quod factum eſt, nihil, ſcilicet eſt. Tertiò ſignatur eius ſapientia infinita & bonitas, cùm rationes omnium factorum & omnis bonitas ſunt in eo, quia quod factum eſt in ipſo vt in ſapientia & cauſa, vita erat, id eſt, viua & perfectiſſima. Quartò verbi ipſius ad nos maxima charitas in hoc, quòd hominibus dedit non ſolum vitam, ſed & lucem rationis
C per quam cognoſcere potes Deum.

§. X.

De ſecunda natiuitate verbi ſiue Chriſti, per quam verbum habitauit in nobis, intus ſcilicet per lucem gratiæ, proſequendo dicit Ioan. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non compræhenderunt &c. De qua natiuitate ſpirituali in mente dicitur Malach. 3. Timentibus nomen domini orietur ſol iuſtitiæ, qui ſcilicet eſt Chriſtus. Et qui fecerit

De ſecũda Chriſti natiuitate.

D voluntatem patris mei (ait Chriſtus) mater mea eſt concipiendo me in mente per fidem viuam, ſecundum illud Apoſtoli ad Epheſ. 3. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, & pariendo per opera meritoria. Vbi notandum quòd ſecundum Magiſtrum ſentent. in 1. & Thom. ſuper eodem in ſcripto, ſicut Spiritus ſanctus mittitur ad creaturam rationalem dupliciter, ita & filius ſcilicet viſibiliter & inuiſibiliter. Et miſſione viſibili miſſus eſt Spiritus ſanctus in igne, vel columba vel nube apparendo, non tamen quòd perſona Spiritus ſancti ſit vnita columbæ vel nubi in vnitate perſonæ, ſed il-
E la ſpecies ignis vel alia de nouo formata paulopoſt reſoluta eſt in præiacentem materiam. Filius autem miſſus viſibiliter, cùm aſſumpſit carnem ſeu noſtram humanitatem in vnitate perſonæ, nec vnquam eam deſeruit, vt dicit Damaſ. Inuiſibiliter autem mittitur ſimul filius & ſpiritus ſanctus, cùm gratia creaturæ infunditur ad eam ſanctificandam & Deo gratificandam. Vnde iſta miſſio à principio fuit facta & Angelis & primis parentibus, & cuilibet fit in veteri & nouo teſtamento cùm iuſtificatur. Et quia ſanctificatio huiuſmodi eſt opus in creatura, & inſeparabilia ſunt opera trinitatis, ideo
F ad ſanctificandam creaturam per gratiam operatur & venit pater, ſecundum illud. Ad eum veniemus (ait Chriſtus Ioan. 14.) ego, ſcilicet & pater, ſed non dicitur mitti pater ſicut filius & Spiritus ſanctus: ex eo quòd miſſio importat quandam proceſſionem miſſi à mittente aliquo. Et quia pater à nullo procedit, ideo non congrue dicitur, quòd pater mittatur in iuſtificatione. Ergo creaturæ in collatione gratiæ

Matth. 12.

Mag. in 1. d.16. lit. ar. Tho. in 1. ſen. d.15. q. 4. & in 1. p. q.43. art.5. & 7.

Act. 1. Mat. 3. & 17.

Duplex & filij & ſpiritus ſancti miſſio viſibilis & inuiſibilis.

Dam. li. 3. de fide orth. c. 17.

Pater quã uis in iuſtificatione veniat, quare nõ mittatur Th. in 1. p. q. 43. art 4.

A. C. 34.

gratiæ gratum facientis dicitur filius mitti, quia eſt ſapientia, inquantum mens iuſtificata illuminatur lumine veritatis ad cognoſcendum Deum, vt bonũ optimũ omnibus præponendum. Et ſimiliter etiam inuiſibiliter mittitur Spiritus ſanctus, qui eſt amor ad inflammandum affectum, ad amandum Deum, & bene operandum. Hanc miſſionem poſtulabat

Pſal. 42.

Dauid dicens, Emitte lucem tuam, ſcilicet verbum tuum per gratiam tuam & veritatem tuam, ſcilicet fidei viuæ ab ea procedentis, per quæ deducitur homo de vno bono opere ad aliud, & demum adducitur in montem gloriæ. De hac igitur natiuitate ſpirituali in mente noſtra verbi Dei ex patre Deo & matre Eccleſia dicit Ioan. Lux in tenebris lucet. Circa quam quatuor notantur. Primò quòd habet in cunctis incertitudinem & incompræhenſionem. Lux &c. & tenebræ &c. Secũdò quòd habet in multis aptitudinem & præparationem, ibi. Fuit homo miſſus à Deo &c. Tertiò quòd habet in ſe, & in electis latitudinem & diffuſionem: ibi, erat lux vera quæ illuminat &c. Quartò quod habet in malis ingratitudinem & recuſationem: ibi. In mundo erat & mundus &c. Quantũ ad primum, ſciendum quòd tenebræ indicant defectum, quia dicuntur priuatio lucis. Et quia in omni creatura eſt aliquis defectus ſaltem mutabilitatis, ideo omnis creatura præcipuè reſpectu Dei poteſt dici tenebræ, vnde Gregor. dicit in moral. quòd omnis creatura quantumcunq; pulchra & iuſta & permanens ſit, comparata Deo neque pulchra, neque iuſta eſt. Et ideo Ioan. in 1. canonica ait. Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, id eſt, aliquis defectus. Lux ergo, id eſt, verbum Dei lucet, naſcendo per gratiam vel gloriam in tenebris, id eſt, creaturis viatoribus, vel compræhenſoribus etiam Angelis. Sed tenebræ, id eſt, ipſæ creaturæ etiam beatæ non eam compræhenderunt, id eſt, includere non potuerunt, ſecundum Thom. Illud enim propriè dicitur compræhendi, cuius fines concluduntur & conſpiciuntur, quod de Deo fieri non poteſt per creaturam etiam beatam. Hier. Magnus conſilij Deus & incompræhenſibilis cogitatu, & Auguſt. Attingere mente Deum magna beatitudo eſt, compræhendere verò ipſum impoſſibile. Et quod Apoſtolus ait. 1. Corinth. 9. Sic currite vt compræhendatis. Illud ſumitur large pro attingentia & appræhenſione per beatam viſionem Dei. Claram tamen & certam ac perfectam cognitionem habent beati de eo & gloria eorum. Sed in vita tenebris inuoluimur, ait Iob. cap. 37. quia nos habere lucem gratiæ ſcire per certitudinem non valemus. Conſequenter Iob. 3. Viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum Deus tenebris. Lux ergo, id eſt, verbum Dei in tenebris, id eſt, hominibus in tenebris vitæ præſentis exiſtentibus, lucet. Et tenebræ, id eſt, ipſi tales eam non compræhenderunt quia neſciunt certitudinaliter, an in eis ſit lux gratiæ, ſecundum illud Eccleſiaſt. 9. Sunt iuſti atque ſapientes in conſpectu Dei, & tamen neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſcit. Tenebræ etiam dicuntur & plenius tenebroſi peccatores, propter tenebras peccatorum. Ad Roman. 13. Abiiciamus opera tenebrarum, id eſt, peccata quæ mentem obſcurant. Licet autem peccatores ſint tenebroſi, ſcilicet ſapida Dei ſapientia priuati, nulla tamen mens eſt adeò tenebroſa quin participet aliquid huius lucis, ſcilicet per cognitionem alicuius veritatis, quia quicquid veritatis à quocunque cognoſcitur, participatio quædam eſt huius lucis. Propter quod dicit

[Margin: Gratiæ Dei incertitudo. — Omnis creatura poteſt dici tenebræ. — Greg. in 5. mor. c. 26. — Ioan. 1. c. 1. — Deus compræhendi nõ poteſt. — Th. in Io. lect. 3. & fuſius in 1. p. q. 12. art. 7. — Hier. 32. — Augu. ep. 112. cap. 2. — Con. Trid. ſeſſ. 6. c. 12. & 13. & cã. 15. & 16. — Tenebræ ſunt peccatores.]

A Ambroſ. Verum à quocunque dicatur, ore vel mente, à Spiritu ſancto eſt. Lux ergo verbi in tenebris lucet, id eſt, peccatoribus ſecundum naturalem influxum, ſaltem in cognoſcendo aliquam veritatem. Sed tenebræ, id eſt, huiuſmodi peccatores eam non compræhenderunt, per participationem lucis gratiæ, vnde Iob. 36. In manibus, id eſt, ſuperbis abſcondit lucem. Poteſt & illud ſecundum Thom. exponi de verbo incarnato, vt lux verbum ſit, tenebræ vero ſint caro aſſumpta, ratione pœnalitatum, quas aſſumpſit. Nam defectus huiuſmodi pœnarum dicuntur tenebræ. Pſalm. Sicut tenebræ eius, id eſt, aduer-

B ſitates, ita & lumen eius, id eſt, proſperitates. Lux ergo in tenebris lucet, quando verbum caro factum eſt. Sic enim lux verbum circumuelatum tenebris mundi, ſecundùm illud Ezechiel. 32. Solem nube tegam. Sed tenebræ ſcilicet alicuius ignorantiæ vel peccati non compræhenderunt, quia ſpeculum ſine macula. Sapient. 7. Impeccabilis enim erat dominus Ieſus, ait Damaſ. Vel ſic. Lux verbum lucet in tenebris carnis per doctrinam & miracula & opera ſancta. Tenebræ, id eſt, dæmones qui dicuntur rectores tenebrarum harum. Non compræhenderunt eam, vt certè cognoſcerent ipſum eſſe filium Dei,

C vnde Paul. 1. ad Corint. 2. Si cognouiſſent nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent, id eſt, nunquam inſtigaſſent Iudæos ad crucifigendum. Vel ſic. Tenebræ ſunt ignorantię & errores quibus totus mundus erat deditus, ſecundum illud Eſai. 60. Ecce tenebræ operient terrã. Et Sapien. 17. Vna catena tenebrarum omnes tenebantur. Lux ergo, id eſt, verbum Dei, lucet in tenebris, inter peccatores tenebroſos conuerſando. Et tenebræ eam non comprænderunt, id eſt, non vicerunt, quia quantumcunq; homines tenebroſi inuidia excæcati, ſuperbia obſtinati, malitia aggrauati, conati fuerint extinguere

D iſtam lucem, perdere famam & fidem per contumelias, opprobria & martyria in ipſo & ſuis, non potuerunt eam obſcurare, quin claritas eius per totum orbem diffuſa ſit.

[Margin: A. C. 34. — Amb. in c. 12. ad Cor. — Thom. ib. — Tenebræ humana caro. — Pſalm. 48. — li 3. de fid. orth. c. 17. — Tenebræ ſunt dæmones. — Tenebræ errores.]

§. XI.

QVANTVM ad ſecundum, ſcilicet præparationem huius lucis in nobis oriundæ, ſequitur. Fuit homo miſſus à Deo &c. Qui fecit te (ait Aug.) non iuſtificabit te ſine te. i. ſine tua pręparatione, per

E quam iuſtificationẽ oritur nobis lux & verbum. Pſa. lux orta eſt iuſto. Et ideo dicitur Amos. 4. Pręparare in occurſum dei tui. Et ad hoc fuit miſſus Ioan. Bap. vt præpararet viam iſti luci. Vnde Matth. 11. ipſa lux ait. Hic eſt, ſcilicet Ioannes, de quo ſcriptum eſt. Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit viam ante faciem meam. Et ipſe Ioannes interrogatus quis eſſet, ait. Vox clamantis in deſerto parate viam domini. Præparauit autem Ioannes viam luci iſti, vt reciperetur ab hominibus, vt à vitiis ſe abſtinerent, vt à deliciis ſe arcerent, verbo & exemplo, vt eleemoſynis inſiſterent, vt baptiſ-

F mum reciperent, qui etſi non erat purgatiuus culparum, erat tamen diſpoſitiuus ad bonum & præfiguratiuus noſtri, qui eſt ianua ſacramentorum. Per hæc igitur homo ſe diſponit ad lucem gratiæ in eo oriendam, cùm ſcilicet non continuat peccata, ſed ſe refrænat, vitam pœnitentiæ & auſteritatis tenet, eleemoſynas facit, ad ſacramẽta ſe ſe deuote diſponit, de Deo loquitur & audit. Vnde & Ioannes interpretatur

[Margin: Præparatio ad gratiam neceſſaria. — Auguſt. de verb. Apo. ſer. 15. — Pſalm. 96. — Ioan. 1. — Iſ. 40. — Ioannes viam luci præparauit. — Baptiſm. Ioannis non purgabat peccata. Tho. in 3 p. q. 38. art. 3. — Con. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. & 6.]

A.C. 34.

pretatur, in quo eſt gratia. De ipſo ergo Ioannes loquens ait. Fuit homo miſſus à Deo &c. Vbi notandũ quod vbi ſupra euangeliſta loquens de æternis, vſus fuit verbo præteriti imperfecti dicens, Erat. Hic de temporalibus loquens vtitur præterito perfecto dicens, Fuit: ad innuendum quòd temporalia ſic prętereũt quomodo terminantur. Homo, dicit ad excludendum errorem quorundam qui dixerunt, Ioannem eſſe Angelum, quia Chriſtus vocauit eum Angelum, vt dictum eſt. Dicit ergo, Fuit homo non Angelus. Conuenienter autem homo ad homines mittitur, per quem homines magis alliciantur ad præparandum ſe, vt per ſibi ſimilem. Quamuis autem Ioannes non fuerit natura Angelus, fuit tamen officio, & ideo dicitur, miſſus à Deo. Proprium enim eſt officium Angelorum, quòd mittantur à Deo, & ſint amici Dei. Ad hoc autem quòd aliquis perhibeat teſtimonium de Deo, oportet quòd mittatur à Deo. Rom. 10. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Ideo dicitur, Miſſus à Deo, vt intelligas eum diuina nunciare, non humana, non ſeipſum. Vbi nota quòd tripliciter mittitur quis à domino: per internam inſpirationem. Eſa. 28. Me miſit dominus & ſpiritus eius, & ſic miſſus Ioãnes fuit. Item per apertam & expreſſam viſionem corporalem vel imaginariam, & ſic fuit miſſus Eſaias. Eſa. 6. Quem mittam, ait dominus &c. item. Per prælati iniunctionem, qui in hoc tenet locum Dei, & ſic fuerunt miſſi à Paulo Barnabas & Timotheus. Fuit autem miſſus ad prædicandum & baptizandum. Cui nomen erat Ioannes. Erat dicit, quia ex Dei præordinatione æterna fuit ſibi impoſitum illud nomen, quod etiam deſignat idoneitatem officij ex interpretatione eius. Interpretatur enim in quo eſt gratia, quæ facit hominem idoneum miniſtrum Dei. Officium autem ad quod miſſus dicitur, ſubdit. Hic venit in teſtimonium &c. Vbi notandum ſecundum Thom. vbi ſupra, quòd Deus & homines & omnia facit propter ſeipſum, non vt aliquid ei accreſcat ex factis, quia bonorum noſtrorum non indiget, ſed vt eius bonitas manifeſtetur in omnibus à ſe factis, & ſic triplex teſtimonium creatura Deo præſtat. Vno modo naturaliter inquantum ſcilicet per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Rom. 1. Fit ergo creatura quælibet teſtimonium Dei, inquantum ex ſua bonitate eſt teſtimonium diuinæ bonitatis, ex ſua magnitudine & virtute, eſt teſtimonium diuinæ virtutis & omnipotentiæ, ex pulchritudine ſuæ ſapientiæ. Secundo modo creatura teſtimonium reddit Deo, inquantum per ſua bona opera Deus glorioſus oſtenditur apud homines, cùm bona opera à Deo procedant, & ſic Pſalm. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis. Et Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum &c. Et ſic omnes boni dicuntur teſtes Dei. Tertio modo per gratiam ſpecialem, quam quidam recipiunt à Deo ad diffundendum ad alios, docendo, admonendo, & alia Dei dona aliis communicando, & iſto modo Ioannes venit in teſtimonium: Chriſtus etiam dicitur veniſſe in teſtimonium. Ioan. 19. Ego (ait) in hunc mundum veni, vt teſtimonium perhibeam veritati. Et Eſaias quinquageſimoquinto. Ecce teſtẽ populis dedi eum. Sed aliter Ioannes venit in teſtimoniũ, aliter Chriſtus. Nã Chriſtus reddidit teſtimoniũ de lumine, vt ipſum lumen compræhendens, & ipſum exiſtens lumen: Ioannes autem, vt participans lumen. Fuit ergo magnum officium Ioannis, & ex participatione iſtius luminis, & ex ſimilitudine ad Chriſtum. Vt teſtimonium perhiberet de lumine. Sed ſi iſtud lumen eſt ſufficiens per ſe, omnia manifeſtare, non ſolum ſeipſum, ergo non indigebat teſtificante, non igitur, ſunt neceſſaria teſtimonia Ioannis & prophetarum de Chriſto. Ioannis quinto. Ego (ait ipſe) teſtimonium ab hominibus non accipio. Reſpondet Thom. vbi ſupra, quòd hæc erat obiectio Manicheorum, qui volebant deſtruere prædicta. Sed à ſanctis aſſignatur multiplex ratio quare Chriſtus voluit habere teſtimonia prophetarum. Origenes aſſignat tres. Quarum prima eſt, quòd Deus vult haberę aliquos teſtes, non ꝙ ipſe eorum teſtimonio indigeat, ſed vt eos nobilitet, quos conſtituit teſtes, ſicut etiam videmus in ordine vniuerſi, quòd Deus producit aliquos effectus per cauſas medias, non quòd ipſe ſit impotens ad producendum eos immediatè, ſed quia ad nobilitandas ipſas cauſas medias eis cauſalitatis dignitatem communicare dignatur. Sic in propoſito. Et ſi Deus potuerit omnes homines illuminare per ſe, & in cognitionem ſuam inducere, vt tamen debitus ordo ſeruetur in rebus, & vt aliquos homines nobilitaret, voluit diuinam cognitionem ad homines per alios homines deuenire. Eſa. 44. Vos eſtis teſtes mei. Secũda ratio, quia Chriſtus illuxit mundo per miracula, quæ quidem, quia facta ſunt in tẽpore, temporaliter tranſierunt, nec peruenerunt ad omnes. Verba vero prophetarum commendata ſcripturę poterant non ſolum ad pręſentes, ſed ad futuros peruenire. Voluit ergo Deus ad ſui cognitionem homines deuenire per teſtimonium prophetarum, vt non ſolum præſentes, ſed & futuri de ipſa illuminarentur, vnde ſubdit. Vt omnes crederent in eum, non ſolum præſentes, ſed & futuri. Tertia ratio eſt, quia homines ſunt diuerſæ conditionis, & diuerſimode ad veritatis cognitionem perducuntur. Quidam attrahuntur magis per ſigna, quidam magis per ſapientiam. 1. ad Corinth. 1. Iudæi ſigna petunt, Græci ſapientiam quærunt. Vt ego dominus omnibus panderet viam ſalutis, miracula & teſtimonia ſcripturarum dedit, vt qui non perducitur ad viam ſalutis per miracula in veteri & nouo teſtamento facta, perducatur per teſtimonia ſcripturarum & prophetarum. Quarta ratio eſt Chryſoſt. ſcilicet quia homines cùm veritatem & cognitionem Dei in ſeipſo cognoſcere non poſſent, voluit Deus eis condeſcendere, illuminando quoſdam homines de diuinis præ aliis, vt ab eis humano modo de ipſis diuinis cognitionem acciperent, quorum cognitionem in ſeipſis accipere non valebant. Vt omnes crederent per illum, ſcilicet per Ioannem in Chriſtum, quaſi dicat. Non venit in teſtimonium, tanquam pro re dubia & incerta, cùm ipſum ſit lumen omnia manifeſtans, ſed propter duritiam & tarditatem ad credendum, vt ſcilicet omnes crederent. Sed contra, quia non omnes credunt in eum, ergo fruſtra venit cùm non ſit conſecutus finem. Reſpondet Thom. quantum eſt ex parte Dei mittentis, & Ioannis venientis ſufficiens modus eſt adhibitus omnibus perueniendi ad fidem, ſed ex parte eorum qui ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terram, & noluerunt videre ipſum lumen, defectus fuit quòd non omnes crederent. Quamuis autem Ioannes miſſus ſit à Deo, & magnus fuerit, tamen aduentus eius non fuit ſufficiens ad ſalutem, quia ſalus hominis in hoc conſiſtit, quod percipiat ipſam lucem, ſed Ioannes non erat

Marginalia: De æternis euang. loquens erat dicit, & fuit de tẽporalib. — Mitti debet à Deo q de Deo perhibet teſtimonium. — Tripliciter quis mittitur à domino. — Th. in Io. lect. 4. & in 1. p. q. 44. art. 4. — Creatura præſtat Deo triplex teſtimonium. — Pſal. 67. — Th. ibid. — Tripliciratione Chriſtus voluit habere teſtimoniũ à prophetis. — Chr. in Io. hom. 5. — Tho. ibid. — Pſalm. 16.

A. C. 34.

erat lux, vnde ſubdit. Non erat ille lux. Contra Eph.5 Nunc autem eſtis lux in domino. Et Matt.5. Vos eſtis lux mundi, ergo & Ioannes lux. Reſpondeo. Verbum eſt lux abſolute, quia per eſſentiam, ſed Ioannes & alij ſancti, de quibus ait Apoſtolus, ſunt lux non abſolute, ſed per participationem.

§. XII.

ERAT lux vera quæ illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundum. Ex his oſtenditur quòd verbum erat lux per natiuitatẽ ſpiritualem irradiando, & per gratiam habens diffuſionem vbique, quia illuminat omnem hominem &c. Iob. penul. Si ſcis per quam viam ſpargitur lux. q.d. non ſucceſſiue, ſed ſubito longe lateque diffunditur. Eccleſiaſt.42. Sol illuminans per omnia reſpexit. Sic ſol iuſtitię illuminat omnem hominem vt lux vera. Vbi tria videnda ſecundum Thom. Primo quomodo lux vera: ſecundo quomodo omnẽ hominem illuminat: tertio venientem in hunc mundum. De primo dicit quòd verum in ſcripturis tribus opponitur, ſcilicet falſitati, figurali, & participanti. Aliquando enim verum diuiditur contra falſum, vt illud Eph.4. Deponentes mendaciũ loquimini veritatem. Aliquando diuiditur contra figurale ſecundum illud Ioan.1. Lex per Moyſem data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, quia veritas figurarum legis facta eſt & impleta per Chriſtum. Aliquãdo diuiditur contra participans, ſecundũ illud.1.Ioan.vlt. Vt ſimus in vero filio eius &c. qui ſcilicet nõ eſt filius per participationem vt nos, fuit autem ante aduentum verbi quædam lux. Siquidem antequam verbum veniret in mundum erat quædam lux cognitionis, quam philoſophi ſe habere iactabãt, ſed hæc falſa erat. Ad Ro.1. Qui cùm cognouiſſent Deum &c. Fuit & quædam alia lux, quam ſe gloriabantur habere Iudæi, ex doctrina ſcilicet legis, ſed hæc erat figuralis. Heb.10. Vmbram habens lex futurorum bonorum &c. Erat & in Angelis & ſanctis lux quædam, inquãtum ſpecialiori modo Deum cognoſcebant per gratiã Iob. 25. Super quem non fulget lumen illius. q.d. omnes lucidi, in tantum lucent inquantum participant lumen Dei. Sed iſtud verbum Dei non erat lux falſa, nec figuralis, nec participata, ſed erat lux vera ſcilicet per eſſentiam [in quo quidem verbo excluditur duplex error ſcilicet Photini, qui Chriſtũ opinatus eſt ex virgine initiũ ſumpſiſſe, & ideo ne aliquis hoc ſuſpicari poſſet,] Erat dicit, ſcilicet ab æterno, non ſolum ante virginem, ſed & ante omnia. Dixit enim Photinus & in hoc hæreticus, Chriſtum ſumpſiſſe initiũ à virgine Maria. [Alter error eſt Arij & Origenis dicentium Chriſtũ non eſſe verum Deum ſed per participationem tantùm. Quod ſi verum eſſet, Chriſtus non eſſet lux vera. Sicut enim dicitur 1.Io. 1. Deus lux eſt non per participationem, ſed lux vera. Si ergo verbum eſt, lux vera per eſſentiam vt verus Deus, non eſt per participationẽ vt dixit hæreticus, Arius & Orig. Efficacia autẽ huius verbi ad illuminandũ oſtenditur in eo quòd illuminat omnẽ hominem. Omne enim quod per participationem eſt tale, ab eo deriuatur quod eſt per eſſentiam tale: ſicut omne ignitum eſt tale per participationẽ ignis, qui talis eſt per ſuam naturã. Quia ergo verbum eſt lux vera, id eſt, per eſſentiã ſuam, oportet quod omne lucens luceat per ipſum, & ſic illuminet omnem hominem. Quod tripliciter poteſt exponi. Vno modo de lumine naturalis cognitionis, ſcilicet per rationem, & ſic omnis homo illuminatur, quia omnis homo habet cognitionem naturalem intellectus alicuius veri. Et hoc eſt per participationẽ lucis verbi. Pſal.4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui &c. Secundo modo, vt intelligatur de illuminatione per gratiam vel gloriam. Et ſic ſecundum Auguſtinum ly Omnem, eſt diſtributio non ſimpliciter, ſed accommoda, diſtribuens pro iis qui illuminantur, non pro aliis. Non enim omnes homines illuminantur gratia, ſed qui illuminantur non aliunde illuminantur niſi à verbo luce, ſicut exponitur etiam illud.1.ad Timoth. Vult omnes homines ſaluos fieri. Tertio modo intelligitur quòd verbum illuminat omnem hominem quantum eſt ex parte ſui, quia nulli ſe ſubtrahit paratus omnes illuminare, omnibus exhibens documenta & ſacramenta ſalutis. Vel eſt diſtributio non pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum. De omni enim genere aliqui illuminantur, & mares & fœminæ, parui & magni, liberi & ſerui, & de omni tribu, lingua, populo & natione. Venientem in hunc mundum. Dicitur tripliciter mundus. Vno modo pro mundo creationis, id eſt, pro mundo ſenſibili, ſecundum illud Ioan.17. Hi, ſcilicet diſcipuli mei in mundo ſunt. Venit autem dicitur in hunc mũdum cùm quis naſcitur, non quòd de alio mundo veniat in iſtum, vel quòd anima omnis hominis fuerit creata à principio, & veniat in iſtum mundum cùm corpus eius conceptum & formatũ eſt, quod fuit error Orig. ſed tunc de nouo creatur anima & infunditur corpori formato, & venit in mundum. Illuminatur autem modo prædicto per naturam, gratiam, vel gloriam. Secundo modo dicitur mundus Eccleſia, ſecundùm illud. Deus erat in ipſo. ſ. Chriſtus mundum reconcilians ſibi. Venit autem quis in hunc mundum ſpiritualiter per fidem, & illuminatur per gratiam. Tertio modo dicitur mundus omnis malus amator mundi, ſecundum illud.1.Ioan.2. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Et quia talis mundus eſt plenus tenebris errorum & vitiorum, ideo veniens in hunc mundum, id eſt, conuerſans indiget illuminari, ne obſcuretur ab aliis, & à verbo illuminatur quantum in ſe eſt.

[Left margin notes:] Chriſtus eſt lux vera. — Th. in Io. lect.5. — Verũ opponitur falſo, figurato & participato. — Lux ante Chriſtum qualis. — Omnes homines per verbũ illuminari quo intelligendum.

[Right margin notes:] A. C. 34. — Auguſt. in ench. ad laur. c.103. — Mundus dicitur tripliciter. — 2.Cor.5.

§. XIII.

IN mundo erat & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. Quia immediate oſtenderat euangeliſta efficaciam verbi diuini, ex eo quod ſufficiens ſit ad omnes illuminandos vt lux vera: quòd multi non illuminentur gratia eius, oſtendit hoc non eſſe ex remotione ſua vel abſentia vel occultatione ſui, ſed hoc procedere ex defectu hominis. Ideo dicit. In mundo erat, quaſi dicat euangeliſta. Verbum diuinum & efficax eſt & præſens omnibus ad illuminandum, quia in mundo erat. Actuũ decimoſeptimo. Non longe eſt ab vnoquoque noſtrum, in ipſo enim viuimus mouemur & ſumus. Sed notandum ſecundum Thom. vbi ſupra, quod aliquid dicitur eſſe in mundo tripliciter. Vno modo per continentiam, ſicut locatum in loco. Vnde Pau.2.ad Corin.5. Dum ſumus in mundo peregrinamur à domino. Secundo modo vt pars in toto, ſicut quælibet pars mundi dicitur eſſe in mundo, etiam ſi non ſint locales, ſicut ſubſtãtiæ intellectuales, quia localiter non ſint in mundo, ſunt tamen in mundo vt pars eius. Pſalm. Qui fecit cœlum & terram mare & omnia quæ in eis. Neutro autem iſtorum modorum verbum erat in mundo, quia nec

[Right margin notes:] Cur multi à luce Chriſto non illuminentur. — In mundo dicitur aliquid eſſe tripliciter. Th. in Io. lect. 5.

A. C. 34.

localiter, nec pars vniuerſi, immò vero quodammodo (vt ita loqui liceat) totum vniuerſum eſt pars eius, bonitatem eius partialiter participans. Erat ergo in mundo tertio modo, ſcilicet vt cauſa efficiens & conſeruans, ſecundum illud Hiere. 23. Cœlum & terram ego impleo. Sed tamen, aliter eſt de verbo Dei agente & cauſante omnia, & aliter de aliis agentibus. Nam alia agentia operantur, vt extrinſecus exiſtentia, cùm enim non agant niſi mouendo, & alterando aliquo modo, quantum ad ea quæ ſunt extrinſeca rei, vt extrinſeca operantur. Deus vero operatur in omnibus rebus vt interius agens, quia agit creando. Creare autem eſt dare eſſe rei creatæ. Cùm ergo eſſe ſit intimum cuiuſlibet rei, Deus qui operando dat eſſe, operatur in rebus vt intimus agẽs. In mundo ergo erat, vt dans eſſe mundo. Conſuetum eſt autem dici (quod etiam ponit Magiſter in. 1. ſententia) Deum eſſe in omnibus per potentiam, præſentiam, & eſſentiam. Pro cuius declaratione ſciendum, quod per potentiam quis eſſe dicitur in omnibus, quæ ſubduntur eius potentiæ, & ſic rex dicitur eſſe in toto regno ſibi ſubiecto, per ſuam potentiã, non tamen eſt ibi per eſſentiam. Per præſentiã dicitur eſſe in omnibus rebus, quæ ſunt in conſpectu eius, & ſic rex dicitur eſſe per præſentiam in domo, qui tamen non eſt ſecundum ſubſtantiam ſuam in qualibet parte domus. Per eſſentiam vero dicitur eſſe in illis rebus, in quibus eſt ſua eſſentia ſicut rex eſt in vno loco determinato. In mundo ergo erat verbum per potentiam, quia omnia poteſtati eius ſubduntur. Pſal. Si aſcendero, in cœlum tu illic es &c. Per præſentiam, quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Hebræorum quarto per eſſentiam vero, quia eſſentiã ſua intima eſt omnibus rebus. Oportet enim omne agens inquantum agens coniungi effectui ſuo immediate cùm mouens & motum oporteat eſſe ſimul, Deus autem eſt creator & conſeruator omnium ſecundum eſſe vniuſcuiuſque rei. Vnde cùm eſſe rei ſit intimum in quacunque re, manifeſtum eſt quòd Deus per eſſentiam ſuam, per quam omnia creat, ſit in omnibus rebus. Et ſignanter dicit euangeliſta. Erat in mundo verbum, oſtendens ab initio creaturarum ſemper in mundo fuiſſe creans & conſeruans omnia, quia ſi ad momentum Deus ſubtraheret virtutem ſuam & influxum à rebus creatis, omnia in nihilum redigerentur & deficerent. Et ad id declarãdum Orig. vtitur ſatis congruo exemplo dicens quòd ſicut ſe habet vox ſenſibilis ad verbum noſtrum, ita tota creatura ad verbum diuinum. Nam ſicut vox eſt effectus verbi noſtri in corde concepti, ita tota creatura eſt effectus verbi diuina mente concepti. Dixit enim & facta ſunt. Pſal. Vnde ſicut videmus quòd ſtatim deficiente verbo noſtro in mente concepto, vox ſenſibilis deficit, ita ſi virtus verbi diuini ſubtraheretur à rebus, ſtatim res omnes in momento deficerent, & hoc eſt, quia eſt portans omnia verbo virtutis ſuæ Heb. 1. Sic ergo patet quod defectus diuinæ cognitionis non eſt in hominibus, ex abſentia verbi, quia in mundo erat. Sed nec etiam ex inuiſibilitate vel occultatione, quia opus fecit, ex quo ſimilitudo ſua euidẽter relucet, ſcilicet mundum. Sap. 13. A magnitudine ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter creator horum poterat videri. Et ad Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur. Vnde ſubiungit. Et mundus per ipſum factus eſt, vt ſcilicet in ipſo, lux ipſa manifeſtaretur, ſicut in artificio manifeſtatur ars artificis. Sicut enim nihil eſt aliud ar-

Verbum quo fuerit in mundo.

Differẽtia inter verbum & reliqua agẽtia.

Mag. in 1. d. 37. lib. 2.
Th. in 1. p. q. 8 art. 3.

Aduentus Chriſti fuit multipliciter figuratus.

Pſal. 138.

Th. in 1. p. q. 8. art. 1.

Ariſt. lib. 7. t. 10.

Th. in 1. p. q. 104. a. 1.

Ori. in ho.

Quo pacto ſi verbum ſubtraheret ſuã gubernationem omnia deficerent.

Mundus quid theologicè.

A tificij forma quàm ſimilitudo artis artificis, ita totus mundus nihil eſt aliud quàm repræſentatio diuinæ ſapientiæ in mente patris conceptæ. Sapien. 1. ſparſit illam ſuper omnia opera ſua.

A C. 34.

Subſequenter oſtendit euangeliſta, quòd iſte defectus eſt ex homine. Vnde ſubdit. Et mundus eum non cognouit. Ponitur autem hic mundus pro homine. Angeli enim cognouerunt intelligendo, elementa cognouerunt modo ſuo obediẽdo: ſed mundus, id eſt, habitator mundi homo non cognouit. Et poteſt quidem defectus cognitionis Dei referri ad hominem, vel quo ad naturam, vel quo ad culpam.

B Quo ad naturã quidem, quia quamuis data ſint iſta auxilia homini ad inducẽdum in cognitionem Dei, ratio tamen humana in ſe deficiens eſt ad huiuſmodi cognitionem. Vnde Iob. 36. Vnuſquiſque intuetur eum procul. Etſi aliqui eum cognouerunt, hoc fuit inquantum non fuerunt de mundo vel in mundo. Vnde Aug. Cùm aliquid æternũ mente concipimus iam in hoc mundo nõ ſumus. Si verò referatur mundus ad culpã, tunc dicitur mundus inordinatus amator mundi, ſecundum illud. 1. Io. 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Et talis mundus, id eſt, peccator vtique non cognouit eum. Iſti

C ergo vt ingrati deſignati per mundum propter inordinatum amorem eius non, cognouerunt verbum, nec recipiunt lucem gratiæ propter vitia ſua. Collige ex dictis, quòd natiuitas ſpiritualis verbi, ſcilicet per gratiam, vel gloriam, habet incertitudinem quo ad gratiam, & incomprahẽſionem quo ad gloriam. Lux in tenebris &c. Habet congruam præparationem ibi. Fuit homo &c. Habet latam diffuſionem ibi. Erat lux vera. Habet in malis recuſationem, ibi In mundo erat &c.

Mundus nõ cognouit verbũ quo intelligendum.

Epilogus eorũ quæ de natiuitate Chriſti ſpiritua li dicta ſunt.

D

§. XIIII.

TERTIA Chriſti natiuitas eſt tempore ex virgine matre ſine patre, de qua ſequitur. In propria venit, ſcilicet verbum diuinum. Venit autẽ non deſerendo cœlum, nec mutando locum, ſed vniendo ſibi aſſumptum, id eſt, humanitatem noſtram aſſumendo, in qua viſibilis mundo apparet. Iſta ergo natiuitas verbi temporalis vel in vtero Mariæ facta, id eſt, conceptio ſecundum illud Matt. 1. Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Vel ex vtero Mariæ

E virginis, de qua Angelus. Natus eſt nobis hodie ſaluator. Lu. 2. qua venit in propria multum à patribus prænunciata & optata. Vnde Iacob. Gen. penultimo. Non auferetur ſceptrum De Iuda &c. donec veniat qui mittendus eſt. Et Dauid in pſalmo. Excita potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos. Et Eſa. Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Et Aggæus cap. 2. Veniet deſideratus cunctis gentibus. Et Malachias cap. 3. Statim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis. Quæ omnia promiſſa & vota, impleta ſunt quando in propria venit. Exiui à patre (ait Chriſtus) & veni in mundum. Qui ad-

F uentus, id eſt, incarnatio fuit multipliciter figuratus, [a] ſcilicet in virga Aarõ & eius flore. [b] In vellere Gedeonis in area, & eius rore. [c] In area domini imputribili deaurata, legẽ, manna, & virgam continente. [d] In porta ſecundum Ezech. in domo domini clauſa & ſolo domino ingrediẽte & egrediente. [e] In lapide ſecundũ Dan. exciſo ſine manib. de monte. [f] In virgine prænunciata aperte ſecundùm Eſa. Emanuelem con-

De tẽpora li Chriſti natiuitate.

Prophetiæ de Chriſti natiuitate.

Gen. 49.
Pſal. 79.
Iſ. 35.

Ioan. 16.

a Num. 17.
b Iud. 6.
c Ex. 25.
d Eze. 44.
e Dan. 2.
f Iſa. 7.

A. C. 34.

lem concipiente & parturiente. Ex iſta autem natiuitate temporali quatuor notantur. Primum noſtræ humanitatis in eo veritas. In propria &c. Eius natiuitatis fructuoſitas. Quotquot autem receperũt &c. Eius nobiſcum cõuerſabilitas. Verbũ &c Et habitauit. Quartum conſecuta in nobis perfecta fœlicitas. Vidimus gloriam eius. Quantum ad primum iſtud poteſt exponi tripliciter. Vno modo ſic. Venit in propria, id eſt, in ea quæ erant ſua, quia ipſe fecit omnia & in eis erat, ſeu venit in mundum, in quo quidem etſi prius erat per gubernationem, non tamen prius ibi erat per carnis aſſumptionem. Hier. Inter illas ſacrati ventris anguſtias manus omnipotentis Dei ſemper operatur, idem creator corporis, pariter & animæ eſt, ipſe eſt Dei virtus & ſapientia qui in vtero virginis ædificauit ſibi domum. di.56. naſci. Et ſui eum nõ receperũt. Sui ſunt homines omnes, quia ab eo formati. Non receperunt, ſcilicet in eum credendo, & ei adhærendo pro maiori parte hominum. Secundo modo ſic. In propria venit, id eſt, incarnatus eſt ex populo Iudæorum, qui erat populus Dei ab in eo peculiaré præ cæteris electus. Deut.26. Elegit te dominus vt ſis ei populus peculiaris. Dicuntur & proprij Iudæi: quia coniuncti ſecundum carnem, quoniam mater eius Maria ex illo populo orta. Tum etiam quia multis beneficiis præ cæteris exaltati. Eſ. 1. Filios enutriui & exaltaui. Et ſui eum non receperunt, in Meſſiam ſuum & ſaluatorem, credendo in eum. Ioan. Ego veni in nomine patris mei (ait ipſe Iudæis) & non me recepiſtis. Tertio modo. In propria venit, aſſumẽdo ſcilicet omnes proprietates naturæ humanæ & mortalitatem & pœnalitates & paſſiones omnes & alia propria & communia hominibus, excepta ignorãtia & peccato. ad Heb. Debuit per omnia fratribus aſſimilari. Sed ſui eum non receperunt. i. hæretici, ſui per baptiſmum, eum non receperunt, vt veram humanitatem habentem, imnò vnus dixit verbum conuerſum in carnem, alius non habuiſſe animam, alius alia fatua vel falſa, vt dicetur infra.

In propria venit explicatur variè. — *Hier. in Ruffinũ.* — *Ioan. 5.* — *Heb. 2.*

§. XV.

QVOTQVOT autem receperunt eum &c. Hic oſtenditur fructus huius natiuitatis temporalis Chriſti, quæ eſt maxima dignitas, ſcilicet filiatio diuina. Quia dedit eis poteſtaté filios Dei fieri. Ad Galatas. 4. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere &c. vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Vnde & ipſe Chriſtus ait Magdalenæ. Vade ad fratres meos, & dic eis. Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum. Ioan.20. Vnde & Leo Papa in ſermone. Agnoſce ô Chriſtiane, dignitatem tuam, & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterem peccati vilitatem degeneri conuerſatione tranſire. Et hoc ſatis congruit. Vt qui ſumus filij Dei per hoc quod aſſimilamur filio, reformemur per filium. Vnde dedit eis, ſcilicet verbum ipſum, filios Dei fieri ad Rom.8. Prædeſtinauit ſcilicet Deus electos conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Eis dedit, dedit quibuſcunque ſcilicet recipientibus eum per fidem, Iudæis vel Gentibus, maribus vel fœminis, ſeruis vel liberis. Vbi notandum quod homines dicuntur filij Dei per aſſimilationem ad Deum, ſed hæc aſſimilatio poteſt eſſe triplex, & ſic etiam tripliciter homo poteſt eſſe filius Dei. [Primo enim per gratiæ infuſionem, vnde quicunque habet gratiam gratum facientem efficitur filius Dei. Rom.8. Non accepiſtis ſpiritum ſerui-

Fructus natiuitatis Chriſti. Th. in Io. lect.6. — *Ioan. 20. Leo. ſer. 1. de nat.* — *Homo tripliciter Deo aſſimilatur, & filius Dei conſtituitur.*

A tutis, &c.] ad Gal.4. Quoniam eſtis filij Dei, ſcilicet gratia habita. Secundo aſſimilatur Deo per operum perfectionem. Mat.5. Diligite inimicos veſtros vt ſitis filij patris veſtri, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos &c. Tertio per gloriæ adeptionem, quantum ad animam per lumen gloriæ. 1. Ioan.3. Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus. Et quantum ad corpus. Phil.3. Reformabit corpus ſuum con figuratum corpori claritatis ſuæ. Et.1. Ioan.3. Videte qualem charitatem Deus pater dedit nobis, vt filij Dei nominemur & ſimus. Et iſta filiatio comprehendit virtutes, ad quas promouemur per natiui-

B tatem Chriſti. De fide dicit Auguſt. in libro de ciuitate Dei. Vt homo fidentius ambularet ad veritatem. ſ. fidei, veritas ipſa Dei filius homine aſſumpto non Deo conſumpto eandem conſtituit & ſtabiliuit fidem. De ſpe idem. Auguſt. Quid tantum mentes noſtras erigit, & à deſperatione vitæ immortalis eripit, quàm quòd vnigenitus Dei filius noſtrum dignatus eſt inire conſortium, & mala noſtra ſufferre? De charitate idem. Quæ maior cauſa aduentus ſui ad nos, quàm vt oſtenderet dilectionem ſuam ad nos, vt ſi amare piget, redamare non pigeat? A malis etiam reuocat peccatorem. Luc.9. Venit filius

C hominis ſaluum facere, quod perierat. Si ergo accipiatur iſtud. Dedit poteſtaté eis filios Dei fieri, quantum ad operum perfectionem vel gloriæ adeptioné, tunc illud dictum nullam habet difficultatem, quia tunc intelligitur de poteſtate gratiæ gratum facientis, qua habita homo poteſt facere opera perfectionis, & adipiſci gloriam. Rom.6. Gratia Dei vita æterna. Sed ſi intelligatur iſta poteſtas de gratiæ infuſione, tunc habet dubitationem illud. Dedit eis poteſtatem filios &c. quia [non eſt in poteſtate noſtra fieri filios Dei, cùm non ſit in poteſtate noſtra gratiam habere, hoc ergo quod dicit: dedit eis poteſtatem, aut

D intelligitur de poteſtate naturæ & tunc non videtur eſſe verum, quia ſupra naturam noſtram eſt infuſio gratiæ. Aut intelligitur de poteſtate gratiæ, &] tunc hoc ipſum eſt gratiam habere, quod habere poteſtatem filios Dei fieri, & ſic non dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ſed eſſe. Ad quod dicendum ſecũdum Diuum Thom. vbi ſupra, quòd in donatione gratiæ requiritur in homine adulto ad iuſtificationem ſuam cõſenſus per motum liberi arbitrij. Vnde quia eſt in poteſtate hominis, vt conſentiat vel non conſentiat, dedit eis poteſtatem, hanc ſcilicet poteſtatem ſuſcipiendi gratiam dedit hominibus dupliciter.

E Primo quidem gratiam præparando & hominibus proponẽdo. Sicut enim qui facit librum & proponit hominiad legendum illud, dicitur dare homini poteſtatem ad legendum, ita & Chriſtus, per quẽ gratia facta eſt. Ioan.1. Et qui operatus eſt ſalutem in medio terræ, dicitur in Pſal. Dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri, per gratiæ ſuſceptionem. Secundò, quia hoc non ſufficit cùm liberum arbitrium indigeat ad hoc, quòd promoueatur ad gratiæ ſuſceptionem, auxilio gratiæ diuinæ, non quidem habitualis, ſed mouentis, ideo dat poteſtatem mouendo liberũ arbitriũ hominis, vt conſentiat ad gratiæ ſu-

F ſceptionem, iuxta illud. Conuerte nos domine ad te, mouẽdo ſcilicet liberum arbitrium ad amorem tui, & conuertemur &c. Thren. vlt. Et hæc motio vocatur interior vocatio, de qua dicitur. Rom.8. Quos vocauit ſcilicet interius voluntatem inſtigando ad conſenſum gratiæ, hos & iuſtificauit, gratiam infundendo. Quia verò per hanc gratiam habet homo hanc poteſtatem conſeruandi ſe in di-

A. C. 34. — *Hæc Th. in 3 p. q. 1. ar. 2.* — *Aug. in 11. de ciu. c. 2.* — *Aug. in 13. de trin. c. 2.* — *Th. in Io. lect.6.* — *Cõ. Trid ſeſſ. 6. c. 7. Cõſenſus ad iuſtificationem requiritur.* — *Pſal. 73.* — *Vide & obſerua Con. Trid. de iuſtificatione expreſſam doctrinam.*

A. C. 34.

uina filiatione,ideo poteſt & aliter dici.Dedit eis,cũ recipientib.poteſtatem filios Dei fieri.i.gratiam per quam ſunt potentes conſeruare ſe in diuina filiatione. 1.Ioannis vltim. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat,ſed generatio Dei conſeruat eum.Et ſic dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,per gratiam gratum facientem,per operum perfectionem,per gloriæ conſecutionem,& hoc præparando,mouendo & conſeruando gratiam.

Quibus autẽ conferatur fructus huiuſmodi lucis ortæ ſubdit.His qui credunt in noĩe eius.q.d.Hoc eſt recipere eũ,credere in eum.Vel ſic ſecundum Orig.

Origen.in hom. quæ incipit vox ſcripta.

Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri,his qui receperũt eum per fidẽ,& credunt in nomine eius,id eſt, illis qui nomen Chriſti integrũ ſeruãt,vt nihil de diuinitate vel humanitate diminuãt,falſo credẽdo vt hæretici. Vel ſic.His qui credũt in nomine eius.i.habẽtibus fidẽ formatã & facientibus opera ſalutis. [Illi enim qui habent fidẽ informẽ non credũt in nomine eius,quia nõ operãtur ſalutẽ.] Nomen enim eius ſalutẽ importat.Ne quis autẽ audiẽdo hunc fructũ.ſ. filiationis exiſtimet generationẽ iſtam carnalẽ.Ideo ſubdit.Qui non ex ſanguinib.In carnali generatione duo concurrunt.ſ.cauſa materialis, & cauſa motiua. Materialis cauſa eſt ſanguis. Per hoc igitur ꝙ ex ſanguinibus, intelligitur quicquid ex ſanguine generatur cõcurrens vt materia,ad carnalẽ generationẽ. Semen autẽ ſecundũ philoſophum eſt ſuperfluitas vltima cibi ſanguinei.Vnde ſiue ſemen viri ſiue menſtruum mulieris intelligitur per ſanguinem. Cauſa vero motiua ad generationem eſt voluntas cauſalis ſe cõmiſcentium,ſcilicet maris & fœminæ, quia licet actus virtutis generatiuæ inquantũ huiuſmodi non ſit ſubditus voluntati,præambula tamen ad ipſum voluntati ſubiiciuntur.Et ideo dicitur.Neque ex voluntate carnis,id eſt, mulieris,neq; ex voluntate viri, vt ex cauſa efficienti, ſed ex Deo nati ſunt, id eſt,non carnaliter ſed ſpiritualiter ſunt filij Dei tales.Vel etiam poteſt dici quòd duplex eſt motiuum ad generationem carnalem. Vnum ex parte appetitus intellectiui,qui eſt voluntas,& hic dicitur vir. Aliud ex parte appetitus ſenſitiui, quæ eſt concupiſcentia,& hic dicitur caro.

Fides formata & informis.

In generatione carnali quæ cõcurrãt.

Ariſt.lib.1. de gener. animaliũ cap.19.

§. XVI.

Verbum caro factum.

ET verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis. Iſtud poteſt continuari ad præcedentia tripliciter.Vno modo ad illud quod dixerat. In propria venit.q.d.Nec credas veniſſe mutando locum, ita dixi venit.Quia verbum caro factũ eſt.Secundum Chry. vero refertur ad id quod dixerat.Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri,quaſi quæretur ab aliquo : Vnde habuit verbũ hanc poteſtatem?Reſpondens ſubdit. Et verbũ caro factum eſt.q.d.Hoc ipſum quod verbum caro factum eſt,dedit nobis poteſtatẽ,vt fieri poſſimus filij Dei.Aug.vero continuat ad illud,quod immediatè dictum erat,Ex Deo nati ſunt,dicens.Quia durum videbatur vt homines ex Deo naſcerentur, ideo quaſi in argumentũ huius dicit, vt verum eſſe credatur,ſubdit illud,de quo mirum videtur.Et verbum caro factũ eſt.q.d.Ne mireris homines ex Deo naſci,quia verbum caro factum eſt.i.Deus factus eſt homo.Vnde Augu.Deus factus eſt homo,vt homo fieret Deus.Bern.Tres mixturas ſeu tria opera fecit Deus ita mirabiliter ſingularia, & ita ſingulariter mirabilia,vt nec prius facta ſint nec poſtea faciẽda. Coniuncta quippe ſunt adinuicem Deus & homo, mater & virgo,fides & cor humanum, ſcilicet iſta

Chryſ. ho. 10. in Ioã.

Aug.in Io. tract. 2.

Augu. ſer. 13. de tẽp.

Ber. ſer. 3. in vig.nat.

A credendo. Dicitur autẽ.Verbum caro factum eſt,id eſt,conceptũ de virgine Maria,& de Spiritu ſſancto. Sed de virgine Maria, quia caro eius de ſubſtantia eius & de puriſſimis eius ſanguinibus formata eſt. Quòd vero dicitur conceptus de Spiritu ſancto, non ſic eſt intelligendum,vt tanquam de ſubſtantia Spiritus ſancti ſit factus, ſicut cultellus de ferro, ſed quia opere Spiritus ſancti,nõ humano ſatu facta eſt illa conceptio. Nec tamen ibi ſolus Spiritus ſanctus operatus eſt ad formandum illam carnem & creandam illam animam, & faciendam illã vnionem,ſed ſimul pater, filius, & Spiritus ſanctus, trinitas vnus

A. C. 34.

Qualiter dicatur Chriſtus cõceptus de Spiritu ſancto.

Th. in 3.p. q.32.art.1.

B Deus.Attribuitur tamen magis Spiritui ſancto,quia ex ſolo amore Dei & gratia ſine meritis noſtris verbum caro factum eſt. Amor autem in diuinis attribuitur Spiritui ſancto.Non tamẽ perſona patris,vel Spiritus ſancti,ſed perſona verbi carnem aſſumpſit. Et habitauit in nobis,id eſt,conuerſatus eſt inter homines.Baruch.4. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, dans nobis formam viuendi,doctrina & exemplo. Vnde Aug. in ſermone. Homo ſequendus non erat,qui videri poterat, quia ſcilicet peccator,Deus ſequendus erat qui videri nõ poterat.Vt ergo homini exhiberetur & qui ab hoĩe

Auguſt. in quod ſer. denat.

C videretur,& quẽ homo imitaretur, Deus factus eſt homo:quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Mat.2.Veniens habitauit Nazareth. Bern. O bone Ieſu,quàm dulciter cum hominibus conuerſatus es,quanta eis bona largitus es,quãta pro eis paſſus es, dura verba,duriora verbera,duriſſima crucis tormenta.Gregor.in moral. Studebant ſuperbi homines ex Adã ſtirpe generati proſpera vitæ præſentis appetere,aduerſa deuitare,opprobria fugere,gloriam ſequi.Venit inter eos incarnatus dominus, aduerſa appetens,proſpera ſpernẽs,opprobria amplectens,gloriam fugiens.Et à principio ſuæ natiuitatis

Gr. lib. 30. mor. c.30

D oſtendit viam virtutum tenendam, ſcilicet humilitatis,charitatis, & auſteritatis,quia paruulus natus eſt nobis,& in magna paupertate & charitate. Hiere.31.In charitate perpetua dilexi te.Et Dion.ait.His diebus Deus paſſus eſt extaſim,id eſt,exceſſum amoris,quando verbum caro factum eſt &c.Quidã male intelligentes dicta verba,ſumpſerunt ſibi inde occaſionẽ erroris & diuerſimode. Nam Eutyches cum ſequacibus dixit, Verbum ita carnẽ factum,ac ſi aliquid eius ſit conuerſum in carnẽ,ſicut farina fit panis,& aër ignis,vnde ponebat Dei & hominis vnam naturam, quod hæreticum eſt.diſt.15.c.1.& impoſſi-

Dio.Areo. de di.nom. c.7.hoc videtur innuere.

Error Eutychetis, naturas in Chriſto cõfundentis.

E bile.Nam ſupradictũ eſt, Verbũ erat Deus, ſed Deus eſt immutabilis. Malachiæ.3. Ego Deus & non mutor.Vnde eſſe non poteſt,quòd conuertatur in aliam naturam.Intelligitur ergo Verbum factũ eſt caro,id eſt carnẽ aſſumpſit, non quòd ſit conuerſum in carnem. Alij hæretici dixerunt : Verbum non quidem conuerſum in carnem, ſed carnem aſſumpſiſſe ſine anima,& ideo Ioannes dixit. Verbum caro factum eſt. Nam ſi ſumpſiſſet animam, dixiſſet, Caro factum eſt cum anima. Hic fuit error Arij qui dixit Chriſtum non habuiſſe animam, ſed verbum Dei fuiſſe loco animæ in illa carne. Sed huius erroris

Arij error aſſerentis Chriſtum anima caruiſſe.

F falſitas patet ex euangelio Matthæi 26. vbi ait ipſe. Triſtis eſt anima mea. Sed huiuſmodi paſſiones, nec in verbo poſſunt eſſe,nec in carne ſola. Tum etiam,quia Deus non poteſt eſſe forma alicuius corporis. Præterea caro non ſortitur ſpeciem carnis niſi per animam. Nam recedente anima caro hominis vel bouis non dicitur caro niſi æquiuocè.

Alij hæretici,vt Apollinaris,dixerunt verbũ vtiq;

aſſumpſiſſe

A. C. 34.

Apolinaris hæreticus.

aſſumpſiſſe carnem, & etiam animã, ſed ſenſitiuam A non intellectiuã. Nam loco intellectiuæ dicunt fuiſſe verbum. Sed hoc apparet eſſe falſum ex ſacra ſcriptura. Nam quędam dicuntur de Chriſto quæ nec in deitate, nec in carne, nec in anima ſenſitiua ſola poſſunt reperiri, vt admiratio. Matt. 8. Ieſus dicitur admiratus fidem Centurionis. Præterea ſecundum quod ait Damaſ. Quod aſſumebatur, hoc curabatur vel reparabatur. Si ergo non ſumpſiſſet animam intellectiuam, non eam curaſſet. Sic ergo intelligendum eſt illud, Verbum caro factum eſt, id eſt verbum aſſumpſit carnem animatam anima intellectiua. Vnde Leo Papa in ſermone. B Verbum Dei Deus filius Dei vt hominem ab æterna morte redimeret, factus eſt homo [ita ſe ad ſuſceptionem humanitatis noſtræ ſine diminutione ſuæ maieſtatis inclinans, vt manens quod erat, aſſuménſque quod non erat, veram ſerui formam ei formæ in qua eſt patri æqualis vniret.] Et tanto fœdere naturam vtranque conſereret, vt nec inferiorem conſumeret glorificatio, nec ſuperiorem minueret aſſumptio. Salua igitur vtriuſque proprietate ſubſtantiæ & in vnam coeunte perſonam, ſuſcipitur à maieſtate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas [& ad rependendum noſtræ conditionis de- C bitum, natura inuiolabilis naturæ eſt vnita paſſibili, Deúſque verus & homo verus, in vnitatem domini temperatur, vt quod noſtris remediis congruebat, vnus atque idem Dei hominúmq; mediator, & mori poſſet ex vno & reſurgere ex altero.]

Dam. de fid. ort. lib. 4. cap. 4.

Leo Papa ſerm. 1. de natiu.

Vnio naturarũ quæ facta in Chriſto.

Neſtorius hæreticus.

Ex qua authoritate reprobatur opinio hæretica [a] Neſtorij dicentis in Chriſto eſſe duas perſonas & duos filios, diſt. 15. cap. 1. Vnum filium Dei, alium filiũ virginis. Et ſecundum iſtos dici non poſſet, Deus factus eſt homo, quæ tamen eſt vera expoſitio huius. Verbum caro factum eſt, quia impoſſibile eſt, quòd duorum ſingularium, quæ ſunt diuerſa ſecundũ ſup- D poſitum, vnum prędicetur de alio. Vnde ſi eſſet aliud ſuppoſitum ſeu perſona verbi, alia perſona vel ſuppoſitum hominis, nõ eſſet verum quod dicitur, Verbum caro factum eſt. Signanter ergo euangeliſta dicit, Factum eſt, & non dicit, aſſumpſit, vt oſtendat ꝙ vnio verbi ad carnem nõ eſt talis qualis fuit aſſumptio prophetarum, qui non aſſumebantur in vnionem ſuppoſiti, ſed ad actum propheticũ tantum, ſed eſt talis quòd hominẽ faceret Deum, & Deum hominem, id eſt, quòd Deus eſſet homo. Fuerunt & alij qui non intelligentes modum incarnationis, poſuerunt incarnationem prędictam ad vnitatem per- E ſonæ terminatam, confitentes in Chriſto vnam perſonam Dei & hominis, ſed tamẽ dicebant in Chriſto duas eſſe hypoſtaſes ſeu ſuppoſita. Vnum humanæ naturæ creatum, aliud diuinæ naturæ increatum. Quæ opinio ponitur in 3. ſent. diſt. 6. Sed hoc eſt hæreticum, quia ſic non poſſet ſaluari hoc quòd Deus factus eſt homo. Vnde in concilio dicitur, Si quis dixerit in domino Ieſu vnam perſonam & duas hypoſtaſes, anathema ſit. Vnde euangeliſta ad excludendum omnem aſſumptionem quæ ad vnitatem perſonæ non terminatur, vtitur hoc verbo, factũ eſt.

Vide Th. in 3. p. q. 2.

A. C. 34.

In 3. ſen. d. 6. §. 6. & cap. 6.

In conc. 5. Conſtantinopol. can. 2.

Quare euangeliſta non facit mentionẽ de anima Chriſti.

Quare autem euangeliſta non facit mentionem de anima, ſed tantum de carne dicens Verbum caro factum eſt. Tho. vbi ſupra aſſignat quatuor rationes. Prima eſt ad inſtruendam veritatem incarnationis contra Manichæos, qui dicebant non aſſumpſiſſe veram carnem, ſed phantaſticam tantum, cùm non eſſet conueniens, vt dicebant ipſi, quòd boni Dei verbum aſſumeret carnem, quam ipſi dicebant à Diabolo factam. Et ideo ad hoc excludendum Io. tantum nominauit carnem, dicens Verbum caro factum eſt. Secunda ratio eſt ad demonſtrãdam Dei erga nos benignitatis magnitudinem. Conſtat enim ꝙ anima rationalis magis conformis eſt Deo quàm caro, & quidem magnum pietatis ſacramentum fuiſſet, ſi verbum aſſumpſiſſet animam humanam: vtpote ſibi magis conformem. Sed aſſumere etiam carnem elongatam à ſimplicitate diuinæ naturæ fuit multo maioris immò ineſtimabilis pietatis indicium. 1. ad Tim. 3. Magnum pietatis ſacramẽtum quod manifeſtatum eſt in carne, & ideo euangeliſta fecit mentionem de carne. Tertio ad demonſtrandum veritatem & ſingularitatem vnionis in Chriſto: aliter quidem hominibus ſanctis vnitur Deus quantum ad animam. Sap. 7. In animas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei conſtituit. Vniri autem carni hoc eſt ſingulare in Chriſto ſecundum illud Pſal. Singulariter ſum ego. Et Iob. 28. Non adequabitur ei aurum &c. Hanc ſingularem vnionem volens oſtendere Ioan. ideo dixit. Caro factũ eſt. Quarta eſt ad inſinuandam congruitatem humanæ reparationis. Homo enim, per carnẽ infirmabatur, ideo euangeliſta annuncians aduentũ Chriſti congruũ verbum aſſumpſit noſtræ præparationi, mentionem de carne faciens, oſtendendo quòd caro infirma per carnem verbi reparata eſt: quam rationem tangit Apoſtolus ad Rom. 8. dicens. Nam quod impoſſibile erat legi in qua infirmabatur per carnem &c.

Vnio verbi in Chriſto ſingulariſſima.

Pſal. 140.

Verbum eſt hõ quõ verè enũciatur.

In Ioan. lect. 6.

Vnio relatio quędã.

Si verò quæritur quõ verbum eſt homo, dicendũ ſecundũ Th. vbi ſupra, ꝙ eo modo quo Sortes eſt hõ habẽs humanã naturam, non ꝙ verbum ſit ipſa natura humana: ſed eſt diuinũ ſuppoſitũ vnitũ humanę naturæ, nec hoc quod factũ eſt homo, ponit aliquã mutationem in Chriſto ex parte verbi, ſed ex parte carnis aſſumptæ de nouo in vnitate perſonæ. Dicitur enim verbum caro propter vnionem, vnio autẽ quædam relatio eſt, relationes autem de nouo dictæ de Deo in reſpectu ad creaturas non important mutationem ex parte Dei, ſed ex parte creaturæ ad Deum, nouo modo ſe habentis.

in Ioã. ho. hom. 10. lib. 10. de Trinit.

Verbum à natura noſtra diſtinctum.

Quod ſequitur habitauit in nobis. i. in natura noſtra manens in ſua natura diſtinctũ ſecundũ Chr. & Hilar. ideo hoc dixit euangeliſta ad excludendum errorem dicentium ex hoc quod dictum eſt. Verbum caro factum eſt, confuſionem & transmuta- F tionem naturarum factã fuiſſe. Nam ne credatur ex hoc vnam naturam cõiunctam factam ex verbo & carne, ideo ſubdit. Habitauit in nobis. Illud enim quod in aliud conuertitur, non manet diſtinctum: quod autem non diſtinguitur ab aliquo, non inhabitat illud, ſed verbum habitauit in noſtra natura, ergo quantum ad ſuam naturam eſt diſtinctum ab ea. Et intelligendum eſt habitauit in

a Hanc hæreſim totã quidem hodie renouauit Adamus Paſtoris. Dimidiam verò Theod. Beza, vt conſtat è libro quem inſcripſit placidum & modeſtum reſponſum ad Ioannis Brentij argumenta, quibus carnis omni præſentiam nititur confirmare. Duæ, inquit, pag. 23. in Chriſto ſunt vniones hypoſtaticæ: vna in corpore & anima ſimul perſonaliter vnitis, altera in λόγῳ, & homine, ad vnum Chriſtum perſonaliter conſtituendum coeuntibus, hanc labem poſtea monitus à Brentianis ita conatus eſt abſtergere, vt interim in lib. de hypoſtatica duarum in Chriſto naturarum vnione planè confiteatur pag. 64. & 65. ſemper ſe duas vniones hypoſtaticas in Chriſto ponere. Audis rediuiuum Neſtorium Geneb. lib. 3. de Trinit.

A.C. 34.

Rom.1.

Deũ eſſe probatur trib. rationibus.

ſpecici & creaturę, &c. Sap.13. & illud, Inuiſibilia Dei à creatura mundi, &c. Et vidimus gloriam Dei, id eſt, Deum eſſe, & quid glorioſum ſuper omnia, ex cauſatione effectuum, ex rerum motione, & earũ comparatione. Ex cauſatione. Omnis effectus habet cauſam ſuam: vnde Iob. c.5. Nihil ſine cauſa fit. Multos autem effectus videmus, quorum vnus eſt cauſa alterius. Et cùm non ſit proceſſus in infinitum, oporter deuenire ad aliquam cauſam primam quæ eſt cauſa producens omnia & non producta ab aliquo. Et hæc eſt Deus glorioſus. Quantum ad motum. Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Mouetur homo corporaliter ad motum cœli. Cœlum mouetur ab Angelo. Angelus à Deo virtualiter. Oportet ergo deuenire poſt multum diſcurſum mouentium ad primum motorem, qui non mouetur ab alio: & hic eſt Deus glorioſus, [*qui tempus ab æuo Ire iubet, ſtabiliſque manẽs dat cuncta moueri.*] ait Boetius. Quantũ ad cõparationẽ. Bonũ & melius nõ dicuntur niſi per reſpectum ad optimũ, ſed diuerſi gradus bonitatis reperiuntur in rebus, quibus vna eſt melior altera, quia perfectior eſt planta lapide, & perfectius brutũ animal planta, quia viuit & ſentit, & in animalibus melior vna ſpecies altera, vt equus melior aſino, & huiuſmodi: ſed nobilior homo omnibus brutis, quia intelligit, & in ipſis melior & ſapientior, & pulchrior vnus altero. Perfectior quoq; in natura Angelus homine, quia purus ſpiritus, & in Angelis perfectior natura & gratia vnus altero. Et ſic diſcurrendo oportet deuenire ad vnum ſupremum optimum bonum: ratione cuius aliquid dicatur melius altero, inquantum magis participat de bonitate illius optimi. Et hic eſt Deus glorioſus. Vnde Philoſophus. Vnus eſt ergo princeps qui eſt æternus & infinitæ nobilitatis, ait idem. Secunda viſio eſt perfectior, quia eſt per ſupernaturalem cognitionem à Deo collatam, de qua Apoſtolus.1.ad Cor.13. Videmus nunc, ſcilicet, Deum & diuina per ſpeculum, ſcilicet, creaturarum & in ænigmate figurarum. Quæ viſio etſi non ſit clarior ſcientia noſtra, eſt tamen certior: & ſupra opinionẽ & dubitationem & infra ſcientiam per demonſtrationem. Et eſt triplex, per fidei communem notitiã per prophetiæ variæ ſcientiam, per raptus excellentiam. De prima viſione Pſal. Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri, id eſt ſaluatorẽ Deum noſtrum, quia de omnibus Gentibus vſque ad finem mundi crediderunt aliqui ex prædicatione Apoſtolorum. de quibus Pſa. Cœli enarrãt gloriam Dei, &c. In omnem terram, &c. Et ſi fides eſt firmata per charitatem, perfectius videtur: quia per guſtum etiã, ſecundum illud Pſa. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Et altius etiam qui credendo in Chriſtum eum incarnatum viderunt. Vnde Simeon dixit Luc.2. Viderunt oculi mei ſalutare tuũ. Lumen ad reuelationem Gentium & gloriã plebis tuæ Iſrael. Nõ enim excluſa fuit fides ab Apoſtolis, nec etiam à virgine Maria ex hoc quòd viderunt verbum incarnatum. Nam carnem videbant non verbum, & ideo Thomæ dixit Chriſtus Ioan. penul. Quia vidiſti me ſcilicet, carnem, credidiſti deitatem. de ſecunda viſione, ſcilicet prophetica Dominus Oſee 12. Ego viſiones multiplicaui & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum: vnde prophetæ antiquitus videntes dicebantur, quia videbant quæ populi non videbãt, ſcilicet, Dei myſteria. Eſt autẽ triplex genus propheticæ viſionis, vna corporalis, alia imaginaria, tertia intellectualis. Corporalis eſt cùm Deus per ſubiectã creaturam viſui corporali proponitur. Sicut Abra-

Tho. in 1. par. q. 2. a. 3.

In conſolat. l.3. met.9.

Ariſt. 12. met. c. vlt.

Secunda viſio.

Triplex viſio Dei ſupernaturalis.

Pſal. 97.

Pſal.18.

Pſal.33.

1.Reg.9.

Viſio prophetica triplex.

A ham vidit diem Chriſti, vidit & gauiſus eſt, Ioan.8. quando, ſcilicet, vidit tres ſibi occurentes, & vnum adorauit. Gen.18. quia quos prius homines reputauit, poſt Angelos credidit, in eis recognoſcens myſteriũ Trinitatis in vna eſſentia, vel trinitate ſubſtantiarũ in Chriſto, id eſt, verbi, animæ, & carnis, in vna perſona. Et Moyſes vidit rubum ardere & nõ conſumi, intelligens in hoc ſignificari Deum ignem ſpineto noſtræ mortalitatis vniri. Imaginaria viſio eſt quando per ſubiectam creaturã, repræſentatam imaginationi, etſi non ſenſu exteriori perceptam, Deus reuelatur: ſicut vidit Eſa. Dominũ ſedentẽ ſuper ſolium

B excelſum & eleuatum, & plena erat omnis terra maieſtate eius, &c. Eſa.6. Hæc dicit Eſaias cùm vidit gloriam Dei, ſcilicet imaginariè. Et Iacob vidit in ſomnis Dominum innixum ſcalæ tangenti cœlum, &c. Gen.27. Viſio intellectualis eſt cùm per aliquod lumen ſeu ſpecies intelligibiles à Deo mentibus ſanctis infuſas non à phantaſmatibus abſtractas Deus vel aliquid diuinum releuatur, ſicut eſt prophetia in Pſal. Dauid plena myſteriis incarnationis. De viſione per raptum ſi loquamur de raptu Pauli, de quo Aug. Ieſum videbat, quando cætera non videbat, cõmuniter tenetur quòd viderit tunc Deum per eſſen-

C tiam: ſed ad horã, non perpetualiter: & ideo nõ fuit ſimpliciter beatus. Et idem dicitur de Moyſe: vtrum autem fuerit tunc in corpore an extra corpus dicit ſe neſcire. Poterat tamen anima eſſe in corpore, & Deum videre intellectu vt beati, dummodo eſſet omnino alienatus à ſenſibus. Iſtam talem viſionem per raptũ ponimus inter viſiones Dei à viatoribus: quia etſi ſit per eſſentiam, tamen non permanet, & etiam fit à viuente dum eſt viator, licet pro tunc ſit alienatus à ſenſu & imaginatione. Et quod Pau. dicit, Audiui arcana Dei, exponit Nico. de Ly. id eſt, vidi arcana, &c. Quod autem vidit Stephanus in cœlum

D intuens gloriam Dei: vt dicitur Act.6. magis pertinet ad viſionem imaginariã vel ſenſibilẽ, quam ad viſionem beatificã. Per nullam autem prædictarũ viſionum peruenitur ad viſionẽ diuinæ eſſentiæ: niſi in raptu Pauli & Moyſis quæ viſio tamen non permanſit. Nulla enim ſpecies creata, ſiue qua informatur ſenſus exterior, ſiue qua informatur imaginatio, ſiue qua informatur intellectus, eſt repræſentatiua diuinæ eſſentiæ, vt eſt. Illud autẽ homo cognoſcit per eſſentiam, quod ſpecies, quam habet intellectus in ſenſu repreſentat vt eſt: ſed per nullam ſpeciẽ creatam poteſt reprẽſentari diuina eſſentia, vt eſt: & hoc pa-

E tet ex eo, quòd nullum finitum poteſt repræſentare infinitum vt eſt. Omnis autẽ ſpecies creata eſt finita. Vnde cùm Deus hoc quod eſt, ſit infinitum, non poteſt repræſentari per ſpeciẽ creatã: vnde Iob 36. Omnes homines vident eum, ſcilicet, Deum aliquo, ſcilicet dictorũ modorũ: ſed vnuſquiſque intuetur eum procul, quia, ſcilicet, per omnes alias cognitiones quàm per eſſentiam cognoſcitur: Non cognoſcitur de Deo quid ſit ſed quid non eſt. Vnde, vt dicit Dionyſ. in li. de myſtica theologia. Potiſſimum per quod homo per ſpecies creatas peruenire poteſt in cognitionem Dei, eſt per remotionẽ, ſcilicet, remouendo à

F Deo ea quæ ſunt in creaturis, quantũ ad eum modũ qui eſt in creaturis. Eſt enim bonitas & ſapientia & & alia huiuſmodi in creaturis, quæ non eo modo ſunt in Deo, quia non vt accidentia, ſed omnia ſunt ſua eſſentia. Eſt tertia viſio facialis, de qua Apoſtolus 1.ad Cor.13. Tunc, ſcilicet, in patria facie ad faciem videbimus, quia vt dicitur Eſa.33. Regem in decore ſuo videbunt. Fuerunt tamen aliqui qui dicerent di-

A C. 34.

Aug. li. 12. ſup Gen. ad lit. c.7 & Iſid. l. 7. etym. c. 8.

Exod.3.

Th. in 2.2. q. 173. a. 3.

Paulus in raptu vidit Deũ.

2.Cor.12.

Cur Deus videri nõ poteſt.

Tho. in 1. p.q.12.a.2.

Diony de myſt. the. c.1.

Tertia viſio Dei beatifica.

Deum videri non poſſe in patria etroneum.

A.C. 34. uinā eſſentiam nunquā ab aliquo intellectu creato A
videri poſſe:ſed quòd ab Angelis & animabus bea-
tis videtur ſolum claritas Dei, non autem eſſentia.
Tho. in 1. p.q.12.a.1. Sed hoc eſſe erroneum, probatur tripliciter: primo
quia repugnat authoritati ſcripturæ 1.Ioan.1. Vide-
mus, inquit, eum ſicuti eſt. Secundo quia claritas Dei
non eſt aliud, quàm ſua eſſentia. Non enim eſt lucēs
per participationē luminis, ſed per ſeipſam. Tertio
quia impoſſibile eſt quòd ipſam beatitudinem quis
Th. in 1.2. q.3.a.8. Ariſt. in p. met.c.2. conſequatur niſi in viſione ipſius diuinæ eſſentiæ.
Nullus enim beatus perfectè eſſe poteſt, niſi omni-
no quietetur eius naturale deſiderium. Naturaliter
autem ineſt rationali creaturæ, quòd ſi quis alicuius B
effectus viſi ignoret cauſam admiretur & deſideret
de ea ſcire, non ſolum an ſit, ſed etiam quid ſit, vnde
ſecundum Philoſophum hoc mouit homines ad phi
loſophandum. Si ergo intellectus creatus videt om-
nia creata, conſtat quòd niſi ſciret cauſam, admirare
tur & naturaliter eam ſcire deſideraret. Cauſa autē
omnium rerum eſt ipſe Deus. Quicquid ergo de crea
turis intellectus creatus intelligeret, non explebitur
eius naturale deſiderium, niſi ipſam diuinam eſſen-
tiam videat & cognoſcat. Et ideo auferre homini-
bus viſionem diuinæ eſſentiæ, eſt auferre eis beatitu-
dinem. Neceſſe eſt ergo ad beatitudinē intellectus C
creati quòd diuina eſſentia videatur. Vnde Dominus
Matth.5. Beati mundo corde: quoniā ipſi deum vide-
l. 22 de ci. c.19. bunt. Hæc autē viſio clara, eſt tota merces ſecundum
Aug. Ioan.17. Hæc eſt vita æterna (dixit Dominus Ie-
Tho. in 1. 2.q.3. a. 4. ſus) vt cognoſcant te ſolum Deum & quem miſiſti
Ieſum Chriſtum. Et eſt hæc viſio tantæ pulchritudi-
nis tantóque amore digniſſima: vt quibuſlibet &
quamlibet bonis præditam animā ſine hac exiſtimet
Aug. l.10. de ci.c.16. infœliciſſimam Plotinus philoſophus, vt refert Aug.
de Ciui. Dei. Vident ergo ſancti & Angeli diuinam
eſſentiam non per aliquā ſpeciem creatam intelligi
Pſal 35. bilem: ſed per lumen gloriæ irradiatū intellectui eo- D
rum: ſecundum illud Pſal. Apud te eſt fons vitæ, & in
Tho. in 1. p.q.12.a.5. lumine tuo videbimus lumen, id eſt, in lumine glo-
Lumen gloriæ quid. riæ videbimus lumen diuinæ eſſentiæ. Aug. Pater &
Filius & Spiritusſanctus vnum ſunt lumen. Et iſtud
lumen gloriæ eſt quid creatū, non quidem obiectum
viſionis: ſed confortans & eleuans intellectū ad vi-
dendum ipſam diuinā eſſentiam, quæ etſi tota videa-
tur quæ, in ſe infinita eſt, tamen à creatura quæ fini-
tæ virtutis eſt, non infinitè vt totaliter videtur, id eſt,
Tho. in 1. p.q.12.a.7. vt tota compræhenditur: ſed quaſi finitè. Et ſolus
Deus ſe infinitè videt, quia ſe compræhendit. Nullus
Ioan.1. tamen ſanctus vel creatura aliqua ita videt Deum vt E
compræhendat eum: Et ſic ad literam verum eſt ꝙ
nemo vidit Deum, ſcilicet, compræhendendo. Nam
cùm omnis intellectus creatus ſit finitæ virtutis, &
Deus infinitus, totum eum cognoſcere non poteſt,
Matt.11. quantū, ſcilicet, eſt cognoſcibilis: ſed ſolus Deus ſe
videt cōpræhenſiuè. Et ſic intelligitur, Nemo nouit
filiū niſi pater, neque patrē quis nouit niſi filius, ſci-
licet, compræhenſiuè, non inde excluſo Spirituſan-
cto, quia vnus cum eis eſt Deus. Et hoc eſt quod
1.Tim.6. ait Apoſtolus, Qui habitat lucē inacceſſibilē, quam
nemo videre poteſt. Vident tamen ſancti Deum per
Pſal.16. eſſentiam vt dictū eſt, vnde ſatiatur ſine faſtidio deſi F
Tho. in 1. p.q.12.a.6. Ib.a.3. Ioan.4. derium eorum, ſecundum illud Pſal. Satiabor cùm
apparuerit gloria tua. Et licet vnus ſanctus lympi-
dius diuinam eſſentiam altero contempletur: ſicut
Deus oculo corporali nō poteſt videre. & corporaliter & intellectualiter acutius videt ali-
quam rem vnus quam alter: propter corporis vel in-
tellectus meliorē diſpoſitionem, quod procedit ex
maiore charitate habita, non tamen aliquis videre

A poteſt diuinam eſſentiam oculo corporali etiā glo- A.C. 34.
rificato, vel imaginatione materiali, quia Deus eſt Ex.33. Ioan.1.
ſpiritus: & ideo percipi non poteſt ab oculo materia
li: propter improportionem potentiæ ad obiectum.
Et ſic poteſt etiam intelligi illud, Non videbit me
homo & viuet. Et Deum nemo vidit vnquam,
ſcilicet, oculo corporali, vel imaginatione, quæ Anima Chriſti ab inſtanti cōceptionis beata.
eſt de rebus tantum materialibus. Sed videre po-
teſt oculus corporis glorificati Chriſti humanita-
tem glorioſam: ſicut, & corpora aliorum ſancto- Tho. in 3. p.q.10.a.4.
rum. Sed anima Chriſti habuit ab initio conceptio-
nis & habet continuè viſionē diuinæ eſſentiæ longe
B eminentius ſuper omnes Angelos & ſanctos. Vnde
Sapiens. Eccl.23. Oculi Domini lucidiores ſole. &
Eccl.1. nil ſub ſole nouum, ſcilicet, Ieſu Chriſto. Ha-
buit enim & habet viſionē ſeu notitiā omnium quæ
fuerunt vnquā, ſunt & erunt in actu. ad Hebr.4. Om-
nia nuda & aperta ſunt oculis eius. Multa tamen vi-
det Deus quæ facere poteſt, quamuis nunquā ſit fa-
cturus. Et talia anima Chriſti non videt. Vnde nec
ipſa anima Chriſti cōpræhendit totaliter diuinā eſ-
ſentiam. Et hoc notat Pſal. in perſona Chriſti dicens.
Mirabilis facta eſt ſcientia tua, ſcilicet Deus, ex me,
confortata eſt & non potero ad eā, ſcilicet, perueni Pſal.138.
C re cōpræhendendo. Videt ergo anima Chriſti à prin
cipio ſuæ creationis in verbo omnia quæ actu fue-
runt, ſunt, vel erunt. Et dicitur ſcientia viſionis, quia Tho. in 1.
præſens intuitus Dei fertur in totum tempus, & in p.q.14.a.9.
omnia quæ ſunt quocunque tempore, ſicut in ſubie-
cta ſibi præſentialiter. Sed non videt omnia, quæ
Deus poteſt facere, quæ non faciet. Et dicitur ſciētia
ſimplicis intelligentiæ, quæ ſola eſt Dei. Nemo tamē
perueniet ad illam Dei viſionē & viuit, vt homo, id
eſt, ſenſualiter. Vidimus ergo gloriam eius inquantū
per verbum incarnatum prouiſum eſt nobis, vt vi-
deamus gloriam diuinæ eſſentiæ ſi volumus.

D

Titulus ſextus de Eccleſia militante.

¶ *De myſtico corpore Chriſti inquantum eſt caput Eccleſiæ, & Chriſticolæ membra, ſecundū repræſentationem beati Ioan. in Apocalypſi.*

C A P. I.

IPSVM ſcilicet, Chriſtum dedit caput
ſupra omnem eccleſiā, ſcilicet, Deus (ait
Apoſtolus) Omnes enim ſumus vnum Eph.1. Rom.12.
corpus in Chriſto, ſcilicet, Eccleſia, cu- 1.Cor.14.
E ius [a] caput eſt Chriſtus. Cùm igitur dictum ſit de ca- Chriſtus caput Eccleſiæ.
pite, ſcilicet, verbo incarnato Domino Ieſu Chriſto
quoad conuerſationem eius omni perfectione ple-
niſſimam in quo ad doctrinam mirabilem ac mira-

a Cùm Chriſtus caput corporis Eccleſiæ paſſim in ſacris ſcripturis appelletur, & in omnibus primatum tenere dicatur: ſunt qui putant nonnihil de Chriſti gloria detractum, ſi alius aliquis vel caput Eccleſiæ ſub Chriſto, vel primatum aliquomodo in terris reſpectu eorum quos ad tempus gubernat, tenere ſtatuatur. Sed ſi nos diceremus aliquē præter Chriſtum hic eſſe caput Eccleſiæ, vt
F *Chriſtus eſt, aut talem primatum tenere, qualem Chriſtus tenet, merito blaſphemiæ accuſari poſſet oratio. Nūc autem dicimus Chriſtum ſuo iure, eſſe totius corporis Eccleſiæ æternum caput. Petrum vero & Papam Romanæ Eccleſiæ, non niſi eius partis Eccleſiæ caput eſſe, quæ ad tempus aliquod in terris agit idque non ſuo ſed alieno iure, quod ius ipſi Chriſtus delegauit. Sand. de viſ. mon. l.3.c.2.*

culam

A.C. 34.

Eccleſia militans tota tranſiet in triũphantem.

cula eius glorioſa paſsionẽ quoque & reſurrectionẽ & de diuinitate quoq; eius breuiſsime ſed profundiſſimè à Ioanne inſinuata. Iá accedamus ad tractandũ de ipſa eccleſia, cuius primi duces & paſtores fuerũt Apoſtoli: quæ militans in mundo iſto extat vſque ad finẽ mundi, tunc autem trãſiet in triumphantẽ, tota etiam in corporibus, ſcilicet, glorificatis. Ipſum autẽ decurſum eccleſiæ per varios ſtatus in diuerſis temporibus vſque in finem, reuelauit Dominus Ieſus Ioanni, ſed multum obſcure per viſiones, ſcilicet, imaginarias quæ à paucisſimis intelliguntur, vnde ad literam prophetando, vel diuinando exponuntur, prout notauit Nico. de Ly.

Apocalypſis vbi à diuo Ioãne ſcripta. Hier. l. 1. adu. Ioui.

Beatiſsimus igitur Ioan. Apoſtolus & Euangeliſta & propheta. Apoſtolus in epiſtolis. Euangeliſta in Euangelio ſuo. Propheta in Apocalypſi ob inſuperabilẽ euangelizandi conſtantiam à Domitiano imperatore ob Domini martyrium relegatus eſt in inſulam Pathmos, in qua deſtitutus humanæ conſolationis conſortio, diuinæ meruit allocutionis cõſolationibus releuari.

Apoc. 1.

Vna enim dominica die apparuit ſibi Angelus Chriſtum repræſentãs: qui ſtatus eccleſiæ militantis in nouo teſtamẽto, per diſcurſum diuerſorum temporum ſibi reuelauit in viſionibus imaginariis diuerſarum rerũ quas ab eo tunc habuit, de quibus librum Apocalypſis ſcripſit: quod interpretatur reuelatio.

Hier. epi. ad Pauli. Summa totius Apocalypſis.

In cuius libri commendationem, Hie. dicit quod Apocalypſis tot habet ſacramenta, quot verba: & in commendationem voluminis omnis laus inferior eſt. Deſignat autem ſed obſcuriſsime perſecutiones & afflictiones, quas paſſura eſt eccleſia à tyrannis, Gentilibus, imperatoribus, & hæreticis, ac etiam malis fidelibus & conſolationes diuinas hic & in futuro percipiendas & iudicia & pœnas malorum, vt iacula præuiſa minus feriant, & fideles ſpe diuini adiutorij & futuræ remunerationis eorum, ac punitione malorũ efficacius in aduerſis roborentur. Et ſub ſeptenario numero multa myſteria deſcribit.

Multa numero ſeptenario à Ioanne viſa. Apoc. 4. Ibi. c. 5.

Nam ſalutationẽ in principio ponit poſt Deum, à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu ſunt diuini throni. Angelum Chriſtum repræſentantem in medio vidit ſeptem candelabrorum aureorum habentẽ in manu ſeptẽ ſtellas. Hæc ſcribit ſeptem eccleſiis Aſiæ, & ſeptem Angelis eorum, id eſt, epiſcopis, ſingula ſingulis. Exinde ante thronũ diuinæ maieſtatis ei oſtenſæ & conſortium eius, ſcilicet, quatuor animaliũ, & viginti quatuor ſeniorũ, ſeptem lãpades quæ ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei, vt ibi dicitur. Poſtea librũ quem habebat ſedens ſuper thronũ: deinde vidit clauſum ſeptẽ ſignaculis. Agnus autẽ & leo Ieſus qui inuentus eſt volens aperire & ſoluere dicta ſignacula, oſtenſus eſt habere cornua ſeptẽ.

Ibi. 8. Ibi. 15. Ibi. 13.

Poſt apertionem ſeptem ſignaculorũ viſi ſunt & Angeli ſeptem fortiter tubicinantes, & loquentes quilibet vnus poſt alium varia & diuerſa. Demum & ſeptem alii Angeli apparuerunt habentes ſeptem phialas plenas aqua: quas effuderunt ſuper terram vnus poſt alium. Sed & draco horribilis demonſtratus eſt habens capita ſeptem.

§. I.

Septẽ ſpiritus qui ſint. in Ap. c. 1.

QVANTVM ad primum ſeptenariũ, exponit Nic. de Ly. A ſeptẽ ſpiritibus, &c. id eſt, vniuerſitate Angelorũ. Nã ſeptenarius numerus in ſcriptura frequenter vſitatus ſignificat vniuerſitatem, ex eo vt dicit Greg. q; omne tempus decurrit per ſeptenarium hebdomadarũ. Et in prima hebdomada Deus omnia fecit, ſeptima die ab opere ceſſans, & ipſam ſanctificans. Et quia vt ait Apoſtolus ab Hebr. 1.

Grego. l. 3. mor. c. 19. Gen. 1.

A.C. 34.

A Omnes adminiſtratorij ſpiritus ſunt miſſi in adiutorium eorũ qui hæreditatẽ capiunt ſalutis. Omnes ſeptem dicuntur: propter ſeptem, quæ Deus circa nos Angelorũ miniſterio operatur. Primũ circa naturalia ea mouendo vel immutando. Vnde & philoſophi ponunt ſubſtantias ſeparatas motores orbium cœleſtium. Et Orig. exponit illud Chriſti quod ſcribitur Luc 21. Virtutes cœlorum mouebuntur, de Angelis qui mouebuntur. i. amouebuntur in fine mundi ab officio mouendi cœlos ſeu planetas. Nã tunc ceſſabit omnis motus cœli. Sed & virtutes ſecundũ Gre. dicũtur illi Angeli, p quos Deus miracula operatur:

Ariſt. in 12. met. c. 3. Angelorũ miniſterio ſeptẽ circa nos operatur Deus. Greg. ho. 34. in Euã.

B in quibus natura immutatur. Secundũ opus eorum, eſt circa infernalia ad coercendũ. Officiũ enim Angelorum qui dicuntur poteſtates ſecundum Greg. & alios, eſt refrænare malitiã dæmonum, ne tantũ nobis noceant quantũ vellẽt in anima & corpore. Huius exemplũ habemus in Tobia de Angelo Raphaele: qui religauit dęmonem Aſmodeũ in deſerto, ne noceret filio Thobię & cõiugi eius, ſicut fecerat ſeptẽ maritis eius. Tertium circa criminalia, ad puniendũ & electos & reprobos. Sic experti obſtinationem in crimine peſsimo Sodomorũ & aliarum quatuor ciuitatum immiſerunt ſuper eos ignem & ſulphur ex

Tob. 8. Gen. 19. 4. Reg. 19.

C aere, & ſubuerſæ ſunt. Exercitum Sennacherib Deũ blaſphemantis vna nocte interfecit Angelus vnus centum octoginta quinque millia hominum. Dauid quoque gloriantem in multitudine ſubditorum Angelus afflixit vulnerando peſte morifera per triduũ ſeptuaginta millia hominum de populo ſuo. Quartum circa intellectualia, ad erudiendũ. Omnes enim viſiones & reuelationes propheticæ fiunt miniſterio Angelorum. Nã & legẽ Moſaycã dicit Apoſtolus ad Gal. ordinatã per Angelos in manu mediatoris. Angelus enim erat qui loquebatur Moyſi in perſona Dei dicens. Leges meas cuſtodite, ego Dominus. Gabriel

2. Reg 24. Gal. 3. Leu. 19.

D Angelus fuit qui reuelauit Danieli vtrumque Chriſti aduentum, determinans tempus primi, vt patet Dan. 9. Gabriel nuntiauit Zachariæ conceptionẽ futurã Ioannis Baptiſtæ, & Mariæ conceptũ Chriſti. Angelus in ſomnis Ioſeph manifeſtauit conceptionem Mariæ de Spiritu ſancto, & acceſſum in Ægyptum, & reuerſionem inde Ieſu nati. Et ſignificauit Deus per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni ſtatum eccleſiæ per ſucceſsionem temporũ, vt hic dicitur. Quintum circa voluntaria ad accedendum. Pſa. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem vrentem, qui. ſ. in miniſtrando hominibus facit eos

Luc. 1. Mat. 1. & 2. Pſal. 103.

E vrere diuino amore. Licet enim non Angelus immediate moueat voluntatẽ ad bonum, ſed ſolus Deus: tamen purgat phantaſiã à malis repræſentationibus ex quibus homo incitatur ad malũ & bonas imaginationes ſuggerit vnde quis affectet bona. In cuius figurã vnus Seraphim ex officio quidẽ, nõ ex ordine trahens nomen: tetigit labia Eſaiæ calculo ignito, & purgauit iniquitatem eius. Eſai. 6. Os animæ eſt voluntas. Sextũ circa pœnalia, ad blandiendũ ſeu confortandũ. Vnde & Chriſto agonizãti in oratione appropinquante paſsione apparuit Angelus de cœlo confortans eum. Tribus pueris miſsis in fornacẽ deſ-

Solus De' mouet voluntates hominum ad bonũ. Luc. 22.

F cendit Angelus de cœlo conſolans eos, & ab ignis combuſtione liberans. Dan. 3. Heliæ dormienti feſſo ex labore & perſecutione impiæ Iezabelis apparens & excitãs confortantia propoſuit. Septimũ circa agibilia: ad dirigendũ. Malac. 3. Ecce ego mitto Angelũ meũ qui pparabit viã. Sic Angelus qui dicitur fuiſſe Michael præcedebat populũ Iſrael egreſſum de Aegypto, & per deſertũ pergentẽ ad terrã promiſsionis de die

3. Reg. 19. Exod. 13.

A.C. 34.

de die in forma columnæ nubis & de nocte in forma columnæ ignis. Sic & Raphael direxit aſſocians Tobiā per totā viam, pergens in Rages: & domū ſoſpitē reduxit diuitem factū. Demum Angeli electos in extremis ſtringentes ne deficiant, eos in ſupernam patriam aſſociant, ſicut legimus de Lazaro mendico qui portatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ, & ſancto Martino & ſancto Nicolao & aliis.

Tob. 4.
Luc. 16.

§. II.

Septē candelabrorū aureorū interpretatio.

QVANTVM ad illum quem vidit in medio ſeptē candelabrorū aureorū ſimilem filio hominis Angelū. ſ. Chriſtum repræſentantē. Septē candelabra ſignant in eccleſia militanti omnes ſanctos viros, præcipuè regentes & docentes alios aurea per charitatē, candelabra lucentia per doctrinā & exemplarem vitā, in medio autē eorū. i. eccleſię Chriſtus eſt eos protegens. Vel etiā ſeptem candelabra deſignāt ſeptē ſtatus beatorū eccleſiæ triumphantis, ſcilicet, Patriarcharū, Prophetarū, Apoſtolorū, Martyrum, Doctorū, Virginum, & Confeſſorū: in quorum medio Chriſtus eſt ab omnibus viſus.

Deſcribuntur autē ſeptē conditiones ſeu qualitates huius ſimilis filio hominis: quæ ſignant ſeptē virtutes, & octaua conditio eius ſignat ſeptē dona Spiritusſancti: quæ omnia fuerunt in Chriſto & ſunt in quolibet ſancto viro perfecto, qui ſimilis eſt filio hominis. i. Chriſto aliquo modo. Et primo iſte ſimilis filio hominis dicitur veſtitus podere. i. veſte linea vſque ad pedes quæ ſignat conſtantiā in aduerſis vſque in finē vitæ. Nā linū per malleationē & multas percuſſiones peruenit ad pannum album, vt veſtis fiat, & habitus conſtantiæ & fortitudinis acquiritur per multa aduerſa tolerata, quæ debet ad pedes pertingere. i. finē vitæ: pes enim eſt finis corporis. Apoc. 2. Eſto fidelis. ſ. conſtanter dimicans vſque ad mortem: & dabo tibi coronā vitæ. Erat ſecundo ille præcinctus ad mammillas zona aurea, quod ſignat continentiā. Nam præcinctio ſignificat reſtrictionē carnaliū delectationū in cibis per abſtinentiā, in venereis per caſtitatē, & vtrunque pertinet ad temperantiam. Signanter autē dicit præcinctū ad mammillas non in lumbis. Mammillæ enim ſunt intellectus & voluntas, in quibus debet eſſe reſtrictio carnaliū delectationū. Nō enim ſolū debet quis, vt ſit verè continens, abſtinere à carnalibus delectationibus vitioſis exterioribus, ſed etiā interioribus: vt nec cogitet ſeu cōcupiſcat illicita, iuxta illud Apoſtoli. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus: zona autē, qua ſit iſta præcinctio dicitur aurea, quia ex Dei amore debet caſtitas ſeruari. Tertia cōditio ſignat agendorū prudentiā, quæ exprimitur in hoc quod dicitur. Caput eius & capilli candidi tanquam lana alba & tanquā nix. In quibus oſtenditur canities: quia. ſ. ſenex apparebat & canus. Prudentia autē eſt in ſenibus & in iis qui multo ſunt tēpore (inquit ſapiens). Ex multis enim experientiis acquiritur prudentia, quæ multū tēpus requirunt. Caput autē animæ mens eſt, capilli cogitationes. Quarta conditio diligendorū inſinuat congruentiā, cùm ſubditur. Oculi eius ſicut flamma ignis & pedes eius ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti. Ignis charitatē innuit, ſecundū id Dñi noſtri Luc. 12. Ignē veni mittere in terrā. Oculi qui membra ſunt in eminentiori loco & nobiliori qui cuncta cōſpiciunt, ſunt cōtēplatio diuinorum, quæ dupliciter habetur. ſ. de Deo in ſe tanquā dexter oculus, & de creaturis in Deū reducē do vt oculus ſiniſter. Hæc cōtēplatio Dei ignea eſt

Circa Angeli viſi habitum conſideranda.
2. Cor. 7.
Prudentia eſt in ſenib.
Oculi ſignant contemplationem.

A in electis & affectiua ſeu guſtatiua ex charitate procedens & ipſam magis accendēs. Sicut autē obiectū dilectionis eſt nō ſolū Deus, ſed & proximus, ita & vita ac cōuerſatio hoīs nō ſolū eſt cōtēplatiua: ſed & actiua. Actiua autē ipſa ſignatur p pedes, quia ſicut eis per terrā diſcurritur, ita per actiuā circa proximū exercetur qui in terra eſt & in terra verſatur. Pes aūt dexter, eſt actio circa ſpiritualia: ſiniſter, circa corporales eleemoſynas. De prima.

A.C. 34.

Conſule, caſtiga, remitte, ſolare fer ora De ſecunda *Viſito, poto, bibo, redimo, tego, colligo, condo.*

Actiua autē debet eſſe firma, lucens & charitate feruens, ideo pedes de aurichalco ſolido metallo & lucenti in camino ardenti. Quinta cōditio demōſtrat donorum affluentiā, quia habebat in dextera eius ſtellas ſeptē. Stellæ cœleſtes ſunt munera cœleſtia Spiritusſancti, quæ ſtellę ſunt lucentes aliis per bona exēpla, ſecundū illud. Species cœli. i. pulchritudo hoīs cœleſtis gloria ſtellarū. i. relucētia earū. Hæ ſeptē ſtellæ deſignātur per Arctō ſeu vrſam, quę ſignū in cœlo habēs ſeptē ſtellas quæ nunquā occidūt: & dona Spūſſancti nunquā deficiunt etiā in btā vita. Hæc habentur in manu opis, nō ſolū in habitu mentis, & dextera manu. i. ex recta intētione bonæ actionis ſecundū illud Matt. 6. Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. i. ſe nō immiſceat ſiniſtra intentio, fauor popularis, & hmōi in opibus bonis. Hæc dona fuerunt in Chriſto perfectiſſimè, vt patet Eſa. 11. & habetur à quolibet vere bono, ſecundū tñ magis & min⁹. Sexta cōditio notat verbi ſeu doctrinæ authoritatē & confidentiā, quia vox eius ſicut vox aquarū multarum. Aqua ſignat doctrinā ſcripturarū, iuxta illud. Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illū. Sācti autē viri & in [illegible]e & in verbo alios docēdo maxime habent documenta ſcripturarū ſanctarū, nō Gentilium, quæ habēt in ſe magnū clamorē diuinæ auctoritatis purgantes maculas vt aquæ peccatorū, & refrigerantes contra æſtū laborū per ſpē ſupernorū quā ingerunt. Vñ Apoſtolus ad Rom. c. 15. Per conſolationē ſcripturarū ſpē habeamus. Cùm. n. tales aquæ fideles dicantur, quia fallere non poſſint, vt à Deo productæ, & in eis promittatur præmiū immenſum viriliter dimicantibus, fit vt inde generetur ſpes in mētibus eas ruminantiū & ipſas audientiū cōfortans eos ad agones. Septima cōditio importat iudicandorū iuſtā ſententiā. Quia gladius ex ore eius ex vtraq; parte acutus. Iuſtitia exercetur in iudiciis circa diſtributiones & cōmutationes, vt vnicuique tribuatur, quod debetur per ſnīam, quæ tanquā gladius procedere debet ex ore cordis, quod rō dictat & poſtea ex ore corporis. Qui gladius ex vtraque parte debet eſſe acutus. i. ex parte cōmutationū, vt nullus lædatur in cōmerciis, & abſcindatur oē iniquum, & ex parte diſtributionum, vt dentur honores & beneficia idoneis, & à malis auferantur. Et pro ſceleribus inferantur ſupplicia. Iuſte iudica proximo tuo, inquit Dñs in lege Leu. 19. & Greg. Summū bonū in regibus eſt iuſtitiā colere, & ſua vnicuique iura ſeruare, & in ſubiectos non ſinere, quod poteſtatis eſt fieri: ſed quod æquū eſt cuſtodire 12. q. 2. ſi ſæculi leges. Octaua conditio ſignificat credendorū relucentiā. Et facies eius ſicut ſol in virtute ſua lucet. Sicut lumē ſolis excedit lumina omnium aliorū, ita lumē fidei oēm ſciendorū notitiam. Qui nō credit, in tenebris eſt, inquit Ioā. Vñ ex quibuſdā nō habentibus rectā fidē, dixit Dñs Ieſus Ioā. 12. Adhuc modicū lumē in vobis eſt, dū lucē habetis credite in lucē, vt filij lucis ſitis. ſ. per fidē. Facies aīæ qua diſcernitur à brutis eſt ratio, quæ vt ſol luminoſa eſt

B / C / D / E / F

Eccl. 43.
Dona Spiritusſancti ſunt in quolibet bono.
Eccl. 15.
Iuſtitia circa quæ verſetur.
Iuſtitiæ commendatio. Greg. l. 7. epi. 110.
1. Ioan. 2. dicitur qui odit fratrē ſuū in tenebris eſt.

A.C. 34.

eſt virtute fidei. Et in lumine tuo, ſcilicet fidei, videbimus lumen, ait Pſal. Quod lumen nobis eſt à ſole iuſtitiæ: qui eſt Chriſtus Deus noſter, lux vera quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1. Et ex iſto lumine fidei facta ſunt miracula, quia omnia opera eius in fide. Pſal. & Marc. vlt. Signa eos qui crediderunt hæc ſequentur, &c. Vnde totus mundus illuminatus eſt. Septem autem eccleſiæ Aſiæ, quibus ſcribit in cap. 2. & 3. ſignant omnes eccleſias: quia vt dictum eſt, ſeptenarius eſt numerus ſignans vniuerſitatem in quibus reperiuntur diuerſi defectus & vitia, de quibus Ioannes repræhendit, & virtuoſa de quibus commendat. Angeli autem earũ ſunt prælati ipſarum, quibus ſcribens redarguit, quia vt ait Leo Papa. Inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides negligentesque prælatos, qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam: dum ſeueriorem diſſimulant adhibere medicinam diſtinct. 86. inferiorum.

Pſal. 97. Ioan. 1. Pſal. 32. Leo Papa epi. 3. In cap. 4. Apo.

§. III.

Curſus eccleſiæ in Apocalyp. deſignatur.

DEINDE in capitulo quarto volens Ioan. decurſum eccleſiæ deſcribere à tempore Apoſtolorum vſque ad finem mundi ſibi oſtenſum ſub certis imaginibus ſibi declaratis: ſed nobis in ipſo libro non clare expoſitis, [ait. Statim fui in ſpiritu, & ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens. Porro] iſta ſequens expoſitio eſt Nico. de Ly. per totum. Et primo deſignat diuinam maieſtatem, vt præſidẽtem ipſi eccleſiæ militanti, & eam regentem. vnde dicit. Fui ſtatim in ſpiritu, viſionem, ſcilicet, imaginariam intelligendo. Et ecce ſedes poſita erat in cœlo. Cœlum ſignat eccleſiam. Per ſedem intelligitur auctoritas & poteſtas Dei eccleſiam regentis. Et ſupra ſedem ſedens, ſcilicet, Deus trinus in perſonis: ſed vnus in eſſentia. Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis. Tales apparitiones fiunt ſecundum conuenientiã ad id quod reuelatur. Deus autem ſic apparebat, vt gubernans eccleſiam militantem: circa quam ſic ſe habet, vt conſolator & charitatis incenſor. Et ideo dicitur hic coloris iaſpidis qui eſt viridis: qui color eſt confortatiuus viſus: & ſardinis, qui eſt coloris rubei: qui propter ſimilitudinem ad ignem ſignat incendium charitatis. Et Iris erat in circuitu ſedis, per quam deſignatur fœdus Dei ad eccleſiam ſuam. Nam iris, id eſt, arcus cœleſtis data eſt in ſignum fœderis inter Deum & terrã. Gen. 9. Similis viſioni ſmaragdinę. Smaragdus eſt viridis coloris, & vnus de coloribus Iridis, & ſic apparebat illa iris imaginaria, quòd color ille viridis intenſior cæteris videbatur, in quo deſignatur conſolatio Dei affutura, maxime in tribulationibus eccleſiæ futuris, eo quòd color viridis eſt confortatiuus viſus vt dictum eſt. Deinde deſcribitur maieſtas Dei ex nobili conſortio, cùm dicitur, Et in circuitu ſedis viginti quatuor ſedilia: per quæ deſignãtur vniuerſæ cathedrales eccleſiæ, quæ licet ſint multæ, tamẽ ſub hoc numero deſignantur, propter concordiam noui teſtamenti ad vetus, in quo legitur. 1. Paral. 25. quòd Dauid volens ampliare cultum diuinum in templo inſtituit viginti quatuor ſacerdotes, qui erant principes ſacerdotum, & quilibet eorum hebdomada ſua cum ſuis officium peragebat. Et viginti quatuor ſeniores ſedentes ſuper ſedilia, ſunt Epiſcopi eccleſiarum in quibus debet eſſe ætatis & morum maturitas. Circumamicti hi erant veſtimentis albis, quia maxime in Epiſcopis debet lucere caſtitas & puritas. Et in capitibus coronæ aureæ, quia in mentibus

Nicol. de Ly. in Ap.

Deus gubernans eccleſiam qualis.

Cathedrales eccleſiæ quomodo deſignantur.

Epiſcopi quales eſſe debent.

A eorum quæ capita dicuntur reſpectu virium ſenſitiuarum, debet eſſe ſapientiæ claritas, ſignata per aurum, & de throno, ſcilicet Dei procedebãt fulgura, voces & tonitrua, id eſt, coruſcatio miraculorum, & denuntiatio præmiorum, pro bonis operibus & pro malis terror ſuppliciorum. Iſta verò concedebantur à Deo in primitiua eccleſia, & poſtea aliquo tempore prælatis eccleſiarum. Et ſeptem lampades ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei miſſi in omnem terram. Per hæc intelligunrur ſeptem dona ſpiritus ſancti, vel omnes Angeli qui mittũtur ad miniſteria peragenda. Ardentes ſunt, quia illuminãt
B & accendunt ad cognitionem & amorem Dei. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile Chryſtallo, ſcilicet, baptiſmi ſacramentum, quod non eſt mobile & fluidum, ſed firmum & indelebile reſpectu caracteris impreſſi. Et in medio ſedis, & in circuitu quatuor animalia: quorum vnũ ſimile leoni, aliud vitulo, tertium homini, quartum aquilæ. In quibus deſignantur quatuor Euangeliſtæ ſecundum alios. Sed Nico. de Ly. dicit, quòd melius per hæc poſſunt intelligi quatuor patriarchales eccleſiæ, ſcilicet, Hieroſolymitana, Antiochena, Alexandrina, & Conſtãtinopolitana, de quibus habetur diſt. 22. per totum,
C & adaptationem ponit ex conditionibus animaliũ illorum ad tales eccleſias. Et habebant animalia illa alas ſenas, quæ ſunt ſex leges, ſcilicet, naturalem, Moſaicam, Propheticam, Euangelicam, Apoſtolicorũ doctrinam, & conciliorum ſeu eccleſiæ ſtatũta. His alis eccleſiaſtici debent ſurſum aſcendere per contemplationem, & deorſum deſcendere per proximorum ædificationem. Et requiem non habebant, ex reuerentia, ſcilicet, & obſequio ad diuinam maieſtatem. Nam in dictis eccleſiis deuote fuit celebratum diuinum officium nocturnum & diurnum. Vel etiã ſi Euangeliſtæ intelligantur, dicuntur requiẽ nõ ha-
D berẽ à laude diuina, quia continuè per ſuorum doctrinam Euangeliorum nos excitant ad laudem Dei. Dicentes ter ſanctus, ad innuendum myſterium Trinitatis. Et ſubditur. Dominus Deus omnipotens, propter myſterium vnitatis eſſentiæ in perſonis ipſis diuinis. Sex alæ etiam poſſunt dici ſex conditiones virtuoſæ quibus volamus ad Deum, duæ circa Deum: ſcilicet, obedientia & ſpeculatio: duæ aliæ circa proximum beneuolẽtia & ſuffragatio, & duæ aliæ circa ſeipſum modeſtia & circunſpectio. Per viginti quatuor ſeniores poſſunt intelligi patres veteris & noui teſtamenti duodecim patriarchę in veteri, & duode-
E cim Apoſtoli in nouo, qui fuerunt in eccleſia militanti, & nunc in triumphanti ante Deum. Et cùm illa quatuor animalia darent gloriam & honorem &c. ſeruiendo, ſcilicet, Deo & collaudando in officiis diuinis, ille quatuor eccleſiæ patriarchales, includendo tamen Romanam vt caput omniũ in Conſtantinopolitana, in qua Conſtantinus, qui exaltauit eccleſiam poſuit imperium, aliæ cathedrales conformantes ſe eis, ſequuntur in diuinis officiis celebrandis. Dimittunt coronas ſuas ante thronũ: ſignificat quod recognoſcunt ſapienriã ſuã à Deo, dicentes. Dignus es Domine accipe gloriã, &c. Nõ per hoc intelligẽ-
F dum eſt quod Deus accipiat aliquid de nouo, vel ei aliquid accreſcat ex laudibus & operibus noſtris: ſed quod homines ex beneficiis receptis tenẽtur aſſurgere ad laudandũ Deũ. Et propter voluntatẽ tuã erant creata omnia, ſcilicet, in diſpoſitione tua ab æterno ſicut artificiata ſunt in mente artificis antequam faciat. Et creata ſunt, ſcilicet, in tẽpore producta in effectu, propter voluntatem tuam: nõ ex neceſſitate naturæ.

A.C. 34.

Quatuor eccleſiæ patriarchales.

Sex alæ ſignificãt ſex leges.

Sex conditiones honeſtæ quibus ad Deum volamus.

Romana eccleſia eſt caput omnium.

§. IIII.

A.C. 34.

§. IIII.

In c.5.Ap. Liber ſignatus quid ſignificet.

DE libro ſignato ſeptem ſigillis in c.5.vbi notan
tur in apertione eorum ſeptem perſecutio-
nes Eccleſiæ ſub imperatoribus Gentilibus, ſcilicet,
vſque ad Conſtantinũ. Dicit ergo quòd vidit librũ
in dextera ſedentis in throno ſignatum ſeptem ſigil-
lis. Sedens in throno eſt Deus trinus & vnus. Liber
iſte eſt ſcientia diuina: in qua omnia ſunt ſcripta.
Tho. in 1. p.q.14.a.9. Sciendum autem quòd in Deo ponitur duplex ſcien
tia, vel vna duplici modo dicta. Prima eſt quæ ſe ex-
tendit ad omnia poſſibilia: quæ tamen nunquã fue-
Duplex in Deo ſcientia. runt nec erunt, & dicitur ſcientia ſimplicis intelligẽ-
tiæ. Alia quæ ſe extendit ad omnia exiſtentia in actu
ſub quacunque differentia, temporis præteriti præ-
Liber in dextera Dei quid ſit. ſentis vel futuri, & dicitur ſcientia viſionis. Et iſta
ſunt in virtute Dei operatiua inquantum operatur
ea in aliquo tempore. Et iſta Deus reuelauit homini
Chriſto. Vnde dicitur liber iſte in dextera Dei eſſe,
deſignante virtutem eius operatiuã, qui liber intelli-
gitur notitia Dei de diſpoſitis ab eo fieri. Signatus di
citur ſigillis ſeptẽ, id eſt omnimodis obſcuritatibus
vt dicunt aliqui. Et ſecundum hoc ponitur numerus
determinatus pro indeterminato, id eſt numerus ſe-
ptenarius pro multitudine obſcuritatis indetermina
ta. Signatio ergo iſta ſignificat clauſionem diuinæ
ſcientiæ de diſpoſitis ab eo fieri, quouſque ſit ab eo
In c.5. Ap. reuelatum fieri, vel ſint ab eo in actu producta. Sed
melius videtur dicendũ ſecundum Nico. de Ly. ſcili-
Pſal 110. cet, quòd ſigilla iſta non ſunt aliud quàm diuina vo-
luntas claudens & aperiens ſuum ſecretũ, prout &
quando, & quomodo ſibi placet, quæ licet in ſe ſit
vna, dicitur tamen multiplex ad varios effectus rela-
ta, ſecundũ illud. Magna opera Domini, exquiſita in
omnes voluntates eius. Septenarius igitur ſigillorũ
eſt ſeptenarius reuelationis diuinæ voluntatis ad re-
uelanda Ioanni diſtincta ſeptẽ reuelationibus & fiẽ-
da ſeptem temporibus. Et vidi Angelũ fortẽ: videtur
iſte fuiſſe Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei,
dicentẽ. Quis eſt dignus aperire librum, id eſt, mani
feſtare Dei ſecretũ. Et ſoluere ſignacula eius, id eſt,
ſigillatim oſtendere quomodo ſingula de quibus di-
cuntur, procedunt ex diuina voluntate? Et nemo po-
terat, neque in cœlo, quo ad Angelos, nec in terra
quo ad homines, nec in inferno, quoad dæmones, in
quibus remanſerunt naturalia, vnde & acumen in-
tellectus, aperire librũ: quia nullus iſtorum poteſt ad
ſecreta diuina attingere, niſi Deo reuelante: qui pri-
mo reuelauit Chriſto homini, & Chriſtus Ioanni
per Angelũ. Et ego (ait Ioannes) flebã multũ, vbi oſtẽ
ditur Ioannis deſideriũ de ſciendo eccleſiæ futurum
proceſſum. Et vnus de ſenioribus dixit mihi, conſo-
lando, me de deſiderij mei impletione. Ne fleueris.
Petrus ſenior viſus in cœlo. Iſte ſenior, licet aliqui aliter dicant, videtur melius
intelligi, ꝙ fuerit Petrus iã in cœlo coronatus per
martyriũ, & dicitur vnus, id eſt primus inter Apoſto-
los, eo modo loquendi, quo dictũ eſt Gen. 1. factum
eſt veſpere & mane dies vnus, id eſt primus. Ecce vi-
cit leo de tribu Iuda radix Dauid. Leo, in reſurrectio-
ne, vicit, per paſſionẽ diabolũ, radix Dauid, de eo deſ
cendens ſecundũ carnẽ, & eũ producens ſecundum
Deũ, vt radix arborẽ. Aperire librũ .i. manifeſtare ec-
cleſiæ decurſum à Deo præordinatũ. Et vidi, & ecce
in medio throni agnũ ſtantẽ tanquã occiſum .i. in me
Chriſtus quotidie in eccleſia immolatur. dio eccleſiarũ in nomine eius conſtitutarũ. Tanquã
agnus dicitur, ratione immolationis. Stans dicitur,
propter reſurrectionẽ ad vitã immortalẽ. Tanquam
occiſus dicitur, quia quotidie in eccleſia immolatur

A in ſacrificio altaris quantũ ad effectũ & repreſenta
tionẽ: quia per oblationẽ Euchariſtiæ, cõmunicatur
nobis effectus ſuæ paſſionis. vnde dicit Tanquã ha-
bentẽ cornua ſeptẽ, quæ ſunt ſeptem ſpiritus dona
quæ dicuntur cornua, quia his conteritur virtus ini-
mici in vitiis. Et venit .ſ. agnus & accepit librum de
dextera ſedentis in throno. nõ ꝙ Chriſtus tunc acce-
perit notitiã futuri proceſſus eccleſiæ, quia à princi-
pio cõceptionis aĩa eius habuit notitiã faciendorũ:
ſed notitiã de prædictis acceptã à principio cõcep-
tionis tunc Ioanni reuelauit & per eũ vniuerſali ec-
cleſiæ obſcure tamẽ. Et cũ aperuiſſet librũ .ſ. ad reue
B landũ eccleſiæ proceſſum, quatuor aĩalia & viginti-
quatuor ſeniores ceciderũt in facies ſuas, &c .i. qua-
tuor eccleſiæ patriarchales & aliæ eccleſiæ cathedra
les per orbẽ ex hoc habuerunt materiã venerandi
ipſum. Et cantabãt canticũ nouũ .i. pertinẽtia ad no-
uum teſtamentum & cõtemplantes gratias agebãt,
dicentes. Dignus eſt, &c. Deinde ponitur iucunditas
adſiſtentium Chriſto in eccleſia triumphanti cùm
dicit. Et audiui vocem Angelorum multorum, &c.

§. V.

In c.6.Ap.

ET vidi cũ aperuiſſet ſigillũ primũ, &c. in c.6. Au
C diuit vnum de quatuor aĩalibus dicens: Per iſta
Iacobus minor primus patriarcha Hieroſolymitanus. quatuor aĩalia dicentia Ioanni. Veni & vide. ſecun-
dũ aliquos deſignãtur quatuor Euãgeliſtæ. Sed meli⁹
dicitur ſecundũ Nic. de Ly. ꝙ deſignant prælatos pa-
Ibid. triarchaliũ eccleſiarũ. vnde primus erat Iacobus mi-
nor patriarcha Hieroſolymitanus iã martyrio in cœ
lo triũphans. Veni & vide ait .ſ. decurſum & ſtatũ pri
mitiuæ eccleſiæ. Et ecce equus albus. Aliqui exponũt
hoc de Caino imperatore, quod reprobat Nico. de
Ly. & melius ſecundũ eũ dicitur ꝙ deſignat cœtum
Apoſtolorũ dealbatũ ſanctitate vitæ. Tũ quia & btũs
Iacobus eccleſiæ Hieroſolymitanæ Epiſcopus ſeu
D patriarcha veſtibus lineis vnde & albis induebatur. Aegeſip. apud Euſ. Cæſ. lib. 2. c.22.
Et idẽ poteſt veriſimiliter exiſtimari de aliis Apoſto
lis, vnde Machometus vocat eos viros dealbatos. Machometus quomodo vocet Apoſtolos.
Per ſedentẽ ſuper iſtũ equũ intelligitur Chriſtus di-
rector eorũ. Et qui ſedebat ſuper eũ .ſ. Chriſtus habe-
bat arcũ in manu .i. verbũ prædicationis, in manu .ſ.
operationis, quia cœpit Ieſus facere & docere, & ſic Act. 1.
etiã Apoſtoli quæ ꝑdicabãt verbo, exẽplo ſeruabant.
Et data eſt ei corona, in ſui reſurrectione & aſcẽſio-
ne. Et exiuit per effectũ ſuũ dando Apoſtolis viſibili-
ter Spiritum ſanctũ. Vincẽs aduerſarios ſuos prius in
Iudæa cõuerſis multis millibus Iudæorũ ad fidem, vt c.2. & 3.
E patet in actibus Apoſtolorũ. Vt vinceret, per totum
orbẽ colla Gentiliũ poſtea iugo fidei ſubiiciẽdo mi-
raculis adhibitis. Nã adhuc viuente Petro eccleſia di
latata eſt vſq; ad fines terræ habitabilis. Et cũ ape-
ruiſſet ſigillũ ſecundũ, &c. Hic deſcribitur ſtatus ec-
cleſiæ tpe Neronis vſq; ad tp̃s Titi. Audiui ſecundũ Petrus Antiochenæ eccleſiæ patriarcha.
aĩal, &c. Hic fuit btũs Petrus patriarcha eccleſiæ An
tiochenæ, qui iã trãſierat per crucẽ tpore huius viſio
nis, dicẽs, Veni & vide .ſ. ſtatũ eccleſiæ ſub Nerone.
Et exiuit alius equus rufus. Hic equus eſt populus Ro Nero equus rufus & quare.
manus, qui dicitur rufus tpe Neronis dupliciter. Vel
quia rubeus q̃d dicitur rõne multi ſanguinis Roma-
F norũ effuſi per Neronẽ ex ſua crudelitate. Nã matrẽ
propriã, vxorẽ, fratrẽ, & ſororẽ, & Senecã diſciplinæ
ꝑceptorẽ occidit: & principẽ Apoſtolorum, & alios
multos fideles. Vel pro rufedine ponitur quia .ſ. Ne-
ro ciuitatẽ Romanã incẽdi fecit magna ex parte, in
tali verò incendio ex cõmixtione flãmæ & fumi ap-
parentia rufedinis cauſatur. Et qui ſedebat ſuper illũ
.ſ. Nero dñans imperio Romanorũ: datũ eſt ei, ſcilicet
à Deo

A. C. 34.

à Deo permittente, vt ſumeret pacem de terra, quia turbata eſt vrbs & imperiũ propter ſcelera eius, vt & inuicem ſe occiderent homines. Nam Nerone occiſo Galba, poſtea Otho, exinde Vitellius vſurparunt ſibi Romanũ imperiũ & ex eorum pugna adinuicẽ valde multi occiſi ſunt. Et datus eſt illi gladius magnus. ſ. poteſtas occidendi Chriſtianos. Nam primã perſecutionẽ ipſe mouit contra Chriſtianos quoad perſecutiones imperatorum. Nam prius perſecutionem ſuſtinuerant per Iudæos. Et cùm aperuiſſet. Hic deſcribitur tertius ſtatus eccleſiæ qui fuit ſub Tito. Audiui tertiũ animal dicens. Hic fuit beatus Marcus primus patriarcha Alexandrinus, qui iam martyrizatus erat in gloria. Et ecce equus niger. ſ. exercitus Romanus qui dicitur niger effectiue, ſicut ſol dicitur calidus, quia cauſat calorem. Exercitus enim Romanus ſub Tito intantum afflixit inhabitantes Hieroſolymam, quod fuerunt fame denigrati & aliis afflictionibus vt refert Ioſephus. Et qui ſedebat ſuper eũ. ſ. Titus regens exercitum illum habebat in manu ſua ſtaterã. ſ. diuinã iuſtitiam, quam opere exequebatur. Nam ex ordine diuinæ iuſtitiæ proceſſit, quod exercitus Romanus Iudæos partim occidit, partim captiuauit, in vindictam mortis Chriſti. Quia tamen præter intentionem Titi & exercitus ſui hoc erat: nã propter rebellionem Iudæorum contra imperiũ, pugnauerunt contra eos. Ideo dicitur quod habebat in manu non in mente ſtateram, quoniam exequebatur opus diuinæ iuſtitiæ, etſi non intẽderet vindicare mortẽ Chriſti. Et audiui tanquam vocem de medio quatuor animaliũ, id eſt, de throno Dei, in cuius circuitu erãt quatuor animalia, ad oſtendendum, quod proceſſit illud inquantum malũ pœnæ ex diuina ordinatione. Bilibris tritici denario vno &c. Hugo Floriacẽ. dicit quod Romani capta Hieroſolyma feſſi cæde multa, quærebãt, quomodo mãcipia ipſos, ſ. Iudæos captos venderent, & quia multi erant venales & pauci emptores, decreuerunt vt triginta mancipia vno numiſmate vẽderentur. Bilibris eſt mẽſura duarum librarũ [quinque vero Iudæi hic per vnam librã deſignantur, eo quod quinque libri Moyſis ab omnibus Iudæis recipiuntur. Eſt igitur ſenſus, Bilibris tritici denario vno &c. quia ſicut de venalib. Iudæis vilioribus, qui per hordeum deſignantur, triginta pro vno denario dabantur, ita decẽ de fortioribus & aptioribus ad ſeruendũ pro vno denario vẽdebantur.] Et vinum & oleum ne læſeris. i. Chriſtianos illius regionis, qui deſignantur per vinũ & oleũ, propter lætitiam ſpiritualem & feruorẽ ac pietatem in proximos. Iſti enim nõ fuerunt læſi per exercitũ Titi, quia ante obſidionem fuerant admoniti inde recedere.

Nero primus Chriſtianorum perſecutor.

Titus imperator Romanus Ioſ. in bello Iud.

Hug. Flo. de hoc bello contra Iud.

Iudæi triginta vno numiſmate venditi.

Et cùm aperuiſſet ſigillum quartũ: Ponit ſtatum quartũ eccleſiæ ſub Domitiano: qui. ſ. mouit ſecundã perſecutionẽ eccleſiæ, & multa mala fecit in Roma no imperio. Audiui quartum animal. i. aliquem primũ patriarchã ſeu epiſcopum Conſtantinopolitanũ (quæ tamẽ ciuitas nõ dicebatur tũc Conſtantinopolis, ſed Byzantiũ) iã defunctum in gloria exiſtentem. Veni & vide. ſ. quartum ſtatũ eccleſiæ. Et ecce equus pallidus. i. Romanus populus. Domitianus enim magnam partem ſenatorũ & aliorũ nobilium in exiliũ miſit & interfecit imponens eis crimina, vt ſic diriperet eorũ bona: propter quod qui Romæ erant ibi ſtabãt in magno timore, ne ſimilia ab eo paterentur, timor autẽ facit mẽbra exteriora pallida & præcipue faciẽ, & ideo Romanũ imperium pro illo tempore ſignificatur per equum pallidũ. Et qui ſedebat ſuper eũ. ſ. Domitianus, nomen illi mors actiue & paſſiue, quia multos innocentes occidit tã fideliũ quã infidelium

Domitianus quõ deſignatus.

A liũ & ipſe demũ à ſenatu interfectus eſt propter ſuã crudelitatẽ. Et infernus ſequebatur eũ, quia moriens ad gehẽnã deſcẽdit. Et data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ, in quibus. ſ. dilatatũ erat imperium Romanũ: interficere gladio. Nam multi per quatuor orbis partes de mãdato eius fideles martyrizati ſunt: & fame quia multi in carceribus cruciati defecerũt. Et beſtiis terræ, quia multi ſunt traditi beſtiis deuorãdi. Et morte, quia & pluribus aliis modis cruciati. Et nota quod ſicut Zach. 6. per equos [quadrupliciter in colore variatos deſignata fuerũt quatuor regna, vt dictũ fuit ibidẽ, ſic in iſto loco per equum al-
B bũ deſignatur regnũ Chriſti, prout fuit in cœtu Apoſtolorũ, & credentib. primis, per alios tres equos Romanũ imperiũ, cuius ſtatus fuit variatus in tribus tẽporibus.] Et cũ aperuiſſet ſigillũ quintũ. Hic notatur quintus ſtatus eccleſiæ qui fuit ſub Traiano vſque ad Diocletianũ. Iſte enim Traianus mouit tertiã perſecutionem contra eccleſiã, Marcus Antoninus quartam, Seuerus quintã, Maximianus ſextã, Decius ſeptimã, Valerianus octauã, Aurelianus nonã. Et licet plures intermedij imperatores occidi fecerint Chriſtianos, tamen iſti ſpiritaliter dicuntur perſecutiones mouiſſe contra eccleſiã, quia fecerunt & re-
C nouauerũt edicta cõtra Chriſtianos. Temporibus enim iſtorũ imperatorũ nõ erant eccleſiæ nec altaria ſtabilia publica, ſed in locis occultis præcipue in cryptis martyrũ ſuper corpora eorũ ibi ſepulta portabatur & erigebatur altare ligneũ pro celebratione miſſarũ. Et ideo dicitur. Vidi ſubtus altare Dei animas interfectorum. i. martyres interfectos, eo quod erãt ibi corpora eorum. Propter verbũ Dei quantũ ad doctores, qui martyrizati ſunt propter prædicationem verbi. Et propter teſtimoniũ quod habebãt quãtum ad ſimplices, qui martyriũ ſuſceperunt, eo quod nolebãt negare ſed magis proteſtabantur ſe credere in
D Chriſtũ, & clamabãt voce magna. Et iſte clamor nõ eſt niſi quadã manifeſtatio malitiæ tyrannorũ contra Deũ merito puniẽda & innocẽtiæ martyrũ præmiãdæ, ſicut vox ſanguinis Abel de terra ad Deũ clamabat, vſquequo domine ſanctus & verus non vindicas ſanguinẽ noſtrũ de iis qui ſunt in terra tyrãnis, qui habitãt in terra dominantes. Et datæ ſunt ſingulis ſtolæ albæ. i. gloria animę. Et dictum eſt illis vt requieſcerent. ſ. corpora eorũ. Adhuc modicũ. ſ. vſque ad iudiciũ finale quod modicũ tẽpus eſt reſpectu æternitatis & tunc recipiẽt ſtolã corporis. i. gloriã: & vindicta. i. punitio fiet cõtra tyrãnos illos manifeſta.
E Donec impleatur numerus &c. à Deo præordinatus.

Et cùm aperuiſſet ſigillũ ſextũ. Hic deſcribitur ſtatus eccleſiæ ſub Diocletiano & Maximiano, qui decimã perſecutionẽ mouerũt cõtra eccleſiã. Hæc fuit atrocior omnibus præcedẽtibus intantũ, quod infra triginta dies legãtur ſeptẽdecim millia promiſcui ſexus martyrio fuiſſe coronata. Ponitur ergo. i. acerbitas pſecutionis, & poſtea ſuauitas cõſolatiõis diuinę. Dicit ergo ĩ aptione hui⁹ ſigilli, terræmotus fact⁹ eſt magnus quia in oĩbus partibus Romani imperij de mãdato Diocletiani & Maximiani moti ſunt iudices potẽtes ad occidẽdũ Chriſtianos. Et ſol factus eſt ni-
F ger. i. Chriſtus, qui eſt ſol iuſtitiæ denigratus eſt quãtũ ad famã, & etiã in mẽbris ſuis, quia eis imponebãt ꝙ eſſent magi & malefici, & à Chriſto p Apoſtolos artes illas magicas didiciſſent, & ſic quãtũ in eis erat Chriſtũ denigrabãt. Et luna tota facta eſt ſicut ſanguis, quia tũc eccleſia tota fuit ſanguine martyrũ rubricata: Et ſtellæ ceciderunt de cœlo, quia multi qui erant eminentes in cœlo eccleſiæ militantis, timore mortis inclinabantur ad immolandum Idolis vt

A. C. 34.

Auctores perſecutionum eccleſiæ.

Miſſæ tempore perſecutionum vbi celebratæ.

Decimæ perſecutionis immanitas.

A. C. 34.

patet de Marcellino papa qui idolis thurificauit, vnde, & de aliis multis veriſimile eſt quod deficiebant à fide. Marcellinus tamen pœnitentia ductus martyrium poſtea pro fide Chriſti ſuſcepit, & ceſſauit tūc epiſcopatus Romanus [a] annis ſeptem & menſibus quinque propter immanitatem perſecutionis illius. Sicut ficus emittit groſſos ſuos cùm à vento magno mouetur. Ficus groſsi dicuntur ficus primi temporis immaturæ: quæ de facili cadunt à magno vento concuſſæ. Tunc enim flauit in eccleſia turbo tempeſtuoſæ perſecutionis. Et cœlum receſsit veluti liber inuolutus, id eſt, eccleſia tunc temporis, quia Chriſtiani tunc ſe occultabant quantū poterant, niſi aliqui pauci feruore ſpiritus martyrio ſe exponentes & offerentes & omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt. Nam in montibus & ſuper rupes inaccelsibiles & inſulis mari clauſis, vbi fuerant Chriſtiani, quærebantur. Et ſic dicuntur loca iſta mota propter motū inhabitantium: ſicut dicitur ciuitas moueri, quia inhabitantes in ea mouentur. Cùm enim eccleſia iam diffuſa eſſet per totum orbem, timentes deficere in tormentis à fide tempore perſecutionis Diocletiani & Maximiani quærebant ſe abſcondere in locis cauernoſis ſub mōtibus [ideo ſubditur abſconderūt ſe in ſpelūcis &] aliqui etiam timentes capi & cruciari & non ſufferre poſſe, deſiderabant (ſuppoſita tamē Dei voluntate) breui morte finiri. Et horum deſiderium exprimitur cùm ſubditur. Et dicunt montibus cadite ſuper nos. Et quia cum Deus flagellat nos aliqua tribulatione dicitur iratus contra nos per ſimilitudinē hominis irati, ideo ſubditur, Abſcōdite nos à facie ſedentis ſuper thronum, irati. ſ. cōtra nos, quoniā venit dies magnus iræ ipſorū, id eſt, tempus perſecutionis magnæ à Deo permiſſæ. Et quis poterit ſtare? q. d. pauci firmi permanebunt reſpectu cadentium. Vel ſecundum alios poteſt intelligi in his quòd petunt fideles illius temporis ſuffragia ſanctorū, qui dicuntur mōtes & petræ propter exaltationē & firmitatem in bono, à quibus poſtulant vt cadant ſuper eos, id eſt vt cooperiant eos protegendo ſuis orationibus.

Groſſi in ficubus qui dicantur.

Suffragia ſanctorū in cœlo degentium ſancti hic degentes poſtulant. In ca. 7. Apoc.

a Nulla perſecutionum immanitate, nec vllo vnquā tempore ſedes Apoſtolica Romana ſeptem annos vacauit. Porro hoc Marcellino, qui idolis thura adoleuerat, pro Chriſti nomine poſtea occiſo, vacauit ſedes menſes duos, ait Onuph. in catal. Pont. & ei inpōtificatu S. Marcellus Romanus ſucceßit.

§. VI.

IN capitulo ſeptimo poſt magnā tribulationem perſecutionis tempore Diocletiani & Maximiani, ponitur facta ſuauitas conſolationis in eccleſia militanti & triumphanti ſecuta tempore, ſ. Conſtantini magni. Sed ponitur alia breuis eccleſiæ tribulatio poſt Diocletianum & Maximianum, quæ repreſſa eſt per Conſtantinum, quæ notatur cùm dicitur. Et vidi alterum angelum &c. Pro quorum declaratione ſciendum, ſecundum quod habetur in hiſtoria eccleſiaſtica. li. 9. quod poſtquā Diocletianus & Maximianus depoſuerunt in ſigna imperij, conſtituti ſunt duo imperatores Galerius & Conſtantinus. Galerius autē duos Cæſares inſtituit, id eſt, ſibi adiutores. Seuerum in Italia, & Maximinum in oriente. Conſtantius autē moriens regni ſui cōſtituit hęredē Conſtantinū magnum filiū ſuum ex Helena ſuſceptū, qui factus imperator aſſumpſit in cōſortiū imperij ſui Liciniū cognatum ſuū, qui etſi prius fuit paci-

& l. 8 hiſt. eccl. l. 26.

A ficus Chriſtianis, poſtea tamen factus eſt perſecutor. Maxētius vero Romæ tyrannizabat vſurpās ſibi imperiū. Quatuor ergo perſecutores erant in quatuor partibus imperij. ſ. Maximinus in oriente, Seuerus in Italia, Maxentius Romæ, Licinius Alexandriæ in Ægypto. Et notandum quod homines maxime potentes & in dignitate conſtituti in hoc libro frequenter nominantur angeli, qui ſi ſunt boni ſunt angeli Dei, ſi mali, angeli Sathanæ, vnde & de angelo Sardis, id eſt, præſidenti dicitur ſupra. Nomen habes vt viuas & mortuus es. ſ. in ſpiritu vnde & malus: dicit ergo Ioan. Poſt hæc vidi quatuor angelos. i. malos perſecu-

A. C. 34.

Angeli qui vocentur in Apoc.

B tores eccleſiæ ſtantes. i. dominantes ſuper quatuor angulos terræ, id eſt quatuor partes imperij, tenētes quatuor ventos terræ ne flarent, id eſt, impedientes doctores eccleſiæ, ne verbum Dei prædicarent, de quo flatu dicitur Canti. 4. Surge Aquilo, & veni Auſter, & perfla hortum meum & fluent aromata eius, quia per flatum prædicationis fœcundatur bonis operibus hortus eccleſiæ militantis. Ne flarent ſuper terrā, nec ſuper mare, nec ſuper vllā arborē. Chriſtianorum enim aliqui habitāt in terra, aliqui in inſulis maris, aliqui in ſyluis perſecutionē fugientes [& omnes iſti deſignantur nominib. locorū iſtorum, ſicut

C habitantes Pariſiis nomine ipſius.] Exinde ponitur repreſſionis actus dictę perſecutionis cùm ſubditur. Et vidi alterum angelū, id eſt, imperatorē Conſtantinū aſcendentē ab ortu ſolis, quia ex ordinatione ſolis iuſtitiæ aſcendit ad dignitatem imperialē habentem ſignum Dei viui. i. ſignum crucis Chriſti. Nam, vt ſcribitur lib. 9. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, Conſtantino venienti ad bellū contra Maxentiū, anxio de euētu belli, fuit oſtenſum ſignum crucis, & ei dictū, In hoc ſigno vinces. Vnde ſecurus de victoria ſignum crucis in vexillis ſuis poni fecit, & contra Maxentium prælians triumphauit. Et clamauit voce magna qua-

Conſtantinus imperator quo modo à Ioanne præuiſus. c. 9. En. ſed potius iſta petenda ſunt ex l. 1. de vita Cōſtant. c. 22. Crux Conſtantino apparuit.

D tuor angelis, id eſt, quatuor tyrannis prædictis quibus datum eſt nocere terræ & mari, id eſt, permiſſum nocere Chriſtianis habitantibus in terra & inſulis maris dicens. Nolite nocere &c. Nam illos quatuor tyrannos repreſſit à perſecutione Chriſtianorū, duos debellando. ſ. Maxentium & Licinium: alios mādato ſuo deterrendo, ſcilicet, Maximinum & Seuerum. Quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. Conſtantinus enim baptizatus à beato Syluestro honorauit & exaltauit eccleſiam, & maxime ſacerdotes & miniſtros eius, multa priuilegia conferens Chriſtianis & pio ſuo exemplo

Conſtantinus à B. Syluestro baptizatus eſt.

E multos ad baptiſmum induxit, & per miniſterium ſacerdotum Chriſto conſignauit ſeruos eius. Et ſciēdum quod iſta dictio, quoúſque, non tenetur hic finite, ſed indefinite: ſicut cùm dicitur, iſte non pœnituit quoúſque vixit, id eſt, nunquam pœnituit: quià poſt mortem pœnitere non potuit. Sic iſto loco. Nam poſt iſtam conſignationem & Conſtantini repreſſionem, illi tyranni non ſunt reuerſi ad perſequendum Chriſtianos: ſed exterminati ſunt.

Et audiui numerum ſignatorum. Hic deſcribitur repreſſionis dictæ perſecutionis fructus, qui fuit fidelium multiplicatio. Centum quadraginta quatuor

F millia ex omni tribu filiorum Iſrael. Aliqui dicunt, quod hic ponitur numerus conuerſorum ex Iudaiſmo, & numerus determinatus pro indeterminato, & poſtea numerus cōuerſorū ex gētilitate, ibi. Poſt hęc vidi turbā magnam, quā dinumerare nemo poterat &c. Sed hoc nō videtur, quia cùm ſecundū Hebræos & Latinos decē tribus fuerint captiuatę & incluſę intra mōtes Caſpios, de illis tribus nō videtur, ꝙ fuerūt baptizati

Decem tribus Iſrael intra mōtes caſpios clauſæ, ſi Deo placet. Nam mihi hæc fabula nūquam poteſt arridere.

baptizati in tanto numero, cùm tamē de illis etiā ponatur numerus duodecim millium. Melius ergo videtur dicendū quod hic deſignatur multitudo conuerſorum ad Chriſtum tempore Conſtantini de quacunque natione fuerint, qui per baptiſmum rem nominis conſequuntur.

Conuerſi ad fidem nomen Iſraelis ſortiuntur.

Interpretatur enim Iſrael videns Deū. Videtur autē hic per fidē & in futuro per ſpeciem. Nomē ergo Iſrael ſecūdū rē & veritatē trāſiit ad omnem populū in Chriſto regeneratū per cōſequens nomina duodecim tribuū ad fideles Chriſti. & præcipue ad duodecim Apoſtolos correſpondentes duodecim patriarchis filiorū Iſrael. Dan vero nō ponitur, quia ex ipſa tribu dicitur Antichriſtus naſciturus.

Ex Dā Antichriſtus naſciturus.

Poſt hæc vidi turbā magnā, quam dinumerare nemo poterat. Hic ponitur conſolatio quātū ad eos qui ſunt in eccleſia triūphante. Nā ſicut poſt perſecutionē acerbiſſimā Diocletiani & Maximiani facta eſt cōſolatio eccleſiæ militātis per Cōſtantinū pace reddita, ſic in triūphāti facta eſt lætitia magna de martyribus innumerabilibus paſſis in omni natione tēpore Diocletiani & Maximiani per Chriſtum eorum animas ſuſcipientem. Illud, Poſthęc, non refertur ad gloriā martyrū, id eſt, tanquā gaudium fuerit in cœlo poſt Conſtantinū de coronatione martyrū cum immediatè fuerint glorificati: ſed ad narrationē viſionis Ioannis. Stantes ante thronū, clare .ſ. intuentes Deū & fruentes eo. Amicti ſtolis albis, id eſt, gloria animæ. Palmę in manibus eorū, id eſt, perfecta victoria tentationū. Et clamabant voce magna, feruenti amore. Salus Deo & agno .i. ſalus quam habemus hic in gloria, ineſt nobis à Deo & Chriſto, ſcilicet merito ſuæ paſſionis.

Deo nihil accreſcit in ſeipſo.

Et omnes angeli ſtabant in conſpectu throni parati .ſ. ad exequēdū volūtatē Dei gratias agētes, de victoria ſanctorū. Benedictio .i. laus & claritas .i. diuulgatio nominis eius & quæ ſequūtur, Deo noſtro .ſ. attribuantur. Nec ex his intelligendū quod aliquid accreſcat Deo ex creaturis in ſeipſo: ſed tantum in effectibus ſuis. Et cū interrogaſſet vnus. Qui ſunt iſti & vnde venerunt, reſpondit vnus ex ſenioribus .ſ. beatus Petrus. Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione .ſ. per martyrium ad gloriam, & lauerūt ſtolas ſuas .i. animas purgarunt in ſanguine agni ſuſtinentes mortē propter ipſum. Vel quia fuerunt mēbra corporis Chriſti ſanguis eorum dicitur ſanguis agni, id eſt, Chriſti. Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum agnus, id eſt, Chriſtus continuabit in eis gloriam animarum, vſque ad aliam ſtolam, quam recipient .ſ. gloriam corporum in reſurrectione corporū. Et ab eis abſterget omnem lachrymam &c. Imperauit ante Conſtantinus cùm reddita eſt pax eccleſiæ anno domini .309. vel circa.

§. VII.

Expoſitio capitis octaui.

ET cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum. Poſt perſecutionem & pugnam eccleſiæ contra tyrannos, hic ponitur pugna contra hæreticos ſub apertione ſeptimi ſigilli. Vbi ſciendum quod iſta diuiſio nō eſt præciſa. Nam tempore primitiuæ eccleſiæ fuerūt hæretici aliqui, vt patet ex epiſtolis Apoſtolorū. Et poſt Conſtantinum magnū fuerunt tyranni perſequentes eccleſiam. Sed accipitur hæc diuiſio ſecundum illud, quod principaliter deſcribitur in præcedentibus & ſequentibus. Hæretici autē futuri ſunt inter Chriſtianos vſque in finem mundi vt oſtenditur in parabola boni ſeminis & zizaniorum. Matt.13.

Diuiſio Apocalypſis

Pars ergo iſta libri in generali durat vſque ad finem mūdi ſeu terminum huius libri. Et diuiditur in tres partes. Nā primo deſcribitur ſtatus eccleſiæ iudicium præce-

A dens. Secundo ſtatus eccleſiæ iudicium concomitans 19.c. ibi. Et vidi thonum magnum. Tertio ſtatus iudicium ſubſequens. ibi. Et ego Ioannes. Quātū ad ſtatum iudicium præcedentem, primo ponit pugnam inter eccleſiam & hæreticos proprie dictos, & poſtea contra hæreticos extenſe & large dictos & hoc in 12.c. Et de hæreticis proprie dictis. Primo agit de hæreſiarchis ſeu inuentoribus hæreſum, ſecundo de fautoribus eorum, & hoc in ca.9. Continuans ergo Ioannes ſe ad præcedentia in quibus dixerat de perſecutionibus tyrannorum contra eccleſiam & de conſolatione eccleſiæ per Conſtantinum,

B ponit quandam breuem perſecutionem, quam paſſa eſt eccleſia per Iulianum apoſtatam imperatorem, quæ tamen paululum durauit, ſ. vno anno cum dimidio quo imperauit. Hic enim occidi fecit Paulum & Ioannem, & multi eo imperante alij Chriſtiani martyrio coronati ſunt.

Iulianus Apoſtata quomodo viſus.

Præceperat etiam eccleſias claudi, prohibens diuina officia publice celebrari. Hoc autem notatur cùm dicit Ioannes. Factum eſt ſilentium in cœlo, id eſt, in eccleſia militanti prohibente Iuliano officia celebrari publice, quaſi dimidia hora, quia parum durauit hæc perſecutio. Nam in bello contra Perſas occiſus eſt Iulianus, quo mor-

C tuo cœpit Chriſtiana religio gaudere.

Et vidi ſeptem angelos &c. De horum ſingulis & eorum tubiciniis dicetur infra. Et alius angelus &c. Hic ponitur continuatio ad liberationem factā per Conſtātinum. Nam poſt mortem Iuliani paulo poſt, Damaſus papa creatus ampliauit cultum diuinū in eccleſiis: ordinans die noctúque vt pſalmi cantarentur in eccleſia & in fine pſalmorum diceretur Gloria patri &c. & ipſe Damaſus intelligitur hic eſſe alius angelus, alius ab illis ſeptem de quibus declarabitur, id eſt, contrarius, quia ſanctus. Venit & ſtetit ante altare, quia præfuit eccleſiæ Romanæ, habens

Damaſus Gloria patri in fine pſalmorū dici inſtituit.

D thuribulum aureum .i. cor deuotum & data ſunt ei incenſa multa, quæ ſunt orationes fidelium, vt daret ſuper altare aureum .i. Chriſto offerret, qui eſt altare aureum charitate plenum ante thronū Dei: ad ſummum enim pontificem, vt caput eccleſiæ vniuerſalis pertinet referre deuotionem populi in Deum.

Summus pontifex vniuerſalis Eccleſiæ caput.

Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, id eſt, accepit Damaſus donum à Deo in corde feruidæ charitatis. Et miſit in terram, quia ex ſua ordinatione & exemplo induxit habitantes in terra & ad feruorem deuotionis & charitatis. Et facta ſunt inde tonitrua ſanctæ prædicationis, & voces

E diuinæ laudis. Fulgura & coruſcationes miraculorum. Tunc enim aliqui prælati, & alij in eccleſia claruerunt miraculis. Et terræmotus, quia multi terreni homines moti ſunt ad beneoperandum ex his.

Et ſeptem angeli. Hic ponitur continuatio ad pręcedentia & agit de hæreſiarchis. Et primus angelus. Licet multi diuerſis temporibus fuerint hęreſiarchę, tantum de quatuor videtur hic facere expreſſam mētionem contra quos quatuor generalia concilia & principalia congregata ſunt. Fuit ergo primus de iſtis quatuor, Arius presbyter qui ſuperbia elatus errorem aſſeruit contra articulum ſanctæ trinitatis,

F patrem & filium & ſpiritum ſanctum ſicut diſtinctos in perſonis ita in eſſentiis dicens. Vnde referebat patrem ſolum eſſe Deum eſſentialiter, filium vero & ſpiritum ſanctū participatiue.

Arius presbyter hæreſiarcha.

Contra quē congregati patres trecēti decē & octo epiſcopi in cōcilio Niceno eū condēnarūt, & peruerſum eius dogma. Nec tamē ab errore deſtiterunt: plures eius diſcipuli eum renouantes infecerunt plures principes & im-

A.C. 34. peratores tali errore, perſecutionem contra catholicos monentes, vt in ſequentibus apparebit. De iſto ergo Ario dicitur. Et primus angelus, id eſt, Arrius. Nam vt dictum eſt ſupra homines mali ita nominãtur hic angeli ſicut & boni. Tuba cecinit cum magno boatu & ſuperbia, dictam hæreſim publicando. Et facta eſt grando, id eſt, grandis tẽpeſtas in eccleſia quia per hoc homines in eccleſia fuerunt interſe

Li.10.ca.21. diuiſi. Vnde dicitur in hiſt. eccleſ. Ea tempeſtate eccleſiæ facies fœda & admodum [turpis erat. Non enim ſicut prius ab externis ſed à propriis vaſtabatur. fugabat alius & alius fugabatur] & vterque de eccleſia eſſe ſe dicebat. Et ignis miſtus ſanguine, id eſt, ignis æmulationis ex qua ſecuta eſt effuſio ſanguinis, & potiſſimum tempore Valentis imperatoris, qui lapſus in hæreſim Arianam perſequebatur catholicos diuerſis modis occidendo, & etiã prius tempore Cõſtantij filij magni Cõſtantini. Et tertia pars terræ cõbuſta eſt, id eſt, Chriſtianitas. Nam aliæ duæ partes ſunt Iudaiſmus & Paganiſmus. Igne ergo Arianæ perfidiæ Chriſtianitas corrupta eſt. Terræ, quo ad laicos terrenis innitentes. Arborum, quo ad præſidentes qui aliis præeminent ſicut arbores terræ. Fœnum quo ad nouellos diſpoſitos ad conuerſionem & teneros.

Gothi Ariani quomodo eua ſerint. Nam Valens imperator poſtulantibus Gothis diſpoſitis ad fidei receptionem ab eo, vt mitteret eis epiſcopos & presbyteros qui imbuerent eos doctrina Chriſti, miſit presbyteros Arianos qui fæce illius erroris eos imbuerunt.

Macedonius hæreſiarcha qualis. Secundus Angelus, ſcilicet Sathanæ hic fuit Macedonius, qui dixit filium eſſe eiuſdem naturæ & eſſentiæ cum patre, ſed ſpiritum ſanctum eſſe creaturam & ſeruum filij. Hic ergo angelus malus tuba cecinit, falſa ſua doctrina manifeſtauit ſuum errorem. Et tanquam mons magnus, id eſt, hæreſis magna, alta ſuperbia, ardẽs igne perfidię, miſſus eſt in mare. ſ. in Eccleſia, quæ mare dicitur ratione baptiſmatis. Et facta eſt tertia pars maris ſanguis, id eſt, deturpata eſt tertia pars aquæ baptiſmalis, accipiendo tamen partẽ valde large. Baptiſmus enim confertur in nomine trinitatis, qui dicitur deturpari,

Macedonius de turbauit S. Trinitatẽ. cùm ſpiritus ſanctus ſecundum Macedoniũ aſſeritur creatura & ſeruilis conditionis, & mortua eſt in eo tertia pars creaturæ, quia multi per baptiſmũ regenerati & nouæ creaturæ facti corrupti ſunt illo errore. Et tertia pars nauium, quia multi prælatorum, qui naues dicuntur, quia alios debent deferre ad portũ ſalutis, corrupti ſunt dicto errore, qui condemnatus eſt in concilio Conſtantinopolitano.

Pelagius hæreſiarcha qualis. Et tertius angelus &c. Hic fuit tertius hæreſiarcha, ſcilicet Pelagius, qui tempore Archadij & Honorij imperatorum induxit hunc errorem circa gratiã ſpiritus ſancti, dicens, quod homo ex ſuis naturalibus puris ſine gratia Dei poſſet promereri vitã ęternam. Qui error reprobatur de conſe. di. 4. placuit igitur, & c. ſe. & quod paruuli naſcuntur ſine originali culpa, & per conſequens non purgantur ab originali per baptiſmum. Quod reprobatur de conſe. diſ. 4. firmiſſime. Iſte ergo malus angelus tuba cecinit, cũ errorem ſuum docendo palam fecit. Et cecidit de cœlo ſcilicet eccleſiæ incidendo in talem errorem. Stella magna, ipſe ſcilicet, Pelagius qui fuit literatus & religioſus, quia monachus. Ardens tanquã facula. Multos enim corrupit ratione literaturæ & apparentis ſanctitatis in conuerſatione, & cecidit in tertiam partem fluminum &c. Per flumina & montes deſignatur eccleſia baptiſmalibus aquis ſanctificata. Et nomẽ ſtellæ dicitur abſynthium: quia. ſ. cõtra dulcedinem gratiæ ſpiritus ſancti prædicabat. Et facta

A eſt tertia pars aquarũ abſynthiũ, quia magna pars eccleſiæ per eius dogma corrupta fuit. Et multi homines mortui ſunt ſpiritualiter. De aquis. i. peruerſis illius dogmatibus. Quia amaræ factæ ſunt. i. cõtra dulcedinẽ gratiæ ſpiritus ſancti. Et quartus angelus &c. A.C. 34.

Eutyches qualis hæreſiarcha. Hic fuit quartus hæreſiarcha. ſ. Eutyches, qui aſſeruit in domino noſtro Ieſu Chriſto tantum vnam naturã ſicut & vnã perſonã, dicẽs quod ex diuina natura & humana incarnatione facta ſit vna natura per quãdã confuſionẽ ſeu cõmiſtionẽ, ſicut ex elementis ſuo modo reſultat vna miſti natura, quod eſt impoſſibile, cũ diuina natura nõ ſit alteri cõmiſtibilis, nec

B aliquo modo trãſmutabilis. Iſte ergo angelus malus Eutyches tuba cecinit, cũ ſuũ peruerſum dogma diuulgauit. Et percuſſa eſt tertia pars ſolis. ſ. deitatis, quę dicitur ſol. Sap. 5. Pars tamẽ hic accipitur valde large, inquantũ. ſ. filius Dei dicitur tertia perſona in trinitate. ſ. vna ex tribus. Et dicitur percuſſus, quia ſecundũ illũ errorẽ Dei filius nõ eſſet neque Deus neque homo, ſicut miſtum ex elemẽtis nõ eſt aliquod elemẽtorũ: ſed alia natura ex eis reſultãs. Et tertia pars lunæ. i. prælatorũ, qui adhæſerũt illi. Et tertia pars diei, & tertia pars noctis obſcurata eſt. Per diẽ nouũ teſtamentũ: per noctẽ vetus deſignatur, ſecũdũ illud. Nox Rom.13.

C præceſſit, dies autẽ appropinquauit. Iſte ergo Eutyches obſcurauit partẽ ſcripturarũ veteris & noui teſtamenti ſuo errore quantũ in ſe fuit, dicẽdo contra eas, quæ loquũtur de diuina & humana natura Chriſti vt de diſtinctis naturis non commixtis, quas ſcripturas male Eutyches exponit. Poſt hæc dicit Ioan. ſe vidiſſe & audiſſe vocem vnius aquilę volantis per mediũ cœli voce magna dicentis. Væ, væ, væ habitãtibus in terra. Aquila iſta eſt vel Ioannes ipſe euangeliſta, vel aliquis ex ſanctis patriarchis Conſtantinopolitanis iam defunctis prænũtians tribulationẽ adhuc maiorẽ ſuperuenturã eccleſiæ bonis & malis

D ſub tubicinio trium angelorũ ſequentiũ quã ſub tubicinio, quatuor præcedẽtiũ. Et quintus angelus. Hic ꝓſequitur Io. de hęreticorũ fautoribus quãtũ ad Vuãdalos in tubicinatione quinti angeli. Secũdo quantũ ad Italicos in tubicinatione ſexti angeli. Tertio quã-

Expoſitio capitis noni. tũ ad Gothos in tubicinatione ſeptimi angeli, eſt igitur ſciẽdũ pro declaratione dicendorũ quod Valẽs imperator ad terrã Gothorũ volẽtiũ recipere fidẽ Chriſti miſit ſacerdotes Arianos vt dictum eſt ſupra, per quos infecta eſt gens illa Gothorũ illo errore, & ſimiliter gẽs Vuãdalica, quæ magnã tribulationẽ fecit eccleſiæ in Africa, & poſtea in Gallia ac etiã in Italia vt

E habetur li. 21. ſpe. hiſto. & in pluribus chronicis. Dicit igitur. Et quintus angelus. ſ. Valẽs, qui cœpit imperare anno domini 467. Et vidi ſtellã de cœlo cecidiſſe in terrã. i. Valentẽ qui ex perſuaſione vxoris de altitudine catholicæ fidei cecidit in hæreſim Arianam: dicuntur enim homines angeli & ſtellæ diuerſis reſpectibus tã boni quã mali. Et data eſt ei clauis putei

Valens imperator hęreticus. abyſſi. i. poteſtas reuelandi & exaltandi hęreſim Arij condemnatã. Nã per poteſtatẽ imperialẽ miſit ſacerdotes Arianos ad illas gentes inficiendas, & aperuit puteũ abyſſi, & aſcendit fumus &c. id eſt, doctrina erronea veritatis obſcuratiua. Et ideo ſubditur. Et obſcuratus eſt ſol. i. Chriſtus, qui ſecundũ illã hære-

F ſim negatur eſſe verus Deus. Et aër. i. eccleſia, quæ illuminatur à Chriſto ſicut aerã ſole viſibili. Magna enim pars Chriſtianorum infecta fuit illo errore, & de ſummo putei exierunt locuſtæ, id eſt, Vuandali Ariana hæreſi infecti, qui dicuntur locuſtæ, quia ſicut locuſta ſaltat de loco ad locum, ita & Vuan-

Vuandali quales. dali de Hiſpania tranſierunt in Africam, & deinde intraue

A. C. 34.

intrauerunt Italiam & Galliam eas vaſtando. Vnde ſequitur. Et data eſt illis poteſtas, ſcilicet à Deo permiſſa. Nocendi hominibus, cautelis, deceptionibus & armis: hoc enim permiſſum eſt eis à Deo iuſto ſuo iudicio occulto. Et præceptum eſt illis, id eſt, à Deo prophetatum. Ne læderent fœnum, vbi aduertendum, quod Africa tunc temporis erat inhabitata partim à Chriſtianis, & partim à Paganis ante ingreſſum Vuandalorum in eam. Paganos autem occiderunt, non autem Chriſtianos, qui quantum ad minores ſignantur per fœnum terræ, quantum ad mediocres ſignantur per omne viride, quantum ad maiores per arbores. Niſi tantum homines qui non habent ſignum Dei, id eſt, Paganos, qui non ſunt ſigno crucis conſignati. Et datum eſt illis ne occiderēt eos, ſcilicet Chriſtianos, ad ipſos enim refertur: ſed cruciarent eos. Licet enim non occiderent Chriſtianos, tamen afflixerunt eos multipliciter, epiſcopos eorum expellendo, & aliquos etiam eorum affligendo corporaliter. Vnde Honoricus rex Vuandalorũ multos epiſcopos in exiliũ miſit, & Traſimundus ſucceſſor eius & Gillimer a quibus epiſcopis catholicis linguas radicitus amputauit. Et tamē poſtea miraculoſe loquebantur & prædicabant [ſecundũ quod dicit Greg. dial. l. 3. c. 32.] Menſibus quinque. Per hoc deſignatur quod regnum Vuandalorum durauit ſub regibus quinque, poſtea extinctum eſt & exterminatum per Belliſarium patricium à Iuſtiniano imperatore in Africam miſſum, & cruciatus eorum vt cruciatus ſcorpionum. Nam iſtorum reges prius ſimulauerunt beneuolentiam Chriſtianis, poſtea grauiter afflixerunt, intantum quod multi de eccleſia volebant magis mori, quàm videre conculcationem illam eccleſiæ. Et ideo ſubditur, & quærent homines mortem &c. [Et ſimilitudines, hic conſequēter declarat quoddam dictum: Vuandalos enim dixerat locuſtas, ideo] conditiones Vuandalorum deſcribit quos locuſtas vocauerat dicens. Similitudines locuſtarum ſimiles equis paratis ad prælium, vbi innuitur quod Vuandali erant homines bellicoſi. Et ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro. Aurum in ſcriptura ſignificat ſapientiam, & Vuandali pluſquam cæteri barbari videbantur habere fulgorem naturalis induſtriç, quæ large dicitur ſapientia. Et facies earum ſicut facies hominum, quia, ſcilicet ratio naturalis, quæ facies animæ dicitur, magis vigebat in eis quàm in aliis barbaris. Et habebant capillos mulierum, quia ſcilicet nutriebant capillaturam. Et dentes earum ſicut dentes leonum erant [in quo deſignatur ferocitas eorum, &] habebant loricas ſicut loricas ferreas. Nam armati erant ad inuadendum alias gentes. Et vox alarum earum ſicut vox curruum, quia cum magno ſtrepitu proceſſit exercitus eorum. Et habebant caudas vt ſcorpionũ, vt ſupra. Et habebāt ſuper ſe regem angelum abyſſi Abaddon, ſcilicet magnum aliquem principem dæmonum ad impellendum eos ad mala. Væ vnum abiit & ecce ãnimalia duo: vç, id eſt, tribulatio facta per vnam gentem, ſcilicet Vuandalorum defecit: ſed afflictio aliarum duarum ſequitur. Et ſextus angelus. Hic proſequitur, Ioan. de fautoribus hęreticorum quantum ad Italicos & Conſtantinopolitanos, pro cuius declaratione ſciendum quod Anaſtaſius imperator hæreſi Eutychiana infectus cœpit imperare anno domini. 493. & imperauit annis 25. Et tunc rex erat in Italia Theodoricus Arianus, eo autem tēpore electi ſunt duo papæ in cōtentione, ſ. Symmachus & Laurentius, pro quibus facta eſt contētio ma-

Schiſma inter Laurentium & Symmachum prænisum.

A gna in populo Chriſtiano & in clero procedens vſq; ad homicidia multa. Demũ eccleſia repulit Laurētiũ & Symmachũ acceptauit. Paſchaſius autē cardinalis licet eſſet ſanctus & deuotus, in hoc errauit, quod quantũ potuit ſubſtinuit Laurentiũ exiſtimãs ad illũ papatũ pertinere, propter quod poſt mortē ipſe Paſchaſius viſus eſt in pœna purgatorij à Germano: vt refert Gre. in 4. dialo. Ex his autē mota eſt magna tribulatio in eccleſia propter iſtos quatuor. ſ. Symmachũ & Laurentiũ cōtendentes de papatu, & Anaſtaſiũ & Theodoricũ pro zelo hæreſum ſuarũ. Nã videntes clerum catholicũ cōtendentem vſque ad homi-

Anaſtaſius & Theodoricus hęretici.

B cidia, reputauerunt eũ peiorē quã ante, & ſimiliter doctrinã catholicam, propter quod incitati ſunt ad eius perſecutionē. Dicit ergo, ſextus angelus. i. Laurētius tuba cecinit qui conatu improbo & verbo ſuperbo ad papatũ anhælauit. Et audiui vocē vnam ex altaris cornibus. ſ. vocē Paſchaſij cardinalis exiſtētis de collegio Romanæ eccleſiæ, qui in electione dedit vocē ſuã Laurentio, & eius parte ſuſtinuit cōtra eccleſiæ cõmunitatē. Dicentē ſexto angelo. ſ. Laurētio. Solue quatuor angelos qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate. i. in Romano imperio, quod vocatur flumē magnũ propter multitudinē populorũ in

C eo exiſtentiũ. Euphrates dicitur, quia ſicut Euphrates eſt quartus fluuius paradiſi, ſic Romanũ imperiũ eſt quarta monarchia regnorũ mũdi. In hoc ergo fluuio. i. populo quatuor angeli. i. Symmachus & Laurentius, Anaſtaſius, & Theodoricus tenebãtur quaſi ligati ante electionē huius. Ad turbationē autē prædictã excitati fuerunt modo prædicto. Et ſoluti ſunt qui parati erãt in horã & diē. ſ. eccleſiã continue cōturbare. Quãuis autē Paſchaſius qui bonus erat, nõ intenderet perturbationē eccleſiæ, tamē quia ſecuta fuit licet præter eius intentionē ad electionē Laurētij, cui vocē dedit ideo dicitur hoc dixiſſe Laurentio.

Euphrates Romanum imperium deſignat.

D Solue quatuor angelos &c. quia per eius ambitionē ipſi & alij tres proceſſerũt ad eccleſiæ turbationē. Vt occiderēt tertiã partē hominũ. Hæc tertia pars dicitur populus catholicus, qui in magna parte fuit occiſus, partim per malos adhærentes Laurētio, partim ſimiliter per adhærentes Symmacho, & partim per Anaſtaſiũ imperatorē hæreticũ qui multos epiſcopos catholicos in exilium miſit, & multos fideles afflixit, & partim per Theodoricũ regem Arianũ, qui totã Italiam perdere quantum ad hoc voluit. Et ſanctũ Ioannem papã, ac Symmachũ patritium & Boetiũ viros clariſſimos martyrizauit. Et numerus equeſtris exercitus. ſ. adhærēs ipſis quatuor & ſequentium

Vide D. Grego. l. 4. dialo. c. 30. Sanctus Ioan. Symmachus & Boetius.

E eos ad turbationē Chriſtianorũ. Vicies millies dena millia. Hic ponitur numerus determinatus pro indeterminato, & notatur magna eius multitudo. Et ita vidi equos in viſione. i. ſubditos dictis quatuor, & obedientes eis in malo, & ſpiritaliter Anaſtaſio & Theodorico, & qui ſedebãt ſuper eos. i. prædicti quatuor ducētes eos. Habebãt loricas. Lorica malorum eſt iniuſtitia, ſicut & ecōtrario bonorum eſt iuſtitia. Ignea per appetitũ feruidum nocendi. Et Hiacinthinas. i. cœleſtis coloris, in quo deſignatur apparēs zelus fidei. Et ſulphureas propter fœditatē vitiorũ exi-

F ſtentē in eis, & capita equorũ. i. principes malorum, [ei obedientiũ, erant] tanquã capita leonũ. i. crudeliſſimi. Et de ore eorũ procedit ignis. ſ. æmulationis, quãtũ ad Laurentiũ & Symmachũ. Et fumus ſ. vanitatis quantum ad Anaſtaſium imperatorem. Et ſulphur quantum ad Theodoricum Arianum. Ab his plagis occiſa eſt tertia pars hominum, id eſt magna pars Chriſtianorum. Et cæteri hominũ, qui non ſunt

A. C. 34.

A. C. 34

occiſi his plagis, ſcilicet pro fide Chriſti vt illi ſuppleſ: ſed ſunt occiſi morte corporali & æterna. Et tangit incidenter quandam magnam occiſionem, quæ facta eſt de Paganis, qui non ſunt de Eccleſia tempore Theodorici. Nam Saxonibus congredientibus in bello contra Thuringos: magna ſtrages facta eſt ex parte vtriuſque. Ratio mortis eorum æternalis ponitur in eo quod ſubditur, Quia non egerunt pœnitentiam de operibus &c.

§. VIII.

Expoſitio cap. 10.

Iuſtinus imperator Catholicus.

ET vidi alterum angelum. Hic ponit Ioan. poſt B tribulationem præfatam Eccleſiæ, conſolationem eius, & fructum ex ea, ſcilicet deuotionem. Pro quorum declaratione ſciendum, quod poſt Anaſtaſium hæreticum imperauit Iuſtinus annis decem: cœpit autem imperare anno domini quingenteſimo decimooctauo. Hic amore Chriſtianæ religionis feruens voluit in partibus orientis Eccleſias Arianorum eis auferre, & per Catholicos eas conſecrari. Sed non perfecit impeditus precibus Papæ Ioan. ne huius occaſione omnes catholici occiderentur in Italia gladio Theodorici regis Ariani, quod comminatus fuerat, ſi illud fieret. De iſto ergo Iuſtino dicitur. Vidi alterum angelum fortem ſcilicet propter imperialem poteſtatem, deſcendentem de cœlo, ſcilicet militantis Eccleſiæ per baptiſmum. Amictum nube, ſcilicet gratiæ cœleſtis. Et iris in capite eius, quæ eſt ſignum fœderis, id eſt pacem habens in mentis propoſito. Facies eius ſicut ſol: propter fidei ſuæ ſplendorem. Et pedes eius ſicut columna ignis, id eſt affectus eius accenſi ex charitate ad promotionem Chriſtianitatis, & habebat in manu ſua libellum apertum, quia ſcripſit & miſit epiſtolas per imperium ſuum in fauorem Chriſtianorum. Et poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, & ſiniſtrum ſuper terram, quia ſcripſit habitantibus in inſulis maris & in terra. Vel per mare ſignantur Chriſtiani propter aquam baptiſmi. Per terram Pagani, quia terrenis immerſi. Vtriſque mandauit. Sed quia magis fuit fauorabilis Chriſtianis, ideo dicitur ſuper mare poſuiſſe dextrum pedem. Et clamauit voce magna, dás mandata imperiali authoritate, quæ magna eſt. Quémadmodum cùm leo rugit, ad terrorem Arianorum. Et cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas, id eſt, vniuerſitas eccleſiarum ſeptenario numero deſignata, exclamauit in voces diuinæ laudis. Veruntamen quia Iuſtinus non perfecit, quod intendebat contra Arianos ratione iamdicta, ideo prohibetur Ioan. ea deſcribere, vnde dicitur. Signa quæ locuta &c. Et angelus quem vidi ſtantem ſupra mare. Hic notandum quod reges & principes habẽt duos angelos cuſtodes. Vnum ratione ſingularis perſonæ, ſicut & homines, de quibus Mat. 18. angeli eorum &c. [& iſti angeli ſunt de ordine inferiori.] Alium ratione dignitatis ſeu officij: qui dicuntur eſſe de ordine principatuum de quibus Daniel. 10. Et iſti angeli aliquando ſumuntur pro regibus & regnis quibus præſunt & ſic eſt in propoſito, vnde dicit. Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare, id eſt, angelus Iuſtini. Leuauit manum ſuam ad cœlum, & iurauit, ad maiorem ſcilicet rei futuræ aſſertionem. Quia tempus amplius non erit. Non eſt per hoc intelligẽda ceſſatio temporis ſimpliciter, quia etiam poſt tubicinium ſeptimi angeli deſcribitur magnus decurſus temporis vſque ad finem mundi, ſed intelligitur ceſſatio temporis quantum ad ſectam hæreſis Ari-

Principes habent duos angelos cuſtodes.

A. C. 34.

A næ, vt patebit in ca. ſequenti, quod fuit impletum tempore Iuſtini minoris, qui fuit tertius imperator ab iſto Iuſtino ſeniore. Et ex hoc patet quod illud quod dicit hic de angelo ſtante ſuper mare & ſuper terram, non poteſt intelligi de Iuſtino ſeniore, quia non habuit notitiam de fiendis poſt mortem ſuam: ſed angelus ſuus cognouit per diuinam reuelationem, quod voluntas Iuſtini ſenioris de deſtructione hæreſis Arianæ (quæ tamen fuit impedita ratione prædicta) tempore Iuſtini iunioris foret complenda. Et ſicut præcognouit, ſic iurauit. Cùm cœperit tuba canere. Nam in principio Iuſtini iunioris fuit hoc impletum. Conſummabitur omne myſterium, id eſt, ſecretum à Deo præuiſum. Sicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas. Et in diebus ſeptimi angeli præualuerunt Chriſtiani contra hæreticos infideles. Et tunc audiuit Ioan. voces in cœlo dicentes. Factum eſt regnum huius mundi Chriſti &c. Et vocem quam audiui. Hic ponitur conſolationis continuatio per imperatorem Iuſtinianum, qui in principio ſui imperij fuit vere Catholicus, & ſuccedens Iuſtino cœpit imperare anno domini quingenteſimo vigeſimooctauo. Fuit autem iſte homo [a] litteratus, & leges Romanas abbreuiauit, & vno volumi- C ne compilauit, quod dictum eſt codex Iuſtiniani, in quo multas leges Chriſtianis fauorabiles poſuit: de quo hic loquitur Ioan. dicens. Et vocem quam audiui. Iſta fuit vox angeli per quam Chriſtus loquebatur Ioanni. Vade, accipe librum apertum, id eſt, codicem Iuſtiniani qui dicitur hic accipiendus à Ioanne, quia fauorabilis erat Eccleſiæ. De manu angeli ſtantis ſupra mare, hic fuit angelus Iuſtiniani ratione imperij. Et dixit mihi. Accipe & deuora illum, tanquam rem delectabilem. Et faciet amaricari ventrẽ tuum, quia Iuſtinianus in fine vitæ ſuæ fuit hæreſi deprauatus, & ſic eius memoria in libro contenta D fuit facta fidelibus amara, quæ prius erat dulcis. Et ex hoc patet quod angelus iſte qui tradidit librum Ioanni non fuit Iuſtiniani, qui lapſum ſuum in hæreſim non præuidit: ſed angelus eius, qui etiam addidit loquens Ioanni, Oportet te iterum prophetizare, quia poſtea de multis gentibus & populis Ioannes prophetice ſcripſit.

Iuſtinianus imperator in principio imperij Catholicus.

Codex Iuſtiniani.

Et datus eſt mihi calamus in c. 11. Hic ponitur fructus deuotionis ſequens ex conſolatione Eccleſiæ. Vbi ſciendum quod Felix papa, qui illis temporibus præfuit Romanæ Eccleſiæ, inſtituit feſtum dedicationis Eccleſiæ per annos ſingulos celebrari. In de- E dicatione autem Eccleſię epiſcopus circumuit Eccleſiam dedicandam. Et ſic ſe habet per modum menſurantis muros eius exterius & in pauimento ab angulo in angulum tranſuerſaliter ſcribitur alphabetum Græcum & quaſi ſic menſuratur ſpacium interius. Et ſecundum hoc dicit Ioan. in perſona Eccleſiæ loquens prophetice, Et datus eſt mihi calamus virgæ ſimilis. Nã dedicans in manu ſua habet aſperſorium. Surge & metire templum [verbum eſt Felicis Papę ad quemlibet epiſcopũ pro dedicatione Eccleſiæ.] Atrium autem quod eſt foris templum eiice foras. Ipſe enim Felix inſtituit, vt non celebretur miſſa niſi in loco ſacro. Et vidi ciuitatem &c. Hic re- F uertitur Ioan. ad deſcribendum quamdam tribulationem Eccleſiæ excitatam per Arthemium patriarcham Conſtantinopolitanum, qui propter hæreſim

Hic Felix fuit Beneuentanus huius nominis tertius, vel ſecundum alios 4.

Templi dedicatio à Felice inſtituta.

a Hoc verum non eſt ſi Suidæ credimus qui Iuſtinianum ἀναλφάβητον καὶ ἄμουσον, nominat vide Budæum in Pand.

Eutychianam

A. C. 34.

Iuſtinianus imperator & Theodora Auguſta hæretici.

Eutychianam, qua erat corruptus per Agapitum papam fuit depoſitus, & loco eius Mennas ſeruus Dei monachus inſtitutus. Sed Theodora Imperatrix infecta eadem hæreſi petiit à Sylueriо papa Arthemiū reſtitui. Et quia renuit hoc facere, Theodora Imperatrix indignata & maritus eius Iuſtinianus hæreſi Eutychiana per Arthemium deprauatus, mouerunt perſecutionem contra miniſtros eccleſiæ, ita quod Syluerius de facto fuit depoſitus & in exilium relegatus per Belliſarium patritium. 23. q. 4. Guiliſarius & Mennas ſeruus Dei in carcere afflictus. Et hoc eſt quod ait Ioan. Et ciuitatem ſanctam ſcilicet eccleſiā ciuium fidelium vnitate collectam calcabunt, ſcilicet Arthemius & Iuſtinianus, Theodora & Belliſarius, eccleſiæ miniſtros grauiter opprimendo. Menſibus quadraginta duobus, id eſt tribus annis cum dimidio. Tantum enim temporis dicitur duraſſe illa perſecutio. Et dabo duobus teſtibus meis, ſcilicet conſtantiam & ſapientiam. Et hi fuerunt Syluerius & Mennas, qui ſteterunt conſtanter contra fautores illius hæreſis Eutychetis. Et prophetabunt, id eſt, prædicabunt diebus. M. cc. ſcilicet tantum temporis. Amicti ſaccis, id eſt, vilibus. Nam Syluerius ſpoliatus habitu papali, veſtitus fuit monachali. Hi ſunt duæ oliuæ &c. propter plenitudinem pietatis. Quæ ſequuntur, exponuntur in commendationem eius. Beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, hæc eſt Belliſarius patritius crudelis. Faciet bellum aduerſus eos, ſcilicet Syluerium & Mennam. Et occidet eos, morte ciuili eos relegando. Et corpora eorum iacebunt, id eſt, reputabuntur vilia ſicut cadauer iacens in platea. Et poſt tres dies & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo intrabit in eos. Poſt tres annos cum dimidio fuerūt reſtituti ad ſtatum priſtinum. Nam anno domini quingenteſimo trigeſimoſexto iterum Syluerius ſedit in ſede papali, & timor magnus cecidit ſuper eos, id eſt, ſuper Eutychianos. Verum Syluerius iterum remiſſus in exilium ibi mortuus eſt martyr, & ſic per palmam martyrij ad cœlum aſcendit. Et idem de ſeruo Dei Menna, qui etiam Syluerius legitur poſt mortem claruiſſe miraculis. Vbi tamen ſciendum quod iſte textus de duobus teſtibus, communiter exponitur de Enoch & Helia qui in fine mundi venient teſtificari contra Antichriſtum, quos demū occidet. Et in illa hora. Deſcripta perſecutione eccleſiæ à Vuandalis & principibus Conſtantinopolitanis & Italicis facta, hic ponitur perſecutio à Gothis. Vbi ſciendum quod eo tempore quo Iuſtinianus & Theodora & Arthemius perſequebantur miniſtros eccleſiæ, Vigilius papa fune in collo miſſo fuit tractus per ciuitatem Conſtantinopolitanam, & clerus qui cum eo adductus fuerat, damnatus ad metalla ſcindenda per diuerſa loca. Propter hoc autem Dei iudicio Totila rex Gothorum collecto magno exercitu inuaſit imperium, & multas prouincias peruagatus Italiam vaſtauit, & ſanctum Herculanum epiſcopum Peruſinum cum populo eius interfecit, & multos alios Chriſtianos per diuerſa loca: dicit ergo, In illa hora, ſcilicet tempore Iuſtiniani, hæreſi Eutychiana deprauati, cito, poſt mortem Syluerij & Mennæ factus eſt terræ motus magnus, id eſt commotio magna habitantium in terra, per Totilam regem. Et decima pars ciuitatis cecidit, id eſt, magna pars populi Chriſtiani, ita vt ad decimam partem poſſet peruenire. Et occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia, id eſt, hominum nominatorum magnus numerus: ponitur enim numerus determinatus pro indeterminato. Et reliqui

Arthemi' patriarcha Conſtanti.

Martyriū Syluerij papæ.

Perſecutio facta à Gothis.

Vide D. Greg. l. 3. c. 13.

A in timorem miſſi, id eſt, populus Romanus qui multum timebat, quando Totila cepit ciuitatem Romanam, verum populum non occidit, nec ciuitatem incendit & ideo ſubditur. Dederunt gloriam Deo, ſcilicet de ſua euaſione: ſecundum væ abiit, id eſt, tribulatio prædicta.

A. C. 34.

§. IX.

Et ſeptimus angelus: hic deſcribitur Gothorum deſtructio. Iuſtinus enim iunior ſucceſſit in imperio Iuſtiniano. Et cœpit imperare anno domini B quingenteſimo ſexageſimotertio. Hic autem conſtituit Narſetem patritium Romanorum virum in armis ſtrenuum, mittens eum ad reprimendum gentem Gothorum, qui collecto magno exercitu Gothos expugnauit, & regem eorum occidit. Et ſic Italia liberata Chriſto abſque timore ſeruiuit. Et hoc eſt quod dicitur. Et ſeptimus angelus, id eſt, Iuſtinus imperator tuba cecinit, id eſt authoritate imperiali, Narſetem miſit in Italiam. Et factæ ſunt voces magnæ in cœlo, id eſt, in eccleſia militanti, quia Gothis occiſis eccleſia prorupit in voces diuinę laudationis dicens. Factum eſt regnum huius mundi domini no- C ſtri & Chriſti eius. Tunc enim Italia, in qua eſt Roma, quæ eſt caput regni Chriſti in terra liberè Chriſto ſeruiuit, liberata à Gothis & aliis Arianis. Et viginti quatuor ſenatores, id eſt, prælati eccleſiarum gratias Deo egerunt de liberatione ſua. Et iratæ ſunt gentes, id eſt, Gothi de ſua debellatione. Et apertum eſt cœlum. Hic ponitur deuotionis augmentatio. Nam illo in tempore contigit magna mortalitas. [Ad quam reprimendam inſtitutum fuit feſtum purificationis beatæ Marię virginis ſecunda die Februarij ſolenniter celebrari, quæ eſt arca teſtamenti. Nā in ea eſt plenitudo ſcientiæ & veritatis deſignata per D tabulas & poteſtatis per vrnam, & pietatis per manna: & tunc ceſſauit mortalitas.] Et ſignum magnum apparuit in cœlo &c. Deſcripta impugnatione eccleſiæ ab hæreticis proprie dictis, nunc ponitur impugnatio eius ab hæreticis large dictis per quem modum Pagani, Saraceni, ſchiſmatici, diſcipuli Antichriſti & alij infideles, dici poſſunt hæretici. Agitur ergo nunc de impugnatione à Paganis, poſtea à Saracenis. Sciendum igitur quod Phoca imperante qui cœpit imperare anno domini ſexcenteſimo quinto, Perſæ ſub Coſdroe rege grauiſſima bella mouentes, multas Romanorum prouincias, & i- E pſam etiam Hieroſolymam inuaſerunt. Et deſtruentes eccleſias ſacráque loca profanantes inter ornamenta ſacra, quæ rapuerunt, etiam crucem ſanctam pro parte ibi ab Helena relictam aſportauerunt vt patet in Legenda exaltationis ſanctę crucis. Eccleſia igitur ſic afflicta cruciabatur, donec pareret filium, qui eam liberaret ab afflictione Coſdroe & ſuorum & hoc eſt quod dicitur in c. 12. Signum magnum apparuit in cœlo, ſcilicet militantis eccleſiæ. Mulier, id eſt, eccleſia generaliter & ſpiritaliter Hieroſolymitana, amicta ſole, conuerſatione & imitatione Chriſti, qui dicitur ſol iuſtitiæ. Et luna ſub pedibus e- F ius, id eſt omnia mutabilia & tranſitoria ſub affectibus eius per contemptum. Et in capite eius, id eſt, in mente corona ſtellarum duodecim, id eſt fides duodecim articulorum ſeu doctrina & prædicatio duodecim apoſtolorum. Et in vtero habens deſiderium, ſcilicet ſuæ liberationis in animo. Et clamabat parturiens. In anguſtia enim poſita clamabat ad Deum vt citò daret ſibi filium, qui eam liberaret ab oppreſ-

Iuſtinus 2. præuiſus.

Gothi à Narſete deleti.

Roma caput regni Chriſti.

Expoſitio c. 12.

Perſæ loca ſacra occupant.

Eccleſia mulier amicta ſole.

A. C. 34.

Coſdroes rex Perſarum.

ſione infidelium. Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo, ſcilicet Coſdroes rex Perſarum, qui dicitur viſus in cœlo eccleſiæ militantis videlicet vt perſecutor eius: vnde ſubditur de qualitate eius. Et ecce draco, ipſe Coſdroes propter malitias eius & dolos. Magnus, propter poteſtatem. Rufus propter ſanguinis effuſionem & propter incendium ſacrorum locorum. Habens capita ſeptem, id eſt, ſeptem reges ſibi ſubditos, ipſe tamen erat ſeptimus, & cornua decẽ. i. decẽ acies in ſuo exercitu. Vel per ſeptẽ reges intelligitur vniuerſitas principũ ſibi ſubditorũ, per cornua vniuerſitas ſuorum bellatorum. Et eius cauda, id eſt, exercitus ſequens eum. Trahebat tertiam partem ſtellarum, id eſt fidelium. Nam de Ægypto, Libya & terra ſancta multos fidelium cepit & occidit, & draco ille ſtetit ante mulierem, quia Coſdroes omnibus modis inſidiabatur ad interficiendum omnem principem Chriſtianorum volentem eam defendere. Et peperit filium. Hic notatur Heraclij imperatoris creatio. Peperit ergo filium ſcilicet Heraclium, quẽ tunc peperit, cùm ſublimatus fuit ad imperium. Qui imperare cœpit anno domini ſexcenteſimo decimo tertio, poſt Phocam. Et imperauit annis 30. Maſculum dicitur, ad ſignandum quod erat vir ſtrenuus & exercitatus in armis. Qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, quia rexit Romanum imperium omnes rebellantes ei domando per gladium. Et raptus eſt filius eius ad thronum Dei, id eſt, in protectione Dei poſitus eſt, qui eum protexit contra inſidias & dolos Coſdroe quibus quærebat occidere eũ. Et mulier fugit in ſolitudinem. Nam eccleſia quæ erat in Aſia timore Coſdroe tranſito mari, quod dicitur brachium ſancti Georgij, venit in Græciam, quæ dicitur hic ſolitudo, non quia inhabitabilis, ſed iſtis fugitiuis [eo modo loquendi quo fugitiui ad aliam terram dicuntur ibi eſſe, quaſi in exilio ſeu deſerto] vt ibi paſcant eam, ſcilicet Chriſtiani habitantes in Græcia. Diebus mille ducentis, id eſt, tribus annis & dimidio. Et infra eodem c. dicitur quòd mulier hæc ibi alitur per tempus, id eſt, vnum annũ & tempora, id eſt duos annos, & dimidium temporis, id eſt, medium annum, hoc eſt tribus annis cum dimidio. Hæc igitur tempora ſimul iungendo, id eſt tres annos cum dimidio notatos in diebus mille & ducentis, & tres annos cum dimidio comprehenſos in temporibus dictis conſtituunt ſeptem annos. Et tantum durauit bellum inter Perſas & Heraclium.

Heraclius imperator.

Coſdroe & Heraclij certamina.

Deinde ponitur victoria Heraclij contra Coſdroen: vnde ſequitur. Et factum eſt prælium magnum, intenſiue & extenſiue, quia multi erant ex vtroque exercitu & longo tempore durauit, & Michael præliabatur & angeli eius. Quamuis iſtud poſſit exponi de Michaële archangelo qui eſt princeps eccleſiæ ad protegendum ipſam & iuuandum cum angelis bonis, qui in tali prælio protegebat & dirigebat Heraclium contra Coſdroen, ſicut & diabolus poteſt intelligi per draconem & dæmones per angelos eius, qui ſollicitabat Coſdroen contra Heraclium & eccleſiam: aptius tamen dicitur quod Michael cum angelis ſuis ſignat Heraclium cum exercitu Chriſtianorum, & Coſdroes cum ſuis intelligatur per draconem cum ſuis. Et non præualuerunt, id eſt, Coſdroes contra Heraclium. Neque locus eorum amplius inuentus eſt in cœlo, id eſt, in eccleſia militante, in qua erat cum gente ſua, non vt membrum: ſed vt perſecutor, quia fugatus eſt ab Heraclio de Æthiopia, Lybia & terra ſancta, in quibus locis vigebat prius eccleſia, & compulit eum turpiter redire in terram ſuã.

Coſdroes ab Heraclio ſuperatur.

A. C. 34.

A Et proiectus eſt draco ille magnus antiquus, qui dicitur antiquus ſiue quia regnum Perſarum erat antiquum, ſiue quia ipſe Coſdroes antiquus erat ætate, qui vocabatur diabolus & Sathanas, ſcilicet propter nimiam eius nequitiam, ſicut etiam nunc de homine peſſimo dicitur quod eſt vnus diabolus. Qui ſeducebat vniuerſum orbem, quia faciebat ſe adorari vt Deum vnde & fecerat turrim argenteam in qua reſidebat, & alia de quibus habetur in Legenda exaltationis ſanctæ crucis. Et cùm dicitur, Vniuerſum orbem, eſt locutio hyperbolica, id eſt, magnam partem orbis quam ſcilicet ſibi ſubiecerat. Et audiui B vocem magnam, ſcilicet gratiarum actionis actæ Deo à filijs eccleſiæ pro deiectione Coſdroe de cœlo, ſcilicet militantis eccleſiæ, dicens. Nunc facta eſt ſalus & virtus &c. quia ſcilicet fideles poterunt Chriſto liberè ſeruire liberati à tyranno illo. Quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, ſcilicet Chriſtianorum, quos faciebat accuſabiles coram Deo inducendo eos ad malum idololatriæ. Et ipſi vicerũt eum. Iſtud non refertur ad eos qui acquieſcebant Coſdroe idololatrando: ſed ad fideles eligentes potius mori, quam à fide vera diſcedere, vnde ſubditur, Et non dilexerunt animas ſuas, id eſt, vitam ſuam C corporalem. Propterea lætamini cœli &c. ſcilicet de martyrum glorificatione & Coſdroe deiectione. Vę terræ & mari, id eſt, ſubditis Coſdroe qui habitabãt in terra & aliqui in inſulis maris. Nam compulſus redire ad terram ſuam, iratus fecit grauare ſubditos ad multiplicandum bellatores, vt poſſet regnum ſuum defendere ab Heraclio imperatore. Quia deſcendit diabolus, id eſt, Coſdroes ratione iam dicta. Sciens quod modicum tempus habet, erat enim ſenex, propter quod & regnum tradidit filio ſuo. Poſtquam vidit draco &c. Licet enim ante perſecutus fuiſſet eccleſiam: [maxime extra ſuam terram, tamen D tunc cœpit eam vexare grauius in ſua ditione: ſub qua erant multi Chriſtiani, quos in bonis & corporibus ſuis varie afflixit] ſicut fecit Sennacherib rex erga filios Iſrael reuerſus de Iudæa confuſus interfectione ſui exercitus. Et datæ ſunt ei duæ alæ Aquilæ magnæ. Hic declaratur quoddam ſuperius dictum, ſcilicet qualiter mulier amicta ſole fugit in ſolitudinem: fuit enim hoc per auxilium Heraclij. Aquila enim eſt ſignum imperij Romani. Alæ eius ſunt acies exercitus militaris. Heraclius enim miſit milites multos ex parte Græciæ ad recipiendũ Chriſtianos fugientes de Perſide. Vel etiam quia miſit ita E copioſum exercitum in extremitates Perſidis, quod Coſdroe gentes erant ibi totaliter occupatæ ad reſiſtendum: & eis ſic occupatis potuerunt Chriſtiani, qui erant ibi exire & ire in Græciam. Et ſic iuuit mulierem, id eſt, eccleſiam vt iret in ſolitudinem Græciæ. Vbi alitur per tempus &c. expoſitum eſt ſupra. Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam, id eſt, gentem multam ad interficiendum Chriſtianos. Et adiuuit terra mulierem, id eſt, Græcia vel exercitus Heraclij eccleſiam. Et abſorbuit flumen, quia ſcilicet gens à Coſdroe miſſa fuit debellata. Et F iratus eſt draco in mulierem, id eſt, contra catholicam plebem. Et abiit facere bellum cum reliquis de ſemine eius, id eſt, cum illis Chriſtianis qui non potuerunt fugere cum aliis vel cum Heraclio ne intraret regnum Perſidis: Et ſtetit ſuper arenam maris, id eſt, in extremitatibus territorij regni Perſarum, quod regnum dicitur mare, quia multum populoſum. Arena autem eſt extremitas maris, & hoc ne Heraclius excitaret fines regni.

4. Reg. 19. & Tob. 1.

Aquila ſignum Romana militiæ.

Expoſitio c. 13.

Et vidi

A. C. 34. Coſdroes filius eſt beſtia.

Et vidi de mari. Poſt deſcriptionem perſecutionis factæ eccleſiæ à Coſdroe, nunc ponit perſecutionem factam eidem ſub filio eius ſuccedente ſibi in regno. Dicit ergo in ca. 13. Et vidi de mari, id eſt de regno Perſidis. Beſtiam, id eſt filium Coſdroe beſtialiter viuentem. Aſcendentem, ad regni ſcilicet Perſidis poteſtatem, habentem capita ſeptem & cornua decem, exponitur vt ſupra in cap. præcedenti de patre eius [& ſuper cornua eius diademata decem, quia ducibus ſui exercitus fere honorem regium attribuit vt fortius contra Heraclium decertarent.] Et ſuper capita nomina blaſphemiarum, quia capitanei exercitus ſui prorumpebant in blaſphemiam Chriſti. Et beſtia ſimilis erat pardo, propter varietatem vitiorum in quibus erat obſtinatus. Et pedes eius vt vrſi habentis plantas magnas ad calcandum, ſic iſte anhelabat ad conculcandum eccleſiam, & os eius ſicut os leonis, propter magnam crudelitatem. Et dedit illi draco virtutem ſuam quia Coſdroes pater eius tradidit ei regnum remanens in turri ſua argentea. Et vidi &c. In hiſtoria exaltationis crucis dicitur quod exercitus Heraclij & exercitus filij Coſdroe occurrerunt ſibi iuxta Danubium, & ex communi conſenſu vtriuſque partis decretum & conuentum eſt vt Heraclius & filius Coſdroe ſoli inuicem dimicarent, vt victus cum exercitu ſuo, victori ſe ſubiiceret. Pugnando igitur Heraclius victor extitit, vnde illi ſe filius Coſdroe ſubdidit, quod notatur dum dicitur. Et vidi vnum de capitibus, id eſt, filium Coſdroe, primum & principale caput. Quaſi occiſum in mortem, id eſt, deuictum & ſubiectum Heraclio. Et ideo dicit, quaſi occiſum, quia non fuit mortuus ſimpliciter, & plaga mortis eius curata eſt, quia poſtea rebellauit Heraclio, & ſic curata fuit ab eius ſubiectione. Et adorauerunt beſtiam, ſcilicet illi de gente ſua, dicentes. Quis ſimilis beſtiæ, ſe iactantes de potentia eius? Sed Nico. dicit melius exponi, quod cùm filius Coſdroe in vno conflictu cum Heraclio fuerit vulneratus ad mortem, contra omnem ſpem fuit ſatis cito curatus à vulnere, propter quod gentes ei ſubditæ crediderunt aliquid numinis eſſe in eo, cuius virtute fuerit ſic ſanatus, & ideo vt patrẽ ſuum ita eum adorauerunt vt Deum vnde dicebant. Quis ſimilis beſtiæ? q. d. nullus, quia etſi vulneretur in bello, curabitur cito. Et data eſt illi poteſtas facere bellum cum ſanctis, quia ſanctum Anaſtaſium cum ſeptuaginta monachis & multos alios occidit menſibus quadraginta duobus, id eſt, tribus annis cum dimidio. Sicut enim bellum Heraclij cum Coſdroe durauit tribus annis cum dimidio, ita & bellum huius Heraclij cum filio eius, aliis tribus annis cum dimidio. Et data eſt ei, ſcilicet beſtiæ, poteſtas in omnem tribum &c. Eſt locutio per exceſſum, id eſt, in multos. Et adorauerunt eum omnes qui non ſunt ſcripti in libro vitæ & agni, id eſt, in libro prædeſtinationis. Qui dicitur liber vitæ agni ratione diuinitatis & etiam humanitatis, inquantum omnes prædeſtinati ſaluantur in fide mediatoris. Qui occiſus eſt ab origine mundi. Quod intelligitur dupliciter, videlicet diſpoſitiue, inquantum diſpoſuit ab æterno Chriſtum occidi, ſicut & mundum diſpoſuit creare, & tunc fuit origo prima mundi. Vel figuratiue, quia Chriſti paſsio fuit figurata ab initio creationis mundi, vt in Abel morte & multis aliis. Qui habet aures audiendi, id eſt, intellectum, audiat, ſcilicet finem huius belli Heraclij & Perſarum, quia Perſę qui multos captiuauerãt fuerunt captiuati ab Heraclio. Et qui gladio occiderit &c. quia Coſdroes qui multos occiderat, occiſus fuit. Hic eſt patientia & fides ſanctorum, ſcilicet probata & exaltata, quia Zacharias patriarcha Hieroſolymitanus qui cum multis aliis ſanctis fuerat ductus captiuus in Perſidem per Coſdroen habuit meritum patientiæ, & reductus fuit liber in Hieruſalem.

Monomachia Heraclij & filij Coſdroe.

Nicol. de lyra in c. 13. Apoc.

Liber vitæ liber eſt prædeſtinationis.

Chriſtus quomodo ab origine mundi occiſus.

Gen. 4.

A. C. 34.

§. X.

Deſcripta perſecutione eccleſiæ per Coſdroen & filium eius, nunc ponit perſecutionem eius ſub Machometo. Vbi ſciendum quod licet de inchoatione ſectæ Machometi varia dicantur à diuerſis, tamẽ conuenientius tenetur quod incœperit circa finem imperij Heraclij, de quo dictum eſt. Hic autem Machometus de paupertate ad diuitias eleuatus, cogitauit fieri rex Hiſmaelitarum, de quo populo erat, qui proprie dicuntur Agareni. Hiſmael enim à quo habent originem, filius fuit Agar ancillæ, non Saræ liberæ: ſed ſibi vſurpauerunt nomen à Sara, vt dicantur Saraceni. Ad obtinendum igitur propoſitum ſuum, vſus fuit conſilio & auxilio cuiuſdam hæretici nomine Sergij monachi condendo legem falſam & carnalem, & quibuſdam authoritatibus veteris & noui teſtamenti coloratam, vt ſic nonſolum à gentibus ad carnalia pronis: ſed etiam à ſimplicibus Chriſtianis & Iudæis qui habitabant in illis partibus reciperetur facilius. Finxit etiam legem illam ſibi à Deo vt prophetæ ſummo reuelatam. Et ideo nunc de hoc dicitur. Vidi aliam beſtiam, ſcilicet Machometum vitam voluptuoſam vt beſtiam ducentem. Nam fuit luxurioſus ſuper omnes homines orientales. Aſcendentem de terra, quia per negotiationes & rapinas de paupertate aſcendit ad diuitias. Et habebat cornua duo ſimilia agni, id eſt, Chriſti. Hæc cornua ſunt prophetia & legis nouæ latio. Finxit enim Machometus maledictus ſe eſſe prophetam, & legis diuinæ latorem, ſicut Chriſtus vere fuit & realiter, multa futura & occulta prænuntiando, & legem nouam condendo. Et loquebatur ſicut draco, ſcilicet aſtute, mendaciter & doloſe. Et poteſtatem omnem prioris beſtiæ faciebat. Iſta prior beſtia poteſt dici Coſdroes, cuius regnum, ſcilicet Perſarum tranſtulit ad Saracenos. Sed melius dicitur quod beſtia illa prior, ſit ipſe Machometus primus rex Saracenorum beſtialiter viuentium, quia quicquid ſolet agere primus rex alicuius regionis ad firmandum ſtatum ſuum & dilatandum, id iſte diligenter agebat poteſtatem ſuam exercens. Et fecit terram & habitantes in ea adorare beſtiam primam, id eſt, ſeipſum beſtialiter viuentem, non tamen fecit ſe adorare tanquam Deum, ſicut fecit Coſdroes: ſed vt prophetam Dei ſummi. Cuius curata eſt plaga mortis. Fuit enim Machometus in quodam bello grauiter vulneratus: ſed poſtea curatus vt dicitur in lib. hiſtoriarum orientalium. Et fecit ſigna magna, falſa tamẽ ita vt ignem faceret de cœlo deſcendere. Hic ignis dicitur metaphorice. Machometus enim poſtquam fuit magnus effectus, cœpit cadere epileptica paſſione, propter quod ne ex hoc vilificaretur, dixit ſe hoc pati ex apparentia angeli Gabrielis, vt pote homo purus non valens ſufferre angeli apparitionem refulgentem, ſicut etiam multis factum eſt in veteri teſtamento. Angeli autem ignis dicuntur, vt patet in pſal. 103. Sed quia iſtud erat falſum, ideo ſubditur. In conſpectu hominum, id eſt, in opinione falſo ſibi credentium. Dixerunt etiam ſui diſcipuli quod lunam à ſe vocatam fecit deſcendere, quæ ratione luminis

De Machometo pſeudo propheta peſſimo

Gen. 16.

Machometus impuriſſimus fingit ſe Chriſto ſimilem.

l. 1. Hiſtor. orient. c. 5.

Machometus epilepſia laborauit.

Dan. 10.

A. C. 34.

minis conuenit cum igne [& ſic ſecundum opinionem hominum fecit ignem deſcendere.] Et ſeduxit habitantes in terra, per ſe & diſcipulos ſuos. Propter ſigna, quæ falſo data ſunt illi, in conſpectu beſtiæ, ſui ipſius vel populi iſtius beſtialiter viuentis. Vt faciãt imaginem beſtiæ [hoc additur ad deſignandũ quod beſtia hic accipitur pro ipſo Machometo, & nõ pro populo per ipſum decepto.] Dicitur autem eius imago lex ab eo data, in qua repræſentatur eius conditio & vita, quam præcepit firmiter cuſtodiri, & hoc eſt quod dicitur, vt faciant imaginem, id eſt, opere adimpleant eius legem. Et datum eſt illi, id eſt, permiſſum à Deo. Vt daret ſpiritum imagini, id eſt vigorem ſuæ legi. Lex enim dicitur viua quamdiu viget, & mortua cùm abrogatur. Et vt loquatur imago beſtiæ, id eſt, ſententiam ſuam oſtendat, ſicut dicitur, lex talis loquitur in tali caſu. Nam omnia fere hic accipiuntur metaphorice. Et faciet vt quicunque nõ adorauerint imaginem beſtiæ. Nã præcepit ſub pœna mortis legem ſuam haberi in magna reuerentia, & faciet omnes puſillos & magnos, id eſt, omnes homines cuiuſcunque conditionis. Habere characterẽ id eſt, circunſionem, vt aliqui dicunt. Nam Saraceni ſunt circuncifi ſicut & Iudæi. Vel melius per characterem intelligitur determinatus modus viuendi ſecundum legem Machometi, quo Saraceni à cæteris nationibus diſtinguũtur. Ideo dicitur, in dextera manu, quantum ſcilicet ad operationem, aut in frontibus ſuis, per apertam confeſſionem. Et ne quis poſſit emere vel vendere, id eſt, cum Saracenis in ſuis legalibus communicare. Niſi qui habuerit characterem beſtiæ, id eſt, modum viuendi dictum. Aut nomen, ſicut ſunt Saraceni ficti. Nam ſicut inter Chriſtianos ſunt aliqui ficti, qui permittuntur communicare cum Chriſtianis veris, ſic eſt inter Saracenos. Aut numerum nominis eius, ſicut ſunt ſerui Saracenorum, alterius tamen legis, qui communicant eis in humanis, eo quod ſunt de numero familię domus Saracenorum. Hic eſt ſapientia. Hic ponitur reuelatio cuiuſdam ſecretæ ſententiæ, ſcilicet numerus annorum reſpiciens Machometum. Et ideo dicitur. Hic eſt ſapientia, id eſt, res occulta ad intelligendũ, quã capere proprie eſt ſapientum. Qui habet intellectũ, viuacem & penetratiuum occultorum, Computet numerum beſtiæ, id eſt, Machometi, qui vt beſtia vixit. Numerus enim hominis eſt, & numerus eius ſexcenti & ſexaginta ſex. Sed ad quid refertur determinatus iſte numerus, patet quod non refertur ad numerum annorum vitæ Machometi, quia vixit ſexaginta tribus annis, vt habetur in ſpecu. hiſto. Aliqui dicunt quod refertur iſte numerus ad durationẽ legis eius, quia tantum durauit. Sed hoc patet eſſe falſum, nam lex eius cœpit circa finem imperij Heraclij qui imperare cœpit anno domini ſexcenteſimo decimotertio, & imperauit annis triginta. A fine autem huius temporis vſque ad præſens (ſcilicet tempus Nicol. de lyra, qui hoc ſcribit) multo maius tempus eſt. Nã agitur annus domini. M. cccxxix. & tamen adhuc durat illa lex maledicta. Alij dicunt quod poſt mortem Machometi lex illa fuit correcta per ſapientes Saracenos, & ab illa correctione computatur numerus. Sed nec hoc videtur verum, quia illi ſapientes fuiſſe dicuntur diſcipuli Machometi, & ſic non fuit illa correctio multo tempore poſt Machometum, nec defecit lex illa. Et cùm durauerit à principio eius vſque ad præſens per ſeptingentos & octoginta annos, nunc enim ſumus in anno domini. M.cccclij. quaſi completo, immo magis inualuit.

Lex viua & mortua quando dicitur.

Numerus beſtiæ ad quid referatur.

Nicolaus de lyra quando ſcripſit in Apoc.

A. C. 34.

A Nam vt dicitur, tartari qui ſunt in magno numero pro maiori parte receperunt eam. Videtur ergo quod iſte numerus ſit incipiendus ab incarnatione domini vſque ad mortem Machometi, de quo prophetice loquitur hic Ioan. Poteſt ergo litera ſic exponi. Numerus eſt enim hominis ſcilicet Chriſti, qui fuit perfectus in ſcientiis & virtutibus à principio ſuæ conceptionis. Et numerus eius eſt, id eſt Machometi ſexcenti ſexaginta ſex, quia tantus numerus fuit ab anno quo dominus factus eſt homo vſque ad annum mortis Machometi. Sciendum autem, quod liber Apocalypſis, fuit ſcriptus in Græco, in quo habetur nomen [a] antemos, vbi dicitur hic [b] ſexcenti ſexaginta ſex: cuius ſignificatum proprium eſt, contrarius, quod proprie conuenit Machometo, qui fuit contrarius Chriſto, negans eius diuinitatem, & perſequens Chriſtianos. Significatum autem dictæ dictionis accommodatum eſt numero ſexcentorum ſexaginta ſex. Sciendum eſt enim quod ſicut in Latino, aliquæ literæ accommodatæ ſunt ad ſignificandum certos numeros, ſicut, c, centum. l, quinquaginta & huiuſmodi: ita & in Græco aliquæ literæ ponuntur pro numeris. Et illæ literæ quibus hoc nomẽ Antemos in Gręco ſcribitur, ſignant numerum iſtũ, ſcilicet ſexcentorum ſexaginta ſex. Propter quod in antiquibus Bibliis in Latino ponitur ſic, & numerus eius eſt, diclux, quę dictio apud Latinos ſignat numerum prædictum. Nam. d. ſignat quingentos, & i. id eſt, vnum, c, centum. l. quinquaginta. ſ. quinque. 10. decem & ſic habetur numerus ille.

a Noſtra Græcorum teſtamentorum exemplaria non habent ἄντεμος: verumtamen eſt Primyſium (ſicut annotauit Sixtus Senenſis l. 3. Bibliothecæ ſanctæ) ex litteris numeralibus quæ conficiunt 666. hanc vocem αντεμος collegiſſe, ſicut paulo poſt author declarat.

D

b Mirum in modum ſe torquent noſtræ tempeſtatis hæretici, vt numerum beſtiæ Pontifici Romano (quem illi impie Antichriſtum eſſe dictitant) accommodari poſſe confirmant. Sed horum execrandam calumniam cum impietate maxima coniunctam, egregie redarguit Sanderus l. 8. de viſ. mon. c. 44. vbi oſtendit nullum Rom. Põt. habuiſſe nomen, quod talem numerum exprimeret. Nam ſi eſſet tale nomen, cur ipſi hæretici tam ingenioſi, tam periti in Ponti. Rom. recenſendis nominibus, alicuius nomen non produnt, quod talem numerum cõtineat? Quod vero Illyr. in Cacal. aſſerit nomen hoc Latinus, conficere

E *hunc numerũ, idq; teſte Hirenæo, & proinde Rom. Pont. qui in Latio regnat, illum eſſe Antichriſtum à D. Ioanne præuiſum, redarguitur imprimis, quod D. Hiren. potius probet nomen Teitan eſſe nomen Antichriſti quã nomen Latinus. Deinde nomen hoc Latinus non continet numerum beſtiæ niſi per ei ſcribatur hoc modo λατεῖνος: cùm ergo propria & Germana ſcriptura huius nominis hæc non ſit, hoc nomen nequaquam Antichriſto conuenire poteſt. Tertio Apoſtolus voluit indicare propriũ Antichriſti nomen nõ commune aliquod, ſed nullus Põt. Rom. Latinus eſt vocatus proprio nomine: nullus igitur Rom. Pont. eſt Antichriſtus à D. Ioanne præuiſus: hæc*

F *ille. Cæterum Geneb. hunc numerum nominis beſtiæ nomini Machometo, ſi illud Græce ſcribatur ita μαομετις vt παρὰ πολλοῖς conuenire omnino aſſerit, cuius litteræ iuxta ſuam numeri ſignificandi rationem hanc ſummam ſexcentorum ſexaginta ſex conficiunt. Nam μ, quadraginta. α, vnum. ω, ſeptuaginta. μ, quadraginta. ε, quinque trecenta. i. decem. s. ducenta apud Græcos. ſignificare certum eſt, ex his autẽ omnib. numerus beſtiæ 666. cõſtatur.*

Expoſitio. c. 14.

Et

A. C. 34.

§. XI.

ET vidi & cætera. Hic deſcribitur præmium ſuſtinentium perſecutionem Machometi. Pro cuius declaratione notandum ſecundum chron. Hugo. Floriacen. quod circa finem imperij Heraclij, Saraceni Machometo duce cœperunt Ægyptum & Æthiopiã grauiter inuadere. Et ſimiliter Homarus Machometi diſcipulus Damaſcum & regionem Phœnicis & Hieruſalem, totámque Syriam occupauit & Antiochiam. Et in his locis erant multi deuoti Chriſtiãni in cœnobiis magnis ducentorum, trecentorum vel amplius monachorum quorum maior pars viuebat in virginitate vel viduali caſtitate, qui per gladios Saracenorum tranſierunt ad regna cœlorum. Ad quod inſinuandũ dicit Ioannes. Et vidi, & ecce agnus, id eſt, Chriſtus, qui ſtabat ſupra montem Sion. i. in eccleſia triumphante. Stans dicitur quaſi ad iuuandum martyres illos ad martyrium ſufferẽdum. Et cum eo centum quadraginta quatuor millia, in tanto enim numero vel circiter prædicti occiſi fuiſſe exiſtimantur. Habentes nomen eius & nomen patris eius. Et per conſequens ſpiritus ſancti, qui eſt nexus amborum. Scriptum in frontibus ſuis, per apertam & liberam confeſſionẽ. Et audiui vocem in cœlo tanquã aquarum multarum. i. multitudinis ſanctorum illorum, laudantium Deum de ſua victoria, & tanquam vocem tonitrui: vbi notatur magnitudo laudis. Sicut citharœdorum &c. quia laus iſta coram Deo & angelis gratioſa. Et cantabant canticum nouum, quia pertinentes ad nouum teſtamentum. Et nemo poterat cantare &c. Ex voto enim continentiæ illi habebant aliquid ſpeciale in merito, vnde & in præmio. Qui empti ſunt de terra. ſ. ſanguine Chriſti. Qui cũ mulieribus non ſunt coinquinati, vel integritatem carnis ſimpliciter ſeruando, vel poſt votum, caſtitatem. Hi ſequuntur agnum, id eſt, Chriſtum, non ſolũ quo ad obſeruantiam mandatorum: ſed etiam conſiliorum. Hi empti ſunt primitiæ, id eſt, gratioſi, ſicut primi fructus & in ore eorum &c. Nam veritate ſidei cõfeſſi ſunt animo conſtanti. Sine macula enim ſunt, quia purgati ab omni macula per martyrium.

Perſecutio Chriſtianorum in Syria.

Votum cõtinentiæ ſpeciale habet meritum & pręmium.

Et vidi alterum angelum. Hic ponitur incidenter quædam conuerſio mirabilis multorum infidelium quæ facta eſt circa illa tempora. Nam Sanctus Bonifacius miſſus fuit à Romano pontifice ad prædicandum Thuringis, Auſtriis & Phryſiis fidem catholicã in qua legatione multos conuertit ad fidem. Et hoc eſt quod dicitur hic. Et vidi alterum angelum, id eſt, ſanctum Bonifacium, volantem per medium cœli, id eſt, velociter & propere exequentem officiũ ſibi iniunctum. Habentem in corde & ore Euangelium æternum. Nam ei non ſuccedet aliud. Vt euangelizaret illud ſedentibus ſuper terram, id eſt, populis prædictis, in quibus diuerſificantur linguæ ſaltem in aliquo. Et quia non ſolum illis gentibus paratus erat prædicare: ſed omnibus gentibus generaliter exaudire volentibus, ideo dicitur. Super omnem gentem &c. Dicẽs voce magna, in quo notatur efficacia prędicationis ſuæ, Timete dominum, timore filiali. Et date ei honorem, ſicut filij patri. Quia venit hora iudicij eius, generaliter in fine mundi, particulariter in morte cuiuſcunque, & adorate eũ &c. qui eſt creator omnium & non idola vana. Conſtans imperator Monothelita, conſequenter ponit punitionem perſequentium Chriſtianos. Et alius. Vbi ſciendum quod Conſtans nepos Heraclij imperatoris, qui incidit in hæreſim Monothelitarum negantium duas na-

Bonifacius ad fidem Thuringos cõuertit.

A turas in Chriſto, & multos eccleſiæ miniſtros nõ aſſentientes hæreſi ſuæ grauiter afflixit, & in exilium relegauit, propter quod Martinus papa conuocato concilio dictam hæreſim cum fautoribus ſuis damnauit. Propter quod Conſtantinopolim fuit ductus, vt dictæ hæreſi aſſentiret. Et quia hoc renuit miſſus eſt in exilium, & ibi mortuus eſt. Et de hoc exponũt aliqui locum iſtum cum dicitur, Alius angelus, id eſt papa Martinus ſecutus eſt dicens. ſ. dictam hæreſim condemnando. Cecidit cecidit Babylõ, imperium. ſ. Græcorum. Et dicitur dupliciter cecidit, quia in patriarcha & imperatore hæreticis, quibus cadentibus multi alij ceciderunt. Et vocatur Babylon, quod
B interpretatur confuſio, quia confuſibile illud erat. Et quod ſequitur. ſ. Et tertius angelus. Exponunt de Gregorio 3. qui excommunicauit Leonem imperatorem qui poſt Theodoſium ſumpſit imperium anno domini 718. eo quod hæreſim damnatam ſequebatur. Sed melius videtur dicendum quod loquatur de Machometo & eius ſequacibus, de quorum perſecutione locutus fuerat prius, ſed pœnam eorum non expreſſerat, vnde dicit, & alius angelus ſcilicet ſanctus Ioannes loquens ait. Cecidit, cecidit Babylon, id eſt, gens Saracenorum. Nam lex eorum eſt confuſionibus plena, quia ibi laxatur vita voluptuoſa [quæ vita pecu-
C dum dicitur 1. Eth.] Et etiam propter confuſum procedendi modum: nam inordinate traditur, & idẽ frequenter & inutiliter repetitur, nec ſcriptura vel ratione aliqua fulcitur nec authoritate. Magna dicitur quia multum eſt multiplicata illa gens & dilatata. Dicitur autem cecidiſſe, quia circa tempora illa conflixit cũ Romanis, in quo conflictu tres Amiræi cum multis aliis ſunt perempti, vt patet in chron. Sigumberti. Quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes, hyperbole eſt ad deſignandam magnam multitudinem gentium errore Machometi infectã.
D Cõcedit enim in ſua lege carnis delectabilia, ad quæ eſt prona hominum multitudo. Et tertius angelus. Hic deſcribitur pœna eorum æterna. Vnde tertius iſte angelus eſt aliquis angelus bonus vel aliquis ſanctus prædicator contra ſectã Machometi. Si quis adorauerit beſtiam, id eſt, Machometũ, vt dictum eſt ſupra de eius imagine, & charactere. Hic bibet de vino iræ Dei. i. punietur à domino grauiter. Quod miſtum eſt mero. Punitio Dei temporalis ad correptionem dicitur vinum merũ, cùm autem ſequitur pœna gehennæ, dicitur vinum miſtum. Sic Saraceni puniti ſunt tunc vt dictum eſt temporaliter à Romanis
E & cum hoc pœna æterna, & ideo ſubditur. Et cruciabitur igne & ſulphure. Et fumus tormentorum eorũ &c. i. æterna eſt punitio & continua: & ideo ſequitur. Et requiẽ non habebant &c. quæ patent ex dictis in præcedenti ca. Hic eſt patientia ſanctorum, quæ patientia Chriſtianorum multoties & multipliciter exercitata eſt per Saracenos. Et audiui. Hic poſt punitionem malorum perpetuam deſcribitur retributio bonorum æterna, vt ſic oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Et ideo dicitur hîc Ioanni. Scribe, tanquã rem nobiliſſimam. Beati mortui qui in domino moriuntur, id eſt in confeſſione domini per
F palmam martyrij, quales fuerunt illi centum quadraginta quatuor millia de quibus ſupra. Amodo iã dicit ſpiritus, ſcilicet ſanctus, qui eſt vnus Deus cum patre & filio, & inſeparabiliter in nobis operatur: tamen quia opera noſtra quod ſint meritoria habent efficaciam à gratia ſpiritus ſancti, ideo & merces ſpeciali modo ei attribuitur. Vt requieſcant à laboribus ſuis, nã in beatitudine appetitus totaliter quietatur.

A. C. 34.

Martinus imperatorem hæreticum condemnat.

Babylon in Apocal. quid notet.

Babylon eſt lex Saracena.

Vinum merum eſt punitio temporalis, vinum mixtum eſt punitio æterna.

A.C. 34.

Abſoluta perſecutione Saracenorum, hic ponitur alia.ſ.Longobardorũ, vnde dicit.Et vidi. Sciendum igitur ꝙ anno domini. DCCLIII. Aſtulphus Longobardorum rex in Italia multùm afflixit eccleſiam, propter quod Stephanus papa tranſiit in Franciam quærens auxilium contra prædictum regem, quod & impetrauit,& primo à Pipino rege, poſtea à Carolo magno.Dicit ergo. Et vidi,& ecce nubem candidam. Per hanc intelligitur regnum Franciæ fide & moribus decoratum.Et ſuper nubem ſedentem.ſ.Pipinum regem ſimilem filio hominis.i. Chriſto conformatum in iuſtitia & bonitate,licet hæc confirmatio fuerit valde remota.Habentem in capite coronã auream.Reges enim Franciæ corona aurea coronãtur.Habentem in manu ſua falcem acutam.i.exercitum valde bellicoſum, per quem Pipinus multas & magnas victorias habuit. Et alius angelus.ſ. Stephanus papa. Exiuit de templo.ſ. Romanæ eccleſiæ. Clamans voce magna.i.ex magno affectu deprecãs. Ad ſedentem ſuper nubem.ſ.Pipinum regem. Mitte falcem tuam & mete.i.dirige exercitium,tuã potentiam contra Aſtulphum tyrannizantem. Quoniam venit hora vt metatur.i.vt eius tyrannis per tuã potentiam tollatur.Quoniã aruit meſsis.i.ipſe & exercitus eius obdurati ſunt in malitia ſua.Et miſit qui ſedebat ſuper nubem falcem ſuam, quia Pipinus cum valida manu intrauit Italiam,& meſſuit terram. Nã contra Aſtulphum viriliter dimicauit: & Stephano papæ quæ abſtulerat ſui iuris reſtituit.

Francia nubes candida.

Pipinus rex Franciæ liberat eccleſiam à Longobardis.

Et alius angelus. Hic deſcribit auxilium factum eccleſiæ contra Longobardos per Carolum magnũ. Vbi ſciendum quod anno domini.DCCLXXV. Carolus Rex Franciæ ad preces Adriani papæ intrauit Italiam cum exercitu forti contra Deſiderium regẽ Longobardorum, eccleſiam multipliciter affligentem: quod etiã habetur in decretis diſt.63.Adrianus. Quẽ regem Deſiderium Carolus impugnans tandem cepit,& ſecum in Franciam duxit,in quo defecit regnũ Longobardorum,& hoc tãgitur cùm dicitur.Et alius angelus.ſ.Carolus magnus.Exiuit de templo.ſ.nono menſe,quo coronatus fuit, quod eſt in cœlo militantis eccleſiæ.Habens & ipſe falcem acutam.i.exercitum fortem, immò & patris ſui exercitu fortiorem. Et alius angelus exiuit de altari, papa Adrianus, ad quod altare acceſſerat pro miſſæ celebratione ad orandum pro eccleſia, vt dominus eam protegeret. Qui habebat poteſtatem ſuper ignem,id eſt,inferẽdæ excommunicationis & aggrauationis pœnam. Omnis autem pœna aliquando deſignatur nomine ignis,& clamauit voce magna,id eſt, magno affectu deprecatus eſt Carolum,vt ferret ſibi auxilium. Mitte falcem tuam acutam,id eſt,exercitum tuũ. Et vindemia botros,id eſt,Longobardos auferendo eis potentiam. Quoniam maturæ ſunt vuæ.i. quoniã digni ſunt deſtructione. Et miſit angelus.i. Carolus magnus,falcem ſuam.i.exercitum ſuum ſuper terram. Et vindemiauit vineam.i.potentiam abſtulit Longobardorũ.Et miſit in lacum ira Dei magnum.Nam regem duxit captiuum cum vxore in exiliũ extra terram ſuam. Et exiuit ſanguis de corporibus occiſorũ, quia in illa captione ciuitatis Papiæ vbi erat rex, multi Longobardi occiſi ſunt vſque ad fræna equorum. Nam ex ſanguine occiſorum fræna equorum militum Caroli rubricata ſunt per ſtadia milleſexcenta. Nam fama huius victoriæ Caroli fuit longe lateque diſperſa, ſcilicet per quatuor mundi partes per dictum numerum deſignatas, eo quod dictus numerus eſt quadratus. Dicitur autem numerus

Carolus magnus regnum Longobardorum penitus ſuſtulit.

Ignis eſt pœna omnis.

A quadratus qui [cõſurgit ex ductu numeri in ſeipſum ſicut quaternarius qui conſurgit ex ductu binarij in ſeipſum,ſic milleſexcenta eſt numerus conſurgens ex ductu quadragenarij in ſeipſum.]

A.C. 34. Numerus quadratus quis.

§. XII.

ET vidi aliud ſignum. In c.15. poſt deſtructionem nunciatam Longobardorum ponit perſecutionem plurium perſecutorum eccleſiæ. Vidi (ait) aliud ſignum,id eſt,futuræ rei ſignatum. Magnum & mi-B rabile.Nam perſecutiones inimicorum eccleſiæ per hoc ſignatæ factæ ſunt diuina virtute per angelos ſeptẽ habẽtes ſeptem plagas,id eſt,virtutẽ à Deo inferendi tales perſecutiones & tribulationes nouiſſimas,non ſimpliciter:ſed reſpectu præteriti. Quoniã in illis conſummata eſt ira Dei,id eſt, per illas poſita eſt vindicta Dei reprobis in effectu. Et vidi. Hic deſcribitur laus diuina, quæ licet ſit ſecuta perſecutiones reproborum,tamen hic præmittitur executioni earum: [frequenter enim prius facta ponuntur poſt in ſcriptura.] Et quia ſancti in cœlo præuidentes perſecutiones iſtas, lætantur antequam ſint in C effectu:ideo dicit Ioan.Vidi tanquam mare vitreum, id eſt,eccleſiam militantem, quæ ſic dicitur ratione baptiſmi.Miſtum igne,ſcilicet ſpiritus ſancti,qui datur in baptiſmo. Et eos qui vicerunt beſtiam, id eſt, gentem Saracenorum beſtialiter viuentem.Et imaginem eius,id eſt,ſimiles Saracenis in vita.Et numerum nominis eius,id eſt,infideles quoſcunque Chriſto & eccleſiæ contrariantes. Stantes, per vitæ ſanctitatem.Habentes citharas Dei.Per hoc intelliguntur gratiarum actiones in eccleſia Dei de victoriis ſequentibus contra reprobos Deo redditæ.Cantantes canticum Moyſis & agni,quia ſancti ſunt in cœ-D lo de vtroque teſtamento dicentes. Magna & mirabilia ſunt opera tua domine,quia dictas victorias attribuunt diuinę potentiæ.Iuſtæ & veræ ſunt viæ tuę, puniendo obſtinatos & punientes recipiendo & cætera quæ ſequuntur. Et poſt hæc.Hic ponitur executio dictarum plagarum, Apertum eſt templum, id eſt, diuinum ſecretum per impletionem in effectu eorum.Et exierunt ſeptem angeli,id eſt, Dei nuntij qui poſtea nominabuntur,habentes ſeptem plagas, id eſt poteſtatem inferendi ſeptem vindictas.Veſtiti lapide mundo,id eſt, Chriſto, qui eſt lapis angula-E ris.Mundo,quia peccatum non fecit, & hoc per imitationem bonorum operum. Et præcincti circa pectora coronis aureis,id eſt,caſtitate mentis.Et vnum de quatuor animalibus, Marcus euangeliſta ſecundum aliquos,vel alius ſanctus ex patriarchis principalibus iam defunctis.Dedit ſeptem angelis ſeptem phialas,id eſt,poteſtatem puniendi reprobos ex ordinatione diuina.Et impletum eſt templũ fumo &c. per quod deſignatur, diuina condeſcenſio. Et nemo poterat intrare templum, quod dicitur propter reuerentiam diuinæ præſentiæ.

§. XIII.

F

ET audiui vocem magnam. In quo notatur magnitudo authoritatis diuinæ.De templo ſcilicet gloriæ diuinæ, Dicentem ſeptem angelis. Ite &c.ſ. ad exequendum diuina mandata de reproborũ punitione. Vbi ſciendum quod Conſtantinus qui cœpit imperare anno domini. DCXLII. fuit peſſimus.Nam ſicut dicit Sigũbertus, imagines Chriſti & ſanctorũ ab eccle

Expoſitio. c.16. Conſtantinus copronymus de quo vide Suidam.

A.C. 34.

ab eccleſiis remouit; eoſque qui Dei genitricem inuocabãt, & qui vigilias in eccleſiis agebãt, & qui religioſe viuebãt & qui à iuramẽtis & immundis peccatis abſtinebant, patrimoniis priuauit & multipliciter cruciauit, & monachos & ſanctimoniales cõtrahere matrimonia coegit. Quæ multi vitãtes martyrizati ſunt. Poſtea verò imperante Hyrene vxore Leonis cum filio ſuo Conſtantino ad inſtantiam patriarchæ Conſtantinopolitani congregauit Hadrianus Papa Synodum in Nycæa. Horum autem imperium cœpit anno Domini DCCLXXXII. Et in illa Synodo condemnata fuit hæreſis execrantiũ imagines Chriſti & ſanctorum, cùm ſint libri laicorum mouentes eos ad deuotionem, de conſec. diſt. 3. venerabiles. Cõdemnauit etiam hæreſim Fœlicianam, quæ poſuit in Chriſto duplicem Dei filiationem, ſcilicet, veram in natura diuina, & adoptiuam in humana. Ad quod ſequitur in Chriſto duplicem eſſe perſonam: quod dixit Neſtorius hæreſiarcha. Et quòd virgo Maria non ſit mater Dei, ſed hominis tantum. Et iſtæ hæreſes habent ſimilitudinem cum perfidia Machometi. Nam Saraceni imagines execrantur, & dicunt Ieſum filium Mariæ virginis eſſe purum hominem. Quod ergo dicit. Et abiit primus Angelus, intelligitur de Hadriano ſancto & bono viro. Et effudit phialam ſuam in terram, proiiciendo excommunicationis ſententiam in terrenos homines dictam hæreſim tenentes. Et factum eſt vulnus ſæuum & peſſimum. Nam ſpiritualis plaga, ſcilicet, excommunicationis eſt peior quàm temporalis. In homines qui habebant characterem beſtiæ, id eſt, ſimilitudinem vitæ Machometi, & in eos qui adorauerunt imaginẽ eius referẽdo ad principes Machometo conformes.

Copronimum ante ſignanum & ducem ſequũtur noſtræ tẽpeſtatis hæretici.

Iconomachorum hæreſis condemnata.

Felix hæreticus.

Hæreſis Lutetanorũ & Caluiniſtarũ habet ſimilitudinem cum perfidia Machometi.

Excõmunicatio grauis plaga.

Et ſecundus Angelus. Hic ponitur ſecunda plaga. Iſte Angelus fuit Carolus Magnus qui tempore illo debellauit Saxones: qui hic per mare deſignantur propter multitudinem illius populi, quia vt infra dicitur. Aquæ multæ ſunt populi multi. Tum etiam quia Saxones mare tranſeuntes plures terras Chriſtianorum afflixerunt. Dicit ergo, Et ſecundus Angelus, id eſt, Carolus Magnus (rex Deo & Eccleſiæ deuotus) Effudit phialam ſuam in mare, id eſt, exercuit vindictam diuinam in Saxones. Et ſanguis factus eſt tanquam mortui, quia multi ex Saxonibus occiſi ſunt. Sed quia de remanentibus aliqui videntes victoriam Caroli factam Dei virtute, baptiſmum ſuſceperunt, ideo non dicitur. Factus eſt ſanguis mortui ſimpliciter, ſed tanquam mortui. Cæteri verò obſtinati fuerunt occiſi. Nam vna die de illis Carolus quatuor millia quingentos fecit decollari & ideo ſubditur. Omnis anima viuens mortua eſt in mari: quia qui capti fuerunt viui, obſtinati in infidelitate Saxonum, occiſi ſunt.

Saxones à Carolo Magno ſubiugati.

Et tertius Angelus. Intelligitur & hoc de Carolo Magno: ſed poſtquam fuit factus imperator. Et quod dictum eſt de ſecundo Angelo intelligitur de eodem Carolo: ſed ante imperij aſſumptionẽ. Nam viginti tribus annis regnauit ſuper Frãcos: & poſtea tredecim annis imperiũ tenuit. Tertio autem anno imperij Hunnos qui multas terras Chriſtianorum affligentes depopulauerãt, totaliter debellauit, ſecundũ Chro. Sigisber. Et eos qui remanſerunt, fidei ſubiecit. Et ideo dicitur, Tertius Angelus, id eſt, Carolus poſtquã fuit imperator creatus, effudit phialam ſuam, id eſt Dei vindictam ſuper flumina & fontes aquarum, id eſt, ſuper Mauros ſiue Hunnos: qui ſic nominantur, ſcilicet, flumina & fontes: ex eo quòd primitus habitabant iuxta paludes meotidas, vbi

Carolus Magnus bis nominatur Angelus & quare.

Hunni nominantur flumina & fontes.

A

ſunt multæ ebullitiones aquarum ad modum [illegible] quas paludes cum putarent [illegible]abiles: non audebant [illegible], [illegible] experti [illegible] tranſeuntes eas, Gothi qui [illegible] in Scythia habitabant, debellauerunt. Ex q[illegible] terras vſque in Galliam ſub Athila rege [illegible] & igne vaſtauerunt. Et factus eſt ſanguis: quia Caroli exercitus multos de illis Hunnis interfecit. Et [illegible]ui Angelum. Vbi ſciendum quod Angeli bo[illegible] ordine principatuum diuerſis regnis & ge[illegible]us præpoſiti vt procurent bonum regni ſibi cr[illegible] dentur aliquando ſibiinuicem reſiſtere: qu[illegible]

B

teſeis commiſſæ contrariantur adinuicem & [illegible]gerant: antequam ſciant determinationem [illegible] voluntatis, de futura illius vel illius genti[illegible] ſubie[illegible]ne vel prælatione: vt patet Dan. 10. Sed quand[illegible] diuinam voluntatem per reuelationem vel effectus poſitionem, concorditer approbant diuinam ſententiam: & eam exequuntur. Dicit ergo. Audiui Angelum aquarum, id eſt, Hunnorum per aquas ſignatorum dicentem. Iuſtus eſt, &c. approbantes di[illegible] ſententiam de gente ſibi commiſſa deuicta. Quia ſanguinem ſanctorum tuorũ fuderunt. Hunni enim antequam debellarentur, multos Chriſtianos occi-

C

derunt. Et ſanguinem dediſti eis bibere eos, ſcilicet, puniendo ſimili pœna. Et audiui alterum, ſcilicet, Angelum Francorum dicentem, Etiam Dominẽ. Nam ambo Angeli approbauerunt diuinam ſentẽtiam, ſcilicet, Angelus Francorum & Angelus Hunnorum.

Gothi.

Angeli qui ſunt diuerſis regnis ſibi inuicẽ videntur contradicere.

Angeli ſidem diuinã ſententiam [illegible].

Et quartus Angelus. Quamuis quidam hoc exponant de Creſcentio Romano patricio, qui depoſuit Gregoriũ Papã non primũ ſed aliũ: & loco eius Ioannem nullius meriti virũ inſtitui fecit: ſed meliꝰ tamẽ exponitur de Leone Papa ſancto viro: qui à Romanis inuaſus oculis orbatus fuit: lingua etiam ei abſciſſa, ſed diuinitus lingua & viſu ei reſtitutis miſit ad

D

Carolum, auxilium petens. Dicit ergo, Et quartus Angelus, id eſt, Leo Papa ſanctus homo. Effudit phialam ſuam in ſolem, denunciando animi ſui amaritudinem Carolo imperatori: eo quòd iniuſtè & in Dei contemptum fuerat ſic male tractatus & à ſede ſua deiectus. Dicitur autem Carolus ſol, quia ſicut ſol refulgentia præcellit alios planetas: ita Carolus præcellebat alios reges terræ fide & magnanimitate. Et datum eſt illi æſtu affligere homines: quia data ſibi à Deo virtute Romam adiit, cauſas examinauit: & Deo rebelles & eccleſiæ grauiter afflixit & puni-

E

uit, & Leonem Papam iterum in ſua ſede collocauit. vt habetur in Chron. Sigisber. Et æſtuarunt homines, ſcilicet, mali, æſtu magno doloris & iracundiæ: quia non poterant Carolo reſiſtere. Et blaſphemauerunt nomen Domini, ſcilicet, quantum ad obſtinatos, qui à peccatis ſuis mortui ſunt.

Gregorij hic quem Creſcentius patricius amouit, quintus fuit eius nominis [illegible].

Hic Leo Papa eſt eius nominis tertius.

Laus Caroli Magni.

Et quintus Angelus. Hic ponitur quinta plaga in qua Ioannes reuertitur ad perſecutionem factam per Saracenos & punitionem eorum. Et quamuis aliqui exponant hoc de Othone imperatore, qui Gregorium eiectum per Creſcentium repoſuit in ſede ſua: & Ioannem intruſum expulit, melius ta-

F

men exponitur de Saracenis, vt ſcribit Helinandus cùm patriarcha Hieroſolymitanus de ciuitate expulſus eſſet à Carolo imperatore petiit ſubſidium, denuncians ei terræ ſanctæ diſſidium. Qui collecto exercitu maiori quàm vnquã habuit, perrexit in terrã ſanctam, & infidelibus repertis ibi partim occiſis, partim fugatis, patriarchã in ſede ſua repoſuit. Dicit ergo, Et quintus Angelus. i. patriarcha Hieroſoly-

Carolus Magnus in terram ſanctam proficiſcitur vide quæ in ſecunda parte annotauimus.

A.C. 34.

A mitanus effudit phialam ſuam, id eſt, Carolum, qui fuit inſtrumentum Dei ad puniendum gentẽ Machometi. Super ſedem beſtiæ, id eſt, gentem Machometi beſtialiter viuentis. Dicitur autem patriarcha effudiſſe hanc phialam, quia Carolum inuitauit ad puniendum contemptum Dei & eccleſiæ. Et factũ eſt regnum eius, ſcilicet, Machometi tenebroſum, quia Saraceni partim fuerunt occiſi, partim ibi confuſibiliter expulſi, & commanducauerunt linguas ſuas præ dolore. Mos eſt hominis irati & afflicti mordere labia ſua, & frendere dentibus, quaſi linguam manducantis. Et blaſphemauerunt Deum cœli ex nimia impatientia vel Deum cœli, id eſt, Chri- B ſtum, qui verè Deus eſt cœli & terræ. Saraceni tamẽ Chriſtum purum hominem. Et ſic blaſphemabant. Et non egerunt pœnitentiam, mortui in ſua perfidia. Et ſextus Angelus. Hic ponitur ſexta plaga. Exponũt hoc aliqui de Gregorio Papa qui fuit prius nominatus Hildebrandus, qui præfuit eccleſiæ imperante Henrico quarto, qui cœpit imperare anno Domini. M. LVII. inter quem & Gregorium Papam orta eſt diſſentio, eo quòd Gregorius Papa excommunicauit omnes electos in eccleſia qui acciperent inueſtituram per annulum & baculum de manu laici, cùm tamen reges & imperatores, vſi fuiſſent prius tali pote C ſtate: & ſic ſextus Angelus eſſet Gregorius iſte papa. Sed aliter poteſt exponi & melius de Carolo Magno qui inuitatus à beato Iacobo purgauit viam ad ſepulchrum eius prius ignotum: eo quòd tota Hiſpania prius erat à Saracenis occupata: & Vaſconia & Nauarra, quos Carolus cum multis laboribus, & bellis partim occidit, partim fugauit, partim ſubiecit fidei Chriſtianæ, vexatione illis dante intellectũ Et hoc eſt quod ſequitur. Et ſextus Angelus beatus Iacobus effudit phialam ſuam, id eſt, Caroli Magni potentiam, quem inuitauit ad puniendum gentem Saracenorum, quæ dicitur flumen magnum propter D magni populi multitudinem. Et ſiccauit aquã eius auferendo Saracenorum potentiam. Vt prępararetur via regibus, id eſt, peregrinis ſancti Iacobi, inter quos fuerunt & ſunt multi reges & principes & potentes. Vnde & ipſe Carolus deuotè illum locũ adiit. [poſſunt etiam & ipſi peregrini reges dici, eo quod viuunt ſecundum regimen rationis rectæ & legis diuinæ.] Et ab ortu ſolis. Sepulchrum enim beati Iacobi eſt in Occidente terræ habitabilis, & ideo via veniendi ad ipſum eſt ab ortu ſolis ſimpliciter quãtum ad illos, qui veniunt ab Oriente, vel ſecundum quid, quantum ad venientes ab Aquilone & Meridie. Et E vidi. Hic ponitur ſeptima plaga. Circa hoc ſciendum quòd à tempore Coſdroe regis Perſarum pro maiori parte populus catholicus in terra promiſſionis & circa fuit in afflictione & ſeruitute dura vſque ad eius liberationem per principes occidentales Chriſtianorum, & tempore Gotifredi Bullonij ducis Lotharingiæ. Nam aliæ liberationes factæ dictæ terræ per Heraclium & Carolum Magnum, de quibus ſupra, fuerunt quaſi momentaneę, quoniã cito tranſierunt. Nam recedente Heraclio de Hieruſalẽ: Arabes Hummaro duce terram ſanctam & plures alias F regiones ſubiugarunt. Similiter poſt receſſum Caroli Magni de Hieruſalem Saraceni dominãtes in Aegypto Iudæã ſibi ſubiugarunt. Et poſtea Turci eã de manu Caliphę Aegyptij auferentes tenuerunt, quouſque debellari fuerunt per principes prædictos in partibus Antiochenis. Tunc enim debilitata Turcorum virtute: Aegyptij abſtulerunt Hieruſalem & Iudæam de manibus Turcarum. Sed intra annum

Greg. hic fuit eius nominis ſeptimus.

Caroli Magni in Hiſpaniã expeditio.

Diuus Iacobus Cõpoſtellanus.

Coſdroes Perſarum rex.

Status terræ ſanctæ antequam eam occidentales principes liberarẽt.

A vel circiter Chriſtiani de manibus Aegyptiorũ eam abſtulerunt vi armorum. Notandum etiam ꝙ ſicut inter Chriſtianos ſunt prædicatores eos excitantes ad impugnandum Saracenos, ita ſunt inter ipſos aliqui literati excitantes eos contra Chriſtianos. Quod Ioannes præuidens ait. Et vidi de ore draconis, id eſt ſummi principis in regno Perſidis, & de ore beſtiæ, id eſt, Caliphæ ſeu ſummi principis in Aegypto: & de ore pſeudoprophetæ, id eſt, prædicatorum, Saracenos contra Chriſticolas excitantium tres ſpiritus immundos, id eſt verba Prophetarum, Doctorũ, & etiam Principum. Et dicuntur ſpiritus immundi quia B inducunt nos ad immundiciam peccati in modum ranarum, nam ſuo garritu alios inquietãt. Sunt enim ſpiritus dæmoniorum, quia dæmones ad hoc excitãt facientes ſigna: nam & inter infideles permittuntur aliquando dæmones facere ſigna iuſto Dei iudicio. [& procedunt ad reges totius terræ, ſcilicet in qua habitant infideles ſupradicti. Congregare illos in prælium.] Dicunt qui ſcribunt de hiſtoriis tranſmarinis, ꝙ poſt mortẽ Machometi, Saraceni diuiſi ſunt in duas ſectas: & vna pars poſuit ſedem in Aegypto, alia in Perſidis regno. Et non ſolum fuerunt diuiſi locis: ſed etiam in aliquibus punctis ſuæ legis; ita quod C iſti alios vocant ſubuerſores & ſchiſmaticos, & econuerſo: inter eos fuit contentio & bellum vſque ad tempus Saladini qui cœpit regnare anno Domini M. CLXXXIX. poſt liberationẽ terræ ſanctæ per principes ſupradictos per magnum tempus. Hic enim Saladinus induxit Saracenos habitantes in Aegyto ad tenendum ceremonias aliorum in Perſide exiſtentium, & reduxit eos in concordiam. Vnde quod hic dicitur, Congregate eos ad prælium, non eſt intelligendum ſimul quantum ad omnes: ſed ſucceſſiuè ad diem magnum, &c. quæ ſatis ex prædictis poſſunt intelligi.

D

§. XIIII.

ET ſeptimus Angelus. In 17. cap. deſcribitur perſecutio ſeptimæ plagæ, vbi ſciendum, ꝙ aliqui expoſitores dixerunt hunc ſeptimum Angelum eſſe Alexium imperatorem Conſtantinopolitanum, qui ſcripſit Vrbano Papæ pro recuperatione terræ ſanctæ. Sed hoc non videtur: quia ille fuit doloſus contra Latinos [& ſæpiſſimè tentauit deſtruere exercitum Principum occidentalium dictam expeditiũẽ E deuote ſuſcipientium.] ſed melius aliis videtur de quodam Petro Heremita, qui deuotione motus viſitans loca illa ſancta: & colloquium habens cum catholicis in illa regione exiſtentibus pro recuperatione terræ ſanctæ, induxit illos ad ſupplicandum Papæ Vrbano, pro eo opere. Qui Petrus Heremita litteras ipſas præſentauit accedens ad Vrbanum Papam & idem perſuadens. Vrbanus autem celebrato concilio generali in Gallia apud Clarum montem, poſt edita plura ſtatutã anno Domini M. LXXXV. fideles principes animauit ad recuperandum dictã terrã ſanctam ſolicitans dños hincinde per dictũ Petrũ Heremitã F ad opus ipſum, Multi enim Catholici de Francia, Hiſpania, Anglia, Alemannia, Italia, & aliis partibus crucem ſuis humeris affixerunt vno animo Chriſtianis in ſeruitute detentis in illis partibus ſuccurrere intendẽtes. Et ſic iſte ſeptimus Angelus Petrus Heremita effudit phialã ſuã in aerẽ, quia verbis efficacibus terræ ſanctæ miſeriã expoſuit. Et exiuit vox magna de tẽplo .i. eccleſia, à throno .i. auctoritate ſũmi pontificis

A.C. 34.

Expoſitio c. 17.

Alexius imperator Conſtantinopolitanus doloſus.

Petrus Anachorita ſacri belli perſuaſor.

A.C. 34.

Bellū ſacrum quomodo ſuſceptum.

pontificis dicens. Factum eſt, id eſt, exaudita eſt petitio populi Chriſtiani Hieruſalem habitantis. Et facta ſunt fulgura viſionum & ſignorum: voces & tonitrua prædicationum crucis, & terræmotus factus eſt magnus, id eſt, commotio magna in populis relinquentibus terras proprias qui magno impetu ad dictum locum tendebant, qualis nunquam fuit, &c. quia ſicut dicitur in Chronicis Guilielmi Tyrij. Nūquam tot gentes in vnam conuenerunt ſententiam. Opinionem hominum vincebat numerus, quamuis æſtimaretur ſexageſies centum millia. Et facta eſt ciuitas magna, id eſt, exercitus ille. Nam vno animo Hieroſolymam pergebant in tres partes. Nam **B** propter hoſpitia & commeatum reperienda vna pars ſequebatur Petrum Heremitam. Alius exercitus ſecutus eſt principes præcipuos, Gotifredo duci ſe iungentes. Tertius iuit cum Boemundo duce Appuliæ per nauigium. Et ciuitates Gentium, id eſt, Saracenorum ceciderunt, quia à Nicea Bithyniæ & Antiochiæ quæ ſunt in regno Perſidis, vſque in Hieruſalē & vltra vſque ad riuum Ægypti ciuitates detentæ ab infidelibus, per dictum exercitum ſubiugatæ fuerunt. Et Babylon magna, id eſt, ſecta Saracenorum plena confuſione in ſuis legibus & ritibus, venit in memoriam ante Deum, ſcilicet, ad puniendū eam. **C** Et omnes inſulæ fugerunt, id eſt, habitantes in inſulis, qui ſunt propriè Saraceni, fugerunt per mare. Et grando magna ſicut talentum, id eſt, bellum importabile Saracenis. Et venit vnus. Hic deſcribitur ſeptima plaga magis in ſpeciali: ſecundum tamen opinionem illorum qui dicunt quòd tota iſta litera ab iſto loco vſque ad illum textum, Cùm conſummati fuerint mille anni, circa medium c.xx. ſit impleta præterito iam tempore, & ſecundùm hoc exponetur litera vſque ad dictum locum, poſtea dicam quid mihi videatur ſuper hoc. Secundum ergo opinionem illorum iſte Angelus non fuit Alexius imperator, vt **D** quidam dicunt, neque Petrus Heremita, ſed magis beatus Iacobus Apoſtolus qui in cœlis triumphans reuelauit Ioanni dicens. Veni & oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, id eſt ſectæ Saracenorum, quæ ſedet ſuper aquas, id eſt, dominatur populis multis. Cum qua fornicati ſunt reges terræ. Quia multi reges receperunt leges Machometi. Et inebriati ſunt, &c. [nam populi ſub dictis regibus exiſtentes ſimiliter receperunt legem Saracenorū immundiciis plenam.] Et abſtulit me (ait Ioannes) in deſertum ad videndum, ſcilicet ſtatum Saracenorū à Deo propter peccata ſua derelictum. Et vidi mu- **E** lierem ſedentem ſuper beſtiam, ſectam Turcorum & Saracenorum beſtialiter viuentium & effœminatè. Coccineam, id eſt, ſanguine Chriſtianorum rubricatam. Plenam nominibus blaſphemiæ, quia dicunt Chriſtum hominem purum, & virginem Mariam non Dei matrem eſſe. Habentem capita ſeptem, cornua decem: expoſitum eſt ſupra, vel ſeptem capitalia vitia, & tranſgreſſionem decem præceptorum habentes huiuſmodi gentes. [Et mulier erat circūdata purpura & coccino & c. quia Turci fuerunt opulentiſſimi, in iſtis & in aliis rebus precioſis.] Habens poculum aureum, ſcilicet doctrinam ſuauem carni. Et **F** quæ ſequuntur in iſto capitulo pertotum exponuntur de Saracenis & Turcis vſurpantibus Iudæam & Siriā vnus poſt aliū. Et poſtea ipſi à Chriſtianis inde eiecti tempore Gotifredi. Prius enim Syria & Iudæa poſſeſſa eſt per Ægyptios, ſed à Turcis ablata eſt eis. & poſtea Ægyptij recuperauerunt eas eiectis Turcis & iſta variatio regni notatur hic.

Expoſitio c.17.

Diuus Iacobus.

Secta Sarac norū meretrix magna.

A.C. 34.

§. XV.

QVÆ habentur in ſequenti ca. iſto 18. quod incipit. Poſt hæc vidi alium Angelū, &c. Exponuntur à quibuſdam de Ademaro Podienſi Epiſcopo angelicæ munditiæ viro, qui in exercitu principū occidentalium Chriſtianorū ſuſcepit legationis officium ad directionē exercituū Chriſtianorū. Et in eo quod ſubdit. Deſcendentē de cœlo exponunt procedentem à ſublimitate ſedis apoſtolicæ, habentem poteſtatem magnam in ſpiritualibus, quia legatus de latere. Et terra .i. exercitus Chriſtianus illuminata eſt à gloria eius, ſcilicet vita & doctrina. Et exclamauit voce magna, prædicando verbo & exemplo. Cecidit cecidit Babylon magna, ſcilicet gens Saracena. Bis dicit cecidit, quia bis fuerunt per Chriſtianos debellati, primo per Carolum, poſtea per Gotifredum. Et quæ ſequuntur in textu exponuntur de debellatione gentis Saracenorum. Poſt hæc autem voce magna dixit Allelu-ia. In cap. 19. ponit Ioannes gratiarum actionem in militanti eccleſia de Saracenorum debellatione & Chriſtianorum exaltatione, in eccleſia etiam triumphanti, in qua ſancti de beneficiis collatis fidelibus in præſenti gratias agunt Deo. Et cùm Ioannes voluiſſet adorare Angelum qui hæc ei oſtendebat, prohibuit Angelus dicens. Vide ne feceris, &c. quia poſt incarnationē verbi, Angeli reformidant ſe venerari à natura humana, quam vident in verbo vnitam ſicque ſuper ſe eleuatā. Deum adora, ſcilicet adoratione latrię. Et quod poſtea dicitur. Et vidi cœlum apertū, quia .ſ. Ioanni fuit reuelatū, quod erat in Dei pręſcientia nobis clauſum. Et ecce equus albus, exponūt de regno Hieroſolymitano dealbato per ſanctitatē Chriſtianorū, qui habitabant ibi poſtquam Gotifredus cepit illud primus rex ibi inſtitutus. Et qui ſedebat ſuper eum, &c. Iſte fuit Balduinus qui ſucceſſit Gotifredo fratri eius in dicto regno Hieroſolymorū, qui ſtatim cœpit dilatare regnū illud per expugnationē Saracenorum anno Domini M.C. Oculi eius, &c. deſcribuntur cōditiones eius. Et quod infra ſubdit. Vidi Angelū vnum, &c. Hic notat Ioannes quandā magnam victoriā quam habuit Balduinus prædictus quinto anno regni ſui cōtra Saracenos. Nam cùm Soldanus rex Aegypti congregaſſet maximum exercitum, & veniſſet contra Chriſticolas pro recuperanda terra ſancta amiſſa, Balduinus cum paucis victoriam habuit magna ſtrage facta de Saracenis. Et vidi Angelum, &c. quæ habentur in capitulo iſto 20. vſque ad locum iſtum. Et cùm conſummati fuerint mille anni, &c. exponunt aliqui de Calliхto Papa & de Henrico imperatore quinto huius nominis, qui cogente eum Papa ſub interminatione anathematis, renunciauit conſuetudini qua vſi fuerant imperatores, id eſt inueſtiendi Epiſcopos & Abbates per baculum & annulum per trecentos annos & amplius, ſcilicet à tempore Caroli magni, quæ poteſtas ei conceſſa fuerat ſub Hadriano Papa in concilio Romæ habito: vt habetur in Chr. Sigib. vnde exponunt. Vidi Angelū, id eſt Calixtū Papā habētem clauē abyſſi .i. poteſtatē excōmunicandi, & catenā magnam, id eſt multitudinē Cardinaliū & Prælatorum, & apprehēdit draconē .i. Romanū imperatorē: & ligauit per cenſurā eccleſiaſticā, ne amplius vteretur tali poteſtate per mille annos .ſ. [per tempus Chriſti quod durabit] vſque ad tempus Antichriſti. Ponitur enim numerus determinatus pro indeterminato: Videtur tamē melior expoſitio ſecundum Nic. de Ly. eorū qui dicūt hunc

Expoſitio c.18.

Ademarus Podienſis Epiſcopus.

Nicol. de Ly. in c.18.

Gotifredus Bolionius Lotharingiæ dux & Balduinus fratres.

Expoſitio c.20.

Calixtus ſecundus imperatoré iuri creandorum Epiſcoporum cedere coegit.

A.C. 34.
Ordinis minorum & fratrũ prædicatorum approbatio.

A Angelum eſſe Innocentium Papam tertium, qui approbauit ordines prædicatorum & minorum anno Domini M.CC. per quorum doctrinam & exempla eccleſia eſt quodammodo renouata, & poteſtas dæmonum reſtricta [vnde multæ dæmonum illuſiones quæ antea fiebant ceſſauerunt.] Dicit ergo. Vidi Angelum, ſcilicet, Innocentium Papam, deſcendentem de cœlo, id eſt, de capite pontificali, condeſcendentem ſanctis Dominico & Franciſco, habentem clauem abyſſi, id eſt, poteſtatem approbandi dictos ordines ad reprimendum poteſtatem dæmonum, & catenam magnam, id eſt, fratrum dictorum ordinũ multitudinẽ, & apprehendit draconem, quia per eorum doctrinam & vitam, poteſtas diaboli eſt repreſſa, & reprimetur vſque ad tempus Antichriſti quod ſignatur per mille annos. Sed tunc tempore Antichriſti ſoluetur, data ei poteſtate magis ſæuiendi: ſed hoc modico tempore. Et quod poſtea ſubditur. Et vidi ſedes, &c. aliqui exponunt de perſecutione Saladini: ſed melius videtur exponi de Tartaris qui anno Domini M.CCXI. de terra ſua exeuntes multos populos tam Chriſtianos quàm Paganos occiderunt. Sed dicit Nico. de Ly. quòd expoſitio, ſcilicet, à c. xvij. vſque ad iſtum locum ſibi videtur impropria & extorta, & in pluribus improbat eam: vt quod dictum eſt in ea de gente Saracenorum ſignata per Babylonem, quòd ſit temporaliter deſtructa: cùm magis nunc vigeat, & Hieroſolymam cum illis partibus poſſideat. Item quòd intelligantur de Balduino, quæ communiter à doctoribus exponuntur de Chriſto, vt illud quod habet ſcriptum nomen quòd nemo nouit niſi ipſe. Et illud nomen eius Verbum Dei & illud habet ſcriptum in femore ſuo rex regũ. Item quia ſecundum dictam expoſitionem, ſcipta in tribus dictis ca. ab annis ducentis & amplius ſunt impleta, litera autem ſequens immediate exponitur communiter ab omnibus de tempore Antichriſti. Quod autem in tanto tempore quantum ad contingentiam, de ſtatu eccleſiæ, cùm aduentus Antichriſti non appareat propinquus, Ioannes nihil ſcripſerit, non videtur conueniens, maxime cùm dicatur communiter à doct. quòd Ioan. in hoc libro ſcripſerit notabilia circa eccleſiam contingentia vſque ad mundi terminum. Propter hæc & alia quæ dici poſſunt contradictam expoſitionem mihi videtur ſaluo meliori iudicio, quòd tota iſta litera à cap. 17. vſque ad locum iſtum nondum ſit impleta. Et quia nõ ſum propheta, neque filius prophetæ nolo de futuris aliquid dicere, niſi quòd à ſacra ſcriptura vel à doctoribus ſanctis & authenticis elici poteſt. Poteſt etiam hoc addi ad dicta Nicolai, quòd expoſitio etiam facta ſeptem ſigillis & ſeptem angulis tubicinantibus, & ſeptem Angelis effundentibus phialas ſuas, quamuis ſit pura adaptatio, & illa geſta deſcripta ſint verè impleta, virum tamen Ioannes Euangeliſta de illis intellexerit expoſitis, an de aliis incertũ eſt nobis, & de quacunque alia literali expoſitione: vnde Hugo cardinalis omnia exponit moraliter, potius quàm literaliter. Et cùm conſummati fuerint mille anni, &c. Hic deſcribitur perſecutio Antichriſti: de qua ſacra ſcriptura & ſancti doctores loquuntur in pluribus locis. Per Gog, quod interpretatur tectum, intelligitur Antichriſtus, qui erit tectum, id eſt, habitaculum Sathanæ. Per Magog, quod interpretatur de tecto, intelliguntur adhærentes Antichriſto ſui ſequaces. Et congregabit eos in prælium, id eſt, contra cœtum fidelium. Et vidi thronum. Poſtquã Ioannes deſcripſit generalem eccleſiæ perſecutionem iudicium præcedentem, hic ponit iudicium ipſum deinde in cap. ſequenti, ſcilicet, 21. deſcribit ſtatum eccleſiæ triumphantis poſt iudicium dum ait, Et vidi cœlum nouum & terram nouam, quia poſt iudicium omnia innouabuntur in melius non mutata ſubſtantia: ſed qualitate cœlorum & elementorum in claritatem & huiuſmodi, quod totum cedet ad gloriam beatorum. Et vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem, id eſt, electorum ſocietatem, perfecta charitate vnitam. Nouam, quantum ad corporum glorificationem. Et quia hoc fiet per gloriam animarũ ad corpora redundantem, ideo ſubditur, Deſcendentem de cœlo. B Nam animæ deſcendent de cœlo vt corpora reaſſumant, & in iudicio appareant quæ erunt impaſſibilia, clara, agilia, & ſubtilia. A Deo paratam, dotibus ſcilicet animæ, viſione, comprehenſione & fruitione: & corporis dotibus, ſcilicet, dictis, vnde ſubditur. Sicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et deſcribens Ioannes finalem conſummationem quo ad electos, dicit. Audiui vocem magnam de throno, ſcilicet, diuinæ maieſtatis, dicentem effectu. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, id eſt, habitatio Dei inſeparabilis cum hominibus beatis, quia ſemper eum habebunt præſentem per apertam viſionem. C Et per hoc excluditur omne malum culpæ & pœnæ. Vnde ſubditur. Et mors vltra non erit, &c. nec animæ nec corporis quo ad beatos. Nã quo ad reprobos erit mors ſine morte. Et dixit qui ſedebat in throno, ſcilicet, per effectum operis, dixit Deus trinus & vnus. Ecce noua facio omnia, ſcilicet cœlos, elementa & corpora ſanctorum. Et dixit mihi, ſcribe, ad informationem, ſcilicet, eccleſiæ militantis. Factum eſt, id eſt conſummatum eſt gaudium beatorum. Ego ſum α & ω, principium & finis. Eſt enim Deus principium effectiuum omnium, quia omnia procedunt ab eo, & finis ad quem omnia ordinantur. D Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ, id eſt, debito modo deſideranti dabo participationem vitæ beatæ gratis: quia primam gratiam nullus meretur. Qui vicerit, ſcilicet carnem, mundum & diabolum, poſſidebit hæc, ſcilicet hæreditate perpetua. Et ego ero illi in Deum, ſcilicet, dans gloriam. Et ipſe erit mihi in filium, per aſſimilationem. Timidis autem ſcilicet timore mundano, & propter hoc ad mortalia declinantibus & in eis deſcendentibus, Et incredulis, vt Iudæis, Saracenis, hæreticis & cæteris infidelibus, Execratis, id eſt, reuertẽtibus ad peccata enormia: Veneficis, id eſt, maleficis & ſortilegis, E Et mendacibus, ſcilicet mendacio pernicioſo, & aliis vitiis mortalibus. Pars illorum in ſtagnum ignis, id eſt, retributio eorum in gehenna infernali. Poſtea deſcribit Ioannes magis in particulari magnificentiam ſupernæ Hieruſalem & nomina Apoſtolorum ibi deſcripta de quibus modo agetur.

Tartari multos populos occidunt.
In c. 20. Apo.
c. 19.
In expoſitione Apocal. literali multa incerta ſunt.
Perſecutio Antichriſti futura. Vide Au. in 20. de Ciui. cap. 11. & 13.
A.C. 34.
Vide Th. in ſuppl. 3. p q 91.
Expoſitio c. 21.
Animæ & corporis dotes.
Deus Alpha & Omega quomodo
Gratiam primam nullus meretur.

¶ *De eccleſia primitiua & geſtis ſuis, vt dicitur ex actibus Apoſtolorum.*

CAP. II.

Hier. in epiſt. ad Paulinũ.
Actus Apoſtolorũ breuiter comprehenſi.
Act. 1.

F HIERONYMVS in prologo Bibliæ ſic ait. Actus Apoſtolorum nudam quidem ſonare videntur hiſtoriam, & eccleſiæ naſcentis infantiam texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorẽ eorum Lucam eſſe medicum, cuius laus eſt in Euangelio, animaduertimus pariter omnia verba eius aĩæ languẽtis eſſe medicina. Tractat igitur in principio de Chriſti aſcẽſione: qua peracta (vt ibi dicitur) reuerſi ſunt Apoſtoli in Hieruſalẽ in cœna-

A.C. 34. in cœnaculum vndecim, ſcilicet. Nam Iudas Iſcariothes duodecimus poſt proditionem ſeipſum ex deſperatione ſuſpendens crepuerat medius ad inferna deſcendens. Hi autem omnes Apoſtoli erant perſeuerantes in oratione vnanimiter cum mulieribus & Maria matre Ieſu,& fratribus eius,id eſt,conſanguineis Chriſti ex parte matris,non quidem germanis,quia ſicut Chriſtum peperit virgo primogenitũ, ita & vnigenitũ. Erat autem turba hominum ſimul fere centum viginti.In illis ergo diebus qui ſunt inter Aſcenſionem & Pentecoſten, Petrus ſciens ſe à Chriſto ſummum paſtorem inſtitutum,exurgens in medio fratrum dixit. Viri fratres oportet impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritusſanctus per os Dauid de Iuda,qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum, qui connumeratus erat in nobis (ſcilicet,in collegio duodecim Apoſtolorum) illud videlicet quod ſcriptum eſt per Pſal.118. Fiat commoratio eius deſerta,& epiſcopatum eius accipiat alter.Omnes enim Apoſtoli à Chriſto fuerunt facti Epiſcopi in vltima cœna.Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum congregati ſunt in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à baptiſmate Ioannis vſque in diem,qua aſſumptus eſt à nobis,teſtem reſurrectionis eius fieri nobiſcum vnum ex iſtis.Et de communi conſilio & aſſenſu elegerunt duos ex ſeptuaginta duobus diſcipulis Chriſti fama ſanctitatis celebriores, videlicet Ioſeph qui vocabatur Barſabas qui cognominatus eſt iuſtus, germanũ Iacobi minoris, & Matthiam in lege eruditiſſimum Et ſtatuentes eos in medio orauerunt dicentes. Tu Domine qui corda omnium noſti: oſtende quem elegeris ex his duobus, ſcilicet aliquo ſigno, in locum apoſtolatus Iudæ, & dantibus eis ſortes, cecidit ſors ſuper Matthiã. De iſtis ſortibus quales fuerint eſt duplex opinio. Nã Dionyſ. dicit hanc ſortem fuiſſe quẽdam radium ſplendoris, qui apparuit ſuper Matthiã. Ex quo ſigno inſinuatum eſt omnibus videntibus ipſum à Deo vocari in apoſtolatum pro Iuda. Sed alia opinio communior eſt quòd fuerunt ſortes cõmunes, ſiue dicantur diuiſoriæ ſiue conſultoriæ, quibus homines frequenter vtuntur ad aliquid diuidendum vel cognoſcendum de re dubia fienda. Et nota quòd quia vt dicit Iſid. Matthias ſorte eſt electus, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum, ideo ordinati in minoribus vel maioribus ordinibus dicuntur clerici: κλῆρος .n. Græcè, vnde clericus dicitur, Latine ſors vel hæreditas dicitur. Ideo clerici dicũtur tales, quia de ſorte ſunt Dñi, vel quia Dominũ partem habent. diſt.21.c.1. Item nota ꝙ ſi Dominus Ieſus elegerit Apoſtolos duodecim ſimplices & illiteratos, ne ſcilicet, conuerſio mundi per prædicationem eorum attribueretur humanæ induſtriæ & ſapientiæ, ſed virtuti diuinæ: voluit tamen ab Apoſtolis aſſumi in coapoſtolatũ Matthiam eruditum in lege, ad inſinuandum poſteris rectoribus eccleſiarũ quòd periti viri non idiotæ, ſunt ad clerum & regimen animarum aſſumendi, ſic & Paulum doctiſſimum in lege de cœlo vocauit ad apoſtolatum. Annumeratus eſt ergo Matthias cum vndecim Apoſtolis, vt eſſet duodecimus. Qui numerus ſacer denotat & perfectionis eorum plenitudinem, & officij ſui effectum ſalutarem. Eſt enim numerus ſuperabundans, quia partes eius aliquotæ in ſe multiplicatæ ſuperabundant ad ipſum numerum. Sunt enim partes aliquotæ vnum, duo, tria, quatuor, ſex, quæ ſimul collecta conſtituunt ſexdecim. Signatur etiam quòd per ipſos Apoſtolos duodecim doctrina Euangelica Chriſti

[Marginalia, left:] Fratres Chriſti qui — Petrus à Chriſto ſciens ſe ſummum paſtorem inſtitutũ de deligendo Matthia ſermonẽ inſtituit. — Apoſtoli facti ſunt Epiſcopi. — Sortes quales fuerint. Dionyſ. Areo. de eec. Hier. c.5. par.3. — Vnde Th. in 2. 2.q. 95. art.8. — Clericorũ nomẽ vnde ſumptum. Iſid. l.2. Ethim. c.2. — Periti ad eccleſiarũ regimen aſſumẽdi. — Act.9. — Apoſtolorum duodenarius numerus quid ſignificet.

A quaternaria in quatuor partibus mundi, Orientis, Occidentis, Auſtri,& Aquilonis, erat propaganda, ex qua ſuſciperet mundus notitiam trinitatis cum tribus virtutibus theologicis. Ab his dicitur editum ſymbolum continens totam ſubſtantiam credendorum diſtinctum in duodecim articulos, vt quilibet eorum appoſuerit partem ſuam, vt notat Hoſt. in ſumma. Hi figurati ſunt per duodecim patriarchas filios Iacob: per duodecim exploratores terræ promiſſionis: per duodecim lapides præcioſos inſertos in ornamento pontificis: per duodecim fontes aquarum repertos in Helim in deſerto.

B

§. I.

CVM autem complerentur dies Pentecoſtes, qui erat quinquageſimus dies à ſolemnitate Paſchæ, quam diem Pentecoſten ſolemnizabant Iudæi per hebdomadam: in memoriam beneficij eis à Deo collati, ſcilicet legis Moſaicæ in monte Sina. Ad quod feſtũ concurrebant Iudæi de diuerſis partibus mundi ſecundũ præceptũ legis ad Hieruſalẽ. Iã enim per varias captiuitates eorũ erãt Iudæi diſperſi per orbem. Illa ergo die quinquageſima à Chriſti reſurrectione Apoſtolis ſimul congregatis cum aliis diſcipulis Chriſti vtriuſque ſexus,& Maria matre Ieſu hora tertia ipſis orantibus factus eſt de cœlo tanquam ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, id eſt, acſi ſpiraret vehemens ventus, qui & repleuit domũ totam illius cœnaculi. Et in illo ſonitu apparuerunt ſuper omnes illos cõgregatos diſpertitæ linguæ tanquam ignis, quo ſigno viſibili miſſa eſt in eis inuiſibiliter Spiritusſancti gratia in maxima plenitudine. Non ergo ille ignis viſibilis qui apparuit ſuper eos erat perſona Spiritusſancti, qui ſpiritus inuiſibilis eſt. Nec in vnitate perſonæ Spiritusſanctus ignem illum aſſumpſit, ſicut Dei filius naturam humanam: ſed ignis ille de nouo formatus eſt à Deo & in præiacentem materiam poſtea redactus, ad oſtendendum inuiſibilem effectum, quem in eis operabatur. vt ſcilicet legem igneam charitatis infuſam in cordibus ſuis feruentibus, linguis ignitis per orbem promulgarent, corda auditorum accendendo ad Dei amorem & proximi, & zelo ignito animarum ſalutem quærerent. Quod per effectum ſubito patuit. Nam poſtpoſito omni timore, quo prius clauſi manebant, domum egreſſi ſunt ad prædicandum publice omnibus. Audito enim per ciuitatem illo magno ſonitu verſus illud cœnaculum, ſubito concurrit maxima multitudo diuerſarum nationum, quæ venerant ad diem feſtum, ad ſciſcitandũ cauſam illius ſonitus: Apoſtoli ergo viſa multitudine cœperunt loqui variis linguis magnalia Dei. Aliqui intelligunt iſto modo, videlicet vt loquentibus Apoſtolis in vno idiomate ſolo, puta Hebraico, omnes audientes aliorum idiomatum, ſub illo intelligeret ſuum vnuſquiſque eorum. Sed ſi hoc fuiſſet, potuiſſet hoc miraculum calumniari, & magis attribui virtuti auditorum, qui intelligerent idioma alienum, quàm virtuti loquentium. Et ideo dicit Thom. in Summa, quòd loquebantur (vt dicit litera) variis linguis ipſi Apoſtoli in diuerſis temporibus: nunc Hebraica, quod intelligebant Hebræi præſentes: nunc Græca, quod percipiebant Græci: nunc Italica, quod ſciebant Romani: nunc Arabica & ſic de aliis. Propter quod admirati qui conuenerant dicebant adinuicem.

[Marginalia, right:] A.C. 34. Simbolũ ab Apoſtolis conditum. Hoſt. de ſumma Tri. & fide cat. §. 4. Gen.29. & 30. Num.13. Exo.39. & 15. — Act.2. Exo. 23. & 34. Deu.16. Exo.ib. — Spiritusſancti miſſio. — Spiritusſanctus non erat ignis qui deſcendit in Apoſtolos. — Ignis ille quid ſignificabat. — Apoſtolos variis linguis fuiſſe locutos, quomodo intelligendum. — Tho. in 2. 2.q.17.a.1.

A.C. 34.

A Nonne omnes iſti Galilæi ſunt?& quomodo nos audiuimus vnuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus?Parthi & Medi,&c. Alij verò irreligioſi & leues irridebant eos dicentes, Quia muſto pleni ſunt iſti, putantes quòd ex ebrietate ſic variè loquerentur. Petrus autem cum aliis Apoſtolis prædicando reprobauit locutionem illorum & opinionem qui dicebant eos ex ebrietate taliter loqui, quia hora erat diei tertia, in qua pro magno crimine habebant Iudæi ante illam horam bibere. Sed declarauit tunc in eis impletam prophetiam Ioelis, quia prædixit miſſionem copioſam Spiritusſancti dicens cap. 2. In nouiſſimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, id eſt, ſuper vtrunque ſexum hominum,&c. Effuſio importat ſuperabundantiam. Exinde oſtendit Petrus prædicando prophetiam Dauid de Chriſti morte & reſurrectione impletam, in eo quod Pſal. dicit. Non dabis ſanctũ tuum, id eſt, Chriſtum videre corruptionem. Notas mihi feciſti vias vitæ (ait Chriſtus ad patrem) quod fuit in reſurrectione, quæ de Dauid oſtendit non poſſe intelligi, cũ viderit corruptionem, quod patebat ex ſepulchro eius. Inducit & illud. Dixit Dominus Domino meo, &c. Quibus auditis compuncti ſunt corde, & petentibus illis quid deberent facere pro ſua ſalute, reſpõdit Petrus, vt pœniterent, & baptiſmum reciperent in nomine Ieſu Chriſti. Quod & factum eſt, & ſuper eos baptizatos deſcendit Spiritusſanctus in forma ignis, & loquebantur variis linguis, & appoſiti ſunt ad eos homines numero tria millia baptizati.

Pſal. 15. Pſal. 109.

Tho. in 3. p. q. 66. a. 6.

In illo autem principio ex inſpiratione & diſpenſatione Spiritusſancti baptizabantur illa forma, ſcilicet, Baptizo te in nomine Ieſu Chriſti, vt dulceſſeret tale nomen, & ipſe Ieſus in cordibus fidelium, per cuius inuocationem tantum donum videbant ſe recipere, quod aliis erat infidelibus abominabile. Et dicit Lucas quòd erant perſeuerantes, ſcilicet, conuerſi ad fidem in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis, id eſt, ſacræ communionis, & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor, & multa miracula faciebant Apoſtoli in Hieruſalem. Qui autem conuertebantur, vendebant poſſeſſiones ſuas, & pretium rerum venditarum ponebant ante pedes Apoſtolorum, omnia habentes in communi: & diuidebant ſingulis neceſſaria prout vnicuique opus erat. Et erant quotidie frangentes circa domos panem, quod communiter exponitur de pane ſacramentali Euchariſtiæ. Nam congregatis ſimul in domo aliqua, & præmiſſis orationibus quibuſdam & ceremoniis deuotis (vt piè credi poteſt) etſi non per ſcripturam expreſſum ſit, omnes communicabant, etiam laici, quod ſacramentum conficiebant ipſi Apoſtoli, vel alij diſcipuli ordinati à Chriſto vel Apoſtolis eius in ſacerdotes.

In eccleſia primitiua omnes quotidie communicabant.

Act. 3.

§. II.

Petrus claudum in atrio templi curat.

VNA autem dierum aſcendentibus in templũ ad horam orationis nonã Petro & Ioanne, quidam infirmus claudus ex vtero matris ſuæ, qui mendicabat ad portam templi, id eſt, atrij templi dictã ſpecioſam, petebat eleemoſynam ab ipſis Petro & Ioanne introeuntibus in templum. Cui reſpicienti in eos, & expectanti eleemoſinam ait Petrus, Argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Qui ſtatim ſanatus ambulauit, intrans cum eis in templum, & laudans Deum. Cúmque omnes ſtuperent, & multi concurrerent ad intuendum miraculum, dixit Petrus ad populum. Viri Iſraelitæ quid admiramini & intuemini in nos: quaſi noſtra virtute fecerimus hunc ambulare? Ieſus quem vos interfeciſtis: ſed Deus eum ſuſcitauit à mortuis, ipſe eum ſanauit, pœnitemini igitur & conuertimini, ſcilicet, ad fidem eius, vt deleantur peccata veſtra. Hic enim Ieſus eſt ille, de quo prædixit Moyſes. Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris tanquam me ipſum audietis, iuxta omnia quæcunque vobis locutus fuerit. Erit autem omnis B aĩa quæ non audierit prophetã illũ: exterminabitur de plebe, ſcilicet, cœtu ſanctorum. Et omnes prophetæ à Samuele & deinceps annunciauerunt dies iſtos. Ad Abraham etiam dixit, In ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis igitur primum Deus ſuſcitans filium ſuum miſit eum benedicentem vobis, ſcilicet, hunc Ieſum, vt conuertat ſe vnuſquiſque à ſua nequitia. Multi autem eorum qui audierant verbum crediderunt. Et factus eſt numerus eorum quinque millia. Nota quòd die Pentecoſtes conuerterat ad fidem tria millia, vt ſupra patuit. Nũc autem facto miraculo conuertit quinque millia. Et ſic iam C eccleſia primitiua Hieroſolymis habet octo millia fidelium. Sed loquentibus Apoſtolis ad populum ſuperuenerunt ſacerdotes & magiſtratus templi & Sadducæi dolentes quòd prædicarent Ieſum & reſurrectionem à mortuis, ceperunt eos, & poſuerunt in carcerem. Sequenti autem die conuenientes in Hieruſalem principes ſacerdotum & Scribæ & Anna, & Caiphas, & omnes de genere ſacerdotali, ſtatuentes Apoſtolos coram ſe in medio interrogabant in qua virtute fecerant illud miraculum, ſcilicet, claudi ſanati. Reſpondit Petrus, quòd in virtute & nomine Ieſu Nazareni quem crucifixerant: ſed D Deus eum ſuſcitauerat. Et quia hic eſt lapis reprobatus à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, nec eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat ſaluos fieri. Videntes autem Petri & Ioannis conſtantiam: comperto quòd eſſent homines ſine literis, & ſciẽtes quia cum Ieſu fuerãt, admirabantur, nec poterant celare miraculum vel calumniari, cùm eſſet præſens ille ſenatus. Et facto inter eos concilio quid agerent de eis, demum vocantes eos, mandauerunt ſub comminationibus ne vltra loquerentur, nec docerent vltra in nomine Ieſu. Quibus reſpondentes Petrus & Ioannes, dixerũt. E Si iuſtum eſt vos potius audire quàm Deum, iudicate. Non enim poſſumus, quæ audiuimus & vidimus non loqui. Qui dimiſſi cum comminatoriis mandatis, reuerſi ad confratres narrauerunt, quæ dixerant eis principes ſacerdotum. Omnes autem orantes dixerunt. Domine qui feciſti cœlum & terram, qui per os Dauid dixiſti, Quare fremuerunt gentes, &c. reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. Oratione completa motus eſt locus, & repleti ſunt Spiritusſancto loquentes cum fiducia verbum Dei, & virtute magna reddebãt Apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis Ieſu Chriſti Do- F mini noſtri. Multitudinis autẽ credentiũ erat cor vnũ & anima vna. Nec quiſquam eorum quæ poſſidebat ſuũ aliquid eſſe dicebat: ſed erãt illis omnia cõmunia. Nec quiſquã egẽs erat inter illos. Pretiũ enim eorũ quæ vendebant & poſſeſſionũ & agrorũ erat in diſpenſatione Apoſtolorum. Vnde & Barnabas Leuites genere Cyprius, ſocius peregrinationis Pauli poſtea deputatus, cùm haberet agrum, vendidit

A.C. 34.

Deut. 18.

Gen. 12. & 22.

Petrus & Ioannes ob claudũ ſanatum in vincula coniecti.

Act. 4.

Pſal. 117.

Pſal. 2.

Primorũ Chriſtianorum inter ſe bonorum cõmunitas.

A. C. 34.

didit, & pretium Apoſtolis aſſignauit. Quidā autem Ananias nomine conuerſus ad fidē cum vxore Sapphira vendentes agrum ſuum partē pretij attulerunt Petro, aſſerētes non pluris agrum illū ſe vendidiſſe, iſque partē pretij ſibi retinuit conſcia vxore. Quod Petrus in ſpiritu cognoſcens, dure redarguit eum de tali mendacio. Ad cuius increpationem ſubitò cecidit mortuus: inde delatus eſt ad ſepulchrum. Et cùm paulopoſt vxor Sapphira Petro ſe præſentans, interrogata foret ab eo de quantitate pretij, & ipſa mentiretur, redarguta à Petro ſubito expirauit. In quo inſinuatum eſt quàm ſit damnabile & mortiferum vitium proprietatis in religione, vbi omnia eſſe debent in communi, ſicut primi Chriſticolæ degebant Hieroſolymis, & de hoc .12. quæſtione 1. dilectiſſimis, & cap. futuram. Per manus autem Apoſtolorum fiebant prodigia & ſigna magna in populo. Magis autem augebatur multitudo virorum ac mulierum credentium in domino, ita vt in plateis eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis, vt veniente Petro ſaltem vmbra eius obumbraret quemquam illorum & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Currebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hieruſalem afferentes ægros & vexatos à ſpiritibus immundis, qui omnes curabantur. Principes autem ſacerdotum cum illis qui erant de ſecta Saducæorum repleti zelo inuidiæ, quia magis ac magis augebatur numerus fidelium & doctrina & fama ſanctitatis, ceperunt Apoſtolos, & miſerunt in carcerem. Sed nocte illa Angelus domini ſoluit illos & mandauit, vt mane populo prædicarent. Quod & factum eſt. Mane autem congregato concilio mandarunt miniſtris ſuis, vt eductos de carcere eos coram ſe ſiſterent. Qui euntes ad carcerem, retulerunt illis ſe carcerem inueniſſe clauſum, & cuſtodes ante eum, ſed vacuum inueniſſe, ſuper quo cùm ambigerent quid de eis factum eſſet, aduenit quidam dicens illos eſſe in templo populum docentes. Tunc abiit magiſtratus adducens eos ſine vlla vi, quia timebāt vim eis inferre propter populum, ne ſcilicet lapidaret eos. In medio autē concilij poſiti redarguti ſunt quare non ſeruaſſent præcepta eorum, ſcilicet de nō prædicando vlterius Ieſum, ſed totā ciuitatem repleuerāt doctrina illa. Quibus Petrus: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus, addens reſurrectionem Ieſu factam à Deo, quem illi crucifixerant. Quæ cùm audiſſent, diſſecabantur & cogitabant interficere illos. Surgens autem quidā in concilio Phariſæus nomine Gamaliel legis doctor & honorabilis vniuerſæ plebi, iuſſit foras ad breue fieri homines, id eſt, Apoſtolos, & dixit ad congregatos in concilio. Viri Iſraelitæ attendite vobis ſuper hominibus iſtis, quid acturi ſitis. Et poſuit exemplum duorum qui ſua præſumptione fecerunt ſe capita multorum nouitates intentando, ſcilicet Theodas quidam dicens ſe aliquid magnum, & multitudini congregatæ ad eius doctrinam promiſit eam per Iordanem ducendā. Qui cum ſuis, ſcilicet quadringentis viris occiſus eſt. Deinde Iudas quidam Galilæus, qui congregatione facta aſſerebat tributa non danda Romanis, & occiſus, ad nihilum redactus eſt cum ſuis. Et his concluſis ſic. Diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos, quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, diſſoluetur, ſi vero ex Deo, non poteritis diſſoluere eos, ne forte & Deo videamini repugnare. Et placuit omnibus conſilium eius. Vnde conuocantes Apoſtolos eis cæſis demandauerunt ne amplius loquerentur in nomine Ieſu. Qui dimiſſi ab eis ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Hic Gamaliel fuit Magiſter Pauli, vt ipſe ait, demum Chriſtianus effectus eſt cum filio, cuius corpus repertum eſt cum corpore ſancti Stephani eo reuelante.

Proprietatis vitium in religione deteſtabile.

Petri vmbra curat infirmos.

Petrus os Apoſtolorum.

Gamalielis pro Apoſtolis oratio.

A. C. 34. Act. 22.

§. III.

CRESCENTE autem numero diſcipulorum factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum, vel quia nimis grauabantur in exercitiis manualibus plus quàm mulieres Hebræorum, vel quia non admittebantur ſicut illæ. Solent enim mulieres etiam bonæ æmulari adinuicē, quando plus requiruntur obſequia ab aliis quàm à ſeipſis, reputantes ſe contemni. Quod murmur ſtatim Apoſtoli duodecim ſedauerunt. Nam congregata multitudine, dixerunt non eſſe æquum eos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, id eſt, diſpenſationi temporalium. Conſiderate ergo (aiunt) fratres ex vobis viros boni teſtimonij ſeptem, plenos Spirituſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus, & nos orationi & prædicationi vacabimus. Placuit hoc omni multitudini, & elegerunt ſeptem ex eis qui magis idonei ſunt exiſtimati optimæ famæ, ſcilicet Stephanum, Philippum, Prochorum, Nicanorem, Timonem, Parmenam, & Nicolaum aduenam Antichenum, & impoſuerunt Apoſtoli eis manus diacones inſtituentes eos. vnde Gratia. diſtinct. 20. §. 1. in fi. dicit, Leuitas ab Apoſtolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos autem & acholytos procedente tempore Eccleſia ſibi conſtituit, hæc ibi. Quod intelligendum eſt ſecundum Thomam in 4. quantum ad explicationem & manifeſtam diſtinctionem ordinum in officiis ſuis. Nam quantum ad primam inſtitutionem Chriſtus omnes ordines inſtituit, ſicut & omnia ſacramenta, ſed vltimus ſupradictorū fuit hæreſiarcha. Vnde dicti ſunt Nicolaitæ, de quo fertur quòd habuerit vxorem pulcherrimā. Et quia ſuſpicio orta eſt contra eum ꝙ zelotypus eſſet de ea, ad tollendam ſupicionem dixit ipſam & alias vxores debere eſſe communes omnibus, ſcilicet in cognoſcendo eas. 2. quæſt. 7. non omnis.

Gamaliel præceptor Pauli & Chriſtianus.

Act. 6. c. Septē diaconorum electio.

Prima diaconum inſtitutio.

Th. in 4 d. 24. q. 2. a. 1. Chriſtus inſtituit oēs ordines ſicut & omnia ſacramenta.

§. IIII.

STEPHANVS autem plenus gratia Spiritus ſancti & fortitudine, vltra officium adminiſtrationis rerum, viduis præcabat, & faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Quadam autem die ſurrexerunt quidam ex Iudæis Alexandrinis Cyrenenſibus & Aſianis ad diſputandum cum Stephano, vt puta de ſcripturis circa aduentū Meſſiæ, & cùm non poſſent reſiſtere ſapientiæ eius, ſubmiſerunt falſos teſtes qui accuſarent eum, ſe audiſſe verba blaſphemiæ ab eo in Deum & Moyſem. Et capientes eum duxerunt in concilium, dicentibus teſtibus falſis. Iſte non ceſſat loqui aduerſus locum ſanctum & legem. Audiuimus enim eum dicentem quòd Ieſus Nazarenus deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones Moyſis. Et intuentes in eum qui erant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli. Interrogauit autem princeps ſacerdotum ſi hæc ita ſe haberent. Stephanus autem reſpondens fecit proli-

De S. Stephano protomartyre. Act. cap. 6.

A.C. 34. Act.c.7.

xum ſermonem, refellens falſitatem teſtium contra eum de blaſphemia. Nam commendat Deum dicẽs, Deus gloriæ, ſcilicet autor, dator & contentor, id eſt, continens omnem gloriam commendat multipliciter patres eorum, maxime Abraham, Iſaac, Iacob, & Ioſeph, & Moyſem magis, Dauid quoq; & Salomonem, & ipſum templum, & beneficia plurima eis collata à Deo. Demum, increpans duritiam eorum dixit. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres veſtri, ita & vos. Quem enim prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos qui annunciabant de aduentu iuſti cuius vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis. Audientes autẽ hæc ſtridebant dentibus in eum. Intendens autem Stephanus in cœlum vidit gloriam Dei, & ait. Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures ſuas, ſcilicet in deteſtationem reputantes eum blaſphemaſſe, quia ſe dixerat Ieſum videre à dextris Dei. Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant inuocantem & dicentem, Domine Ieſu accipe ſpiritum meum. Et poſitis genibus pro inimicis orabat dicens, Ne ſtatuas illis hoc peccatum. Quo dicto obdormiuit in domino. Vt autẽ expeditius poſſent in eũ lapides iacere, exuentes veſtimẽta ſua depoſuerũt ea ſecus pedes adoleſcentis Sauli qui poſtea conuerſus factus eſt Apoſtolus Paulus dictus.

Beati Stephani martyrium.

Act. 8.

In illa autem die facta eſt magna perſecutio in Eccleſia primitiua Hieroſolymis, ita vt omnes diſpergerentur per regiones Iudææ & Samariæ præter Apoſtolos. Sepelierunt autem Stephanum lapidatum viri timorati, & fecerũt planctum magnum ſuper eum. Fuit autem lapidatus Stephanus eodem anno quo & Chriſtus crucifixus ſcilicet menſis Auguſti ſequentis tertio die. Sed corpus eius inuentum fuit anno domini. 407. & imperij Honorij anno. 7. Quæ inuentio facta eſt ſecundum Bedam in martyro. hoc modo. Nam cuidam presbitero Luciano moranti in territorio Hieroſolymitano & in ſtrato ſuo quieſcenti, ſed vigilanti, apparuit ſanctus Gamaliel magiſter Pauli & doctor eximius tribus vicibus in diuerſis noctibus, oſtendens ei corpora eorum ſub ſpecie quatuor calathorum, trium aureorum habentium roſas, & quartum erat argenteum plenũ croco, & locum vbi iacerent declarans ei illa eſſe ſanctorum Stephani lapidati à Iudæis, & Nicodemi qui Chriſtum ſepeliuit, & ſuũ qui magnũ Paulũ erudierat, qui fuerunt Chriſtiani, & filij ſui Abibonis qui etiam fuerat fidelis, & vt hoc intimaret Ioanni Hieroſolymitano archiepiſcopo. Quod & fecit, & inuenta corpora in ipſo loco deſignato tranſtulit in Sion cum magna veneratione, cuius interceſſione narrat Auguſt. in 22. de ciuit. Dei ſex mortuos ſuſcitatos, & ſeptuaginta homines à variis infirmitatibus liberatos è quibus aliqui in Hipponenſi diœceſi ſanati ſunt. Poſtea tranſlatum eſt corpus illius Conſtantinopolim, deinde Romam. Fiebat autem feſtum inuentionis corporis eius ſequenti die poſt natalem domini. Sed quia magis decet ſolennizare martyrium quàm inuentionem corporis, ideo poſtea tranſtulit Eccleſia feſta, vt ſcilicet de martyrio eius agatur poſt natalem immediate, de inuentione eius tertia Auguſti quando fuit lapidatus.

Corporũ diui Stephani & Nicodemi inuentio.

Beda in Mart. di.3. Aug. & Luci. in ep. quæ extat apud Suriũ. tom. 4.

Aug. in 22. ciu. c. 8.

Quo inuẽtio S. Stephani in martyriũ ſit tranſlata & contra.

§. V.

Act. c. 8.

QVI autem diſperſi erant fideles & receſſerant ab Hieruſalem, pertranſibant per ciuitates euangelizantes verbum Dei: Philippus autem non quidem Apoſtolus, ſed vnus ex ſeptem diaconibus deſcendens in ciuitatem Samariæ prædicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ verbis eius, videntes ſigna quę faciebat eiiciẽdo dæmones ab obſeſſis & ſanando infirmos. Vir autem quidam nomine Simon qui fuerat in ciuitate magus, ſeducens gentem Samarię, dicens ſe eſſe aliquid magnum, cui aſſentiebant omnes, dicentes, Hic eſt virtus Dei magna, & multo tempore ſic infatuauerat eos hic. Cùm homines alij credidiſſent Philippo euangelizanti de regno Dei & nomine Ieſu, & baptiſmum reciperẽt, credidit vel potius ſimulauit ſe credere, & baptizatus eſt, adhæſitque Philippo admirans ſuper miraculis maximis quæ fiebant à Philippo. Cùm autem audiſſent Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, ſcilicet credẽdo & baptiſmum ſuſcipiendo, de communi conſilio miſerunt ad eos Petrum & Ioannem vt principaliores, vt darent eis ſacramentum confirmationis. Erant enim tantum baptizati in nomine Ieſu, ſed nõdum chriſmati. Huius enim ſacramenti collatio ſemper fuit epiſcopis reſeruata. Petrus igitur & Ioannes qui epiſcopi erant, præmiſſa oratione impoſuerunt manus ſuper illos baptizatos, & immediate accipiebant Spiritum ſanctum, ſcilicet in ſigno ignis viſibili, de quo ſacramento habes in tertia parte. Cùm autem vidiſſet Simon, quòd per impoſitionem manus Apoſtolorum accipiebant homines Spiritum ſanctum, obtulit Apoſtolis magnam pecuniæ ſummam vt darent ei illam poteſtatem, ſcilicet dandi Spiritum ſanctum. Cui Petrus maledixit dicens in deteſtatione criminis. Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ, quoniam exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri &c. Et ille. Precamini vos pro me ad Deum, vt nihil eorum quæ dixiſtis veniat ſuper me. Quia igitur iſte fuit primus in nouo teſtamento, qui commiſit ſimoniam, & complete, quia ideo voluit emere ſpiritualem illam gratiam, vt aliis poſtea ipſe venderet, in quo conſiſtit vitium ſimoniæ, ſcilicet emendo vel vendendo ſpiritualia, ideo ab eo denominantur tale vitium perpetrantes, ſcilicet ſimoniaci. 1. q. 1. qui ſtudet. Et in deteſtationem tanti criminis etiam pecunia ipſa maledicta eſt. Sed de hac materia ſimoniæ vide. 2. partem diffuſe. tit. 1. cap. 1. Exinde Angelus domini dixit Philippo vt iret in viã, qua deſcenditur ab Hieruſalem in Gazam cõtra meridiem. Qui pergens inuenit ibi quemdam eunuchum Æthiopem potentẽ, qui erat ſuper omnes Gazas reginę Æthiopum Candacis, qui venerat adorare in Hieruſalem & inde reuertebatur in patriam, ſedénſque in curru ſuo legebat Eſaiam prophetam. Appropians autem Philippus currui & audiens eum legentem Eſaiam dixit eunucho. Putas ne intelligis quæ legis? Qui reſpondit. Quomodo poſſum intelligere niſi quis mihi oſtenderit? Rogauitque Philippum vt aſcenderet in currum ſuum. Erat autem locus ſcripturæ quẽ legebat, illud. Tanquam agnus ad occiſionem ductus eſt &c. Generationem eius quis enarrabit? Interrogabat ergo Philippum an propheta illud loqueretur de ſe, an de alio, & de quo? quod Philippus expoſuit, quia de Chriſto Ieſu intelligebatur, annuntians ei myſteria Chriſti & viam ſalutis ſcilicet per baptiſmum. Et ambulando ſimul applicuerunt ad locum vbi erant aquæ. Cúmque eunuchus affirmaret ſe omnia credere, quæ Philippus ei prędicauerat, baptizatus eſt ab eo, reuerſus cum gaudio in terram ſuam, & Philippus inuentus eſt in Azoto. Interea Saulus

A. C. 37.

Philippus non Apoſtolus ſed diaconus Samaritanos ad Chriſtum conuertit.

Simon magus.

Sacramentum cõfirmationis.

Th. in 3. p. q. 72.

Simoniaci cur ſic dicti.

Vide Th. 2. 2. q. 100

Philippus diaconus. Eunuchũ conuertit.

If. 53.

A. C. 37.

Saulus deuaſtabat Eccleſiam vt lupus rapax domos intrans côuerſorum ad fidem, & trahens eos vtriuſque ſexus in cuſtodiam.

§. VI.

Act. cap. 9.

SAVLVS igitur ipſe ſpirans minarum & cædis in diſcipulos domini, abiit ad principes ſacerdotum petens epiſtolas poteſtatis, vt quos inueniret in via pergens Damaſcum fideles, vinctos perduceret in Hieruſalem. Cùm autem iter faciens appropinquaret Damaſco circunfulſit eum lux de cœlo & cadens in terram ex terrore, audiuit vocem dicentem ſibi. Saule Saule quid me perſequeris? Perſequebatur vtiq; Chriſtum, quia perſequebatur fideles membra Eccleſiæ, cuius ipſe caput erat. Cui Saulus. Quis es domine? Et ille. Ego ſum Ieſus Nazarenus quem tu perſequeris. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Cui Saulus tremens ait. Domine quid me vis facere? Cui reſpondit. Ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem qui comitabantur eum ſtabant ſtupefacti, audientes vocem, & neminem videntes. Qui trahentes eum ad manus quia nihil videbat, introduxerunt in ciuitatem, vbi in domo cuiuſdam qui dicebatur Iudas manſit tribus diebus non videns, neque manducans, nec bibens. Apparuit interea dominus cuidam diſcipulo, nomine Anania ſimplici viro, mandans ei vt accederet ad Saulum in domo Iudæ. Et cùm ille timeret eum dicens. Domine audiui de homine iſto quanta mala fecerit contra fideles in Hieruſalem &c. Dominus confortauit eum dicens. Vade ad eum quoniam vas electionis eſt mihi iſte vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Iſrael, & ego oſtendam illi quanta oporteat eum pati pro nomine meo. Acceſſit ad eum Ananias ei dicens quòd dominus Ieſus, qui ſibi apparuerat in via, miſerat eum. Et poſita manu ſuper eum, ceciderunt tanquam ſquamæ ab oculis eius, & viſum recepit. Baptizatúſque accipiens cibum confortatus eſt. Ingreſſúſque ſynagogas, quæ erant Damaſci, prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt filius Dei, & per ſcripturas conuincebat Iudæos, diſputans cum eis. Stupebántque magis eo quòd prius perſequebatur diſcipulos Christi. Vbi nota ſecundum Auguſtinum, quòd vbi poteſtas datur, iniqui à malo prohibendi ſunt, & ad bonum cogendi exemplo hoc. Nam ſi voluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſſet libertati, quare Paulus non eſt permiſſus in perſecutione Eccleſiæ perſeuerare? Sed proſtratus eſt vt excæcaretur, & excæcatus vt mutaretur, mutatus, vt mitteretur, miſſus eſt, vt qualia fecerat in errore talia pro veritate pateretur, vigeſimatertia quæſt. 4. quis non poteſt.

Sauli conuerſio. Saulus qui poſtea Paulus.

Iniqui ad bonû cogendi.

Aug. ep. 50. ad Bou. hæc habet quamuis nô iiſdem omnino verbis.

Cúmque Iudæi facto côcilio quærerent mortem eius, & cuſtodiri facerent portas ciuitatis vt caperent, hoc ſcito ſubmiſſus eſt nocte in ſporta per muros ciuitatis à diſcipulis, & ſic euaſit. Cúmque inde veniſſet Hieruſalem, tentabat iungere ſe diſcipulis: ſed omnes timebant eum, non credentes verum eſſe diſcipulum, ſed ſimulatum ad nocendum. Barnabas autem duxit eum ad Apoſtolos, inſinuans quomodo in via vidiſſet dominum, & verè eſſet conuerſus, ac Damaſci fiducialiter prædicaſſet in nomine Ieſu. Erátque cum illis intrans & exiens in Hieruſalem, diſputabátque cum Græcis & loquebatur cum gentibus. Et quia reuincebat eos, quærebant eum occidere.

Pauli adhuc neophyti pro Chriſto certamina.

A. C. 40.

A Quod cùm cognouiſſent fratres deduxerunt eum Cæſaream, & dimiſerunt Tarſum. Eccleſia autem per totam Iudæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore domini, & conſolatione Spiritus ſancti replebatur.

§. VII.

Act. cap. 9.

PETRVS autem diſcurrens venit Lyddam, ibique in nomine Ieſu ſanauit paralyticum nomine Æneam. In Ioppe quoque, quæ prope Lyddam B erat cùm moreretur diebus illis, quædam diſcipula nomine Tabitha plena eleemoſynis & operibus bonis, miſſa fuit pro Petro rogando ne pigritaretur venire illuc. Qui cùm veniſſet & mortuam inueniſſet motus lachrymis, & præcibus viduarum & aliorum, quibus Tabitha faciebat veſtes & alias eleemoſynas, reſuſcitauit eam. Quo diuulgato miraculo multi crediderunt in Ieſum.

Petri in Iudæa miracula. Tabithæ ſuſcitatio.

Act. 10.

Erat autem in Cæſarea quidam Gentilis nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica vir religioſus & timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas & deprecans Deum ſemper. Hic C hora nona vidit Angelum Dei manifeſte, ſcilicet in forma humana ſibi dicentem, quòd orationes ſuę & eleemoſynæ aſcenderant in conſpectû Dei (orabat enim pro ſalute ſua.) Et quòd mitteret ad Petrû qui tunc erat in Ioppe in domo Simonis coriarij. Et cùm miſiſſet duos ex domeſticis ſuis appropinquantibus illis ciuitati Ioppe, Petro hora ſexta oranti in ſuperiori parte domus cùm eſuriret, & interim ei pararetur cibus, factus eſt ſuper eum exceſſus mentis, & vidit cœlum apertum & vas quoddam velut linteû ſubmitti de cœlo quatuor initiis in quo erant omnia quadrupedia ſerpentia & volatilia. Et facta D eſt vox de cœlo dicens. Surge Petre occide & manduca. Et Petrus. Abſit à me domine, quoniam nunquam manducaui commune & immundum. Et vox ſecundo ad eum. Quod Deus purificauit tu ne commune dixeris. Et factum eſt hoc pariter tertio. Et vas demum receptum eſt in cœlum. Cúmque Petrus cogitaret ſuper viſionem, quid ſignificaret, nuntij Cornelij pulſauerunt oſtium domus illius, quærentes Petrum. Cui dixit ſpiritus. Surge, vade cum illis qui petunt te, nihil dubitans, quia ego miſi illos. Per illam autem viſionem dabatur intelligi quòd Petrus cum cæteris Apoſtolis non ſolum Iudęos, ſed E & Gentiles immundos per ritus idololatriæ deberêt occidere à vitiis, & comedere, id eſt, incorporare conuerſos ad fidem Eccleſiæ, quod factum eſt tunc in Cornelio cum familia ſua, poſtea in toto orbe. Applicante ergo Petro Cæſaream, Cornelius conuocatis cognatis & amicis obuius fuit Petro, & procidens adorauit eum. Sed Petrus ſubito leuauit eum dicens. Surge, & ego homo ſum ſicut tu. Intránſque domum interrogauit à Cornelio cauſam ſuæ vocationis. Qui explicauit ſibi apparitionem Angeli hoc dicentis. Vnde & parati erant facere quæcunque mandaret eis. Et Petrus. In veritate comperi, quia F non perſonarum acceptor eſt Deus, ſed in omni gente qui timet Deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Et prædicabat illis Ieſu paſſionem, reſurrectionem, miracula & ſanctitatem, cui omnes prophetæ teſtimonium perhibent accipere remiſſionê peccatorum per nomen eius. Hæc Petro loquente cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum, ſcilicet in ſpecie ignis. Et obſtupuerunt ex circuncisione

Cornelij Centurionis viſio.

Petrus ad Corneliû Gentilem côuertendum legatur: non ergo fuit circûciſionis tantû Apoſtolus vt volunt hæretici.

Cornelij Centurionis conuerſio.

A.C. 40. circuncisione fideles, qui venerat cum Petro, quia & in nationes, id eſt, Gentiles gratia Spiritus ſancti diffuſa eſt. Audiebant enim & illos loquentes variis linguis & magnificantes Deum. Quos omnes Petrus fecit baptizari in nomine Ieſu Chriſti.

Act.c.11. Reuertente autem Petro Hieroſolymam poſt aliquot dies, quidam ex Iudæis conuerſis ad fidem zelante pro lege diſceptabant aduerſus Petrum quare introiſſet ad viros Gentiles & manducaſſet cum eis. ſ. cum Cornelio & familia ſua. At Petrus retulit eis viſionem ſuam ſuper his, & legationem Cornelij vocantis eum, & mandatum domini: concludens. Ego quis eram qui poſſem prohibere Deum? B His auditis tacuerunt glorificauerúntque Deum dicentes, quia & Deus Gentibus pœnitentiam ad vitam dedit. Ex quo innuitur quòd prælati, etſi non teneantur ex debito, tamen debent aliquando rationem ſuarum actionum aſſignare ſubditis in rebus obſcuris, quæ diſponunt ad reprimendum querelas, vt habetur. 2. quæſt. 7. Petrus & ſeq. Qui autem diſperſi erant in lapidatione Stephani, diſcurrebant prædicando per Phœnicem, Cyprum, Anthiochiam, Iudæis tantum loquentes. In Antiochia autem loquentibus ipſis ad Græcos, magna multitudo ibi conuerſa eſt. Quo audito miſerunt Apoſtoli ex C Hieroſolymis Barnabam plenũ fide & Spiritu ſancto ad confirmandum illos in fide & doctrina. Qui Barnabas pergens Tharſum, vbi erat Paulus, duxit eum Antiochiam, & per annum ibi conuerſati ſunt in Eccleſia, docentes turbam multam ibi conuerſam Et primum ibi, ſcilicet Antiochiæ diſcipuli Chriſti nuncupati ſunt Chriſtiani, quod nomen omnes fideles retinent ſemper. Superuenientibus autem quibuſdam prophetis ab Hieroſolymis Antiochiam, Agabus propheta prænunciauit famem magnam futuram in vniuerſo orbe, quæ facta eſt ſub Claudio imperatore. Diſcipuli autem prout quiſque habebat, D propoſuerunt in miniſterium mittere habitantibus in Iudæa fratribus, quod & fecerunt mittentes ad ſeniores, qui ſcilicet habebant prouidere conuerſis viuentibus in communi, per manus Barnabæ & Pauli.

Prælati debent rationẽ ſuarum actionum ſubditis aliquando reddere.

Chriſti ſectatores quando Chriſtiani fuerint vocati.

§. VIII.

Act.c.12. EO tempore miſit Herodes rex manus, vt affligeret quoſdam de Eccleſia. Et cùm occidiſſet iam Iacobum Apoſtolum fratrem Ioãnis decapitan- E do in feſto Azymorum, appoſuit appræhendere & Petrum. Quod & fecit, ponens eum in carcerem ſub magna cuſtodia vinctum duabus catenis. Nocte autem præcedente diem, qua erat eum occiſurus, Eccleſia quidem interea ſine intermiſſione orante pro eo, Angelus ei adſtitit cum lumine, & excitans eum dixit. Surge velociter. Et ſubito ceciderunt catenę de manibus eius. Et dixit ei quòd ſe pręcingeret, & calcearet, & veſtimentum ſumeret ſequendo eum. Et portis reſeratis miraculosè prima, ſecunda, & tertia, quæ erat ferrea, egreſſus eſt cum Angelo diſparente. Petrus ad ſe reuerſus qui prius exiſtimabat F ſe ſomniare, ait. Nunc ſcio verè quia miſit dominus Angelũ ſuum qui eripuit me de manu Herodis &c. Acceſſit inde Petrus ad domum Mariæ matris Marci: vbi multi erant congregati orantes pro liberatione Petri, & pulſante oſtium Petro, acceſſit puella ad oſtium, vt ſciret quis eſſet. Et cùm cognouiſſet vocem Petri: præ gaudio non ſubitò aperuit, ſed

Petrus à vinculis Agrippæ diuinitus liberatur anno poſt Chriſti paſſionem 10. Oonp.

A.C. 44. iuit nuntiare quòd Petrus erat. Cui dixerunt. Inſanis. Cùm autem illa affirmaret, dixerunt. Angelus eius eſt. Cúmque Petrus perſeueraret pulſans, aperientes oſtium viderunt verè eſſe Petrum, & obſtupuerunt. Et narrauit quomodo liberatus eſſet. Et ſignificarunt Iacobo & fratribus. Et egreſſus abiit Petrus ad alium locum tutiorem. Herodes autem fruſtratus eſt malignitate ſua in Petrum. Sed & punitus eſt. Nam deſcendens à Iudæa in Cæſaream, ibi commoratus eſt. Erat autem iratus Tyriis & Sydoniis: at hi perſuaſo Blaſto cubiculario regis poſtulabant pacem, eo quòd alerentur regiones eorum ab eo. Statuta autem die, Herodes veſtitus veſte regia ſedebat pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat voces Dei & non hominis, adorans eum pro Deo. Nam veſte ſua auro & argento mirabiliter intexta & ornata, ſedénſque in loco vbi ſol radiabat, mirabilis ſplendor in eo apparebat propter quod populus adorabat. Et quia non dedit gloriam Deo, ſed ſibi complacuit in illo cultu & veneratione Dei ſibi exhibita, Angelus domini percuſſit eum, & conſumptus à vermibus expirauit.

Mors Herodis turpiſſima.

§. IX.

CVM autem eſſent in Eccleſia Antiochiæ plures prophetæ & doctores, inter quos erat Paulus & Barnabas, miniſtrantibus illis domino & ieiunantibus dixit Spiritus ſanctus. Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod aſſumpſi eos, ſcilicet ad prædicandum Gentibus diſcurrendo per orbem. Qui ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus dimittentes eos, qui venerunt Seleuciam & inde Cyprum, & cùm perambulaſſent Paulus & Barnabas vniuerſam inſulam vſque Paphum, inuenerunt quendam Iudæum magum pſeudoprophetam nomine Barieu, vel Bar Ieſu Elymam cum proconſule Sergio Paulo viro prudente, qui proconſul vocari fecit Paulum & Barnabam deſiderans audire verbum Dei ab eis. Sed ille magus Barieu reſiſtebat, quærens auertere proconſulem à fide. Sed Paulus increpans eum dure de ſua malitia & falſitate: vocans eum filium Diaboli, percuſſit eum cæcitate ſolo verbo, quod cernens proconſul admirans ſuper doctrinam domini credidit. Exinde profecti ſunt Pergen Pamphiliæ, vbi Ioannes qui & Marcus conſobrinus Barnabæ receſſit ab eis, pergens Hieroſolymam videre ſuos. Ipſi autem Paulus & Barnabas venerunt Antiochiam, & ingreſſi ſynagogam Iudæorum, ad requiſitionem eorum Paulus ſurgens fecit ſermonem, referens quomodo Deus elegiſſet patres eorum, ducénſque de Ægypto dederat eis terram promiſſionis poſt peregrinationem eorum per deſertum quadraginta annis, in qua terra eiectis & exterminatis ſeptem nationibus Chananæorum, Ex.1.15.16. dedit eis iudices vſque ad Samuelem, & poſt eum Ioſ.14. Iud.3. reges præcipue Dauid de cuius ſemine Ieſus Chri- 1.Reg.8. ſtus erat, quem Ioannes Baptiſta prædicauerat po- 1 Reg.16. pulo eſſe ſaluatorem, quem cùm procuraſſent à Pi- Mat.3. lato, vt crucifigeretur ſine vlla cauſa, Deus ſuſcita- Ioan.1. uerat à mortuis die tertia, & viſus fuerat à multis, qui Pſal.2. Pſal.15. tunc hæc prædicabant, quod totum prædixerat Dauid in Pſ. ibi. Filius meus es tu &c. Et alibi. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ, quod de Dauid nõ poterat intelligi. Et ꝙ per Ieſum omnis qui credit iuſtificatur, non per opera legis Moſaycæ, exhortando eos ad fidem Ieſu, & ne in duritia remanerent, & multi Iudæorum & aduenarũ ſecuti ſunt Paulum & Bar

Barnabas & Saulus in Apoſtolos Gentium conſecrantur. Act.c.13.

Pauli & Barnabæ peregrinatio.

A C. 46. & Barnabam. Sequenti ſabbatho cùm pene vniuerſa ciuitas conueniret audire verbum domini, Iudæi repleti zelo inuidiæ contradicebant iis quæ à Paulo dicebantur blaſphemantes. Quibus Paulus & Barnabas conſtanter dixerunt. Vobis quidem, ſcilicet Iudæis oportebat primum loqui verbum Dei. Sed quoniam illud repellitis & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Audientes autem gentes gauiſæ ſunt & glorificabant verbũ Dei, & crediderũt omnes quotquot pręordinati erãt ad vitam æternam. Iudæi autem concitauerunt religioſas mulieres & honeſtas & primos ciuitatis, & excitauerunt perſecutionẽ in Paulum & Barnabam, & eiecerunt de finibus ſuis. At illi excuſſo puluere pedum in eos, venerunt Iconium.

In Iconio verbum Christi prædicãt. Act.c.14. In Iconio prædicantibus in ſynagoga Iudæorum multi crediderunt Iudæorum & Græcorum. Qui autem non crediderunt ex Iudæis ſuſcitauerunt perſecutionem, & ad iracundiam concitauerunt animas gentium aduerſus fratres, ſed dominus dedit cito pacem, & multa ſigna fiebant per eos. Diuiſa autem eſt multitudo ciuitatis, & quidam erant cum Iudæis, quidam cum Apoſtolis. Factóque Gentilium & Iudæorum cum principibus ſuis magno tumultu, ita vt contumeliis eos afficerent & lapidarent intelligentes hoc, fugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lyſtrã & Derben. Prædicabant autem Paulus & Barnabas Lyſtris, ibique Paulus quemdam claudum non valentem ambulare, cùm crediſſet doctrinæ eius, ſanauit. Quod videntes turbæ clamauerunt dicentes. Dii ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos, vocantes Barnabam Iouem, & Paulum Mercurium, qui ipſe erat dux verbi. Quibus etiam ſacerdos Iouis volebat cum turbis tauros in ſacrificium offerre, ſed Paulus & Barnabas conſciſſis veſtibus prohibuerunt clamantes & dicẽtes. Quid facitis & nos mortales ſumus ſimiles vobis homines, & annunciamus vobis conuerti à Diis vanis ad Deum viuum creatorem omniũ, qui vix ſedauerunt eos ne immolarẽt. Superuenerunt autem quidam de Iconio & Antiochia Iudæi, qui perſuaſerunt turbis, & lapidantes Paulum traxerunt extra ciuitatem exiſtimantes mortuum. Circundantibus autem eum diſcipulis ſurgens ingreſſus eſt ciuitatem. Et exinde profecti ſunt in Derben, reuerſiſque Lyſtram per Iconium & Antiochiam confirmabant animos diſcipulorum, exhortantes vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. Et cùm conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias pręſbiteros, & oraſſent cum ieiunantibus, commendauerunt eos domino, in quem crediderunt. Trãſeuntéſque Piſidiam venerunt in Pamphiliam, poſtea in Pergen & in Antiochiam euangelizantes vbique & narrantes, quanta per eos feciſſet Deus & de conuerſione gentium.

Lyſtris Paulus vt Deus adoratur.

Cõſtituũt per ſingulas Eccleſias preſbyteros.

§. X.

Act.c.15. QVIDAM autem deſcendentes de Iudæa ex conuerſis ex Iudaiſmo, docebant fratres, quoniam niſi circundamini ſecundum morem Moyſis, non poteſtis ſalui fieri. Quibus contradicentibus Paulo & Barnaba facta eſt ſeditio non modica inter diſcipulos Antiochiæ ex iſta contrarietate opinionum. Statuerunt autem mittere Hieroſolymam ad Apoſtolos pro deciſione huius quæſtionis. Miſſi ſunt autem ex vna parte Barnabas & Paulus, & alij

A pro parte contrarium ſentientium, qui applicantes Hieroſolymam ſuſcepti ſunt honorifice ab Apoſtolis & Eccleſia, & conuenerunt Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc. Vbi [a] nota hoc fuiſſe primum concilium Eccleſiæ. Cùm autem quæſtio propoſita eſſet, ſurgens Petrus qui vt ſummus pontifex habebat determinare quæſtionem, in qua quæſtione negotium fidei verſabatur, ſcilicet de obſeruatione legalium dixit. Viri fratres vos ſcitis quia à diebus antiquis elegit Deus per os meum audire gentes verbum euangelij & credere, fide purificans corda eorum &c. Concluſit determinando non eſſe Gentiles conuerſos grauandos in obſeruatione legalium circunciſione, & aliorum ceremonialium. Exinde locutus eſt in concilio Iacobus minor archiepiſcopus Hieroſolymis factus ab Apoſtolis, nõ tanquam maior Petro vel determinans quæſtionem, cum hoc ad eum non pertineret, ſed pro parte concilij ſeu aliorum de concilio, approbans & confirmans determinationem Petri ſicut patres in concilio reſpondere ſolent per Placet. Quod cùm placuiſſet omnibus deſtinarunt Apoſtoli & ſeniores nuncios Antiochiam Paulum & Barnabam, & alios cum literis hęc continentibus. Apoſtoli & ſeniores fratres iis qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex gentibus ſalutem. Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis, euertentes animas veſtras, quibus non mandauimus &c. Concludentes, Viſum eſt Spirituiſancto & nobis nihil vltra oneris vobis imponere, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Valete. Primum prohibuerunt vt tolleretur ſuſpicio & occaſio idololatriæ. Secundum & tertium, ne conuerſantes cum Iudæis conuerſis, qui ab his ex obſeruantia legis abſtinebant, redderentur abominabiles huiuſmodi vtentes, & inde oriretur indignatio & contentio inter eos. Quartum prohibuerunt, vt per ſe malum. Sed quia Gentiles exiſtimabant illud licere, ſcilicet, ſoluti cum ſoluta commixtionem, ideo prohibuerunt, ſecundum Thomam in Summa. Venerunt ergo nuncij Antiochiam, lectiſque literis gauiſi ſunt omnes & conſolati ſunt in his. Poſt aliquot dies dicente Paulo ad Barnabam vt diſcurrerent per ciuitates quibus prædicauerant ad confirmandos cõuerſos in fide, Barnabas volebat in itinere, vt cum eis duceretur Ioannes qui & Marcus conſobrinus eius. Paulus autem contradicebat, non enim iudicabat eum idoneum ad tale miniſterium, ex eo quòd vt timidus receſſiſſet ab eorum ſocietate, vel quia vt nimis affectus ad propinquos iuiſſet ad eos videndum Hieroſolymam. Barnabas compatiens infirmitati in eum affectus omnino volebat ſecum il-

A.C. 49. Conciliũ Hieroſolymitanum Eccleſiæ primum.

Petrus vt ſumm' põtifex in cõcilio præſedit

Iacobus quo in cõcilio ſenſerit dixit.

Th.in 2.2. q.154.ar.2.

a Nota legitimorum conciliorum formam, quam à temporib. Apoſtolorum Catholica tenet Eccleſia de qua Sand.li.7.de viſib.mon. ſic ſcribit. Paulus & Barnabas ob quæſtionem de circunciſione propoſitam aſcenderunt Hieroſolymam ad Apoſtolos & Seniores, vtiq; vt Theodor. in ep.ad mag. Leon.notauit, quia Petrus Hieroſolymis erat, cum alioqui Antiochiæ nõ deeſſent Apoſtoli & Seniores. Ad illos Apoſtolos & presbyteros ibatur: inter quos Petrus fuit, quia vbi caput Apoſtolorum erat, ibi totius Apoſtolici collegij maieſtas verſabatur. Præſcriptáque eſt forma in æternum, vt plenum & œcumenicum concilium id demum habeatur, vbi vnà cum cæteris coepiſcopis, ſucceſſor Petri, hoc eſt princeps epiſcoporum adeſſet. San.lib.7.de viſib.mon.

lum

A. C. 49.

A lon pro[illegible]ſci,fact que eſt inter illos diſſentio,ita vt ab inuicem diſcederent. Quod totum diſpenſauit Deus,vt diuiſi ad diuerſas partes accederent,magiſque fructificarent pluribus nationibus prædicando. Nec in illa diſſenſione peccauerunt, quia vterque bono zelo mouebatur vt dicit Vincen. in ſpe.hiſto. Barnabas ergo cum Ioanne ſeu Marco nauigauit Cypriam,Paulus autem cum Sila perambulauit Syriam & Syliciam confirmans Eccleſias, & præcipiẽs cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum.

§. XI.

Timothe⁹ à Paulo aſſumitur. Act c.16.

B PERVENIENS autem Paulus cum Sila Lyſtram, inuenit ibi quemdam diſcipulum,ſcilicet conuerſum ad fidem nomine Timothæum filiũ viduæ fidelis,patre tamen gentili. Hic eſt cui Apoſtolus deſcripſit epiſtolas duas,quæ habentur in canone.Et cùm percepiſſet hunc Paulus optimę famæ, decreuit ſecũ ducere, & quia incircunciſus erat, ne Iudæi conuerſi in illis partibus zelantes pro obſeruatione legalium ſcandalizarentur ducendo ſecum incircunciſum,circuncidit eum ſecum ducens.Cùm autem tranſirent Phrygiam & Galatiam,vetiti ſunt C à Spirituſancto loqui verbum Dei in Aſia, ſcilicet per reuelationem. Et cùm tentarent ire Bithyniam, non permiſit Spiritus ſanctus, forſitan præſtans aliquod impedimentum. In Troade autem morantes in viſione apparuit Paulo vir Macedo deprecans eum & dicens. Tranſi in Macedoniam & adiuua nos. Intelligens ex hoc Paulus Deo placere, vt in Macedonia prædicaret, illuc acceſſit.Permanẽtes autem aliquo tempore Philippis, quæ eſt pars Macedoniæ, euntes foras portam Paulus cum ſociis ad certum locum orationis obuiauerunt cuidam puellæ habẽti ſpiritum Pythonicum, quæ magnum D quæſtum præſtabat dominis ſuis diuinando.Clamabat autem iſta poſt eos dicens.Hi homines ſunt ſerui Dei excelſi qui annuntiant vobis viam ſalutis. Et cùm hoc ageret pluribus diebus, dolens ſuper hoc Paulus vna dierum dixit ſpiritui illi diabolico. Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea. Qui ſtatim dimiſit eam. Quod videntes domini eius quoniam quæſtum illum perdidiſſent, indignati contra Paulum & ſocios perduxerunt eos ad principes in forũ,& offerentes magiſtratibus,dixerunt:Hi homines conturbant ciuitatem cùm ſint Iudæi,& annunciant morem quem non licet nobis tenere cùm ſi- E mus Romani. Plebs ergo accurrens & magiſtratus ſciſſis tunicis eos iuſſerunt virgis cædi acriter, & in carcerem arctum miſerunt, ligno ſtringentes pedes eorum & ſub diligenti cuſtodia ſeruantes. Media autem nocte Paulo & Sila laudantibus Deum terræmotus factus eſt magnus, & carceris oſtia aperta ſunt ac vincula diſſoluta. Expergefactus autẽ cuſtos carceris, videns eum apertum, exiſtimauit illos fugiſſe propter quod euaginato gladio ſuo volebat ſe occidere. Sed clamauit Paulus dicens. Nil mali tibi feceris,hîc enim omnes ſumus.Qui aſſumpto lumine introiens procidit ad pedes Silæ & Pauli, & cre- F dens in Ieſum ad doctrinam eorum baptizatus eſt cum familia ſua. Facta autem die magiſtratus iuſſit cuſtodi vt dimitteret eos liberos. Paulus autẽ dixit, Cæſos nos publice & indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem,& nunc occulte eiiciunt? Non ita erit,ſed veniant,& ipſi nos eiiciant. Quod audientes magiſtratus, ſcilicet quod eſſent Romani timuerunt. Vnde veniẽtes deprecati ſunt eos,vt exi-

Paulus dæmonem è Pythoniſſa eiicit.

A rent ciuitatem. Dicit Aug. contra Petilianum hæreticum. Si in adiutorium veſtrum terroꝛ imperij leges aſſumendas putaſtis,non reprehendimus. Nam fecit hoc Paulus, cùm aduerſus inimicos Romanum ciuem ſe eſſe teſtatur vt hic & infra cap.22.

A. C. 5[illegible]. Li[illegible] contra lit. Petil. c.58.

Recedẽtes ergo venerunt Theſſalonicam in qua per tria ſabbatha Paulus in ſynagoga Iudæorum diſſerebat de ſcripturis,inſinuãs quia oportuit Chriſtũ pati & reſurgere, & quia hic eſt Chriſtus, quem annuncio vobis, & multi crediderunt ex Iudæis & Gentilibus. Alij Iudæi repleti zelo quoſdam de vulgo malos concitauerunt & turbam ciuitatis con- B tra Paulum & ſocios,& venientes ad domum Iaſonis non inuenientes eum ibi, traxerunt ipſum Iaſonem fidelem & aliquos alios ad principes ciuitatis, clamantes,quòd turbarent ciuitatem contra decreta Cæſaris facientes, dicentes alium regem eſſe Ieſum:Sed accepta ſatisfactione ab Iaſone & ſociis dimiſerũt eos. Paulus autẽ occulte per noctẽ dimiſſus eſt, & venit in Beræã. Beræenſes autem ſuſceperunt eum auiditate verbum Dei, quotidie ſcrutantes ſcripturas in ſynagoga,ſi hæc ita ſe haberent. Et multi crediderunt ex Iudæis ac Gentilibus, vtriuſq; ſexus. Suſcitataque turbatione à quibuſdam contra Pau- C lum, fratres dimiſerunt Paulum. Indéque deductus fuit Athenas, & ibi diſputabat cum Iudæis in ſynagoga, & etiam cum colentibus idola in foro per omnes dies. Quidam autem Epicuræi & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo. Et quidam dicebant. Quid ſibi vult ſeminiuerbius hic dicere? Alij dicebant, Nouorum dæmoniorum videtur [illegible] annunciator eſſe, quia prædicabat reſurrectionem mortuorũ.Et appræhenſum eum duxerunt ad Areopagum dicentes. Poſſumus ſcire quæ hæc eſt noua doctrina tua? Volumus ſcire quænã hæc ſunt.[a] Areopagus eſt quædam villa ſeu ciuitas, vbi colebatur D Mars, in qua erat præcipuum ſtudium philoſophorum. Et dicitur in textu, Athenienſes omnes & aduenæ hoſpites ad nil aliud vacabant, niſi audire aut dicere aliquid noui. Stans ergo Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienſes,per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video. Præteriens enim & videns ſimulachra veſtra, inueni & aram in qua ſcriptum erat, ſcilicet pro titulo, Ignoto Deo. Quod ergo vos ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Ex his igitur ſumpſit materiam prædicandi, dicens quòd Deus creator cœli & terræ cùm det omnibus vitam & inſpirationem, fecitque ex vno om- E ne hominum genus inhabitare ſuper terram, definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum, quærere Deum ſi forte attractent eum, aut inueniant, quamuis non longe ſit ab vnoquoque noſtrum. In ipſo enim viuimus,mouemur, & ſumus, ſicut quidam veſtrorum poëtarum dixerunt: ipſius enim & genus ſumus. Ex hoc probat Beda licere doctoribus ſeu prædicatoribus inducere authoritates Gentilium, diſtinct. 37. turbat. Raro tamen hoc egit Apoſtolus. Cùm ergo audiſſent verba Apoſtoli prædicantis futuram reſurrectionem, quidam irridebant eum: alij dixerunt. Audiemus te de F hoc iterum, & aliqui inhærentes doctrinæ Pauli

Act.17.

Paulus Theſſalonica eiicitur.

Paul⁹ venit Athenas.

Licet doctorib. allegare authoritates Gentiliũ. Aratus in phænom. Iuo Carnot. li.2.id refert.

a Areopagus fuit iudicium quoddam Athenis,cuius præſides qui Areopagitæ dicti ſunt,tum ciuitatis totius quaſi ſpeculatores conſtituti de ſumma republ. conſultabãt tum iudices ſeueriſſimi de cæde maxime & de quibuſdam aliis criminib. iudicabant Aug. in 18. ciui. c.10. Sigonius lib.1. de rep. Athen. cap.3. & 2. ca.5. & 3. cap.2.

crediderunt

A.C. 50.

crediderunt, inter quos fuit Dyoniſius Areopagita ſupradictus maximus Philoſophus cum Damari vxore ſuâ.

Paulus Corinthi agit. Act. 18.

Egreſſus Paulus ab Athenis venit Corinthum, & inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam Ponticum genere, & Priſcillam vxorem ſuam, qui venerant ab Italia, eo quòd præcepiſſet Claudius imperator abſcedere omnes Iudæos à Roma, acceſſit ad eos. Et quia eiuſdem erant artis, ſcilicet ſceno factoriæ, manebat apud eos & operabatur. Sicque de labore manuum ſuarum prouidebat ſibi & ſociis Timotheo & Silæ qui ſecum erant. Contradicentibus autem Iudæis & blaſphemantibus doctrinam Pauli, ait ad eos, Sanguis veſter ſuper caput veſtrum Mundus ego ex hoc ad gentes vadam. Et inde migrans venit in domum Titi iuſti & colentis Deum. Criſpus autem archiſynagogus credidit cum omni domo ſua, & multi Corinthiorum baptizati ſunt. Per noctem autem dominus in viſione confortauit eum ne timeret, quia ſecum erat, & conſtanter prædicaret, quia multus populus erat ſibi in ciuitate illa, ſcilicet conuertendus ad fidem. Vnde & ibi permanſit per annum cum dimidio docens verbum Dei. Gallione autem proconſule Achaiæ exiſtente, inſurrexerunt Iudæi vno animo in Paulum, & duxerunt ante tribunal accuſantes, quia contra legem hic ſuadet colere Deum. Incipiente autem Paulo reſpondere dixit Gallio ad Iudæos. Si eſſet iniquum aut peſſimum facinus ô Iudæi, audirem vos. Si vero quæſtiones ſunt de verbo & nominibus legis veſtræ, vos ipſi videritis: iudex ego horum eſſe nolo, & remouit eos à tribunali.

Demum valefaciens Paulus fratribus pertexit in Siriam, & poſtea in Epheſum, exinde in Galatiam & Phrygiam confirmans omnes diſcipulos.

Apollo Chriſti diſcipulus qualis.

Epheſi autem cùm eſſet, deuenit illuc quidam Iudæus nomine Apollo, Alexandrinus, vir eloquens, potens in ſcripturis. Hic edoctus viam domini feruens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter, quæ erant Ieſu, ſciens tantùm baptiſma Ioannis. Hunc cùm audiſſent Priſcilla & Aquilla, qui illuc venerant cum Paulo aſſumpſerunt eum, & diligentius docuerunt eum viam domini. Veniénſque Apollo in Achaiam multum contulit iis qui crediderant. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè oſtendens per ſcripturas eſſe Ieſum Chriſtum quem ſcilicet prædicabat.

Paulus Epheſum venit. c. 19.

Cùm autem Paulus iterum veniſſet Epheſum, inuenit quoſdã diſcipulos, id eſt, Chriſtianos, quos interrogauit an recepiſſent Spiritum ſanctum, ſcilicet viſibiliter in ſpecie ignis. Qui cùm reſpondiſſent ſe neſcire, ſi eſt Spiritus ſanctus, & tantũ ſe baptizatos baptiſmo Ioannis, Paulus fecit eos baptizari in nomine domini Ieſu Chriſti. Quo facto Paulo imponente manus vt epiſcopus chriſmatis, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis prophetátes. Erant autem numero duodecim. Quotidie autem diſputabat ſuadens de regno Dei, quod factum eſt per biennium, ita vt omnes qui habitabant in Aſia audirent verbum Dei, Iudæi, & Gentiles. Virtutéſq; Deus faciebat per manus Pauli, ita vt & etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria vel ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus immundi egrediebãtur. Tentauerunt autem quidam ex Iudæis exorciſtæ inuocare nomen Ieſu ſuper dæmoniacos, vt repellerent dæmones, dicentes, Adiuro vos per Ieſum, quẽ prædicat Paulus.

Baptiſmi Chriſti cõferuntur baptizatis à Ioanne.

Confirmatio poſt baptiſmum confertur.

A.C. 52.

A Erant autem cuiuſdam Scæuæ principis ſacerdotum ſeptem filij hoc facientes. Reſpondens autẽ ſpiritus nequam ait, Ieſum noui, & Paulũ ſcio: vos autẽ qui eſtis? Et inſiliens homo in quo erat dæmonium peſſimum in eos, inualuit contra ipſos, ita vt nudi vulnerati effugerent de domo illa. Et diuulgatũ eſt hoc omnibus Iudæis & Gentilibus habitantibus Epheſi, & magnificabatur nomen domini Ieſu. Multique credentium veniebant confitentes actus ſuos. Multi autem ex his qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, ſcilicet artis Magicæ, & combuſſerunt eos coram omnibus. Et computatis pretiis eorum B inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.

Confeſſio peccatorum.

Artis Magicæ libri cõburuntur.

§. XII.

HIS expletis diſpoſuit Paulus in ſpiritu tranſita Macedonia & Achaia ire Hieroſolymam dicens, quoniam poſtquam fuero ibi oportet me videre Romam. Et mittens in Macedoniam Timotheum & Eraſtum, ipſe remanſit ad tẽpus in Aſia. Eo C autem tẽpore facta eſt turbatio non minima de via domini. Nam quidam Demetrius nomine argentarius, qui faciebat ædes Dianæ argenteas, non exiguũ præſtabat quæſtum non modicum artificibus ex illo artificio, concitauit opifices contra Paulum, dicens, quia cùm prædicet contra Deos aſſerens, quoniam non ſunt Dij qui fiunt manibus hominum, euacuabitur cultus Dianæ non ſolum Epheſi, ſed etiam in tota Aſia, & deſtruetur maieſtas eius quam colit tota Aſia & orbis. His auditis repleti ira clamauerunt dicentes, Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt ciuitas confuſione. Et impetum fecerunt vnaD nimiter in theatrum rapto Caio & Ariſtarco Macedonibus comitibus Pauli. Ipſo autem Paulo volente intrare in populum, non permiſerunt diſcipuli, ne ſcilicet occideretur. Sed & quidam amici eius rogauerunt, vt non ſe daret in theatrum. Alij aliud clamabant. Eratque Eccleſia confuſa, & plures neſciebant qua ex cauſa conuenerant. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem ſilentio manu poſtulato, cùm vellet reddere rationem cognoſcentes eum Iudæũ eſſe, quaſi per duas horas clamauerunt, Magna Diana Epheſiorum. Et cùm ſedaſE ſet Scriba turbam, dixit. Viri Epheſij & quis eſt qui neſciat Epheſiorum ciuitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ Iouiſque prolis? Cùm ergo his contradici non poſſit, vos ſedatos eſſe & nil temere agere oportet. Adduxiſtis enim homines iſtos, neque ſacrilegos, neq; blaſphemantes deam veſtram. Quod ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices habent aduerſus eos aliquam cauſam: conuentus forenſes aguntur & proconſules ſunt: accuſent inuicem. Nam & periclitamur argui ſeditionis hodiernæ: cùm nullus obnoxius ſit (de quo poſſimus reddere rationem) concurſus iſtius. His dictis dimiſit EcF cleſiam.

Paulus Hieroſolymam ire cogitat. Act. 19.

Demetrij ſeditio.

Et poſtquam autẽ ceſſauit tumultus vocatis Paulus diſcipulis & exhortatus eos valedixit, & venit in Græciam, vbi cùm feciſſet menſes tres, factæ ſunt illi inſidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam: habuitque conſilium vt reuerteretur per Macedoniam. Et comitati ſunt eum Timotheus ſecundus & Caius & alij …

Paulus Epheſo receſſit …

A.C. 54.

Aſia & Theſſalonica. Venienteſque Troadem ibi A morati ſunt diebus ſeptem. Vna autem dierum cum conuenissent ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis, protraxitque ſermonem vſque in mediam noctem. Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo, vbi erant congregati. Quidam autem adoleſcens nomine Eutychus ſedens ſuper feneſtram ad audiendum, cùm mergeretur ſomno graui diſputante diu Paulo cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus. Ad quem, cùm deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum, & complexus dixit. Nolite turbari. Anima enim eius in eo eſt. Aſcendénſque in domum, fran- B géníque panem & guſtans protraxit ſermonem vſque in lucem. Adduxeruntque puerum viuentem, & conſolati ſunt valde. Aſcendentéſque nauem, Paulus ſcilicet cum diſcipulis applicuerunt in Aſſon, & inde nauigarunt contra Chion, poſtea applicuerunt Samon, & die ſequenti Miletum. Feſtinabat autem ſi poſſibile ſibi eſſet diem pentecoſtem facere Hieroſolymis. A Mileto autem mittens Epheſum vocauit maiores natu Eccleſiæ, qui cùm veniſſent ad eum, dixit illis. Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim ſeruiens Deo cum omni humilitate, & C lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum, quomodo nihil vobis ſubtraxerim vtilium quo minus annunciarem vobis & docerem vos publice & per domos, teſtificans Iudæis atque gentibus in Deum pœnitentiam, & fidem in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et nunc ecce ego alligatus ſpiritu vado in Hieruſalem, quæ in ea mihi ventura ſunt ignorans, niſi quòd Spiritus ſanctus per omnes ciuitates proteſtatur mihi dicens, quoniam vincula & tribulationes me manent Hieroſolymis. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem quàm me, dummodo con D ſummem curſum meum & miniſteriũ verbi. Et nunc ecce ego ſcio quia faciem meam amplius non videbitis. Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi quo minus annunciarem vobis omne conſilium Dei. Et de hoc nota, diſtinctione quadrageſimatertia Epheſiis. Attendite ergo (ait) vobis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo Ego ſcio quòd poſt diſceſſum meum in vos venient lupi graues non parcentes gregi, ſcilicet hæretici & falſi prædicatores. Et nunc commendo E vos Deo & verbo gratiæ eius, & vigilate memoria retinentes quæ dixi. Argentum, & aurum, aut veſtem cuiuſquã non concupiui. Vos ſcitis quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & iis qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus meæ. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi domini Ieſu, quoniam ipſe dixit. Beatius eſt magis dare quàm accipere. Iſtud non repetitur in euangeliis dictum, nec tamen dubitandum quin dixerit, cùm Apoſtolus cui à Chriſto reuelatum eſt euangelium, referat. Multa enim Chriſtus & fecit & dixit quæ euangeliſtæ reticuerunt, vt F extra de cele. miſſ. cum Marthæ. de hoc etiam. 16. quæſt. 1. prædicator. Demum poſitis genibus orauit cum illis, magnuſque fletus factus eſt omnium, oſculabanturque eum dolentes maxime, quia dixit non eum viſuros amplius, & deduxerunt eum ad nauem.

Multa Chriſtus dixit & fecit quæ ab euangeliſtis prætermiſſa.

§. XIII.

A.C. 57.

NAVIGANTES venimus Coum, & ſequenti die Rhodum, inde Pataram. Et nota quod Luc. author libri hîc & aliis in locis loquitur de huius peregrinatione in perſona prima, ſcilicet venimus, quia ſocius fuit itineris & comes indiuiduus. Exinde Syriam & Tyrum, a Tyro in Ptolemaidam, & alia die venerunt Cæſaream, ibique intrauerunt in domum Philippi qui vnus erat de ſeptem diaconibus, de quo ſupra, cui erant quatuor filiæ virgines prophetantes. Et cùm moraremur in domo eius per B dies aliquot, ſuperuenit quidam à Iudæa propheta nomine Agabus, is intrans in domum vbi erat Paulus cum ſociis, tulit zonã Pauli ea ligans manus & pedes ſibiipſi & ait. *Hæc dicit Spiritus ſanctus*, Virum, cuius eſt zona hęc ſic alligabunt in Hieruſalem Iudæi, & tradent in manus gentiũ. Quod cùm auditũ eſſet, rogabant ſui & alij illius loci ne aſcenderet in Hieruſalẽ. Tunc Paulus ait. Quid facitis flẽtes & affligentes cor meum? Ego enim non ſolum alligari ſed etiam mori paratus ſum in Hieruſalem propter nomen domini Ieſu. Et cùm ei ſuadere non poſſemus (ait Lu.) quieuimus dicentes, Domini voluntas fiat. Poſt dies igitur illos aſcenderunt Hieruſalem, qui C libenter recepti ſunt à fratribus, & ſequenti die introiuit Paulus cum ſociis ad Iacobum ſcilicet minorem, vbi erant & ſeniores Eccleſiæ cõgregati. Quos cùm ſalutaſſet, narrabat Paulus per ſingula, quæ fecerat per eum feciſſet in gentibus dominus per miniſterium eius, ſuper quibus magnificabant Deum. Dixerunt autem Paulo, Vides frater quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt & omnes æmulatores ſunt legis? Audierunt autem de te, quia diſceſſionem doceas à Moyſe eorum qui ſunt per gentes Iudæorum, & quòd non debent circuncidere filios, & alia ceremonialia ſeruare. Conſuluerunt ergo ei ad tollen- D dum ſcandalum & huiuſmodi opinionem a Iudæis, quòd cum quatuor ex Iudæis conuerſis qui habebãt ſuper ſe votũ, vt ſanctificaret ſe cum eis in templo ſecundũ morem legis, & propter hoc reputarent Iudæi zelatorem legis, & iudicarent falſa eſſe quæ audierant de Paulo, ex quo & ipſe ſeruabat legem in huiuſmodi votis explendis cum aliis. Quod fecit Paulus die ſequenti intrans in templum cum illis quatuor ad oblationem faciendam: Ij autem qui de Aſia venerant Iudæi videntes Paulum in templo, concitauerunt omnem populum aduerſus eum, & E inijcientes manus in eum clamabant. Viri Iſraelitæ adiuuate, hic eſt homo qui aduerſus populum & legem & hunc locum vbique docet. Inſuper & Gentiles induxit in templum. Commota eſt igitur tota ciuitas, & appræhendentes Paulum trahebant extra templum, id eſt, atria templi. Et cùm quærerent occidere Paulũ, audiens tribunus, quia tota confunditur ciuitas, cucurrit ad locum cum militibus, quẽ videntes Iudæi ceſſauerunt percutere Paulum. Tribunus autem appræhendens Paulum ligauit duabus cathenis, interrogans quis eſſet. Alij aliud clamabãt. & cum non poſſet certum diſcernere præ tumultu, iuſſit duci in caſtra. Et cum veniſſet ad gradus, cõtigit F vt portaretur à militibus propter vim populi clamãtis, Tolle eum. Dixit autẽ Paulus tribuno. Si licet et mihi etiã loqui aliquid ad te. Qui dixit Paulo. Nonne tu es Ægyptius ille, qui ante hos dies tumultũ concitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor millia ſicariorum virorum? Cui Paulus. Ego ſum Iudæus a Tharſo Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo te

Paulus diuerſa loca peragrat. cap. 21. Act. 21.

Prophetia Agabi de Paulo.

Paulus Hieroſolymis capitur.

A. C. 67.

go te permitte mihi loqui ad populum. Quod cùm conceſſiſſet, ſtans Paulus in gradibus & manu ſilentio facto vt audiretur, locutus eſt Hebraicè dicens.

Act. 21.

Viri fratres & patres audite quam ad vos reddo rationem. Ego ſum vir Iudæus à Tharſo Ciliciæ, eruditus ad pedes Gamalielis, nutritus in ciuitate iſta æmulator legis ſicut & vos nunc eſtis. Proſecutúſque eſt rem circa ſe geſtam, quomodo euntem Damaſcum ad perſequendum & capiendum Chriſtianos circunfulſit eum lux prope Damaſcum, quã quidem viderunt ſocij, ſed vocem non audierunt ſibi dicentem, Saule Saule &c. prout habetur ſupra capitulo nono. Factum eſt autem reuertenti mihi in Hieruſalem & oranti in templo, me fieri in ſtupore mentis & videre illum dicentem mihi, Feſtina & exi velociter de Hieruſalem, quia non recipient teſtimonium tuum de me. Vade, quoniam in nationes longe mittam te. Audierunt ergo eum vſque ad hoc verbum, & tunc leuauerunt vocem dicentes. Tolle de terra huiuſmodi hominem, non enim fas eſt eum viuere. Vociferantibus autem eis & proiicientibus veſtimenta & puluerem in aërem iactantibus, iuſſit tribunus eum in caſtra induci & flagellis cædi & torqueri, vt ſciret cauſam propter quam ſic acclamarent ei. Et cùm aſtrinxiſſent eum loris, dixit Paulus centurioni. Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Quod cùm centurio nunciaſſet tribuno: Tribunus autem interrogaſſet an Romanus eſſet, & ille affirmaſſet, dixit tribunus. Ego multa ſumma, ſcilicet pecuniæ hanc ciuitatem conſecutus ſum. Et Paulus. Ego autem in ea natus ſum. Ex hoc receſſerunt ab eo, qui erant eum torturi comperto quòd eſſet Romanus, & tribunus timuit. Poſtera die volens ſcire diligentius, qua ex cauſa accuſaretur à Iudæis ſoluit eum, & iuſſit ſacerdotes conuenire & omne concilium. Et producens Paulum ſtatuit inter eos.

Paulus in concilio ſtatuitur. Act. 23.

Intendens autem Paulus in concilium ait. Viri fratres, ego omni conſcientia bona conuerſatus ſum ante Deum vſque in hodiernum diem. Princeps autem ſacerdotum Ananias præcepit aſtantibus ſibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eum. Percutiet te Deus paries dealbate. Et tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti. In quo Apoſtolus non maledixit, ſed prophetãdo dixit ſacerdotium illud vetus quaſi dealbatum per hypocryſim deſtruendum. Et cùm dicerent adſtantes. Summum ſacerdotem Dei maledicis? Reſpondit. Neſciebam fratres, quia princeps eſt ſacerdotum. Nec in hoc dixit mendacium, ſcilicet quia non reputabat illum ſummum ſacerdotem, quoniam reueta non erat, ſed ceſſauerat figura. Hæc Aug. 23. quæſt. 1. paratus. Sciens autem Paulus quia vna pars congregatorum in concilio erat Phariſæorum, altera Saducæorum, exclamauit in concilio. Viri fratres, ego Phariſæus ſum filius Phariſæorum. De ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor. Et ex hoc facta eſt diſſenſio inter eos, & ſoluta eſt multitudo. Saducæi enim dicunt non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque ſpiritum, Phariſæi autem vtrumq; confitentur, & bene. Factus eſt ergo clamor magnus, & ſurgentes quidam Phariſæorum pugnabant pro eo, ſiquidem erat de ſecta ipſorum dicẽtes. Nihil mali inuenimus in homine iſto. Quid ſi ſpiritus locutus eſt ei aut Angelus? &c. Cùm ergo magna diſſentio facta eſſet inter eos, timens tribu-

Aug. epiſt. 4. ad Marcellinum. Saducæorũ hęreſis.

A nus, ne Paulus diſcerperetur ab eis, iuſſit milites rapere eum de medio, & deduci in caſtra. Sequenti autem nocte adſiſtens ei dominus ait. Conſtans eſto Paule, ſicut enim teſtificatus es de me in Hieruſalem ſic te oportet & Romæ teſtificari. Facta autem die collegerunt ſe quidam votum facientes ſe nil comeſturos vel bibituros niſi prius occiderent Paulum, qui erant plus quàm quadraginta viri. Quod votum inſinuarunt principibus ſacerdotum dicentes, quòd peterent à tribuno Paulum iterum mitti ad eos, tanquam aliquid certius de eo cogituros, quo facto in via occiderent eum. Audiuit autem hoc filius ſororis B Pauli adoleſcens, & intrans caſtra nunciauit inſidias Paulo. Qui centurionem vnum rogauit, vt duceret eum ad tribunum habentem ei ſecreta reuelare. Ad quem accedens, explicauit inſidias paratas Paulo ad occidendum. Tribunus autem timens ne Iudæi vi raperent eum, & propter hoc ipſe calumniam pateretur, quaſi huic rei acquieuiſſet pro pecunia cùm Romanus eſſet, fecit parare ducentos milites & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos qui ſecunda hora noctis ducerent Paulum ſaluum ad Felicem præſidem cum epiſtola continente cauſam huius miſſionis ad eum, quia ſcilicet cùm C eſſet Romanus, & nil dignum morte patraſſet, ſed à Iudæis de quæſtionibus legis accuſaretur, & Iudæi inſidias mortis ei paraſſent, vt diligentius iudicaretur ab eo, eũ ad ſe miſſum fuiſſe. Quod totũ factum eſt. Cùm autem Felix preſes recepiſſet epiſtolam, audito à Paulo, quòd eſſet de Cilicia, dixit. Audiam te cùm accuſatores tui venerint, iuſſitque cuſtodiri eum. Vbi nota ſecundũ Aug. quòd Paulus non vitæ ſuæ tranſitoriæ ſed Eccleſiæ Dei conſuluit, quando contra illos qui occidere eum conſpirauerant, conſilium eorum, vt tribuno proderetur effecit, ſcilicet mittens ad eum nepotem ſuum. Vnde factum eſt D vt eum ad locum quo fuerat producẽdus deduceret miles armatus, ne illorum pateret inſidiis. 23. quæſt. 3. Maximianus. Etſi illa deductione aliquis deducentium ab æmulis Pauli fuiſſet occiſus in rixa vel econtrario, non imputaretur Paulo. 24. quæſt. 5. de occidendis.

A. C. 58.

Aug. epiſt. 50. ad Bonifacium.

Idem ad Publicolã ep. 154.

§. XIIII.

POST quinque dies deſcendit princeps ſacerdotum Ananias cum quibuſdam ſenioribus & Tertullo quodã oratore Cæſareã, & adierunt præſidem Felicẽ aduerſus Paulũ. Et citato Paulo cœpit ac- E cuſare eũ Tertullus dicens verba ad captandã beneuolentiam. Inuenimus hunc hominem peſtiferum & concitantem ſeditionem omnibus Iudæis in vniuerſo orbe, qui etiam templum violare conatus eſt, quem voluimus ſecundũ legem noſtrã iudicare, ſed ſuperueniens tribunus Lyſias vi rapuit eum de manibus noſtris. Et affirmauerunt cæteri Iudæi cum eo hæc ita ſe habere. Reſpondit autem Paulus annuente ſibi præſide. Et dixit, quòd neque in templo me inuenerunt Iudæi cum aliquo diſputantem, aut concurſum facientem turbæ, neque in ſynagogis, neque in ciuitate, neque probare poſſunt tibi de F quibus nunc me accuſant. Confiteor autem tibi quia patrio Deo meo deſeruio ſecundũ ſectam quæ dicitur Phariſæorum, credens omnibus quæ in lege & prophetis ſcripta ſunt, ſpem habens in Deum & in reſurrectionẽ mortuorum, quam & ipſi expectãt. Poſt annos autẽ plures eleemoſynas facturus in gentem meã veni, & oblationes & vota, in quib. inuenerunt me

Act. 24. Paulus ſe ipſũ apud Felicẽ præſidem defendit.

A.C. 58.

runt me purificatum in templo, neque cum turba neq; cum tumultu. Ipſi dicant, ſi quid in me inuenerunt iniquitatis cùm ſtarē in concilio, niſi de hac vna ſolummodo voce, qua clamaui inter eos ſtans quoniam de reſurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis. Dixit autem Felix. Cùm tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos. Iuſſitque centurioni cuſtodiri Paulum & habere requiem. Poſt aliquot autem dies veniens Felix cum Druſilla vxore ſua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum & audiuit fidem Ieſu ab eo. Diſputante autem Paulo de iuſtitia, & caſtitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix reſpondit. Quid tunc attinet, vade: tempore opportuno audiam te ſimul, & ſperans quia & pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accerſens eum loquebatur cum eo. Biennio autem expleto accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum. Felix autem volens gratiam prȩſtare Iudæis, reliquit Paulum vinctum.

Feſtus Iudex præſes.

Act.c.25. Feſtus autem cùm veniſſet in prouinciā aſcendit de Cæſarea Hieruſalem. Adierúntque eum principes ſacerdotum aduerſus Paulum rogantes gratiam vt iuberet Paulum perduci Hieruſalem, inſidias tendentes in via, vt occiderent eum. Feſtus autem reſpondit, quòd ex quo ſeruabatur in Cæſarea, quo ipſe cito erat acceſſurus, illuc irent qui de aliquo accuſare eum vellent. Et poſt dies octo Feſtus deſcendens Cæſaream pro tribunali ſedens iuſſit Paulum adduci. Cúmque Iudæi multas & graues cauſas obiicerent, quas probare non poterant, Paulo rationem reddente, quoniam neque contra legem Iudæorum, neque contra templum, neque in Cæſarem quicquam peccaui. Feſtus gratiam volens præſtare Iudæis interrogauit, an vellet iudicari de his ab eo Hieroſolymis? Reſpondit Paulus. Ad tribunal Cæſaris ſto, vbi oportet me iudicari. Iudæis non nocui, ſicut tu melius noſti. Si nocui vel aliquid morte dignum feci, non recuſo mori. Si vero nihil eorum in quibus iſti me accuſant feci, nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello. Tunc Feſtus cum concilio locutus ait, Cæſarem appellaſti, ad Cæſarem ibis. Tranſactis autem aliquot diebus Agrippa rex & Bernice deſcenderunt Cæſaream ad ſalutandum Feſtum. Cúmque plures dies ibi morarentur, dixit Feſtus regi de Paulo, quomodo Iudæi cùm aſcendiſſent Hieruſalem poſtulabant eius damnationem. Quibus reſponderat, quia non eſſet conſuetudo Romanis aliquē hominem damnare, prius quàm is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Cùm autem huc veniſſem, ſedente me pro tribunali, Iudæi aduerſus Paulum accuſantes nullam cauſam deferebant mali, ſed quæſtiones quaſdam de ſua ſuperſtitione habebant aduerſus eum, & de quodam Ieſu defuncto, quem Paulus affirmabat viuere. Hæſitans autem ego de huiuſmodi quæſtione dicebam Paulo, ſi vellet ire Hieruſalem, & ibi iudicari, appellauit ad Cæſarem. Vnde iuſſi eum ſeruari donec mittam ad Cæſarem. Agrippa autem dixit Feſto, quòd vellet Paulum audire. Die ergo ſequenti cùm intraſſent auditorium rex Agrippa & Bernice cum multa ambitione, iuſſit Feſtus adduci Paulum, referens quid actum erat cum eo, & quomodo appellauerat, propter quod intendebat mittere eum ad Cæſarem, ſed nō habebat, quid certum de eo ſcriberet. Et propterea ipſe eum interrogaret, vt exinde rex informaret Feſtum quid ſcriberet. Ne-

Agrippā regem Feſt' de Paulo cōſulit.

Pauli apud Agrippam defenſio.

A.C. 60.

A que enim videbatur rationabile vinctum mittere, & cauſam non ſignificare.

Act.c.26. Agrippa vero ad Paulum ait, Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere dicens. De omnibus quibus accuſor à Iudæis rex Agrippa exiſtimo me beatum apud te cùm ſis defenſurus me hodie, maxime te ſciente omnia quæ apud Iudæos ſunt, conſuetudines & quæſtiones, propter quod obſecro me patienter audias. Et quidem vitam meam à iuuentute nouerunt omnes Iudæi, quoniam ſecundum certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus, reſurrectio-
B nem mortuorum credens, de qua ſpe accuſor à Iudæis ô rex. Et ego quidem exiſtimaueram me aduerſus nomen Ieſu debere multa aduerſa facere, quod & feci in Hieruſalem. Et multos ſanctorum incarcerans, & inſaniens perſequebar vſque in exteras ciuitates. Et adiecit viſionem & locutionem ſibi factam à Ieſu cùm appropinquaret Damaſco ad capiendum conuerſos ad fidem Ieſu. Concludens. Vnde rex Agrippa non fui incredulus cœleſti viſioni, ſed Iudæis & gentibus nunciabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum digna pœnitentiæ opera facientes. Hac ex cauſa, me
C Iudæi cùm eſſem in templo, compræhenſum tentabant occidere. Hæc Paulo dicente Feſtus magna voce dixit. Inſanis Paule, multæ literæ te ad inſaniam conuertunt. Cui Paulus. Non inſanio optime Feſte, ſed ſobrietatis & veritatis verba loquor. [Scit enim de his rex, ad quem hæc conſtanter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror.] Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum. In modico ſuades me fieri Chriſtianum. Et Paulus. Opto apud Deum & in modico & in magno, non tantum te, ſed & omnes qui audiunt, fieri tales, qualis ego ſum exceptis his vincu-
D lis. Et ſurgens Agrippa & præſes & Bernice dicebāt adinuicē, nil morte dignum iſte fecit. Et Agrippa ait Feſto. Dimitti poterat homo iſte, ſi Cæſarem non appellaſſet.

§. XV.

Pauli in Italia nauigatio. Act.c.27.

VT autem iudicatum eſt eum ire in Italiam & tradi Paulum cum reliquis cuſtodiis centurioni nomine Iulio, aſcendentes nauem circa loca Aſiæ ſuſtulimus. Exinde applicuimus Sidonem, vbi
E centurio conceſſit Paulo ad amicos ire, & curam ſui agere. Deinde applicuerunt Lyſtram, quæ eſt pars Lyciæ, & ibi centurio tranſpoſuit Paulum in aliam nauim Alexandrinam nauigantem in Italiam. Nauigantéſq; applicuerunt ad quendam locum qui dicebatur Boniportus. Et cùm iam non eſſet tuta nauigatio, Paulus hortabatur ad permanendū propter pericula imminentia maris. Centurio autem magis credens nauclero & gubernatori nauis, quàm Paulo: voluit inde nauigare ad remanendum in loco commodiori. Valida autem tempeſtate iactati, ſequenti die iactum fecerunt, & tertia die ſuis manibus arma-
F menta nauis proiecerunt. Neque ſole autem neque luna apparentibus per plures dies & tempeſtate non exigua imminente, iam erat ablata ſpes omnis noſtræ ſalutis. Et cùm multa ieiunatio fuiſſet, ſtās Paulus in medio dixit. Oportebat quidem ô viri audire me, non tollere à Creta, lucríque facere hanc iacturam, & nunc ſuadeo vobis bono animo eſſe, amiſſio enim

A. C. 69.

enim nullius animæ erit ex nobis, ſed tantum nauis. A Adſtitit enim hac nocte mihi Angelus Dei cuius ſum ego & cui deſeruio, dicẽs. Ne timeas Paule, Cæſari te oportet adſiſtere, & ecce donauit tibi Deus omnes, qui recũ nauigãt. Propter quod bono animo eſtote viri. Quattadecima nocte ſuperuenienre appropinquantes ad quandam inſulam media nocte timebant in aſpera loca deuenire, & nauim frangi. Nautis autem quærentibus fugere de naui, cùm miſiſſent ſcapham in mare ſub obtentu quaſi inciperẽt anchoras extendere, dixit Paulus centurioni & militibus. Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis. Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ & B cùm lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes cibũ ſumere dicens. Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanetis nihil accipientes, propter quod rogo vos accipere cibũ pro ſalute veſtra, quia nullius veſtrum capillus de capite peribit. Et cùm hæc dixiſſet, ſumens panem gratias egit Deo in conſpectu omnium, & cùm fregiſſet cœpit manducare. Animæquiores autem facti, omnes & ipſi ſumpſerũt cibum. Eramus autem in naui omnes animæ non minus ducentæ ſeptuaginta ſex. Er ſatiati cibo alleuiabant nauem iactantes triticum in mare. Et puppis quidem ſoluebatur à vi maris, prora immobilis C fixa manebat. Militum autem conſilium fuit, vt cuſtodias occiderent, ne quis cùm enataſſet effugeret. Sed centurio volens ſeruare Paulum prohibuit hoc fieri. Iuſſitque eos qui poſſent natare mittere ſe in mare primos & euadere ad terram, & cæteros alios in tabulis ferebant, & quoſdam ſuper ea quæ de naui erant, & ſic omnes euaſerunr ad terram.

Paulus in inſulã Melitã applicat alij enim legunt Melita. Act. c. 28.

Et cùm euaſiſſemus, tunc cognouimus quia Mitylene inſula vocabatur. Barbari autem præſtabant non modicam humanitatem nobis. Accenſa enim pyra reficiebãt omnes nos propter imbrem qui imminebat & frigus. Cùm autem congregaſſet Paulus D ſarmentorũ non modicã multitudinem, & poſuiſſet ſuper ignem, vipera calore cùm proceſſiſſet, inuaſit manum eius. Barbari vero vt viderunt beſtiam de manu pendentem dicebant ad inuicem, vtique homicida eſt homo hic, qui cùm euaſit de mari, vltio non ſinit eum viuere. At Paulus excutiens beſtiam in ignem nihil mali paſſus eſt, quem illi exiſtimabãt in tumorem conuertendum & moriturum. Et cùm diu expectantes nil mali viderent in eo, conuerſi dicebant eum eſſe Deum. Publius autem princeps inſulæ triduo excepit eos benigne. Patrem autem Publij febribus & dyſſenteria vexatum Paulus ingreſ- E ſus ad eum orans ſanauit. Sed & omnes qui in inſula illa habebant infirmos, ducebant ad Paulum, & curabat eos. Deinde poſt tres menſes venimus Syracuſam. Et poſt triduum inde nauigantes applicuimus Rhegium. Die autem ſequẽti Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati ſumus manere apud eos diebus ſeptem. Et ſic demum venimus Romam.

Paulus Romã venit.

Er cùm audiſſent fratres, occurrerunt nobis vſque ad Appij forum & tribus tabernis. Quos cùm vidiſſet Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam. Cùm veniſſemus autem Romam, permiſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite. Poſt tertium F diem conuocauit primos Iudæorum & dixit eis. Viri fratres ego nihil aduerſus plebem faciens aut morem paternum, vinctus ab Hieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum. Qui cùm interrogationem de me habuiſſent, voluerunt me dimittere eo quòd nulla cauſa mortis eſſet in me. Contradicentibus Iudæis coactus ſum appellare Cæſarem A non quaſi gentem meam habens aliquid accuſare. Propter hanc ergo cauſam rogaui vos videre & alloqui. Cui dixerunt. Nos neque litteras accepimus de te à Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum aliquid nobis nunciauit aut locutus eſt quid de te malum. Rogamus autem te audire quæ ſentis. Nam de ſecta hac notum eſt nobis, quia vbique ei contradicitur. Cùm autem conſtituiſſent ei diem, venerunt ad eum plures in hoſpitium, quibus exponebat teſtificans regnum Dei ſuadénſque eis de Ieſu, ex lege Moyſis & prophetis à mane vſque ad veſperam. Et quidam credebant Paulo, alij non credebant. Cúmque B inuicem non eſſent conſentientes, diſcedebant dicente Paulo vnum verbum, quia bene Spiritus ſanctus locutus eſt per Eſa. Vade ad populum iſtum, & dic ad eos, Auditu audietis & non intelligetis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius &c. Notum ergo ſit vobis, quoniam gentibus miſſum eſt hoc ſalutare Dei: exierunt ergo Iudæi multam inrer ſe de hoc verbo habentes quæſtionem. Manſit autem Paulus biennio toto in ſuo conductu, ſcilicet hoſpitij, & ſuſcipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum prædicans regnum Dei & docens quæ ſunt de domino Ieſu Iudæos & Græcos. Et hic C eſt finis actuum Apoſtolorum qui ſunt deſcripti à Luca euangeliſta, approbati ab Eccleſia. Nam alij qui reperiuntur actus deſcripti à diuerſis ſunt apocriphi, vt patet diſtinct. 15. ſancta Romana. Et paucis exceptis geſta in eis continentur principum Apoſtolorum Petri & Pauli: primo Petri vſque ad 13. ca. excepta conuerſione Pauli. Reſiduum ſolius Pauli. Nunc de geſtis eorundem quæ habentur ex diuerſis libris & martyrio, ſed prius & breuiſſime de Maria matre Ieſu.

A. 69. Pauli Iudæos exhortatio.

D

¶ *De conuerſatione beatæ Mariæ virginis poſt Chriſti aſcenſionem.*

CAP. III.

SI quæritur poſt aſcenſionem domini, inquit Hiero. in ſermone de aſſumptione eius, quid egerit beata virgo, vnum pro certo eſt, quòd virgo ſancta permãſit, quam ſane Angelus Gabriel vt cœleſtis paranymphus intactam cuſtodiuit, & Ioannes euange- E liſta virgo virginem ſeruauit, eiúſq; deſeruiuit obſequiis. Non quòd chorus Apoſtolorum eam deſeruerit, in quos intrans & exiens familiarius contulit de Chriſti incarnatione, & ranto verius, quanto plenius ab initio per Spiritumſanctum cuncta didicerat, & perſpexerat oculis vniuerſa. Quam ſane etſi omnes venerati ſunt diſcipuli, eique famulabantur affectu dilectionis, Ioannes ramen amplius & ſpecialius vſque in finem vitæ. Cæterum ad exemplum humanæ vitæ, conuerſatio eius cum Apoſtolis fuit quouſque diſpergerentur, ſicut Lucas meminit dicens. Hi omnes erant cum Maria matre Ieſu & F fratrib. Ecce Ieſu aſcendente cum quibus virgo vacat in ſchola virtutum & meditatur in lege mandatorum Dei, vt & ipſa ſit forma diſciplinæ Chriſti, & exemplum perfectionis virginibus, cõuerſatur cum teſtibus ſanctæ reſurrectionis, & ipſa teſtis, conuerſatur cum ſenatoribus cœli intra curiam Paradiſi ſub Spiritus ſancti diſciplina & magiſterio, totius diuinæ maieſtatis: inuenitur prima inter primas

Habetur in tõ. 4. operũ Hie. quamuis author potius Sophronius cenſeatur vide Caniſ. li. 5. de Mar. virg. cap. 1.

Beata virgo poſt aſcẽſionẽ Chriſti quid egerit.

Act. 1.

Elogi glorioſæ virginis.

C. 63.

ſummi regis cohortes,quarum vita iam non erat de terris, ſed de cœlis. Puto quòd quicquid cordis eſt, quicquid mẽtis,quicquid virtutis humanæ,ſi totum adhibeas,non ſufficiat,vt cogitare valeas quanto indeſinenter cremabatur ardore pij amoris,quãtis mouebatur repleta Spiritusſancto cœleſtium ſecretorũ incitamentis,dum reuolueret animo cuncta quæ audierat,quæ viderat,quæ cognouerat. Nouis quotidie inflammabatur deſideriorum affectibus,totã incẽderat diuinus amor, vt in ea nihil eſſet mundanus quod violaret affectus,ſed ardor continuus & ebrietas profuſi amoris. Fortaſſis ergo præ nimio amore in loco quo ſepultus dicitur eius filius, interdum eã habitaſſe credimus, quatenus piis naſceretur internus eius amor obtutibus.Sic nanq; locus eſt hincinde medius conſtitutus, vt adire poſſet paſſionis eius veſtigia & locum ſepulturæ & aſcenſionis ſeu omnia in quibus paſſus eſt loca inuiſere. Quamuis enim in ſpiritu eſſet,tamen dum in carne viueret,carnalibus mouebatur ſenſibus, & ideo locorum recreabatur viſitationibus.Hæc omnia Hiero.

§. I.

Beatæ virginis aſſumptio.

DE tranſitu eius dicit idem Hier.in eo ſermone. Nihil aliud experiri poteſt pro certo,niſi ꝙ hodierna die,ſcilicet 15.Auguſti glorioſa migrauit à corpore. Mõſtratur autẽ ſepulchrum eius in vallis Ioſaphat medio,quæ vallis eſt inter montẽ Sion & montẽ olıueti poſita, in qua fabricata eſt Eccleſia in qua ſepulta fuiſſe ab omnib.prædicatur, ſed nunc vacuũ eſſe mauſoleũ cernentibus oſtenditur.Quomodo autem vel quo tẽpore,aut à quib. perſonis ſacratiſſimũ corpus eius ablatũ inde fuerit, vel vbi tranſpoſitum vtrumne reſurrexit,neſcitur,quãuis nõnulli adſtruere velint eã iam reſuſcitatã, & beatã cũ Chriſto immortalitate veſtiri. Quid autẽ horũ verius ambigimus.Melius tamẽ Deo totũ committimus,quàm noſtra authoritate audeamus aliquid temere definire, quod non probamus,hæc ille.Cõmuniter tamen pie tenetur eam reſuſcitatã,& in anima & corpore glorificatam cum Chriſto in cœlo regnare. Hoc ſentit Be.in ſermone,ex eo ꝙ ſi nõ fuiſſet corpus eius in cœlo,ſed in terris remanſiſſet, videretur Chriſtus matrẽ non honoraſſe decenter, & minus aliis ſanctis ei conceſſiſſe.Nam corpora Apoſtolorũ & aliorum qui reperiuntur ſanctorum, quia ſcitur locus reliquiarũ eorum,viſitantur frequenter cum magna veneratione,vt patet de corporibus Petri & Pauli,Iacobi,Antonij,Nicolai & huiuſmodi.Si ergo corpus virginis remanſiſſet in terris,reuelaſſet Deus, vt ab omnibus viſitaretur ſed quia in cœlis dicitur glorificatũ,ideo non reperitur in terris.Idem ſentire videtur Aug.in ſermone dicens inter cætera.Putredo & vermis,opprobriũ eſt humanæ cõditionis,quo opprobrio cùm Ieſus ſit alienus,natura Mariæ excipitur, quam Ieſus de ea aſſumpſiſſe probatur.

Bern ſer. 1. de aſſum. vide Caniſ. li. 5 de Mar. virg. cap. 5.

Beata virgo in cœlum corpore & animo glorificatis.

Aug. in ſe. de aſſum. Mar. vir.

Quoto autẽ anno vitæ ſuæ migrauerit à corpore non eſt clarũ.Nam triplex repetitur opinio.Epiphanius aſſerit eam fuiſſe ſeptuaginta duorũ annorum cùm migrauit à corpore. Dicit enim decimoquarto anno ætatis ſuæ Chriſtũ cõcepiſſe,& in decimoquinto peperiſſe,triginta tribus annis cum filio ſuo fuiſſe, quibus ille vixit. Et poſt aſcenſionẽ filij viginti quatuor ſuperuixiſſe. Qui numeri ſimul iuncti conſtituunt.72.Beata autem Elizabeth in ſuis reuelationibus aſſerit ab Angelo ſibi inſinuatum beatam virginem poſt annum & menſes quatuor vel circa à paſ-

Beata virgo quotannos vixit. Epiph. lib. de vita Mariæ vide Caniſ. li 5. de Ma. virg. c. 1.

A ſione domini migraſſe à corpore. Et inde.40.die reſuſcitatam in corpore & glorificatam cœlum aſcẽdiſſe.Communior opinio eſt, quòd duodecim annis ſuperuixit poſt aſcẽſionem, & ſic ſexagenariam obiiſſe, à dolore mortis alienam ſicut & à corruptione corporis,& tertia die ſuæ mortis in corpore ſuſcitatam & glorificatã cum Chriſto ſibi obuiante aſcendiſſe. Multa habentur de modo obitus eius & ſepultura in libro qui dicitur de tranſitu beatæ Mariæ, ſed quia liber iſte inter apocryphos computatur, id eſt, dubios de veritate eorum vt patet diſtinct.15.ſancta Romana. ideo illa omittuntur. Quod autem Apoſtoli interfuerint in tranſitu eius & ſepultura,& cum ſumma deuotione & veneratione officium illud peregerint,reſtatur Dionyſius. De honore autem ſibi exhibito à curia cœleſti & filio in tranſitu ſuo, ait Hieronym. in ſermone vbi ſupra. Ad huius exequias Angeli famulabantur quantum fas eſt credere, & vniuerſæ cœlorum congratulabantur curiæ. Nec mirum,quia honor maternus eius eſt qui natus eſt ex ea,quem omnis cœlorum ordo veneratur.Legimus enim ſæpe ad funera quorumlibet ſanctorum Angelos aduenıſſe, obſequia præſtitiſſe, necnon & animas electorum ad cœlos cum laudibus & hymnis detuliſſe, inſuper & adhuc viuentes ibidem miri odoris fragrantiam diutius perſenſiſſe,quanto magis credendum eſt hodierna die miliriam cœlorum cum ſuis agminibus feſtiue obuiam aduenıſſe genitrici Dei, eámque ingenti lumine circunfulſiſſe, & vſque ad thronum ſibi ante mundi conſtitutionem paratum cum laudibus & canticis ſpiritualibus perduxiſſe? Nulli dubium omnem illam cœleſtem Hieruſalem tunc exultaſſe ineffabili lætitia, nec immerito.Creditur enim quod ſaluator omnium,ipſe per ſe totus feſtiuus occurrerit, & cum gaudio eam matrem in throno collocauerit,aliàs quomodo impleſſet præceptum ab eo in lege promulgatum.Honora patrem tuum & matrem, hæc ille.Ber.quoque in ſermone de aſſumptione ait. Quis [cogitare ſufficiat quàm glorioſa hodie mundi regina proceſſerit, & quanto deuotionis affectu tota in eius occurſum cœleſtium legionum prodierit multitudo? quibus ad] thronum gloriæ canticis ſit deducta, quàm placido vultu,quàm ſerena facie,quàm lætis amplexib.ſuſcepta,à filio,& ſuper omnẽ creaturã exaltata, cum eo honore quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria quæ tantum filium decuit:Hæc eſt dies(inquit Hie.) in qua vſque ad throni celſitudinem intemerata mater & virgo proceſſit,atque in regni ſolio ſublimata poſt Chriſtum glorioſa reſedit. Sic vbiq; ſancta canit Eccleſia,quod de nullo alio ſanctorum fas eſt credere, vt vltra Angelorum merita vel Archangelorũ tranſcenderit.Hæc ille. Et nota quòd hic Archangeli non accipiuntur ſtricte.ſ. pro ſecundo ordine Angelorũ quem ordinẽ multi ſanctorũ tranſcendũt, ſed large pro principaliorib.in quolibet ordine.Exaltata ſiquidem fuit virgo Maria ſuper omnes choros Angelorũ.De miraculis eius viuentis erga alios non legitur, licet tota vita eius fuerit miraculoſa, cùm in nullo peccauerit, ſed & miracula ſanitatum & huiuſmodi non faciunt hominem ſanctiorem vel Deo acceptionem. Vnde nec Ioannes Baptiſta miraculis effulſit in vita, quo inter natos mulierum maior non ſurrexit domino atteſtante. Sed poſt mortem ſuam beatiſſima virgo innumeris claruit & claret miraculis de quibus nunc agere omittimus. Ipſa aduocata eſt hominum,vnde canit Eccleſia. Mediatrix hominum ablutrixque criminum, peccato

A. C. 63.

Apoſtoli funeri ei' inter fuerunt.

Dion. ca. 3. de diuinis nom.

Angeli virgini matri morienti adfuerũt & eam in cœlũ perduxerunt.

Ex. 20. Ber. ſer. 1. de aſſum.

Hiero. vel Sophro. in eod. ſerm.

Miracula virginis in vita nulla.

Ioan. 10. Matt. 11.

(B, C, D, E, F: section markers in the inner margin of the right column)

A.C. 69.

peccatorum venia: quod intelligitur procuratiue nõ cauſatiue, & hoc meritis & precibus ſuis. Et alibi: Spes reorum eſt Maria, &c. ſpes, ſcilicet, ſuffragij quod debeat nos iuuare.

¶ *De conuerſatione & martyrio beati Petri Apoſtoli.* CAP. IIII.

POST ea quæ dicta ſunt de beato Petro Apoſtolo & Paulo contenta in Actibus Apoſtolorum, alia notabilia opera eorum quæ habentur in aliis libris explicare congruum eſt, cùm ipſi dicantur principes Apoſtolorum, vnde de his Ambr. 2. q. 7. Beati Petrus & Paulus eminent inter vniuerſos Apoſtolos, & ſpeciali quadam prærogatiua præcellunt. Verum inter ipſos, quis cui præponatur incertum eſt. Puto enim illos æquales eſſe meritis, qui æquales ſunt paſſione, & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe quos ſimul videmus vna die ad martyrij gloriã perueniſſe. Non enim ſine cauſa factũ putamus, q̃ vna die, vno in loco, vnius tyrãni tolerauere ſentẽtiã. Vna die paſſi ſunt: vt ad Chriſtum pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deeſſet. Sub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas vtrunque conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute. Et in quo loco tandem martyrium pertulerunt? In vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum, ſcilicet, vt vbi erat caput ſuperſtitionis, illic caput quieſceret ſanctitatis, & vbi Gentilium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morarentur, hæc ibi. Item Pelagius Papa diſt. 21. quamuis. ſic ait. Quamuis vniuerſæ per orbẽ catholicæ eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſit, tamen ſancta Romana eccleſia catholica & apoſtolica, nullis ſynodicis conſtitutis cæteris eccleſiis prælata eſt: ſed euangelica voce Domini & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Cui data eſt etiã ſocietas beatiſſimi Pauli Apoſtoli vaſis electionis: qui non diuerſo (ſicut hæretici garriũt) ſed vno tempore, vna eadémque glorioſa morte cum Petro in vrbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt. Et ſupradictam pariter Romanam eccleſiã Chriſto Domino conſecrarunt, eámque omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia ac venerando triumpho prætulerunt. Item Anacletus Papa diſtin. ead. In nouo. ſic ait. Cæteri Apoſtoli cum Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſumque principem eorum eſſe voluerunt. Qui etiã iubente Domino in toto orbe terrarum diſperſi Euãgelium prædicauerunt. Ipſis quoque decedentibus in loco eorum ſurrexerunt Epiſcopi, quos qui recipit & verba eorũ, dñm recipit, & qui eos ſpernit, dominũ ſpernit. Vidẽtibus autẽ Apoſtolis meſſem eſſe multã, ab eis ſunt electi ſeptuaginta duo diſcipuli, quorũ typũ gerunt presbyteri. Hęc ibi. Gratianus tamẽ dicto c. §. 1. eos dicit electos à Chriſto, quod etiã habetur in Euangelio Luc. 10. cap. Vnde dici poteſt q̃ Chriſtus elegit in diſcipulos, & Apoſtoli, vt ipſi eſſent ſimplices ſacerdotes. Quod autem dicitur in cap. in nouo. Apoſtolos omnes habuiſſe parem poteſtatem, intelligendum eſt vt dicit glo. ibi. quo ad poteſtatem ordinis epiſcopalis. Nam quo ad adminiſtrationem ſeu iuriſdictionem, Petrus maior fuit omnibus. Item cùm dicitur ſpecialiter de Petro & Paulo quòd ſunt pares, intelligendum eſt vel quo ad meritum & præmium, vt videtur ſentire Ambr. & Leo Papa, vel quo ad poteſtatem ordinis, quia vterque Epiſcopus. Nam quoad poteſtatem faciendi miracula, Petrus maior fuit Paulo, cùm ad vmbram eius ſanarentur infirmi. Quo ad ſapientiã & officium prædicandi, Paulus maior Petro, quantum autem ad iuriſdictionem Petrus maior Paulo & omnibus aliis.

Amb. ſer. 66. — Petrus & Paulus Apoſtolorũ principes. — Apoſtoli Petrus & Paulus in quibus æquales. — Gelaſius hoc habet in decreto de ſcrip. apocryphis. — Matth. 16. — Anac. epi. 2. ad Epiſcopos Ita. — Luc. 10. — Petrus maior cæteris Apo. — Amb. ſer. 66. — Leo Papa ſer. in nat. Pe. & Pau. — Act. 5. — Petrus maior Paulo quoad iuriſdictionem.

§. I.

DE Petro igitur primo ſciẽdum, quòd adductus fuit ad Ieſum per germanum ſuum Andream ad habendam familiaritatem cum eo. Et tunc ei dixit, Tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus, id enim primo, ſcilicet, à petra ſecundùm nomẽ deriuatur, petra autem erat Chriſtus, ſcilicet ſignificatiue, prius autem vocabatur Simon, quo nominẽ aliquando etiam vocatus eſt poſt Apoſtolatum vt patet Ioan. vlt. Poſtea vocatus eſt ad apoſtolatum à Chriſto cum Andrea dum piſcarentur in mari Galilææ. Matth. 4. Et iterum referente Luc. cap. 5. quando ad verbum Chriſti iactantes rete in mare comprehenderunt piſcium multitudinem tantam, vt implerentur nauiculæ duæ, hic ipſe præ cæteris Apoſtolis feruentiorem amorem & zelum in Chriſtum oſtendit. Vnde & cùm paſſionem ei narraſſet in via, retinuit eum Petrus, dicens propitius eſto tibi Domine, non erit tibi hoc. Ipſe inſtãter quæſiuit in cœna vltima ſcire proditorem, vt eum agnitum interficeret ſecundùm Chryſ. Ipſe ſolus gladium euaginauit in captura magiſtri contra tantam multitudinem ad eum defendendum. Quamuis autem ad horam timore mortis deuictus ſe negauerit diſcipulum Chriſti, tamen vt dicit Ambr. diſt. 50. fidelior. Fidelior factus eſt Petrus poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit quàm amiſit. Tanquam enim bonus paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum. hæc ille. Sed & pro illo fleuit amarè, & nedum fuerat confirmatus ex alto. Fertur enim quòd ſemper in ſinu ſudarium portabat, quo crebro fluentes lachrymas tergebat, quia quando dulcedinis, allocutionis, & præſentiæ Domini memor erat, lachrymas continere non poterat, vel etiam propter negationem illam. Paſſionem eius plures ſcripſerunt, vt Marcellus, Linus, & Leo papa. Dicit autem Iſid. in lib. de ortu & obitu ſanctorum. Petrus poſtquam Antiochiæ fundauit eccleſiam ſub Claudio Cæſare, Romam pergit contra Simonem Magum ibique prædicans Euangelium 25. annis eiuſdem vrbis pontificatum tenuit. Trigeſimo autem & ſexto anno paſſione Domini à Nerone imperatore (in vrba Roma deorſum verſo capite) (vt ipſe voluit) crucifixus eſt. Ex quibus ſequitur quòd vndecim annis in partibus orientis manſit antequã Romam attingeret. Ex his autem ſeptem cathedram tenuit Antiochiæ prædicans: aliis quatuor Hieruſalem & partibus vicinis. Alij dicunt quòd Petrus manſit in partibus Orientis, partim Antiochiæ & partim Hieruſalem & vicinis locis antequam veniret Romam annis quatuordecim, quod videtur verius ex eo quòd habetur ad Gal. 2. quòd Paulus cùm poſt annos quatuordecim, ſcilicet, à ſua conuerſione (quæ fuit anno quo Chriſtus paſſus eſt) veniſſet Hieroſolymam, cõtulit cum Petro & aliis Euãgelium. Et in huius venerationem, ſcilicet, Petri eccleſia, Antiochena poſt Romanam exaltata eſt, vt ſit tertia patriarchalis. diſt. 22. renouantes. Et hoc quia Petrus primo ibi cathedram

Ioan. 1. — 1. Cor. 10. — Petri zelus in Chriſtum. — Matth. 16. — Ioan. 13. — Ioan. 18. — Ambr. ſer. 43. de fide Petri. — Habetur in lib. de patr. noui Teſt. — Petrus quo anno mortuus. — Antiochena eccleſia eſt patriarchalis prop. ter S. Petrum.

A.C. 69.

A rhedram tenuit. Et propter hoc etiam feſtum cathedræ Petri in Februario celebratur. Cuius etiam occaſio extitit, quia cùm Petrus Antiochiæ prædicando multos conuertiſſet: ipſo aliis etiam ciuitatibus adiacentibus euangelizante, in abſentia eius Simon Magus multos decepit auertens à doctrina Petri, & ad ſuam trahens, arte magica mira exercens, ſeque Dei virtutem eſſe proteſtans. Sed reuertente Petro conuerſi illi ad pœnitentiam eo quòd Simoni Mago adhęſiſſent omnes de ciuitate nudis pedibus & ciliciis induti obuiauerunt Petro quos pœnitentes Petrus benigne ſuſcepit gratias Deo agens. Et cùm obtuliſſet ei populus multos variis langoribus deten- B tos & dæmoniis vexatos, & ſuper omnes nomē Domini Ieſu Petrus inuocaſſet, immenſum lumen cœlitus emicuit, & omnes ſanati currebant ad veſtigia Petri oſculanda, tunc infra ſeptem dies plus quàm decem millia hominum baptizati ſunt. At Theophilus princeps ciuitatis domum ſuam magnificā baſilicam fecit conſecrari, & cathedram excelſam ibi poni. vbi Petrus euangelizans ab omnibus videretur. Hæc ex itinerario Clementis. Cùm ergo Petrus maleficia Simonis quotidie magis detegeret, confuſus ille domum de illis partibus receſſit vrbem pergens, vt ſuis præſtigiis mira oſtentans adoraretur, vt C Deus. Quem Petrus ad malitiam eius comprimendā inſecutus Romam & ipſe peruenit. Habuit autem Petrus vxorem, vt patet ex Euangelio. Et filiam nomine Petronillam: quas ſecum Romam adduxit. Et de vxore dicitur in hiſtoria Eccle. quòd cùm ad paſſionem ipſa vt Chriſtiana duceretur, Petrus ingenti gaudio exultauit, ac eam proprio nomine vocans clamauit dicens. O coniunx memento Domini. Quod Petrus Apoſtolus & ſummus pontifex habuerit filiam non fuit contra aliquam legem. Nam hoc fuit antequā aſſumeretur ad Apoſtolatū, ſtatū. ſ. religioſum, & promotionem eius ad ordines. Quod D autē is qui habuit vxorē factus eſt poſtea pontifex, iuri communi non repugnat. Nā habens vxorem ea aſſentiente & viuente poteſt & ordinari, & religionem intrare vtroque in caſtitatis voto permanente, quod de Petro creditur & vxore eius. Sed & Chriſtus legiſlator etiam potuiſſet contra omnem legem diſpenſare cum eo, ſed non oportebat.

Hæc copioſe Clemens narrat l. 1. recognitionum non procul à fine.
Simon Magus Petro infenſus.
Vxor D. Petri martyris.
Euſeb. l. 3. hiſt. Eccl. c. 24. ex 7. lib. ſτρωμ. Cle. Alex.

Petronillæ verò vitam deſcripſit ſanctus Marcellus. Hæc cùm eſſet nimis ſpecioſa, de voluntate Petri febribus laborabat. Vna autem dierū diſcumbentibus apud eum diſcipulis, dixit ad eum quidam ex eis. Cùm omnes infirmi à te ſanentur, cur permittis Pe- E tronillam iacere? Cui ille. Quia ſic ei expedit. Verūtamen ne putetur impoſſibilitas ſanitatis eius meis ſermonibus excuſari: aio ad eam. Surge Petronilla, & miniſtra nobis velociter. Quæ ſtatim ſana ſurrexit & miniſtrauit. Completo autem miniſterio dixit ei Petrus. Redi ad locum tuum. Et rediens ad lectum febribus vt prius laborauit. At vbi in Dei timore cœpit eſſe perfecta, ex integro eam ſanauit. Comes autem quidam Flaccus nomine captus pulchritudine eius petiit eam in vxorem. Quæ ait. Si me vis habere in vxorem, iube ad me venire virgines quæ me aſſocient ad domum tuam. Quas cùm miſiſſet, Petronil- F la ieiuniis & orationibus ſe Deo commendans & corpus Domini ſuſcipiens, poſt triduum ad Dominum migrauit. Huius feſtum celebratur vltima Maij. Vltra miracula narrata de Petro in Actibus Apoſtolorum & Antiochiæ, plurima etiam alia operatus eſt Romæ & alibi. Nam cùm quadam vice miſiſſet duos ex diſcipulis ſuis ad prædicandum, & iam viginti di-

Extat apud Suriū 3. to. in vita SS. Nerei & Achillei.
Sancta Petronilla.
Petri miracula.

A.C. 69.

A tas peregiſſent, vnus eorum mortuus eſt, qui dictus eſt Georgius. Socius autē eius qui dicitur fuiſſe Martialis, vel ſecundum alios Frontonius, reuerſus ad Petrum narrauit factum. Cui Petrus dedit baculum ſuum, vt audiens locum ſepulturæ ipſius Georgij poneret ſuper eum. Quo facto ille ſurrexit iam quadraginta dies habens in ſepulchro. De cibo eius & veſtitu dicit Clemens in itinerario. Panis (inquit) mihi ſolus cum oliuis & raro etiam cum oleribus in vſu eſt. Indumentū eſt hoc mihi quod vides, tunica cum pallio, & hæc habens nihil aliud requiro.

Hanc hiſtoriā breuiter recēſet Vſua. in marty. ad 8 cal. No. Cle. l. 7. recogni. fere in principio.

B

§. II.

SATIS autem Petrus habuit laborare & certare verbis & operibus miris cum Simone Mago. Is enim præſtigiis ſuis multa mira populo & imperatori oſtendebat. Et inter cætera ſemel dixit imperatori [a] Neroni. quòd ad hoc vt certus eſſet de ſua diuinitate & non dubitaret, contentus erat vt imperator faceret ſibi caput abſcindere: & ſic mortuus tertia die reſurgeret, & ſe ei manifeſtaret. Quod Nero experiri volens, mandauit lictori caput eius abſ- C cindi. Quo facto tertia die viuus ſe Neroni præſentauit. Hæc autem illuſio ſic potuit fieri. Simon Magus arte diabolica arietem (quem nemo perpendit eſſe arietem: quia diabolo operante corpus ſimile Simoni Mago ex aere formato circa illud erat) in theatrum adduxit. Simon autem ipſe in propria perſona perſtrictis oculis hominum arte diabolica à nullo videbatur. Sicque dum lictor putauit ſe caput abſcindere Simonis, amputauit caput arietis, circa quem erat effigies Simonis. Caput autem & reliquū arietis ipſe Simon aſportauit nemine eum vidente. Vnde tertia die ſe Simon manifeſtans qui ſe occul- D tauerat, creditus eſt ſurrexiſſe. Aliquando etiam loquente ipſo Simone cum Nerone in thalamo, ipſe Simon reperiebatur extra in foro populum alloqui, non quòd ſimul eſſet in pluribus locis idē: ſed perſona, quæ loquebatur ad populū diabolus erat habens effigiem propriam Simonis: quod vtique permittente Deo poteſt euenire. Quod & Deus ſinit ad probandum electorum conſtantiam & fidem, vt habetur. 26. q. 5. nec mirum. Cùm igitur hæc & alia maleficus ageret: populus in magna veneratione eum habebat, adeo vt & imaginem ei facerent cū ſubſcriptione tituli huius. Simoni ſancto Deo. Nero autem E ita diligebat eum: quòd ſalutis ſuæ & totius ciuitatis cuſtos putaretur. Habuit autem Petrus triplicem conflictum cum eo in particulari. Prima quidem vice, quia cùm Petrus cum Paulo, qui intrauerat vrbē diebus illis, vt vterque ſimul confunderent Magum & falſitates eius detegerent: adiiſſent imperatorem, & præſente Simone inſinuarent ipſum Magum plenum fallaciis & ſpiritu nequam, vt referunt Marcel-

Petri cum Simone Mago certamina.
Simonis Magi præſtigiæ.
Iuſtin. in Apo. 2. ad Ant.
Triplex conflictus Petri cum Simone Mago.

a Simonem Magum non ſub Nerone ſed ſub Claudio præſtigiis ſuis vrbi impoſuiſſe tradunt Iuſtin. in Apol. ad Anton. & Hiren. li. 1. c. 19. & 20. eúmque ſub Clau- F *dio extinctum Romæ fuiſſe ſcribit Euſeb. l. 2. hiſt. Eccle. cap. 14. Quare non facile D. Antonio aſſentirem, qui D. Petrum cum Simone Neronis tempore in certamen veniſſe ſcribit, cùm ſub Claudio potius omnis illa cum impuriſſimo illo Mago fuerit ſuſcepta contentio, ad cuius impoſturas detegendas primùm illum Romam veniſſe ſub Claudio veteres tradunt. Hieron. in catal. Euſeb. lib. 2. cap. 4.*

lus &

A.C. 69.

lus & Linus Papa. Ait Simon. Non diutius patiar hūc Petrum inimicum: ſed præcipiam Angelis meis, vt vindicent me de iſto. Cui Petrus. Angelos tuos non timeo: ſed ipſi me timent. At Nero. Non times Petre Simonem qui diuinitatem ſuam factis oſtendit? Cui Petrus. Si diuinitas eſt in eo, & Deus omnia nouit etiam occulta, dicat ergo quid modo cogito vel facio. Et ne nos fallat, dicam ô imperator in auribus tuis ſecreto quid intendo. Quod annuente Nerone egit, dicens ſubmiſſe vt panis ei occultè porrigeretur. Hoc peracto ait Petrus. Dicat Simon quid actū vel dictum ſit, qui ſe Deum facit. Et Simon. Magis dicat Petrus quid cogitem ego. Petrus autem. Quid cogitet Simon oſtendam me opere noſſe. Tunc Simon indignatus clamauit, dicens. Procedant canes magni, & deuorent Petrum. Et ſubito canes magni, id eſt, dæmones in forma canum apparuerunt. Et cùm impetum facerent in Petrum: ipſe Petrus panem benedictum occultè protulit, & eos in fugam conuertit. Et Petrus ad Neronem. Ecce ſatis oſtendi me noſſe cogitationem Simonis, & qui canes produxit contra me, oſtendit ſe non habere Angelos diuinos ſed caninos. Tunc Simon. Audite me Petre & Paule. Si verbis hic nil poſſum facere, veniemus vbi oportet vos me iudicare. Ego autem modo vobis parco, hæc Linus.

Secūdum Petri cū Simone certamen. Mar. in vita SS. Nerei Achillei & aliorum, to. 3. Surij, & Egeſippus l. 3. de excidio Hier. c. 2.

Altera vice cùm iactaret ſe Simon poſſe mortuos ſuſcitare, ad hoc eum incitabant ſequaces eius & decepti ab eo: vt Petrum confundere poſſet. Accidit ergo, vt quidam iuuenis moreretur. Fuit & hoc Petro nunciatum, quòd Simon ſe obtulerat ad ſuſcitandum mortuum. Congregatis ergo turbis plurimis Petrus & Simon in hanc ſententiam conuenerunt vrgente populo, vt qui mortuum ſuſcitare non poſſet, ille occideretur vt falſus homo & deceptor. Simon ergo inchoans ſuis incantationibus vſus eſt, quibus viſus eſt caput agitare defunctus à circunſtantibus, ex quo exiſtimans multitudo illum ſuſcitatum, exclamare cœperunt contra Petrum eum lapidare volentes [eo quod tantæ poteſtati ſe conferre voluiſſet]. Petrus verò impetrato ſilentio ait. Si viuit defunctus, ſurgat, ambulet, & loquatur alioquin ſciatis phantaſma eſſe quod mouerit caput. Cúmque ſeparatus eſſet Simon à lectulo, vt iuſſerat Petrus cadauer immobile manſit. Exinde Petrus à longe ſtans facta oratione clamauit. In nomine Ieſu Chriſti crucifixi ſurge adoleſcens. Qui ſtatim ſurrexit & ambulauit. Cúmque vellet populus Simonem lapidare, prohibuit Petrus dicēs. Satis eſt ei quòd vidit ſe in artibus ſuis ſuperatúm. Magiſter noſter docuit pro malis bona præſtare. Hæc Egeſippus & Linus. Et addit Marcellus quòd Simon ſic confuſus acceſſit ad Marcellum, quem nouerat diſcipulum ſuum, & alligauit canem maximum ad oſtium domus, id eſt, diabolum in forma canis, vt dilaceraret Petrum ad domum eius venientem. Petrus autem adueniens inuentum canem ſoluit, præcipiens, vt directè contra Simonem procederet neminem lędendo. Qui canis ſolutus inſecutus Simonem in eū inſiliit, dilanians omnes veſtes eius ita vt nudus remaneret, quærens eum ſtrangulare. Sed accurrens Petrus imperauit cani, ne in corpore eum læderet, populus autem cum pueris & cane currentes poſt eum de ciuitate vt lupum fugarunt. Quod opprobrium non ferens per annum ſtetit occultus.

Petrus mortuus ſuſcitat.

Marce. ib.

Tertium cū Simone certamen. Egeſip. ib. Cle. l. 6. cō ſtitu. Apo. c. 9.

Demum rediens Simon ad vrbem, in auaritiam Neronis vt prius receptus eſt. Et conuocato populo

A dixit ſe grauiter à Galilæis offenſum, & ideo vrbem quam tueri ſolebat velle deſerere. Et diem ſtatuit qua deberet in cœlum conſcendere: quia non dignabatur amplius in terra habitare, vt refert Linus. Statuta igitur die & hora congregato vniuerſo populo adſiſtentibus Petro & Paulo ad detegendum maleficia eius, cùm eis fuiſſet intimatum quod ille promiſerat ſe facturum. Simon turrim excelſam (vel ſecundum Linum) capitolium aſcendit, & inde ſe deiiciēs laureatus volare cœpit, vt auis ad cœlum. Dixit autem Paulus ad Petrum, Meum eſt orare, tuum imperare. Et Petrus ad Paulum. Erige caput & vide.
B Cúmque videret eum in altum volare, ait Paulus. Petre quid ceſſas? Perfice quod cœpiſti, iam enim vocat nos Dominus. Tunc Petrus ait. Adiuro vos angeli Sathanæ, qui eum defertis per aera, vt amplius non feratis, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū: ſed corruere dimittatis. Sícque dimiſſus à dæmoniis fractis ceruicibus expirauit. Iuſto Dei iudicio hoc actum cernimus, vt qui contra naturam volare voluit, officio naturali pedum priuaretur, & qui volitare tentabat, ambulare non poſſet, & qui ſua temeritate ad cœlum aſcendere ſe oſtentauit, ad inferni profundum contractus totus deſcenderet. Hæc au-
C diens Nero multum doluit talem virum amiſiſſe, & dixit Apoſtolis. Malo exemplo vos perdam, quia me ſuſpectum feciſtis. Vnde traditi ſunt in cuſtodiam carceris ſub cura Proceſſi & Martiniani. Quibus conuerſis ad fidem, Petrus in carcere fonte diuinitus procurato, eos & multos alios baptizauit, eíſque carcerem aperuit, vt liberi diſcederent. Qui poſtea Chriſtiani inuenti martyrio coronati ſunt. Et licet Petrus nollet diſcedere ne videretur mortē timere: tandem compulſus precibus diſcipulorum, vt ad eorum conſolationem & profectum adhuc ſe in vita ſeruaret, receſſit de carcere. Egreſſus vrbem cùm
D veniſſet ad locum qui dicitur, Sācta Maria ad paſſus, vidit Chriſtum ſibi occurrentem & ait. Domine quo vadis? Qui reſpondit. Venio Romam iterum crucifigi. Quod Petrus intellexit Romæ ſe eſſe crucifigendum. Vnde reuerſus ad ciuitatem dixit fidelibus, quomodo Dominus ſibi apparuerat, & declarauerat ſe per martyrium migraturum.

A.C. 69.

Simon lapſu mortuus eſt.

Vide horum conuerſionē & vitam 3. to. epi. Sur.

Ambro. in oratione ad Aux. de trad. Baſilij c. 5.

§. III.

E SCIENS ergo Petrus citius ſe per martyriū ad Dominum migraturum, prouidere voluit in futurum gregi ſibi commiſſo. Congregatis ergo fidelibus inſtituit ſanctum Clementem ſucceſſorem ſuum in papatu. Vnde Ioannes tertius papa ait. 8. q. 1. ſi Petrus. Si Petrus princeps Apoſtolorum adiutores ſibi aſciuit Linum & Cletum, nō tamen poteſtatem pontificij, aut ligandi vel ſoluendi normam eis tradidit, ſed ſucceſſori ſuo Clementi, qui ſedem apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem, tradente ſibi beato Petro tenere promeruit. Linus verò & Cletus exteriora miniſtrabant, & princeps
F Apoſtolorum verbo & orationi inſtabat, vbi dicit gloſſa quòd ex his patet quòd Linus & Cletus non fuerunt Apoſtoli, quod verum eſt viuente Petro: ſed adminiſtrabant temporalia pauperibus erogando, ad quod fuerunt electi, ſeptem diacones ab Apoſtolis. Hoc officium habet hodie camerarius papæ. Adiurabant etiam in ſpiritualibus abſoluendo & ligando. Et

Petrus ſucceſſorem ſibi Clementem inſtituit.

Ioan. 3. ſcribens Gal. & Ger. Epiſcopis.

Act. 6.

A.C. 69.

do. Et quod dictum eſt in dicto capitulo, quòd non habebant poteſtatem ligandi & ſoluendi, intelligitur ſecundum gloſſ. quoad plenitudinem poteſtatis, quam ſibi papa reſeruat. Item ſecundum gloſſ. Linus & Cletus non fuerunt poſt Petrum immediate Apoſtoli: ſed Clemens à Petro inſtitutus. Quod Clemens cernens pernitioſum eſſe exemplo quòd aliquis ſibi eligeret ſucceſſorem: inſtigatus à Spiritu ſancto renunciauit papatui, & factus eſt papa Linus. Et eo decedente per martyrium creatus eſt Cletus pontifex ſummus. Quo migrante ad Dominum: fuit aſſumptus ad papatum Clemens præfatus. Et dicit gloſſ. 8. quæſt. 1. §. his omnibus, quòd hodie papa non poteſt ſibi inſtituere ſucceſſorem, quia hoc eſſet immutare ſtatum eccleſiæ, vt habetur 15. quæſt. 1. per plura capita. Inſtituens autem Petrus Clementem in conſpectu fidelium, eum admonuit dicens. Te oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti vt omnes vitæ huius occupationes abiicias, ne fideiuſſor exiſtas, ne aduocatus litium fias, neve in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris mundialis officij occaſione perplexus. Neque enim iudicem neque cognitorem ſæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus, ne præfocatus præſentibus hominum curis, verbo Dei vacare nõ poſſis. Hæc namque opera quæ tibi diximus minus congruere, exhibeant ſibi inuicem diſcentes idem laici, & te nemo occupet ab iis ſtudiis, per quæ ſalus hominibus datur, hæc 11. q. 1. te quidem. Itẽ Petrus ad fideles. Oportet eum qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talem, vt ſemetipſum pro ingenio diſcentium poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo apprime eſſe eruditus & doctus irreprehenſibilis, maturus, & pauidus ſicut ipſi probaſtis hunc fore Clementem poſt me, vt habetur. 8. quæſt. 1. oportet. Item Petrus in ordinatione eiuſdẽ Clementis populum alloquens ait, diſtinct. 93. ſi inimicus eſt. Si inimicus eſt iſte Clemens alicui pro actibus ſuis prauis, vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat. Cum illo nolite eſſe amici, ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commotione obſecundare, & auertere vos ab eo, qui ipſum ſentitis aduerſum. Nec loqui iis quibus ipſe non loquitur, vt vnuſquiſque, qui in culpa eſt dum cupit omnium veſtrum amicitias habere, feſtinet citius reconciliari ei qui omnibus præeſt, & per hoc redeat ad ſalutem, hæc ibi. Scripſit autem Petrus duas epiſtolas, quæ canonicæ appellantur, & authenticæ ſunt & approbatæ. Vna eorum Romæ [ſcripta eſt] quam appellat Babylonicam dicens. Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone. Et hoc propter confuſionem errorum & vitiorum, quibus tota dedita erat, paucis exceptis ad fidem conuerſis. Sed & in fine ſecundæ epiſtolæ commendat ſeu collaudat epiſtolas Pauli dicens, Chariſſimi ſatagite immaculati & inuiolati in ueniri in pace: & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitremini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.

Cle. epi. 1. ad Iac. fratrem Domini hoc habet.

Ibid.

Ibid.

Cum eo non loquẽdum eſt, cum quo non loquitur Clemens.

Sic interpretatur Papias apud Euſeb. l. 2. c. 14 Hier. & alij. 1. Pet 5.

§. IIII.

De morte D. Petri.

DE MARTYRIO EIVS. Prædicante autem Petro & multum in prædicatione caſti-

A tatem commendante & laſciuias arguente, quatuor concubinæ præfecti Agrippæ ad prædicationem eius ita ſunt conuerſæ ad Deum & caſtitatem ſeruandam, vt nullatenus acquieſcerent vlterius ad eum accedere. Propter quod iratus Agrippa quærebat occaſiones mortis contra Petrum. Cùm ergo Petrus quæreretur à miniſtris Neronis, inuentus, præſentatus eſt Agrippæ præfecto, cuius facies (vt ait Linus) vt ſol reſplenduit. Dixit autem ei præfectus. Tu ne es ille Petrus, qui in plebibus & mulierculis, quas à virorum toro ſeparas, gloriaris? Quem Petrus dure increpans de ſua libidine & atrocitate, dixit ſe B in cruce Domini gloriari. Demum in iuſſu Neronis data eſt ſententia contra Apoſtolos Petrum & Paulum, vt Petrus tanquam alienigena, & qui crucem prædicabat Chriſti Domini, cruci affigeretur. Et Paulus, quia ciuis Romanus, capite plecteretur. Vbi dicit de hac ſententia Dionyſ. in epiſtola ad Timotheum (ſi tamen eius eſt.) O frater mi Timothee, ſi vidiſſes agones conſummationis eorum, defeciſſes præ dolore & triſtitia. Data enim ſententia contra eos, vidiſſes turbas Iudæorum & Gentilium percutientes eos, & expuentes in facies eorum. Adueniente autem tempore conſummationis eorum, cùm ſe C pararentur ab inuicem, ligauerunt columnas mundi non abſque fratrum gemitu & ploratu. Tunc, inquit Paulus Petro. Pax tecum fundamentum eccleſiarum, & paſtor omnium agnorum Chriſti. Et Petrus ad Paulum. Vade in pace prædicator bonorum, mediator & dux ſalutis iuſtorum. Paulus ergo ductus eſt via oſtienſi decapitandus, vt dicetur infra. Petrus verò alibi. Quò perueniens videns crucem ſibi paratam erectam, rogauit miniſtros vt crucem verterent, ita vt capite & manibus deorſum & pedibus ſurſum in cruce maneret, dicens: Quoniam Dominus meus ad terram deſcendit, erecta cruce D ſublimatus eſt. Me autem, quem de terra ad cœlum reuocare dignatus eſt, crux mea, caput meum, in terra debet oſtendere, & pedes ad cœlum dirigere. Et quia non ſum dignus, vt in cruce ſim ſicut Dominus meus Ieſus, ideo crucem inuertite, vt caput deorſum habeam: pedes verò ſurſum. Quod & factum eſt. Populus autem congregatus furore repletus, volebat Neronem & præfectum occidere, & Petrum liberare: ſed Petrus rogauit vt paſſionem ſuam nullatenus impedirent. Dominus autẽ (vt ait Egeſippus) aperuit oculos diſcipulorum ibi lugentium & viderunt Angelos ſtantes cum coronis de floribus roſa- E rum & liliorum & Petrum in cruce ſtantem cum eis & librum à Chriſto accipientem, & inde quæ loquebatur legentem. Intelligens autem Petrus quòd fideles gloriam ſuam vidiſſent, gratias agens & Deo fideles commendans ſpiritum emiſit. Tunc Marcellus & Apuleius fratres diſcipuli ipſum de cruce depoſuerunt, & diuerſis condientes aromatibus ſepelierunt. Tempore autem ſancti Cornelij papæ (vt habetur in legendis) Græci fideles Apoſtolorum corpora furati eadem aſportabant. Sed dæmones in ſimulachris habitantes diuina virtute coacti clama- bant. Viri Romani ſuccurrite, quia dij veſtri aufe- F runtur. Quapropter infidelibus intelligentibus de Apoſtolis, Gentilibus verò de ſuis diis, multitudo ſimul fidelium & infidelium adunata illos perſequitur. Vnde timentes Græci, corpora ipſa Apoſtolorum apud Catacumbas in puteum proiecerunt: ſed à fidelibus poſtea extracta ſunt. Sed cùm dubitarent, quæ eſſent oſſa Petri, & quæ Pauli, orantibus fidelibus &

A.C. 69.

Cauſſam hanc mortis Apoſtolorum Metaph. fuiſſe refert.

Hæc epiſtola non eſt edita cum cæteris Areopagitæ libris.

Petri martyrium.

Græci Apoſtolorũ corpora adportantes reuocantur.

Oſſa Petri & Pauli quomodo diſcernuntur.

A C. 69. bus & remanentibus de cœlo reſponſum eſt, maiora eſſe prædicatoris, minora piſcatoris. Et ſic ſeparata, ſunt in ſuis eccleſiis collocata. Vel ſecundum alios à beato Syluestro papa in conſecratione eccleſiarum illorum magna cum paruis ab eo ponderata, & media pars vnius cum media parte alterius in ipſorum eccleſiis collocata. Hodie tamen capita Apoſtolorum Petri & Pauli mirabiliter auro & argento & gemmis exornata in eccleſia Lateranenſi ſancti Ioannis repoſita populo oſtenduntur.

Celebratur feſtum 29. Iun.

¶ De conuerſatione & martyrio beati Petri Apoſtoli.

CAP. V.

Pauli vita.

PAVLVS quamuis in numero duodecim Apoſtolorum, qui ſunt à Christo in terris conuerſante vocati, non computetur, tamen Apoſtolus dicitur, interpretatur enim Apoſtolus, miſſus. Fuit autem vocatus à Chriſto ad dexteram Dei ſedente, ſed tunc in aere propinquo terræ deſcendente, & miſſus ad prædicandum per orbem Euangelium per reuelationem Ieſu Chriſti edoctus non ab homine, vt refert. Qui etſi ex humilitate dicat, Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum eccleſiam Dei. & 1. ad Timoth. 1. Venit Ieſus peccatores ſaluos facere quorum primus ego ſum, id eſt, maximus: tamen cum veritate ait, abundantibus illis omnibus laboraui non autem ego: ſed gratia Dei mecum. & de nomine eius Paulus quod os tubæ, vel electum mirabile vel electionis miraculum Hebraicè interpretatur, vel παυλ@ quod à Græco παυλη quod eſt requies & ceſſatio deducitur, vel Paulus Latinè qui quaſi modicus exponitur. De ipſo inquam nomine triplex eſt opinio. Origen. enim dicit quòd ſemper fuit binomius, ſcilicet, Saulus & Paulus dictus. Rabanus aſſerit prius vocatum Saulum à Saule ſuperbo, poſtea Paulum propter magnam humilitatem, & hoc poſt conuerſionem, quaſi modicus dictus. Beda autē vult quod ſit dictus Paulus à Paulo Sergio proconſule quem conuertit ad fidem. Fuit autem de tribu Beniamin. Vnde de ipſo exponit Auguſtinus illam prophetiam Iacob, Beniamin lupus rapax, &c. Geneſ. 49. Conuerſus eſt autem primo anno paſſionis Chriſti, id eſt, menſe Ianuarij ſequenti immediate paſſionē Chriſti. Refert Haymo, quòd Paulus à pullorum cantu vſque ad quintam horam labori manuum inſiſtebat (erat enim Scenofactoriæ artis) deinde prædicationi vacabat, itaq; plerumq; vſque ad noctē protrahebat ſermonē, reliduū temporis comeſtioni, ſomno & orationi neceſſarium erat. Hieronymus de viris illuſtribus ait quòd Vigeſimoquinto anno à paſſione Domini, hoc eſt, Neronis imperij ſecundo anno, Paulus vinctus Romam mittitur, vt dictum eſt ſupra ex actibus Apoſtolorum, & per biennium in libera cuſtodia manens aduerſus Iudæos [de aduentu Chriſti quotidie] diſputauit. Deinde à Nerone dimiſſus, Euangelium in occidentis partibus prædicauit. Audiens enim Nero, quòd de lege Iudæorum & fide Chriſtianorū quæſtio eſſet inter Paulum & Iudæos, cùm nondum eſſet in imperio firmatus, non curauit multum de ta-

Act. 9. Gal. 1. 1. Cor. 15. 1. Cor. 15. Bed. in interp. nominum Hebræorum. Orig. in 1. ep. ad Ro. Pauli Apoſtoli nomina. Bed. in c. 13 Act. Phil. 3. Augu. de ſanctis ſer. 14. Act. 18. Hiero. in catal. Paulus quando Romam venit.

A liq[illegible]one, vt ſe & liber d[illegible]. D[illegible]quarto autem Neron[illegible] [illegible] Petrus cru- A C. Ibid.
cifixus, Pau[illegible] [illegible] Hieronymum. [illegible] vbique
diuulgab[illegible] [illegible] omnibus [illegible].
Multos etiam de [illegible] Cæſar[illegible] amicitiam copulauit, & præcipue Senecam [illegible] Neronis, vnde & epiſtolæ reperiuntur ad alterutrum deſtinatæ. Quædam etiam ſcr[illegible] Cæſare recitata [illegible], & ab omnibus [illegible] commendata. Senatus etiam de illo alta [illegible] ſentiebat. Paſſionem autem eius L[illegible] papa deſcripſit.

Seneca amicus Pauli.

B Cùm igitur Romæ eſſet, & quadam d[illegible] circa veſperas in quodam ſolario prædicaret, quidam iuuenis nomine Patroclus pincerna regis, vt Paulum propter multitudinem commodius a[illegible]et, feneſtram domus aſcendit. Qui dormitans, de [illegible] cadens expirauit. Quod audiens Nero multum de eo doluit, & alium in eius officium ſubrogauit. Paulus verò per ſpiritum hoc cognoſcens, adſtantibus inſinuauit, mandans vt illum defunctum Patroclum ad ſe adducerent. Quem ad ſe delatū reſuſcitauit, & ad Cæſarem remiſit. Audiens Nero Patroclum adeſſe, & ad eum ingredi velle, quem mortuum nouerat, timens ne phantaſma eſſet, nolebat eū admittere ſed

Patroclus Neronis pincerna ſuſcitatur.

C ſuaſu amicorū eius intrare permiſſus eſt. Cui Nero. Patrocle viuis? Et ille, Cæſar viuo. Nero autē ait. Et quis te fecit viuere? Cui ille, Dominus Ieſus Chriſtus rex omnium ſæculorum. Et Nero iratus ait. Ergo Ieſus reſoluet omnia regna mundi & ipſe regnabit. Cui Patroclus. Etiam. Tunc dedit Nero ei alapam dicens. Ergo & tu militas illi regi. Qui reſpondit. Vtique illi milito, qui me fecit viuere. Cùm autem adſtantes arguerent imperatorem, quòd percuſſiſſet iuuenem prudenter loquentem, & quòd ipſi etiam militabant illi regi qui illum ſuſcitauerat,

Nero in Chriſtianos debacchatur.

D furore repletus omnes illos conuerſos ad fidem, incarcerauit. Et Chriſtianos fecit inquiri, & ſine interrogatione cauſæ per varia tormenta cruciari. Inter cæteros autem fuit ductus ante Neronem Paulus, vt principalis in tali doctrina. Cui Nero. O homo magni regis ſeruus, mihi autem vinctus, cur milites meos à me ſubtrahis, & tuo Domino colligis? Et Paulus ad eum. Non ſolum de tuo angulo: ſed de vniuerſo orbe milites meo regi collegi, quibus donatiua quæ nunquā deficient, & quæ omnem indigentiam excludunt, largitur. Huius ſi volueris ſeruus eſſe, ſaluus eris. Hic tantæ potentiæ eſt vt ad iudi-

Pauli cū Nerone colloquiū.

E candum omnes ſit venturus, & per ignem figuram huius mundi reſoluat, & omnes ciuitates & regna deſtruat. Tunc Nero ira repletus iuſſit omnes Chriſtianos igne cremari, & Paulum, vt maieſtatis reum decapitari. Cùm autem multi Chriſtianorum trucidarentur, populus ſeditione facta cucurrit ad palatium Neronis dicens. Pone modum Cæſar, tempera iuſſionem. Noſtrates ſunt quos perdis, Romanum tuentur imperium. Timens autem Nero tumultum populi, mutauit edictum, ſcilicet, vt nullus Chriſtianorum occideretur quouſque plenius in ea cauſa deliberaretur. Iterum Paulus præſentatus eſt ante

F Neronem. Quem vt vidit, exclamauit Nero. Tollite maleficum, decollate impoſtorem, perdite ſeductorem, alienatorem, auferte de ſuperficie terræ mentium mutatorem. Ad quem Paulus, Modico tempore [illegible] tiar: ſed viuam æternaliter Domino Ieſu C[illegible]. At Nero Auferte ab eo caput, vt intelli[illegible] ſuo fortiorem: & videamus ſi ſemper viuere [illegible].

Et Paulus

6\. Et Paulus ad eum. Vt ſcias me poſt mortem viuere A æternaliter, cùm caput mihi abſciſſum fuerit, viuus tibi apparebo, & tunc cognoſcere poteris quia Ieſus Chriſtus eſt Dominus vitæ & mortis. Cumque ducerent ad locum ſupplicij dixerunt ei tres milites qui eum ducebant. Dic nobis Paule, quis eſt ille rex veſter quem tantum diligitis, quòd pro eo magis mori quàm viuere eligitis? & qualem mercedem inde habebitis? Tunc Paulus de regno Dei & pœnis inferni prædicauit adeò quòd eos conuertit. Qui cùm rogarent eum vt libere abiret quò vellet. Ille reſpondit, Abſit vt fugiam. Non enim ſum profugus: ſed miles Chriſti legitimus. Scio enim, quòd à vita iſta B tranſitoria ad vitam tranſibo æternam. Qui etiam dixit eis quòd poſt mortem ſuam ſequenti die venirent ad locum, vbi fideles decapitatum eum ſepelirent, & ibi inuenirent Titum & Lucam, & ipſi baptizarent eos. Inter ea miſit Nero duos milites ad inquirendum an eſſet occiſus. Quibus cùm Apoſtolus prædicare vellet, illi dixerunt: Poſtquam mortuus fueris & ſurrexeris tunc credemus verbis tuis. Feſtinantes ergo ducere ad locum decapitationis, cùm tranſirent per portam Oſtienſem: obuiam habuit Paulus quandam deuotam diſcipulam ſuam nomine Plautillam ſeu Lemobiam ſecundùm Dionyſium. C Flente ergo illa orationibus eius ſe commendauit Apoſtolus: vale inquiens Plautilla æternæ ſalutis filia. Commoda mihi velum quo caput tuum tegis, vnde oculos meos velem tempore decapitationis: & illud tibi reſtituam. Quod cùm feciſſet, irridebant eam ſatellites, quòd tam pulchrum velum illi tradidiſſet, quod perderet. Veniens ergo ad locum paſſionis manibus ad cœlum extenſis verſus orientem diu orauit cum lachrymis. Et vale faciens fratribus congregatis ligans oculos ſuos velo Plautillæ, extendens collum facto ſigno crucis ictum ferientis excepit dicens. Domine mi Ieſu in manus tuas commen D do ſpiritum meum. Caputque eius à corpore exciſum Ieſus Chriſtus clara voce inſonuit. Quod nomé adeò dulce fuerat ſibi in vita, vt quingentis vicibus in epiſtolis ſuis ipſum Ieſum vel Chriſtum vel vtrúque ſimul nominauerit. Vndáque lactis de vulnere vſque ad veſtimenta lictoris, & poſtea ſanguis effluxit. Fuerat enim virgo. Lúxque immenſa in aere ſuper eum emicuit. In ipſo autem ictu explicauit velum, quo ſuſcipiens ſanguinem illud obuoluit portans ipſum Plautillæ. Reuertentibus miniſtris ſceleris ad vrbem in porta Oſtienſi dixit illis Plautilla. E Vbi dimiſiſtis magiſtrum meum? At illi. In valle pugnum dentum iacentem capite velatum tuo velo. Et illa. Nequaquam. Sed ecce nunc intrauerunt Petrus & Paulus ciuitatem induti veſte præclara, coronas fulgentes in capitibus ſuis habentes, & velum mihi reſtituit Paulus, quod eis oſtendit, vnde plures conuerſi ſunt ad fidem. Hæc audiens Nero obſtupefactus, cùm loqueretur cum Philoſophis & amicis ſuper his, ianuis clauſis intrauit Paulus dicens Neroni. Ecce Cæſar viuo æterni regis Ieſu Chriſti miles: vel nunc crede quia non ſum mortuus ſed viuo, ſed tu æterna morte morieris, eo quòd ſanctos Dei iniuſte interficis. Nero vt amens effectus ſuaſu amicorū F Patrocium & alios Chriſtianos ſoluit vt irent quo vellent. Die ſequenti miniſtri illi qui conuerſi fuerant ad verba Pauli, euntes ad locum vt dixerat eis, inuenerunt Titum & Lucam, à quibus baptizati ſunt. Ioannes Chryſoſtomus in lib. de laudibus Pauli hunc mirabiliter extollit dicens. Nil prorſus erra-

[Marginal notes, left column: [illegible] Paulū [illegible]. — Huius memorit Marcellus in vita Nerei. — Pauli obtruncatio. — Paulus mortuus Neroni ſe oſtēdit. — Hom. 1. de lau. D. Pa. Pauli laudes.]

uerit, qui pratum quoddam inſigne virtutum, ac paradiſum ſpiritualem animum Pauli nunc vocauerit. Quæ autem [illegible] in laudibus eius inueniuntur æqualis, cùm omnia quæ ſunt in hominibus bona, animus vnus poſſidebat, & ea cuncta plene & accumulate quæ non ſolum hominum ſunt: ſed etiam quod eſt amplius Angelorum? Oſtendit exinde excellere opera ſanctorum veteris Teſtamenti. Nam in ſacrificio offerendo Abel ſuperauit: obtulit enim is ſacrificiū non agnos & oues: ſed ſeipſum & totum mundum Deo ſubiciendo. Noe in arca ſeruauit liberos & animalia irrationalia, hic eccleſiæ arcam periclitantem in diluuiis errorum [ex mediis fluctibus liberauit, & multos irrationabiles vt beluas imitatores effecit Angelorum, in rationabiles commutando. Abraham miramur omnes quòd patriam & cognatos ad Dei præceptum reliquit, hic autem non ſolum patriam & cognatos, ſed & totum mundum & cœlum cœlorum propter Chriſtum deſpexit. Iſaac de patientia laudatur, cui putei ſui ab Allophylis obruebantur, hic autem non eos qui puteum, ſed qui corpus proprium lapidibus obruebant, in cœlum ſtudebat vehere. Et ſic oſtendit Paulum in longanimitate Iacob excellere, Ioſeph in pudicitia, Iob in patientia, Moyſem in charitate, Ioannem Baptiſtam in abſtinentia, &c. Idem Chryſoſtomus in eodem. Vt nullum in ignem ferrum, totum prorſus ignis efficitur, ſic Paulus charitate ſuccenſus, effectus totus eſt charitas: qui quaſi communis totius mundi eſſet pater, ita in amore omnium ipſos eorum imitabatur parentes, immo cunctos non carnales tantummodo, verumetiam ſpirituales patres ſolicitudine ac pietate ſuperabat. Omnem prorſus hominem Deo exhibere cupiebat, ac ſi vniuerſum mundum ipſe genuiſſet. Idem vbi ſupra. Homo iſte ignobilis, abiectus & circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus: tanta virtute progreſſus eſt, vt vix triginta annorum ſpatio & Romanos & Perſas, & Parthos & Medos, & Scitas, Indos & Æthiopes & Sarmatas atque Saracenos & omne prorſus hominum genus ſub iugum mitteret veritatis. Et ſicut ſtipulas aut fœnum ignis immiſſus, ſic omnium opera dæmonum conſumpſit. Idem. Cum amore Chriſti beatiorem ſe cunctis & Angelis & Archangelis reputabat, ſine hoc neque dominationum neque principatuum ſocius eſſe cupiebat, ſed cum hac dilectione magis eſſe vel extremus, immò etiam ex numero punitorum, quàm ſine hac inter ſummos & honore ſublimes. Hoc erat illi maximū & ſingulare tormentum ab hac charitate diſcedere, hoc illi gehenna, hæc ſola illi pœna: hæc infinita tormenta. Sic deſpiciebat vniuerſa, quæ timemus, vt ſolet herba putrefacta contemni. Tyrannos & populos ſpirantes furorem, velut quoſdam eſſe culices exiſtimabat. Mortem, cruciatus, & mille ſupplicia quaſi ludum puerorum putabat. Hæc ille. Narrat Gregorius Turonenſis: quòd quidam ex deſperatione laqueum ſibi parabat ad ſe ſuſpendendum. Apparuit autē ei vna vmbra ſqualida dicens. Eia age ne moreris, exple celerius quod cœpiſti. Ipſe tamē dum hoc faceret, frequenter dicebat, Sancte Paule eſto adiutor meus. Erat enim ei deuotus. Apparuit altera alia vmbra, vt hominis dicens illi vmbræ ſqualidæ. Fuge miſer, time: ecce Paulus aduenit. Sicque diſparentibus vmbris ille homo ad pœnitentiam reuerſus laqueum dimiſit.

[Marginal notes, right column: A C. 69. — Gen. 4. — Gen. 6. — Gen. 12. — Gen. 26. — Hom. 3 in Paul. — Hom. 4 in euan. — Pauli in Chriſtum amor qualis. — Homo Pauli intercedente à ſuſpendio liberatur.]

A.C. 69.

§. I.

D.Pauli epiſtolæ.

DE doctrina epiſtolarum Pauli, quæ ſunt ſumma totius ſacræ theologiæ: quædam excerpta inſerentur. Scripſit ad populos ſeu nationes epiſtolas decem ſcilicet ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galathas vnam, ad Epheſios vnam, ad Philippenſes vnam, ad Coloſſenſes vnam, ad Theſſalonicenſes duas & ad Hebræos vnam. Ad diſcipulos autẽ quatuor: videlicet ad Timotheũ duas, ad Titũ vnam, ad Philemonem vnã, & occaſionem eius quæ eſt ad Romanos prologus in eam inſinuat dicẽs. Romani quibus ſcribit ſunt, qui ex Iudæis & gẽtibus crediderunt. Hi ſuperba contentione nolebant ſe alterutrũ ſupponere. Iudæi enim conuerſi dicebant ſe præferendos, quia Deus ex cunctis nationibus elegerat illum populum vt peculiarem, legem ſuam ei tradiderat, & per multa miracula de Ægypto educens, & manna in deſerto nutriens, demum ad terram promiſſionis perduxerat expugnatis nationibus inhabitantium, & in finem carnem ex eis aſſumpſit. At ipſi Gentiles ſemper idolis ſeruierãt, Deũ verum ignorantes. E contrario Gentiles conuerſi reſpondebant. Quanto maiora Dei beneficia narraueritis vobis collata [tãto maioris vos criminis reos eſſe monſtratis] cùm de eis fueritis ingratiſſimi, mandata legis contemnentes & ſanctos prophetas perſequentes, denique & ipſum dominum crucifigentes. Quare grauiora ſupplicia meremini, & digni eſtis à Deo repelli propter duritiam veſtrã. Nos ideo veniam meruimus, quia ignorabamus Deum, nec habuimus oſtendentem errorem noſtrum. Sed vbi per apoſtolos & alios veritatem intelleximus, ſubitò ad fidem conuerſi ſumus, & ideo magis Deo dilecti & chari viuimus. His ergo altercantibus apoſtolus quaſi ſe medium interponens, ita partium dirimit quæſtiones vt neutrum eorum ſua iuſtitia ſalutem meruiſſe confirmet, ambos populos Iudæos & Gentiles & ſcienter & grauiter deliquiſſe oſtendens. Iudæos quidem legem tranſgrediendo, Gentiles verò Deum cognitum naturali ratione non adorando: ſed idola, vtroſque tamen veniam & ſalutem conſecutos, quo ad conuerſos ad fidem non ex ſuis meritis, ſed ex Dei miſericordia, & ideo æquales eſſe & in pace inuicem debere verſari.

Hic prologus extat in bib. Complut. in glo. ordin.

Ex.14. Ib.16. Ioſ.

Summa epiſtolæ ad Romanos.

In primo igitur ca. poſt exordium oſtendit Gentiles & philoſophos & poetas naturali inueſtigatione cognouiſſe Deum, dicens. Quod notum eſt Dei, id eſt quod poteſt ratione ſciri de Deo, manifeſtum eſt in illis per inueſtigationem, vt de vnitate eſſentiæ Dei & attributis, ſcilicet ſapientia, potentia, bonitate, & huiuſmodi. Inuiſibilia enim Dei quo ad perfectiones Dei, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Sed quia cùm cognouiſſent Deum, non ipſum glorificauerunt: ſed ſemetipſos, in ſuperbiam elati, & coluerunt creaturam potius quam creatorem, idola adorando cum populis, ideo tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, id eſt, permiſit eos labi in cæcitatem mentis & errores, vt non facerent ſibi conſcientiam de maximis ſceleribus ſequendo proprias paſſiones non rationem, perpetrando vitia contra naturam & multa alia digna morte æterna, de quibus ibi.

In 2. cap. & 3. & 4. inuehitur contra Iudæos, quia etſi præcellant Gentiles in recipiendo legẽ à Deo, tamen eius erant tranſgreſſores, ſecundum illud Pſal. 13. & Eſa. 56. Omnes declinauerunt &c. Etſic omnes Gentiles & Iudæi peccauerunt, & egent gratia Dei pro ſalute conſequenda. Iſta autem iuſtifi-

A catio, per gratiam non poteſt haberi ex operibus legis, vel ex circunciſione. Nam & de Abraham patre eorum ante legem, & receptionem circunciſionis dictum eſt. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, id eſt, ad iuſtificationem. Credidit autem Chriſtum naſciturum ex ſe à quo ſaluarentur omnes gentes. Non ergo ex lege: ſed ex fide Ieſu Chriſti, cum gratia homines ſaluantur.

A.C. 69.

Vnde in 5. cap. oſtendit quod ſicut per vnum hominem ſcilicet Adam, peccatum, ſcilicet originale intrauit in mundum, & per peccatum mors, mors ſcilicet animæ & corporis, quod peccatum Adę fuit
B quando tranſgreſſus eſt Dei præceptum, edendo de ligno vetito. Et quia omnes qui ab eo deſcenderunt per commixtionem maris & fœminæ in eo tunc erant ſecundum virtutem ſeminalem, ſicut tota arbor maxima virtute eſt in ſemine, ideo vitiata radice quæ fuit principium actiuum generationis humanæ omnes rami ſeu fructus ab eo deriuati ſunt infecti peccato originali, excepto Chriſto, qui non eſt conceptus ex virili ſemine: ſed de ſpiritu ſancto, de conſe. diſt. 4. firmiſſime. Et iſtud dicitur. Omnes peccauerunt in Adã. [Sicut enim per inobedientiam vnius, peccatores conſtituti ſunt multi.] Ita ait apo-
C ſtolus per obedientiam vnius hominis, ſcilicet Ieſu Chriſti, qui videlicet factus eſt obediens vſque ad mortem crucis, multi conſtituentur iuſti, id eſt, iuſtificati erunt per gratiam eius. Non dicit omnes, quia non omnes credunt & gratiam percipiunt: ſed hoc fit per baptiſmum rite ſuſceptum in quo maxime operatur paſſio Chriſti, ſcilicet mortificationem omnium vitiorum & reſurrectionem vitæ ſpiritualis virtutum, quod etiam figurat ipſe baptiſmus, vt notatur in principio. 6. cap. Iſta autem mortificatio vitiorum & iuſtificatio non poterat fieri per obſeruantiam legis veteris. Nam lex illa, etſi oſtendebat
D quid eſſet peccatum, ſcilicet per iſta mandata, non tamen præſtabat adiutorium ad ipſa obſeruanda & peccatum vitandum. Ex quo ſequebatur in homine maius incitamentum ad peccatum, quia tale quid efficit prohibitum, ſecundùm illud. Nitimur in vetitum. Erat igitur lex illa occaſio peccati, non quidem data, cùm lex in ſe bona eſſet, quæ docebat, quo modo quod erat malum vitaretur, ſed occaſio accepta ab homine male ea vtente. Non (enim ait apoſtolus) quod volo bonũ hoc ago: ſed quod odi malũ, illud facio, quod intelligitur dupliciter ſecundũ glo. Vno modo de homine, ſeu in perſona hominis con-
E ſtituti in mortali. Talis enim vult aliquãdo facere, aliquod bonũ, ſecundũ quod inſtigat naturale deſiderium excitatũ à ratione: ſed illud non agit dominãte paſſione peccati, ſed facit malũ peccati, quod ſecundũ rationẽ deteſtatur cognoſcens eſſe malũ, nec notitia legis ad hoc eũ iuuat: ſed bene gratia Chriſti. Alio modo poteſt intelligi dictũ in perſona hominis gratia liberati. Et hoc vtique nõ agit bonũ, quod vellet. i. ita perfecte & ſine aliquo defectu: ſed quod odit malũ. ſ. talis defectus, illud facit: vellet enim iuſtus homo facere bona ſine aliqua repugnãtia ſenſualitatis & grauamine vel ſuggeſtione mali in primis etiam
F motibus: ſed non poteſt propter concupiſcentiam id eſt, inclinationem ad mala ſeu ad ſenſibilia, quæ dicitur lex membrorũ, vel lex fomitis, de qua idem apoſtolus hic. Video aliam legem in membris meis, ſcilicet concupiſcentiã, repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quę eſt in membris meis, & de hac 25. q. 1. in princ. & c. ſi concupiſcentia. Liberatur autem homo à lege iſta carnis per gratiã. Non quidem vt non ſit pugna & inclinatio ad ma-

Peccatum originale. Gen. 3. Vide Tho. in 1.2.q.81. ar 1. & 3. & 4.

Cõ. Trid. ſeſſ. 6. ca. 7.

Baptiſmus in iuſtificatione maxime operatur.

Ouid 3. Am. el. 4. Lex quomodo peccati dicatur occaſio.

Non enim quod volo bonum, &c. quid ſignificat.

Concupiſcentia quid ſit.

A. C. 69.

Con. Trid. ſeſſ. 5. § his concupiſcentia nõ tollitur.

la etiam vſque ad veniam, ſed vt non dominetur in homine talis lex fomitis, vt aſſentiat peccato mortali. Quod vtique non præſtabat lex, talem ſcilicet vigorem, vnde apoſtolus poſt prædicta verba cùm dixiſſet. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? id eſt, de morte peccati, ad quam inducit concupiſcentia iſta, quæ eſt in corpore, id eſt, in anima ſenſitiua. ſubdit, Gratia Dei per Ieſum Chriſtum: hæc in 7. cap.

Gratia Chriſti liberat à damnatione.

In ſequenti cap. 8. ſcilicet, oſtendit quod ipſa gratia Chriſti liberat à damnatione, & vincit ipſam concupiſcentiam ſeu legem peccati, ſi tamen homo viuat ſecundum ſpiritum, id eſt rationem ſeu inſtinctum gratiæ, non ſecundum carnem, id eſt, ſenſualitatem, quam ad hoc vt ſit ſubdita oportet mortificare multipliciter. Et ne quis exhorreat huiuſmodi labores dicit. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Er infra ſubdit. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, id eſt, prædeſtinatis ad vitam æternam. Et vſque adeo omnia (ait Augu. de pœn. diſt. 2. talibus) quod etiamſi qui eorum deuiant ſeu exorbitant, hoc etiam ipſum eis faciat proficere in bonum, ſcilicet vt humiliores, cautiores, & feruentiores reſurgant. Et ſubdit apoſtolus. Nam quos præſciuit, ſcilicet tales, hos prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, ſcilicet afflictos & mortificatos vt ipſe. Et quos prædeſtinauit, hos vocauit, quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos iuſtificauit, hos & magnificauit. Vbi ſciendum quod præſcientia Dei proprie importat præcognitionem ab æterno omnium futurorum euentuum, præcipue actuum humanorum, ſiue reproborum ſiue electorum, qui vtique omnia nouit. Prædeſtinatio vero plus importat, videlicet non ſolum præcognitionem Dei æternam actuum humanorum: ſed etiam appoſitionem gratiæ finalis tempore ſuo, cùm ſcilicet creatura eſt in actu exiſtens. Et quia hoc non contingit niſi in electis, ideo prædeſtinatio Dei ſolum reſpicit electos Dei. Strictius autem ſumendo præſcientiam, prout ſcilicet diſtinguitur ex oppoſito ad prædeſtinationem, ſumitur communiter, pro præcognitione Dei æterna reproborum, ex qua præcognitione non ponitur in reprobis aliquid vnde cogantur ad malum. Vocatio importat præparationem ad gratiam, quam Deus facit in homine per inſpirationem. Iuſtificatio eſt ipſa gratiæ infuſio, qua de impio efficitur iuſtus. Magnificatio autem eſt collatio gloriæ. Hinc Auguſt. Prædeſtinatio Dei ſemper in bono accipienda eſt, quæ peccatum ſola hominis voluntate commiſſum aut remittendum nouit cum laude miſericordiæ, aut plectendum cum laude iuſtitiæ. In malis autem operibus noſtris ſola præſcientia Dei intelligenda eſt, quia ſicut præſciuit & prædeſtinauit, quæ ipſe fecit, & vt faceremus dedit, ita præſciuit tantum, non etiam prædeſtinauit. quæ nec ipſe fecit nec vt faceremus exigit. 23. quæſt. 4. vaſis iræ. Cùm ergo Deus tanta nobis bona conceſſerit, ſcilicet gratiæ & gloriæ, quinimo & ipſum filium ſuum ad mortem, obtulerit, ideo nil aduerſum & afflictiuum debet nos ſeparare à dilectione eius qui tantum dilexit nos: ſed propter ſalutem procurandam & noſtram & aliorum laborare. Vnde & ipſe Pau. in cap. 9. dicit Optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, id eſt, pro conuerſione Iudæorum, quos

Augu. l. de corr. & gratia. c. 9.

Præſcientia Dei quid.

Prædeſtinatio quid.

Vide Tho. in 1. p. q. 23. ar. 3.

Reprobi ex præſciẽtia Dei nõ coguntur ad malum.

Vocatio & iuſtificatio quid.

A fratres appellat, quia & ipſe de gente Iudæorum. Anathema importat ſeparationem. Dupliciter autem quis poteſt à Chriſto ſeparari in præſenti. Vno modo quo ad gratiam vt ſcilicet perdat gratiam, & iſto modo non eſt intelligendum Paulum hoc optaſſe, quia eſſet contra ordinem charitatis. Alio modo quo ad quamdam fruitionem, id eſt, maximam dulcedinem, quæ percipitur à perfectis in contemplatione & meditatione diuinorum, & hoc modo Paulus deſiderabat ſeparari à Chriſto in mundo, vt procuraret ſalutem proximorum. Vt ergo humiliet vtramque partem adinuicem contendentem, B ſcilicet conuerſos ex Iudæis & Gentilibus, oſtendit quod neque ex operibus patrum Deus elegit nationem Iudaicam, vt peculiarem ex omnibus nationibus quibus legem dedit, & ex eis eſt incarnatus declinantibus aliis ad idololatriam. Neque nunc gentes vocauit ad fidem ex virtutibus earum, cùm idololatræ eſſent, labentibus Iudæis pro maiori parte ad infidelitatem: ſed ſola ſua miſericordia ſeu gratia, prout voluit, illos tunc, & iſtos nunc vocauit. Vnde inducit authoritatem Exod. 33. domini dicentis. Miſerebor, cui voluero, id eſt, prout voluero miſericordiam ſeu gratiam præuenientem conce- C dam, & miſericordiam præſtabo, id eſt, gratiæ ſubſequentis, cui miſerebor. Igitur ſubdit apoſtolus. Non eſt volentis, ſcilicet tantum vel principaliter, bene aliquid, ſcilicet velle & meritorie, neque currentis, ſcilicet tantum vel primò currere, id eſt, feruenter per viam mandatorum incedere: ſed Dei miſerentis. Quod igitur homo credat vel bene faciat à Deo eſt principaliter, quod autem male agat, à ſeipſo eſt non à Deo. Vnde quod dominus dixit Moyſi de Pharaone. Ego indurabo cor eius, non intelligitur quod ipſe immiſerit malum illius indurationis in cor eius: ſed quia non infudit gratiam & D illuminationem malitia eius impediente, dicitur induraſſe. Diffuſe igitur agit ibi de reprobatione Iudæorum & electione gentium à prophetis prænuntiata, & inducit authoritatem legis & Eſaiæ. Inſuper oſtendit quod nullus poteſt de Deo conqueri, nec populus Iudaicus, nec Gentilis, nec quis priuatus homo, quod Deus ei non dederit gratiam & illuminationem, quia nulli eſt debitor alicuius boni: ſed tota maſſa humani generis ſubdita eſt perditioni. Quod autem aliquos ex ipſa maſſa accipiat ad ſaluandum, puræ ſuæ voluntati & miſericordiæ adſcribendum eſt, & eius bonitati gratiæ continuo E agendæ. Quod aliis non dat, nil ſubtrahit illis debitum, cùm debitores ſint damnationis. Et dat apoſtolus exemplum de figulo qui de eadem maſſa luti aliquod vas facit pulchrum & honorabile, ſcilicet ad continendum pretioſa, aliud vile ſcilicet ad continendum immunditias, nec alia ratio aſſignari poteſt, niſi voluntas figuli. Sic igitur quod aliqui populi vel perſonæ ſint prædeſtinati, alij non, non debet à nobis inquiri ratio quæ inueniri non poteſt: ſed admiratio venerationis & timor ſolicitudinis in bene operante, ne cadat. Vnde ipſe apoſtolus ait. Noli altum ſapere: ſed time. Et exclamans infra F ſubdit. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. i. quã non poſſunt inueniri rationes operum eius, quę viæ dicuntur, quia per ea inducimur ad cognoſcendum Deũ. Et ſubdit. Quis nouit ſenſum domini? q. d. nullus. Hæc habentur à c. 9. vſque ad 12. Et nota quod ait Aug. in li. de correptione &

A. C. 69.

Paulus à Chriſto ſeparari quo modo optauerit.

Thom. in 2. 2. q. 27. a. 8.

Quomodo non eſt volentis & currentis.

Ex. 7.

Deus quo modo indurat.

Iſ. 10. Oſe. 1

Rom. 10.

Deus nullius eſt debitor.

Rom. 11.

A C. 69.

ne & gratia. Qui nos irrident, quando in talibus rebus exclamamus, Quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius &c. Sicut coguntur fateri donum Dei eſſe, vt finiat homo vitam iſtam antequam ex bono mutetur in malum, quia dicitur, Raptus eſt, ſcilicet innocens, ne malitia mutaret intellectum eius. Cur autem hoc aliis donetur, aliis non donetur, ignorant, ita donum Dei eſſe in bono perſeuerantiam ſecundum ſcripturas fateantur nobiſcum. Et cur aliis detur, aliis non detur, ſine murmure aduerſum Deum dignentur ignorare nobiſcum, de pœn. di. 4. ſi ex bono, vbi diffuſe tractatur iſta materia. & in §. ſeq. Cùm ergo iudicia Dei ſint nobis ignota ſecundum Apoſtolum, quis ſcilicet ſit prædeſtinatus vel non, & quare iſte & non ille ſeruari debet quod ait Auguſt. 23. quæſt. 4. ſicut non eſt. Sicut non eſt ab oratione, nec à correctione & admonitione ceſſandum pro conuerſione & emendatione hominum, quamuis hæc præſcitis non proſint, & prædeſtinati ſine his emendentur, ita etiam non debet quis ceſſare etiam prædeſtinatus à bonis operibus, quia vt ait Gregor. ipſa æterni regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotente diſpoſita, vt ad hoc electi ex labore perueniant 23. q. 4. obtineri.

(Augu. in l. de corr. & gratia c. 8. — Sap. 4. — Augu. in l. de corrept. & gratia c. 15 & 16. hęc ferè habet. — Grego. l. 1. dial. c. 8.)

Et ideo Apoſtolus hortatur in capi. 12. omnes ad bona opera. Et primo vt bene ſint ordinati in ſeipſis, dicens. Obſecro vos vt exhibeatis corpora veſtra, id eſt, actiones veſtras quæ fiunt mediante corpore, hoſtiam, ſcilicet per vitiorum & paſſionum mortificationem. Mactabatur enim animal quod offerebatur in ſacrificium, & dicebatur hoſtia. Viuentem, per inhabitantem dilectionem ſeu ſpiritum gratiæ. Spiritus enim eſt qui viuificat. Sanctam per perſeuerantem continuationem, à ſancior ſanctis dicitur ſancta. Deo placentem, per timoroſam humiliationem: pſal. Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum. Rationabile obſequium veſtrum, per prudentem obſeruationem, eſt enim prudentia recta ratio rerum à nobis agibilium. Secundo inſtruit eos vt ſint bene regulati erga alios in officiis ſuis aſſimilans eccleſiæ corpus myſticum corpori humano, in quo ſunt multa membra habentia diuerſa officia, deſeruientia alterum alteri diligenter & congruenter ad conſeruationem eius. Ita in eccleſia, quæ eſt vna fide, dilectione & fine, ſunt multi fideles numero, varij in gratiis & officiis, quorum quilibet debet diligenter aliis deſeruire in officio ſuo: vnde dicit, Habentes donationes ſecundum gratiam datam à Deo differentes, ſiue prophetiam, ſiue miniſterium, ſcilicet diſpenſandi temporalia & ſpiritualia, vt prælati, ſiue qui docet &c. Quilibet diligenter, feruenter, & humiliter aliis deſeruiat in conceſſa ſibi gratia. Ad hoc facit quod habetur diſt. 89. ſingula. Admonet quod non reddant malum pro malo: ſed bonum pro malo. Et hoc eſt non vinci à malo alterius: ſed vincere in bono patientiæ & beneficentiæ malum iniuriæ proximi.

(C — Ioan. 6. — Pſal. 146. — Prudentia quid. — D — In eccleſia varij ordines. — E — Rom. 13.)

In 13. capit. docet ſuperioribus debere eſſe ſubiectos. Omnis, inqui, tanima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit, de hoc. 11. quæ. 1. magnum. Et ſubdit Apoſtolus. Non eſt poteſtas niſi à Deo. glo. Auguſt. Siue iubente, quo ſcilicet ad bonam, ſiue ſinente quo ad malam 23. quæſt. 1. quid culpatur. Et ſequitur ibi, qui poteſtati reſiſtit, ſcilicet iubenti iuſte, Dei ordinationi reſiſtit. Secus ſi iubeat ſuperior quid contra Deum, quia regulare eſt vt in poteſtatibus ſubordinatis ſemper obediatur ſuperiori poteſtati magis quàm inferiori, & ideo Deus omnibus præponendus. 11. quæſtio. 3. qui reſiſtit, & diſtin. 8. quæ contra mores. Addit Apoſtolus omnibus reddenda eſſe debita honoris, timoris, ſcilicet obedientiæ, tributi & vectigalis temporalis ſubſtantiæ. Ita ergo generaliter oſtendit debita ſoluenda, quod in nullo quis remaneat obligatus, de quo poteſt, niſi de dilectione quia ita quis debet ſoluere debitum dilectionis in diligendo proximum & iuuando, quod ſemper remaneat obligatus. Et hoc faciendo totam legem implet. Et per hoc induit quis dominum Ieſum, ſequendo, ſcilicet perfectæ conuerſationem eius, ad quod hortatur.

(Superioribus obſequendum eſt. — F — Aug. l. 22. cõt. Fauſt. ca. 74. — A — A. C. 69. Superiori poteſtati potius eſt obediendum quã inferiori. — Dilectionem nemo ita poteſt ſoluere quin eam debeat. — B)

In capit. 14. circa materiam idolis immolatorum duo dicit, ſcilicet non eſſe iudicandos de peccato eos qui comedebant ea, quia ſcilicet poterant comedere ſine peccato, puta quia non in venerationem idoli, nec ſcandalizando: ſed vt alios cibos. Secundo oſtendit cauendum eſſe à ſcandalis puſillorum, & hoc eſt quod quando aliqui videntes fideles comedere talia idolothyta, exiſtimabant hoc eos facere in venerationem idoli, quamuis ea intentione hæc illi non facerent, debebant abſtinere ab huiuſmodi ad vitandum ſcandalum talium. Et de his intelligitur cùm ait. Si ſcandalizat fratrem meum, ſcilicet immolandorum idolis eſus, carnes ſcilicet tales non manducabo in æternum. Addit etiam quod omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, non ſic intelligitur quod omnis actus infidelium ſit peccatum: ſed vt dicit Gratianus 28. quæſt. 1. §. ex his itaque. Omne quod non eſt ex fide, id eſt, contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, id eſt, eſt mortale, quod eſt verum ſecundum glo. ſi fiat contra conſcientiam præcepti vel prohibitionis. Vel dicitur eſſe peccatum quod eſt extra fidem, quia inutile eſt & infructuoſum ad vitam æternam.

(Idolothytis quomodo abſtinendum. — C — Omnis actus infidelium nõ eſt peccatum. — D)

In cap. 15. admonet vt firmiores, id eſt, perfectiores ſufferant debilitatem infirmorum & imperfectionem, & omnes vnanimes & vno ore honorificent Deum de miſericordia eis præſtita & beneficiis conuerſi tam ex Iudæis quam ex gentibus, & ſuſcipiant ſe inuicem in honore & charitate, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vtroſque ſua miſericordia & non meritis eorum, quod etiam ſcripturæ prænuntiauerunt. Vltimo capit. ponit multorum nomina quos ſalutat.

§. II.

(E)

CORinthiis ſcripſit duas epiſtolas. Hi audierunt ab Apoſtolo verbum veritatis & ab eo conuerſi ſunt ad fidem, qui prius erant Gentiles: ſed poſt receſſum Apoſtoli ab eis, ſeducti ſunt & ſubuerſi à pſeudoapoſtolis, quidam à philoſophiæ verboſa eloquẽtia, alij ad ſectam Iudaicã inducti ſunt, per epiſtolam miſſam ab eo ab Epheſo reuocat hos ad viam ſalutis & euangelicam ſapientiam, de multis arguens eos & inſtruens. Et in principio quidem epiſtolæ eos vngit, vt poſtea pungendo patientius ferant. Collaudat enim eos primo valde dicens. In omnibus diuites facti eſtis in Chriſto, ita vt nil vobis deſit in vlla gratia, quod quidem ſecundum Gregor. verum fuit quo ad perfectos etſi paucos, qui inter illos erant. Exinde incipit arguere de diuiſionibus & contentionibus, quæ erant inter illos, & multis aliis vitiis vt patebit, & hoc quo ad imperfe-

(Epiſtolæ 1. ad Corin. ſumma. — Act. 18. — Argumentum epiſtolæ ex vulgatis Bibliis ſumptum. — F — Greg. ſup. Ezech. ho. 11.)

K 2 ctos

A. C. 69.

A ctos vel malos fideles. Contendebant enim adinuicem de iis, à quibus fuerant baptizati exiſtimantes eos qui à ſanctiori vel famoſiori viro in doctrina fuerant baptizati, melius fuiſſe baptizatos, maiorémque gratiam inde recepiſſe. Quod falſum eſt. Vnde dicit in 2. cap. Neque qui plantat, ſcilicet prædicando, neque qui rigat, ſcilicet baptizando, eſt aliquid, ſcilicet in efficiendo, ſeu dando virtutem ſacramentis: ſed cui incrementum dat Deus præſtans virtutem verbo & ſacramento. 1. q. 1. ſicut Chriſtus. Item gloriabantur in doctrina pſeudoapoſtolorum quaſi ſapientius & eloquentius prædicarent, quàm Apoſtoli. B Sed oſtendit Apoſtolus hoc ideo ſe feciſſe ſcilicet non prædicaſſe ſublimia, propter incapacitatem eorum, quia enim rudes erant, vt paruulis lac, ſimplicis & claræ doctrinæ eis dederat non eſcam difficilis & altæ ſapientiæ. Tunc etiam ſimpliciter prædicauerat crucem Chriſti, vt non attribueretur ſapientiæ humanæ & eloquentiæ conuerſio eorum ad fidem: ſed virtuti Dei. Sapientiam autem, id eſt, ſublimia de diuinis loquimur, ait, inter perſectos horum capaces. Sapientiam non humanam ſed incarnatam, quam nemo principum huius ſæculi cognouit, id eſt doctorum legis Moſaicæ vel C philoſophorum Gentilium vel dæmonum, quia ſi Deum (ſubdit) cognouiſſent, nunquam gloriæ dominum crucifixiſſent. Dæmones quidem non cognouerunt per certitudinem Chriſtum eſſe Deum vſque ad crucem, licet aliquando coniecturarent, propter quod clamabant, quia tu es filius Dei. Luc. 4. Crucifixiſſe autem Chriſtum ipſi dicuntur inquantum inſtigarunt Iudæos ad crucifigendum. Doctores autem legis non cognouerunt hæc excæcati malitia propria.

Dæmones non cognouerũt Chriſtum.

Et in 3. cap. dicit. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, ſcilicet in ædificio ſpirituali operum D conducentium ad beatitudinem, præter id quod poſitum eſt à Deo, quod eſt dominus Ieſus, in fide viua Chriſti Ieſu. Superædificatur autem duobus modis ſcilicet docendo, vel operando. Si quis autem ſuperædificauerit aurum, argentum, lapides pretioſos, id eſt ſi quis recta docendo & debito fine, Chriſti doctrinæ addiderit aurum ſapientiæ philoſophicæ argentum humanæ eloquentiæ & lapides pretioſos ſententias morales & dicta moralia etiam Ethnicorum, ædificium quidem permanebit mercedem inde recipiens. Si quis autem ædificauerit ſuper, id eſt, iuxta id fundamentum lignum, fœnum, ſtipulam, E id eſt doctrinas tradiderit friuolas & inutiles, vt fabulas & huiuſmodi, ipſe quidem ſaluus erit, ex quo fundamentum in eo non deficit, ſic tamen quaſi per ignem, ſcilicet purgatorium: vnde, Quaſi, eſt expreſſiuum veritatis, non nota ſimilitudinis. Quantum vero ad opera quæ fiunt ædificat directè ſuper fundamentum Ieſu, id eſt, ſuam viuam fidem: aurum, qui operibus contemplationis inſiſtit: argentum, qui actiuæ vitæ in operibus miſericordiæ deſeruit: lapides pretioſos, qui conſilia perfectionis obſeruat & hoc ædificium ſtabile erit in merito, cum mercede præmij. Ædificat autem ſuper id, id eſt, iuxta & non F directe lignum, fœnum, ſtipulam, qui ſcilicet permanente in eo fide viua perpetrat venialia grauiora, vel leuiora. Eſt enim & in eis gradus. Ædificium quidem hoc, id eſt, conuerſatio, quia ſupra fidem viuam, ad meritum remanebit; ſed quod iuxta, id eſt cum eo eſt additum de venialibus deſtruetur. Saluabitur quidem is, ſcilicet per ignem purgatorium

Purgatorium probatur verbis Pauli.

Meritum & merces.

A tranſibit, vbi hæc purgentur, ſi illa ſecũ portabit hùc non pœnitens. De hoc Auguſt. diſtin. 25. Qui in aliud ea. Inſuper oſtendit ſapientiam huius mundi ſtultitiam eſſe apud Deum: quia non hoc eſt quod ipſi cogitant ſecundum rationem propriam & iudicium ſuum.

A. C. 69.

Aug. de vera & fal. pœn. c. 18.

In capi. 4. oſtendit quod debent prælati & doctores non vt authores exiſtimari: ſed vt miniſtri & diſpenſatores Chriſti & ſacramentorum eius. Ad quod opus eſt difficile repetire fidelem. Nec tamen facile debet iudicari infidelis ſeu non idoneus in eo miniſterio, cùm non manifeſte apparet. Nam ſi ipſe Pau- B lus nec ſeipſum iudicat certitudinaliter exiſtimando ſe eſſe iuſtificatum, multo minus alij. Et in aliis omnibus non debet quis iudicare de occultis alieni cordis, cùm nec ſeipſum valeat iudicare. 2. quæſtio. 1. multi.

Prælati nõ auctores ſed miniſtri ſacramentorũ.

In 5. cap. repræhendit dure ipſos eo quod tolerabant quemdam ex eis conuerſum ad fidem, publicum inceſtuoſum cum nouerca ſua non corrigentes. Vnde ipſe excommunicat eum tradens eum Sathanæ in interitum carnis, id eſt, ad vexandum corpus. Hunc enim effectum habuit excommunicatio in primitiua eccleſia, de hoc. 11. q. 3. audi. & 24. q. 1. §. C ſin autem. vbi dicit Gratianus hic eſſe traditam formam excommunicandi, & non niſi fidelem à fideli notari, ſcilicet excommunicatione. Inſuper declarat quod ſcripſerat eis in alia epiſtola (quam tamen non habemus) ſcilicet quod non commiſcerentur, id eſt conuerſarentur cum fornicariis, rapacibus, auaris & huiuſmodi. Quod illi intelligebant ſimpliciter de omnibus fidelibus & infidelibus indiſtincte, quod erat eis quaſi impoſſibile obſeruare. Dicit ergo Apoſtolus quod non de omnibus: intellexit indiſtincte, quia non de infidelibus, qui foris ſunt de quibus eccleſia non iudicat. Neque etiam de fidelibus prauis D qui tolerantur, ſed de iis fidelibus qui nominantur id eſt excommunicantur propter tales exceſſus. De huiuſmodi ergo mandauit cum eis nec cibum ſumere: ſed eos vitandos, vt excommunicatos ab eccleſia. Vocat ergo excommunicationem nominationem, vt ait Augu. 2. q. 1. multi.

1. Cor. 5.

Excommunicationis effectus.

Qui peccatores fugiendi.

Excommunicatio eſt nominatio Apo.

Aug. hom. 50. de pœn.

In cap. 6. repræhendit eos, quod in negotiis trahebant alios fideles ad iudicium apud infideles, & quod fraudulenter in iudicium alios vocabant, de huiuſmodi 14. q. 1. §. 1. Item quia quædam crimina nõ reputabant eſſe peccata vel leuia, oſtendit eſſe ita grauia, quod excludunt à regno Dei, dicens. Neque E fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, id eſt, ſeipſos polluentes voluntarie, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque rapaces, neque maledici ſcilicet ex odio regnum Dei poſſidebunt. Et inter omnia illa minus ſibi faciebant conſcientiam de fornicatione ſcilicet ſoluti cum ſoluta, ideo magis inſiſtit ad deteſtationem eius. Nam per ipſam homo cùm corpus ſuum ſit factum membrum Chriſti, quia eſt de corpore eccleſiæ, aufert illud à Chriſto, & facit membrum meretricis. Per alia peccata peccatur in animam maculando eam: per iſtud, ma- F culatur & corpus & ſic dicit peccare in corpus ſuum quia illud indebite reſoluit. Peccare etiã dicitur per fornicationem in corpus ſuum, quia ſe non ſolũ ipſe vt in aliis peccatis, ſed etiam alios cũ quibus peccat trahit ad perditionẽ, & ſic peccat in corpus eccleſiæ etiã quo ad alios. Itẽ per eã efficitur tẽplũ diaboli, qui prius erat tẽplũ ſpiritus ſãcti. Fugite ergo (ait) fornicationem,

Crimina grauia.

Fornicationem Apoſt. quare deteſtetur.

In corpus peccare quid.

A. C. 69.

tionem, ſcilicet vitando occaſiones & deteſtando cogitationes huiuſmodi, quando occurrunt, non in eis immorando ad vincendum eas ratione, ſicut in aliis vitiis, quia per hoc concupiſcentia excitatur.

In cap. 6. agitur de matrimonio & plenius, quàm in quouis alio loco ſacræ paginæ. Quæſierant ab eo aliqua ſuper hoc. Dicit ergo primo. Bonum eſt in ſe mulierem non tangere, ſcilicet carnaliter cognoſcendo etiam per viam coniugij. Sed quia non omnes ſunt apti ad continentiam virginalem vel vidualem, ideo propter fornicationem ſcilicet vitandam talibus, vnuſquiſque habeat propriam vxorem, & vxor virum, de hoc 32. q. 2. his ita aliàs eſt. §. ſub c. ſicut non omnis & ca. ſeq. Quo contracto ſcilicet matrimonio, vxori vir debitum reddat & vxor viro, ſcilicet exactus vel exacta expreſſe vel interpretatiue, ſeruatis ſcilicet debitis circunſtantiis loci, temporis & conſeruationis ſubiecti, de hoc 32. q. 5. ſi dicat & ca. ſecundum verba. Nolite (inquit Apoſtolus) fraudare inuicem, ſcilicet denegando debitum niſi ex conſenſu. Comparando autem ſtatum coniugalem ad vidualem vel virginalem, perfectior eſt vidualis & magis adhuc virginalis. Tamen quia vnuſquiſque habet à Deo proprium donum, vnus quidem ſic, ſcilicet vt contineat, quod vtique donum Dei eſt. Alius autem non hoc: ſed aliud donum habet. Qui non ſentit ſe habere talem conſtantiam, melius eſt nubere quàm vri, id eſt, incidere in illicitas corruptelas non contrahendo matrimonium. Non enim peccat virgo nubendo, nec pater eius nuptui eam tradendo, nec vidua mortuo viro cum alio contrahendo, melius tamen faceret non contrahendo & in virginitate manendo, quod & de Paulo creditur, vnde dicit. Volo omnes eſſe ſicut ego ſum (exponitur) id eſt virgines. Nam vir coniunctus vxori vel mulier viro cogitat quæ mundi ſunt, vt placeat alter alteri. Qui vero ſine ea eſt, magis aptitudinem habet ad cogitandum de Deo, & vt placeat ei. Sed cùm alter ex coniugibus infidelibus conuertitur ad fidem & non alter, ſi infidelis conſentit habitare cum fideli coniuge, ſcilicet ſine contumelia creatoris, & non retrahendo à fide percepta, docet Apoſtolus fidelem non dimittere infidelem, vt ſcilicet ſumat alteram vel alium, quia in proceſſu temporis infidelis poterit conuerti ad fidem & ſic ratificatur matrimonium & ille vel illa ſaluabitur. Si autem infidelis non vult cohabitare cum fideli, vel non niſi cum contumelia Chriſti, vel pertrahendo ad infidelitatem, tūc cōuerſus vel conuerſa ad fidem poteſt cum aliis contrahere, de hoc 28. q. 1. ſi infidelis cum ca. ſeq.

Matrimonium eſt cōceſſum.

Virginalis ſtatus perfectior viduali & cōiugali.

Melius nubere quā vri, quid ſit.

Quando cum infideli coniuge cohabitandum.

In ca. 8. de idolothytis dicit abſtinendum in conſpectu infirmorum in fide, ne ſcilicet videndo peritos aliquid horum manducare ſcandalizentur, putando illos hoc indebite facere, ſcilicet in venerationem idoli, cum tamen hoc non intendant, & inde illi prouocentur ad ſimilia in venerationem idoli. In cap. 9. oſtendit quòd cùm potuiſſet ab eis exigere temporalia, id eſt, ſuſtentationem vitæ, cùm eis ſeminaſſet ſpiritualia, ſcilicet prædicando quod dictatius diuinum & naturale, vt laboranti pro aliquo ei merces detur. Et de hoc. 13. q. 1. cap. vnico. tamen noluit vti hac poteſtate: ſed ſibi procurabat & ſuis victum labore manuum. Quod ideo fecit ne ipſi Corinthij dediti auaritiæ exiſtimarent ipſum eis prædicare propter emolumentum temporale, & ideo magis retraherentur à doctrina. Et etiam hoc egit ne exemplo ſui falſi predicatores magis auderent temporalia exigere, quod principaliter quærebant ex ſua prædicatione, exemplo Pauli, ſi hoc feciſſet. Vnde concludit omnia hæc agere & cōformare ſe omnibus in iis quæ mala non erant Iudæis & gentibus omnibus factus omnia vt omnes ſaluaret. Exinde oſtendit exemplo materiali, quod oportet laborare vſque in finem, & abſtinere à vitiis & deliciis vt cōſequatur quis brauium gloriæ & victoriam tentationum, ſe exponens in exemplum caſtigando corpus ſuum, & ſubiiciendo rationi. De hoc 32. q. 5. ſi Paulus.

Idolothytis abſtinēdum quando.

Spiritualia ſeminā ti licet metere temporalia.

In cap. 10. inſinuat quod omnia geſta populi Iſrael erant in figuram populi Chriſtiani. Vnde & ſacramenta eorum ſignabant ſacramenta nouæ legis. Propter quod dicit omnes illos baptizatos, ſcilicet in figura, quando ſcilicet tranſierunt aquam maris rubri Pharaone ſubmerſo. Vbi figura fuit baptiſmi quoad materiam & effectum, ſcilicet extinctionis vitiorum, nube ſignante gratiam ſpiritus ſancti. Acceperunt & communionem in ſigno, ſcilicet mannæ & aquæ de petra emanantis. Et ſic dicit. Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt. Admonet exinde, ne imitentur illos in eorum vitiis: ne puniantur vt ipſi, non intrantes in terram promiſſionis. ſcilicet, in gloriam ſupernam. Aliqui enim dederunt ſe idololatriæ adorātes vitulum aureum in deſerto. Alij in fornicationem inciderunt, ſcilicet in Moabitis. Alij tentauerunt Deum. Alij murmurauerunt propter tædium laboris, & omnes ij puniti ſunt etiam temporaliter. Hæc ſcripta dicit ad correctionem noſtram. Et ideo ſi tentatio ſuperueniat de aliquo vitio. Tentatio (ait) non vos apprehendat niſi humana, ſcilicet vt ſi incitetur ad peccatum vſque ad delectationem ſenſualem, ſaltem non ſequatur conſenſus, quia tunc apprehenderet & caperet tentatio diabolica, de hoc de pœn. diſtinct. 2. inter hæc. Et ſubdit Apoſtolus. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſuper id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, id eſt, auxilium dabit ad vincendum, vt poſſitis ſuſtinere. Hortatur inſuper dicens. Omnia in gloriam Dei facite, ſiue manducatis &c. Sine offenſione, id eſt, ſcandalo eſtote Iudæis & gentibus & eccleſiæ, ſicut & ego per omnia omnibus placeo, ſcilicet in licitis, non quęrens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Et prius docuerat abſtinendum ab eſu idolothytorum, cùm adeſſent, qui de hoc ſcandalizarentur propter ignorantiam eorum. Omnia enim (ait) mihi licent, quæ ſcilicet nulla lege prohibentur. 13. q. 2. §. præcedam: ſed non omnia expediunt, quod quaſi declarans ſubdit. Omnia mihi licent: ſed non omnia ædificant: ſed aliquando ſcandalizant alios & talia non expediūt, extra de vo. & vo. re. cap. magnæ.

Sacramenta veteris legis ſignabant noua

Ex. 14.

Ex. 16.

Ex. 32.

Num. 25.

Num. 21.

Num. 11.

Tentatio humana quæ & diabolica.

In cap. 11. poſt declarationem cuiuſdam obſeruantiæ, ſcilicet quod mulier debet nutrire comam capillorum, quia ſunt in ſignum ſubiectæ, & orare velato capite. Vir autem non debet nutrire comam, & orare nudato capite, quæ exponuntur moraliter de ſenſualitate & ratione, vltra ſenſum literalem. Inuehitur contra Corinthios de irreuerentia ſumptionis Euchariſtiæ, & exprimens inſtitutionem ipſius ſacramenti ſibi à Chriſto reuelatam quoad materiam & formam & cauſam inſtitutionis, ſcilicet in memoriā ſuæ paſsionis. Et ideo cùm in ea ſit corpus Chriſti verum, probet (inquit) vnuſquiſque ſeipſum. i. bene examinet conſcientiam ſuam ſi eſt idoneus, ita vt ſaltem nullius peccati mortalis ſibi ſit conſcius & ſic de panello edat. Nā qui māducat indigne, iudiciū ſibi mā ducat & bibit. ſ. ad ſui dānationem, nō diiudicās corpus domini, ſ. ab aliis cibis: ſed ſicut cōmunes cibos in conſide

Mulier debet velare caput & non vir.

In Euchariſtia eſt verū Chriſti corpus

A.C. 69.

A

conſiderate ſumens.de hoc de conſe.di. 2. Quiſcelerate,& c.timorem.

In Eccleſia ſunt gratiarum diuiſiones.

In c.12.ponit in eccleſia omnes diuiſiones gratiarum,quarum vnus habet vnam,alius aliam,& loquitur de gratiis gratis datis. Nam gratiam gratum facientem,quæ eſt cum charitate omnes iuſti habent, & non mali.Gratiam autem gratis datam & boni & mali habere poſſunt,de hoc.1.q.1.multę operationes.

Gratię gratis datæ ſpecies nouem.

Numerat autem nouem ſpecies huius gratiæ gratis datæ,quæ dantur principaliter ad vtilitatem eccleſiæ.Sunt aũt hæ,ſermo ſapientiæ,ſermo ſcientiæ,fides,operatio virtutum,gratia ſanitatum, prophetia, diſcretio ſpirituum,genera linguarum,interpretatio ſermonum.Et de his in 4.par.in tit.de gratia.

Vide Tho. in 1.2.q.111. a.4.

B

Cùm autem omnes fideles ſint vnum corpus myſticum, cuius caput eſt Chriſtus,Sicut inquit in corpore humano multa membra ſunt habentia diuerſos actus, ita in eccleſia multi ſunt habentes diuerſas gratias & officia.Et licet in corpore vnum membrum ſit nobilius altero,omnia tamen neceſſaria ſunt corpori,& vnum deſeruit alteri,congaudet in bonis alterum alteri,& compatitur in malis, vnum non contemnit aliud:ſed ignobiliora membra abundantiorem honorem habent,ita in eccleſia debet eſſe:in qua (ait Apoſtolus) poſuit Deus quoſdam quidem primùm Apoſtolos,ſecundò prophetas, tertio doctores,deinde virtutes,poſtea gratias curationum, opitulationes,gubernationes,genera linguarum,interpretationem ſermonum.

C

Nec omnes habent ſimul iſta officia & gratias:ſed diuerſi diuerſa.Æmulamini autem (ſubdit)chariſmata meliora.Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.ſ.charitatis. Quare charitas dicatur via, vide de pœn.di.2.hæc eſt.

1.Cor.13.

Charitatis commendatio.

D

In c.13.commendatur charitas magis quàm in quouis alio loco ſacrorum eloquiorum. Oſtendit enim eius neceſſitatem,quia alia dona ſapientiæ,eloquentiæ,quæ dicuntur linguæ angelorum & hominum,fides cum miraculis,eleemoſynarum largitio, martyrium,ſine ipſa nihil proſunt, ſcilicet ad vitam æternam conſequendam,de pœn.diſt.2.ſi quis autẽ. Secundo exprimit eius fructuoſitatem ſeu vtilitatem,quia imperat cunctis virtutibus, & informat actus earum vt ſint meritorij,quia charitas patiens eſt,benigna &c.Tertio deſcribit eius diuturnitatem quia nunquam excidit,de pœn.diſt.2.charitas, cùm tamen donum linguarum,prophetia & ſcientia,& fides deſtruenda ſint in futuro, ſcilicet quantum ad modum qui nunc eſt.Vltimo quia inter theologicas, ſcilicet fidem,ſpem & charitatem, quæ perfectione omnes alias excellunt,ipſa maior exiſtat.

E

In capi. 14. Quia contendebant aliqui inter ſe quod eſſet maius donum,prophetiáne,an genus linguarum exiſtimantibus multis maius eſſe donum linguarum,Apoſtolus declarat contrarium,ſcilicet maius eſſe prophetiam,quia inde maior vtilitas prouenire poteſt eccleſiæ.Nam niſi quis interpretetur, quod quis loquitur in aliena lingua auditoribus,nulla vtilitas inde prouenit.Concludens quod non debent in huiuſmodi contendere:ſed omnia inquit honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis.

Ignorans ignorabitur id eſt reprobabitur.

F

Et ignorans ignorabitur,id eſt,reprobabitur à Deo,& intelligitur de ignorantia iuris diuini & naturalis quo ad neceſſaria ſaluti.de hoc diſti 37.§.vlti.& plenius.1.q. 4.§.vlti.in gloſ.

In ca.15.manifeſtat quod Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit apparens diſcipulis pluribus vicibus. Et quia reſurrectio eius eſt cauſa noſtræ reſurrectionis ex hac arguit noſtrorum corporum reſurrectionem futuram,quam quidam negabant ex conſideratione incinerationis corporum.Sed ab illa falſa opinione cautos reddit dicens.Nolite ſeduci. Corrumpunt bonos mores colloquia mala.Eam probat futurã multipliciter.Et præcipue exemplo grani quòd ſeminatur,quia illud mortificatum in terra, reſurgit quodã modo,cùm oritur.

A.C. 69.

Glorioſi corporis quatuor dotes.

Vbi etiam ponit quatuor dotes corporum glorificatorum dicens.Seminatur in corruptione,id eſt,corruptibile,ſurget in incorruptione,id eſt,impaſſibile. Seminatur in ignobilitate, id eſt obſcurum,ſurget in gloria,id eſt in maxima claritate.Seminatur in infirmitate, ſcilicet graue: ſurget in virtute,ſcilicet agilitate.Seminatur animale,id eſt craſſum & obeſum:ſurget ſpirituale, id eſt in ſubtilitate. Et ſicut ſtella differt à ſtella in claritate, quia vna lucidior alia,ſic erit & reſurrectio mortuorum, quia vnus glorioſior altero,in anima & corpore. Et ſubdit quod etſi omnes ſint reſurrecturi boni & mali,tamen non omnes immutabuntur, ſcilicet de miſeria præſenti ad prædictam gloriam, quia caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt,id eſt, carnaliter viuentes.Iſta autem reſurrectio erit in fine mundi in momẽto,id eſt, inictu oculi.Canet enim tuba, quæ erit virtus diuina,ſe in hoc manifeſtans,& mortui tunc ſimul reſurgent.

In vlti.c.ſollicitat eos ad collectas faciendas ſcilicet eleemoſynarum pro fidelibus: ſcilicet qui congregati erant in Hieruſalem viuentes in communi, vt cùm venerit ad eos,non tunc habeant parare: ſed eas paratas mittet in Hieruſalem vel ipſe portabit. Demum confirmat eos dicens.Vigilate,ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini & omnia veſtra in charitate fiant.Commendat eis Timotheum, ſi venerit ad eos, vt humanè tractent.Salutes plurimorum ponit.Salutate inuicem,ait, in oſculo ſancto.

§. III.

De epiſtola ad Hebræos.

AD Hebræos ſcribit vnam epiſtolam, quæ vltima ponitur, de qua antiquitus dubitatum eſt an eius foret.Aliqui enim eã alicuius alterius eſſe dicebant propter diuerſum modum ab aliis,cũ in principio non ponatur nomen eius vt in aliis, ſed nunc pro certo aſſeritur ab eccleſia eſſe Pauli.

Epiſtola ad Hebræos eſt vere Pauli.

Et ratio aſſignatur,quare nomen ſuum in principio tacuit, quia exoſum erat nomen eius Hebræis,& ideo ne audito in principio nomine ſuo horrori haberent talem doctrinam,nomen ſuum reticuit.

Chriſtus eſt Deus & homo.

In ipſa autem oſtendit dignitatem Chriſti:quia & Deus & homo eſt. Diuinitatem quidem dum ait, Nouiſſime locutus eſt nobis in filio, per quem fecit & ſæcula, qui cùm ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius portans omnia,id eſt,ſuſtentans verbo virtutis ſuæ.

Heb.c.1.

Excellentiam vero humanitatis eius deitati vnitę demonſtrat, dicens.Quem fecit hæredem vniuerſorum,id eſt,dominum. Purgationem peccatorum faciens, ſcilicet humani generis per paſſionem ſuam. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis,ſcilicet reſurgens & aſcendens ad ſublimiorem gradum gloriæ. Tanto angelis melior effectus,quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.Et quod angelos antecellat inquãtum homo probat,quia nulli angelorum dictum eſt aliquando quod Chriſto,in pſal.Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Pſal.2. Pſ.109. Pſal.8.

Neque alicui angelorum dictum eſt.Sede à dextris meis.Neque illud quod de Chriſto dicitur.Minuiſti eum, ſcilicet Chriſtum inquantum eſt homo,paulominus ab angelis, per aſſumptam.ſ. mortalita

A. C. 69. mortalitatem. Gloria reſurrectionis & honore aſcẽſionis coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia &c. Non enim angelis Deus ſubiecit mundum. Quinimo dicitur de angelis. Adorent eum, ſcilicet Chriſtum omnes angeli eius. Et de firmitate regni eius in pſal. 44. Thronus tuus Deus in ſeculum ſæculi. Cum autem ijqui non audierunt & obedierunt angelo, id eſt legi datæ per angelum puniti ſint, multo magis punientur non audientes vocem doctrinæ euangelicæ. Quæ ſcilicet lex euangelica, cùm accepiſſet initium enarrandi per dominum Ieſum, ab eis qui audierunt in nos cõfirmata eſt, teſtante Deo ſignis & portentis & varus virtutibus & ſpiritus ſancti diſtributionibus. Et quia non angelos ſed ſemen Abrahæ apprehendit, id eſt, naturam humanam ad eam liberandam, & ideo ait Apoſtolus in ca. 2. Decuit eum per omnia fratribus aſſimilari, ſcilicet ſumere pœnalitates, ſed ſine peccato, vt miſericors inueniretur. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt auxiliari eis qui tentantur in c. 2.

Pſal. 96.

Heb. c. 1.

Exinde in c. 3. oſtendit quod Chriſtus amplioris gloriæ fuit quam Moyſes, de quo tantum gloriantur. Nam Moyſes, vt famulus Dei fidelis in domo Dei conuerſatus eſt, id eſt, in ſynagoga, Chriſtus autem vt filius in domo Dei conuerſatus eſt, id eſt, in eccleſia. Attendendum ergo dicit eis eſſe quod ait Pſal. Hodie ſi vocem eius audieritis: nolite &c. Nam ſicut illi in deſerto, qui obdurati ſunt non obedientes voci domini, non intrarunt in terram promiſſionis, vt iurauit eis, ita & nunc, qui non audient vocẽ doctrinæ Chriſti excludentur à regno & à requie. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cœlos, Ieſum filium Dei, teneamus cõfeſſionem, ſcilicet fidei. Non enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.

Pſal. 94.

Num. 14.

Heb. 4.

In ca. 5. probat Ieſum vere magnum pontificem cùm habeat conditiones eius, dicit enim. Omnis põtifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, ſ. oblationum & ſacrificia pro peccatis, qui poſſit cõdolere pro iis qui ignorant & errant, quia & ipſe circundatus eſt, ſcilicet infirmitate. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſcilicet pontificij: ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Hæc omnia in Chriſto repe riuntur. Et inchoando ab vltima conditione Chriſtus non ſeipſum clarificauit, vt pontifex fieret: ſed Deus pater dicens ad eum. Filius meus es tu &c. Et, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Ex hominibus fuit aſſumptus, quia natus ex virgine. Obtulit autem preces & ſacrificiũ, quando, ſcilicet in diebus carnis ſuæ, id eſt, mortalitatis obtulit ſe in ſacrificium in cruce orans pro ſalute generis humani cum lachrymis dicens. Sitio, ſcilicet ſalutem hominum. Exauditus eſt pro ſua reuerentia ſaluatione indeſequuta. Nouit etiam cõdolere aliis. Nam didicit ex iis quæ paſſus eſt obedientiam, & factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. In 6. c. non permanentibus in gratia ſed recidiuantibus dicit. Impoſſibile eſt, id eſt, valde difficile, eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiã donum cœleſte & participes facti ſunt Spiritus ſancti, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei & oſtẽtui habentes.

Chriſtus probatur fuiſſe pontifex.

Pſal. 2.

Pſal. 109.

Ioan. 19.

In cap. 7. oſtendit quomodo Chriſtus ſit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. i. ſimilis ei. Dicitur enim ſcilicet Gen. 14. quod erat ſacerdos Dei ſummi, rex Salen. id eſt, rex iuſtitiæ & pacis. Sine patre & ſine matre legitur, inquantum, ſcilicet non reperitur genealogia eius, non reperitur initium eius neque finis. Quæ omnia conueniũt Chriſto. Rex enim eſt iuſtitiæ & pacis, ſine patre in terris, ſine matre in cœlis, non habens principium nec finem, ſcilicet ſecundum diuinitatem. Probat autem ſacerdotium Chriſti quod eſt ſecundum ordinem Melchiſedech id eſt, ſimile illi, eſſe dignius & perfectius ſacerdotio Leuitico veteris legis, ex hoc videlicet quia Abraham reuertens à cęde Regum, obuiam habens Melchiſedech dedit ei decimas omnium & ipſe Melchiſedech benedixit Abrahæ. Tunc autem Leui vnde & ſacerdotium Leuiticum, quod erat tantum de illa tribu, erat in lumbis Abrahæ ſcilicet ſecundum virtutem & rationem ſeminalem deriuandum ab eo. Vnde offerens Abraham decimas Melchiſedech & recipiens ab eo benedictionem, obtulit in virtute Leui & ſacerdotium Leuiticum. Maior autem & dignior qui recipit decimas & qui benedicit eo à quo recipit & qui benedicitur. Minor autem cedit maiori & imperfectum perfecto, & ideo adueniẽte Chriſti ſacerdotio ceſſat Leuiticum. Exinde ſequitur quod ſubdit Apoſtolus. Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat. Nam præcipuum in lege illa, & quacunque alia & dignius eſt ſacerdotium, quod pertinet ad cultum diuinum & religionem, quod eſt maximum vt fundamentum in quacunque lege. Sed ſacerdotium Leuiticum transfertur & deficit propter ſacerdotium Chriſti ſuperueniens, ergo & lex illa debet deficere, ſcilicet quo ad ceremonialia adueniente lege euangelica & merito, quia nihil ad perfectum adduxit lex illa, erat enim figuralis legis euangelicæ, & ideo ceſſare debet impleta figura. Et imperfectio illius legis & ſacerdotij oſtenditur ex eo, quod nullum ſacrificium illius legis ſufficiebat ad purgationem peccatorum, ſed quotidie alia atque alia faciebant. Sacerdotes etiam illi peccatores erant, pro peccatis ſuis etiam habentes offerre & deficiebant, ſed Chriſtus vna hoſtia, ſcilicet paſſionis ſuæ populum ſuum à delictis purgauit: qui, quia erat pontifex impollutus, ſegregatus à peccatoribus, nõ eguit pro ſe offerre, & viuit in æternum.

A. C. 69. Melchiſedech figura Chriſti.

Sacerdotium Chriſti Leuitico præſtantius.

Sacerdotium eſt in omni lege præſtantius.

Lex vetus per Chriſtum abrogata.

In cap. 8. declarat per authoritatem prophetæ, ſcilicet Hieremię legem euangelicam & teſtamentum nouum poſt vetus illud eſſe futurum dicens. Quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, ſcilicet, veteri lege ipſum obſeruando & ego neglexi eos, dixit dominus, quia hoc eſt teſtamentũ quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dabo leges meas in mente eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas, ſcilicet præcepta euangelica &c.

Hier. 31.

In ca. 9. oſtendit quod illud quod erat præcipuum in veteri lege figuratiuum, ſcilicet tabernaculum, & poſtea templum Salomonis diſtinctum in ſancta & ſancta ſanctorum cum cõtentis in eis, & præcipuum officium ſeu ſolemnior actus exercitus à ſummo ſacerdote, qui erat hic, videlicet, ingreſſus in ſancta ſanctorum ſemel in anno cum ſanguine hircorum & vitulorum, qui offerebantur in ſacrificium. Omnia hæc completa ſunt per Chriſtum & per eccleſiam ſignatam in tabernaculo diſtinctam in militantem & triumphantem. Nam Chriſtus (ait Apoſtolus) aſsiſtens pontifex futurorum bonorum introiuit in ſancta ſanctorum, ſcilicet aperiens regnum cœlorum per ſanguinem non animalium, ſed per proprium ſanguinẽ æterna redemptione inuenta.

Chriſtus compleuit id quod erat præcipuũ in lege veteri.

Ex. 30. Leuit. 16.

A.C. 69.

Sacrificiũ vetus à quibusmũdabat.

Quod ſacrificium,ſcilicet ſuæ paſsionis fuit ita perfectum, quod ſuffecit vna vice oblatum, & ipſum non tantum ad emundationem carnis valet, vt illud antiquæ legis, quod ſolùm liberat à quibuſdam impedimẽtis, quibus prohibebatur eis ingreſſus templi & quædam alia ſed emundat conſciẽtias hominum ab operibus mortuis, id eſt, peccatis, quod fit in debita ſuſceptione ſacramentorum nouæ legis, in quibus remanſit virtus paſsionis.

In ſacramentorũ ſuſceptione mundamur à peccatis.

In cap.10.oſtendit quod lex antiqua erat vmbra nouæ legis & figura, & per ſacrificia illa impoſsibile erat auferri peccata: ſed per Chriſtum & paſſionem eius ſunt ablata iuxta illud pſal. Hoſtiam & oblationem noluiſti, veteris legis, corpus autem aptaſti mihi, ſcilicet ad paſſionem tolerandam &c. Ceſſare ergo debet lex illa vetus, ſcilicet quo ad ceremonialia adducta lege euangelica fidei Chriſti. Habentes ergo fratres (ait) fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aſperſi corda à conſcientia mala & abluti corpus aqua munda. Irritam quis faciẽs legem Moy ſi ſine vlla miſeratione moritur duobus vel tribus teſtibus, quanto magis deteriora putantis mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit & ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerit, ſcilicet male viuendo.

Pſal. 39.

In cap.11.definit fidem & commendat eam mirabiliter, oſtendens ab initio ab Abel & per omnes patres veteris teſtamenti omnia magnifica opera facta per fidem. Definit autem eam dicens. Fides eſt ſperãdarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, id eſt, quædam virtus ſeu quoddam lumen infuſum à Deo, quo habetur ſubſtantia, id eſt, principium rerum ſperandarum, ſcilicet futuræ beatitudinis, quam debemus ſperare, argumentum conuincẽs mentem, id eſt, quoddam medium, quo concluſio infertur ad aſſentiendum ijs, quæ non apparent nobis ſenſu, nec ratione naturali neceſſaria.

Fidei definitio & eius breuis explicatio.ex c. Th.in 2.2. q 4.a.1.

In cap.12.dicit, Tantã habentes impoſitam nubẽ teſtium, quos ſupra dixerat teſtimonio fidei fuiſſe probatos, deponẽtes, ait, omne pondus & circundãs nos peccatum, per patientiam, curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta atque in dextera ſedis dei ſedet. Recogitate ergo eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes. Et ad ipſam patientiam multiplici authoritate & ratione inducit.

In 13. & vlti.c.hortatur eos ad charitatem fraternitatis, ad hoſpitalitem exemplo patrum, ad honeſtatem coniugalem, ad vitandam auaritiam, ad obedientiam præſidentium: & quòd doctrinis variis & peregrinis non abducantur à veritate. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor, non ceremoniis legalibus. Non etiam habemus hic ciuitatem manentem, ſed futuram inquirimus. Per ipſum ergo, ſcilicet, Ieſum, offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo.

¶ *De conuerſatione beati Ioannis euangeliſtæ.* CAP. VI.

De D. Ioãne Apoſtolo.

IOANNES Germanus Iacobi maioris ex patre Zebedeo piſcatore, & matre Maria Salome, ſorore ex parte matris virginis glorio- A ſæ euangeliſta, apoſtolus, & propheta fuit. Propheta quidem in libro Apocal. in quo deſcribit ſtatum futurum eccleſiæ: ſed ita obſcure vt nullus ad literã inueniatur eam certo exponere: ſed potius diuinare. Apoſtolus autem vnus ex duodecim, ſcilicet à Chriſto deputatus in epiſtolis ſuis tribus frequentius cõmendans fraternam dilectionem, quàm quicunque alius. Euangeliſta vero eſt in euangelij deſcriptione quartus in ordine in Aquila deſignatus propter altitudinem materiæ ipſius euangelij. Vnde & à Chriſto ipſe cum Iacobo dicti ſunt filij tonitrui ſecundum Mar. quia (vt ait Orige.) ita alte intonuit prin- B cipium ſui euangelij, quod ſi altius intonaſſet, totus mundus eum capere non potuiſſet. Hic eſt (inquit Petrus Dam. in ſermone) quem ſaluator noſter ad inſinuandam ſuæ diuinitatis eſſentiam, quaſi quoddam organum fecit, & quod ipſe ad tempus diſpenſatiue ſuppreſſerat, poſtea per Ioannem quaſi per ſuum vicarium nobis dereliquit. Interpretatur autem Ioannes in quo eſt gratia, quod apte ei congruit per quandam excellentiam. Nam gratia, ſcilicet beneuolentiæ Chriſti ad eum præcipua fuit, vnde cùm in euangelio de ſe loquitur, ait, diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, non (vt ait Beda) quod excluſis cæte- C ris hunc ſolum diligeret: ſed quia familiarius cæteris priuilegio amoris Ioannem dilexit Apoſtolum. Quam quidem gratiam beneuolentiæ ad eum Chriſtus pręcipuam habuit propter tria in eo concurrentia ſecundum Tho. ſuper Ioan. circa finem. Primo propter intellectus eius perſpicacitatem. Solẽt enim magiſtri illos diſcipulos plus diligere, quos capaciores inuenerint. Hiero. in prolo. Bibliæ. cap.4. Ioannes piſcator ruſticus & indoctus, & vnde obſecro illa vox, In principio erat verbum &c. Hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſthenes eloquens ignorauit. Secundo propter munditiæ puritatem. Virgo enim D eſt electus, à domino (canit eccleſia) quando in nuptiis eius conuerſa aqua in vinum dimittens ſponſam intactam ſecutus eſt Chriſtum, & ideo prærogatiua caſtitatis ampliori dilectione eum fecerat dignum. Tertio propter ætatis teneritatem. Familiarius enim diliguntur à parentibus iuuenculi, in minori autem ætate Ioannes ad diſcipulatum adſcitus eſt. In quo etiam innuitur, quod quià pueritia ſe Deo tradunt deuote, familiarius cum Deo conuerſantur. Ex his videtur inferri, quod Ioannes, ex quo plus dilectus fuit à Chriſto, plus & ipſe cæteris Chriſtum dilexit, quia ſapiens ait Prouer.8. Ego diligẽtes me di- E ligo, & quantum diligitur, tantum diligit. Sed in cõtrarium videtur, quod ipſe Ieſus ait Petro. Simon Ioannis diligis me plus his? [Ergo Petrum plus debuit diligere quam Ioannem:] Cuius ſignum videtur, quia ei commiſit eccleſiam. Circa hoc igitur ſciẽdum ſecundum Tho. vbi ſupra quod merita horum ponderare ſolius eſt Dei: vnde in Prouer. ca.16. Spirituum ponderator eſt dominus: non poteſt ergo dici tutè, quod Petrus plus dilexerit Chriſtum, quia tunc fuiſſet maioris meriti & præmij, nam Chriſtus non aſſerendo ſed interrogando ait, ſi plus ſe diligeret alijs, oſtendens ex hoc congruum valde eſſe præſiden- F tem in dilectione ſubditos debere præcellere: ſed non ex neceſſitate. Nec Petrus præſumpſit hoc aſſerere: ſed tantum quod diligebat. [Nec etiam tutè dici poteſt quod Ioannes fuit ſimpliciter melior Petro: quia vt dictum eſt, Spirituum ponderator eſt Dominus Prou. 16.] Dicunt igitur aliqui quod Chriſtus plus diligebat Petrum, quantum ad hoc [vt faceret eũ magis ſui amatorẽ, Ioannẽ aũt diligebat ad aliud

vt ei

A.C. 69.

Hiero. l.1. aduer. Iouin.

Ezech.1.

Marc.3.

Ioan.13 & 18.

Bed. in ca. 13. Ioan.

Thom. in 21. c. Ioan. lec.5.

Hie. in ep. ad Paul.

Propter tria Chriſtus præ cæteris Apoſtolis dilexit Ioannem.

Apueritia ſe Deo tradens familiarius cũ Deo verſatur.

Vter Chriſto fuerit acceptior Petrus an Ioannes.

Thom. in c.21. Ioan. l.5. & in 1. p.q. 20.a.4.

A. C. 69.

ſcilicet] vt ei conferret intellectum magis perſpicacem. Sed cùm charitas ſuperemineat ſcientiæ Dei ſecundum apoſtolum ex hoc videtur quod maior in

1.Cor.13.

perfectione ſit Petrus, Niſi forte quis dicat Petrum fuiſſe magis dilectorem, quantum ad feruorem exteriorem charitatis [Ioannem vero quantum ad interiorem ardorem amoris & beneuolentiæ.] Alij dicunt & melius, quod Petrus dilexit Christum magis in membris & ſic etiam à Chriſto fuit magis dilectus, ſcilicet in membris, vnde & ei commiſit curam eccleſiæ. Ioannes autem plus dilexit eum in ſeipſo, & ſic magis fuit dilectus ab eo, vnde & ei matrem commendauit, de qua ſubſtantiam carnis acce-

Ioan.19.

perat. Vel dicendum quod Petrus magis dilexit quâ tum ad promptitudinem & feruorem. Ioannes autem magis dilectus fuit quantum ad quædam familiaritatis indicia, quæ Chriſtus ei magis quàm aliis oſtendit propter puritatem. Vnde & ei ſoli proditorem manifeſtauit, & ſuper pectus in cœna vltima recubuit, in ſignum, quia de fonte diuinæ ſapientiæ maximam verbi profunditatem debebat haurire.

Tho. ibid.

Vel quantum ad myſterium, quia in his duobus figuratur duplex vita, actiua & contemplatiua. Actiua ſignata per Petrum plus diligit Deum, quia magis ſentit præſentis vitæ anguſtias, & æſtuantius ab eis liberari deſiderat & ad Deum ire. Contemplatiua vero figurata in Ioanne, plus diligitur à Deo, quia Deus magis eam conſeruat. Non enim deficit hinc migrans: ſed perficitur.

§. I.

Bed. in c. 2 ep. 1. Ioan.
Ioannes hæreticos fugiendos & verbo & exemplo docet.

BEda. Ioannes quæ de hæreticis & ſchiſmaticis deuitandis verbis edocuit (dicens in epiſtola ſi quis venit ad vos & hanc doctrinam, ſcilicet quam prædicamus, non affert, nolite eum recipere in domo, neque aue ei dixeritis) hoc & factis exhibuit. Narrat enim de illo auditor eius ſanctiſſimus vir & martyr fortiſſimus Polycarpus Smyrnæorum epiſcopus, quia quodam tempore cùm apud Epheſum balneas lauandi gratia fuiſſet ingreſſus, & vidiſſet ibi Cerinthum hæreticum, exiit continuo & diſceſſit non lotus, dicens. Fugiamus hinc, ne balneæ ipſæ corruant, in quibus Cerinthus lauatur inimicus veritatis. 24. q. 1. omnis qui.

Hiſtoriæ huius meminit Hiren. l. 3. c. 3. & Euſeb. l. 3. hiſt. eccl. c. 22.

Caſſ. hoc refert col. 24. cap. 21.
Ioannes cum auicula ludit.

Cùm quædam auicula, quæ perdix dicitur beato Ioanni viua fuiſſet oblata, & ille contrectando eam demulceret, & ſæpe tangeret, quidam adoleſcens videns deſpexit eum, ſociis dicens. Videte quomodo ille ſenex, vt puer cum auicula ludit. Quod Ioannes perpendens eum vocans iuſſit, vt arcum quem renebat in manu, tenderet. Quod cùm feciſſet, nil ei dicente Apoſtolo arcum remiſit. Cui Apoſtolus. Quare non tenſum diu tenuiſti: ſed dimiſiſti? Reſpondit. Quia ſi diu tenſus teneretur, ad facienda iacula infirmior redderetur. Cui Ioánes. Sic & humanus animus ad contemplendum minus validus fieret, ſi ſemper in ſuo rigore ſpeculationis perſiſteret, & humanæ fragilitatis non quandoque condeſcenderet recreationi. Nam & Aquila quæ altius cæteris volatilibus ſcandit, & ſolem intuetur, neceſſitate ducta ad ima deſcendit.

Clem. Alc. in l. quis ſit ille diues qui ſaluetur.

Refert quoque Clemens vt habetur in hiſtoria Eccleſ. quod cum Ioannes quemdam iuuenem pulchrum & ferocem conuertiſſet ad fidem Epheſi, inde recedens ad prædicandum in aliis ciuitatibus, illum iuuenem epiſcopo loci ſub depoſito commendauit. Sed epiſcopus nimis confidens de eius boni-

A

A C. 69.
Euſeb. l. 3. Eccl. hiſt. c. 17.
Iuuenis conuerſus à Ioãne latronum princeps efficitur.

tate, parum conuerſationi eius attendit. Ille ex mala ſocietate illectus facinoribus ſe tradidit, & ad peiora progreſſus demum relicta ciuitate factus eſt in quodam nemore princeps latronum. Poſt aliquantum vero temporis Ioannes Epheſum remeans & epiſcopum illum viſitans requiſiuit ab eo depoſitum ſibi traditum. Quod cùm ille non intelligeret cogitans de depoſito aliquo pecuniario: Ioannes ait. Illũ dico iuuenem, quem tibi commendaui attentius. At ille cum lachrymis inquit. Mortuus eſt in anima pater, & in tali loco cum multis latrocinatur. Ioannes autem præ dolore de perditione iuuenis veſtem ſcidit & cum ingenti gemitu pugnis ſe cædebat dicens.

B

Bonum cuſtodem te reliqui animæ fratris, móxque parari ſibi equum iubet, & ad locum illum deduci, vbi ille morabatur. Illúcque equeſter acceſſit, appropinquánſque ad locum inuenit ſocios latrones, quorum iuuenis erat princeps antecedentes eum. Cúmque Ioannes diceret eis ſe quærere & alloqui velle dominum eorum duxerunt illum ad eum. At iuuenis videns Ioannem à longe, maxima verecundia & confuſione ductus, cœpit fugiendo retrocedere velociter currens. Sed Ioannes vrgens calcaribus equũ oblitus ſuæ ſenectutis inſequitur eum clamans & di-

C

cens. O fili quare fugis patrem tuum ſenem & inermem? Siſte gradum expecta me, ego pro te reddam rationem Deo & veniam procurabo, tantum recognoſce delictum tuum. Ad quæ verba compunctus iuuenis ad Ioannem venit, & ad genua eius prouolutus cum amariſſimis lachrymis veniam poſtulabat & cùm manum occultaret, conſcientia ſcelerum tactus, quia per eam multa homicidia perpetrarat, Ioannes illam accipiens oſculabatur, confortans & fiduciam ei præſtans de venia vere pœnitenti. Reductus ergo ad ciuitatem & pœnitentiam agens ad mandatum Ioannis, ſanctus homo eſt effectus. O

D

quale exemplum ad oſtendendum periculum & pronitatem iuuenilis libertatis & malæ ſocietatis detrimentum negligentiæ præſidentialis, & magnitudinem diuinæ miſericordiæ!

Gal. 2.

Ioannes præterea poſt moram diutinam in Hieroſolymis & regionibus circunſtantibus ad prædicandum (nam poſt annos quatuordecim à conuerſione ſua Paulus ſe fuiſſe Hieroſolymam & viſitaſſe & contuliſſe euangelium cum Petro & Ioanne & Iacobo, ſcilicet minori teſtatur: aliqui etiam dicunt, eũ vſque ad exterminium Hieruſalem per Titum ibi manſiſſe) demum inſtigante ſpiritu ſancto acceſſit

Tert. l. de præſcript. hæ. & Hie. l. 1. cont. Iouin.

E

in Aſiam minorem, & maxime ad ciuitatem Epheſum, deinde à Domitiano imperatore Romam adductus, poſt immiſſionem in olei feruentis dolium, ex quo illæſus exiuit, in Pathmon inſulam relegatus eſt. Interfecto autem Domitiano, à ſenatu propter eius ſcelera omnia ſunt abolita & annihilata quæ ipſe egerat. Et ſic Ioannes ab illo exilio reuocatus

De Druſiana à D. Io. reſuſcitata. Abdias. l. 5. hiſt. Ap.

eſſe. Reuertenti igitur Epheſum obuiauit omnis multitudo ciuitatis Deum laudans & gratias agens de tanto beneficio, clamans, Benedictus qui venit in nomine domini. Ingredienti autem ciuitatem occurrerunt plures ferentes quandam diſcipulam Ioã-

F

nis nomine Druſianam in feretro ad ſepulturam, rogantes eum vt ad vitam eam reuocaret cùm eſſet mater pupillorum & viduarum, & multum optauerat videre eum. Hanc Ioannes oratione præmiſſa ſuſcitauit, & ad ſibi præparandum ad comedendum ire iuſſit.

Druſiana ſuſcitatur
Vide de Cratone philoſopho Abdiam.

Altera die cùm Ioannes per ciuitatem incederet vidit maximam multitudinem congregatam coram

Cratone

A. C. 69.

Cratone philoſopho. Is enim tali die & hora prædixerat docturum ſe mundi contemptum duobúſque ciuibus Epheſinis diuitibus quos ad ſuam traxerat ſectam, iuſſerat, vt lapides pretioſos emptos pretio totius patrimonij diſtracti, coram populo frangerét & in puluerem redigerent. Quod & fecerunt. At Ioannes hoc aſpiciens populum de huiuſmodi opere redarguit, dicens hoc non eſſe vere mundũ contemnere: ſed mundi gloriam ambire, nec Chriſtus eorum magiſter ſic docuit mundum deſerere: ſed pauperibus illa erogare. Tunc Craton. Si Deus inquit eſt magiſter tuus vt prædicas, in integrum hos lapides, reſtituat: vt quod feci ad mundi gloriam, ipſe faciat ad ſuæ virtutis oſtenſionem. Quod Ioannes facta oratione peregit. Ex quo prodigio Craton & illi duo diſcipuli eius & plures alij conuerſi ſunt ad fidem. Inter quos extiterunt iuuenes duo nobiles, qui opulento patrimonio ſuo pauperibus erogato, & ſeruis eorum libertate donatis, Apoſtolum in paupertate ſunt ſecuti. Vna autem dierum poſt conuerſionem ſuam, cùm viderent tranſeuntes per ciuitatem ſeruos olim ſuos hilares incedétes in veſte præclara, conſiderantes ſuum vile indumentum & victum auſterum: tentati à Diabolo ſpiritu accediæ pœnitere cœperunt de tali ſtatu aſſumpto. Reuertentes autem domũ dum triſtes vidiſſet eos Ioannes cognouit in ſpiritu eorum lapſum: vnde & dixit eis. Deo non placent coacta ſeruitia. Video vos pœnitere de mundi contemptu: ſed ne credatis quæ dimiſiſtis recuperare vos non poſſe. Pergite ad ſyluas: & afferte ad me virgas ligneas, & de littore fluminis lapillos: quod egerunt, quam citiſſime. Ipſe autem virgas conuertit in aurum: & lapillos in pretioſos lapides, quæ omnia iudicio plurium artificum iudicata ſunt optima. Tunc Ioannes ait. Ecce plus habetis quam reliquiſtis. Ite & emite vobis palatia, prædia, ſeruos, veſtes, & quæcunque vultis talia: & florete in hoc ſęculo, vt in alio marcidi ſitis: gaudete ad horam vt in perpetuum lugeatis. Dicit Gratianus. 16. q. 4. hanc ergo. §. ſed notandum, quòd hoc exemplo non licet oblata eccleſię vel religioni ab ingreſſis, reddere iis qui dederunt vel religioſis recedentibus à religione. Nec Ioannes illa reddidit: ſed quaſi ſua quę dimiſerãt miraculoſe procurauit. Hoc etiam fecit potius iure poli quam iure fori. Dum autem ille contra eos inueheretur: ecce quidam cum amicis & conſanguineis adduxerunt adoleſcentem tunc defunctum: rogantes vt ſicut Druſianã, ſic hunc à morte ſuſcitaret. Quod cùm poſt prolixã orationem feciſſet: imperauit adoleſcenti illi ſuſcitato, vt referret illis duobus auerſis à ſancto propoſito, quid de eis vidiſſet in alio ſæculo, ille auté dixit eis. O miſeri quid egiſtis? Vidi angelos veſtros flentes de interitu veſtro, dæmones autem gaudentes. Amiſiſtis æterna palatia vobis auro & argento & lapidibus pretioſis fabricata luce plena & epulis copioſis, & pœnas acerrimas vobis in inferno præparatas expectatis. Ex miraculo igitur viſo & ipſius reſuſcitati verbis compuncti illi duo ad pedes Ioannis proſtrati miſericordiam poſtulabant. Quibus Ioannes mandauit vt triginta diebus pœnitentiam agerent, & hoc pro ſigno caperent ſuſceptæ à Deo miſericordiæ, quando virgas aureas & lapides illos pretioſos ad naturam priſtinam redacti eſſent. Quod & fecerunt. Poſtmodum in ſancto propoſito permanentes miraculis effulſerunt.

Ibid. l. de prin. 6. noui teſt.

Craton & duo eius diſcipuli ab Ioanne conuerſi.

Horum iuuenũ meminit & Abdias.

Iſid. ibid.

Non licet oblata religioni ab ingreſſis, iiſdem recedentibus reddere.

Ioannes triginta dierum pœnitentiam indicit.

§. II.

A. C. 69.

QVoniam verò per Aſiam diſcurrendo templa euertiſaciebat idolorum doctrina ſua: ſeditio populi orta eſt contra eum, quibus ipſe diſiunctiuam propoſuit ad ſedandum populum, videlicet quod ſi ipſi ſubuertere poſſent ad inuocationẽ Dianæ eccleſiam Chriſti, ipſe cum eis Dianæ ſacrificaret, ſi autem non poſſent: ſed ipſe ad inuocationem Chriſti templum Dianæ rueret faceret, ipſi in Chriſtum crederent. Hoc cùm placuiſſet maiori parti populi, ſacerdotes Dianæ nil valuerunt efficere. Ioannes autem exeuntibus cunctis de templo Dianæ, vt ordinauerat, ad inuocationem ſuam templum Dianæ & ſtatuã eius corruere funditus fecit. Vnde multa millia hominum conuerſa ſunt ad fidem. Ariſtodemus verò pontifex templi cùm ſeditionem contra Ioannem excitaret, dixit ei Ioãnes. Quid vis Ariſtodeme vt faciam tibi ad placandum te? Cui reſpondit. Si vis vt credam in Deum tuum dabo tibi venenum bibere, ex quo ſi non contraxeris læſionem, credám in Chriſtum. At Ioannes ait. Fac quod locutus es. Propinauit ergo venenũ, & vt noſſet per experimentum perniciem veneni, poſtulatis à pręſide ciuitatis duobus reis morte plectendis, eis guſtandum dedit, qui ſubito mortui ceciderunt in terram. Hoc viſo Ioannes nil paueſactus poculum lætus aſſumpſit, nec quidem colorem mutauit, nec dolorem ſenſit. Tunc Ariſtodemus. Adhuc in me eſt dubitatio. Sed ſi mortuos ex veneno illo viuificabis, omnino credam. Apoſtolus dedit ei pallium ſuum, vt eo tangeret corpora eorum. Quo peracto à mortuis ſurrexerunt. Propter quod Ariſtodemus & præſes prouinciæ cum omni familia ſua & multi alij in Chriſtum crediderunt. Qui deſtruentes idola eccleſiam in honorem beati Ioannis ædificarunt, in qua diu prædicauit. Cùm autem eſſet nonaginta annorum, & à paſſione domini ſecundum Iſido. ſeptuageſimo ſeptimo apparuit ei dominus Ieſus vocans eum ad conuiuium ſuum cum diſcipulis ſuis, ſignificans ei, quia dominica ſequenti ad eum veniret. Dominica ergo die à primo pullorum cantu intrans eccleſiam & populo prædicans, & ad permanendum in fide exhortans, demum foueam quadratam quam in eccleſia fieri iuſſerat intrauit, luce immenſa apparente, vt nullus aſpicere poſſet. Poſtea recedente luce inuenta eſt fouea plena manna, nec repertum eſt corpus eius.

Hæc apud Abdiam continentur.

Dianæ templum Ioannes diruit.

Iſid. 16.

Venenum ab Ioanne hauſtum.

Iſid. ibid.

§. III.

DE corpore Ioannis quid ſit factum eſt multiplex opinio. Alij dicũt quod ſepulchrum eius quod eſt apud Epheſum continet ipſum viuum & dormientem, & in eo adhuc viuit quouſque veniat Chriſtus ad iudicium, habentes in argumentum huius, quod illic terra ſurſum quaſi ebulliens ſcaturit, quod ex eius anhelitu fieri dicunt. Sed hanc reprobat Aug. dicens quod minus eſt ſi dormiens viuit quã ſi mortuus viueret beatus cum Chriſto. Cur ergo Chriſtus diſcipulo, quem præ cæteris diligebat pro magno munere tam longum donaſſet ſomnum, & priuaſſet interim cum tanto bono? Non eſt ergo hoc credendum: ſed potius quod mortuus ſit, ſecundum illud. Quis eſt homo qui viuit, & non videbit mortem? Et poſtea ſurrexerit in anima & corpore glorificatus, & ideo corpus eius non inuenitur. Et hæc eſt ſecunda opinio. Nam tertia opinio quam etiam refert Thom. ſuper Ioan. & eam ſecutus eſt dominus Ioan

De morte Ioannis quid ſentiant veteres.

Iſid. ibid.

Auguſt. in Ioan. trac. 124.

Pſal. 88.

Thom. in c. 21. Ioan. lect. 1.

A.C. 69.
nus Ioannes Dominici cardinalis, eſt quod Ioannes A
ſit tranſlatus in paradiſum terreſtrem, poſtquam in
illam foueam ſibi paratam deſcendit apparente ſu-
per foueam immenſa luce, vt nemo videre poſſet, &
è paradiſo veniet in mundum iſtum tempore Anti-
chriſti prædicaturus contra eum cum Enoch & He-
lia, & mortem paſſurus martyrij per eũ cum Enoch
& Helia. Cùm enim dignior ſit lex euangelica lege
naturæ vel Moſaica, videtur ſatis veriſimile, quod
ſicut lex naturæ habebit Enoch, lex Moſaica He-
liam, ita euangelica Ioannem teſtes contra Antichri
ſtum pro Chriſto. Et ſic ad plenum implebitur di-
ctum à Chriſto ſibi & Iacobo Germano eius. Cali- B
cem meum bibetis. Matth. 20. ſcilicet paſſionis per
martyrium migrando. Sed etſi non morte violenta
ſed naturali iam deceſſit ſecundum aliam opinio-
nem, adhuc verum eſt quod biberit calicem paſſio-
nis, videlicet ſuſtinendo multas perſecutiones pro
Act. 4. Chriſto & martyria. Nam & flagellatus legitur cum
cæteris in actibus apoſtolorum, à Domitiano Cæſa-
re propter inſuperabilem euangelij conſtantiam
Romam adductus ante portam Latinam in feruen-
tis olei dolium miſſus fuit: ſed diuina fauente gratia
Tertul & Hiero. vbi ſupra. illæſus exiuit à dolore carnis, ſicut & à corruptione
alienus. Et exinde in Pathmon inſulam in exilium C
eſt relegatus. In qua deſtitutus à ſocietate hominum
conſolatio ei non defuit angelorum. Ibi enim habuit
reuelationes Apocalypſis per angelum. Quod ergo
Chriſtus dixit, Sic eum volo manere donec veniam,
poteſt intelligi veniam, ſcilicet ad iudicium, ſic vi-
uit in paradiſo terreſtri. Si autem mortuus eſt, ſiue
iam reſuſcitatus in corpore ſiue non intelligitur. Sic
eum volo manere, id eſt, ſine morte violenta, ſicut
tu Petrus, cui loquebatur Chriſtus, donec veniam
ad eum reſumendum, ſiue in corpore & anima ſi-
mul, ſiue in anima tantum. Sed & quarta opinio ha-
bet, ſcilicet quod intrans ſepulchrum obierit rema- D
nente ſolo corpore in ſepulchro, quod tamen non
Deut. 34 inuenitur, ſicut & de corpore Moyſis ſcriptum eſt
Deo ſic diſpenſante iudicio nobis occulto. Vel do-
nec veniam in regno eccleſiæ dilatatæ per orbem,
Mat. 16. Beda in eũ locum Mat. ſic exponit Beda illud Mat. Sunt quidam de hic ſtan-
tibus vt Ioannes qui non guſtabunt mortem donec
videant filium hominis venientem in regno ſuo.
Dicitur enim eſſe vbique per orbem diffuſa eccleſia
dum per orbem vbique regnabat Chriſtus per fi-
dem in mentibus hominum. Nam cæteris Apoſtolis
Ioannes pluribus annis ſuperuixit, ſcilicet vſque ad
tempora Traiani.

¶ *De conuerſatione & martyrio bea-
ti Iacobi maioris.*

CAP. VII.

De Iacobo Zebedæi filio. Act. 1.
IACOBVS Apoſtolus Germanus Ioan-
nis euangeliſtæ, dicitur Iacobus maior,
eo quod prius altero Iacobo fuit voca-
tus ad apoſtolatum. Primus etiam om-
nium apoſtolorum vocatus eſt per martyrium ad
regnum cœlorum. Fuit autem ſatis Chriſto familia- F
Mat. 17. ris, & cum Petro & Ioanne ad ſecretiora admiſſus,
vt patet in transfiguratione Chriſti, in reſuſcitatio-
Mat. 9. ne filiæ Archiſynagogi facta à Chriſto, in expreſſio-
Mat. 26. ne in horto ſui intenſi doloris ex paſſione imminen
Iacobus acceſſit in Hiſpaniã. te. Hic igitur poſt aduentum ſpiritus ſancti ad Hiſpa-
niam acceſſit ad prædicandum, & cùm videret gen-
tem illam agreſtem doctrinam eius non accipere,

A nam tantum nouem vel ſecundum alios tantum A C. 69.
duos ad fidem conuertit, illos duos ſecum ducens
reuerſus eſt Hieroſolymam. Cúmque feruenter præ Hoc refert tanquam fide dignũ Bre. Rom. ex Iſid.
dicaret ex ſcripturis ſacris oſtendens Ieſum Chriſtũ
verum Dei filium eſſe, & ſcribas & legis doctores
rationibus validis confutaret, miraculis doctrinam
ſuam confirmans, oblata pecuniæ ſumma rogarunt Hæc Abdias habet.
quemdam magum nomine Hermogenem, vt cum
eo diſputans ipſum confunderet, qui promiſit ſe hoc
facturum non per ſe ſed per diſcipulum ſuum Phi-
letum. Miſit ergo Philetum cum Iudæis ad Iacobum
qui diſputans cum Iacobo in omnibus ſuperatus
B fuit ab illo faciente etiam in conſpectu eius multa
miracula, ex quibus compunctus Philetus, reuerſus
ad magiſtrum ſuum Hermogenem multum com-
mendauit eum, ad doctrinam irrefragabilem refe-
rens etiam prodigia facta, eique ſuadens Iacobo eſ-
ſe adhærendum. Nam & ipſe diſcipulus eius fieri
decreuerat. Indignatus Hermogenes arte magica
ita impediuit eum, vt ſe inde mouere non poſſet di-
cens. Nunc videbimus ſi Iacobus iſte poterit te libe Philetus Hermogenis magi diſcipulus
rare. Philetus autem hoc per nuntium Iacobo ſigni-
ficauit. Qui miſit ei ſudarium dicens. Iſtud ſuſcipiens
dicat. Dominus ſoluit compeditos, & ipſe erigit eli-
C ſos. Quo facto ſubito liberatus eſt. Et inſultans Her Pſal. 145.
mogeni acceſſit ad Iacobum, & de fide inſtructus
baptizatus eſt eum ſequens. Hermogenes autem Philetus fit Chriſtianus.
iratus adiurans dæmones imperauit vt Iacobum cũ
Phileto ante ſe vinctos ducerent, ne diſcipuli eius
ab eo auerſi auderent ei inſultare. Dæmones
igitur plures adiurati ab eo euntes cùm appro-
pinquaſſent habitationi beatiſſimi Iacobi clamare
cœperunt. Apoſtole Dei miſerere noſtri, quia graui-
ter cruciamur. Quibus apoſtolus. Vt quid veniſtis
ad me? At illi, Hermogenes miſit nos, vt te & Phile-
tum olim diſcipulum eius vinctos duceremus ad te.
D Sed vbi appropinquauimus angelus domini catenis
igneis religauit nos cruciatum inferens. Iacobus au-
tem dixit. Ipſe angelus Dei vos ſoluat, & pergite ad
Hermogenem, & eum ligatum ad me perducite ſine
aliqua læſione. Quod ſtatim fecerunt, & manibus
poſt tergum ligatis Hermogenem capientes ante
Iacobum ſtaterunt, rogantes, vt daret illis licen-
tiam nocendi ei, & ſuas & eius vindicare iniurias.
Dixit autem Iacobus. Quare Philetum non tenetis
ſicut imperauit Hermogenes? Cui dæmones reſpon- Hermogenes magus à dæmonibus catenis ligatur.
derunt, Nedum Philetum diſcipulum tuum, ſed nec
formicam domus tuæ poſſumus contingere. Impe-
E rauit igitur apoſtolus dæmonibus abire, & Phileto
dixit. Quia dominus noſter mandauit reddere bona
pro malo, ſolue tu Hermogenem à vinculis dæmo-
num, qui te prius ligauerat incantationibus ſuis. Eo
igitur ſoluto dixit Iacobus ipſi. Dominus noſter non
vult coacta ſeruitia: ſed voluntaria. Ecce liber es, fac
quod tibi placet, & perge quo libet. Dixit autem
Hermogenes. Ego noui iras dæmonum, cùm receſſe- Hermogenes fit Chriſtianus.
ro à te me interficient, niſi des mihi aliquod reme-
dium. At Iacobus dedit ei baculum ſuum, quem fere
bat in itinere. Qui reuerſus domum compunctus
omnes libros magicæ artis colligens tulit eos ad Ia-
F cobum, & proſternens ſe ad pedes eius ait. Libera-
tor animarum miſerere mei, & quem in præteritum
inimicum habuiſti, nunc accepta in diſcipulum. Cõ-
uerſus ergo & baptizatus libros illos magicos pro-
iecit in mare ad iuſſum apoſtoli, & adeo perfecte ſe-
cutus eſt, vt virtutes & ipſe faceret in nomine Ieſu.
Iudæi autem audita conuerſione Hermogenis zelo
commoti Iacobum adierunt, eum increpãtes, quod
Ieſum

A.C. 69.

Ieſum Dei filium etiam prædicaret. Ipſe autem hoc veriſſimum eſſe ex ſcripturis eorum declarabat. Propter quod & multi ex ſermonibus eius crediderunt in Chriſtum. Sed Abiathar pontifex anni illius ſeditionem excitauit populi contra eum, & captum ad Herodem regem Iudeæ occidendum perduxit. Qui ſententia ipſius Herodis decapitatus eſt (vt dicitur) die, qua & Chriſtus incarnatus & paſſus eſt [a] anno vno integro reuoluto. Quod etiam tangit Luc. in actibus apoſtolorum dicens. Occidit autem Herodes Iacobum fratrem Ioannis gladio. Act. 12. Cùm autem duceretur ad locum paſſionis, & in via quemdam paralyticum ſe ei commendantem ſanaſſet nomine Ieſu inuocato, Ioſias quidam ſcriba, qui eum ad decollandum ducebat, viſo miraculo credidit, quem Abiathar pontifex ab Herode impetrauit cũ Iacobo decapitandum, quod & factum eſt eo à Iacobo in locum paſſionis baptizato. Diſcipuli autem eius nocte corpus eius rapientes, illud deferentes ad maris littus, nauiculam inuenerunt paratam diuinitus, quam aſcendentes cum eo committentes ſe Dei gubernaculo ad Hiſpaniæ oram applicuerunt & Compoſtellam ciuitatem intrantes in eccleſia fabricata ad eius honorem honorifice ſepelierunt. Quomodo autem adierunt principiſſam illius patriæ nomine Lupam pro ſepulchro obtinendo apoſtolo honorifico, quæ quæſiuit doloſe variis modis eos perdere: ſed viſis circa hoc miraculis credidit, & eccleſiam ei conſtrui curauit, ob breuitatem dimittitur. Stupenda autem exiſtit deuotio infuſa fidelium mentibus in viſitando limina eius, quam etiam ſtatutum eccleſiæ ita firmauit, vt nullus in huiuſmodi voto citra ſedem apoſtolicam valeat diſpenſare vt quod minus honoris & gloriæ cæteris apoſtolis illi in vita collatum ſit à fidelibus propter breuitatem eius, hoc quaſi diuina munificentia ſuppleuerit poſt mortem eius plusquàm apoſtolorum omnium viſitatis & honoratis eius reliquiis. Circa quam viſitationem ſeu peregrinationem plurima diuerſis temporibus ſunt oſtenſa prodigia, vnum præciſe notabitur, vbi etiam apparet mira deceptio diaboli. Quidam Lugdunenſis deuotus multum erga apoſtolum pluries viſitabat limina eius. Semel autem cùm peregrinationem huiuſmodi inchoaſſet, nocte in fornicationem incidit, poſt quod diabolus ei apparens in forma ſancti Iacobi dixit. Ego ſum Iacobus apoſtolus ad cuius ſepulchrum ſæpius acceſſiſti. Sed iſta vice non eſt mihi grata peregrinatio iſta, quia fornicatus es, nec confeſſus. Et ideo oportet te domum redire, & confiteri peccatum tuum, & poſtea in puritate conſcientiæ iter perficere. Quod ille totum credidit, & reuerti diſpoſuit. Sed iterum dormienti apparuit idem diabolus, dicens peccatum illud perpetratum non poſſe per confeſſionem dimitti, niſi in ſatisfactionem eius ſibi genitalia incideret. Sed & beatior foret, quia martyr, ſi ſe etiam ob eius honorem occideret. Quod ille euigilans, & totum à beato Iacobo reuelatum exiſtimans genitalibus amputatis ſe etiam occidit. Socij autem euigilantes & iſtum occiſum videntes, timentes ne caperentur vt ſceleris rei fugerunt quàm citiſsime. Cùm autem pararentur exequiæ eius, quia ignorabatur veritas rei geſtæ, ſubitò ille reuixit, cœpitque loqui & narrare cunctis modum mortis ſuæ, & deceptionem diaboli, addens quod cùm anima recedens à corpore feſtinanter à dæmonibus portaretur verſus Romam ad inferos perducenda propter ſui homicidium, beatus Iacobus ſequebatur eos increpans dæmones de huiuſmodi fraude. Venientes autem ad quoddam pratum inuenerunt virginem glorioſam domini matrem cum multis ſanctis ibi manentem, & cùm beatus Iacobus conquereretur coram virgine de huiuſmodi fraudulentia à diabolo erga ſuum deuotum patrata, virgo diabolum increpauit, & in abyſſum ire mandauit, & ipſum vitæ reſtituit & ſaluti. Remanſerúntque cicatrices vulnerum ad fidem miraculi aſtruendam, ſociósque ille reperiens cuncta per ordinem enarrauit.

Iacobus moritur. celebratur eius feſtũ. 25. Iulij. Huius rei fidem facit hiſt. ec. l. 2. ca. c. 8. aliàs 9. ex Clem. Alexan.

Compoſtellana ad diuum Iacobum peregrinatio

De hac translatione quidam citant librum nomine Leonis ſecũdi & miracula nomine Callixti ſecũdi Mol. in marty. vſu. ex quib. hæc de prompta arbitror.

Peregrino D. Iacobi quomodo diabolus impoſuerit.

Peregrinus à virgine reſuſcitatur.

A.C. 69.

a Petrum ſecundo Claudij anno & decimo poſt Chriſti paſſionem à vinculis Agrippæ liberatum diuinitus ſcribit Onuph. in Plat. cum ergo D. Iacobus eodem plane tempore fuerit ab Herode capite mulctatus quo Petrus à vinculis liberatus, vt aperte acta Apoſtolorum continent, neceſſe eſt vt mors D. Iacobi in diem paßionis Chriſti anno reuoluto non incidat, prӕterea Hiſpanica peregrinatio, & alia quӕ ab eodem in Iudæa tam ante peregrinationem, quàm poſt illam geſta credi poſſunt vel traduntur, quomodo quӕſo vno anno effici potuerũt?

¶ De conuerſatione & martyrio beati Iacobi minoris fratris domini.

CAP. VIII.

IACOBVS minor vnus ex numero duodenario apoſtolorum, à Chriſto aſſumptus vt patet ex euangeliis. Minor autem dicitur reſpectu Iacobi maioris de quo ſupra non quo ad meritum vel ſanctitatem: ſed quo ad vocationem ad apoſtolatum, quia vocatus eſt poſt alium Iacobum. De hoc ſic ait Anacletus papa diſt. 66. ca. 2. Porro Hieroſolymitanus primus archiepiſcopus beatus Iacobus, qui iuſtus dicebatur, & ſecundum carnem domini frater nũcupatus eſt, à Petro, Iacobo, ſcilicet maiore, & Ioãne apoſtolis ordinatus eſt, ſucceſſoribus ſuis dantibus formam vt minus quam à tribus epiſcopis reliquiſque omnib. conſenſum præbentib. epiſcopus nõ ordinetur. Hæc ibi, vbi dicit gloſſa quod licet Iacobus, epiſcopus fuerit factus à Chriſto inuiſibili vnctione ſicut & cæteri apoſtoli, quod factum dicitur in vltima cœna, tamen à præfatis apoſtolis epiſcopis fuit ordinatus in epiſcopum vnctione viſibili, id eſt, quibuſdam ceremoniis exterioribus etſi nobis ignotis. Vel quia ordinati fuerunt à Chriſto epiſcopi: ſed ſine titulo alicuius loci determinati. Iacobo autem à præfatis epiſcopis apoſtolis & Petro ſummo pontifice fuit datus certus & terminatus titulus, & iuriſdictio, ſcilicet Hieroſolymorum, & territorij eius. Qui poſtea titulus archiepiſcopalis auctus eſt in titulum patriarchalem, ita vt poſt ſedem Romanam, quæ ſuper omnes eſt, inter alios patriarchas quartum obtineat locum, vt patet diſt. 22. ca. vlti.

De Iacobo Alphæi filio.

Quare minor dicitur.

Anac. ep. 2. ad Ie. epiſcopos. Iacobus epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus.

Frater domini dicitur duplici ratione. Primo, quia fuit filius Mariæ Cleophæ nuptæ, quæ Maria ſoror carnalis erat ex parte matris virginis Mariæ matris Chriſti, inde erat filius eius Iacobus minor frater Chriſti conſobrinus ſeu cognatus, & quia (vt dicitur) Ioſeph ſponſus Mariæ erat germanus Cleophę, & Ioſeph à pluribus putabatur pater Chriſti, inde etiam à multis exiſtimabatur frater, patruelis ſeu cõſobrinus Chriſti ex parte patris & matris. Secundo dicitur frater domini, quia ſimillimus erat Chriſto in effigie, vt niſi quis fuiſſet cum eis domeſtice conuerſatus, alterum ab alio non diſcerneret. Vnde cùm

Quare Iacobus minor dicitur frater domini.

miniſtri

A.C. 69.

miniſtri cum Iuda proditore ad capiendum Chriſtũ venerunt ad diſcernendum eum ab Iocobo, ne caperent eum loco Chriſti, dedit eis ſignum oſculi. Ipſe enim vt domeſticus optime vtrumque diſcernebat. Quod etiam teſtatur Ignatius diſcipulus Ioannis in epiſtola ad eum dicens. Si mihi licitum eſt apud te, ad Hieroſolymæ partes volo accedere, vt videã illũ venerabilem Iacobũ quem dicunt Chriſto Ieſu ſimilimum: facie, vita, & modo conuerſationis, acſi eiuſdem vteri frater eſſet gemellus. Quẽ vt referunt ſi videro ipſum Ieſum videbo ſecundũ omnia corporis lineamenta. Dicitur etiã iuſtus propter meritum excellentiſſimę ſanctitatis. Nã ſecundũ Iſid. tantæ reuerentiæ & ſanctitatis erat in populo, vt fimbriã veſtimenti eius certatim tangere cuperent. Vnde de eius ſanctitate ſcribit Egeſippus vicinus Apoſtolorũ, ſicut legitur in hiſt. Eccl. dicens. Suſcepit eccleſiam, quæ Hieroſolymis erat regendã Iacobus frater Domini, qui dictus eſt iuſtus vſque ad tempora noſtra perdurans. Hic ex vtero matris ſuæ ſanctus fuit, vinũ & ſicerã non bibit, ſed neque animal manducauit, ferrum in caput eius non aſcendit, oleo non eſt perunctus, nec balneis vſus, ſindone, id eſt, veſte linea ſuperinductus, toties in oratione genua flexerat, vt callos in genibus ſicut in calcaneis haberet. Pro hac incredibili continentia & ſumma iuſtitia appellatus eſt iuſtus. Huic ſoli propter nimiam ſanctitatem inter apoſtolos permittebatur intrare in ſancta ſanctorum. Hæc Egeſippus. Quod ſcilicet, faciebat cauſa orationis non immolationis. Dicitur etiã, ꝙ primus inter apoſtolos [a] miſſam celebrauit: cui propter excellentiam famæ ſanctitatis ipſi apoſtoli hunc ei honorẽ fecerũt. Vel primus intelligitur celebraſſe cum ſolemnitate, ſcilicet, pontificali. Hic perpetuæ virginitatis fuit ſecundum Hieron. contra Iouinianum. In paraſceue autẽ ſicut narrat idẽ Hierony. & Nicodemus in Euangelio licet apocrypho. Iacobus iſte votũ vouit Domino ſe non comeſturũ, donec videret filium hominis à mortuis ſurrexiſſe. Vnde cùm vſque ad illum Iacobus non guſtaſſet quicquã, ipſa die reſurrectionis Dñs apparens ei, & iis qui cum ipſo erant dixit. Ponite menſam & panem. Quo facto accepit Ieſus panẽ & dedit Iacobo iuſto dicens. Frater mi Iacobe comede, quia filius hominis ſurrexit à mortuis. Hanc apparitionem factam Iacobo notat Paulus 1. ad Corin. 15. cùm dicit. Viſus eſt Iacobo, licet non exprimat quando vel quomodo.

Iſid. l. de pat. nou. Teſt.

Quare Iacobus minor dicitur iuſtus. Euſe. l. 2. hiſt. Eccl. c. 22.

Iacobus miſſam primus celebrauit quomodo intelligendum. Hier. li. 1. cõt. Ioui. Hie. in catal. vir. ill.

a Iacobus frater Domini liturgiam ſiue Miſſam promulgat, quæ Græcè habetur in 6. Syn. Conſtant. cap. 22. vnde ab Apoſtolis primus conſtitutus fuiſſe dicitur, ὁ λειτουργὸς. Egeſippus apud Euſ. Id eſt ſacrorum ſolemniũ adminiſtrator, & officiarius ſeu Miſſarius. Miſſam enim Græci λειτουργίαν vocant.

§. I.

SEPTIMO igitur anno à paſſione Chriſti cùm ad diẽ Paſchæ apoſtoli cõueniſſent Hieroſolymã interrogante eos Iacobo, quanta per eos Dominus feciſſet & cũ ea populo referrent ſeptẽque diebus ſe ſti populo prædicaret coram Caipha & aliis Iudæis Iacobus cũ ſociis, & iam quaſi omnes baptizari parari eſſent, quidã ſpiritu diabolico inſtigatus ſurrexit in medio clamans & dicens. O viri Iſraelitæ quid facitis, cur ab iſtis magis vos decipi permittitis? Intantũ autẽ populũ concitauit, vt eos lapidare vellent. Aſcẽdit autẽ homo ille, qui clamauerat gradum vbi Iacobus prædicabat: & ipſum præcipitauit deorſum, & extunc plurimum claudicauit. Anno verò epiſcopatus ſui trigeſimo, videntes Iudæi, ꝙ Paulum non potuiſſent occidere, quia ad Cæſarẽ appellauerat, perſecutionis ſuæ tyrannidem contra Iacobum retulerunt, occaſionem quærentes. Et ſicut Egeſippus contemporaneus apoſtolorũ refert, vt narratur in hiſtoria Eccl. conuenerunt Iudæi ad Iacobum dicẽtes. Oramus te vt reuoces populũ, quia errat in Ieſu putãs ꝙ ipſe ſit Chriſtus. Deprecamur ergo te, vt ſuadeas omnibus conuenientibus ad diẽ Paſchæ, tibi enim obtemperamus omnes: & de te tam nos, quàm populus teſtimoniũ ferimus, quòd iuſtus es & nullius perſonam accipis. Statuta igitur die poſuerunt eum Scribæ & Phariſæi ſupra pinnaculũ templi, & congregata maxima multitudine clamauerunt dicentes. Virorum iuſtiſſime, cui omnes nos obtemperare debemus, quoniã populus errat poſt Ieſum, qui crucifixus eſt, enuncia vobis quid tibi videtur. Tunc Iacobus cũ ingenti voce reſpondit. Quid me interrogatis de filio hominis? Et ecce ipſe ſedet in cœlis à dextris ſummę virtutis, venturus iudicare viuos & mortuos. Hęc audientes Chriſtiani plurimum gauiſi ſunt: Phariſæi autẽ & Scribę conturbati dixerunt. Malefecimus tale teſtimoniũ præſtare Ieſu. Sed aſcendamus & præcipitemus eum deorſum, vt alij terreantur, & ſimilia non præſumant. Et ſimul voce magna clamauerunt dicentes. O o, & iuſtus errauit. Aſcẽdẽtes ergo quidam eum præcipitauerunt & præcipitatũ lapidibus obruebant dicentes. Lapidemus Iacobum iuſtũ. Qui deiectus non ſolũ mori non potuit: ſed procumbens genibus orabat pro illis dicens. Rogo Domine dimitte illis: quia neſciunt quid faciunt. Tunc vnus ex illis perticã fullonis arripiens valido ictu caput eius impetiit, & cerebrũ excuſſit, taliq́; martyrio migrauit ad Dñm ſepultus iuxta templũ tũc. Dicitur autẽ nunc eſſe corpus eius Romæ. Refert Ioſephus quod propter mortẽ Iacobi iuſti factũ ſit excidium Hieroſolymorum, & diſperſio Iudæorum. Sed credendum eſt, ꝙ non ſolum propter mortem eius: ſed ob paſſionem Domini & duritiam eorum in ipſa perfidia deſtructa ſit Iudæa cum tanto exterminio populi illius, ſecundum ꝙ ipſe Dominus prædixerat eis in Euangelio. Non relinquent in te lapidem, &c. eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Sed quia Dominus non vult mortem peccatoris: ſed vt conuertatur & viuat: quadraginta annis expectauit eos ad pœnitentiã, vt per apoſtolos pluribus annis, per Iacobũ cõtinue triginta annis reuocaret eos ad pœnitentiã.

Hæc apud Abdiã fuſius explicantur. li. 6 hi. Apo. Iacobus à Iudæis vexatur.

A.C. 69. Euſe. hiſt. Eccl. lib. 2. c. 22.

Iacobi ſuſti mors prima die Maij colitur.

Ioſeph li. 20. ant. c. 8 Euſeb. 16.

Excidij Hieroſolymitani cauſa quę.

Luc 19. Luc. 18.

¶ *De conuerſatione & martyrio beati Andreæ Apoſtoli.*

CAP. IX.

ANDREAS, qui interpretatur decorus, vel reſpondens, ſeu virilis, germanus fuit Petri apoſtoli, & in paſſione crucis ſocius, cuius paſſionem deſcripſerunt presbyteri & diaconi Achaiæ. Hic prius fuit diſcipulus Ioannis Baptiſtæ, qui cùm vna dierum eſſet cum Ioanne Baptiſta magiſtro ſuo, tranſeunte illac Ieſu iuxta Iordanem, dicentéque Ioanne de Ieſu. Ecce agnus Dei, Andreas cum alio condiſcipulo ſequuti ſunt Ieſum: & euntes cum eo ad habitationem Ieſu, manſerunt cum eo illa die. Poſtea verò Andreas duxit fratrem ſuum Petrum ad ipſum Dominum Ieſum vt fieret ei familiaris. Exinde altera vice ipſos in nauicula piſcantes in mari Galileæ

De ſancto Andrea. Extat apud Lipp. & tom. 6. Surij. Ioan. 1.

A.C. 69.

vocauit, & ſecuti ſunt eum, quos in numerum duo- A decim Apoſtolorum elegit. Poſt aduentum Spiritusſancti apoſtolis diuerſas mundi partes ad prædicandum petentibus, Andreas in Achaiam Græciæ prouinciam profectus eſt, ibique prædicans eccleſiam multiplicauit plurimos ad fidem conuertendo, & inter cęteros Maximillam vxorem, perfidi Aegæę proconſulis prouinciæ ſacro baptiſmate regenerauit. Audiens autem hæc Ægeas, turbatus Patras ciuitatem ingreditur, & Chriſtianos ad ſacrificandum idolis compellit. Cui occurrit Andreas & ait. Oportebat vt tu qui iudex hominum eſſe comprobaris, iudicem tuum, qui in cœlis eſt cognoſceres & agni- B tum coleres & colendo [eum qui verus Deus eſt] à falſis diis animum reuocares. Cui Ægeas dixit. Tune es ille Andreas, qui ſuperſtitioſam illam prædicas ſectam quam Romani principes exterminari iuſſerũt? Et Andreas ad eum. Romani principes nondum cognouerunt hoc, quod pro ſalute hominum Dei filius veniens in mundum, docuerit idola eſſe dæmonia, quæ hoc docent homines vnde offendatur Deus, vt offenſus ab eis auertatur & auerſi Deum non audiãt, & non audiendo eius mandata captiui à dæmonibus teneantur, donec de mundo exeuntes nil ſecum niſi peccata deferant. Ad quem Ægeas. Hæc vana Ieſus C Chriſtus veſter prædicans crucis patibulo eſt affixus. Et Andreas ad eum [O ſi velles ſcire myſterium crucis, quã rationabili charitate auctor generis humani] pro reſtauratione noſtra non pro culpa ſua voluntariè patibulum ſuſcepit crucis. Et Ægeas. Cùm Ieſus fuerit à diſcipulo ſuo proditus, & à Iudæis captus, & à militibus ad crucem ductus quomodo tu ſponte dicis eum crucem ſubiiſſe? Tunc Andreas pluribus rationibus oſtendit, quòd voluntariè non coactè paſſus eſt. Tum quia paſſionem præſciens diſcipulis prænunciauit: Tum quia proditorẽ ſuum ſciuit, nec vitauit. Tum quia locum ad quem proditorẽ ſuum, ad capiendum venturum ſciebat elegit: Quibus omnibus ſe præſentem fuiſſe aſſeruit, addens nimis magnum eſſe myſterium crucis. Cui Ægeas. Myſterium dici non poteſt, ſed ſupplicium, & niſi dictis meis obtemperaueris, ipſum myſterium faciam te experiri. Et Andreas ad eum. Si crucis patibulum expaueſcerem, crucis gloriam non prædicarem. Audire autem te volo myſterium crucis: ſi forte agnitum credas vt ſaluus fias. Tunc ei multis rationibus conatus eſt oſtendere quod congruum fuit, & neceſſariũ Dei filium incarnari, & tali modo pati. Dixit autem Ægeas. Hæc friuola tuis narra, mihique obtẽperans E diis omnipotentibus ſacrifica. Andreas autẽ ei reſpõdit. Oĩpotenti Deo [qui vnus & verus eſt ego [a] omni die ſacrifico, nõ thuris fumũ, nec taurorũ mugientium carnes, nec hircorum ſanguinem: ſed] immaculatum agnum quotidie in altari crucis ſacrifico, ſcilicet, Euchariſtiã, cuius carnes poſteaquã omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem biberit, agnus qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & viuus & cũ verè ſacrificatus ſit, & vere carnes eius mãducatæ ſint à pópulo, & vere ſanguis eius ſit hauſtus, tamen vt dixi, integer permanet & immaculatus & viuus.] Æ[illegible]gea vero quomodo hoc fieri poterat F inquirente, dixit Andreas, vt formã diſcipuli aſſumeret, & ſic myſteriũ intelligeret. At Ægeas ait. Ego cũ tormentis extorquebo à te huius rei notitiã: iratúſq; iuſſit in carcerẽ trudi. Mane autẽ facto iuſſit Ægeas ante tribunal eius apoſtolũ ſiſti, & cœpit iterũ eum m[illegible]tare ad ſacrificia idolorũ dicens. Andrea reſtaurem iu[illegible] per te ruinæ deorũ ſin minus, in cruce quam

Matth. 16. Ioan. 13. & 18.

Crux eſt magnum myſteriũ.

laudaſti, faciã te ſuſpendi. Cúmque ei multa ſupplicia minaretur, reſpondit Andreas. Quicquid tibi magis videtur in ſuppliciis excogita. Tanto regi meo ero acceptior, quanto fuero in tormentis pro nomine eius conſtantior. Tunc iuſſit eũ præſes à vigintiſatellitibus cædi, & cæſum cruci funibus alligari vt inde longiorem cruciatũ ſufferret. Cùm autẽ duceretur ad crucẽ, factus eſt cõcurſus populorũ lugentiũ & dicentiũ. Innocens ſanguis eius ſine cauſa damnatur. Cúmque vellet populus ſeditionẽ excitare cõtra præſidẽ, rogauit apoſtolus obnixè ne impedirẽt martyrium eius: Nam magiſter eorũ in ſua paſsione patientiã exhibuit. De hoc Gratianus 23. q. 1. quoniã militare. §. item. Videns autẽ crucẽ à longe ſalutauit eã dicens. Salue crux ſancta, quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex mẽbris eius tanquã margaritis ornata. Antequã aſcenderet in te magiſter meus, timorem terrenũ habuiſti, mundo amorẽ cœleſtẽ obtinẽs pro voto ſuſciperis. Securus ergo & gaudens venio ad te, ita vt & tu exultans ſuſcipias me diſcipulũ eius qui pependit in te, quia amator tuus ſemper fui, & deſideraui te amplecti. Quibus dictis expoliauit ſe ad locum veniens, & à ſatellitibus in cruce non clauis cõfixus, ſed funibus ligatus fuit, vbi biduo viuens prædicauit adſtantibus viginti millibus hominũ. Minantibus autẽ turbis Ægeæ mortẽ, ſi non deponeret eum de cruce, hoc ipſe promiſit ſe facturũ. Et euntem Aegeam ad locũ paſsionis vt deponi faceret, Andreas videns, dixit ei ꝙ ſi pro miſericordia obtinendã veniſſet, adhuc tẽpus erat eã conſequẽdi, ſi autẽ ad deponendũ de cru[illegible] hoc nõ poſſet, quia iam videbat regẽ ſuum ſe exp[illegible]tẽ ad coronã. Cùm ergo iuſſu præſidis vellent eu[illegible] de cruce deponere, non valuerunt brachiis eorum obſtupeſcentibus. Orante ipſo apoſtolo Dominũ ne ſineret eum viuũ deponi: ſed eum ad supernã requiẽ admitteret: apparente demũ D ſplendore nimio circũ eum, vt videri non poſſet, Domino ſpiritũ reddidit. Aegeas autẽ reuertens domũ in via à diabolo arreptus expirauit, & vxor eius Maximilla apoſtolũ depoſitũ honorifice ſepeliuit. Poſtea tranſlatũ eſt corpus eius, & nunc requieſcit in ciuitate Malfitana in partibus regni, & adhuc manna ad modum olei fluit de ſepulchro eius, de quo omnibus datur petentibus, nec deficit.

A.C. 69.

Crucis laudes.

Andreas moritur.

De eius corpore manna fluit.

a Nota ſacrificatũ eſſe ab Apoſtolis, idque quotidie, & illud ſacrificiũ fuiſſe Chriſtum, & eius carnes à populo fideli manducatas quæ omnia contra hæreticos faciũt.

§. I.

IN vita ſua multis claruit miraculis. Nã quadraginta viros in fluuio ſubmerſos qui ad eum veniebãt vt doctrinã fidei ab eo audirent, vitæ reſtituit. Quãdam mulierẽ ex adulterio conceptũ filiũ cùm parere nõ poſſet, ad pœnitentiã reduxit, & credentẽ parere libere fecit. Quẽdã iuuenẽ, quẽ mater impudiciſsima accuſauerat apud iudicẽ ꝙ eam violare voluerat, ex eo quia libidini ſuæ nõ conſenſerat, cũ eo concũbere volẽs, mirabiliter liberauit, qui ad eũ confugerat pro auxilio, cõbuſta illa peſsima à fulgure & verſa in carbonẽ corã iudice, vnde ipſe cum familia ſua ſunt conuerſi ad fidem. Nicolao cuidã ſeptuagenario in cœno luxuriæ immerſo, vt continere ita inueteratus non valeret, & ſi proponeret, quatriduano ieiunio & oratione continentiam impetrauit & veniam. Qui ſenex ieiunauit in pane & aqua per ſex menſes, & poſtea laudabiliter viuens in pace quieuit. Poſt tranſitum eius quendam Epiſcopum ſanctum

Meminit huius miraculi & multorũ aliorum Abd. l. 3. hiſt. Apo. Miracula ſancti Andreæ.

A.C. 69.

... ſtum virum & deuotiſſimum, apparens ei in forma peregrini oſtium domus eius pulſantis, & eum alloqui petentis, à ſubtili diaboli deceptione liberauit, qui in forma nobiliſſimæ & pulcherrimæ puellæ ad Epiſcopum venerat, vt propoſitum virginitatis & vitæ ſpiritualis ſecundùm doctrinam eius ſeruaret manifeſtans ipſe peregrinus illam eſſe diabolum cuius iam concupiſcentia Epiſcopus inflammatus erat, ſolutis tamen prius tribus quæſtionibus, quæ illi peregrino per nuncium ab illa fuerant propoſitæ, ſcilicet, quod eſſet maius miraculum, quod Deus feciſſet in parua re, & reſpondit. Diuerſitas facierum hominum. Secunda fuit, vbi terra altior eſſet omni cœlo. Et reſpondit. In cœlo empyreo, quia ibi eſt corpus Chriſti de Adam maſſa aſſumptum ſuper omnes cœlos eleuatum, qui Adam formatus fuit de limo terræ. Tertia quæſtio, quanto ſpatio diſtat cœlum à terra. Qui reſpondit, quòd ipſe qui loquebatur menſurauerat de cœlo cadendo, & ideo optime ſciebat. Cùm autem nuntius hæc referret, euanuit diabolus, & peregrinus diſparuit. Epiſcopus autem compunctus eſt de malo concepto, eique reuelatum eſt fuiſſe beatum Andream.

Quæſtiones à dæmone propoſitæ & ſolutæ.

De conuerſatione & martyrio beati Thomæ Apoſtoli.

CAP. X.

De ſancto Thoma.

THomas qui [a] & Didimus: interpretatur abyſſus vel gemitus vnus ex duodecim Apoſtolis fuit, qui dubitans de reſurrectione Chriſti, magis nobis profuit quã Mariæ Magdalenæ credulitas ſubita, ſecundũ Greg. Nam vulnus futuræ ambiguitatis dũ palpauit Chriſti vulnera, de mente noſtra amputauit, teſtis reſurrectionis Chriſti factus, non ſolum per auditum & viſum, ſed etiam per tactum 27. quæſt. 7. ſic diſcipulum. Et ideo abyſſus geminus interpretatur, quia cõfeſſus geminam in Chriſto naturam, ſcilicet, humanitatẽ & abyſſum diuinitatis dicens. Dominus meus & Deus meus. Hic poſt Chriſti aſcenſionem cùm prædicaret apud Cæſaream, apparuit ei Dominus dicens. Thoma, Gandophorus rex Indiæ miſit ad ciuitatem iſtam Abanem procuratorem ſuum, vt ducat ad eum virum peritiſſimũ in arte architecturæ ad conſtruendum ſibi palatium more Romano. Qui demum reſpondit. Deus meus es tu, & ego ſeruus tuus, fiat voluntas tua. Pergens ergò Dominus cum Thoma per forum: inuenit Abanem. Cúmq; Dominus interrogaſſet vnde veniſſet, & quid quæreret, audito quòd architectũ quæreret peritiſſimum ducere ad partes ſuas iuſſu regis, Dominus vel potius aliquis Angelus in forma domini multum ei commendauit Thomam, qui cum eo erat, vt doctiſſimũ in ea arte. Nec hoc mendaciũ, quia ſpiritualia palatia virtutum conſtruere nouerat in mentibus hominum, ac etiam materialia ædificia, cùm oporteret docente ſtatim Spiritu ſancto, qui eſt omnium artifex, omnem habens ſcientiam. Abanes igitur eum accipiens ſecum duxit. Nauigantéſque peruenerunt ad ciuitatem quandam, in qua rex nuptias celebrabat filio ſuo, cuius ſanctitate per miracula agnita, rex deprecatus eſt, vt benediceret ſponſum & ſponſam, ad quos de nocte clauſis ianuis in thalamum ingreſſus, hortatus eſt eos ad virginitatem conſeruandam, multum eam commendans & dicens. Virginitas ſoror eſt angelorum, poſſeſſio omnium bonorum, victoria libidinũ, fidei trophæũ, expugnatio dæmonũ, æternorũ ſecuritas gaudiorũ. Qui conuerſi ad fidem virgines permanſerunt & ſponſa dicta Pelagia ſacro velamine ſuſcepto martyrium ſumpſit, ſponſus Dionyſius eiuſdem ciuitatis Epiſcopus eſt ordinatus. Quod autem in conuiuio ipſo nuptiarum, quidam, qui alapam dedit apoſtolo, eo quòd ſuſpenſus in oratione manebat non comedens, de domo exiens ſtrangulatus fuerat à leone & laceratus à canibus, & ab vno eorum manus eius dextera inducta in medium conuiuij. Aug. hoc in libro contra Fauſtum reprobat, & inſertum dicitur fuiſſe ab hæreticis. Tandem Abanes cum apoſtolo applicuerunt ad ciuitatem in qua Gandophorus reſidebat, & maieſtatem regiam viſitarunt, multúmque Abanes commendauit apoſtolum de arte ædificandi. Deſignatóque mirabili palatio ab apoſtolo, rex copioſo theſauro propter hoc expoſito, profectus eſt in aliam prouinciam: Apoſtolus autem theſaurum illum pauperibus erogauit, & prædicationi inſiſtendo non tantum vnum: ſed multa palatia fabricauit in cœlis intra biennium, quo rex à ciuitate defuit. Reuerſus demum cùm audiſſet, quod fecerat apoſtolus, putans ſe deluſum, ipſum Thomam cum Abane in carcerem miſit, vt viuos excoriatos flammis traderet. Interea Gad frater regis moritur, & ſepultura eius cum ambitione nimia præparatur. Quarta die ſurrexit à mortuis, & fugientibus multis dixit Gad regi fratri ſuo. Hic homo, ô rex, quem incarceratum diſponebas igni tradere, amicus eſt Dei omnipotentis, & Angeli Dei ei famulantur, qui me in paradiſum ducentes quoddam mihi palatium oſtenderunt ex auro & argento & lapidibus prætioſis fabricatum, cuius pulchritudinem cum ego admirarer, dixerunt mihi angeli. Hoc eſt palatium, quod extruxerat Thomas fratri tuo. Sed quia eo ſe fecit indignum incarcerans apoſtolum, ſi vis illud habere, rogabimus Dominum vt te reſuſcitet, & valeas ipſum emere à fratre tuo, reſtituendo pecuniam ei, quam ſe exiſtimat amiſiſſe. Curréns que ad carcerem eduxit eum & Abanem, poſtulans veniam de iniuria eis illata à rege. Obtulitque ei veſtem prætioſam, quam renuens ait. Ignoras quòd nil carnale, nil terrenum quærit in terris, qui habitationem in cœlis affectat? Egreſſo quoque de carcere rex occurrit ei veniam petens. Cui Thomas. Multum vobis (inquit) præſtitit Deus, vt ſecreta ſua vobis oſtenderet. Credite in Chriſtum, vt participes eſſe poſſitis regni Dei. Dixit autem frater regis ſuſcitatus. Vidi palatium pulcherrimum, quod tu extruxiſti pro fratre meo, ſed ego merui emere illud. Et rex ait. Palatium pro me fabricatum mihi ſit, ibi autem faciat apoſtolus alium: aut ſi non valet commune ſit ambobus. Apoſtolus verò ait. Innumerabilia palatia ſunt ab initio in cœlis præparata, quæ fidei pretio & eleemoſynis comparantur. Fecit ergo apoſtolus congregari populos prouinciæ illius, & infirmos diuerſis languoribus adduci, & ſeorſum manere. Eo autem orante ſuper illos corruſcatio maxima deſcendit, & ita exterruit: vt omnes in terram caderent velut mortui. Apoſtolus autem dixit eis. Surgite Dñs meus deſcendit ſicut fulgur, & ſanabit vos. Qui ſurgentes ſani Deum glorificauerunt, & ad fidem conuerſos docuit eos bene viuere

Greg. ho. 29. in euã.

Hæc fuſe memorat Abdias. hiſt. Apo.

Thomas in Indiam proficiſcitur.

Sap. 7.

A.C. 69.

virginitatis laudes.

Dionyſ & Pelagia.

l. 22. c. 79 & contra Adim. ca. 17.

Thomas incarceratur.

a Hiſtoria hæc apocrypha eſt magna ex parte non ſolum Gelaſio diſt. 15. cap. Sancta Romana eccleſia: ſed etiam Auguſt. l. 22. contra Fauſtum cap. 19. & lib. ad Ad. cap. 17.

A.C. 63.

viuere ſecundùm duodecim gradus [illegible]ſtrum, vt habetur in Legenda eius.

§. I.

Thomas in ſuperiorem Indiã nauigat.

POS T hæc abiit in ſuperiorem Indiam, vbi inter cætera miracula cùm illuminaſſet cæcam quandam nomine Syntychen amicam Mygdoniæ vxoris Cariſij cognati regis, dicta Mygdonia audita doctrina Apoſtoli conuerſa eſt ad fidem, nec vltra volebat ad torum viri accedere propter eius infidelitatem. Propter quod turbatus Cariſius in carcerem Thomam miſit & fecit, vt vxor regis germana ipſius Mygdoniæ ad ipſam accederet, vt à propoſito fidei eã reuocaret. Sed & ipſa regina per Mygdoniam cõuerſa eſt. Indignatus vehementer rex propter hoc, conſilio Cariſij in fornacem ardentem Apoſtolum mitti fecit: ſed illæſus in medio eius permanſit. Demum cum duci fecit ad ſimulachrũ ſolis vt adoraret eum. Apoſtolus autem genibus flexis ait clara voce, Ecce adoro non idolũ, non metallũ, non ſimulachrũ ſed Dominũ meum Ieſum Chriſtum, in cuius nomine præcipio tibi dæmon, qui in eo latitas, vt egreſſus ſimulachrũ comminuas. Quod cùm factũ fuiſſet põtifices templi mugitum dederunt de comminutione Dei ſui. Et vnus ex eis accipiens gladiũ vel lanceam tranſuerberauit Apoſtolũ dicens. Ego vindicabo iniuriam Dei mei. Sicque Thomas migrauit ad Dominum: honorifice ſepultus. Sed poſt certũ tempus inde tranſlatum eſt corpus eius. Iſid. in libro de ortu & obitu ſanctorum dicit. Thomas Apoſtolus ſimilis ſaluatori prædicauit Euangelium Parthis & Medis: Perſis atque Bragmanis. Intrãſque orientalẽ plagã & interna Gentium penetrans, prædicationẽ ſuam vſq; ad titulũ ſuæ paſſionis perducens lanceis trãſfixus occubuit. Chr. de eo ait, q̃ ad terrã magorũ perueniẽs eos inſtruxit & baptizauit. Qui poſtea facti ſunt adiutores fidei Chriſtianæ. Quod autem Thomas in tranſitu beatæ Mariæ non aſſerit, & poſtea veniens dubitauerit, ſcilicet, de corporis eius cum anima aſſumptione, & ideo virgo Maria cingulũ ſuum ei dederit, ei apparens in teſtimoniũ huius, apocryphum eſt & non credibile, licet ſatis pie credi poſſit cingulum eius haberi in terris, quod dicitur Prati eſſe, & populo oſtenditur.

Mygdonia.

Iſid. in li. de patrib. nou. Teſt.

Chryſ. in Matth. in oper imp. hom. 2.

Thomam non interfuiſſe funeri B. virginis apocryphum.

Celebratur feſtũ die 21. Decemb.

De conuerſatione & martyrio ſancti Philippi Apoſtoli. CAP. XI.

De S. Philippo.

PHILIPPVS, qui interpretatur os lãpadis vel manuum, vnus fuit ex duodenario Chriſti collegio, vocatus & Chriſto vt ſequeretur eum, vt habetur Ioã. 1. qui & Nathanaelem fratrem ſuum, & doctorem legis in quo dolus non erat (inquit Chriſtus) adduxit ad eum, vt Meſſiam, & tamen Nathanael ita doctus & innocens ad apoſtolatum non fuit vocatus. Licet autem huius ratio ſufficienter aſſignari non poſſit, niſi eius voluntas, quæ iniuſta eſſe non poteſt, tamẽ dici poſſet ex eo factum, ne conuerſio hominum ad fidem per prædicationem apoſtolicã attribueretur humanæ peritiæ vel bonitati. Hic apoſtolus cùm per triginta annos per Scythiã prædicaſſet, & in Hierapoli ciuitate Aſiæ contra hæreſim Ebionitarum, qui Chriſtum dicunt carnem phantaſticam non veram aſſumpſiſſe [diu dimicaſſet] demũ à Paganis tentus ad immolandum ſtatuæ Martis eſt deductus. Egrediens autem draco ingens de infima parte baſis ſtatuæ ſuo flatu filium pontificis, qui ignẽ miniſtrabat in ſacrificio, & duos tribunos, quorũ miniſtri Apoſtolum detinebant occidit, plurimos etiam infecit & languidos reddidit. Dixit autẽ Philippus eis. Credite in Ieſum Chriſtum, & ſtatuam hanc deponite: & loco eius crucẽ Domini erigite, & infirmi veſtri ſanabuntur, & mortui ſuſcitabuntur. At illi, qui cruciabantur ex illa infirmitate ſeu infectione clamauerunt, Tantum fac, vt ſanemur, & Martem iſtum cõminuemus. Philippus autem præcepit draconi vt in locum deſertum abiret nulli nocens. Qui ſtatim diſparuit. Apoſtolus autem Dei, oratione ſua infirmos omnes illos ſanauit, & mortuos vitæ reſtituit & ſaluti. Et conuerſis ipſis ad fidem per annum prædicauit. Ante autem ſeptem dies martyrij ſui, omnes Epiſcopos & presbyteros conuocauit, & eos admonuit ad conſtantiam fidei ſeruandam, & populos eis commiſſos erudiendum. Et cùm eſſet annorum octoginta ſeptem, infideles ipſum captum cruci quam prædicabat ad inſtar magiſtri ſui affixerunt. Hic habuit duas filias, vnde & vxorem, ante quàm vocatus eſſet ad apoſtolatum. Quæ filiæ ſacratiſſimæ virgines multos ſuæ ſanctitatis exemplo & admonitione ad fidẽ traxerunt. Quæ in pace quieſcentes ſepultę ſunt iuxta patrem, vna à dextris, alia à ſiniſtris. 13. quæſt. 2. §. item Ioſeph. Et notandum quòd iſte Philippus differt ab illo de quo habetur Actor. 8. Nam iſte apoſtolus vnus ex duodecim: ille vnus ex ſeptem diaconibus inſtitutis ab apoſtolis, vt patet Act. 6. Iſte Hierapoli ſepultus, ille Cæſareæ requieſcit. Ille apoſtolus duas filias habuit virgines prophetiſſas, iſte diaconus quatuor. Et licet hiſto. Eccleſ. dicere videatur, quòd Philippus apoſtolus fuit, qui habuit quatuor filias: Hieronymus tamen contrarium ſentit, cui magis ſtatur.

Ioan. 1. Nathanael quare non fuit Apoſtol.

De his Abdias Li. hiſt. Apo.

A.C. 63.

Hier. in catalo. Colitur primo die Maij.

Philippi duo.

Euſeb. l. 3. Eccl. hiſt. c. 25. Hier. in catal.

De conuerſatione & martyrio beati Bartholemæi Apoſtoli.

CAP. XII.

De S. Bartholom. Egregiũ D Bartholomæi dictum.

BARTHOLEMÆVS interpretatur filius ſuſpendentis me, vel filius ſuſpendentis aquas. De eo dicit Dionyſius in libro de miſtica Theologia. Diuus Bartholomæus dicit plurimam eſſe Theologiam, & minimam, & Euangelium latum eſſe & magnum & rurſus conciſum, vult dicere, quòd vna conſideratione omnia poſſunt de Deo affirmari, & alia magis propriè omnia de Deo negari. Euangelium eſt conciſum, id eſt, breue quo ad finem, qui eſt fides Chriſti & charitas. Latum autem & magnum ratione materiæ propter innumera documenta & myſteria cõprehenſa. Hic vnus fuit ex ſenatoribus eccleſiæ & apoſtolis Chriſti: vt patet Luc. 9. Et poſt aduentum Spiritus ſancti intrauit in Indiam, quæ eſt in fine orbis: & ad quandam ciuitatem deueniens habitare cœpit, in templo, vbi colebatur Deus Aſtaroth. Diabolus autem habitans in illo idolo ita decipiebat homines immittens quaſdam infirmitates, vt ipſi infirmi pro ſui liberatione ſacrificia idolo offerrent, quo facto diabolus ab illa paſſione illata ceſſabat. Cùm autem templum Aſtaroth languentibus eſſet plenum: & quærentibus (vt ſolitus erat) nullum diabolus per idolum daret reſponſum, pergunt ad vicinam ciuitatem vbi celebratur Beireth: interrogantes eum quare Deus eorum eis non daret reſponſa. Qui dixit. Deus veſter catenis igneis religatus

Hiſtoriã hanc quæ eſt in Abdia eccleſia ignorat: vnde Radulph. Riuius Tungrenſis lib. de can. obſeruantia prop. 11. ſcripſit paſſiones ſanctorũ Bartholomæi Matthæi Simonis & Iudæ quãs ſub quadã deuotione indiſcreta colligunt ſacerdotes, periculo ſe in officio diuino loquũtur. Io. n. Mol. in Mart. vſ.[illegible]

A.C. 69.

gatus eſt, ita vt nec loqui nec reſpirare valeat, ex quo Apoſtolus Dei Bartholomæus ciuitatem veſtram ingreſſus eſt. At illi. Quis eſt iſte Bartholomæus? Inquit. Amicus Dei omnipotētis eſt, & ad hanc prouinciam venit, vt euacuaret omnes deos Indiæ. At illi da nobis ſignum eius, in quo valeamus eum diſcernere inter tot millia hominum & cognoſcere eum. Quibus dæmon ait. Capilli eius nigri & criſpi, caro candida, oculi grandes, nares æquales & directæ, barba prolixa, habēs paucos capillos canos, ſtatura æqualis, veſtitus colore albo clauato purpura induitur pallio albo, quod per ſingulos angulos gemmas habet purpureas. Viginti ſex anni ex quibus veſtimenta eius & ſandalia, nec veteraſcunt, nec ſordeſcunt, centies per diem orat, centies per noctem Angeli Dei eum comitantur, qui nec eum fatigari ſinunt, ſemper eodem vultu & animo lætus & hilaris perſeuerat. Omnia præuidet, omnia nouit, omnium linguarum notitiam habet. Et quod nunc loquor vobiſcum, ipſe iam nouit. Cùm eum quæſieritis ſi volet, oſtendet ſe vobis, ſi noluerit, nō poteritis inuenire. Rogo autem vos vt cùm eum inueneritis deprecemini eum, ne huc veniat, & ſimilia Aſtaroth mihi faciat. Euntes ergo cùm per duos dies ſolicite quæſiſſent, nec inuenire poſſent, altera die quidam Dæmoniacus ambulans iuxta eum clamauit dicens Apoſtole Dei Bartholomæe incendunt me orationes tuæ. Cui Bartholomæus ait. Obmuteſce & exi ab eo. Qui ſubitò liberatus eſt. Audiens autem hæc rex illius prouinciæ nomine Polymius cùm haberet filiam lunaticam, miſit ad illum rogans vt veniret, & ſanaret filiam ſuam dæmoniacam. Apoſtolus verò accedens ad palatium regis, cùm vidiſſet illam catenis ligatam, eo quòd appropinquantes ſibi morſibus lacerabat, iuſſit eam ſolui. Cùm miniſtri timerent hoc agere: dixit. Ego dæmonium illud ligatum teneo, & vos timetis? Quam ſolutam ſubito à dæmonio liberauit. Miſit autem rex Polymius multos camelos oneratos auro & argento & lapidibus prætioſis, vt quærentes Dei Apoſtolum ei prædicta ex munere regio offerrent. Cùm ergo inuenire eum nō potuiſſent, reuerſi ſunt ad regem. Ipſe verò Apoſtolus mane ſequenti, cùm rex ſolus eſſet in cubiculo, apparuit ei dicens. Vt quid per totam diem heſternam me feciſti quærere cum auro & lapidibus prætioſis? Hæc neceſſaria ſunt iis, qui terrena & carnalia cupiunt, ego autem nil mundanum requiro. Tunc Apoſtolus loquens ei de myſterio noſtræ redemptionis, oſtendit ei Chriſtum diabolum viciſſe per mirabilem congruentiam, potentiam, ſapientiam & iuſtitiam. Quibus declaratis dixit Apoſtolus. Si baptizari diſponis, ego tibi & populo dabo Deum veſtrum catenis religatū: quod cùm affirmaſſet ſe facere paratum, die ſequenti congregatis Sacerdotibus Aſtaroth, & populo ad templum, cùm ſacerdotes ei immolarent, in præſentia regis & populorum dæmon in ſtatua clamare cœpit & dicere, ceſſate miſerrimi ſacrificia offerre, ne peiora quàm ego patiamini tormenta, qui catenis igneis religatus ſum ab Angelis Ieſu Chriſti, qui crucifixus eſt à Iudæis putantibus eum à morte detineri. Ipſe autem Ieſus per mortem regiam noſtram deuicit, & principē mortis Dominum noſtrū vinxit. Statimque omnes miſerūt funes vt ſimulachrum euerterent: ſed non valuerunt. Apoſtolus autem præcepit dæmoni, vt idolum illud comminueret, & omnia alia ſimulachra templi per ſeipſum confringeret: Quod & factum eſt & omnes infirmi, qui erant in templo ſanati ſunt orante pro

Deſcriptio D. Bartholomęi.

Bartholomæus curat dæmoniacos.

Diaboli Chriſtus victor.

A eis Apoſtolo. Qui & templum Chriſto dedicauit. Sed & Angelus Domini circunuolans templum in humana ſpecie apparens, in quatuor angulis templi ſignum crucis inſculpſit dicens. Sicut ſanati ſunt infirmi ab Apoſtolo à langoribus ſuis, ita ſit hoc templum mundatum ad immunditiis, & habitatore eius diabolo. Sed antequam pergat in deſertum quo Apoſtolus eum ire præcepit, oſtendam vobis eius horribilitatem, quem videntes non timeatis, ſed ſignum illud quod inſculpſi in templo, frontibus veſtris imprimite, & omnia mala fugient à vobis. Tunc viderunt omnes Aethiopem fuligine nigriorem, faciē B acuta, barba prolixa crinibus vſque ad pedes protenſis, oculis igneis ſcintillas vt ferrum ignitum emittentibus, flammas ſulphureas ex naribus ſpirantem, catenis igneis vinctum retro manibus. Et dixit ei Angelus Domini. Quia Apoſtolo obediens omnia idola templi confregiſti ſoluam te, & perge in deſertum locum, vbi nullus hominum moratur, ibi manſurus vſque ad diem iudicij. Qui cum magno ſtrepitu & vlulatu diſparuit. Angelus videntibus cunctis ad cœlum aſcendit. Rex verò Polymius cum vxore & filiis & omni familia baptizatus eſt, multúſque populus cum eo. Qui etiā Polymius relicto regno, Apo- C ſtoli diſcipulus eſt effectus. Pontifices verò idolorū ad Aſtyagem regem fratrem dicti Polymij conuenerunt, & de deorum ſuorum iniuria ac templi mutatione, ac fratris ſui per artem magicā deceptione cōtra Apoſtolum conqueſti ſunt. Aſtyages autem vehementer iratus miſit mille viros armatos ad quærendum Apoſtolum & captū ducendum ante ipſum. Eo autē adducto coram ſe, ait Aſtyages. Túne es ille qui euertiſti fratrē meum? Cui Apoſtolus. Ego non euerti: ſed conuerti fratrē tuum. Et Aſtyages. Sicut tu feciſti fratrem meum derelinquere Deum ſuū & tuo ſacrificare, ita ego faciam te Deū tuum deſerere & D meum adorare. Apoſtolus verò ait ad eū. Ego Deum quem adorabat frater tuus, ligaui: & ligatū oſtendi, eum confringere ſuam ſtatuam feci: ſi ita tu feceris Deo meo, poteris me ad ſimulachrū eius adorandum prouocare, ſi ego verò Deos tuos comminuam, & tu crede Deo meo. Hæc eo dicente nunciatū eſt regi ꝙ Deus eius Vualdach cōminutus cecidiſſet in terram. Quod audiens rex præ triſtitia ſcidit purpuram, qua erat indutus, & Apoſtolū iuſſit fuſtibus cædi, & cæſum viuū excoriari, & demum excoriatū decapitari mandauit. Sicque per martyrij palmā ad cœlū volauit. Fideles autē corpus Apoſtoli accipiētes honori- E ce ſepelierunt. Aſtyages autē & pontifices idolorum arrepti à dæmonibus ſuffocati ſunt. Polymius verò factus Epiſcopus viginti annis laudabiliter eccleſiā rexit, & virtutibus plenus in Dn̄o requieuit. Quia vero de morte eius, eſt varia opinio. Nā beatus Dorotheus dicit ꝙ Bartholomæus in Albano ciuitate magna Armeniæ crucifixus eſt capite deorſum. Beatus verò Theodorus dicit ꝙ fuit excoriatus. Ab aliis aſſeritur ꝙ fuerit decollatus. Quæ ita poſſent cōcordari ꝙ primo excoriatus, exinde crucifixus, demum nondum mortuus decapitatus. Poſt aliquod tempus corpus beati Bartholomęi ad inſulam Liparitanam F circa Siciliam tranſlatum eſt. Infideles autem inſulam illam inuadentes & omnino deuaſtantes circa annum Domini milleſimū trecenteſimum primum oſſa Apoſtoli per plateam ſparſerunt: ſed iuſſu ipſius Apoſtoli apparentis vni ſancto viro in ſomnis, & deſignantis quæ eſſent oſſa: ſcilicet, ſplendida vt ignis, collecta ſunt: & Beneuentum mettropolim in regno Apuliæ ab ipſo delata. Et communiter

A.C. 69.

Signū crucis aduerſus dæmonem præpotens.

Demon qualis aparuit.

Polymij exitus.

Gre. Tur. Li. glor. pl. marty.

Celebratur feſtum 14 Aug.

A.C. 69.

tenetur eius corpus haberi Beneuenti, licet & Romani aſſerant ſe illud habere.

¶ De conuerſatione & martyrio beati Matthæi Euangeliſtæ. *CAP. XIII.*

De ſancto Matthæo Apoſtolo. Bed. in 9. c. Mat.

MATTHÆVS vocatus eſt à Chriſto dicente. Sequere me, vt cùm ſederet in teloneo, vt patet Mat. 9. Dicitur autem teloneũ ſecundum Bedam locus vbi vectigalia vel tributa exiguuntur. τελος enim Græcè, Latinè vectigal interpretatur. Quod officium ſeu exercitium erat auaritiæ deditum & lucris iniuſtis. Vnde tales Publicani dicebantur, quaſi publici peccatores. Et ipſe Matthæus Publicanum ſe vocat: ſed Marcus & Lucas cùm de eius conuerſione ſcribunt: appellant eum alio nomine, ſcilicet, Leui. Erat enim binomius, dicebatúrque Matthæus & Leui. Interpretatur autem Matthæus donum feſtinationis vel donator conſilij. Leui verò interpretatur aſſumptus ſeu appellatus ſeu additus. Et quia exercitium illud telonarij ſine peccato exerceri non poterat, ideo poſt conuerſionem ſuam ad illud nunquam rediit: ſicut Petrus cum ſociis exercuerunt actum piſcationis poſt vocationem ſuam, quod ſine peccato fieri poteſt. de pœn. diſt. 5. negotium. Hic igitur Apoſtolus & Euangeliſta primus fuit incitatus ad Euangelium deſcribendum Hebraicè pro Iudæis conuerſis ad fidem. Et beatus Barnabas diſcurrens ad prædicandum, & ſecum illud deferens originale vel trãſcriptum & ponens illud ſuper infirmos multos ſanauit. Poſt aduentum Spiritusſancti, ad partes Æthiopiæ profectus eſt ad fidem edocendam in illis partibus. Qui ingreſſus in ciuitatem Naddauer, inuenit ibi duos magos Taroes & Arphaxat, qui homines ſic dementabant, vt quoſcunque vellent arte ſua magica membrorum officio & ſanitate priuare viderentur. Et in tantam ſuperbiam erecti ſunt, vt ſe quaſi deos adorare facerent. Matthæus autem Apoſtolus habitans in domo illius Eunuchi qui erat diſpenſator ſuper omnes gazas Candacis reginæ Æthiopum quem in via reuertentem ab Hieroſolymis in patriã Philippus diaconus baptizauerat, vt patet Actor. 8. detegebat maleficia eorum. Et duos dracones, quos illi magi arte diabolica procurauerant miſſos contra Apoſtolum ad eum perdendum, Matthæus ſigno crucis vt agnos mitiſſimos fecit, in deſertúmque locum ſine læſione cuiuſcunque abire præcepit. Cœpítque apoſtolus populo prædicare de gloria paradiſi & myſterio incarnationis. Eo autem prædicante, rumor in populo ſuſcitatus eſt plangentium mortẽ filij regis: & cùm magi eum ſuſcitare non poſſent ad hoc vocati ſuadebant regi quòd in conſortium deorum tranſiiſſet, & ideo templum ei extrui curaret. Eunuchus autem Apoſtolum ad regem adduxit, narrans virtutem eius. Qui oratione ſua eum ſuſcitauit. Hoc viſo rex nomine Aeglippus per diuerſas prouincias regni ſui miſit nuncios dicentes. Venite, videre Deum in effigie hominis latentem. Venit ergo innumerabilis populus cum coronis aureis, & diuerſis generibus ſacrificiorum offerre volentes: ſed Apoſtolus eos compeſcuit dicens. Viri fratres quid facitis? ego Deus non ſum: ſed ſeruus Domini Ieſu Chriſti: quem eis prædicans, cùm conuertiſſet, de illis coronis & muneribus ei allatis & aliis rebus fabricauerunt eccleſiam magnam: intra ſpatium triginta dierum eam conſummantes: in qua Apoſtolus triginta annis ſedit: & totam illam regionem ad Chriſtum conuertit. Rex autem Aeglippus cum vxore & tota familia ſua baptizatus eſt & omni populo ſuo. Iphigeniam quoque filiam regis Deo dicatam in virginitatis propoſito plus quàm ducentis virginibus præfecit.

Matth. 2. Luc. 5.

Greg. in Euan. ho. 24.

Abd. l. 7. hiſt. Apo. ſi verũ eſt eiuſdem enim farinæ eſt, qua ſuperior.

Matthæus in Aethiopia quid fecerit.

A. C. 69.

Hanc de Iphigenia hiſtoriam Bre. Rom. probauit

Defuncto autem Aeglippo ſucceſſit in regno Hyrtacus, qui virginem Iphigeniam in coniugium concupiſcens, rogauit Apoſtolum, cuius conſilio illa gubernabatur vt hoc ei ſuaderet, promittens ei dimidium regni ſi hoc obtinere poſſet. Apoſtolus autem dixit ei, vt iuxta morem ſui prædeceſſoris die dominica ad eccleſiam cum populo conueniret, & præſente Iphigenia, quanta ſint bona matrimonij commendaret. Quod Hyrtacus lętanter accepit putans ſuaſurum Iphigeniæ eius coniugium. Adueniente ergo dominica congregato omni populo & Iphigenia cum ſacris virginibus rex aduenit. Matthæus autem tunc prædicans diu de bonis matrimonij tractauit. Quę rex mirabiliter collaudauit arbitratus cõcluſionem facturum: vt Iphigenia Hyrtaci coniugio aſſentiret. Sed fefellit eum opinio ſua. Nã poſt commendationem matrimonij ſubiunxit. Cùm ergo tam ſanctum ſit in ſe matrimonium ſi ſaluo fœdere fidei teneatur, bene ſcitis adſtantes quòd ſi quis ſeruorum regis ſponſam vſurpare præſumeret, non ſolum regis indignationem, ſed & mortem mereretur crudelem, non quia vxorem duxiſſe probaretur, ſed quia domini ſui vxorem violare præſumeret. Ita etiam tu rex cùm ſcias Iphigeniam æterno regi Chriſto dedicatam & ſponſam effectam, quomodo poteris regis potentioris te rapere ſponſam ſine magna iræ Dei vindicta? His auditis Hirtacus furibundus abſceſſit. Apoſtolus autem conſtans & intrepidus omnes ad tolerantiam animauit, & Iphigeniam ex timore proſtratam cum cæteris virginibus benedixit, & miſſarum ſolemnia celebrauit. Miſit autem rex incredulus miniſtrum deteſtabilem ad perdendum Dei Apoſtolum. Quem celebrata miſſa eleuatis in cœlum manibus iuxta altare immiſſo à tergo gladio occidit, & martyrem conſecrauit. Quod populus ſentiens, ad palatium regis omnia inceſurus properabat: ſed monitis ſacerdotum & diaconorum eſt detentus. Martyrium autem eius cum gaudio celebrarũt. Hirtacus autem ab incœptis nõ deſiſtens cùm nec per matronas, nec per magos Iphigeniam ad conſenſum ad ſui coniugium inclinare valeret, totam domum eius nocte igne copioſo vallauit: vt ipſam cum cæteris virginibus concremaret. Sed Apoſtolus Dei apparens omnem illum ignem à domo Iphigeniæ excuſſit & ad palatium regis procedere iuſſit: qui omnia ſua conſumpſit vix eo ſolo cum filio euadentibus. Filius inſuper à dæmonio arreptus, patris crimina luens, ad ſepulchrum Apoſtoli properauit. Pater verò leproſus effectus ſeipſum interemit. Factúſque eſt à populo rex frater Iphigeniæ, qui baptizatus fuerat: & per ſeptuaginta annos regnum illud optime gubernauit, & ſibi filiũ ſuum Chriſtianiſſimum in regnum ſubſtituens totã regionem Aethiopiæ eccleſiis repleuit. Poſtea corpus beati Matthæi inde tranſlatum eſt in Salernitanam ciuitatem, vbi dicitur requieſcere.

Miſſarum ſolemnia Matthęus celebrauit.

Matthęus gladio transfoditur.

Celebratur feſtũ 21. Sept.

¶ De conuerſatione & martyrio beatorũ Apoſtolorum Simonis & Iudæ. *CAP. XIIII.*

De ſanctis Simone & Iuda: Simon & Iudas qui & Tadde' dicitur, Apoſtoli.

SIMOM Cananeus ſic dictus à villa Cana: vnde erat oriundus. Idem & Zelotes. Cana enim interpretatur Zelus, germanus Thaddæi Apoſtoli, qui & Iudas dictus

A. C. 69.

dictus eſt. Et Simon quidem interpretatur obediēs: vel triſtitiam ponens: Iudas autem interpretatur cōfitens vel glorioſus. Thaddæus verò apprehendens principem. Et Iudas iſte primo poſt aduentum ſpiritusſancti prædicauit in Meſopotamia & Ponto. Simon vero in Ægypto. Deinde ambo ſimul Perſidem profecti ſunt. Inuenerúntque ibi duos magos Zaroes & Arphexat, quos Matth. Apoſtolus fugauerat ex Æthiopia. Vuarardach autē princeps exercitus regis Babyloniæ ad bellū tunc profecturus cōtra Indos, à diis ſuis nō potuit habere reſpōſa: quamobrē ad ciuitatis proximæ fanū ſacerdotes ducis miſerūt: vt cauſam huius taciturnitatis inquirerēt. Quib. reſponſum eſt quòd propter aduētum apoſtolorum Dei non poterat eorum Deus reſpondere. Quæſiti autem per ciuitatem, inuēti ducti ſunt ad ducē exercitus. Qui interrogauit eos, qui eſſent, & vnde, & qua de cauſa aduenisſent. Apoſtoli autem ad ſingula reſponderunt, dixerunt ſe eſſe ſecundum genus Hebræos, & ſeruos Ieſu Christi, & de Iudæa illuc veniſſe ob ſalutem eorum. Princeps autem Vuarardach ad eos dixit. Cùm reuerſus fuero à prælio audiam vos. Cui apoſtoli. Modo magis congruum eſt te illum cognoſcere cuius ope poſſis victor exiſtere, vel ſaltem hoſtes pacatiſſimos inuenire. Et Vuarardach. Diis noſtris potentiores vos video: finem ergo belli prædicite nobis. Cui apoſtoli. Vt Deos tuos fallaces eſſe noueris, iubemus illis ad quæſita dare reſponſa, vt dum dixerint quæ ignorant, probemus eos per omnia eſſe mentitos. Tunc fanatici dixerunt grande bellum eſſe futurum, & multos hincinde in populo ruituros. Tunc apoſtoli ridere cœperunt. Et Vuarardach ait. Me timor inuaſit: & vos ridetis? Et Apoſtoli ad eum. Noli timere, quia pax nobiſcum intrauit. Et die craſtina hora tertia legati Indorum nuntios mittent ſe tuæ poteſtati in pace ſubdentes. Pontifices autem idolorum & ipſi riſum leuarunt dicentes duci. Ad hoc iſti te ſecurum reddere volunt, vt incautus manens ab hoſtibus opprimaris. Cui Apoſtoli. Non diximus vt expectes vnum menſem, ſed vnam diem, & cras in pace victor exiſtes. Dux autem exercitus vtroſque cuſtodiri iuſſit, vt ex rei exitu veraces honorarentur. Cùm ergo in craſtinum quod Apoſtoli prædixerāt euenisſet, proptérq; id dux pontifices incendi iuberet, prohibuerunt Apoſtoli dicentes. Nos non ad occidendum homines, ſed viuificandum miſſi ſumus. Dux autem miratus, quòd eos occidi prohibuiſſent, & bona illorum eis oblata recipere noluiſſent, induxit eos ad regem dicens. Iſti, ô rex, ſunt Dij latentes in effigie humana, qui omnia nobis prædixerunt, quæ facta ſunt cum Indis. Cùm iſta dux narraret præſentibus illis magis Zaroes & Arphexat, illi zelo inuidiæ moti dixerunt illos homines malignos eſſe, & contra regnum ſubtiliter excogitare. Quibus dux ait. Si audetis cum eis confligere? Et magi ad illum. Si vis videre, quia præſentibus nobis non audeant loqui, veniant huc viri eloquentiſſimi, etſi cōtra nos loqui auſi fuerint, nos imperitos eſſe probabitis. Adducti ergo ſunt coram eis plurimi aduocati, qui per artem magicam eorum ita muti effecti ſunt, vt non ſolum non loqui, ſed nec nutibus, quod vellent indicare valerent. Et magi ad regem. Vt ſcias nos Deos eſſe, iubemus eos loqui, ſed moueri hinc non poſſe. Quod & factum eſt. Et magi iterum. Mandamus eos ambulare, ſed nil poſſe videre. Quibus peractis dux exercitus Vuarardach aduocatos, ita à Magis confuſos ad Apoſtolos duxit. Quos cùm

Abd. lib. 5. hiſ. Apoſt. ſed fides ſit penes typographos.

Simon & Iudas mira in Perſide operantur.

A aduocati vidiſſent pannoſos & contemptibiliter indutos, in animo deſpexerunt. Quibus Simon ait. Sæpe contingit, vt intra ſcrinia aurata & gemmata vilia habeantur incluſa, & intra viliſſimas capſas gemmarum monilia pretioſa ſint recondita. Et cùm quis merces emit, non geſtatorem eius, ſed rei qualitatē attendit. Promittite ergo vos ab idolorum cultura diſcedere, & ſolum Deum inuiſibilem colere, & vobis ſignum crucis in frontibus faciemus, quo magos confutare valebitis. Quod cùm feciſſent, & ſigno crucis eos armaſſent, ad regem coram Magis reuerſi ſunt. Qui cùm à Magis ſuperari non poſ-
B ſent, ſed eis inſultarent, irati magi multitudinem ſerpentum aduenire fecerunt, ſtatimque ad iuſſum regis ſunt Apoſtoli introducti, qui pallia ſua extendentes & ſerpentibus implentes in magos proiecerunt dicentes. Non moriemini, ſed à ſerpentibus dilacerati dolorum veſtrorum mugitus dabitis. Cùm ergo ſerpentes carnes eorum dilacerarent, propter dolorem intenſum vt lupi vlulabant. Rex autem cum adſtantibus rogabant Apoſtolos, vt à ſerpentibus eos occidi permitterent. Quibus Apoſtoli. Nos miſſi ſumus (inquiunt) vt mortuos reuocemus ad vitam, non vt à vita præcipitemus in
C mortem. Facta igitur oratione iuſſerunt Apoſtoli ſerpentibus, vt omne venenum, quod mordendo in corpora magorū infuderant, ſugendo reſumerēt, & poſtea ad loca ſua redirent. Maiores autem cruciatus magi experti ſunt in retractione ſui veneni quàm in morſibus eorum. Dixerúntque eis Apoſtoli. Tribus diebus dolores ſentietis, in tertia autem die liberati eritis, vt vel ſic à malitia veſtra recedatis. Euntes ergo ad habitationem ſuam poſt triduum dolorum ſine cibo & potu & ſomno eos manentes Apoſtoli viſitauerunt, & liberos eos & incolumes reddiderunt dicentes. Non placent Deo coacta ſer-
D uitia, ſurgite & abite quo vultis. At illi in malitia perdurantes ab aſpectu eorum fugerunt & pene totam Babyloniam contra eos concitauerunt. Contigit interea vt filia cuiuſdam ducis ex fornicatione conciperet: parturiens autem maſculum, inquirebatur à conſanguineis, ex quo concepiſſet. Illa autem dum diaconum quendam Euphroſymon diſcipulum Apoſtolorum incuſaſſet, propter quod parentes puellæ diaconum quærebant occidere Apoſtoli ſuperuenerunt, & audientes cauſam interrogauerunt, quando puer natus fuiſſet. Qui reſponderunt illa die. Fecerunt autem Apoſtoli adducere coram
E ſe infantem & diaconum illum innocentem. Dixerúntque Apoſtoli. Dic infantulæ in nomine domini Ieſu ſi diaconus iſte hoc præſumpſit. Et infans vnius diei reſpondit. Hic diaconus caſtus & ſanctus, nec vnquàm carnem coinquinauit. Cúmque parentes puellæ inſtarent, vt diceret infans authorem ſceleris. Reſponderunt Apoſtoli. Nos innocentes abſoluere decet, nocentes prodere non decet. Ad prædicationem igitur eorum miraculis confirmatam plus quàm ſexaginta millia hominum cum rege baptizati ſunt, per annum & menſes ibi permanentes ad inſtructionem eorum. Magi vero illi ad aliam ciui-
F tatem profecti ſunt, vbi erant ſeptuaginta pontifices idolorum, quos contra apoſtolos magi ſupradicti concitauerānt, vt ſi illuc aduenirent, aut eos ſacrificare compellerent, aut occiderent. Apoſtoli igitur perluſtrata prouincia prædicando: demum ad ciuitatem illam peruenerunt. Prædicti autem pontifices cum vniuerſo populo eos capiunt, & ad templum ſolis ducentes ad ſacrificandum ei compelle-

L 4 bant.

A.C. 69.

bant. Dæmones autem per energumenos clamare cœperunt. Quid nobis & vobis apoſtoli Dei viui? Ecce in ingreſſu veſtro flammis exurimur. Tum angelus domini eis apparens dixit. Aut repentinum interitum horum eligite, aut veſtrum martyrium. Facto autem ſilentio dixerunt apoſtoli. Vt ſciatis ſimulachra veſtra plena eſſe dæmoniis: iubemus ea inde exire & ipſa confringere. Duo igitur dæmones tanquam æthiopes nudi egreſſi inde omnia idola confregerunt. Quod videntes pontifices in apoſtolos irruerunt eos trucidantes. In illa hora cum ſerenitas aeris maxima eſſet, deſcenderunt fulgura templum trifariam ſcindentia. Et illi duo magi præſente ictu fulguris in carbones verſi ſunt. Rex autem Babyloniæ Chriſtianus effectus corpora Apoſtolorum ad ciuitatem ſuam deportari fecit, ædificatáque ibi Eccleſia miræ magnitudinis honorificè ſepeliuit. Nunc autem corpora Romæ in Eccleſia ſancti Petri eſſe dicuntur. Horum Legendam ſcripſit Hebraicè [a] Abdias epiſcopus Babyloniæ, ſed in Latinū tranſtulit Aphricanus. De Simone Apoſtolo quidā ſcripſerunt fuiſſe crucifixum, vt Iſido. de obitu Apoſtolorum. Euſebius in hiſto. eccle. & Beda aſſerunt, quòd poſt prædicationem eius in Ægypto mortuo Iacobo minore Apoſtolo factus ſit epiſcopus Hieroſolymorum, & tempore Traianiā præſide illius prouinciæ affixus ſit cruci, cùm centum viginti annorum eſſet mirantibus cunctis & ipſo iudice, quòd tam decrepitus ſenex crucis ſupplicium ſuſtinere potuiſſet. Sed rei veritas eſt, quòd iſte Simon epiſcopus Hieroſolymorum, non fuit Simon Apoſtolus germanus Thaddæi, ſed alius Simon filius Cleophæ. Vnde præfati doctores quod dixerant vt ſupra poſtea in ſuis chronicis retractauerunt. De Thaddeo Apoſtolo, qui & Iudas dictus eſt, habetur vna epiſtola ex canonicis in canone ſacrarum literarum Et vt dicitur in hiſto. eccle. hic miſſus fuit ad Abgarum regem Edeſſenæ ciuitatis ſanandum, cuius epiſtola ſcilicet Abgari miſſa ad Chriſtum ante paſſionem reperitur. Et reſponſio Ieſu ad eum. Sed quia inter apocripha huiuſmodi epiſtolæ connumerantur. diſtinct. 15. ſancta Romana, ideo eas referre omittimus.

Iſid. in lib. de patrib. nou. teſt. c. 79. Euſ. li. 3 hiſt. eccl. c.32. Beda in act. Apoſt. cap. 1. Bed. in lib. retractationum. Lib. 1. hiſt. eccl. c. 13. Epiſtola Ieſu ad Abgarū & Abgari ad Ieſum apocrypha. horum D. D. feſtum celebratur 28. octo.

a Nuper ex Germania ſub titulo huius Abdiæ prodiere libri decem de hiſtoria certaminis Apoſtolici, Oporini typis excuſſi: quos vt fide indignos Paulus Papa quartus inter ſcripta à ſe damnata reiecit. Sixt. Sen. lib. ſecundo Bibl. ſanct.

De conuerſatione & martyrio beati Matthiæ Apoſtoli.

CAP. XV.

De S. Matthia Apoſtolo.

Matthias interpretatur donatus à domino, vel humilis: ſeu paruus. Hic ab Apoſtolis poſt Chriſti aſcenſionem in duodecimum Apoſtolum loco Iudæ proditoris eſt electus: vt patet Act. 1. vbi dicitur. Cecidit ſors ſuper Matthiam & connumeratus eſt cum vndecim. De qua ſorte eſt duplex modus dicendi. Nam Diony. in libro de eccle. hierar. ſic ait. De diuina ſorte quæ Matthiæ diuinitus optigit, alij quidem alia ſenſere meo iudicio non rectè: aperiam autem & ipſe quid ſentiam, videtur mihi ſcriptura ſortem appellaſſe diuini quiddam & præcipui muneris, per quod illi choro ſacratiſſimo inſinuaretur, A quis eſſet diuina electione declaratus.] Hieronym. autem & Beda dicunt has ſortes fuiſſe quibus in veteri teſtamento frequenter vtebantur. Vnde 26. q. 2. nō exemplo. ait. Non exemplo Matthiæ ſortibus eſt vtendum, quia priuilegia paucorum communem legem facere non poſſunt. Quare autem in veteri teſtamēto permittebantur ſortes, nunc autem prohibentur, ponit rationem Gratianus. 26. quæſt. 2. ſors non eſt. §. his ita. Et de triplici genere ſortium, ſcilicet conſultorio, diuiſorio, & diuinatorio, habes diffuſe in 4. par. titu. de ſuperſtitionibus. Poſt aduentum igitur Spiritus ſancti Iudæam in ſortem accepit, prædicationi ibi inſiſtens & miracula faciens. B In quadam Legēda quæ Treueris habetur, ſic de eo legitur, Matthias in lege domini erat doctiſſimus, corpore mundus, animo prudens, in ſoluendis quæſtionibus ſacræ ſcripturæ acutus, in conſilio prouidus, in ſermocinatione expeditus. Qui cùm per Iudæam prædicaret, multos ſignis & prodigiis conuertebat. Vnde Iudæi inuidentes ipſum in concilio ſtatuerunt. Duo igitur qui eum de blaſphemia accuſauerant, in eum primi lapides miſerunt iniuſte condemnatum. Qui cùm lapidaretur, à quodam ſecuri in capite percutitur. Ipſe extenſis in cœlum manibus ſpiritum Deo reddidit, cuius corpus de Iudæa C tranſlatum Romam, exinde Treueres, ſecundum illam Legendam, deportatum eſt, ſed ſecundum alios Romæ dicitur communiter requieſcere in Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris ſub lapide porphyretico, cuius caput populo demōſtratur. De Iuda Iſcariothe in cuius locum ſubſtitutus fuit Matthias, hiſtoria, quæ narrat de ortu eius & progreſſu, & quòd patrem occidit, & matrem in vxorem duxit ignorans illos eſſe parentes ſuos, propter quod hoc cognito ad Ieſum pro venia acceſſit, proſequi omittimus, quia dubia de veritate cenſetur. D

A. C. 69. Hieron. in Ioan. c. 1. Beda in 1. c. Act.

Habetur hæc vita Abdię adiuncta.

Matthias lapidatur.

Iudæ Iſcariothis hiſtoria de veritate dubia.

De conuerſatione & martyrio beati Marci euangeliſtæ.

CAP. XVI.

De D. Marco euangeliſta.

POST iſtos duodecim Chriſti Apoſtolos, iuſtos ſæculi iudices & vera mundi lumina, qui Eccleſiam ſuo ſanguine fundauerunt ſuper lapidem viuum electum Ieſum Chriſtum, quorum doctrina fulget Eccleſia vt ſole luna, tangemus breuiſſime ea quæ ſunt E ſcripta de quibuſdam aliis Apoſtolorum diſcipulis, qui ſanctitate & doctrina mirabiliter effulſere. Et primo de Marco euangeliſta qui fuit diſcipulus Petri, & in baptiſmate filius, ſacerdos de tribu Leuitica originem ducens. Interpretatur ſublimis mandato, certus, declinatus. Hic cum Petro Romam profectus eſt, quem rogauerunt fideles, qui Romæ erant, vt euangelium quod Petrus prædicabat ad perpetuam eorum memoriam ſcripto commendaret. Ille autem quod ex ore magiſtri perceperat, fideli ſtylo conſcripſit. Petrus autem pium factum comperiens & diligenter examinans, vbi omni ve- F ritate plenum conſpexit, recipiendum ab omnibus fidelibus approbauit. Hic (vt ait Hieronym.) dicitur ſibi digitum amputaſſe, vt ſacerdotio ineptus haberetur ſcilicet in noua lege, quod egit ex magna humilitate familiari conſilio Spiritus ſancti. Nam ſecundùm communem legem hoc omnino prohibetur. Vt diſtinct. 55. ſi quis. in glo. Præualuit tamen Petri authoritas, & (vt creditur) digito ſibi diuinitus reſtituto,

Hie. in catalogo.

Hie. in prologo in Mar. & 16. li. de patribus noui teſt.

A C. 69.

A reſtituto, ſciens Petrus eius conſtantiam in Aquileiã deſtinauit, vbi verbum Dei prædicans innumeras gentium multitudines ad fidem traxit, & ibi etiam euãgelium ſcripſit, quod vſque in præſentem diem in Eccleſia Aquileienſi cum ſumma veneratione conſeruatur. Tandem beatus Marcus Hermagoram ciuem Aquileienſem ad fidem per eum conuerſum Romã ad beatũ Petrum adduxit. Qui eum in Aquileia epiſcopum ordinauit. Hermagoras autem ſuſcepto officio cum Eccleſiam Aquileienſem, quæ nunc patriarchatus dignitatem habet, optime gubernaret, tandem ab infidelibus captus martyrio coronatus eſt.

Hermagoras Aquileienſis patriarcha ordinatur.

B Poſtea vero Marcus à beato Petro in Alexãdriam miſſus eſt, in qua primus verbum domini prædicauit. In primo autem eius introitu, vt ait Philo diſertiſſimus Iudæorum, maxima multitudo in fide & deuotione & continentiæ obſeruatione ei adunata eſt. In eius etiam commendationem Petrus Damianus, ſic ait in ſermone. Tantam ei Deus apud Alexandriam gratiam erogauit, vt omnes qui tunc ad fidei rudimenta confluerent, mox per continentiam & totius ſupernæ conuerſationis inſtantiam tanquam ad monaſticæ perfectionis faſtigium peruolarent. Ad quod non modo miraculorum prodigiis, non tantum prædicationum eloquiis,

Philo in 4. lib. de vita contempl.

Ser. hiſ. de B. Mar.

C ſed etiam eximiis prouocabat exemplis. Ingreſſo autem Alexandriam, ſubitò calceamentum eius fractum eſt atque ſolutum. Quod in ſpiritu intelligens ait. Verè expeditũ fecit dominus iter meũ, nec Sathanas impedire poterit, quem dominus ab operibus mortuis abſoluit. Vidénſque Marcus quemdam conſuentem veteres calceos, dedit ei calciamentum ſuum reficiendum. Qui in ipſo opere grauiter in ſiniſtrá manu vulneratus eſt. Vnde exclamans ait, Vnus dominus. Quo audito ait Marcus. Verè proſperum fecit dominus iter meum. Et ſputo ſuo vulnus tangens ſubito ſanauit eum.

Simeon Metap. & codex ille vitas Apoſtolorũ cõtinens.

D Vocabatur autem homo ille Ananias, qui induxit eum in domum ſuã. Et ſciſcitatus quis eſſet & cuius conditionis, cùm ille diceret ſe eſſe ſeruum Ieſu Chriſti, dixit Ananias, Vellem ego hunc dominum tuum videre. Et Marcus Ego tibi eum demonſtrabo. Euangelizánſque illi miſteria Chriſti ad fidem conuertit & baptizauit.

Marcus Alexãdriæ miracula perpetrat.

Audientes autem viri ciuitatis illius quemdam Galilæum aduenisſe, qui Deorum ſuorum ſacrificia contemneret, poſuerunt ei inſidias ad perdendum. Quod cùm euangeliſta cognouiſſet, dictum Ananiam, quem ſanauerat epiſcopum ordinans, inde receſſit: & Pentapolim ad prædicandum profectus eſt.

E Et poſt duos annos Alexandriam rediens fideles ibi multiplicatos inuenit. Pontifices autem templorum eum compræhendere nitebantur. Cùm autem in ſolemnitate paſchali beatus [a] Marcus miſſam celebraret: conuenerunt ad eum infideles, & fune in collum eius miſſo ipſum per ciuitatem trahebant dicentes. Trahamus bubalum ad [b] loca buculi. Carnes autem eius in terram defluebant, & lapides ſanguine rigabantur, poſtea in carcerem mittitur, &

a Marcus miſſam celebrat. Metaphraſtes habet λειτουργίαν: nam interpres reddidit miniſterium, quia ſicut τῶν λειτουργούντων ait. interpres cõmunis reddidit miniſtrantibus ſic τὴν λειτουργίαν ille qui interpretatus eſt Metaph. miniſterium vertit.

F

b βουκόλος eſt Latinè bubulcus ſicut candidati linguæ Græcæ ſciunt, vnde loca buculi ſunt tuguria vel mappalia bubulcorum, quæ Metaph. interpres bubulco ſtabula reddidit.

A ibidem ab angelo confortatur. Sed & ipſe Ieſus eum viſitans confortauit dicens. Pax tibi Marce euangeliſta meus, Noli timere, quia ego tecum ſum, & erũ te. Mane ergo facto, iterum mittentes funem in collum eius per ciuitatem hincinde trahebant dicentes. Ducite bubalum ad loca buculi. Ille vero dum traheretur, Deo gratias agebat dicens. In manus tuas domine, commendo ſpiritum meum. Sicque ſpiritum emiſit circa annum domini. 57. ſub Nerone. Cùm autem Pagani vellent corpus exanime comburere, ſubitò orta eſt tempeſtas grandis cum tonitruis & fulguribus tanta vt fugientes omnes euadere niterentur.

A. C. 69.

Ieſus Marcum euangeliſtam viſitat.

B Fideles autem interea corpus rapientes in Eccleſia cũ reuerentia ſepelierunt. Anno autem domini 467. Veneti manu armata corpus ſacrum de Alexandria tulerunt, & Venetias afferentes Eccleſiam mire pulchritudinis fabricantes honorificentiſſimè collocauerunt. In tanta autem veneratione Eccleſia beatum Marcum habet, vt in Alexandrina Eccleſia, quam [a] Marcus fundauit, ſit ſedes patriarchalis prima poſt Conſtantinopolitanam, quæ prima erat poſt Romanam, vt patet. diſt. 22. renouantes.

Alexandrina Eccleſia patriarchalis ſecunda.

C *a Quod Alexandrina Eccleſia ſit Patriarchalis, & prima poſt Romanam, non tam B. Marco, quàm B. Petro tribuendum eſt. Nam veteres illi, qui Petrum Eccleſiæ totius caput & paſtorem facile agnoſcebant, Eccleſiam Alexandrinam quam Petri diſcipulus fundauerat. primum locum in Aegypti partib. tenere facile permiſerunt, idque ob Petri dignitatem, quẽ Chriſtiani omnes omnium Chriſtianorum principem cognouerunt, lege Sand. lib. 7. de viſib.*

¶ De conuerſatione & obitu beati Lucæ euangeliſtæ.

D

CAP. XVII.

LVCAS euangeliſta non vnus ex ſeptuaginta duob. diſcipulis Chriſti fuit, vt quidam opinantur, ſed ſecundum Hieron. diſcipulus Apoſtolorum fuit conuerſus ad fidem Chriſti poſt eius aſcenſionem. Natione fuit Sirus, ciuis Antiochenus, arte medicus, Pauli Apoſtoli comes indiuiduus. Vnde apoſtolus 2. ad Timoth. 4. Lucas eſt mecum ſolus. Et 2. ad Cor. 5. de eo dicit. Ordinatus ab Eccleſiis ſocius peregrinationis noſtræ.

De Luca euangeliſta.

Hiero. in Catal. vir. illuſt.

E Sicut autem Marcus non ex viſu ſed auditu à Petro ſuum conſcripſit euangelium, ita & Lucas non ex viſu, vt Matthæus & Ioannes, ſed ex auditu à Paulo, qui euangelium habuit à Ieſu Chriſto, [ſuum compoſuit euangelium] quod etiam approbatum fuit à patribus primitiuis. Vnde de eo Apoſtolus, Cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Licet autẽ multi ſcripſerint euangelia vel actus apoſtolorum, tamen non ſunt acceptata in canone tanquam vera & indubitata, niſi iſtorum quatuor euangeliſtarum, ſcilicet Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis. Nec actus apoſtolorum niſi deſcripti per Lucam.

Gal. 1.

2. Corin. 8.

Quatuor euangelia ſunt tantũ in canone recepta.

F Euangelia alia vel actus apoſtolorum deſcripti ab aliis, & aliis apoſtolis intitulata inter apocrypha computantur, vt dubia de veritate, quod patet diſtinct. 15. ſancta Romana. Scripſit autem Lucas in Græco. Vnde euangelium eius ſecundum Hieron. Græcam redolet eloquentiam. Et interpretatur Lucas ſurgens vel eleuans, vel ſecundum deriuationem dicitur à luce. Hic nec vxorem, nec filios

legitur

A&c. 69
[illegible] ſed in virginitate domino deſeruiſ- A ſe. Q[illegible] Spiritu ſancto ætatis ſuæ octogeſimo quarto anno obiit in Bithynia poſtquam cruci mortificationem in ſuo corpore pro Chriſti nomine iugiter portaſſet. Sicut autem Matthæus in homine, Marcus in leone, Ioannes in aquilla, ita & Lucas in boue per Ezech. in 1. capit. & per Ioan. in Apoc. 4. cap. figurate deſignantur. Propterea autem in his animalibus ſic deſignantur ex principiis deſcriptionis euãgelij eorum. Matthæus enim inchoauit à genealogia patrum, ex quibus Chriſtus inquantum homo deſcēdit, ideo in homine figuratur. Marcus vero inchoauit à prædicatione Ioannis Baptiſtę B clamantis in deſerto tanquam leo rugiens, ideo in leone. Lucas initium ſumpſit à templo in quod ingreſſo Zacharia cum ſacrificio vitulorum fuit ſibi nunciata Ioannis natiuitas, & ideo in vitulo demõſtratur quod in templo offerebatur. Ioannes vero, In principio erat verbum, intonuit volans vſque ad diuinitatem verbi nunciandam, & ideo per aquilam quæ cæteris altius volat inſinuatur. Vel ex eo quòd omnes Chriſtum annunciant hominem in incarnatione, vitulum in crucis immolatione, leonem in reſurrectione, aquilam in aſcēſione, ideo in his quatuor animalib. euangeliſtæ deſignantur. Vnde Ezec. C 1. dicitur quòd quodlibet illorum quatuor animaliū habebat quatuor facies, ſcilicet hominis, leonis, bouis, & aquilæ. Vel ſecundum Gregor. ſuper Ezech. In his compræhenduntur omnes electi Eccleſiæ quorum caput eſt Chriſtus, qui omnes quatuor virtutibus ſunt præditi ſignatis in his animalibus. Prudentia ſcilicet in homine, qui ſolus inter animalia eſt ratione præditus, & prudentia eſt recta ratio agibilium. Fortitudine in leone, ſecundum illud. Leo fortiſſimus beſtiarum. Temperantia in vitulo, qui eſt animal immolatitium, & per temperantiam quiſq; de corpore ſuo facit ſacrificium mortificans paſſio- D nes concupiſcibilis. Iuſtitia in aquila, qui irreuerberato oculo reſpicit ſphæram ſolis, & iuſtitia ſoli comparatur, ſecundùm illud. Timentibus nomen domini orietur ſol iuſtitiæ, de quibus electis Gratianus. 12. quæſt. 3. exponit illud pſalm. 5. ex his omnibus. Animalia tua, ſcilicet poſſeſſa à Deo per gratiam, habitabunt in ea ſcilicet hæreditate, de qua locutus fuerat, videlicet ſupernæ gloriæ, & hoc in dulcedine ſcilicet charitatis, quam tu Deus paraſti pauperi, id eſt, humili. Et ſequitur. Deus dabit verbum euangelizantibus.

Gregor. in Ezech. ho. 2. & 4.

Cur ſingulis euãgeliſtis animal proprium aſſignatur.

Gregor. in Ezech. ho. 2. & 4. Ezechielis Animalia ſignificant electos.

Prou. 30.

Malach. 4.

Pſal. 67.

Celebratur feſtum 18 octob.

¶ *De conuerſatione & martyrio beati Barnabæ Apoſtoli.*

CAP XVIII.

De S. Barnaba Apoſtolo.

BARNABAS Leuites natione Cyprius, vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis fuit. Interpretatur autem filius conſolationis, vel filius concludens. Hic multum commendatur in actibus Apoſtolorum. Et ex numero ſeptuaginta duorum diſcipulorum Chriſti ſolùm Barnabæ feſtum per totum orbem ſolemnizat Eccleſia. Hic fuit datus in ſocium Paulo ab apoſtolis ad prædicandum in gentibus & procurandum eleemoſynas pauperibus Chriſticolis in Hieruſalem congregatis in communi degentibus, præcipuè tempore famis, quæ fuit ſub Claudio imperatore per orbem, quod teſtatur ipſe Paulus ad Gal. 2. dicēs quòd cùm contuliſſet euangelium cum Petro, Iaco- A bo minore & Ioanne Hieroſolymis, dexteras dederunt & Barnabæ ſocietatis tantum vt memores eſſent pauperum, qui erāt in Hieruſalem. Ipſe etiam Barnabas fuit, qui Saulum conuerſum in Paulum poſt triennium ſuæ conuerſationis euntem Hieroſolymam præſentauit coram Apoſtolis, inſinuãs veram eius conuerſionem, quam multi non credebant ſed fictam, vnde non audebant ſe ei iungere. Fuit hic valde ordinatus quo ad ſeipſum, quo ad Deum, & quo ad proximum. Quantum ad ſeipſum fuit ordinatus, quia ſecundum omnes potentias, ſcilicet rationalem, concupiſcibilem, & iraſcibilem. Ordina- B tur enim rationabilis per lumen veræ cognitionis, hæc fuit in eo non ſolum modo communi, ſcilicet per veram fidem, ſed ſingulari, quia inter doctores & prophetas cõnumeratur Act. 13. vbi dicitur quòd Antiochiæ in Eccleſia erāt doctores & prophetæ in quibus Barnabas & Simon &c. Et vt ſcribit beatus Doſithæus, Barnabas fuit primus qui [a] Romæ prædicauit Chriſtum. Concupiſcibilis bene ordinatur cùm eſt munda à puluere mundanæ affectionis & cupiditatis, quod habuiſſe Barnabā oſtenditur Act. 4. vbi dicitur, quòd Ioſeph qui vocabatur Barnabas, habens agrum vendidit illum, pretium eius ponens C ad pedes Apoſtolorum. Iraſcibilis tantum regitur per robur fortitudinis, aggrediendo ardua prout oportet, & patienter ſuſtinendo aduerſa. De hoc teſtimonium ei reddiderunt Apoſtoli dicentes ad fideles Antiochenos, ad quos cum Paulo cum literis deſtinarunt. Act. 15. Cum chariſſimis noſtris Paulo & Barnaba, qui tradiderunt animas ſuas, id eſt, vitam pro nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, pro quo demum martyrium ignis tolerauit, vt infra dicetur. Quo ad Deum fuit bene ordinatus deferendo diuinæ authoritati, maieſtati & bonitati. Authoritati diuinæ detulit in eo quòd officium prædica- D tionis, quod à Deo inſtitutum eſt, non ſibi vſurpauit: ſed à Deo miſſus fuit, ſecundum illud Act. 13. Dixit Spiritus ſanctus, ſegregate mihi Paulum & Barnabam ad opus, ad quod aſſumpſi eos, ſcilicet prædicationis. Maieſtati Dei detulit, quia cùm diuinam maieſtatem aliqui vellent ſibi & Paulo attribuere, & ſacrificare vt Diis pro ſanatione cuiuſdam infirmi appellantes Barnabam Deum Iouem & Paulum Mercurium, ſciſſis veſtibus in ſignum deteſtationis eos retraxerunt, aſſerentes ſe non Deos, ſed homines ſeruos Ieſu Chriſti. Act. 14. Diuinæ bonitati detulit quia cùm bonitati gratiæ Dei, qua non ex operibus E noſtris, ſed ſua liberalitate nos ſaluat gratis, quidam conuerſi ex Iudæis detraherent, aſſerentes ſine circuncisione & obſeruantia legalium nō poſſe quemquam ſaluari, reſtiterunt eis Paulus & Barnabas, affirmantes ſolum bonitati gratiæ Dei ſine legalibus fideles ſalutem æternam conſequi, & contra errorem aliorum ab Apoſtolis de Hieruſalem Antiochiam epiſtolas detulerunt procuratas. Act. 15. Quo

Act. 13.

Act. 11.

A&c. 13.

Act. 9.

D. Barnabę laudes.

Homo quo bene ordinat.

Clemens li. 1. hiſt. & Doſith. in Syno.

[a] Barnabas primus Chriſtum Romæ prædicauit, qui tamen paulo poſt rediit vnúmque Clementem ad Chriſti fidem commouit, vt lib. 1. recog. idem Clemens ſcribit quòd propterea Ro. Eccleſiam fundaſſe dicendus non eſt: cùm tam paruo tempore ibi fuerit; nec vllos ibi baptizaſſe legatur, ſcilicet voluit Deum hunc honorem vicario ſuo D. Petro, ſeruare, qui ante D. Paulum in ea vrbe Romanam fundauit Eccleſiam & multos ad Chriſtum ibidem conuertit: quorum fides teſte D. Paulo Rom. 1. in vniuerſo orbe antequam D. Paulus eo veniret annunciabatur. F

ad pro

A. C. 96.

ad proximum fuit optime ordinatus cum iuuando, verbo & exemplo & temporali ſubſidio. Verbo quidem, quia continue & ſollicitè verbum Dei proponebat, vnde dicitur Act. 15. Paulus & Barnabas demorabantur Antiochiæ docentes, & euangelizantes verbum Dei. Exemplo autem, quia vita ſua fuit valde exemplaris. Fuit omnium virtutum bonitate conſpicuus, gratia Spiritus ſancti plenus, in fide præclarus. Nam Act. 11. dicitur de eo quòd hortabatur omnes in propoſito cordis permanere in domino, quia erat vir bonus plenus Spiritu ſancto & fide. Temporali ſubſidio, quia procurauit cum Paulo eleemoſynas, & detulit iis qui erant in Hieruſalem. Eleemoſynam etiam ſpiritualem exercuit remittendo offenſam quam ſibi fecerat Marcus conſobrinus eius in relinquendo ipſum & Paulum vt iret ad viſitandum ſuos conſanguineos quadam affectione ſenſuali deuictus. Act. 20. Poſtquam autem Paulus & Barnabas diu ſimul diſcurriſſent per mundum prædicando, demum Angelus Paulo reuelauit quòd pergeret Hieruſalem. Barnabæ autem reuelatum fuit vt iret in Cyprum, quibus adinuicem conferentibus, Barnabas proſtrauit ſe ad pedes Pauli cum multis lachrymis ex intima amicitia profuſis dicens. Nũc Cyprum vado vitam ibi finiturus, prohdolor faciem tuam amplius non videbo. Cui compatiens Paulus ait. Noli flere, quia ſic eſt voluntas domini. Nam & mihi apparuit dominus hac nocte dicens. Noli prohibere Barnabam ire in Cyprum, quia multos ibi illuminabit, & martyrium conſummabit. Diſcedentes ergo abinuicem, Barnabas cum Marco conſobrino ſuo de quo ſupra, qui etiam eius paſſionem Grecè ſcripſit, ſed Beda eã in Latinũ tranſtulit, profecti ſunt Cyprum. Qui euangelium ſancti Matthæi ſecum deferens, & illud ſuper infirmos ponens, multos ſanauit. Quadam autem die cùm videret Barnabas viros & mulieres nudos ſimul currentes & ſua feſta celebrantes, indignatus tanta inhoneſtate maledixit templo. Et ſubitò pars eius corruens multos illorum oppreſſit. Et cùm intraſſet Salaminam ciuitatem, quidam Iudæus magus concitauit ſeditionem contra eum. Compræhendentes igitur Iudæi Barnabam multis iniuriis affectum ad iudicem trahere feſtinabant. Timentes autem ne liber dimitteretur à præſide, funem in collum eius miſerunt, & eum trahentes extra ciuitatem igni combuſſerunt. Nec ſic ſatiati cùm oſſa eius in quodam loculo ponere diſponerent, & in mare præcipitari, Ioan. qui & Marcus noctu ea rapuit & in crypta ſepeliuit. Quæ ibidem latuerunt vſque ad quingenteſimum domini annum, & tunc præſidente Gelaſio & imperante Zenone reuelata ſunt & inde leuata.

Act. 11.
Barnabas in Cyprũ nauigat.
Barnabæ mors.
Celebratur feſtũ 11. Iunij.

¶ *De conuerſatione beatæ Mariæ Magdalenæ.*

CAP. XIX.

De Maria Magdalena.

INTER Chriſti diſcipulos & diſcipulas fuerunt Maria Magdalena & Martha ſorores, & Lazarus eorum frater à Chriſto familiariter dilecti, qui de ſtirpe regia deſcendentes ex populo Iudæorum patre Siro nuncupato & matre Eukaria magnas opes patrimonij ſui ſic inter ſe diuiſerũt, vt Mariæ quoddã caſtrum Magdalum dictum (vnde Magdalena nuncupata eſt) in partem contigerit, Marthæ vero caſtellum Bethaniæ quod erat prope Hieroſolymam ad duo milliaria, Lazaro autem militiæ vacãti, pars non modica Hieroſolymorum. Interpretatur autem Maria quaſi amarum mare, vel illuminatrix vel illuminata. Communiter autem tenetur hanc Mariam fuiſſe illam peccatricem, quæ pedes Ieſu lachrimis lauit & capillis ſuis terſit in domo Simonis, de qua habetur Lucæ 7. cap. hoc expreſſe aſſerunt Grego. & Auguſt. Licet aliqui vt Hieron. & Orig. dicant aliam fuiſſe. Et 1. quæſt. 7. ſi quis omnem, ex concilio 7. dicitur. Nouimus Mariam primùm peccatricẽ, quamuis poſt conuerſionem ſanctam & caſtam, tamen inter Diaconiſſas computatã non eſſe. Et nota quòd dicitur Diaconiſſa, non quòd habeat ordinem Diaconatus, ſed officium legendi euangelium in matutinis cum homilia. Magna autem beneficia Chriſtus ei contulit, & ſigna dilectionis oſtendit, vt vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Nam ab ea ſeptem dæmonia eiecit, ſuam hoſpitam & procuratricem in itinere habere voluit miniſtrando ei de facultatibus ſuis, vt refert Luc. eam à querelis aliorum dulciter excuſauit, videlicet apud Simonem immundam & peccatricem dicentem, apud ſororem eam otioſam aſſerentem, apud Iudam & ſocios prodigam calumniantem. Lachrymantem videns, lachrymas ex compaſſione continere non valuit. Eius dilectione Lazarum fratrem quadriduanum à mortuis ſuſcitauit. Sororem eius Martham à fluxu ſanguinis per ſeptem annos perpeſſam ſecundum Ambroſ. ſanauit. Hæc tempore gratiæ primam ſolemnem pœnitentiam inuenit. Domini pedes & caput pretioſo vnguento perunxit. Sedens ſecus pedes domini ad audiendum verbum eius, optimam partem elegit. Iuxta crucem in paſſione Chriſti fuit. Vnguenta ad vngendum etiam defunctum parauit. Deniq; ſurgentem cum victoria Ieſum vidêt ab inferis. Prima meretur gaudia quę plus ardebat cæteris. Apoſtolorum Apoſtolam fecit, dum eam ad nunciandum gloriam ſuæ reſurrectionis primam miſit. Hanc inter mulieres legimus populis prædicaſſe. Quod autem à quibuſdam Maria deſponſata Ioanni euangeliſtæ dicitur, quia Chriſtus eum de nuptiis eduxit vocans ad ſeruandum virginitatem, Maria indignata ſe voluptatibus expoſuit, hoc ea facilitate contemnitur, qua probatur. Nec habet veri ſimilitudinem, vt ipſa opulenta, nobilis, & pulcherrima pauperculo, ignobili & inculto nuberet.

A. C. 69.
Greg. ho. 33. in euan.
Auguſt. de conſ. euã.
Diaconiſſę quæ dicantur.
Beneficia à Chriſto Magdalenę collata.
Rom. 5.
Luc. 8.
Luc. 7.
Luc. 10.
Ioan. 12.
Ioan. 11.
Luc. 7. 10.
Ioan. 19.
Ioan. 10.

§. I.

POST paſſionem igitur domini lapſis aliquot annis Iudæi fugatis Apoſtolis, de partibus illis inſurgentes contra Mariam, Martham, & Lazarum fratrem earum, Marcellam pediſſequam Marthæ quæ Chriſto diſputante contra Phariſæos clamauerat, Beatus venter qui te portauit &c. & Celidoniũ quem à natiuitate cæcum Chriſtus illuminauerat, & Maximinum vnum ex ſeptuaginta duobus diſcipulis Chriſti & plures alios fideles naui impoſuerũt ſine gubernaculo pelago exponentes, vt quàm citiſſime ſubmergerentur. Sed diuino nutu Maſſiliam incolumes peruenerunt, & de naui egreſſos cùm nullus hoſpitio eos reciperet, poſuerunt ſe in quadã porticu templi Deorum illius regionis. Venientibus autem ad immolandum idolis Maria Magdalena cœpit prædicare, & de cultura Deorum arguere, de cuius ſapientia & eloquentia mirabantur omnes. Apparuit

Magdalena cũ ſuis Maſſiliam delata.
Hæc præter publicam famã teſtatur Breuiar. Rom. Tricon.

A.C. 69. Apparuit interea Maria Magdalena in ſomnis principi prouinciæ & vxori eius ter, dure increpans crudelitatem eorum, quod deliciis & diuitiis abundantes ſinerent ſanctos Dei fame cruciari. Qui timentes eos humane ſuſceperunt. Audientes autem princeps & vxor eius cum populo prædicationem Mariæ Chriſtum annunciantis & virtutes eius, cùm eſſent ſteriles, dixerunt ei. Si nobis vales obtinere à Chriſto tuo, vt filium maſculum habeamus, parati ſumus obtemperare dictis tuis & credere in Chriſtũ: quod Maria Magdalena precibus impetrauit, exindéque mulier concepit. Quia vero Maria commendauerat Petrum Apoſtolum Romæ exiſtẽtem principalem magiſtrum huius doctrinæ miraculis plurimis eam comprobantem, diſpoſuit princeps illuc accedere pro pleniori informatione, quem vxor etſi prægnans ſequi voluit, eiſque Maria ſignum crucis in humeris fecit, ne hoſtis antiquus eorum iter impediret. Nauigantib. ergo illis tẽpeſtas magna exorta eſt, propter quam matronam illam dolores partus arripuerunt, & enixa maſculum in partu expirauit. Princeps autem vehementer expauit, tum ex morte vxoris, tum ex morte paruuli vagientis ſecuta, cùm lacte non poſſet nutriri. Cùm autem nautæ corpus defunctæ in mare vellent proiicere, occurrit eis quidam collis ad modum paruulæ inſulæ in mari. Ad quem deſcendentes matrem cum paruulo vagienti poſuerunt cõmendantes illos Mariæ Magdalenæ. Itérque ſuum perſecuti Romam applicuerunt. Et Petrum Apoſtolum viſitans ipſe princeps reuerenter de ſingulis edoctus eſt, & charitatiuè ſuſceptus. Qui ei renunciauit infortunium in mari & mortem vxoris. Confortauit autem eum Petrus dicens, quia dominus eum conſolaturus eſſet. Porro reuertens princeps ad propria per mare, appropinquans loco collis illius vbi cadauer vxoris cum paruulo dimiſerat, deſcendit de naui, inuenítque vxorem viuam cum paruulo, qui nimium lætificati de tanto miraculo immenſas gratias Deo reddentes, & meritis beatæ Mariæ Magdalenæ totum attribuentes, ad ciuitatem ſuam poſtea deuenerunt, narrantes mirabilia Dei. Et deſtruentes omnia idola ciuitatis, Eccleſias conſtruxerunt plurimas, fidem & baptiſma plurimis recipientibus. Et beatum Lazarum Maſſiliæ epiſcopum præfecerunt. Exinde ad Aquenſem ciuitatem tranſeuntes populum illum ad fidem induxerunt ordinato ibi in epiſcopum beato Maximino: de quo ſupra.

Petrum Magdalena com mendat.

Maſſilienſes ad Chriſti fidẽ cõuertuntur.

§. II.

DENIQVE beata Maria Magdalena diuinæ contẽplationis auida, aſperrimam heremum petiit, & in loco diuinitus præparato triginta annorũ ſpatio hominibus incognita manſit. In quo loco nec aquarum erant fluenta, nec arborum ſolaria, vt ex hoc oſtenderetur quòd redemptor noſter non terrenis epulis, ſed cœleſtibus refectionibus diſpoſuerat eam ſatiare. Qualibet autem die ſeptem horis canonicis ab Angelis in æthera leuabatur, & cœleſtium agminum glorioſos concentus corporalibus etiam auribus percipiebat, quibus tanquam ſuauiſſimis dapibus quotidiæ ſaginata, & inde per Angelos ad proprium locum reſtituta corporeis cibis non egebat.

Sacerdos autem quidam ſolitarius & vitam heremeticam agere cupiens ſibi, cellulam fabricauit prope ad miliare cum dimidio ad dictũ locum. Vna autem dierũ dominus aperiens oculos dicti heremitæ, vidit oculis corporeis Angelos in humana ſpecie eleuantes è terra ex dicto loco quandam mulierem, & iterum poſt horam reponentes illam. Quo cùm pergeret appropinquans ad locum incipiebat deficere, retrocedens vires priſtinas reſumebat. Ex quo intelligens myſterium Dei eſſe, adiurauit in nomine Ieſu Chriſti vt ſi homo eſſet ſibi indicaret quis & qualis eſſet. At Maria Magdalena dixit ſe eſſe illam peccatricem, de qua in euangelio legitur narrans ei tempus ſuæ inibi manſionis, & ſeptenariæ quotidie per Angelos ſubleuationis; mandans ei, vt beato Maximino hoc reuelaret. Et cùm eſſet de corpore migratura, domino reuelante, die dominica ſequenti in aurora eam in Eccleſia expectaret, vt daret ei viaticum. Quod cùm feciſſet, ille ex hoc magnum gaudiũ ſuſcepit, vt autem prædixerat beato Maximino eam in Eccleſia expectante, apparuit beata Maria duobus cubitis à terra eleuata in medio Angelorum & multo lumine circundata. Quæ corã clero & populo cum multis lachrymis Euchariſtia ſumpta ſpiritum ibi reddidit Deo, ſepulta iuxta altare. Egeſippus ſatis concordat cum dicta hiſtoria.

Magdalena moribunda Euchariſtiã ſuſcipit.

¶ *De conuerſatione beatæ Marthæ.*

CAP. XX.

MARTHA ſoror Mariæ Magdalenæ vt dictum eſt in ca. præcedenti poſt aſcenſionem domini cum Maria & aliis pluribus miſſis à Iudæis in nauiculam vt ſubmergerentur, deuenerunt Maſſiliã, quarũ verbis & exẽplis conuerſa eſt ad fidẽ illa regio. Erat autem tũc tẽporis ſuper flumen Rhodanũ in nemore quodam inter Arelate & Auenionẽ draco quidã quem vocant Tarraſchon, qui media ſui parte habebat formam piſcis, alia vero formam animalis terreſtris, craſſior boue, longior equo, habens dentes ad modum enſis acutos. Qui latens in flumine omnes trãſeuntes perimebat, & naues tranſeuntes ſubmergebat. Venerat autem per mare de Galatia Aſiæ à [a] Leuiatham generatus, qui eſt ſerpens aquoſus & ferociſſimus, ad quem Martha à populis illius regionis rogata acceſſit, & ſigno crucis ei oſtenſo, ac aqua benedicta aſperſo, vt ouis mitis effectus ab ea cingulo ſuo ligatus & inde eductus, à populo lanceis & lapidibus perimitur. Exinde de conſilio ſui magiſtri ſancti Maximini magnam Eccleſiam fieri ibi præcepit, & habitationem ſuam iuxta eam, vbi congregata ad eam magna multitudine mulierum ad ſeruiendum Deo aſperã vitam duxit, carnẽ non comedens, nec oua, vel caſeum, vinum non bibens, ſemel in die comedens, centies in die totidem nocte genua in oratione flectebat. Nuſquam legitur habuiſſe virum

De D. Martha.

a Hoc redolet Rabbinorum anilem de Leuiathan traditionem: illi enim in Thalm. ord. 4. tract. 3. aiunt Deum quinta die creaſſe piſces duos magnitudinis pene interminatæ Leuiathan appellatos, quorum ille fœmellam occidit, eiúſque carnes ſalitas pro epulis delicatiſſimis electis præparauit. Marem autem reſeruauit viuũ, vt cum eo ſucceſſiuis diei horis luderet. vide Sixtum Sen. lib. 1. biblioth. vbi agit de tertio & quarto libro Eſdræ, hoc autem dico, non vt Draconem illum à D. Martha occiſum negem, ſed ſolum eius generationem a Leuiathan vnde ſit producti inſinuem, cui non aſſentiendum puto.

A.C. 69.

rum autem hominum contubernium. Quemdam iuuenem in fluuio iuxta Auenionem ſubmerſum & defunctum vitæ reſtituit & ſaluti, qui infidelis erat.

§. I.

REVELAVIT autem dominus ei obitum ſuum per annum antequam moreretur, in quo toto febricitauit. Sed ante octauum diem ipſius obitus Angelorum choros animam ſororis tunc defunctæ in cœlum deferentes audiuit, cui & dixit. O ſoror mea dilecta Maria viuas cum magiſtro & hoſpite meo in ſede beata. Congregariſque ſodalibus hoc eis intimauit. Adueniente tandem die obitus ſui, admonuit ſuos vt accenſis luminaribus vſque ad obitum ſuum circa eam vigilarent. Media autem nocte ſomno grauitatis adſtantibus, ecce ventus vehemens qui extinxit luminaria omnia. Illa vero malignorum ſpirituum turbam cernens, orare cœpit & dicere. Mi pater heli. Mi hoſpes chare congregati ſunt ſeductores ad me deuorandum, ſcripta tenentes quæ geſſi. Heli ne elongeris à me, ſed in adiutorium meum intende. Et ecce ſubitò ſororem Mariam vidit cum multitudine Angelorum ad ſe venientem cum facula accenſa, qua extincta luminaria ſunt rurſus accenſa. Cùm altera alteram vocaret, ecce Chriſtus aduenit dicens. Veni dilecta hoſpita mea, & ſicut me ſuſcepiſti in hoſpitio tuo terreſtri, ſic te hodie ſuſcipio in hoſpitio cœleſtis gloriæ. Appropinquantéque hora tranſitus ſui, fecit ſe extra deferri vt cœlum videret, & poni in terram ſuper cinerem, & ſignum crucis coram ſe teneri, & paſſionem domini ſecundum Lucam coram ſe legi. Cùm autem lector ad verbum illud vltimum Chriſti veniſſet, Pater in manus tuas &c. ſpiritum ipſa emiſit ad cœlum cum Angelis aduolantem. Die vero dominica cùm circa corpus eius laudes Dei & exequiæ celebrarentur hora tertia beato Frontonio apud Petragoricas miſſarum ſolennia populo celebranti, & poſt epiſtolam in ſede obdormienti apparuit dominus dicens. Surge & ſequere me. Cum eo igitur pergens venerunt Terraſconem & intrantes Eccleſiam vbi corpus beatæ Marthæ iacebat, celebrabant officium aliis reſpondentibus, quouſq; dominus cũ Frontonio eam ſepulturæ tradiderunt. Cùm autem Petragoricenſis populus expectaret miſſæ abſolutionem, diaconus excitauit Frontonium dormientem, qui euigilans ait. Cur me excitaſtis fratres? dominus noſter Ieſus Chriſtus, me vocauit ad officium corporis Marthæ hoſpitæ ſuæ & ipſam nunc tradidimus ſepulturæ. Mittite nuncios illuc qui annulum noſtrum & chirothecas deferant, quæ dum ad corpus ſepeliendum me aptarem ædituo commendaui, & ex obliuione dimiſi, quia tam cito excitaſtis me. Miſſúſque nuncius annulum & vnam chirothecam reportauit, nam aliam ſibi retinuit ſacriſta in huius rei teſtimonium. Non eſt credendum quòd Frontonius in propria perſona vtrobique eſſet, & in ſede dormiens apud Petragoricas, & officiũ exercens ſepulturæ Terraſconi, ſed cùm in propria perſona dormitaſſet, in ſomnis vidit ſe illi officio ſepulturæ intereſſe, non quòd ipſe fuerit præſens, ſed Angelus domini in effigie eius officium illud exercens, qui & chirothecas & annulum aſportauit illuc. Ad quod optime facit quod habetur. 26. quæſt. 5. epiſcopi. Ibi dicitur quòd Ezechiel propheta viſiones domini in ſpiritu non in corpore vidit. Et Paulus non audet ſe dicere raptum in corpore. Marcella vero eius pediſſequa dicitur con-

Tranſitus beatæ Marthæ. Luc. 23.

Frõtonius epiſcop⁹.

Quomodo Frontonius & Petragoricis dormiens fuerit, & Terrachoni funeri D. Marthę adſtiterit. 2. Cor. 2. Marcella Marthę pediſſequa.

ſcripſiſſe vitam eius, quæ poſtea in Sclauoniam pergens & ibi prædicans plurimos ad fidem conuertit. Et poſt decem annos à dormitione Marthæ in pace quieuit.

A.C. 15.

¶ *De imperatoribus tempore Chriſti regnantibus, videlicet Octauio & Tiberio.*

CAP. XXI.

POST fundamentum prophetarum & Apoſtolorum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu de quibus ſupra dictum eſt, in quo omnis ædificatio Eccleſiæ conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino. Et vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis eſt ſuper ædificium, ait Gregor. 1. quæſt. 1. cum Paulus. Iam videndum eſt de iis qui ſuperædificant aurum, argentum & lapides pretioſos, ſanctitatis, ſcilicet & perfectæ charitatis doctrinæ, fidei, ſapientiæ, honoris & veritatis, exquiſitarum & innumerabilium pœnarum, patientiæ ſanctorum martyrum & firmitatis, non quidem de omnibus, ſed de iis qui notiores hominibus extiterunt, & ſunt in veneratione hominum. Quorum architecti fuere ſummi pontifices cooperatores Chriſtianiſſimi, vnde Iſidorus. Sæpe per terrenum regnum proficit regnum cœleſte, vt qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam agunt, rigore principum conterantur. Cognoſcant ergo ſæculi principes Deo ſe rationem reddituros, propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. 23. quæſt. 5. principes. Principes vero illi qui oppugnauerunt eam, & exinanire moliti ſunt vſque ad fundamentum in eam, [vixerunt vſque ad Conſtantinum, qui tamen illi nocere] non potuerunt, ſed ipſi exterminati ſunt & ad inferos deſcenderunt cum armis malitiæ ſuæ. Deſcribentur ergo per ordinem ſucceſſiue qui pontificio functi ſunt in Apoſtolica & Romana ſede, & qui imperio ſublimati, & quæ ſunt mira & notoria temporibus eorum, & non ſolum fidelium, ſed & infidelium geſta & ſapientum dicta.

Eph. 2. Propoſitio ſequentis operis.

Gr. Antio. epiſcopo ep. 47. li. 6. 1. Cor. 5.

§. I.

SVB Octauiano igitur natus eſt Chriſtus anno imperij ſui quadrageſimo primò. Sub Tiberio vero ſucceſſore eius anno decimo octauo, paſſus eſt, & reſuſcitatus tertià die, apparens diſcipulis, & Petro ſummum pontificatum conceſſit, quem tenuit ſub reſiduo vitæ Tiberij, & ſub Caio Caligula, & ſub Claudio, & ſub Nerone imperatoribus ſibiinuicem ſuccedentibus, & à Nerone ipſe eſt cum Paulo martyrizatus. Et hi omnes, etſi ethnici, perſecutionem non intulerunt Chriſtianis, niſi Nero poſt aliquot annos ſui imperij, qui primam perſecutionem excitauit contra Chriſtianos. Quãobrem Deo diſponẽte data eſt facultas Apoſtolis & aliis eorũ diſcipulis illo interuallo dilatandi Eccleſiam per orbẽ, quamuis non ceſſauerint aliquæ perſequutiones in locis particularib. Iudæor. & Gentiliũ contra aliquos ſanctos. De vita igitur & qualitate dictorum imperatorum videndum eſt. Mortuo igitur Octauiano Auguſto (vt ait Euſ.) Romanorum imperator [a] tertius fuit Tiberius, qui regnauit annis

Hæc Euſ. lib. 2. ca. 2.

Euſeb. in Chroni.

a Tiberius Iulius Auguſti filius tertius populi Romani imperator imperauit annos viginti duos, menſes ſex & dies viginti ſex A. C. decimo quinto, & decimo quarto cal. Sept. Tiberij Iulij Cæſaris Auguſti imperij initium. Onuph.

A.C. 15.

viginti tribus. Cœpit autem imperare anno à natiuitate domini decimotertio. Et ab initio mundi ter milleſimo nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundùm Hebræos.Sed ſecundùm 70.& Eccleſiæ communiorem opinionem & Euſebium in chroń. quinquies milleſimo centeſimo nonageſimonono. Hic vt ait Sueto. ciuilem admodum vitam inter initia principatus: ac paulò minus quàm priuatam egit. Ex plurimis, maximíſque honorib.præter paucos &modicos n'on recepit. Prænomen imperatoris cognoménque patris patriæ & oblatam in veſtibulo ciuicam coronam recuſauit. Adulationes adeò auerſatus eſt,vt conſularem ſatisfacientem ſibi ,ac per genua orare conantē,ita ſuffugerit, vt caderet ſupinus, atque etiam ſi quid in ſermone vel in continua oratione blandius de ſe diceretur, non dubitaret interpellare ac repræhendere & commutare continuo. Sed aduerſus conuicia malóſque rumores & famoſa de ſe, & ſuis carmina firmus ac patiens, ſubinde iactabat in ciuitate libera , linguam mentémque liberas eſſe debere. In appellandis venerandiſque ſingulis & vniuerſis prope exceſſerat humanitatis modum.Curiam nunquam niſi ſolus intrauit.Quædam aduerſus ſententiam ſuam decerni, nec queſtus quidem eſt:conſulibus palam erat ipſum quoque adſurgere,&decedere è via.Præſidibus onerandas tributis prouincias ſuadentibus reſcripſit boni paſtoris eſſe tondere pecus non deglubere. Ludorum ac numerum impenſas corripuit.Adhibendum ſuppellectili modum vſque adeo cenſuit, vt parſimoniam publicam exemplo quoq; iuuaret. Quæſtura quemdam remouit, quòd vxorem pridie ſortitione ductam poſtridie repudiaſſet. Mathematicos vrbe expulit,ſed depræcantibus, ac ſe artem deſituros promittentibus veniam dedit. In caſtris tyro etiam tum propter nimium potus & comeſſationes vini auiditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio, Caldius, pro Nerone Mero vocabatur. Poſtea princeps in ipſa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco & Lucio Piſone noctem, continuúmque biduum epulando potandóque conſumpſit, quorum alteri Siriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis confeſtim detulit. Ignotiſſimum quæſturæ candidatum nobiliſſimis antepoſuit, ob epotam in conuiuio propinante ſe vini amphoram. Aſellio Sabino ſeſtertia ducenta donauit pro dialogo, in quo boleti, & ficedulæ, & oſtreæ & turdi certamen induxerat. Pecuniæ parcus ac tenax, comites peregrinationum expeditionúmque, nunquam ſalario, cibariis tantum ſuſtentauit. Miſſiones verum veteranorum rariſſimas fecit, ex ſenio mortem, & ex morte compendium captans.Procedente mox tempore ad rapinas animum conuertit.Sat conſtat Lentulum cui cenſus maximus fuerit metu & angore ad faſtidium vitæ ab eo actum, vt ne quó niſi ipſo hærede,moreretur. Cùm ſoleret ex lectione quotidiana ſuper cœnā proponere & cōperiſſet Seleucū grammaticum à miniſtris ſuis perquirere,quos quoque tempore tractaret authores, atque ita præparatum venire primum à contubernio ſuo remouit, deinde etiam ad mortem compulit. Militem prætorianum ob ſubreptum è viridario pauonem,capite puniuit. Nullus à pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſus quidem ac ſacer. Accuſati damnatíque multi cum liberis [atque etiam cum vxoribus ſuis.] Interdictum ne capite damnatos propinqui lugerent.Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum etiam paucorum, ſimpliciúmque verborum. Obiectum eſt poëtæ quòd in tragœdia Agamēnonem probris laceſſiſſet. Obiectum & hiſtorico quòd Brutum & Caſſium vltimos Romanorum dixiſſet, animaduerſum eſt ſtatim in authores, ſcripta abolita, quamuis probarentur etiam aliquot ante annos audiente etiam Auguſto recitata.Quibuſdam cuſtodiæ traditis,non ſolum ſtudendi ſolatium ademptum, ſed etiam ſermonis & colloquij vſus. Citati ad cauſam dicendam partim ſe domi vulnerauerunt certi damnationis, ſed ad ignominiam vexationémque vitandam partim in media curia venenum hauſerunt, & tamen colligatis vulneribus ac ſemianimes palpitantéſque adhuc in carcerem rapti ſunt. Mori volentibus, vis eſt adhibita viuendi. Nam mortem adeo leue ſupplicium putabat vt cùm audiſſet vnum ex reis Carnulium nomine eam anticipaſſe, exclamauerit: Carnulius me euaſit. Præcanti etiam cuidam pœnæ maturitatem, reſpondit. Nondum tecum in gratiam redij.Incedebat ceruice rigida atq; obſtipata, adducto fere vultu, plerunque tacitus. Nullo aut rariſſimo ſermone etiam cum proximis, eóque tardiſsimo, nec ſine molli quadam digitorum geſticulatione, quæ omnia ingrata erant & arrogantiæ plena. Circa Deos & religiones negligentior quippe addictus [a] mathematicæ, perſuaſioniſque plenus, cuncta fato regi putās.Tonitrua tamē præter modū expaueſcebat,& turbatiore cœlo nunquam non coronam lauream capite geſtauit, quòd flumine afflari negetur id genus frondis. Artes liberales vtriuſque generis ſtudioſiſsime coluit. Affectatione & moroſitate nimia ſtylum obſcurabat in oratione, vt aliquanto ex tempore quàm à cura præſtantior haberetur. Et vt refert Ioſephus in omnibus negotiis ſuis moroſus erat. Vnde cùm ſtatueret procuratores in prouinciis, vix aut nunquā mutauit eos. Quod cùm ſæpius quæſitum eſſet ab eo, quare non mutaret procuratores, reſpondit ſe in hoc parcere plebeculæ. Scientes enim procuratores ſe niſi ad modicum habere procuratorium officium, emungunt vſque ad ſanguinē,& tanto dominantur grauius, quanto breuius, & qui recentes ſuperueniunt, diſsipant quicquid inuenerint. Quod & oſtendit exemplo cuiuſdam vulnerati, qui cùm iaceret in via & non amoueret multitudinem muſcarum à vulnere, ſuperueniens alter putauit, quòd omitteret ex imbecillitate, & abegit muſcas quæ operuerant vulnus. Ad quem ille. Male (inquit) feciſti mihi, quia muſcæ quas amouiſti iam plenæ erant ſanguine, & parcius moleſtabant me. Quæ autem ſuperuenient recentes acrius pungent me. Sic procuratores officiales recenter ſubſtituti actius in ſubiectos deſæuiunt. Secundum autem Euſeb.in chron.anno imperij Tiberij vigeſimoprimo, Pilato de dogmate Chriſtianorum referente ad Tiberium, retulit Tiberius ad ſenatum, vt inter cætera ſacra reciperetur. Richardus de ſancto Victore. Mos erat Romanis, vt prouinciarum iudices ſenatui ſcripto renunciarent, ſi quid noui in iis, quas regebant prouinciis accidiſſet. Pilatus ergo ſcripſit epiſtolam ad Tiberium de iis, quæ perpetrata fuerant in dominū Ieſum, deſignans etiam ei ꝙ ipſe erat verè ſaluator mundi. Et ponit

Margin notes (left column): Suet. in Tib. c. 26. Tiberij modeſtia. — cap. 27. Adulationes deteſtatur. — cap. 28. Conuicia ſuſtinet. — cap. 29. Humanitas. — cap. 31. — cap. 32. Boni paſtoris eſt tondere pec' non deglubere. — cap. 34. Parſimonia. — cap. 35. Mathematicos. — cap. 36. — cap. 42. — cap. 46. Auaritia. — cap. 48. — cap. 49. — cap. 56. Crudelitas. — cap. 60. — cap. 61.

Margin notes (right column): A.C. 15. — cap. 68. — cap. 69. — cap. 70. — Ioſ. lib. 18. antiq. c. 8. — Euſ. Cæſ. lib. 2. ca. 2. ex Tertul.

a Nota Mathematicam illam genethiacorum ſeu iudicariam aſtrologiam homines ſecuros religionis reddere.

Vincen.

A.C. 38.

Sūma epiſtolę Pilati ad Tiberium de Chriſto.

Vincen. in ſpec. hiſt. verba epiſtolæ, lib. 9. Vbi ſubſtātialiter narrat Pilatus quomodo Iudæi quemdam de genere ſuo promiſſum à Deo per prophetas ſuos multa miracula facientem, illuminando cæcos, ſanando infirmos, reſuſcitando mortuos, quem populus dicebat Dei filium eſſe, ipſi inuidia mori principes ſacerdotum tradiderunt mihi eum, & alia pro aliis mentientes eum magnum & contra legem eorum agere dixerunt. Ego autem arbitrio eorum morti crucis eum adiudicaui, qui mortuus tertia die reſurrexit viuus. Tiberius autem (vt ait Richardus qui & ſupra) cum ſuffragio magni fauoris retulit ad ſenatum poſtulans vt Chriſtus Deus diceretur. At ſenatus recuſauit indignatus quòd non ad ſe ſecundùm morem epiſtola primo ſit delata. Ab illo itaque die cœpit mutari laudiſſima prius principis modeſtia in pœnam ſenatus contradictoris. Verumtamen quamuis ſenatuconſulto cautum eſſet (dicit Euſeb. in chron.) Chriſtianos eliminari ab vrbe: Tiberius tamen per edictum Chriſtianorum accuſatoribus comminatus eſt mortem, vt ſcribit Tertull.

Tertul. in Apol. ca. 5.

§. II.

Ioſeph. li. 18. cap. 4.

Paulinæ Romanæ ludibriū.

DE famoſo Paulinæ ludibrio in templo Iſidis Romæ facto narrat Ioſephus, quòd cùm quædam mulier nomine Paulina Romæ eſſet preſtantiſſimi decoris & eminentis gratiæ nupta nobiliſſimo ciui tentata fuit à quodam militiæ duce qui dicebatur Mundus. Nec inflexa vnquam precibus fuit nec muneribus, ſed vitio ſuperſtitionis errori patuit. Nam ſubornatis Iſidis ſacerdotibus, qui velut Dei Anubis mandata perferrent ad eam quòd ad templum eam inuitaret, delectatúmque ſe eius ſedulitate & pudicitia habere, quod ei ſecreta nocte committere vellet. Hæc illa læta accipiens ad maritum detulit Deum ſuis votis adeſſe, ab eo ſuam poſci præſentiam, negare ſe non poſſe obedientiam. Itáque & ex ſua & mariti ſententia pergit ad templum Iſidis, noctem exegit. Remotiſque procul arbitris quaſi ſacri myſterij cognitionem percepturam ſeſe ſtratis ſuis compoſuit, exiſtimans quòd Deus ſuus ad eam veniret in ſomnis. Verum vbi aliquid noctis proceſſit, quo facilius ſomno plena deciperetur, Mundus ille aſſumpto Anubis vultu atque habitu aduenit & in oſcula eius ruit. Expergefacta muliere Anubim ſe eſſe dicit. Illa Deum eſſe credens & ſe beatam aſſerens quòd eam viſitare dignatus eſſet amplexum petenti non negauit, prius tamen quærens, vtrum Deus homini miſceri poſſet. Ille promit exemplo, & quòd Deum Iouem ſummum Deorum Alcmena ſuſcepit, & plures aliæ Deos receperint, de ſe quoque Deum eſſe generandū ſuadet. Poſt concubitum mulier redit ad maritū lætior, dicens quòd Deo ſit mixta & eius promiſſo deum generatura. Fit ingens in ſtupro mulieris mariti gaudium. Poſtea occurrit mulieri Mundus, & ait. Beata Paulina concubitu Dei. Magnus Deus Anubis. Sed diſce te ſicut Diis, & hominibus non negare, quibus Dij tribuunt quòd tu negaueras, qui nec formas ſuas nobis dare nec omnia dedignantur. Ecce ad ſacra ſua Deus Anibus vocauit Mundum vt eum tibi iungeret. Quid ergo tibi profuit duritia tua, niſi quòd te viginti millibus quæ tibi contuleram, compendio defraudauit. Mulier ſe illuſam intelligens, & dolens iniuriam pudicitiæ, fraudem marito confeſſa eſt. Et ille

Impurus Mundus Deorum fabulis ſuam impudicitiā velat.

A principi querelam pertulit. Qui motus potentis viri contumelia, atque atrocis flagitij commento, ſacerdotes è templo rapit quæſtioni ſubiicit, confeſſos necat, ſimulachrum Iſidis in Tiberim demergit. Mundo autem fugiendi poteſtas permiſſa eſt, eo quòd amoris & formæ gratia ſuperatus leuius exiſtimaretur multandus. Quod igitur ludibrium imperante Tiberio acciderat prætereundum non putaui, vt ex eo colligeretur deformitas imperatoris. Sicut enim boni principis vita quædam bonitatis præſcriptio & viuendi forma eſt, ſic eius colluuio lex flagitiorum eſt. Hic etiam attendenda eſt falla-

B cia & ſtultitia idololatriæ & vanitas fœminæ.

A. C. 38.

Boni principis vita viuēdi forma eſt.

Anno ſecundo Tiberij duodecim ciuitates terræmotu corruerunt, Epheſus & aliæ. Idem Tiberius Pontium Pilatum miſit in Iudæam procuratorem pro imperio. Hic poſt paſſionem Chriſti in quem tulit iniquam ſententiam, per aliquot annos accuſatus à Vitellio præſide Siriæ & etiam à Iudæis coram Tiberio de violentia & interfectione innocentium & quòd Iudæis reclamantibus ponebat imagines Gentilium in templo, & quia pecuniam poſitam in corbonam redigebat in vſus ſuos, faciens aquæ ductum in domum ſuam, ſententiam

C contra ſe reportauit relegationis ſeu exilij ad Lugdunum, vnde erat oriundus, vt in opprobrium ſui generis ibi moreretur. Qui demum, vt ait Euſebius, in multas incidens calamitates manu propria ſe occidit.

Pl. lib. 2. nat. hiſto. cap. 84.

Ioſeph. li. 18. ant. c. 4. hæc tāgit.

Pilati exitus miſerabilis.

Euſ. lib. 2. hiſt. eccl. cap. 7.

§. III.

HVIVS Tiberij tempore mortuus eſt Philippus tetrarcha Itureę & Traconitidis regionis frater Herodis tetrarchæ Galilææ. Mortuus eſt etiam Ly-

D ſanias Abilinæ tetrarcha. Et ita vacantibus duabus tetrarchiis aſpirabat ad alteram earum alius Herodes Agrippa nepos Herodis tetrarchæ, & frater vxoris eius ſcilicet Herodiadis, quæ fecit decapitare Ioannem Baptiſtam. Fuerunt enim hic Herodes & illa Herodias filij Ariſtobuli filij magni Herodis, qui occidi fecit paruulos innocentes. Erat autem vir iſte magnanimus & bellicoſus. Diſpoſuit ergo Romam pergere ſi forte poſſet & à Tiberio imperatore alteram tetrarchiarum conſequi. Venientem ergo Romam cùm Tiberius videret eum militem ſtrenuiſſimum, retinuit ſecum, & fecit vt

E adhæreret Druſo filio ſuo, cui iam in vita imperium dederat. Erat autem vir magnæ liberalitatis, & vt ſibi conciliaret animos Romanorum multa expendebat, multiſque ſe debitis obligauerat. Et vt dicit Ioſephus, non fuit in quo mutabilitas fortunæ adeo poſſet depræhendi. Et primo in hoc male contigit ei, quia mortuus eſt Druſus filius Tiberij, de cuius morte adeo inconſolabiliter doluit Tiberius, vt omnes præſentia ſua amoueret qui familiariter adhæſerant Druſo, ne reducerent ei ad memoriam mortem eius. Vnde compulſus eſt Herodes redire in Iudæam, qui deſperans præ nimia paupertate turrim intrauit, vt ibi afficeretur fame, &

F ita moreretur. Quod ſignificauit vxor eius ſorori ſuæ Herodiadi vxori Herodis tetrarchæ. Quæ ſupplicauit viro ſuo vt reuocaret eum de turri, & daret ei ad vitam neceſſaria. Qui acquieuit, & ſtatuit ei vitam in Tiberiade, & aſſignauit ei domum, & dedit neceſſaria ad vitā. Quadam vero die cùm eſſet Herodes

Philippi tetrarchæ mors.

Ioſ. lib. 18. cap. 6.

Herodes Agrippa.

Ioſeph. li. lib. 18. c. 8.

Sue. tamē videtur aliter ſentire cap. 52.

Varia Agrippæ fortuna.

A.C. 35.

rodes tetrarcha in Tiberiade & epularetur, factus hilarior ſolito improperauit ei beneficia ſua quæ ei cõtulerat, ſcilicet quod eum liberauit à peſte famis. Et doluit idem Agrippa vltra modum. Diſpoſuit ergo iterum redire Romam ad Tiberium, ſi fortè inueniret animum eius immutatum. Qui honorifice receptus eſt ab eo. Cùm autem haberet duos nepotes Tiberius, alterum ex filio Druſo ſcilicet Tiberium dictum, & alterum ex fratre Germanico nomine Caium, volebat ſibi ſubſtituere in imperio filium filij ſui, id eſt, Tiberium, eo quòd magis diligebat eum. Herodes autem diligebat Caium, magiſque ei adhærebat, vnde in ſe ſuſcitauit iram Tiberij latenter. Quadam enim die cùm ſederet Agrippa cum Caio in curru, leuatis in cœlum manibus aiebat. Vtinam viderem mortem importuni ſenis, & Caium dominum totius orbis. Hoc audiuit quiſpiã id eſt, auriga Agrippæ, qui poſtea incarceratus ab Agrippa propter furta, accuſauit Agrippam de crimine læſæ maieſtatis, quia orauerat pro morte imperatoris. Tiberius aliquamdiu diſſimulauit. Quadam autem die cùm ambularet Tiberius in curru æquorum, & teneret Agrippam per manum, vocato carceris cuſtode dixit. Liga hunc, & pone in carcerem. Et miratus eſt Agrippa & vniuerſi, quòd præcepiſſet eum ligari cùm purpuratus incederet, quia de ſemine regio erat. Cùm autem duceretur ad carcerem, patiebatur Agrippa intolerabilem ſitim, quia ſplendide comederat. Et forte occurrit ei portitor aquæ, qui dedit ei bibere. Et poſtquam ea refocillatus eſt, promiſit ei quòd in proximo remuneraret ei, in regno Caij, confidens quòd Caius eſſet regnaturus breui. Quadã die cùm ſtaret innixus arbori Agrippa, cuius frondibus inſidebat bubo, acceſſit ad eum vnus de concaptiuis & dixit ei. Noli exiſtimare, quod adulando loquar tibi, ſed cùm ſis concaptiuus mecum, volo indicare tibi, quod indicauerunt mihi Dij. Erat hic peritus in auguriis valde. Cito inquit liberaberis, & in tantum ſublimaberis, quòd inuidebunt tibi etiam omnes amici tui, & in hac proſperitate morieris, relinquens bona tua filiis tuis. Quamcitò autem huius generis alitem ſuper te amplius videbis, ſcito quòd quinta die morieris. Cùm autem eſſet Agrippa in carcere, deferebat ei dominus carceris ſciens eum nobilem & familiarem Caij, & ſuſtinebat tanquam ignorans ſibi multas commoditates fieri in carcere ab amicis ſuis, & fuit ibi per ſex menſes.

Agrippa in carcerẽ mittitur.

Fanatici cuiuſdam de Agrippa prædictiones.

§. IIII.

DE morte Tiberij & ſubſtitutione Caij, & ſublimatione Agrippæ. Cùm autem eſſet Tiberius apud Capreas, cœpit infirmari. Vidénſque ſe moriturum conuocatis nobilibus imperij ſui, & duobus nepotibus Tiberio & Caio, ſtatuit vt die craſtina ſubſtitueret ſibi ſucceſſorẽ. Et orauit Deos patrios, vt deſignarent manifeſto aliquo indicio, quem nepotum ſuorum vellent ſubſtitui in imperio. Et ſtatuit apud ſe, vt qui eorum prius veniret ad ſe in craſtinum illum conſtitueret imperatorem, ita vt quaſi per ſortem eligeretur: tamen ſignificauit Tiberio, vt prior veniret, qui mane venire noluit niſi pranſus. Venit ergo prior Caius. Quem videns Tiberius fleuit amarè dolens, quòd alter non venerat quem volebat ſubſtituere. Et locutus eſt ad eum Tiberius. Fili tu ſuccedes mihi in imperio, quod magis debebatur Tiberio hæreditario iure vt filio filij. Sed ego te video vtilem imperio & noui mentes Deorum. Vnde conuocatis nobilibus denunciauit imperatorem, & mortuus eſt. Et ſtatim inſonuit aliquantulum fama Romæ, & venit quidam Hebræus amicus Herodis Agrippæ ad carcerem & dixit ei Hebraicè. Mortuus eſt leo. Et cœpit Agrippa mirabiliter gratulari, ita vt quæreret dominus carceris cauſam tantæ gratulationis. Et confeſſus eſt quòd ille ſignificauerat ei mortem Tiberij. Et ſtatim dominus carceris liberauit eum, & ſtatuit ſibi collateralem in menſa. In craſtino inſonuerunt alij rumores, ſcilicet quòd Tiberius conualuerat, & tertia die Romam eſſet venturus. Tunc arguit eum dominus carceris dicens, quòd eum deceperat. Et ne in caput eius redundaret, quòd eum à carcere liberauerat, mirabiliter verberauit eum, & repoſuit in carcerem. Poſtea increbruerunt certi rumores de morte Tiberij & ſublimatione Caij. Venit ergo Caius Romam, & honorifice ſepeliuit Tiberium. Voluit etiam ipſa die Agrippam à carcere liberare, ſed diſſuaſum eſt ei ne videretur facta Tiberij in irritum tam ſubitò reuocare. [Elapſis tamen non multis diebus acceſſitum ad ſe domum tonderi veſtémque mutare præcepit. Impoſito deinde in eius caput diademate,] dedit ei duas tetrarchias, ſcilicet quæ fuerant Philippi & Lyſaniæ, & ſublimauit in regem remittens eum in Iudæam. Sublimato ergo Herode Agrippa in regem inuiderunt ei omnes propinqui ſui etiã ſoror eius Herodias, quæ enim miſerta fuerat infœlicis, inuidit fœlici, & præcipuè, quòd habebat nomen regis, quódque vir eius qui erat maior natu filius magni Herodis, nunquàm meruit rex appellari, ſed tantum tetrarcha. Perſuadebat ergo viro de die in diem vt iret Romam, & ſatageret modis omnibus, quòd compararet ſibi nomen regis. At ille malebat eſſe in otio, quia opulentus erat. Vnde ſæpe vxor eius exaſperata ſibi dicebat, Pereant opes tuæ, quia tu magis opes diligis quam honores. Tandem victus inſtantia vxoris acceſſit Romam cum vxore ſua ad Caium in magno apparatu, & inuenerunt Caiũ apud Baias. Herodes autem Agrippa, qui perſenſerat, quòd non pro bono ſuo acceſſiſſent Romam, diſpoſuit ire poſt eos, ſed præmiſit nuncium familiarem ſuum amiciſſimum Caio, per quem direxit epiſtolam in qua continebatur quòd etiam viuente Tiberio ille Herodes tetrarcha amicitias contraxerat cum rege Parthorum, vt eſſet rebellis Romano imperio. Et in huius rei argumentum ſignificauit ei quòd habebat in ciuitatibus ſuis arma quæ ſufficerent ſeptuaginta millibus hominum. Cúmque Herodes tetrarcha Antipas cognominatus, cum Herodiade vxore ſua ſuſcepti fuiſſent à Caio honorifice, ſuperuenit nuncius Agrippæ deferens epiſtolas ipſius. Caius lecta epiſtola cœpit inquirere aliunde de ſtatu Herodis tetrarchæ, & vtrũ in ciuitatibus ſuis tanta eſſet copia armorum, quanta ipſe audiuerat, & non negauit. Et tunc credens Caius, verum eſſe quod Agrippa ſibi indicauerat, relegauit eum in exilium. Vxori autem ſuæ, quia ſoror erat Agrippæ, quẽ Caius maxime diligebat, dedit libertatẽ redeundi, & vt haberet terrã ſuam. Ipſa verò comitata eſt virum in exilium, dicens quia nõ dimitteret in aduerſis, cui communicauerat in proſperis. Et deportati ſunt in exilium Lugdunum vbi poſtea miſerabiliter mortui ſunt. Et iſte fuit ille Herodes, qui

Mors Tiberij & Ioſeph. li. 18. cap. 8.

Tiberius Caiũ ſucceſſorem deligit.

A.C. 38.

Vide mirabilem Agrippæ viciſſitudinem.

Caius Iulius 4. imperator.

Ioſeph. 618. c. 9.

Herodes Antipas in Italiam nauigat.

Extátque Lugduni noſtra ętate memorabile horum ſepulchrum.

A.C. 38.

des, qui decollari mandauit Ioannem Baptiſtam, & Chriſtum irriſit in paſsione ſua indutum veſte alba. Et dedit Caius Galilæam quam poſſederat ille Herodes tetrarcha Agrippæ & ita habuit tres tetrarchias. Hæc Ioſephus.

§. V.

De Caio imperatore.

DE moribus peſſimis huius Caij. Hic mortuo Tiberio imperauit, & dictus eſt Caligula ſecundum Hugo. Floriacen. ex eo quòd natus eſt in exercitu, id cognomentum calceamenti militaris id eſt Caligula accepit. Fuit autem filius Germanici

Suet. in Caio ca. 9. & Sex. Aurelius.

fratris Tiberij imperatoris vt dictum eſt, & [a] imperauit quatuor annis. Et vt dicit Comeſtor, in principio ſui imperij per biennium ſatis manſuetus fuit,

Com. in hiſt. Act. Apoſt. cap. 63. ſed his Suet. c. 15.

poſtea cor eius in tantam elationem & væſaniam protupit, vt ab omnibus ſui imperij coli vellet vt Deus dicens ſe fratrem Iouis. Vnde & filiam vnicam quam habebat ponebat inter genua Iouis. De eo etiam ſic ait Suetonius.

cap. 22.

Caius Caſtoris & Pollucis æde trãſfigurata conſiſtens ſæpe inter Deos fratres medium ſe adorandum adeuntib. exhibebat.

Caius Deus haberi vult.

Templum etiam proprium numini ſuo & ſacerdotes & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. In templo ſimulachrum ſtabat aureum Iconium, amiciebatúrq; quotidie veſte quali ipſe vteretur.

Caij fatuitas.

Magiſteria ſacerdotij ditiſſimus quiſque, & ambitione & licitatione maxima vicibus comparabant. Et noctibus quidem plenam fulgentémque lunam inuitabat aſſidue in amplexus atque concubitum. Interdiu vero cum Capitolino Ioue ſecreto famulabatur, modo inſuſurrans ac prebens inuicem aurem, modo clarius nec ſine iurgiis. Nam vox comminantis audita eſt. [εἰς γαῖαν δαναῶν περάσω σε id eſt,] Ad terrã Græcorum transferam te, donec exoratus (vt referebat) & in contubernium vltro inuitatus [ſuper templum Diui Auguſti palatium Capitoliúmque coniunxit.]

a Imperauit annos tres menſes decem & dies vndecim. Onuph.

§. VI.

Caij crudelitas.

DE crudelitate eius Suetonius. Auiæ Antoniæ per indignitates & tædia cauſa extitit mortis,

cap. 23.

dato tamen (vt quidam putant) etiam veneno, nec defunctæ vllum honorem habuit, proſpexítq; è triclinio ardentem rogum, fratrem Tiberium inopinantem immiſſo repente tribuno militum, interemir.

Suet. c. 25.

Syllanum item ſocerum ad necem ſecandáſque nouacula fauces compulit. Iuliam Druſillam filiam ſuam infantem nullo firmiore iudicio ſui ſeminis eſſe credebat, quàm feritatis, quæ illi quoque tanta

cap. 26.

iam tunc inerat vt infeſtis digitis ora oculóſque ſimul ludentium infantium inceſſeret.

cap. 27.

Horreis præcluſis nonnunquam famem populo induxit.

cap. 28.

Parentes ſuppliciis filiorum intereſſe cogebat, quorum vni valetudinẽ excuſanti lecticam ſuam miſit. Reuocatum quemdam à vetere exilio ſciſcitatus quidnam ibi facere conſueſſet, reſpondentéque eo per adulationem. Deos ſemper rogaui vt (quod euenit) periret Tiberius & tu imperares. Opinans ſibi quoque exules ſuos mortem imprecari, miſit circum inſulas, vbi ſcilicet erant exules, qui vniuerſos contrucidarent. Nil magis in natura ſua laudare ſe ac pro-

cap. 29.

bare dicebat quàm ἀδιατρεψίαν id eſt, inuerecũdiam. Non temere in quemquam niſi crebris & minutis

A ictibus animaduerti paſſus eſt. Quæri etiam palam de conditione ſuorum temporum ſolebat quòd nullis publicis calamitatibus inſignirentur. A.C. 38.

Exitium, cedes, famem, peſtilentiam, incendia, hiatum terræ optabat. cap. 30.

Animum quoque remittenti ludóque & epulis dedito, eadem factorum dictorúmque ſæuitia aderat. cap. 31. cap. 32.

Quoties vxoris vel amiculæ collum exoſcularetur, addebat. Tam bona ceruix ſimul ac iuſſero demetur. cap. 33.

Pulchros & comatos quoties ſibi occurrerent, occipitio raſo deturpabat. Pudicitiæ neque ſuæ neque alienæ pepercepit. cap. 36.

Cum omnibus ſororibus ſuis conſuetudinem ſtupri fecit. cap. 24.

B Eaſdem ſæpe exoletis ſuis proſtrauit, poſtremo eas velut adulteras & inſidiarum aduerſus ſe conſcias puniuit Nepotinis ſumptibus. Impudicitia.

Prodigorum omnium ingenia ſuperauit, commentus nouum balnearum vſum, portentiſsima genera ciborum atque cœnarum, vt calidis frigidiſque vnguentis lauaretur, pretioſiſsimas margaritas aceto liquefactas ſorberet, conuiuis ex auro panes & obſonia apponeret. cap. 37.

Valetudo ei neque animi, neque corporis conſiſtit. Incitabatur inſomnio maxime. Valetudo.

Neque enim plus quàm tribus horis nocturnis quieſcebat, ac nec iis placida quiete: ſed pauida miris rerum imaginibus. cap. 50.

C Ideóque magna parte noctis vigiliæ cubandíque tædio, nunc toro reſidens, nunc per longiſsimas porticus vagus inuocare identidem expectaréque lucem conſueuerat. Veſtitus.

Veſtitu, calceatu cæteróque habitu neque patrio, neque ciuili, ac nec virili, ac denique non humano vſus eſt. cap. 52.

Exhauſtus atque egens, ſcilicet propter prodigalitatem nimiam ad rapinas animum conuertit, vario & exquiſitiſsimo calumniarum & auctionum & vectigalium genere. cap. 38.

Vectigalia noua & inaudita exercuit, nullo rerum atque hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret. cap. 41. cap. 42.

D Nouiſsime contrectandæ cupidine pecuniæ incenſus, ſæpe ſuper immenſos aceruos aureorum patentiſsime diffuſos loco & nudis pedibus ſpaciatus & toto corpore aliquandiu volutatus eſt.

Militiam réſque bellicas ſemel aggreſſus eſt. cap. 43.

Diuerſiſsima in eo vitia erant. Summa confidentia & nimius metus. cap. 31.

Nam qui Deos tantopere contemneret, ad minima tonitrua & fulgura corruere, caput obuoluere, ad maiora vero prorumpere ſe è ſtrato, ſub lectóque condere ſolebat.

E diſciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit, quamtumuis facundus & promptus, vtiq; ſi perorandum in aliquem eſſet, irato & verba & ſententiæ ſuppe- cap. 53. Eruditio.

E tebant. Pronunciatio quoque & vox vt neque in eodem loco præ ardore conſiſteret, & exaudiretur à procul adſtantibus.

Sed & aliorum generum artes & diuerſiſsimas ſtudioſiſsime exercuit. cap. 54.

Canendi quoque ac ſaltandi voluptate ita efferebatur, vt nec publicis quidem ſpectaculis temperaret, quo minus & tragœdo pronuncianti concineret, & geſtum hiſtrionis quaſi laudans & corrigens palam effingeret. Caius adorari vult.

Et (vt ait Comeſtor) hic miſit imaginem ſuam per vniuerſum imperium ſuum, vt omnes adorarent eam, quod omnes fecerunt exceptis Iudæis. Com. in hi. act. Ap. c. 63 ſed tertius Ioſ. lib. 18 ant. ca. 9. 10. & 11. & Philo in legatione ad Caium.

F Vnde cùm in Alexandria orta eſſet ſeditio inter Iudæos & gentes & veniſſet vtraque pars ad Caium vt diſcuteretur controuerſia inter Gentiles & inter Iudæos, inter cæteras allegationes, quas induxerunt Gentiles cõtra Iudæos erat, quia Deum ſuum, quem communiter omnes Gentiles receperant, ipſi inhonorabant, quia imaginem Caij nõ volebãt adorare. Et cùm Philo miſſus à Iudæis diſertiſsimus & ſapiẽtiſsimus vir vellet pro excuſatione Iudæorũ perorare, noluit

A. C. 38.

re noluit audire, qui tamen libenter audierat Apionem acerrime perorantem pro Gentilibus contra Iudæos quos oderat. Philonem autem volentem perorare cum ignominia repulit iratus nimis contra Iudæos ex verbis Appionis, vnde egrediens ad Iudæos ait Philo. Bono animo oportet nos eſſe, quibus iratus eſt Caius, quia neceſſe eſt adeſſe diuinum vbi humanum ceſſat auxilium. Porro Caius mandauit per literas Petronio præſidi Siriæ vt ſtatuam poneret in templo Hieruſalem, vt facilius reciperetur à circunſtantibus, etſi forte Iudæi non aſſentirent collecto exercitu omnes trucidaret. Cúmque hoc Petronius tentaret facere, videns periculum ſeditionis & rebellionis Iudæorum inde ſequẽdum, quia Iudæi parati erant magis mori quàm illi rei aſſentire, perſuaſus etiã ad hoc ab amicis Agrippæ ſuperſedit, donec ſuper iis ſcriberet Caio per honorabiles viros qui tamen non ſunt auſi ſe præſentare conſpectui Caij, ſed mediatorem in hoc poſuerunt Agrippam amiciſſimum Caio. Herodes autem inuitauit Caium in craſtinum ad conuiuium ſuum quod magnifice & lautiſſime præparauit. Cúmque inter epulas Caius memoraret, quanta Herodes paſſus eſſet pro eo, propter quod ſi quid peteret paratus erat ei conferre. Demum rogauit vt reuocaret mãdatum illud, ne ſcilicet ſtatua eius poneretur in templō. Quod etſi iratus Caius, tamen conceſſit, ſignificando Petronio vt ſi nondum poſita eſſet ſtatua eius in templo, amodo non poneretur. Sed poſtea reſipiſcens Caius ſcripſit Petronio. Quia contempſiſti mandatum imperatoris, & magis dilexiſti munera Iudæorum, ideo elige tibi quod vis genus mortis, vt diſcant cæteri obedire mandatis imperatoris. Sed antequam peruenirent literæ iſtæ ad Petronium, prius notum factum eſt de morte eius, & ſic ſtatua non eſt poſita in templo.

Euſ. lib. 2. hiſto. eccl. cap. 5.

Caij ſtatuã Petronius in tẽplo collocare tẽtat.

Mag. c. 64.

Item Suetonius. Periit Caius ingentia facinora auſus & aliquanto maiora moliens. Siquidem propoſuerat Antiũ deinde Alexandriã cõmigrare: interempto prius vtriuſque ordinis electiſſimo quoque. Quod ne cui dubiũ videatur, in ſecretis eius reperti ſunt duo libelli diuerſo titulo, alteri gladius, alteri pugio index erant, ambo notas & nomina cõtinebant morti deſtinatorum. Inuenta eſt & arca ingens variorum venenorum plena quibus mox à Claudio demerſis infecta maria traduntur, non ſine piſcium exitio, quos enectos æſtus in proxima litora eiecit. De quo etiam à quibuſdam creditur venenum infirmitate dediſſe Tyberio, & quia non citò moriebatur, timens ne imperium alteri dimitteret, ſuffocauit. Non defuit pleriſque animus occidendi eum, ſed vna alteráque coniuratione detecta, cæteri illum aggredi formidabant. Tandem conſilium inierunt occidendi eum, perfecerúntque non ſine conſilio potentiſſimorum principum: ſcilicet Caſſius Cherna, & Cornelius Sabinus. Nono igitur Kal. Febru. dum Caius rediret à ludis circenſibus, & iam circa regalia palatia prope eſſet, occurrit ei Caſſus tribunus qui euaginato gladio plagam vehemẽtem intulit, non tamen omnino lætalem: dicens. Accipe ratum. Quo vulnere Caius nec clamauit nec doluit: ſed vulneris dolorem ferens fugit. Quem ſuſcipiens Sabinus inter collum & humerum magno ictu percuſſit. Tunc genu flexo multi coniurantes circunſtantes & triginta vulneribus confecerunt. Nam ſignum erat omnibus, Repete. Quidam etiam per obſcœna mortuo ferrum adegerunt. Occiſo Caio ad primum tumultum lecticarij cum

Mirabilis vis veneni.

Idẽ c. 58. vide etiã Ioſ. lib. 19. antiq. c. 1.

Caius occiditur.

A aſſeribus accurrerunt, mox Germani, corporis cuſtodes accurrentes vt mortem Caij vindicarent, quibus Caius chariſſimus ob hoc erat, quòd pecuniarum muneribus eos placauerat, euaginatis gladiis nonnullos ex percuſſoribus, quoſdam etiam ex ſenatoribus innoxios occiderunt, ſperantes Caium adhuc viuere. Sed cùm ipſum mortuum cognouiſſent, furorem populi timentes, deſtiterunt perſequi coniuratos, ne contra ſe ſenatorum ampliſſimum ordinem ac nobiles concitarent, quos ſciebant de morte Caij lætiſſimos. Igitur Cherea & Sabinus coniurationis principes periculum credentes, ſi B Caij vxor & filia ſupereſſent, & non omnino eius progeniem cum ipſo eriperent, miſerunt quemdam tribunorum, Lupum nomine mandantes ei vt vxorem Caij Cæſoniam nomine, & filiam eius trucidaret. Aſſerebant enim quidam omnium malorum per Caium geſtorum hanc fuiſſe cauſam. Caio námque poculum dederat, vt eius mentem ſuo poſſet ſubiugare ſeruitio, & amatoriis incantationibus ad veſaniam transferre, & ita ſibi deuixerat, vt Romanorum diuitiæ totius orbis, cui præſidebat Caius eidem ſubditæ viderẽtur. Veniens ergo Lupus ad palatium inuenit Cæſoniam Caij coniugem iuxta viri C corpus cum aliis pluribus, quia ea quæ ad ſepulturam erant neceſſaria multo cum ſtudio pręparabãt, & filiam cum ea. *Quæ cùm Lupum vidiſſet cum aliis armatis, cognoſcens ad quid venerat nihil morata iugulum præbuit, inuitauítque eum, vt id ad quod venerat non moraretur implere. Et ita magno animo mortem à Lupo illatam ſuſcipit, & filia cum ea extincta eſt. Poſt hæc cadauer Caij ad hortos Lamianos aſportatum ſemiuſtum eſt. Sed poſtmodum per ſorores ab exilio reuerſas erutum, & crematum eſt, ac ſepultum. Sed ſatis conſtat prius quàm id fieret, hortorum cuſtodes vmbris tetris in-D quietatos. In ea præterea domo in qua occubuit nullam noctem ſine aliquo terrore tranſactam, donec ipſa domus incendio conſumpta ſit. Pridie autem quàm Caius periret, vt Suetonius refert, ſomniauit ſe in cœlo iuxta Iouis ſolium conſiſtere, impulſúmque ab eo pollice dextri pedis in terram præcipitatum.

A. C. 38.

Ioſ. lib. 19. cap. 2.

Vxor Caij occiditur.

Suet. c. 59.

Philo inſignis philoſophus.

§. VII.

HVIVS temporibus ſcilicet Caij floruit Philo ſupra dictus inſigniſsimus ſcriptorum, qui vt E ait Euſebius non ſolum in noſtra, verum & in Græcorum philoſophia primus inter primos habebatur. Hic autem genere quidem à proauis Hebræus, apud Alexandriam verò in omnibus claris & nobilibus viris clarior & nobilior erat, in diuinis autem legibus & paternis inſtitutis quantus qualíſve fuerit, ex [his quæ nobis] librorum ſuorum tradidit monumẽtis omnibus, clarũ eſt. Quis enim digne valeat explicare quanta eius in liberalibus literis fuerit inſtitutio, quantúſque in philoſophicis & maxime Platonicis & Pythagoricis fuerit diſcipli-F nis, vt omnes & qui ſecum floruerant, & qui eum præceſſerant ſuperaret? Fuit autem affluentiſsimus in eloquentia. In ſenſibus autem profundiſſimus, & in interpretatione atque intelligentia diuinarum ſcripturarum ſubtiliſsimus, copioſe inueniens & copioſius eloquens. Scripſit autem hic Philo multos libros & ſuper ſacram ſcripturam, & de aliis multis & variis materiis. Cùm autem

tem

De Philone Iudæo lib. 2. hiſt. eccl. ca. 2.

Hier. in catal.

A. C. 42. Philonis cũ D. Petro colloquium.

tem ſecunda vice Romam veniſſet ad Claudium imperatorem: aiunt, tunc locutum eſſe cum Apoſtolo Petro, eiúſque habuiſſe amicitiã & ob hanc cauſſam Marci Euangeliſtæ Petri diſcipuli apud Alexandriam ſectatores laudibus extuliſſe. De hoc vulgo apud Græcos dicebatur ἢ φίλων πλατωνίζει ἢ πλάτων φιλωνίζει, id eſt] Aut Plato Philonem ſequitur, aut Philo Platonem: tanta erat ſimilitudo eloquij & ſenſuum.

¶ *De Claudio Romanorum imperatore.*

CAP. XXII.

Claudius imperator Romanorum quartus. Suet. in Claudio c.30.

OCCISO Caio quartus ab Auguſto Claudius ſuſcepit imperium, anno ab initio mundi quater milleſimo ſexcẽteſimo, ſecundum aliam computationem quinquies milleſimo ducenteſimo quadrageſimo: ab vrbe verò condita DCCLXXV. & imperauit annis quatuordecim. Fuiſſe autem traditur prolixo nec exili corpore canitie pulchra. Opimis ceruicibus, & incedentem deſtituebant poplites minus firmi. Sed & multa alia vitia dehoneſtabant. Riſus immoderatus, ira turpior, ſpumante voce, humentibus naribus, capite tremulo. Inter cætera maxime mirati ſunt in eo homines obliuionẽ & inconſiderantiã. Nam occiſa vxore Meſſalina, paulo poſt cur domina ad triclinium nõ veniret ab eunuchis petiit. Multos etiã prætores quos capite damnauerat: poſtero ſtatim die & in conſilium & ad aleę luſum admoneri iuſſit. Hic Claudius audita morte Caij, metuens ne in omnes propinquos eius coniurati deſęuirent, rumore cædis exterritus ad ſolarium proximum fugit, atque inter cubiculi vela ſe occultauit. Quem latentẽ forte diſcurrens gregarius miles Gratus nomine animaduerſis pedibus è ſciſcitandi ſtudio quiſnam eſſet agnouit extractúmque præ metu ad genua ſibi accidentem imperatorem ſalutauit. Quo facto ipſum ad alios milites, qui de imperatore eligendo tractabant, adduxit. A quibus lecticæ impoſitus ad caſtra prætoriana delatus eſt triſtis ac trepidus, miſerante obuia turba, quaſi innocens ad ſupplicium traheretur. Cõſules autem cum ſenatu ad templum Iouis triumphatoris congregati ſunt, vbi adinuicem conſultantes rempublicam ad ſtatum libertatis reducere cupiebant, in quo fuerat ante Iulium Cæſarem. Quibus in communi de præſenti ſtatu tractantibus, repẽte immenſus clamor congregati exercitus auditus eſt petens vt militaris imperator eligeretur, & nequaquã Romanum imperium multis imperantibus ſolueretur. Hosquidem milites decreuerunt, vt vni daretur imperium, tamen ſenatui concedẽtes, vt ipſi qui dignus videretur eligerent. Ob quam rem contraria erant vota, ſenatus hunc, iſti hunc dignum imperio iudicabant. Inter quos dicebant aliqui nullo modo de genere ſuperiorum principum eligendum, ſed aliquem de genere nobilium qui fortitudine atque prudentia Romanorum gubernaret imperium. Marcũ Minucianum quendam in ſenatu potentiſſimũ qui Iuliam Caij ſororem habebat vxorem imperio alij præponebant. Alij verò Valerium Aſiaticum virum manu & conſilio fortem nominabant. Sicque ſenatus inter ſe de principe eligendo non conueniebat. Poſtremo volente ſenatu & ipſe Claudius per Veranium & Bracchum tribunos plebis ad curiam vocatus eſt, ad perſuadenda quæ viderentur. Qui reſpondit ſe à militibus vi ac neceſſitate retineri. Miſſoque

cap.39. Obliuio Claudij.

Ioſep. L.19. antiq. c.3.

A. C. 50.

A Agrippa rege Iudææ, qui forte tunc Romæ erat indicauit ſenatuiſe primum inuitum ab exercitu raptum fuiſſe, quare iam iniquum fore ſi militum erga ſe ſtudia tam religioſa deſereret, immò iam tutam non aliter eſſe fortunam ſuam. Deinde adminiſtraturũ ſe rempublicam ita vt dignus rector, non tyrannus dici poſſet. Agrippa autem poſtquam in ſenatu hæc retulit, vnus ex centurionibus vrbani exercitus qui tunc partes ſenatus fouebat educens gladium, Commilitones (inquit) quibus perturbati caſibus concurrere aduerſus ciues cupimus, maxime cùm habeamus imperatorem apud quem iuſtis magis rationi- B buſquàm armis agere debeamus? Et hæc dicens per mediam curiam egreſſus eſt, quem egredientẽ omnis fere armata manus deſertis partibus ſecuta eſt. Hoc exemplo optimates deſerti, magno timore concuſſi ſunt. Conſiderantes ergo non eſſe tutum de cætero Claudio repugnare, omnis fere ſenatus cum cõſulibus ad Claudium tranſierunt.

§. I.

Claudij in imperio geſta.

CLAVDIVS igitur ſibi imperio ſtabilito, nihil antiquius [duxit] quàm id biduum quo de mutando Reipub. ſtatu hæſitatum erat, memoriæ C eximere Romanorum. Omnium itaque dictorũ factorúmque in eo veniam & obliuionem in perpetuum ſanxit ac præſtitit, interfectis tamen paucis Cẽturionibus qui in morte Caij coniurauerant, & maximè quòd [ſuam quoque] cædem depopoſciſſe cognouerat. Inter quos & Caſſius Chereas & Lupus interfecti ſunt. Refert autẽ Ioſephus quòd Chereas hanc mortem, quam pro libertate patriæ ſuſtinere videbatur, magno animo prout virum militarẽ decebat excepit, & non ſolum non vultum mœrore depoſuit: ſed etiam Lupum reſolutũ in lachrymas obiurgauit. Cùmq; veniſſet ad locũ, in quo plectendus D erat, rogauit militem vt eo gladio quo patriæ libertatem dederat, & Caium peremerat, ipſum tranſuerberaret. Fœliciter ergo mortuus eſt Chereas vnius ictus percuſſione finitus. Ex hinc Claudius ad pietatis officia cõuerſus omnes captiuos ac relegatos etiã à Caio in patriam reduxit. In ſemet augendo parcus admodum & ciuilis, imperatoris prænomine abſtinuit. Nimios honores recuſauit à cognitionibus magiſtratuum, vt vnus de conſiliariis frequenter interfuit, immò & tribunis plebis eum adeuntibus pro tribunali ſedẽtem ſe excuſauit quòd propter anguſtias non poterat eos audire niſi ſtantes: Ob quã cauſam E tantũ amoris fauoríſque breui ſpatio collegit, vt cũ profectũ eum Oſtiã periiſſe ex inſidiis nuntiatum eſſet, magna conſternatione populus & militẽ, quaſi proditorẽ, & ſenatũ quaſi parricidã diris execrationibus perſequeretur, donec ipſum ſanũ & incolumẽ appropinquare cognouit. Ab initio autẽ ſui principatus conſpirauerunt contra eum Gallus Aſinius & Statillius, Coruinus, Pollionis, ac Meſſalę oratorum nepotes aſſumptis cõpluribus ipſius ſeruis atque libertis, [bellũ ciuile mouit Furius Camillus, Scribonianus Dalmatiæ Legatus:] ſed intra diẽ quintũ oppreſſus eſt. Vrbis annonæque curã ſolicitiſsime ſem- F per egit. Nam arctiore annona ob aſsiduas ſterilitates detentus quondã medio foro à turba conuitiis ac fragminibus panis ita inſtratus eſt, vt ægre nec niſi poſtico euadere in palatiũ valuerit: quare operã dedit ad inuehendos etiã hyberno tempore cõmeatus. Nã & negotiatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto etiã in ſe damno ſi cui quid aduerſi per tempeſtates accidiſſet. [& naues mercaturæ cauſa fabricantibus

L.19. antiq. c.3.

Caſſij Chereæ mors intrepida.

cap.11.

cap.13.

cap.18.

A.C. 50. Idē c. 20. Idē c. 25.

A magna cōmoda] Opera magna potius, quàm neceſſaria quàm multa perfecit, ſed vel præcipua aquæductum à Caio inchoatū. Item Fucini lacus emiſſarium, portúmque Oſtienſem. Ludos varij generis populo exhibuit, quibus & ipſe humaniſſime interfuit. Cùm quidam non infimi ſtatus Domini ſeruos ſuos infirmos & affectos in inſula Æſculapij medendi tædio exponerent: omnes expoſitos & qui de cætero exponerentur liberos eſſe pronuntiauit, nec vnquam in ditionē dominorum redituros ſi conualuiſſent ſanxit. Ilienſibus, id eſt Troianis quaſi Romani generis auctoribus tributa in perpetuū remiſit. [a] Iudæos [impulſore Chriſto tumultuantes aſſidue] B Roma expulit.

a Fortaſſe Iudæos Chriſtianos vocat. Nam Pagani primo Chriſtianos eo vocabant nomine, quod ex Iudæa duxiſſent originē, libris Iudaicis, id eſt, Prophetis niterentur, Chriſtus eſſet Iudæus & Apoſt. Geneb.

§. II.

Claudij praui mores. c. 33. & 32.

DE malis maioribus eius, ſcilicet, Claudij. Cibi viníque quocunque tempore & loco appetentiſſimus fuit. Conuiuia frequentauit ampla & aſſidua ac fere patentiſsimis locis. C Somni breuiſsimi erat. Nam ante mediam noctem plerunque vigilabat. Libidinis in fœminas profuſiſsimæ. Alea ſtudioſiſsime luſit. Sæuum autem & ſanguinatium fuiſſe magnis minimíſque rebus apparuit. Sponſas admodum adoleſcens duas habuit, Æmiliam Lepidam Auguſti proneptē. Itē Liuiā Medullinā, cui & cognomen & Camillæ erat, è genere antiquo dictatoris Camilli: quibus breui tēpore diuerſis ex cauſis repudiatis, Plautiam Herculanillam, mox Æliā Petinam duxit vxorem: ſed cum vtraque diuortium fecit. Poſt has Valeriam Meſſalinam conſobrini ſui Meſſalæ filiam duxit in matrimoniū. Sed & iſtam ſupplicio affecit. D Verum illecebris Agrippinæ Germanici fratris ſui filiæ per ius oſculi & blanditiarum occaſiones pellectus in amorem ſubornauit proximo ſenatu, qui cenſerent cogendum ſe ad ducendam eam vxorē, quaſi reipublicæ id maxime intereſſet, dandamque cæteris veniam talium coniugiorum quæ vſque ad id tempus inceſta habebātur. Liberos ex tribus vxoribus tulit: ex Herculanilla Druſum & Claudiam, ex Petina Antoniam, ex Meſſalina Octauiā atque Germanicum quem mox Britannicum nominauit. Druſum Pompeium adhuc puberem amiſit [pyre per luſum in ſublime iactato, & hiatu oris excepto E ſtrangulatum. Antoniā Cn. Pompeio magno deinde Fauſto nobiliſsimis adoleſcentibus]. Octauiam autem Neroni priuigno ſuo collocauit, quem poſtea etiam in filium adoptauit. His igitur vxoribus addictus non principem ſe, ſed earum miniſtrū exhibuit, quatum ſtudio ſeu libidine honores exercitus, impunitates, ſupplicia largitus eſt. Ac ne ſigillatim minima quæq; enumerem, per eas reuocatas libertates, iudicia reſciſſa, & immutatos datorum officiorum codicillos Appium Sillanum conſocerū ſuum, Liuiáſque alterā Germanici filiam, alteram Druſi crimine incerto nec defenſione vlla data earum, ſcilicet vxorum in F ſtinctu occidit. Pompeium maioris filiæ virum, & Luciū Syllanū ſponſum minoris interemit. In quinque & triginta ſenatores trecētóſque & eo amplius Romanos equites tanta facilitate animaduertit: vt de nece conſularis viri renuntiante centurione factum eſſe quod imperaſſet, negaret ſe quicquam imperaſſe. Tormenta quæſtionum, pœnáſque parricidarum repræſentabat exigebátque coram. Sed nihil æque quàm timidus & diffidens fuit. Nam primis imperij diebus [quamquam iactator ciuilitatis] neque conuiuia inire auſus eſt niſi vbi ſpiculatores cū lanceis circunſtarent, neque ægrum quemquam viſitauit, niſi excuſſo prius cubiculo. Quaſdam autem inſidias temere delatas adeò expiauit, vt deponere imperium cogitauerit lachymíſque & vociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti vſquā eſſet, ac diu publico abſtinuit. Nulla adeò ſuſpicio, nullus tam leuis author extitit, à quo non mediocri ſcrupulo iniecto ad cauendū vlciſcēdúmque cōpelleretur. Vnus ex litigatoribus, ſeducto in ſalutatione affirmauit per quietem ſe vidiſſe eum à quodam gladio confodi. Deinde paulo poſt quaſi percuſſorē agnoſceret, aduerſarium ſuum libellum imperatori volentem tradere oſtendit: confeſtimque is pro depræhenſo ad pœnam raptus eſt. Claudius igitur quarto imperij ſui anno (quo ſcilicet Petrus Romam attigit) cupiens ſe vtilem reipublicæ principem oſtentare, bellum & victoriam vndecunque quæſiuit. Itaque primo expeditionem in Britanniam mouit, primus poſt Iulium Cæſarem dictam inſulam aggredi auſus: qui cùm ab Oſtia nauigaret, vehementi Circio vento bis penè demerſus eſt prope Liguriā, iuxtáq; Stocchadas inſulas. Transuectus inde inſulam, ſine vllo periculo & ſanguine intra pauciſsimos dies totam fere inſulam in deditionem accepit. Orchadas præterea vltra Britanniam in Occeano poſitas Romano adiecit imperio. Et ſexto quàm profectus erat menſe Romam rediit, maximóque apparatu triumphauit. Ad cuius ſpectaculum commeare in vrbem non ſolum præſidibus prouinciarum permiſit, verū etiam exulibus indulſit. Currum eius Meſſalina vxor carpento ſecuta eſt.

Cap. 35. Cap. 36. Timiditas eiuſdem. Cap. 37. Petrus Romam venit tempore Claudij. Idē c. 17. Claudij ſponſæ & vxores. Cap. 27. Cap. 29. Maleficia ab eo perpetrata.

§. III.

Claudij mors. cap. 44.

DE morte eius & Hærodis. Claudius igitur vidēs ſe iam ſenio confectum teſtamentum cōſcripſit ac ſignis omnium magiſtratuum obſignauit prius igitur quàm progrederetur vlterius, ab Agrippina vxore præuentus eſt: hæc metuens ne Britannicus Claudij ex Meſſalina filius creſcens imperium à patre ipſe perciperet, quod Neroni filio parare ſtudebat, de morte Claudij cum eunuchis aulicis iam tractare cœpit. Vnde non multo poſt tempore per Halotum ſpadonē cibi prægustatorē in domeſtico conuiuio venenum dedit Claudio. Quo ſtatim hauſto obmutuiſſe dicitur, & excruciatus doloribus nocte tota, prope lucem defecit. Eius mors celata eſt donec circa ſucceſſorem omnia ordinarent ij, qui cum Agrippina ſentiebant. Nam eo expirante, Agrippina verum militiæ principem miſit, & cum eo tribunos velut potentes, qui filium ſuum Neronem ad caſtra prætoriana deducerent, vt ipſum more aliorum principum exercitus adoraret, atque in eius verba iuraret. Exceſsit autem [a] Claudius ætatis ſuæ anno ſexageſimoquarto. Præſagia mortis eius præcipua fuerūt, ortus crinitę ſtellæ, quam Græci cometem vocant: tactúmque de cœlo monumentum Druſi patris. Sed nec ipſum ignoraſſe aut diſsimulaſſe mortem ſuam Suetonius dicit. Nam in ſenatu, cui vltimo interfuit liberos ſuos ad concordiam hortatus eſt, atque illos ſuppliciter ſenatui commendauit addēsſe ad finem

Agrippina venenum Claudio propinat. De comete præſagio. cap. 46. Ibid.

a Hic Claudius 5. populi Romani imperator, imperauit annos tredecim menſes octo, dies viginti Onuph.

mortali

A.C. 56.

mortalitatis acceſſiſſe. Sub hoc [a] Claudio Romanorum principe Romæ deſcriptione habita, inuenta ſunt per vniuerſam vrbem ciuium Romanorũ ſeptuaginta cẽtena quadragintaquatuor millia. Herodi autem Agrippæ quia ipſe non minus laborauerat pro Claudij imperio vt Claudius illud obtineret quã Caij, ideo ipſe Claudius magis eum exaltauit. Nam omnia illa quæ Octauianus Auguſtus Hærodi primo, ſcilicet Aſcalonitæ auo Agrippæ qui innocentes occidi iuſſit dederat, Agrippæ adiecit, ſcilicet, Iudæã, atque maximis cumulatum donis remiſit ad propria. Petronio autem qui Syriam & Iudæam gubernabat ſucceſſor mittitur à Claudio Marſus quoad Syriam.

Ioſep.l.19. c.5. De Herode Agrippa.

Herodes autem Agrippa veniens Hieroſolymã, auream catenam, quam ei Caius dederat factam inſtar catenæ ferreæ, qua Tiberij mandato in carcere compeditus fuerat, vt triſtioris fortunæ memoriam reuocaret, & teſtimonium de rebus melioribus perhiberet, in templo ſuſpendit, vt maximum ſuũ indicaret caſum, [doceret ſpectatores vt ſublimia poſſe corruere, & Deum valere illa erigere denuò: omnes enim admonebantur per hanc conſecratam catenã, quod Agrippa leui de cauſa priuatus dignitate ſit vinctus, pauloq; poſt compedibus ſolutus, ſplendidiorem quàm ante principatũ adeptus ſit, eam eſſe naturam rerum humanarum, vt celſiſſima quæque prolabantur facile, rurſumque inclinata reſtituantur] Poſt hæc Agrippa Herodes muros Hieruſalem publicis ſumptibus & latiores & altiores quàm ante fuerant ædificare cœpit. Quam rem Marſus Syriæ præſes Claudio nunciauit. Quare imperator rebellandi cauſam ſuſpicatus, Agrippæ mandauit vt ab ædificatione murorum ceſſaret, quod & fecit. Mores autem Agrippæ (vt dicit Ioſephus) erant manſueti circa omnes: ſed circa gentem ſuam vltra omnẽ modum magnificus atq; benignus. Alienigenis nihilominus clemens, quare ab omnibus erat dilectus. Ob quorum gratiam, eccleſiam in Iudæa nouiter exurgentem perſecutus eſt. Et hic Herodes Agrippa fuit qui occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio. Qui videns, quòd placeret Iudæis appoſuit apprehendere & Petrum, & incarcerauit, vt occideret, vt dictũ eſt ſupra. Act.12. Ex quibus patet quòd dictus Iacobus non fuit ab eo decapitatus in reuolutione vnius anni à paſſione Chriſti, vt à quibuſdam dicitur: ſed poſt aliquot annos. Nam anno imperij Tiberij decimonono vel circa Chriſtus paſſus eſt & duo vel tres anni ſuperfuerunt de imperio ipſius Tiberij: poſt quem Caius imperauit tribus annis cum dimidio: poſt quem Claudius dedit Agrippæ Iudæam [Ad quam cùm, ſicut dictum eſt, ipſe veniſſet in Iudæorũ gratiam in Apoſtolos animaduertere, vt expoſuimus, deliberauit.] Quod regis facinus dilationem vt dicit Euſeb. non patitur vltionis. Nam deſcendens in Cæſaream cùm indutus veſte præclara concionaretur pro tribunali ſedens in ſublimi ad populum & populus ipſe acclamaret ei, Dei voces & non hominis, delectantem ſe in illis laudibus diuinis, Angelus percuſſit & vermibus ſcaturiẽs poſt aliquot dies expirauit anno ætatis ſuæ quinquageſimo, tegni ſui ſeptimo & tertio anno Claudij. Audiẽs autem Claudius mortem Agrippæ filium eius nomine etiam Agrippam ſucceſſorem regni eius conſtituere voluit: ſed ſenatus non conſuluit aſſerens non eſſe cautum puero potentiſſimi regni ſceptra cõmitti. Erat enim ſeptẽdecim annorũ. Senatui ergo acquieſcens Claudius regnum Agrippæ conceſſum in prouinciæ formã redegit, & filio eius dicto etiã Agrippa ſub nomine regni regionem trans-Iordanem tradidit. Poſt Marſum, qui Syriam gubernabat, mittitur à Claudio Cuſpius Fadus qui & Syriam & regnum Iudææ defuncto Hærode Agrippa gubernaret.

Ioſep.l.19. c.7. — Ibid. — Agrippæ mores. — Euſ.l.2.hi. Ecc.c.10. Act.1. — Agrippæ mors. — Ioſe.l.19. ant.c.7.

A.C. 60.

a Anno ab v.c. octingeſimoprimo Tin. Claudius Caſar cenſor, cum L. Vitellio ciuitate aliquot Galliarum prouinciis donata, patriciis creatis, ſenatu lecto, cenſu acto, quo ciuium capita ſexaginta nomen centena millia, & centum quadragintaquatuor millia cenſa ſunt luſtrum condidit. Onuph. ex Tacito. hæc eſt deſcriptio cuius hoc loco D. Antoninus meminit.

¶ *De Nerone imperatore & eius malitiis.*
CAP. XXIII.

NERO ergo maritus Octauiæ filiæ Claudij imperatoris, perſuaſionibus Agrippinæ cõiugis ipſius Claudij deſignatus eſt imperator ab eodem Claudio, ſicque gener prælatus eſt filio, id eſt, Nero qui erat gener Claudij, Britannico, qui erat filius ipſius Claudij. Hic fuit quintus imperator ab Auguſto qui imperauit annis tredecim & menſibus octo. Et ſecundum Suetonium per quinquennium: valde modeſtus fuit, & liberales diſciplinas omnes fere puer attigit. Auerſus à philoſophia ad poeticam pronus, carmina libenter ac ſine labore compoſuit, habuit & pingendi fingendique non mediocre ſtudium. Orſus imperium à pietatis oſtentatione ex Auguſti præſcripto imperaturũ ſe profeſſus nec liberalitatis, nec clementiæ nec comitatis quidẽ exhibendæ vllã occaſionem dimiſit. Grauiora vectigalia aut aboleuit, aut minuit. Senatorũ nobiliſſimo cuiq; : ſed re familiari deſtituto annua ſalaria [& quibuſdam quingena] conſtituit. Cúmque de ſupplicio cuiuſdam capite damnati vt ex more ſubſcriberet admoneretur, quàm vellem (inquit) neſcire literas. Agenti gratias ſenatui reſpondit, Cùm meruero. Interdictum eſt ne quid in popinis cocti præter legumina aut olera veniret. Porro Nero ipſe inter cæteras diſciplinas pueritiæ tempore imbutus eſt muſica, nihil eorum omittens quæ generis eius artifices vel conſeruandæ vel augendæ vocis cauſa factitarent. Nam & plumbeam chartam ſupinus pectore ſuſtinere & clyſtere vomituque purgari voluit, & abſtinere pomis cibiſque officientibus. [Et prodiit Neapolim primũ,] ac ne cõcuſſo quidem repente terræmotu theatro ante cantare deſtitit, quàm inchoatum abſolueret νόμον. Non dubitauit etiam priuatis ſpectaculis operam inter ſcenicos dare. Inſtituerant ciuitates apud quas muſicã agones edi ſolebant omnes citharœdorum coronas ad ipſum mittere, eáſque gratẽ ita recipiebat vt legatos cui pertuliſſent, non modo primos admitteret: ſed in familiaribus epulis interponeret. Cantãte autem eo nec neceſſaria cauſa excedere theatro licitum erat. Iam autẽ Nero imperauerat duobus annis cùm Paulus (quia ad Cæſarẽ appellauerat) ductus fuit Romam. Qui Nero audiens controuerſiam eſſe de lege Iudæorum & Chriſtianorum paruifecit, & permiſſus eſt Paulus libere ire per ciuitatem, cùm vno tamen milite cuſtodiente. Timebat enim ne forte Iudæi qui quæſierant mortem eius in Iudæa: miſiſſent literas ad Iudæos, qui erant Romæ, vt dolo occiderent eum, & per biennium ſequens manſit in libera cuſtodia in hoſpitio quod ipſe conduxerat prædicans ſine prohibitione eis qui conueniebant ad hoſpi

De Nerone ſexto Rom. imperatore. — Suet. c. 52. cap.10. — Neronis laudes. — c.16. & 20. — Id. c. 12. νόμος, eſt id quod Latinẽ modum vel cantilenã dicimus. — Act. vlt. Paulus Apoſtolus Romã ducitur.

A.C. 60. ad hoſpitium ſuum. Poſtea etiam magis liberè fuit ei data licentia circumeundi & prædicandi in partibus occidentis. Nondum enim Nero ad tantam veſaniam & crudelitatem deuenerat, quantam poſtea oſtendit.

§. I.

Suet.c.16. DE peſſimis moribus Neronis. Suetonius, Petulantiam, libidinem, luxuriã, auaritiam, ſenſim quidem primo & occultè vt velut iuuenili errore exercuit. Sed vt tunc quoque nemini dubium foret naturæ illa vitia, non ætatis eſſe, poſt crepuſculum

Neronis petulantia & libido. ſtatim arrepto pileo vel galero popinas inibat. B Circumq; vicos vagabatur ludibundus, nec tamen ſine multorum pernicie, ſiquidem redeuntes à cœna verberare, ac repugnantes vulnerare cloacíſque demergere aſſueuerat, tabernas etiam effringere & expilare, ac ſæpe in huiuſmodi rixis oculorum & vitæ periculum adiit. A quodam [Laticlauio] cuius vxorem attrectauerat vſque ad necem cæſus eſt, quare nunquã poſtea publico ſe illud horæ ſine tribunis commiſit procul & occulte ſubſequentibus. Paulatim verò in-

cap.27. ualeſcentibus vitiis [iocularia] latebras omiſit, nulláque diſſimulandi cura, ad maiora palam erupit. Epulas è medio die ad mediam noctem protrahe- C

cap.28. bat, refotus ſæpius calidis piſcinis ac tempore æſtiuo niuatis. Cœniabat [& in publico naumachia præcluſa vel martio campo vel circa maximè,] nonnunquam inter ſcortorum totius vrbis & ambubaiarum miniſteria. Matris concubitum appetiſſe, & ab obtrectatoribus eius ne ferox atque impotens mulier etiã hoc genere gratiæ præualeret deterritum, nemo dubitauit, vtique poſtquã meretricẽ, quam fama erat Agrippinæ matri ſimillimã, reſciuit, inter cõcubinas

cap.29. recepit. Perſuaſiſſimum habuit neminem hominum pudicum, aut vlla parte corporis ſui purum eſſe: verum pleróſque diſſimulare vitium, & calliditate ob- D

cap. 30. tegere. Ideóque profeſſis apud ſe obſcœnitatem, cætera quoque delicta concedebat. Diuitiarum & pecuniæ fructum nõ alium putabat quàm profuſione.

Profuſio illius Nullam veſtem bis induit. Quadringentis in punctũ ſeſtertiis aleam luſit. Piſcatus eſt retibus auratis, purpura & cocco funibus nexis. Nunquam minus mille carrucis iter feciſſe traditur, ſoleis mulatum argenteis: non in aliqua re tamen damnoſior quàm in ædificando & mirabilia deſcribit ipſe Suetonius de palatio, quod ædificauit: exhauſtus autem & egens pecuniis, calumniis & rapinis animum dedit. Templis compluribus dona detraxit. Simulachráque ex auro E

cap. 31. Rapinæ eius.c.33. Parricidia. cap.35. & argento fabricata conflauit. Parricida & cædes à Claudio exorſus eſt, cuius necis etſi non author, at certe conſcius fuit. Octauiam vxorem ſæpe fruſtra ſtrangulare meditatus, primo dimiſit vt ſterilem, ſed improbante diuortium populo nec parcente conuitiis etiam relegauit. Denique occidit ſub falſo crimine adulterij. Poppæam duodecimo die poſt diuortiũ Octauiæ in matrimonium acceptam dilexit vnice, & tamen ipſam grauidam & ægram icto calcis occidit. Antoniam Claudij filiam poſt Poppææ mortem nuptias ſuas recuſantem, quaſi molitricem nouarum rerum interemit. Priuignum Ruffinum Criſpinum F Poppæa natum adhuc impuberẽ, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mari mergendum dum piſcaretur ſeruis ipſius demandauit. Thuſcum nutricis filium relegauit, quòd balneis in aduentum ſuum extructis lauiſſet. Senecam præceptorem ad necem compulit. Burro præfecto remedium ad fauces pollicitus toxicon miſit. Libertos diuites & ſenex olim adoptionis mox dominationis ſuæ fautores atque A.C. 60. rectores veneno partim cibis, partim potionibus indito intercepit. Matrem dicta factáque ſua exquirentem acerbius & corrigentem primum omni ho- cap.34. nore & poteſtate priuauit, contubernio ac palatio expulit, & mox eius minis & violentia territus perdere ſtatuit: & cùm ter tentaſſet veneno, ſentirétque antidotis præmunitam, tandem interfici iuſſit. Fertur etiam ad interfectæ cadauer accurriſſe, contrectaſſe membra, alia laudaſſe, alia vituperaſſe. Parricidio matris Domitiæ amitæ necem adiunxit. Necdum defunctæ bona inuaſit ſuppreſſo teſtamento ne quid abſcederet. Nec minore ſæuitia in exteros graſſatus, nobiliſſimo cuiq; exitiũ deſtinauit, damnatorũ liberis vrbe pulſis, enectíſque veneno & fame. Cre- c.39. & 37. ditur etiã cuidã Polyphago Ægyptij generis crudã carnem, & quicquid daretur comedere aſſueto viuos homines concupiiſſe laniandos abſumendóſque obiicere. Sed nec populo nec mœnibus patriæ pepercit. Nam quaſi offenſus deformitate veterum ædificiorum & anguſtiis flexuríſque vicorum, palam incendit vrbem per ſex dies & ſeptem noctes, incendium autem è turre Mecœnaticana proſpectans lætúſque flammæ (vt aiebat) pulchritudine ἁλωσιν Ilij in illo ſuo ſcenico habitu decantauit.

§. II.

DE morte Neronis Suetonius. Talem [principẽ cap.40. pauloминus per quartuordecim annos per- Neronis peſſus terrarum orbis tandem deſtituit] initium fa- ſtultitia. cientibus Gallis [duce Iulio vindice, qui tum eam prouinciam pro prætore obtinebat] mox Britannia amiſſa, Armenia ac rurſus vtraque recepta, perpetuã ſingularémque fœlicitatem concepit, adeò vt amiſſis naufragio præcioſiſsimis rebus non dubitauerit inter ſuos dicere piſces eas ſibi relaturas. Neapoli vbi de motu Galliarum cognouit, adeò lentè & ſe- Galli in cure tulit, vt gaudentis etiam ſuſpicionem præberet Neronem tanquam occaſione noua ſpoliandarum iure belli primum opulentiſsimarum prouinciarũ, ſtatimque in Gym- mouétur. naſium progreſſus certantes athletas effuſiſsimo ſtudio ſpectauit. Poſtquam autem [Galbã deinde] etiã cap.42. Hiſpanias defeciſſe cognouit, collapſus animo diu ſine voce velut mortuus iacuit. Vtque reſipuit, veſte diſciſſa, capite conuerberato, actum de ſe pronuntiauit. Initio ſtatim tumultus, multa & immania. Cre- cap.43. ditur deſtinaſſe, ſucceſſores percuſſoréſque ſubmittere exercitis prouinciáſque regentibus quaſi con- Aeternitatis cupiditas. ſpiratis idémque ſentientibus, quicquid vbique exu- cap.55. lum, quicquid in vrbe hominum Gallicanorum eſſet contrucidare, illos ne deſciſcentibus aggregarentur, hos, vt conſcios populariũ ſuorum atque fautores, Senatum vniuerſum veneno per conuiuia necare, vrbem incendere, feris in populum immiſsis [quo difficilius defenderetur] ſed abſterritus eſt perficiendi deſperatione. Erat illi æternitatis perpetuæque famæ cupido, ſed inconſulta, ideóque multis rebus & locis veteri appellatione detracta nouam induxit, & ſuo nomine menſem quoque Aprilem Neroneum cap.47. Romámque Neropolim appellari voluit, religionũ vſquequaque contemptor fuit. Nunciata autem cæterorum exercituum defectione, literas prandenti ſibi redditas concerpſit, menſam ſubuertit, duos cyphos gratiſsimi vſus ſolo illiſit, aſſumpto veneno, & in auream pyxidem condito præmiſsis. Hoſtiam libertorum fidiſsimis ad claſſem præparandam, tribunos centurionéſque de fugæ ſocietate tentauit. Hugo Floria lib.3. Cumque multa mala (quæ recenſere per

A.C. 71.

ſere per ſingula nimis longum eſſet) reipublicæ irrogaret tandem hoſtis à ſenatu iudicatus eſt, vt qui ſacrilegio fidem, parricidio pietatem, inceſtu pudicitiā violaret, ipſámque poteſtatem Romani imperij vel officia vel negotia improbiſſimis libertorum commiſerat. Cúmque ipſe nulli fidem ſeruaret omnes ſuſpectos habebat, duobus tamen nequiſſimis Nimphidio & Gemellio ſe credendum putauit, quos vilis conditio ſibi obnoxios fecerat. Verum ipſi crudelitatis eius exemplū exhorruere, & quia chariſſimos veróſque interemerat amicos cauere ſibi & præuenire voluerunt quod metuebant. Ambo itaque facta conſpiratione cum cæteris parricidam deſeruerunt. Itaque deſertus ab omnibus ſuis fugit nocte ex vrbe quatuor tantum comitantibus nudo pede, cooperto capite, & ante faciem ſudario obtento. Cúmque ſe occultaſſet perlato à curſore nuncio hoſtem ſe à ſenatu iudicatum & quæri ad mortem, audito quòd comites appropinquarent ad capiendum viuum, ſeipſum interfecit. Tantum autem in morte eius gaudiū fuit, vt plebs pileata per totam vrbem diſcurreret. Anno Domini LXXII. ætatis ipſius Neronis 22. vt ait Euſeb. cùm à ſenatu quæreretur ad pœnam, è palatio fugiens, ad quartum vrbis milliarium in ſuburbano libertini ſui inter Salariam & Numētanam ſeipſum occidit, atque in eo omnis familia Auguſti conſumpta eſt.

Vide Sue. c.48. — Suet c.49. — Neronis interitus. — Idē c.57. — Euſeb. in Chron.

¶ *De ſapientibus illius temporis, videlicet Seneca, Iuuenale, Perſio, & Quintiliano, & eorum ſcriptis.*

CAP. XXIIII.

Senecæ inſignio res ſententiæ.

HIS temporibus floruerūt hi gentiles, ſcilicet, Seneca, Perſius, Iuuenalis. Quintilianus, quorum aliqua dicta moralia hic ponuntur. Sene. in lib. de moribus. Multos vita differentes mors incerta præuenit. Omnis itaque dies velut vltimus iudicetur. Verba rebus, non perſonis æſtimanda ſunt. Oratorem te puta: ſi tibi pſi ante omnes, quod oportet perſuaſeris. Monſtro ſimilis eſt auaritia ſenilis. Quid enim ſtultius [eſt quod dici ſolet] quàm via deficiente viaticum augere? Pacem habebis cum omnibus, cum vitiis bellum. Hoc habet omnis affectus, vt in quo ipſe inſanit, omnes in idem putet furere. Idem in lib. de quatuor virtutibus. Qui prudentiam ſequi deſideras, tunc [per rationem] rectè viues, ſi omnia prius æſtimes, ſi dignitatē rebus, non ex opinione multorum, ſed ex eorum natura conſtituas. Prudentis proprium eſt examinare conſilia, & non ſubito facili crudelitate ad falſa prolabi. Cogitationes vagas & velut ſomnio ſimiles nō recipias, quibus ſi animus tuus ſe obtulerit, cùm omnia diſpoſueris, triſtis remanebis. Parcè lauda, parcius vituperato, illa adulatione, iſta malignitate ſuſpecta eſt. Prudens nunquam otio marcet, habet autem aliquando animum remiſſum, ſolutum nunquā. Tarda accelerat, perplexa expedit, dura mollit, aſpera lenit, ardua exæquat, ex paruis magna, ex apertis obſcura, ex proximis remota, æſtimat. Non te moueat diſcentis authoritas: nec quis, ſed quid dicat intendito. Nec quàm multis: ſed quibus placeas cogites. Scito magnum & honeſtum eſſe vindictæ genus, ignoſcere. Eris magnanimus, ſi pericula nec appetas vt temerarius, nec formides vt timidus. Victus tibi ſit ex facili, nec ad voluptatem ſed ad cibum accede,

Prudentis quid ſit propriū. — Laudandū parcè & parcius vituperandum. — Authoritas dicētis non attendenda. — Ignoſcere genus vindictæ.

A.C. 71.

palatum tuum non ſapores, ſed fames excitet. Deſideria tua paruo redime, quia hoc tantum curare debes vt deſinant: [hoc maius obſerua] Nec paupertas tibi immunda ſit, nec parſimonia ſordida, nec ſimplicitas neglecta, nec lenitas languida. Nec tua defleas, nec alia mireris. Sermones vtiles magis quàm facetos ama. Repræhēſibilis eſt riſus, ſi eſt immodicus ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter fractus. Odibilē facit hoīem riſus, aut ſuperbus, aut clarus, aut malign' & furtiuus, aut malis alienis euocatus. Nō erit tibi ſcurrilitas, ſed grata vrbanitas. Sint ſales tui ſine dente, ioci ſine vtilitate, riſus ſine cachinno, vox ſine clamore, inceſſus ſine tumultu, quies tibi non deſidia erit. Et dum ab aliis luditur, tu aliquid ſancti honeſtique tractabis. Tam tibi triſte ſit laudari à turpibus quàm ſi lauderis ob turpia. Difficillimum continentiæ opus eſt, aſſentationes adulatorū repellere, quorum ſermones animam quadam voluptate reſoluūt. [Eſto vitiorum fugax ipſe] Aliorum verò neque curioſus explorator ſis, nec acerbus reprehenſor, ſed ſine exprobatione correptor, ita vt admonitionem hilaritate præuenias. Dicentium eſto tacitus auditor requirenti facile reſponde, contendenti facile cede. Omnes tibi pares facies, ſed inferiores ſuperbiendo non contemnas, nec ſuperiores recte viuendo timeas. Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Seuerior eſto in iudicio quàm in ſermone, vita quàm vultu. Nec tuæ bonæ famæ mirator ſis, nec inuidus alienæ. Quæ noſti ſine arrogantia poſtulanti imperties. Quæ autem neſcis, ſine occultatione ignorantiæ poſtula tibi impertiri. Idem in libro de clementia. Verecundiam peccati facit ipſa clementia regentis, & grauior multum pœna videtur, quæ à miti viro conſtituitur. Non minus principi turpia ſunt multa ſupplicia, quàm medico multa vulnera. Remiſſius imperanti melius paretur. Clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi, vel lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem in pœnis conſtituendis. Idem in libro de beneficiis. Gratus aduerſus eum quiſquam eſſe poteſt, qui beneficium aut ſuperbè adiecit, aut iratus impegit, aut fatigatus vt moleſtia careret, dedit? Docendi ſunt libenter accipere, libenter reddere, & [magnum ipſis certamen proponere] eos quibus obligati ſunt re, animo non tantùm æquare: ſed etiam vincere. Beneficium eſt beneuola actio tribuens gaudium, capiénſque tribuendo, in id quod facit prona & ſponte ſua parata. Itaque non quid fiat, aut quid detur, ſed qua mente, refert. Nonnunquam magis nos obligat qui parua dedit magnifice: quia regum opes æquauit animo, & qui exiguū tribuit, ſed libenter. Gratiſsima ſunt beneficia parata, facile occurrentia, vbi nulla interuenit mora, niſi in accipientis verecundia. Grauiſsimis viris nulla res carius conſtat, quàm quæ precibus empta eſt: moleſtum enim verbum & onerosum eſt demiſſóque vultu dicendum, Rogo. Omnis benignitas properat, & proprium eſt libenter facientis citò facere. Interdum & ipſe qui iuuatur fallendus eſt vt habeat, nec à quo acceperit ſciat. Hæc beneficij inter duos lex eſt. Alter ſtatim debet obliuiſci dati: alter accepti nunquam. Taceat qui beneficium dedit, narret qui accepit. Ingratus eſt qui remotis arbitris gratias agit. Qui dat beneficium, Deum imitatur, qui repetit, fœnerator eſt. Pudorem tollit multitudo peccantium. Regium eſt nolle regnare cùm poſsis. Facilius eſt barbaras gentes & impatientes alieni arbitrij regere, quàm animum ſuum continere & ſibi tradere

De magnanimitate. — De continentia. — Riſus reprehenſibilis. — Aſſentationes ſuperare difficillimū. — li.1. decla. c.22. — Clemētia regentis quid facit. cap.24. — L.1. c.1 Clemētia quid. L.1.c.2. — Ibid.c.4. — Beneficiū quid. Ibid.c.6. Ibid.c.7. L.1.c.1. — Nulla res carius cōſtat, quam quæ precibus empta eſt. — cap.1. cap.5. — Beneficij lex optima. — cap.9. cap.10. cap.11. — Regiū eſt nolle regnare.

A.C. 71.

A tradere,id eſt,habere dominium ſui.Neminem tam alte ſæcula poſuerunt vt non illi amicus eo magis deſit, quo nihil abſit.

Voluptas eſt fragilis.

Voluptas fragilis eo breuius oblectat,quo auidius hauſta eſt. Cuius ſubinde neceſſe eſt:aut pœniteat aut pudeat. Idem in libro de remediis fortuitorum.Stultum eſt timere quod vitare non poſſis.Optimum eſt mori cùm iuuat viuere. Multi aliquem comitantur: mel muſcæ, ſequuntur cadauer lupi,frumenta formicæ,prædam ſequitur turba iſta non hominem. Non intelligis partem eſſe innocentiæ cæcitatem? Oculi enim ſunt irritamenta vitiorum ducéſque ſcelerum. Naufragiũ feciſti? cogita non quod perdidiſti, ſed quod B euaſeris. Quære amicum inter recta & honeſta officia. Idem in libro de naturalibus quæſtionibus.Inter nullos magis quàm inter Philoſophos æqua debet eſſe libertas. Quis non intelligit omnia conſuetudine vim ſuam perdere? Humano animo à bonis artibus robur venit & à conſideratione naturæ. Quid eſt cur ego hominem, aut ſagittam, aut feram, aut lanceam tremam? maiora me pericula expectant à fulminibus & magnis naturæ partibus.

Puſilla res hominis vita.

Puſilla res eſt hominis vita,ſed ingens res eſt contemptus vitæ. Ita à natura compoſiti ſumus vt nos quotidiana etiãſi admiratione digna ſunt tranſeant,& minima quæ-

Sen.l.2. q.c.59.

C que rerum ſi inſolitæ prodierunt, dulce ſpectaculum fiant. Contemne mortem,& omnia quæ ad mortem ducunt contempta ſunt. Licet illa bella ſint, ſiue naufragia,ſiue [morſus ferarum ,ſiue ruinarum ſubito lapſu procidentium]pondera,nunquid amplius facere poſſunt, quàm vt corpus ab animo reſoluant? Hæc nulla diligentia euitat, nulla fœlicitas domat, nulla poteſtas euincit. O te dementem & oblitum fragilitatis tuæ: ſi tunc mortem tantùm times cùm tonat: Viuens ſi fulmen effugis, petet te gladius, petet lapis, petet febris. Quicquid acciderit tibi, ſic fer

L.3. in prol.

D quaſi volueris tibi accidere, debuiſſes enim velle ſi ſciſſes omnia ex decretis Dei fieri. Flere quæri & ingemere decipere eſt.

Seneca in probæ. contro.

Idẽ. Nihil eſt tam mortiferum ingenio quàm luxuria.

Adoleſcẽtia ſtudia quæ reprehendẽda.

Torpent ingenia deſidioſæ iuuentutis,nec in vllius honeſtę rei labore vigilatur. Cantandi ſaltandíque obſcænáque ſtudia effœminatos tenent. Capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare; mollitie corporis certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe extollere munditiis noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt. Emolliti eneruéſque in vitio nati ſunt, in vitio manent exugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes ſuæ. Idem in tragœdiis.

E

Troadis act. 2.

Quo plura poßis, plura patienter feras.
Violenta nemo imperia cõtinuit diu
Moderata durant.
Qui non vetat peccare cùm poßit: iubet

Agam.c.3.

Perire mores, ius, pietas, fides,
Et qui redire cùm perit, neſcit pudor.
Heu quàm dulce malum mortalibus additum,
Vitæ dirus amor.
Quem pœnitet peccaſſe penè innocens eſt.
O quam miſerum eſt neſcire mori.
F *Dat ille veniam facile cui venia opus eſt.*

Vna res eſt virtus, quæ immortalitate donare poteſt & pares diis facere. Idem in Epiſtolis ad Lucilium. In prima. Vindica te tibi, & tempus quod adhuc aut

turpiſſima iactura temporis.

auferebatur aut excidebatur, aut ſurripiebatur collige & ſerua. Turpiſſima enim iactura eſt, quæ per negligentiã fit. Quem mihi dabis qui aliquod pretium

A.C. 71.

A tempori ponat? qui diem æſtimet? qui intelligat ſe quotidie mori? In hoc omnes fallimur quòd mortem proſpicimus. Magna pars eius iam præteriit: quicquid ætatis retro eſt mors tenet, dum differtur vita tranſcurrit. Omnia mi Lucili aliena ſunt, tempus noſtrum eſt tantum. In huius rei nimis fugacis vnius ac lubricæ poſſeſſionem natura nos miſit. Primum argumentum compoſitæ mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere & ſecum morari. Iſtud autem vide, ne iſta lectio authorum & diuerſi generis voluminũ habeat aliquid vagum & inſtabile certis ingeniis immorari & innutriri oportet. Non prodeſt cibus nec corpori B accedit, qui ſtatim emittitur ſumptus. Nihil tam vtile eſt, quod in tranſitu proſit. Nihil æquè ſanitatẽ impedit vt remediorum crebra mutatio. Diſtrahit animum librorum multitudo. Itaque cùm legere nõ poſſis quantum habueris, ſatis eſt habere quantũ legas. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. Idem in epiſt.3. Si aliquem amicum exiſtimas, cui non tantumdem credas quantum tibi, vehementer erras. Errat & ille qui amicũ in atrio quærit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis ſuis obſeſſus quàm quòd amicos ſibi putat quibus ipſe non eſt.

Quomodo cũ amicis viuendum.

Tu vero omnia cum amico tuo C delibera, ſed de ipſo prius. Poſt amicitiam credendũ eſt, ante amicitiam iudicandum. Tam audacter cum amico tuo quàm tecum loquere. Et tu quidem ita viue vt nihil ei committas, niſi & quod cõmittere etiã inimico poſſes. Vtrumque vitium eſt, & omnibus credere, & nulli. Sed alterum dixerim honeſtius vitium, alterum tutius.

Reprehendi & qui ſemper quieſcunt & inquietiæ ſunt ſemper.

Sic etiam vtroſque reprehendas, & eos qui ſemper inquieti ſunt, & eos qui ſemper quieſcunt. Nam illa tumultu gaudens non eſt induſtria, ſed exagitatæ mentis concuſſatio. Et hæc non eſt quies quæ omnem motum moleſtiam iudicat, ſed diſſolutio & languor. Itaque iſta inter ſe miſcenda D ſunt, & quieſcenti agendum eſt & agenti quieſcendum. Idem in epiſt.3. Adhuc non pueritia, ſed (quod eſt grauius) puerilitas remanet. Et hoc idem peius eſt, quia habemus authoritatem ſenum, vitia puerorum, nec puerorum tantum ſed infantiũ: illi leuia, hi falſa formidant, nos vtraque. Plerique inter mortis metum & tormenta vitæ miſeri fluctuant, & viuere nolunt, & mori neſciunt: fac itaque tibi iucundam vitam, omnem pro illa ſolicitudinem deponendo. Nullũ bonũ iuuat habentẽ, niſi ad cuius amiſſionẽ præparatus eſt animus, ergo aduerſus omnia quæ accidere poſſunt [etiam potentiſſimis] te adhortare

Exigit frugalitatem Philoſophia.

E & indura. Idẽ in epiſt.5. Quemadmodum deſiderare delicatas res luxuriæ eſt, ita vſitatas & non magno parabiles fugere dementiæ eſt. Frugalitatẽ exigit Philoſophia, non pœnam: temperetur vita inter bonos mores & publicos. Qui domũ intrauerit, nos potius miretur quàm ſupellectilẽ noſtrã. Magnus ille eſt qui ſic fictilibus vtitur quemadmodũ argento. Nec ille minor eſt qui ſic argento vtitur ſicut fictilibus. Deſines (inquit Cato) timere, ſi ſperare deſieris. Ferè pericula quæ vident fugiunt, & cùm effugerint, ſecuræ ſunt. Nos autẽ eo venturo torquemur & præterito, timoris enim tormentũ memoria reducit, prouiden-

Videre ſua vitia conuerſionis initiũ.

F tia anticipat. Nemo tamen præſentibus tantũ miſer eſt. Idẽ in epi.6. hoc ipſum argumentum eſt animi in melius tranſlati, cũ vitia ſua quæ prius ignorabat videt. Nullius boni ſine ſocio iucũda eſt poſſeſſio. Plus tibi viua vox & conuictus, quã oratio proderit. In rẽ

Per præcepta iter longũ per exempla breue.

præſentẽ venias oportet primũ, quia homines amplius oculis quã auribus credunt. Deinde quia longũ intereſt per præcepta; breue & efficax per exempla.

In 6. Inimi

A.C. 71.

In 7. Inimica eſt multorum conuerſatio, & quo maior eſt populus, cui commiſcemur, plus hoc periculi eſt. Nam & auarior redeo & ambitioſior & luxurioſior, quin etiam crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Vtrumque deuitandum eſt, ne vel ſimilis malis fias, quia multi ſunt, neue inimicus multis, quia diſſimiles ſunt. Recede in te ipſum quãtum potes. Cum iis verſare qui te facturi ſunt meliorem. Illos admitte, quos tu poſſis facere meliores. Mutuo iſta fiunt, homines dum docent, diſcunt. In epiſtola 8. Vitate quæcunque vulgo placent, [quæ caſus attribuit] ad omne bonum fortuitum, ſuſpicioſi pauidique ſubſiſtite. Nam & fera & piſcis aliqua ſpe obiectante decipitur. Munera iſta fortunæ putatis? inſidiæ ſunt. Quiſquis noſtrã tutam vitam agere volet, viſcata iſta beneficia vitet. Scitote hominem tam bene culmo tegi quàm auro. Cogita in te nihil præter animum eſſe mirabile, cui magno nihil magnum eſt, mihi crede. Qui nil vel minora agere videntur, maiora agũt, humana diuináque ſimul tractant. In epiſtola 9. Qui vtilitatis cauſa aſſumptus eſt, tandiu placebit quamdiu vtilis erit, certe florentes amicorum turba circumſedet. Circa euerſos ingens ſolitudo eſt, & amici inde fugiunt, vbi probantur. Neceſſe eſt enim initia exitúſque rerum inter ſe congruant. Negotiatio eſt iſta, non amicitia, quæ ad commodum accedit. Ait Chryſippus. Sapientẽ nulla re indigere, & tamen multis illi rebus opus eſſe, contra ſtulto nulla re opus eſt, nulla enim re vti ſcit. Quid refert qualis ſit ſtatus tuus, ſi tibi videtur malus? Niſi ſapienti ſua non placent, omniſque ſtultitia laborat faſtidio ſui. In epiſtola 10. Non inuenio cum quo malim te eſſe quàm tecum, ſic eſt, fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. Sic viue cum hominibus tanquam Deus videat. Sic loquere cum Deo quaſi homines audiant. In epiſtola. 11. Verecundia in adoleſcente bonum ſignum eſt. Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis adſiſtat. O felicem illum qui ſic aliquem vereri poteſt, vt ad memoriam quoque eius ſe cõponat & ordinet. Qui ſic aliquem vereri poteſt, cito erit verecundus. Elige ergo illũ cuius & vita placuit tibi & oratio. Illum ſemper tibi oſtende, vel cuſtodem vel exemplum. Opus enim eſt aliquo ad quem mores noſtri ſe erigant. Niſi ad regulam praua non corriges. In epiſtola 12. Grauiſſima ſunt poma cùm fugiunt. Ille beatiſſimus eſt, & ſecurus ſui poſſeſſor, qui craſtinum ſine ſolicitudine expectat. In epiſtola. 13. Non poteſt magnos ſpiritus athleta ad certamen afferre, qui nunquam ſuggillatus eſt. Ille qui ſanguinem ſuum vidit, cuius dentes crepuerunt ſub pugno, nec proiectus animum proiecit: ſed quoties cecidit contumacior reſurrexit, cum magna ſpe deſcendit ad pugnã, multum enim adiicit ſibi virtus laceſſita. Plura ſunt lucili quæ nos terrent, quàm quæ premunt, & ſæpius opinione, quàm re laboramus. Illud tibi præcipio ne ſis miſerante tempus, cùm illa, quæ vt imminentia expauiſti forte nunquam ventura ſint, certe nõdum venerũt. Quedã nos torquent magis quàm debeant, quædam antequam debeant, quædam cùm omnino non debeant. Sicque aut augemus dolorem, aut fugimus, aut præoccupamus, quam multa expectata nuſquam comparuerũt. Et ſi futurum eſt, quid iuuat dolori ſuo occurrere? Satis cito dolebit cùm venerit. Nihil tam certum eſt ex iis quæ timẽtur, vt non certius ſit & formidata ſubſidere & ſperata decipere. Quid turpius eſt quàm ſenex viuere incipiens? Multis ſeruiet qui corpori ſeruit: qui pro eo nimium timet, qui ad aliud omnia refert. Sic gerere nos debemus non tanquam propter corpus viuere debeamus: ſed tanquam non poſſimus ſine corpore. Huius nos nimius amor timoribus inquietat, ſolicitudinibus onerat, contumeliis obiicit. Honeſtum vile eſt ei, cui corpus nimis charum eſt. Agatur eius cura diligentiſſime, ita tamen vt cùm exigit ratio, cùm dignitas, cum fides in ignem mittendum ſit. Etiam in obſeſſa via pauperi pax eſt. Nunquam intantum conualeſcit nequitia, nunquam ſic contra virtutes coniurabitur, vt non philoſophiæ nomen venerabile & ſacrum maneat. Nemo ſolicito bono fruitur. Adiicere diues aliquid diuitiis ſuis ſtudet. Dum de incremento cogitat, oblitus eſt vſus, rationes accepit, forum conterit [calendarium verſat] fit ex domino procurator. In epiſtola 15. Quicquid facies, cito redi de corpore ad animum. Illum diebus ac noctibus exerce. Id bonum cura, quod vetuſtate fit melius. Quàm iucũdum eſt nihil poſcere. Quàm magnificum plenum eſſe, nec ex fortuna pendere. Diſcedent aliquando iſta inſidioſa bona, & ſperantibus meliora quàm aſſecutis. Si quid in illis eſſet ſolidi, aliquando implerent, nunc autem haurientium ſitim concitant. In epiſtola 16. Plus operis eſt in eo vt propoſita cuſtodias, quàm vt honeſta proponas. Perſeuerandum eſt & aſſiduo ſtudio robur addendum, donec bona mens ſit, quod bona voluntas eſt. Naturalia deſideria finita ſunt, ex falſa opinione naſcentia, vbi deſinant non habent. Retrahe te à vanis, & cùm vis ſcire quod petis vtrum naturalem habeat, an cæcam cupiditatem, conſidera an poſſit alicubi conſiſtere, ſi longe progreſſo ſemper aliquid longius reſtat, ſcito id naturale non eſſe. In epiſtola 17. Proiice iſta omnia ſi ſapis, immò vt ſapias & ad bonam mentem magno curſu ac totis viribus tende. Si quid eſt quo teneris, aut expedi, aut incide. Multis ad philoſophandum obſtitere diuitiæ. Paupertas expedita eſt, ſecura eſt. Non circunſtat illam turba ſeruorum, ad quos paſcendos tranſmarinarum regionum eſt optanda fertilitas. Facile eſt paſcere paucos ventres, & bene inſtitutos, & nihil aliud deſiderantes quam impleri. Paruo fames conſtat, magno faſtidium. Paupertas contenta eſt inſtantibus deſideriis ſatisfacere. In epiſtola 18. Non eſt iucunda res aqua, aut polenta, aut fruſtum panis hordeacei: ſed ſumma voluptas eſt poſſe capere etiam ex iis voluptatem & ad id ſe reduxiſſe, quod eripere nulla fortunæ iniquitas poſſit. Diuitiarum poſſeſsione non tibi interdico: ſed efficere volo vt illas intrepidus poſsideas, quod vno modo conſequeris, ſi te ſine illis beatè victurum perſuaſeris, ſi illas tanquam exituras aſpexeris. In epiſtola 20. Facere docet philoſophia non dicere, & hoc exigit vt ad legem ſuam quiſque viuat, ne orationi vita diſſentiat, vt ipſa inter ſe vita vnius ſine omnium actionum diſſentione coloris ſit. Maximum hoc eſt & officium ſapientiæ & indicium, vt verbis opera concordent vt ipſe vbique par ſibi idémque ſit. Quid enim ſapientia? Semper idem velle idémque nolle, licet illam exceptiunculam non adiiciam vt rectum ſit quod velis, non poteſt ſemper cuiquam

Marginal notes (left): Quibus cum verſandum. — Viuendũ cum hominibus quaſi Deus videat. — Verecundia in adoleſcẽte bonũ ſignũ. — Athleta quis magnos afferat ſpiritus. — Timor vanus quomodo vt plurimũ.

Marginal notes (right): A.C. 71. ep. 14. Corporis cura qualis eſſe debeat. — Bona huius vitæ inſidioſa. — Naturalia deſideria quæ. — Diuitiæ magnæ obſtant philoſophãtibus. — Philoſophia docet facere non dicere. — Sapientia quid.

A.C. 71.

cuiquam idem placere niſi rectum. Variatur quotidie iudicium hominum, & in contrarium vertitur ac pleriſque agitur vita per luſum. Quod tu beneficio tuo ſcire non potes, paupertatis ſcies. Illa veros certóſque amicos retinebit.

Paupertas amicos indicat.

Diſcedit, quiſquis non te: ſed aliud ſequebatur. Nónne & ob hoc vnum amanda paupertas eſt, quod à quibus ameris oſtendit? O quando veniet dies, quo nemo in honorem tuum mētiatur? Huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta. Redige te ad parua ex quibus cadere non poſſis. Non licet diuitias in ſinu poſitas contemnere. Quidni liceat? Ille ingentis animi eſt, qui illas circunfuſas ſibi diu multúmque miratus quod ad ſe venerint ridet, ſuáſque audit magis eſſe quàm ſentit.

Diuitias quis vere contemnit.

Multum eſt non corrumpi contubernio diuitiarum. In epiſtola 22. Quod male implicuiſti ſoluas potius quàm abrumpas, ſi alia ſoluendi ratio non erit vel abrumpas. Nemo tam timidus eſt, vt malit ſemper pendere quàm ſemel cadere. Turpe eſt cedere oneri, luctare cum officio quod ſemel recepiſti. Non eſt vir fortis & ſtrenuus qui laborem fugit, verùm vbi etiam creſcit animus illi ipſa rerum difficultate [dicetur tibi iſta] falſum eſt: peiores morimur quam naſcimur: noſtrū hoc, non naturæ vitium eſt. Nemo quàm bene viuat: ſed quàm diu, curat: cùm hominibus contingere poſſit vt bene viuant: vt diu nulli. In Epiſtola 23. Fundamentum bonæ mentis eſt non gaudere vanis. Mihi crede verum gaudium res ſeuera eſt.

Gaudium verum ſolida res eſt.

An tu exiſtimas quemquam ſoluto vultu, hilari oculo mortem contemnere, paupertati domum aperire: voluptates tenere ſub fræno: dolorum meditari patientiam? Hæc qui apud ſe verſat in magno gaudio eſt: ſed parum blando. Hæc autem quibus delectatur vulgus tenuem habent ac perfuſoriam voluptatem, & quocunque inuentitium eſt gaudium, fundamento caret. Corpuſculum etiamſi ſine eo nihil fieri poteſt: magis neceſſariam rem crede quàm magnam: vanas ſuggerit voluptates, breues pœnitendas, ac niſi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras.

Corpus res neceſſaria non magna.

Modum antem tenere in eo difficile eſt quod bonum eſſe credideris. Veri boni auiditas tuta eſt, quæ ſubit ex bona conſcientia, ex honeſtis conſiliis ex contemptu fortuitorum [ex placido vitæ, & continuo tenore vnam tenentis viam.] Pauci ſunt qui conſilio ſe ſuaque diſponant, cæteri, eorum more quæ fluminibus innatant non eunt: ſed feruntur. Quidam tunc viuere incipiunt cùm deſinendum eſt. Ex epiſtola 24. Quid neceſſe eſt mala accerſere & ſatis cito patienda cùm venerint reſumere, ac præſens tempus futuri metu perdere? Eſt ſine dubio ſtultum: quia quandoque futurus ſis miſer, eſſe iam miſerum. Sed ego alia te ad ſecuritatem via ducam.

Securitatis via.

Si vis omnem ſolicitudinem exuere, quicquid vereris ne eueniat, euenturum vtique propone, & quodcunque illud eſt malum, tecum ipſe metire, ac timorem tuum taxa. Acrior eſt virtus ad occupanda pericula, quàm crudelitas ad irroganda. Dolor quidem leuis eſt, ſi ferre poſſum: breuis eſt ſi ferre non poſſum. Hoc turpiſſimum eſt (quod nobis obiici ſolet) Verba nos philoſophiæ non opera tractare.

Voluptates noxiæ.

Ipſæ voluptates in tormenta vertuntur, epulæ cruditatem afferunt, ebrietates neruorum torporem ac tremorem, libidines manuum, pedum & articulorum deprauationem. Pauper fiam inter plures ero, exul fiam, ibi me natum putabo. Quò mittar, alligabor. Quid enim nunc ſolutus ſum? Ad hoc me natura graue corporis mei pondus adſtrinxit. Moriar? deſinam ægrotare poſſe, alligari poſſe, mori poſſe. Turpe eſt, aliud loqui, aliud ſentire. Quotidie morimur.

A.C. 71.

Morimur quotidie.

Quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cùm creſcimus, vita decreſcit. In epiſtola 25. Quod ad duos amicos noſtros pertinet, diuerſa via eundum eſt. Alterius enim vitia emendanda ſunt, alterius frangenda, vtar libertate tota. Non amo illum, niſi offendo. An profecturus ſim neſcio. Malo mihi ſucceſſum, quàm fidem deeſſe. Nutriendus eſt pudor, qui quamdiu in animo eius durauerit, aliquis erit bonæ ſpei locus. Panem & aquam natura deſiderat, nemo ad hæc pauper eſt, intra quæ quiſquis deſiderium ſuum clauſerit, cum ipſo Ioue de fœlicitate contendet. Sic fac omnia tanquam ſpectet aliquis.

Fac omnia tanquam ſpectet aliquis.

Prodeſt ſine dubio cuſtodem ſibi impoſuiſſe, & habere quem reſpicias, quem cogitationibus tuis intereſſe iudices. Omnia enim mala ſolitudo perſuadet. Cùm autem iam tantum profeceris vt tibi ſit etiam tui reuerentia, licebit dimittere pedagogum. In epiſtola 26. Quæ querela eſt, quod incommodum ſi quicquid debeat deſinere defecit? Et quis exitus eſt melior, quàm in finem ſuum natura ſoluente dilabi? Incertum eſt quo loco mors te expectat, itaque illam & tu omni loco expecta.

Mors ſemper expectanda.

Qui mori didicit [ſeruire didicit] ſupra omnem potentiam eſt, certe extra omnem. Quid ad illum carcer & cuſtodia & clauſtra? Liberum oſtium habet. Vna eſt catena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. In epiſtol. 27. Numera annos tuos, & pudebit te velle eadem quæ volueras puer. Hoc denique tibi circa diem mortis præſta, moriantur ante te vitia. Bona mens nec commodatur nec emitur.

Bona mēs non commodatur nec emitur.

Et puto ſi venalis eſſet, non haberet emptorem. At mala quotidie emitur. In epiſtola 28. Animum debes mutare, non cœlum, licet enim vaſtum traieceris mare, ſequentur te vitia quocunque perueneris, quæris quare fuga iſta non adiuuat, tecum fugis. Onus animi deponendum eſt, non ante tibi vllus placebit locus, immò quicquid facis contra teipſum facis & motu ipſo noces tibi: ægrum enim concutis.

Mutatio loci quomodo iucunda.

At cùm illud exemeris malum, omnis loci mutatio iucunda fiet. Magis quis veneris quàm quò intereſt. Et ideo nulli loco adiicere debemus animum. Cum hac perſuaſione viuendum eſt [non ſum vni angulo natus.] Patria mea totus mundus eſt. Quid tam turbidum fieri poteſt quàm forum? Ibi quoque licet quiete viuere, ſi neceſſe ſit. Sed ſi liceat diſponere ſe [conſpectum quoque & viciniam fori procul fugiam,] initium eſt ſalutis notitia peccati. Nam qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult, ideo quantum potes teipſum coargue, inquire in te, accuſatoris primùm partibus fungere, deinde iudicis, tandem deprecatoris. In epiſtola 30. Venit aliquis ad mortem iratus: mortem venientem nemo hilaris excipit, niſi qui ſe ad illam diu compoſuerat. In epiſtola 31. Generoſos animos labor nutrit. Non eſt viri timere ſudorem. In epiſtola 34. Pars magna bonitatis eſt velle fieri bonum. In epiſtola 36. Turpis & ridicula res eſt elementarius ſenex. Iuueni parandum, ſeni vtendum eſt. Animus ille tranquilliſſimus ad perfectum venit, qui in eodem habitu eſt quocunque modo res cadant.

Reſurrectio præſumitur à Seneca.

Mors quàm timemus intermittit vitam non eripit, veniet iterum qui nos in lucem reponat dies, æquo igitur animo debet rediturus exire. Obſerua orbem rerum in ſe remeantium, videbis nihil in hoc mundo extingui: ſed vicibus

deſcendere

A.C. 72.

deſcendere ac reſurgere. In 37. Si vis omnia tibi ſubiicere, te ſubiice rationi. Multos reges, ſi ratio te rexerit, ab illa diſces, quemadmodũ & quid aggredi debeas. Turpe eſt non ire: ſed ferri, & ſubito in medio turbine rerum ſtupentem quærere. Huc ego quemadmodum veni.

Generoſus animus qualis.

In epiſtola 39. Habet hoc in ſe generoſus animus, quod concitatur ad honeſta. Magnarum rerum ſpecies ad ſe vocat & extollit. Animus enim noſter ad modum flammæ in motu eſt, eo mobilior & actuoſior quo vehementior fuerit. Sed fœlix qui ad meliora hunc impetum dedit, ponet ſe extra ius ditionémque fortunæ, ſecunda temperabit, aduerſa comminuet & aliis admiranda deſpiciet,

Magni animi quid.

Magni animi eſt, magna contemnere, & mediocria malle quàm nimia. Neceſſe eſt enim in immenſum exeat cupiditas quę naturalem modum tranſilit. Deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerant vitia mores ſunt. In epiſtola 40. Inopia verborum & exilitas minus intentum auditorem facit tædio interruptæ tarditatis, facilius tamen inſidit, quod expectatur quàm quod prætervolat.

Veritatis oratio ſimplex.

Illa quidem quæ veritati operam dat oratio, incompoſita debet eſſe & ſimplex. Hæc popularis nihil habet veri, mouere vult turbam, & inconſultas aures impetu rapere. Remedia non proſunt niſi immorentur. Quis medicus in tranſitu ægros curat? Quemadmodum ſapienti viro inceſſus modeſtior conuenit, ita oratio preſſa, non audax. Itaque tardiloquum te eſſe iubeo.

Sacer ſpiritus intra nos.

In epiſtola 41. Sacer intra nos ſpiritus ſedet malorum bonorúmque noſtrorum obſeruator & cuſtos eſt hic prout à nobis tractatus eſt, [ita nos ipſe] tractat. In epiſtola 42. Circunſpice iſta quæ nos agunt in inſaniam, quæ dum pluribus lachrymis amittimus, ſcies in iis non damnum eſſe moleſtum: ſed opinionem damni. Nemo illa periiſſe ſentit: ſed cogitat. Qui ſe habet nihil perdit. In epiſtola 43. Vix quemquam inuenies, qui poſſit aperto oſtio viuere. Bona conſcientia turbam aduocat, mala etiam in ſolitudine anxia atque ſollicita eſt. Si honeſta ſunt quæ facis, omnes ſciant. Si turpia, quid refert neminem ſcire cùm tu ſcias?

Lectio librorum qualis.

In epiſtola 45. Non refert quàm multos libros: ſed quàm bonos habeas: Lectio certa prodeſt, varia delectat. Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt. Temeritas ſub titulo fortitudinis latet. Moderatio vocatur ignauia. Pro cauto timidus accipitur. In his magno periculo erratur. In epiſtola 46. Iam vbi etiam cauſa ſublata eſt, mentimur conſuetudinis cauſa. In epiſtola 47. Illos rideo, qui turpe exiſtimant cum ſeruo ſuo cœnare. Quare, niſi quia ſuperbiſſima conſuetudine cœnantem dominum ſtantium ſeruorum turba circundedit? Ille quippe ingenti cupiditate diſtentum ventrem onerat, ſerui autem tota nocte ieiuni mutique perſtant. Sicque fit vt iſti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet:

Quomodo cum inferioribus ſit viuendum.

ſic cum inferiore viuas, quemadmodum velis ſuperiorem tecum viuere, & quoties in mentem venerit quantum tibi in ſeruum liceat, toties etiam in mentem veniat tantumdem in te domino tuo licere. Quemadmodum ſtultus eſt qui equum empturus non ipſum inſpicit: ſed ſtratum eius & frænos, ſic ſtultiſſimus qui hominem ex veſte aut ex conditione æſtimat. In epiſtola 49. Aperta decent & ſimplicia bonitatem, etiamſi multũ ſupereſſet ætatis, parce iam diſpenſandum erat, vt ſufficeret neceſſariis. Nunc vero quæ dementia eſt ſuperuacua diſcere in tanta temporis egeſtate? In epiſtola 50. Quod non perdidiſti habes, cornua non perdidiſti, ergo cornua

A habes, Non vaco ad iſtas ineptias. Ingens negotium in manibus eſt. Quid agam? mors me ſequitur, vita fugit. Aduerſus hæc me doce, aliquid affer, ne mortem fugiam, vita me non effugiat. Dociles natura nos edidit, & rationem dedit imperfectam: ſed quæ perfici poſſet. In epiſtola 51. Quando fatuo delectari volo, non eſt mihi longe quærendus, me rideo. Ceci ducem quærunt, nos autem ſine duce erramus. Et ideo difficulter ad ſanitatem peruenimus, quia nos ægrotare neſcimus.

Initium virtutis arduum.

Initium eundi ad virtutes arduum eſt, quia hoc primum imbecillæ atque ægræ mentis eſt formidare inexperta. Itaque cogenda eſt

B mens, vt incipiat, deinde non eſt acerba medicina, protinus enim delectat dum ſanat. In epiſtola 52. Id agere debemus vt irritamenta vitiorum quàm longiſſime perfugamus. Indurandus eſt animus & debellandæ voluptates, quæ ſęua quoque ad ſe ingenia rapuerunt. Vitia ſine modo, ſine fine perſequere. Nam illis quoque nec finis nec modus eſt. Proiice quæcunque cor tuum dilaniant, quæ ſi aliter extrahi nequirent, cor ipſum cum illis reuellendum erat. Voluptates præcipue extirpa, quæ latronum more nos amplectuntur, vt ſtrangulent. In epiſtola 53. Illum elige adiutorem quem magis admireris cùm

C videris quàm cùm audieris. Quid lætaris, quod ab hominibus iis lauderis quos ipſe laudare non potes? Laudatio aliquid exhortationis affert ipſis audientibus, & animos adoleſcentium extimulat. Epiſt. 54.

Morbi animi, quæ grauiores eo minus ſentiũtur.

In illis morbis quibus afficiuntur animi, quo quis peius ſe habet, minus ſentit. Somnium narrare vigilantis eſt, & vitia ſua confiteri ſanitatis indicium eſt. Omnia impedimenta dimitte & vaca bonæ menti. Nemo ad illam peruenit occupatus. Magni artificis eſt clauſiſſe totum in exiguo. In epiſtola 55. In hoc (ni fallor) erramus quod mortem ſequi iudicamus, cùm illa & præceſſerit & ſecutura ſit.

D Quicquid ante nos fuit, mors eſt.

Laudandus quẽ non piget mori cùm iuuet viuere.

Illum lauda & imitare quem non piget mori cùm iuuet viuere. Quæ enim eſt virtus cùm eiiciaris, exire? Sapiens nihil inuitus facit, neceſſitatem effugit, quia vult, quod coactura eſt. In epiſtola 57. Nulla placida eſt quies, niſi quam ratio compoſuit.

Vitia occulta pernicioſa.

Omnia vitia ad modum morbi in aperto leuiora ſunt. Tunc autem ſcias pernicioſiſſima eſſe cùm ſimulata ſanitate ſubſidunt. Nulla res animum ſapientis auocabit, nullus hominum auiúmque concentus interrumpat cogitationes bonas ſolidáſque iam & certas. In epiſtola 59. Nemo noſtrum idem eſt mane quod fuit

E pridie. Quicquid vides currit cùm tempore, Nihil ortum ſtabile vel firmum & immobile eſt, & nos tamen ea cupimus tanquam aut ſemper futura aut ſemper habituri.

Philautia profectũ impedit.

In epiſtola 60. Illud præcipue in nobis philoſophiam impedit, quod cito nobis placeamus. Et quicquid in nos adulatio congerit tanquam debitum prendimus, optimóſque nos eſſe ac ſapientiſſimos affirmantibus aſſentimur. Sequitur itaque vt ideo mutari non velimus, quia nos optimos eſſe credimus. Omnes tendunt ad gaudium: ſed vnde ſtabile magnúmque conſequantur ignorant. Et ſapiens quidem nunquam ſine gaudio eſt. Gaudium autem hoc non naſcitur niſi ex virtutum

F conſcientia. Nec interrumpitur nec deſinit. Quod enim non dedit fortuna, non eripit. In epiſtola 61. Taurus pauciſſimorum iugerum paſcuis impletur. Vna ſylua elephantibus pluribus ſufficit, homo vero & terra paſcitur & mari. Verumtamen fames ventris non magno conſtat: ſed am-

 bitio.

A. C. 71.

A bitio.In epiſtola 62.Ante ſenectutem curaui, vt bene viuerem, in illa vt bene moriar. Da operam ne quid inuitus vnquam facias. Qui imperia libens excipit, partem acerbiſsimam ſeruitutis effugit, facere quod nolit. Nec qui iuſſus aliquid facit miſer eſt: ſed qui inuitus facit. Itaque ſic animum componamus vt quicquid res exiget, id velimus. In epiſtola 63. Cōtemnere aliquis omnia poteſt, habere omnia nemo poteſt, breuiſsima ad diuitias per contemptum diuitiarum via eſt. In epiſtola 64. Nec ſicci ſint oculi, amiſſo amico, nec fluant, lachrimandum eſt, non plorandum. Id agamus vt iucunda nobis fiat amicorum B recordatio amiſſorum. Nemo libenter ad id redit quod non ſine tormento cogitaturus eſt. Mihi amicorum defunctorum recordatio dulcis & blanda eſt, habui enim illos tanquam amiſſurus, amiſi tanquam habeam. In epiſtola 66. Quæ Deo faciendi mundum cauſa fuit? Bonus eſt [bona fecit.] Bono nulla cuiuſquam boni inuidia eſt. [a] Fecit itaque quàm optimum potuit. Vetas me cœlo intereſſe, id eſt, iubes me capite demiſſo viuere, maior ſum & ad maiora genitus, quàm vt mancipium corporis mei ſim. Quod equidem non aliter conſpicio quàm vinculum aliquod libertati meæ circundatum, cuius C contemptus certa libertas eſt. Seruiant deteriora melioribus, fortes ſimus aduerſus fortuita. In epiſtola 67. Ex caſa vir magnus exire poteſt, & ex deformi humilique corpuſculo formoſus animus ac magnus, nec deformitate corporis, animus fœdatur: ſed pulchritudine animi, corpus ornatur. Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione ſed natura pretia rebus imponens, [toti ſe inferens mundo, & in omnes eius actus contemplationem ſuam mittens cogitationib. actionibúſque intentus, ex æquo magnus ac vehemens, aſperis, blandiſque pariter inuictus] neutri ſe fortunæ D ſubmittens, ſupra omnia quæ contingunt eminens [pulcherrimus cum decore cum virib. ſanus ac ſiccus, imperturbatus, intrepidus, quē nulla vis frangat, quem nec attollant fortuita nec deprimant. Talis animi virtus] eſt hæc eius facies. Omnis in modo eſt virtus, omne honeſtum voluntarium eſt. Nō enim poteſt honeſtum eſſe quod non eſt liberum. In epiſtola 68. Non ſum tam clemens, vt ægrotare cupiam. Sed ſi ægrotandum fuerit, vt nihil effœminatè faciam optabo. Non enim pati tormenta laudabile eſt: ſed pati fortiter. In epiſtola 69. Multi aperta tranſeunt, condita & abſtruſa rimantur. Furem ſignata ſollicitant, vile videtur quicquid patet. Aperta E effractarius præterit. Hos mores habet imperitiſsimus quiſque in ſecreta irrumpere cupit. Iactandi genus eſt nimis latere & à conſpectu hominum ſecedere. Non eſt agendum hoc, vt de te homines loquātur: ſed vt ipſe tecum loquaris. Quod homines de aliis libentiſsime faciunt, de te apud te mala exiſtima, & id maxime tracta, quod in te firmiſsimum eſſe ſenties. In epiſtola 70. Qui deponere vult deſideria omnium rerum quarum cupiditate flagrauit & oculos & aures ab iis quæ reliquit auertat. Cito enim affectus quocunque ſe verterit, rebellat. Nullum ſine autoramento malum eſt. Auaritia pecu- F niam promittit, luxuria voluptatem, ambitio potentiam. Mercede te vitia ſollicitant, vix effici toto ſæculo poteſt, vt vitia cū longa licētia tumida ſubigantur & iugum accipiant. In epiſtola 71. Vis aduerſus hoc corpus liber eſſe? tanquam migraturus habita. Quomodo veniet in mentem finis ſuus omnia ſine fine cupientibus? Nemo niſi vitio ſuo miſer eſt. In epiſtola 72. Ideo peccamus quia de partibus vitæ omnes deliberamus, nemo de tota deliberat. Non mirum eſt in tranquillitate non concuti. Illud mirare ibi extolli aliquos, vbi omnes deprimuntur, ibi ſtare aliquem vbi omnes iacent. Imperfecta neceſſe eſt vt labent, & modo prodeant modo ſubſidant. Sed & magna pars profectus, eſt velle proficere. Id agamus, vt noſtrum omne tempus ſit, quod non erit niſi prius noſtri eſſe cœperimus. In epiſtol. 73. Quicquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine vlla voluptate dimittimus, ſtatim ad rapinam alterius, ſcilicet rei erecti & attenti. Hoc ſapienti non euenit, plenus eſt. Et ſi quid obuenit ſecurè excipit ac reponit. In epiſtola 74. Quiſquis de accipiendo cogitat oblitus eſt accepti, nec vllum habet maius malum cupiditas, quàm quod ingrata eſt. Hoc docet philoſophia, præcipue bene debere beneficia bene ſoluere. Interdum autem ſolutio eſt ipſa confeſsio. Miraris homines ad deos ire? Deus ad homines venit, immò in homines venit. Nulla enim mens ſine Deo bona eſt. In epiſtola 75. Aut iſta bona non ſunt, quæ vocantur, aut homo fœlicior eſt Deo: quoniā quæ parata ſunt nobis, Deus non habet in vſu. Nec enim libido ad opes, nec epularum lautitia, nec quicquam ex his hominem ineſcantibus ad Deum pertinent. Placeant homini quæcunque Deo placēt, ob hoc ipſum quod Deo placent. In epiſtola 76. Concordet ſermo cum vita. Ille promiſſum ſuum impleuit, qui & cùm videas illum & eum audias, idem eſt: non delectent verba noſtra ſed proſint. In epiſtola 77. Quid ſtultius eſt quàm quia diu non didiceris non diſcere, Quandiu viuas, tamdiu diſcendum eſt. Ad honeſtiora vadenti contemnendus eſt ipſe conceptus. Vir bonus quicquid ei acciderit æquo animo ſuſtinebit. Sciet enim accidiſſe lege diuina qua vniuerſa procedunt: cùm voles verā hominis æſtimationem inire, & ſcire quis ſit, inſpice nudum, ponat honores, ponat patrimonium & alia fortunæ mendacia, corpus etiam ipſum exuat, animum intuere qualis ſit, & quantus, alieno, an ſuo magnus. Magna autem pars eſt apud imperitos mali, nouitas, ideo ſapiens aſſueſcit ſe malis futuris & quæ alij diu patiendo faciunt leuia, hic leuia facit diu cogitando. In epiſtola 78. Vita non eſt imperfecta, ſi honeſta eſt, vbicunque deſines ſi bene deſines tota eſt. Nonne tibi videtur ſtultiſsimus omnium qui fleuerit, quod ante mille annos non vixerat? æque ſtultus eſt qui flet, quod poſt mille annos non viuet, hæc paria ſunt, Non eris, & fuiſti, vtrumque tempus alienum eſt. Quid fles? ad hanc legem natus es. Quid noui eſt? hoc omnibus accidit. Quomodo fabula, ſic vita: non quamdiu, ſed quàm bene acta ſit refert. In epiſtola 79. In remedium cedunt honeſta ſolatia. Et quicquid animum erexit, etiam corpori prodeſt. Tria in omni morbo grauia ſunt timor mortis, dolor corporis, intermiſsio voluptatum. De morte ſatis dictum eſt. Dolere nemo poteſt valde & diu. Sic enim nos amantiſsima noſtri natura diſpoſuit, vt dolorem aut tolerabilem aut breuem faceret. Non eſt autem acerbum carere eo, quod cupere deſieris. Quod expectatum eſt diu, lætius accedit. In epiſtola 80. Non eſt bonitas peſsimis eſſe meliorem. Nulla virtus latet, & latuiſſe non

ipſius eſt

Marginalia: Imperia maiorum excipienda libenter. — Via ad diuitias quę. — Ex Plat. in Timæo. — Idea animi perfecti. — Honeſtū omne liberum. — A. C. 71. — Miſer quiſque vitio ſuo. — O quàm bene tu te intelligeres Seneca. — Bona non ſunt quę dicuntur, quia Deus his caret. — Contemptus contemnendus. — Homo qualiter inſpiciendus. — Tria in omni morbo moleſta.

a Deus non fecit omnia quàm optime potuit: in eius enim infinita poteſtate res meliores efficere: ſed noluit.

A. C. 71. ipſius eſt damnum. Veritas in omnem ſui partem eadem eſt. Quæ decipiunt nihil habent ſolidi In epiſto la.81. Quid de aliis loquar? Si perpendere te vis, ſepone pecuniam, domum, dignitatē, intus teipſum conſidera. In epiſtola.82. Quereris te incidiſſe in hominem ingratū, ſi hoc periculum vitare volueris, beneficia non dabis: ita ne apud alium peteant, apud te peribunt. Cito inertiorio torpebit vita, ſi relinquendum eſt, quicquid offendit. Et poſt malam ſegetem ſerendum eſt. Viro ſapienti notum eſt, quanti res quæque taxanda ſit & omnia ſecum examinat quantum accepit, à quo, quando, vbi, & quemadmodum. Vnde Metrodorus ait, ſolum ſapientem gratiā referre ſcire. Beneficia creſcunt mora, & tanto plus ſoluendum eſt quanto tardius. Ingratus eſt, qui beneficium reddit ſine vſura. Semper quicquid dubiū eſt, humanitas inclinat in melius. Nihil carius exiſtimamus, quàm beneficium quòd diu petimus, nihil vilius, cùm accepimus. Abſtrahunt à recto diuitiæ, honores, potentia, & cæteta quæ opinione noſtra cara ſunt, prætio ſuo vilia. Neſcimus æſtimare, res de quibus non cum fama: ſed cum rerum natura deliberandum eſt. Nihil habent iſta magnificum, quo mentes noſtras ad ſe trahant, præter hoc quod mirari illa conſueuimus. In epiſtola.83. Otium ſine literis mors eſt, & viui hominis ſepultura. Non eſt mors glorioſa: ſed fortiter mori glorioſum eſt. In epiſtola.84. Sic recte viuendum eſt, tanquam in conſpectu alicuius viuamus, ſic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum inſpicere poſſit. Quid prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretum? Nil Deo clauſum eſt. Nihil aliud eſt ebrietas quàm voluntaria inſania. Omne vitium [ebrietas &] incendit & detegit, obſtantem malis verecundiam remouet: plures enim pudore peccandi, quàm bona voluntate prohibiti abſtinent. [In epiſt.85.] Alit lectio ingeniū, & ſtudio fatigatum, non tamen ſine ſtudio, reficit. Nec ſcribere tantum nec legere tantum debemus, altera res contriſtabit, & vires exhauriet de ſtylo dico, altera ſoluet ac diluet. Inuicem hoc illo comminutandum eſt, vt quicquid lectione collectum eſt, ſtylus in corpus redigat. Apes enim imitari debemus quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt. Deinde quicquid attulere diſponūt ac per fauos digerunt. Sic & nos debemus quæcunque ex diuerſa lectione congeſſimus ſeparare. Deinde adhibita ingenij noſtri facultate, in vnum ſaporem varia illa libamenta confundere. Talem animum noſtrū eſſe volo, vt multæ in illo artes, multa præcepta, multarum ætatum exempla, ſed in vnum conſpirata. Relinque diuitias aut periculum poſſidentiū, aut onus, ac relinque voluptates, molliunt, & eneruant. Relinque ambitum. Tumida res eſt vana & ventoſa, nullū habet terminum. Laborat duplici inuidia, cui inuidetur & inuidet. In epiſtola.86. Non eſt bona valetudo mediocritas morbi. Facilius eſt vitiorum initia prohibere, quàm impetum regere. Facilius ſuſtuleris ea, quam rexeris. Tempeſtas non opus gubernatoris impedit: ſed ſucceſſus. Sapiens eſt artifex domandi mala, dolor, egeſtas, ignominia, carcer, exilium, vbique horrenda: cùm ad hunc peruenere manſueta ſunt. In epiſtola.85. Nunquam maior eſt animus, quā vbi aliena à ſe ſe poſuit, & fecit ſibi pacem nihil timendo, fecit ſibi diuitias nihil cōcupiſcendo. In epiſtola.89. fides quid. Fides ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt, nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo præmio corrumpitur. Temperantia voluptatibus imperat, aliàs odit & abigit, alias diſpenſat & ad ſacrum modum redigit, nec vnquam ad illas propter ipſas venit. Scit optimum eſſe modum cupitorum, non quantum velis ſed quantum debeas ſumere. Poteſt ſine liberalibus ſtudiis veniri ad ſapientiam. Quamcunque partem rerum humanarū diuinarúmque comprehenderis, ingenti copia quærendorum ac diſcendorum fatigaberis, hęc tam multa, tam magna, vt habere poſſint liberum hoſpitiū. Superuacua ex animo tollenda ſunt. Plus ſcire velle quàm ſatis, intemperantiæ genus eſt. Hæc omnia ſupradicta excerpſi ex dictis Senecæ. A. C. 71.

Res ex natura penſandæ non ex hominum exiſtimatione.

Otium ſine litteris mors.

Deo nihil clauſum.

Nec legendum tantū nec ſcribendum eſt: ſed vtrumque.

§. I.

De morte Senecæ. Ex Suet.

QVod dictum eſt ſupra de Nerone, quod Senecam præceptorem ſuum ad necem compulit, dicit Vincen. ſpe. hiſto. li.10. ca.9. quod in chron. legitur Senecam venarum inciſione & hauſtu veneni periiſſe. Fertur autem, quod ipſe Nero Senecam aliquādo reſpiciēs, & verbera quę ſibi à pueritia intulerat ad memoriam reducens, infremuit, ac tanquam iniuriarum vltionem expetere de illo cupiens: ſed tāquam præceptori vtcunque ei deferens, vt quoduis genus mortis eligeret, optionem ei cōceſſit. Ipſe autem Seneca quaſi ſuaue genus mortis arbitratus, in balneo mori, inciſione venæ elegit. Huius autem familiaritatem Paulus dum Romæ eſſet in cuſtodia publica, ſibi comparauit. Ex geſtis ſancti Pauli habetur quod inſtitutor Cæſaris Seneca adeo illi amicitia copulatus eſt, videns in eo diuinam ſcientiam, vt ſe ab eius colloquio temperare vix poſſet, & ſi eū ore ad os alloqui non poſſet, frequentibus tamen datis & acceptis epiſtolis, eius colloquio amicabili ac conſilio frueretur. Hiero. in li. de viris illu. ſic ait de eo. Lucius Anneus Seneca Cordubenſis Socionis Stoici diſcipulus & patruus Lucani poetæ continētiſsimæ vitæ fuit. Quem non ponerem in catalogo ſanctorum virorum, niſi me illæ epiſtolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum, in quibus cùm eſſet Neronis magiſter & illius tempore potentiſsimus, optare ſe dicit eius eſſe loci apud ſuos, cuius ſit Paulus inter Chriſtianos. Hic ante biennium quàm Petrus & Paulus martyrio coronarentur, à Nerone interfectus eſt. Aug. tamen in 6. de ciui. Dei. cap. 10. repræhendit eū de cultu exteriori idolorum, quos tamen deos non eſſe non ignorabat, ſed vt conformaret ſe populo eos colebat. Dicit enim Aug. Libertas ſane quæ Varroni defuit, ne iſtam vrbanam theologiam & theatricæ ſimillimam aperte ſicut illam repræhendere auderet, Anneo Senecæ, non quidem ex toto, verum ex aliqua parte non defuit. Affuit enim ſcribenti: viuenti defuit. Nam in eo libro quem contra ſuperſtitiones edidit, multo copioſius atque vehementius repræhendit ipſe ciuilem iſtam & vrbanam theologiam quam Varro theatricam atque fabuloſam. De ipſis enim ritibus crudeliter turpibus, qui ſcilicet exercebantur in templis quàm libere ſcripſit. Ille (inquit) viriles ſibi partes amputat, ille lacertos ſecat. Vbi iratos deos timent, qui ſic propitios merentur? Hanc libertatem Varro non habuit: tantūmodo poeticam theologiam reprælıēdere auſus eſt, ciuilē non auſus eſt, quam iſte concidit. Sed iſte quem philoſophi, quaſi liberū fecerūt, tamen quia illuſtris populi Romani ſenator erat, colebat quod reprǣhendebat

Hiero in cata. ſcrip. eccl.

Pauli ad Senecam epiſtolæ.

Senecæ votum.

Seneca quamuis non credi derit deos damnandus.

A. C. 71.

A debat, agebat quod arguebat [quod culpabat adorabat] quia videlicet magnum aliquid eum philoſophia docuerat, ne ſuperſtitioſus eſſet in mundo: ſed propter leges ciuium moréſque hominum, non quidem ageret fingentem ſcenicum in theatro: ſed imitaretur in templo, eo damnabilius, quod illa quæ mendaciter agebat ſic ageret, vt eum populus veraciter agere exiſtimaret.

§. II.

Perſij & Iuuenalis ſententiæ.

FLoſculi Perſij ſatyrici poetæ.

Satyra.1. *Nec te quæſiueris extra.*

B Satyra eadem. *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.*

Satyra.2. *Quid iuuat hoc templis noſtros immittere mores?*

Ibidem. *Dicite pontifices in ſacro quid facit aurum?*
Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor vſus.

Satyra.5. *velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.*

Auguſti.2.de ciui.Dei.c.6.ponit iſtos verſus Perſij:
Ex ſatyra.4. *Diſcitéque ô miſeri & cauſas cognoſcite rerum.*

Per.ſat.3. *Quid ſumus, & quidnam victuri gignimur, ordo*
C *Quis datus, aut metæ, quàm mollis flexus, & vndæ,*
Quis modus argenti, quid fas optare, quid aſper
Vtile nummus habet, patriæ cariſque propinquis.
Quantum largiri deceat, quem te Deus eſſe
Iuſsit, & humana qua parte locatus es in re.

De Iuuenale poeta excerpta.

Satyra.2. circa medium. *Nemo repente fuit turpiſsimus.*

Satyra.3. poſt med. *Commune id vitium eſt, hoc viuimus ambitioſa*
Paupertate omnes.
Et ſummis pariter minimiſque libido.

D Satyra.6. *Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.*

Satyra eadem. *Cognoſcit mulier quid toto fiat in orbe:*
Prima videt famam rumoréſque illa recentes
Excipit ad portas.

Satyra eadem. *Intolerabilius nihil eſt quàm fœmina diues.*

Satyra.8. in prin. *Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.*

Et paulo poſt. *Veniet de plebe togata:*
Qui iuris nodos & legum ænigmata ſoluat.

Satyra eadem. *Summum crede nefas animam præferre pudori,*
Et propter vitam viuendi perdere cauſas.

E Satyra eadem. *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Satyra.10. in prin. *Torrens dicendi copia multis*
Et ſua mortifera eſt facundia.

Et paulo poſt. *Sed plures nimium congeſta pecunia cura*
Strangulat. Ibidem. *Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Ibidem. *Pauca licet portes argenti vaſcula puri:*
Nocte iter ingreſſus gladium contumque timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram.

F Satyra.10. *Quis enim virtutem amplectitur ipſam,*
Præmia ſi tollas? Et paulo poſt.
Mors ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula.

Saty.eadem cir.fi. *Rara eſt concordia formæ, Atque pudicitiæ.*

Satyra.14. *Fallit enim vitium ſpecie virtutis & vmbra.*

Satyra.ead. *Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.*

§. III.

A. C. 71.

Sententiæ Quintiliani. Quin.l.1.c.4. Indulgentia pueris noxia. cap. 43. cap.4. Grammaticæ vtilitas. c.6. c.5. l.2.c.1. cap.2. Ib.ca.4. cap.5. cap.8. cap.9. cap.13. cap.11. cap.15. cap.17. cap.20. In 3.cap.8. L.4. in proh. Ib.cap.1. Ib.cap.3. Ib.cap.5. L.5.cap.12. L.8.cap.5. Idem in li.11.cap.1. Iactatio vitioſa.

FLores Quintiliani hîc: de oratoria inſtitutione ſic ait. Vtinam noſtrorum liberorum mores non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim delitiis ſoluimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes mentis & corporis frangit. Optimus quiſque præceptor frequentia gaudet, & maiore ſe theatro dignum putat. Ingenij ſignum in pueris præcipuum memoria eſt. Eius duplex eſt virtus, Facile percipere, & fideliter retinere. Neceſſe eſt, quod ſibi plurimum tribuat, qui ſe nemini comparat. Ætas hominis tunc maxime formanda eſt cùm ſimulandi neſcia eſt, & præcipientibus cedit facillime: frangas enim facilius, quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt. Non ſunt ferendi qui artem grammaticam vt tenuem ac ieiunam cauillantur, quæ niſi oratori futuro fundamẽta fideliter iecerit, quicquid ſuperſtruxeris corruet. Neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes quæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis quàm oſtentationis. Plurimi autem ambitioſa feſtinatione à poſterioribus incipiunt, & dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſa malunt [compendio morantur.] Cõſuetudo eſt certiſſima loquendi magiſtra. Vſitatis enim tutius vtimur. Noua verba non ſine periculo fingimus. Idem in 2. lib. Non id æſtimandum eſt cuius quiſque ætatis ſit: ſed quantum in ſtudiis quiſque effecerit. Carendum eſt non ſolum à vitio turpitudinis: ſed etiam ſuſpitione. Ingenia puerorum nimia emendationis ſeueritate deficiunt. Nam & deſperant & dolent, & nouiſſime oderunt. Et (quod maxime nocet) dum omnia timent nihil conantur. Aliena vitia quiſque repræhendi mauult, quàm ſua. Ne tentes quod effici non poſſit, nec ab eo quod quis optimè facit, in aliud cui minus eſt idoneus transferas. Sicut fruſtra ſparguntur ſemina, niſi ea præmollitus fouerit ſulcus, ita ſcientia coaleſcere nequit, niſi ſociata tradentis accipientiſque ſit concordia. Eſt quædam virtutum vitiorúmque vicinia [qua maledicus pro libero] temerarius pro forti, effuſus pro copioſo accipitur. Multo labore, aſſiduo ſtudio, varia exercitatione, plurimis experimentis, altiſsima prudentia, præſentiſsimo conſilio conſtat ars dicendi, Perſuadet & pecunia, & gratia, & authoritas, & dignitas dicentis, & poſtremo etiam ipſe aſpectus ſine voce. Non bona conſcientia: ſed victoria litigantis præmium. Non eſt æquum id haberi malum quo bene vti licet. Omnia quæ ars conſummauerit certum eſt à natura initia ſumpſiſſe. Nobis ad virtutes etiam antequam doceremur initia quædam: at ſemina ſunt conceſſa natura, vt ad iuſtitiam cuius ruſticis quoq; ac barbaris aliqua imago apparet, In 3. lib. eiuſdem: Plurimum in conſiliis valet authoritas. Nam & prudentiſsimus eſſe haberíque & optimus debet, qui ſententiæ ſuæ de vtilibus atque honeſtis credere omnes velit. Idem in. 4. Durandum eſt ſaltem, quia cœpimus, etſi viribus deficiemur: animorum tamen perſeuerandum. Naturale eſt vt iudices iis, quos libentius audiunt facilius & credãt. Verecundius dicendum eſt ſua, quàm aliena laudanti. Nihil facile perſuadetur inuitis. Tẽtanda non ſunt quæ omnino effici non poſſunt. Idem. 5. li. In rebus apertis tam ſtultum eſt velle argumentari, quàm in clariſsimum ſolem mortale lumen inferre. Princeps qui vult omnia ſcire, neceſſe habet multa indulgere. Vitioſa eſt iactatio, fértque audientibus non modo faſtidium: ſed & plerumque etiam odium. Ha-

bet enim

A. C. 71.

bet enim mens noſtra ſublime quiddam & erectum & impatiens ſuperioris. Ideoque abiectos & ſumittentes ſe libenter ableuamus, quia hoc facere tanquam maiores videmur. Arqui ſe ſupra modum extollerit, præmere ac deſpicere creditur, nec tam ſe maiorem quàm cæteros minores facere. Nihil ad conciliandum animos gratius verecundia. Nouerit ſe quiſque, nec tantum ex communibus præceptis: ſed etiam ex ſua natura conſilium capiat formandæ actionis. Pulcherrimi operis ſtudio vacare mens nõ niſi omnis vitij libera poteſt, primum quod in eodem pectore nullum eſt turpium honeſtorúmque conſortium, & cogitare optima ſimul & deterrima vnius animi non eſt magis quàm eiuſdem hominis eſſe bonum & malum. Nihil eſt tam occupatum, tam multiforme, tam variis affectibus conciſum atque laceratum quàm mala mens. Nam & cùm inſidiatur, ſpe, curis, labore, diſtringitur, etiam cùm ſceleris compos fuerit: ſolicitudine, pœnitentia, pœnarum omnium expectatione, torquetur. Melius certe perſuadebit aliis quæ prius perſuaſerit ſibi. Nũquam eſt tanta loquendi facultas quę non titubet & hęreat quoties ab animo verba diſſentiunt. Rerum optimarum imitatio, etiam ſi verborum lenociniis deſtituta ſit, ſatis tamen natura ſua ornatur. Hoc ſæpe nobis accidit, vt cùm optimis ſatiati ſumus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata ſit.

l.1.cap.1. Mens libera vitio eſſe debet quæ ſtudio vacat.

Mala mẽs quàm miſera.

Idem in libr. declam. in declam. 1. Totius hominis libertas eſt oculos perdidiſſe. Oculi ſunt per quos paupertates ferre non poſſumus. Oculi tota noſtra luxuria. Hi nos quotidie in omnia vitia præcipitãt, mirantur, adamant, concupiſcunt, facilius impleas ſatietatem animi. Difficilius nil quàm diſferre gaudium. Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur, & frigeſcunt impetus mentium, quos non explicant miniſteria membrorum. In decl. 3. Ad omne votum laſciuit otium fauente fortuna. Hæc eſt ſuperiorum conditio, vt quicquid faciunt, præcipere videantur, & pernicioſiſsimus eſt malæ rei quiſque maximus author. In declam. 4 Si quis ſciat quid ſit finis bonorum, quæ vera fœlicitas, nunquam ſibi videbitur præmatura morte periturus. Neceſſe eſt in facinus otioſus ardor erumpat. Excedit omnem calamitatem diebus ac noctibus timere. In declam. 5. Humanæ infirmitatis natura eſt iſta, vt ex omnibus accidẽtibus grauiſsimum putet quiſque quod patitur. Neceſſe eſt apud impatientem ſua vel minima præualeant. In declam. 6. Labori oportet inſiſtere, vbi effectus promittitur. Nam ſtulta eſt cura quæ ſpem non habet. In declam. 6. Nihil in rebus humanis voluit eſſe rerum natura tam ſimile, quod non aliqua proprietate ſecerneret. In declam. 8. Non reperio quid in rebus humanis excogitarit natura præſtantius amicitia. Quod concordia contra fortunam maius auxilium? Quid enim humano generi fœlicius ſi omnes poſſent eſſe amici? Non bella, non ſeditiones, non latrocinia non lites, cæteráque mala quæ hominibus ex ſeipſis nata ſunt, fortunæ acceſsiſſent. Cœleſtis prouidentia multa varietate pectora noſtra diſcreuit, nec minus numeroſas animarum quàm corporum dedit formas. In declam. 10. Nulla pœna eſt niſi inuito. Nullum habemus niſi ab impatientia dolorem, & vt aliquid crudele ſit, metus facit. In declam. 11. Nihil vnquam grauius quàm deſtituta ſpes torquet. In decla. 12. Qui cõfeſſum defendit non abſolutionem ſceleris petit: ſed licentiam. In decla. 13. Non eſt iuſtior dolor, quam beneficij perdidiſſe rationem. Non ſine aliquo morſu

Oculi vitiorum adminiſtri.

Item in decla. 1. 2. decla.

Auctor rei malæ maximus pernicioſiſſimus.

Quiſque grauiſſimum putat quod patitur.

A. C. 70.

reſilitur ab iis, quæ voluptate animum tenuerunt. Neſcis an diligat, cuius experimenta non habet niſi fœlicitas. In declam. 15. Nec quicquam res humanæ impatientius habent pereuntis effectu. In decla. 16. Neceſſe eſt vt contentioſius loquaris quicquid probare non poſsis, & affirmationem ſumit ex homine quicquid non habetur ex veritate. Nullam difficiliorem eſſe credo quam ſilentij virtutem. Adeoque promptiſsimo ſermone facile delinquimus vt conſtantiam tacendi, nec in aliis ferre poſsimus. In declam. 17. Genus reuerentiæ eſt, vt tacenda, ſcire minime velis. Non habet cauſam loquendi cui credi non poteſt. Ablata eſt ab eo omnium verborum fides, omnis ſermonis authoritas. Hæc omnia Quintilianus qui fuit etiam magiſter Plinij.

Quintilianus præceptor fuit Plinij.

¶ *De aliquibus ſanctis ſub Nerone martyrium paßis, videlicet Vitale, Martiale, Sauiniano, Iuliano, Saturnino, Lazaro, & ſeptem primis diaconibus.*

CAP. XXV.

SVB Nerone paſsi ſunt Vitalis miles cum vxore Valeria, quorum filij fuere Geruaſius & Prothaſius. Vitalis igitur cùm intraſſet Rauennam cum Paulino iudice exiſtens Chriſtianus, ſed occultus, cùm vidiſſet quẽdam medicum Vrſicinum nomine, qui multa tormenta viriliter tolerauerat pro fide Chriſti, attonitum: cùm accepiſſet ſententiam capitalem contra illum latam confortauit eum dicens clara voce. Noli Vrſicine, qui alios curare conſueuiſti teipſum perdere, & poſt tot vulnera, corona fraudari ſempiterna. Qua voce animo confirmatus & pœnitens de pauore illo genu flectens lætus martyrium ſuſcepit. Ipſúmque Vitalis honorifice ſepeliri fecit, nec vltra ad Paulinum venire voluit, propter quæ Paulinus eum capi fecit. Et cùm nollet ſacrificare diis, iuſsit eum fouea profunda facta ſupinum ſepeliri, & terra & lapidibus obrui. Sacerdos autem Apollinis qui hoc conſuluerat, arreptus à diabolo per ſeptem dies clamans, Incendis me ſancte Vitalis, demum in flumine ſuffocatur. Vxor autem eius Valeria cùm rediret Mediolanum, inuitata à quibuſdam Gentilibus ad comedendum cum ipſis de idolothytis cùm diceret hoc ſe agere non poſſe, quia Chriſtiana eſſet, verberata eſt ab eis grauiſsime, ita quod intra triduum migrauit ad dominum.

D.S.Vitali hæc Pet. Dam. in ſer. de iiſdem mar. apud Sur. L.2. & Amb. in l. de iiſd. martyr.

Sur. l. 2.

Vrſicinus pro Chriſto necatur.

Celebratur feſtum die 28. Ap.

Valeria vxor Vitalis.

§. I.

HOrum filij Geruaſius & Prothaſius poſt mortem ipſorum parentum, omnia ſua pauperibus erogantes, & familiolam ſuam ingenuam facientes orationibus & lectionibus ſacris annos vacabant perplures. Adueniente autem Aſtaſio comite, qui ad bellum profecturus erat, occurrerunt ei pontifices idolorum, dicentes quod niſi faceret Geruaſium & Prothaſium diis ſuis immolare, non poſſet victoriã reportare. Præſentati ergo coram Aſtaſio cùm non acquieſcerent idolis immolare, Geruaſius plumbatis cæſus eſt quouſque ſpiritum exhalaret. Prothaſius vero fuſtibus verberatus, demum decapitatus eſt. Horum corpora reuelata ſunt beato Amb. antiſtiti Mediola

De S. Geruaſio & Prothaſio de quib. Metaph. & Am. ep. 85. & ſer. 91. apud Suriũ. columne 19. Iun.

A.C. 70. Aug. in 9. conf. c. 7.

Mediolaneum, cùm in oratione leniter obdormiſſet, & de ſepulchro leuata, quod ei fuerat intimatũ.

§. II.

De S. Martiali: huius vitam ſcripſit Aurelianus Sancti diſcipulus, quam multa hic narrata confirmātur: edita cum Abdia eſt.

MArtialis Stephani protomartyris conſanguineus, cùm eſſet quindecim annorum iuſſu Chriſti à beato Petro baptizatus eſt cum parentibus ſuis, & vnus de 72. Chriſti diſcipulis fuit, eíque continuo adhæſit. Et dicitur fuiſſe puer ille qui habuit quinque panes hordeaceos & duos piſces per Chriſtum multiplicatos, vt habetur Ioan. 6. Venit autem cum beato Petro Apoſtolo Romam, & per eum miſſus fuit in Galliam, habens in comitatu ſuo Amatorem & coniugem eius Veronicam, quæ familiaris & præcordialis amica fuit virginis Mariæ. Sanctus vero Amator in rupe, quæ modo Amatoris dicitur, ſolitaria vitam egit, ibique obiit. Veronica autem ſanctum Martialem prædicantem ſecuta eſt in territorio Burdegalenſi, ibique conſenuit. Et beatus Martialis totius Aquitaniç primas ibi altare beatæ virginis Mariæ ædificauit. Cùm autem proficiſceretur Martialis per Galliam, vno ex ſociis ſibi à Petro deputatis ſacerdote in via mortuo, reuerſus eſt Romam narrans caſum. Cui Petrus baculum ſuum dedit, vt poneret ſuper ſepulchrum defuncti. Quo facto ſtatim ſurrexit defunctus. Et propterea dicitur papa non vti baculo paſtorali, quia primus Petrus eum conceſſit Martiali: qui in quadam eccleſia ibi reſeruatur, & in tali loco cum papa ibi reſidet paſtorali vtitur, quamuis & & alia ratio ſpiritualis huius aſſignetur. Ad Lemouices inde profectus Martialis prædicans & virtutibus coruſcans à Suſanna nobili matrona ſuſceptus eſt cum ſociis, vbi phreneticum ſanauit. Pergens autem Martialis ad theatrum à pontificibus idolorum captus miſſus eſt in carcerem poſt duram percuſſionem. Sequenti die eo orante lux immenſa carcerem illuſtrauit, & fractis catenis apertíſque oſtiis omnes qui aderant baptiſmum petebant. Sacerdotéſque qui eum percuſſerant ictu fulminis extinctos ad preces populi ſuſcitauit. Et duodecim millia hominum baptizantur. Suſanna vero moriens Valeriam filiam dereliquit, quæ continuo ſuam virginitatem domino deuouit. Audiens autem ipſa quod Stephanus dominus prouinciæ à Rhodano flumine vſque mare illuc veniret, ſciens quod moleſte votum eius ferret, diuitias pauperibus diſtribuit: ille autem veniens nolentem ei aſſentire decollari fecit. Carnifex autem vidit angelos animam eius cum laudibus ad cœlum deferentes. Quod cùm Stephano nunciaſſet, ſtatim cecidit ante eum mortuus. Tunc dux exercitus cùm omni ſatellitio timere cœpit, & indutus cilicio rogauit Martialem ad ſe venire. A quo poſt armigeri ſuſcitationem cum aliquibus baptizatus eſt. Deinde cùm in Italiam Cæſaris iuſſu cum maximo exercitu profectus eſſet, completis mandatis Cæſaris veniẽs ad beatum Petrum nudis pedibus & cilicio indutus ſuorum peccatorum veniam poſtulabat, ſuam narrans ei conuerſionem ad Chriſtum. Beatus vero Martialis vigeſimo octauo anno epiſcopatus ſui, vitæ verò ſuæ quinquageſimo nono poſt aſcenſionem verò domini anno quadrageſimo reuelatione ſibi priùs à domino facta de obitu ſuo poſt exhortationem ad populum febre correptus ex hac luce migrauit, ab angelis in anima deportatus in cœlum, qui multis miraculis claruit. Sex mortuos ſuſcitauit. Multos infirmos ſanauit. Expulſos dæmones de corporibus in

Amator Veronica coniuges ſancti in Gallia mortui.

Quare papa non vtitur baculo paſtorali.

Valeria Suſannæ filia virginitatem dicat.

Dux à D. Petro nudis pedib. veniam poſtulat.

Colitur 30 Iunij.

A humana effigie horribili apparere compulit. Hic ſemper nudis pedibus incedebat licet quartanis febribus vrgeretur. In pane & aqua continue ieiunabar, in veſperis tantum cibum capiens ſicut à beato Petro didicerat.

A.C. 70.

§. III.

De S. Sabiniano Potentiano & Altinio: coluntur 31. Decẽb.

DE quibuſdam aliis Chriſti diſcipulis ex numero 72. Ex quibus fuerunt vt refert Vin. in ſpe. hiſto. li. 10. cap. 41. Sabinianus, Potentianus, & Altinius. Qui cùm multos ſanitati reſtituerent infirmos, & non tam verbo quàm virtutibus & ſignis quoſcunque poterant ab erroribus reuocarent, à beato B Petro miſſi ſunt in Galliam, vt eam idololatriç deditam diabolo auferrent, & Chriſto munus acceptabile offerrent. Sabinianum autem Petrus primatem Galliæ conſtituit. Venientes ergo ad vrbem Senonenſem tunc famoſiſſimam & populoſiſſimam non ceſſabant populum à cultura dæmonum ad Deum verum reuocare. Sabinianus verò poteſtatem pontificalem quam à Petro acceperat contra incredulos conſtanter & ſtrenuè exercebat. Tantáque Spiritus-ſancti gratia in eius corde erat diffuſa, vt quos ſermone tangeret, ad ardorem cœleſtis deſiderij vehe- C menter accenderet. Dúmque cœleſtibus ſanctionibus inſiſteret, diabolus quoſdam ſectæ ſuæ viros contra eum concitauit. Qui cùm cernerent ſimulachrorum ſuorum cultum ceſſare, & ritum gentilitatis & ſacrificia deorum ſperni, contemptum eorum ſancti viri ludibriis & letho ſanxerunt vlciſcendum. Hunc ergo in medio peſtilentis conciliabuli ſtatuentes vna dierum, & aliquantiſper de altercationibus fidei tractantes: ſed veritatis aſſertioni cordis aures obturantes, mox eum capitali ſententia feriendum cenſuerunt. Huic autem mox Potentianus in epiſcopatu ſucceſſit. Qui dum prædicationi ardenter inſi- D ſteret contra hunc diabolus incredulorum animos excitauit, & famulum Dei quanta potuit celeritate extinxit. Cuius corpus exanime ab infidelibus auibus & beſtiis exponitur deuorandum: ſed Dei prouidentia manſit illæſum. A fidelibus poſtea occulte collectum in ſuburbio Senonenſi ſepelitur, nec minus carne ſolutus, quàm in carne viuens virtutibus claruit. Nam dæmones de obſeſſis corporibus effugauit, cæcos illuminauit, ſurdis auditum reddidit, ſanitatem infirmis. Denique bonum paſtorem Sabinianum via ſe martyrij præeuntem proſecuta eſt grata amicorum clientela, ſanctus ſcilicet Poten- E tianus & Altinius, Eodaldus & Serotinus. Hi per iter magiſtri gradientes & in fidem Chriſti cuneos credentium propagantes, martyrij gloriam aſſecuti ſunt & iuxta eiuſdem monumentum humati fuerũt. Anno autem domini DCCCXLVII. regnantibus Lotario, Ludouico, & Carolo Auguſtis, tranſlata ſunt eorum corpora ab antiſtite illius ciuitatis ad Baſilicam beati Petri vicinam, vbi auditæ ſunt voces angelicæ vt chori pſallentes, & modulationis harmonia non ſolum à monachis: ſed & à multis ex vulgo.

Sabinianus primas Galliæ.

Potentianus.

Eodaldus & Serotinus martyres.

§. IIII.

F

D. Iuliani Cenomanenſis vitã ſcripſit Letbaldus ad Aneſgandum.

DE ſancto Iuliano. Quatuor autem ſancti ſub hoc nomine reperiuntur fuiſſe diuerſis temporibus. Primus fuit Cenomanenſis epiſcopus. Et hic dicitur fuiſſe Simon ille leproſus quem Chriſtus à lepra mundauerat, & Chriſtum ad conuiuium inuitauerat [cum mulier illa peccatrix, illius pedes capútque perunxit.] Qui Chriſti diſcipulus poſt aſcenſionem

A.C. 75.

cenſionem domini ab apoſtolis Cenomanenſis epiſcopus eſt ordinatus, & multis clarus virtutibus, tres mortuos reſuſcitans demum in pace quieuit. Hic dicitur eſſe ille Iulianus qui ab itinerantibus pro bono hoſpitio inuocatur, eo quod Chriſtum ſuſcepit hoſpitio. Sed verius videtur quod non iſte ſed alius qui vtrumque parentem ignorans occidit vt infra dicitur.

Fuit alius Iulianus Aruernus nobilis genere: ſed nobilior fide, qui deſiderio martyrij vltro ſe perſecutoribus offerebat. Cùm enim Criſpinus conſularis miſiſſet miniſtrum ad eum occidendum, id ſentiens Iulianus, ſponte foras proſiliit, & quærenti intrepide ſe obtulit, ictum ferientis excipiens. Eius autem caput leuantes, tulerunt illud ad ſanctum Ferreolum ſocium ſuum, eíque mortem ſimilem comminati ſunt niſi idolis immolaret. Quem aſſentire nolentem protinus occiderunt. Caput autem ſancti Iuliani cùm corpore ſancti Ferreoli in vno tumulo ſimul poſuerunt. Poſt multos vero annos ſanctus Mamertus Vienneſis epiſcopus inuenit aperto ſepulchro caput ſancti Iuliani inter manus ſancti Ferreoli, ita illæſum & integrum ac ſi eadem hora fuiſſet ſepultum.

De S. Iuliano Aruernocui meminit Sigibertus de viris illuſt. c.49 & Gr. Turo. vitá compoſuit tom. 4. Sur. Ferreolus Gre. Tur. in vita S. Iul. c.2. celebratur feſtum. 28. Augu.

Fuit & tertius Iulianus frater ſancti Iulij. Hi duo fratres zelo fidei accenſi ad Theodoſium imperatorem accedentes precibus ſuis ab eo obtinuerunt, vt quæcunque templa idolorum deſtruere valerent, & ibi Chriſti eccleſias erigerent. Qui Chriſtianiſſimus imperator non ſolum hoc conceſſit: ſed & literas mandatorias dedit, vt eis omnes in hoc obedirent & ſub pœna capitali eos iuuarent. Cùm igitur Iulianus cum germano ſuo in quodam loco qui dicitur Gandauum, eccleſiam ædificarent, & cuncti tranſeuntes propter mandatum imperatoris eos iuuarent, contigit vt quidam ruſtici cum curru illac tranſitum facere vellent. Qui dixerunt ad inuicem. Quam excuſationem facere poterimus, vt liberi tranſeamus, & in opere iſto non occupemur, dixerúntque. Venite & proiiciamus vnum ex nobis in plauſtrum ſupinum, & eum pannis cooperiamus, dicemúſque quod hominem mortuum in vehiculo hoc habemus, & ſic libere tranſire poterimus. [a] Accipientes igitur vnum ex eis in plauſtrum poſuerunt dicentes ei. Tu oculos claude, & quouſque tranſierimus quaſi mortuus iace. Cúmque hominem tanquam mortuum cooperuiſſent, & vſque ad famulos Dei Iulianum & Iulium veniſſent, dixerunt eis ſerui Dei. Filioli parumper ſiſtite, & nos in opere hoc modicum adiuuate. Qui reſponderunt. Non poſſumus hic ſtare, quia hominem mortuum in plauſtro habemus. Quibus Iulianus. Vt quid ita mentimini filij? Et illi. Non mentimur: ſed ita eſt vt loquimur. Quibus Iulianus. Secundum veritatem dicti veſtri ita contingat vobis. Qui boues pungentes inde tranſierunt liberi. Cúmque procul eſſent, cœperunt illum excitare vocantes eum ex nomine, & dicentes. Surge amodo, & ſtimula boues vt celerius tranſeamus, cùm autem nullatenus ſe moueret nec reſponderet, diſcooperientes & tangentes eum inuenerunt mortuum. Tantúſque timor ipſos & cæteros inuaſit vt nullus deinceps auderet eis illudere.

De S.S. Iulio & Iuliano.

Fuit & quartus Iulianus, qui vtrumque parentem neſciens occidit. Cùm enim prædictus Iulianus quadam die venationi inſiſteret, vt iuuenis & nobilis, & quemdam ceruum repertum inſequeretur, ſubitò ceruus vertens ſe ad eum dixit ei. Tu me ſequeris, qui patris & matris tuæ occiſor eris. Quod ille

De Iuliano qui parentes occidit puto eſſe apocryphum.

A audiens obſtupuit. Et ne hoc ei accideret quod ceruus dixerat, relictis omnibus diſceſſit ad regionem valde remotam pergens, & cuidam principi ibi adhæſit & tam ſtrenue & in bello & in palatio ſe geſſit, quod princeps ille militem eum fecit, & quamdam Caſtellanam nobilem viduam ei coniugem tradidit, caſtellum pro dote tribuens. Interea parentes Iuliani pro amore filij nimium dolentes, vagabundi vbique pergebant eum requirentes ſolicite. Tandem ad caſtrum cui Iulianus præerat peruenerunt. Tunc autem caſu Iulianus aberat. Vxor autem eius eos videns interrogauit, quinam eſſent. Cúmque illi

B omnia enarraſſent, quæ filio accidiſſent, ipſúmque ad quærendum diſcurrerent, intelligens illa hos eſſe parentes Iuliani, vtpote quia à viro ſuo hoc frequenter audiuerat, honorifice eos recepit, eiſque proptiũ cubiculum ad quieſcendum tradidit, alium ſibi lectulum parans. Mane autem facto Caſtellana ad eccleſiam pergit, parentes Iuliani vt feſſos in lecto ſuo quieſcentes dimittens. Reuertitur interea Iulianus domum, thalamum autem ingrediens excitaturus vxorem inuenit parentes ibi dormientes. Sed ignorans parentes eſſe, ſuſpicatus eſt vxorem ſuam cum adultero ibi iacere, vnde ſilenter extracto gladio am

C bos occidit. Egreſſus autem domum obuiauit vxori ab eccleſia reuertenti. Qui interrogauit eam quinã eſſent, quos in lectulo ſuo reperiſſet. Indicauit illa eos eſſe parentes ſuos, quos dulciſſime eum quærentes honoranter ſuſceperat, & in ſuo thalamo collocauerat. Quod audiens quaſi exanimis effectus amariſſimè flere cœpit dicens. Hei mihi, quia dulciſſimos parentes meos occidi. Quid faciam ecce impletum eſt verbum cerui, & quod euitare curaui de domo & patria recedens, in hoc impegi. Iam nunc vale ſoror mea dulciſſima, quia de cætero non quieſcam, quouſque ſciam Deum pœnitentiam meam ſuſce-

D piſſe. Cui illa, abſit à me dulciſsime frater vt te deſeram, ſed quæ particeps fui tecum gaudij, ero & doloris & pœnitentiæ ſimul. Ergo inde recedentes iuxta quoddam magnum flumen, vbi multi periclitabantur hoſpitale magnum conſtruxerunt, vt pœnitentiam ſuam ibi agerent, & tranſire volentes fluuium tranſueherent, ac pauperes hoſpitio reciperent. Poſt multum temporis cum quadam nocte Iulianus feſſus quieſceret & gelu intenſum eſſet, audiuit vocem lachrymabiliter lamentantem Iulianúmque vocirantem vt eum tranſueheret. Quod ille audiens concitus ſurrexit, & iam eum frigore deficien

Iulianus hoſpitale erigit.

E tem inueniens in domum ſuam portauit, ipſúmque igne accenſo calefacere ſtuduit, poſtea in lectulum ſuum duxit eum pannis operiens. Poſt paululum, qui ſic infirmus & quaſi leproſus apparuerat, ſplendidus factus ſcandit ad æthera, hoſpitique ſuo dixit. Iuliane dominus me miſit ad te ad inſinuandum quod tuam pœnitentiam acceptauit. Erat enim angelus domini. Et ambo poſt modicum in domino quieſcentes, ſicque diſparuit. Illi autem pleni eleemoſynis & bonis operibus non multo poſt animas ſuas domino reddiderunt. Ad honorem igitur eius

Iulianus & vxor in domino quieſcunt.

F *a Non diſſimile eſt admodum, quod noſtra tempeſtate factum eſt cum Caluinus Geneuenſium impoſtor cuidam Auguſtudenſi Geneuam profugienti ſuaſit, vt ſi mortuum ſimularet ab eodem poſtea ad ſuæ doctrinæ comprobandæ veritatem excitandus, qui cùm eidem paruiſſet impoſtori ſpe quæſtus, diuino iudicio ſubita morte correptus eſt lege Caluini vitam nuper fideliter etiam ſcriptam.*

dicitur

A.C. 75.

dicitur Pater noſter, vel alia oratio ab aliquibus, vt ſcilicet detur eis bonum hoſpitium, & defendat à periculis. Quod autem aliqui dicunt Pater noſter pro animabus parentum ſancti Iuliani ſtulta ſuperſtitio eſt: de quinto ſancto Iuliano habes infra tempore Diocletiani. A

§. V.

S. Saturninus Patarenſis venit ad videndum S. Ioannẽ Baptiſtã. Ioan. 1. De hoc Saturnino lege Sur. tom. 6.

SAturninus audita fama Ioannis Baptiſtæ de ciuitate Patara, relictis parentibus venit ad videndum Ioannem Baptiſtam. Et viſa auſteritate vitæ eius & audita prædicatione de regno cœlorum & B aduentu meſſiæ ſaluatoris, remanſit cum eo ad tempus, vt Chriſtum videre poſſet. Et hic fuit ille qui cum Andrea apoſtolo cùm audiſſet ab ipſo magiſtro eorum Ioanne, Ecce agnus Dei, ſcilicet demonſtrante Ieſum illac tranſeuntem, ſecutus eſt Ieſum cum Andrea. De alio quodam ſancto Saturnino legitur, quod factus epiſcopus à diſcipulis Chriſti directus eſt ad ciuitatem Toloſanam, in quam cùm eſſet ingreſſus, dæmones à reſponſis ceſſarunt. Dixit autem vnus ex Gentilibus. Niſi Saturninum occideritis, nil reſponſi à diis obtinere poteritis. Vnde populus eum capiens, cùm ſacrificare diis recuſaret, ad C pedes tauri eum ligantes & ſtimulantes eum à ſumma arce per gradus capitolij præcipitauerunt. Et ſic capite fracto & cerebro excuſſo migrauit martyr ad cœlum. Vtrum autem fuerit ille Saturninus ſocius Andreæ ignoratur. Fuit & alius Saturninus Romæ diu ſqualore carceris maceratus, & poſtea in eculeum leuatus, fuſtibus & ſcorpionibus cæſus, & in lateribus aduſtus, demum decollatus pro Chriſti nomine. Fuit alter Saturninus in Aphrica, qui cum fratre Satyro & Perpetua martyrio coronati ſunt.[a] Vrſinus qui & Nathanael fuiſſe dicitur, frater Philippi apoſtoli, hic à Petro apoſtolo dicitur miſſus D Bituricas, & ibi quieuit. Cleophas qui cum ſocio die reſurrectionis ibat in caſtellum Emaus, quibus dominus vt peregrinus ſe oſtendit, hic ſecundum aliquos, vt refert Vſuardus à Iudeis fuit occiſus in domo in qua Chriſtus ſuſcitatus ei & ſuo ſocio apparuit & in fractione panis recognitus fuit.

Huius feſtum incidit in 29. Nou.
Saturninus 3. Romæ mortuus.
Saturninus in Aphryca martyr.
Ioan. 1. Nathanael. Cleophas.
Vſuar. in mart. 27. Septem.
Luc. 24.

a Huius Vrſini meminit Greg. Turon. de glor. confeſſ. cap. 80. celebratur feſtum die 9. Nou.

§. VI.

Act. 6. De ſeptẽ diaconis. Vſuar. in Martyl. ad 19. Ap. Vſuar. 9. Apri. hunc habet.

DE ſeptem diaconibus ab apoſtolis creatis. Stephanus lapidatus eſt, vt dictum eſt ſupra. Timon qui alibi dicitur Timotheus, non tamen qui dicitur Pauli diſcipulus, ſecundum Vſuardum, primus fuit doctor fidei apud Beroeam, & prædicando iuit Corinthum, & ibi à Iudæis & Græcis in flammas iniectus: ſed illæſus poſtea crucifixus eſt. Tertius ſcilicet Prochorus apud Antiochiam martyrij palmam ſuſcepit. Parmena quartus Philippis martyrio pro Chriſti nomine ſuſcepto migrauit ad cœlos. Nicanor quintus apud Cyprum requieſcit. Nicolaus aduena Antiochenus hæreſiarcha fuit. Et licet quidã eum excuſent, ex Apocalypſi tamẽ erraſſe oſtenditur. Alexander & Rufus fratres & filij Simonis Cyrenei, qui angariatus fuit crucem portare poſt Chriſtum, fuerunt [de quibus in hiſtoria eccleſiaſtica fuiſſe videntur de ſeptuaginta duob. diſcipulis &] Amaon qui fuit ſocius Cleophæ in via, in qua Chriſtus ſe eis aſſociauit in forma peregrini, ille ſcilicet de quo Lucas tacet, vt teſtantur Ambro. & Aug. Lazarus epiſcopus Maſſiliæ fuit, ille ſcilicet quẽ Chriſtus à mortuis quatriduanum ſuſcitauit, frater Mariæ Magdalenæ & Marthæ, de quibus ſupra dictum eſt. Sunt qui ſcribunt quod Demas cum Cherinto & Ebione & Apolline & quibuſdam aliis fuerunt ex ſeptuaginta duobus diſcipulis Chriſti ab eo electis: ſed tranſgreſſi viam veritatis effecti ſunt mali & hæretici, qui abierũt retrorſum. Et de quibus Ioã. euangeliſta in epiſtola 1. c. 2. Ex nobis prodierunt: ſed non erant ex nobis. Et Paulus vocat eos falſos apoſtolos & operarios iniquitatis. Dicunt etiam quod ſicut apoſtoli loco Iudæ elegerunt Matthiam in apoſtolatum, ita & loco prædictorum elegerunt alios in numero ſeptuaginta duorum, ſcilicet Eutropium & Zacheum & Clementem, non illum qui fuit papa: ſed alium & Eunuchum baptizatum à Philippo & alios. Longinus vt refert Iaco. de Vora in Legenda, fuit quidam centurio, qui iuſſu Pilati cum aliis militibus cruci Chriſti adſtans latus domini lancea tranſforauit. Sed poſtea conuerſus eſt ad fidem, ex eo maxime, vt quidam dicunt, quod cùm ex infirmitate vel ſenectute oculi eius calligaſſent, & transfixo Chriſti latere lancea, ſanguinis Chriſti ſtilla per lanceam decurrens fortuitu oculos eius tetigiſſet, protinus clare vidit, vnde renuntians militiæ & ab apoſtolis inſtructus in Cæſarea Cappadociç viginti octo annis monaſticam vitam duxit, & verbo & exemplo plurimos ad Chriſtum conuertit. Cùm autem à præſide regionis captus & ad ſacrificandum idolis inuitatus, recuſaſſet, præcepit præſes omnes dentes eius excuti, & linguam præcidi, qui ex hoc propterea loquelam non amiſit: ſed zelo fidei accenſus ſecuri accepta omnia idola confregit & comminuit, dicens. Videbimus ſi dij ſunt. Exeuntes autem dæmones de idolis in præſidem & in eius ſocios irruerunt, qui inſanientes & ſe lacerantes ad Longini pedes ſe proſtrauerunt. Dixit autem Longinus ad dæmones. Cur habitatis in idolis? Qui reſponderunt. Vbi Chriſtus nõ nominatur, & eius ſignum non eſt poſitum, ibi eſt habitatio noſtra. Cum autem pręſes inſaniret, & oculos amiſiſſet, dixit ei Longinus. Scio quod ſanari non poteris, niſi poſtquam fuero occiſus. Tunc autem pro te orabo, & ſanitatem animæ & corporis recipies. Fecit ergo præſes eum decollari. Quo factǫ idem præſes ad corpus eius proſtratus cum lachrymis ſanitatem recepit, & conuerſus ad Chriſtum in bonis actibus vitam finiuit. E

10. Ian. vſu.
Apoc. 2.
Mar. 15.
Luc. 22.
A.C. 75. Lazarus. Ioan. 11.
Luc. 10.
2. Cor. 11.
Act. 1.
Act. 7.
Lõgini vitam, Ado & Metap. apud Lipomanum referunt colitur 15. Mart.

¶ *De diuerſis diſcipulis beati Petri ſub Nerone paſſis, videlicet Frontinio, Apollinari, Luciano & Romulo.*

CAP. XXVI.

Clemens Metenũ epiſcopus Vſuar. in Martyr. eũ habet, colitur 23. No.

DE quibuſdam diſcipulis Petri apoſtoli, & de Clemente papa dicetur inferius. Sed fuit alius diſcipulus eius Clemens etiam vocatus qui cognominatus eſt Flauius conſul Romanorum, qui fuit patruus ſancti F Clementis papæ. Hic à beato Petro baptizatus, miſſus cum quibuſdam gratia prædicandi in Galliam Belgicam, ad ciuitatem Metenſem peruenit, ibique officioſiſſime à quodam hoſpite receptus eſt cum ſociis. A quo interrogatus qui eſſent, vnde & quare veniſſent, Reſpondit. Serui ſumus Ieſu Chriſti ex Deo patre ante tempora, & ex virgine Maria ſub tempore nati pro ſalute generis humani. Hæc & alia pere-

grinorum

A.C. 75.

grinorum ſuſceptor audiens ſuſpirans, bona ſunt (inquit) quæ loquimini valde, ſi quæ dicitis factis vera eſſe oſtendatis. Fateor Deum veſtrum vos huc cauſa noſtræ ſalutis tranſmiſiſſe, vobis etiam aptiſſimum locum & tempus prouidiſſe. Eſt enim hæc regio & maxime vrbs iſta robore fortiſſima, bellis & armis ſemper aſſueta, rerum opulentia ditiſſima: ſed heu clade peſſima ſic detrita, vt pene iam medietas hominum & omnium animalium humano vſui deſeruientium huius peſtis immanitate mortua videatur. Eſt enim hic arenarium ab Octauiano imperatore nobiliter conſtructum & in amphitearrum decenter formatum, in quo draco indicibilis magnitudinis cum ſua prole inhabitat peſtifera, quorum flatus ipſum aerem circumquaque corrumpens, etiam aues quas ſupra volitare contingit perimit. Si ergo [eſt aliqua] virtus Dei veſtri, ſi qua veſtræ prædicationis veritas eſt, ecce magnum & euidens oſtium prædicandi & paratiſſimus aditus credẽdi in Deum veſtrum, ſi tanta vis peſſimæ necis extinguatur, & morbidis priſtina ſanitas reſtituatur. Ad hæc ſancti Chriſti confeſſores læti effecti in lachrymas reſoluti ſunt. Cucurrit hoſpes ad primores ciuitatis, & eos ad audiendum quæ nunquam audierant, inuitauit. Ad cuius verba omnes nobiles & ignobiles ad videndum viros ſanctos properauerunt, quorum plurimos ita vis morbi inuaſerat vt vix pedibus innitterentur. Quorum doloribus compatiens ſanctus Clemens primum hoſpitem ſuum, deinde cunctum populum baptizauit de fide edoctũ. Qui de ſacro fonte incolumes leuati ad propria redierunt. Sequenti autem die celebratis miſſarum ſolẽniis & cunctis adſtantibus ſacra communione refectis, ad locum cauernæ ſequente omni populo acceſſit cum pſalmis & orationibus: præcepitque in nomine Ieſu Chriſti & adiurauit vt draco ille cũ omni ſua prole manſueſceret, ipſúmque ſequeretur ſtola ſua circumligatum, qui vſque ad flumen deductus, vt imperauerat ſanctus omnino diſparuit. Sicque locus ille ab omni ſerpentum malitia mundatus eſt, vt vix paruus vermiculus ibi reperiatur. Cœpitque exinde beatus pontifex clericos inſtituere, & inſtitutos diuerſis gradibus promouere, & eccleſias conſtruere.

Metenſiũ vrbis excellentia.

Clemens epiſcopus Metenſis miſſam celebrat.

§. I.

Beatus Fronto primus Petragoricenſis epiſcopus.

FVit & alius beatus Petri diſcipulus Fronto dictus, qui à prima ætate Deo deuotus, & à Petro Apoſtolo ordinatus, atque in vrbem Petragoricam in qua natus eſt, primus deſtinatus eſt epiſcopus, qui ſeptuaginta monachos ibidem ad ſeruiendum Deo congregauit. Dúmque cum eis habitans in opere Dei creſceret, à Quirino ciuitatis illius præſide perſecutionem patiebatur. Nam quos epiſcopus in nomine Chriſti baptizabat, ille gladio deputabat. Tandem relicta ciuitate cum multis decreuit heremum petere nudus. Congregatiſque omnibus ait. Quid nobis cum mundo, quem crucifiximus nobis? Magnum gerimus animę detrimentum inter homines habitantes. Cúmque placuiſſet fratribus trecentis biſacutis & ſeminibus olerum acceptis exeuntes de ciuitate Chriſto duce per deſertum diſcurrentes, venerunt ad quemdam locum ſuper flumen Dordonum, vbi draco magnus habitabat cum multitudine ſerpentum. Quos videntes qui ſequebantur epiſcopum, timore perculſi cœperunt retrocedere. At ille, in domino confidens in oratione ſe proſtrauit, quo facto ſerpentes nuſquam comparuerunt. Conuer-

Fronto ſe ceſſit in deſertum.

A.C. 75.

A ſantibus autem eis in eodem loco, cœperunt murmurare fratres dicentes. Nunquid ſolum in heremo caſtitas, & in vrbibus non eſt? An in heremo ſolum exaudit [Deus] orantes? quem ferarum delectat ſolatium? Cur non regreſſi in noſtrum locum benedicimus Deum? Audiens autem ſanctus Fronto murmurationes eorum, æſtuabat & pro eis orabat. Nunquam tamen inter eos diuinorum canticorum ceſſauit officium, nec penuria laſſeſcentes vigiliis defuerunt. Quadam ergo die poſt vigilias vocauit eos ad ſe & ait. Filioli mei ſi regnum Dei quærimus, quid de eſcis corporis ſolicitamur? Quid nos cura carnis

B torquet morituros poſt modicum? Curam ergo noſtri Deo dimittamus, & eius teſtamentum teneamus dicentis. Non derelinquam te. Orantem ergo pro illis indeſinenter dominus exaudiuit, nam per angelum ſuum præſidem Quirinum viſitauit, eidémque apparẽs in ſomnis dixit. Tu epularis in diuitiis ſplendide, & ſerui mei in deſerto pereunt fame. Feſtina ergo diluculo, & de bonis, quæ tibi dedit dominus ſeruis meis eſcas mitte. Quod ſi diſtuleris, iram Dei contra te prouocabis. Hæc ille audiens conſternatus eſt animo, & mane conſurgens viſionem explicans amicis ſuis, interrogabat, quid acturus eſſet, &

C vbi iſti ſerui Dei manerent, & quis ad eos viam noſſet. Cúmque omnes reſpondiſſent ſe ignorare, nil fecit. Sed ſequenti nocte non ſolum eſt ab angelo ſuper hoc increpatus: ſed flagellis aſpere cæſus eſt quia non obediſſet. Mane iterum vocatis ſuis & plagarum ſigna oſtendens cùm conſilium quæreret ſuper hoc reſpondit vnus prudentior cæteris. Sunt tibi [a] cameli multi, onera eos eſcis quibus vtuntur heremitæ & dimitte eos onuſtos, & ſi tibi à Deo cœli viſitatio eſt, ipſe eos ad cuneum ſeruorum ſuorum deducet, & depoſitis oneribus animalia tua reuocabit illæſa. Quod & fecit mittens ſeptuaginta came-

D los oneratos rebus. Factum eſt ergo vt dum hora nona hymnos, in vnum omnes celebrarent, ecce camelus primus cum aliis ſequentibus ad fores habitationis applicuit. Quem videns epiſcopus lętus Deum laudauit, dixítque fratribus. Camelis nobis alimoniam ferentibus pedes lauate, & eis cibaria date. Quod fecerunt. En inquit recordatus eſt noſtri omnipotens Deus, nobiſque alimoniam miſit. Non omnia tollamus: ſed dimidiam partem domino eorum remittamus. Quod omnibus placuit triginta & quinque iumentorũ ſarcinas pro ſe in horreo reponendo. Qui per viam, qua venerant, ſine duce ad do-

E minum ſuum regreſſi ſunt. Tunc Quirinus magna exultatione gaudens, quod camelos recepiſſet exclamauit. Magnus es Deus Chriſtianorum. Rogo te vt oſtendas mihi viam, per quam ambulem, vbi famuli tui habitent, & mihi gratiam baptiſmi præbeant. Qui ad viros ſanctos perueniens baptiſmum poſtulans accepit impoſito ei nomine, Gregorius: & deinde annuatim ea die qua receperant illi heremitæ victualia, totidem tranſmittebat per camelos domino illos dirigente.

a Hæc parum videntur veriſimilia cum maxime in
F *his Galliæ regionib. camelorum vſus nullus ſit, niſi dicatur huius vitæ auctorem quicunque ille Camelos pro iumentis ſarcinariis quibuſcunque vſurpaſſe.*

§. II.

APollinaris Beati Petri Apoſtoli diſcipulus, ab eo ex vrbe Rauennam ciuitatem Italiæ ad prædican

Hanc D. Apollinaris vitam

A.C. 75. ex M S. co. excerptâ fuſe repe ries cui conſen-tiunt anti-quiſſima martyrol. & Petrus Damiani in ſuis ſer-mo. quæ ſunt in 8. tom. Lip-pomani.

Miraculũ.

prædicandum eſt directus. Ibi autem vxore tribuni ab eo ſanata baptiſmum Chriſti ſuſceperũt ipſa cum viro ſuo & familia. Quod cùm iudici fuiſſet nunciatum, ab eo protinus accerſitur, & ad templum Iouis ducitur, vt ei immolaret. Quò perueniens cùm diceret aurum & argentum ibi appenſum melius pauperibus erogari quàm ante dæmones pendere, capitur, fuſtibus cæditur, ſemiuiuus relictus: ſed à diſcipulis collectus per ſex menſes in domo cuiuſdam viduæ refouetur. Exinde ad ciuitatem Clauſenſem veniens, vt quemdam nobilem mutum ſanaret, cùm domum ingrederetur, puella quædam ſpiritum immundum habens exclamauit dicens. Recede ſerue Dei, nam faciam te ligaris pedibus de ciuitate extrahi. Quem Apollinaris increpans protinus exire coegit, cúmque ſuper mutum nomen domini inuocaſſet & curatus fuiſſet, plus quàm quingenti homines in Deum crediderunt. Pagani autem fuſtibus cæſum prohibebant ne nomen Ieſu nominaret. At ille in terra iacens clamabat, quoniam ipſe eſt verus Deus. Tunc nudis pedibus ſuper prunas eum ſtare fecerunt: ſed cùm Chriſtum conſtantiſſime prædicaret, extra vrbem eum proiecerunt. Eo autem tempore dum Rufus patritius dux Rauennæ filiam haberet infirmam, & ad eam ſanandam Apollinarem vocari feciſſet, mox vt eius domum ingreſſus eſt, filia defuncta eſt: cui Rufus dixit. Vtinam domum meam non fuiſſes ingreſſus. Dij enim magni irati ſunt, & eam ſanare noluerunt. Tu vero quid ei facere poteris? Et Apollinaris ad eum. Noli timere, iura mihi per ſalutem Cæſaris vt ſi puella ſurrexerit, tu eam ſaluatorem ſuum ſequi non prohibebis. Quod cùm feciſſet, oratione præmiſſa puella ſurrexit, & nomen Chriſti confitens cum magna voce baptiſma cum matre & multitudine plurima ſuſcepit & virgo permanſit. Quod cùm audiſſet Cæſar, ſcripſit præfecto prætorij, vt aut Apollinarem ſacrificare diis faceret, aut in exilium mitteret. Præfectus igitur nolentem immolare fuſtibus cædi iuſſit & in eculeum leuari. Vbi dum conſtantiſſime Deum prædicaret, aquam feruentem in eius vulnera recentia iactari fecit. Et tandem graui pondere ferri vinctum in exilium mittere voluit. Videntes autem Chriſtiani tantam impietatem, accenſi animo in paganos irruerunt, & plus quàm ducentos ex eis occiderunt. Quod videns præſes abſcondit ſe, & Apollinarem in obſcuriſſimum carcerem trudi mandauit. Deinde catenatum in naui poſuit, & cum tribus clericis eum ſequentibus in exilium miſit, vbi ſolum cum duobus clericis & duobus militibus periculum tempeſtatis euadens conuerſos ad fidem milites illos baptizauit. Deinde Rauennam veniens à Paganis capitur, & ad tẽplum Apollinis ducitur. Cuius ſimulachrum videns maledixit, & ſubito corruit. Hoc vidẽtes pontifices ipſum iudici Tauro præſentarunt. Qui iudex cùm filium ſuum cæcum vir ſanctus illuminaſſet, credidit in Chriſtum, & ipſum quatuor annis in ſuo prædio manere fecit. Poſt hæc autem pontifices eum apud Veſpaſianum accuſabant, iuſſit Veſpaſianus vt quicunque diis iniuriam faceret, aut ſatisfaceret, aut vrbe, priuaretur. Non enim (ait) iuſtum eſt vt deos vindicemus: ſed ipſi ſeipſos de inimicis ſuis vlciſci poſſunt ſi iraſcunt. [Ea iuſsione perlata Rauennam] Demoſthenes vir patritius [eum ad ſe euocatum &] ſacrificare nolentem cuidam centurioni iam Chriſtiano tradidit. Cuius rogatu pergens in vicum leproſorum vt propter furorem gentilium latitaret, à paganis inſecutus vſque ad mortem diutiſsime cæſus & ſeptem diebus ſuperuiuens, poſt admonitionem diſcipulorum ſpiritum Deo tradidit ſub Veſpaſiano imperatore, & honorifice ſepelitur, & in præfatione ab Ambroſio multipliciter commendatur.

Apollinaris mortuam puellam ſuſcitat.

Torquetur in eculeo.

Veſpaſianus.

A.C. 75. Colitur. 23 Iulij. In Miſſali Ambroſiano.

§. III.

Huius S. Luciani meminit Hilduinus in Areop. & Vſuardus in martyr.

SAnctus etiam Lucianus Petri apoſtoli diſcipulus à beato Clemente ſancto Dionyſio in ſocium cum aliis datus, cùm ad Gallias profectus eſſet, Bellouacum venit, vbi cuſtodia Romanorum & militaris exercitus reſidebat, quia gens Bellouacenſium ſemper bellicoſa extiterat, & ideo propter inſolentiam eorum vel propter cuſtodiam cæterarum ciuitatum, iis in partibus tunc Romanus verſabatur exercitus. Lucianus ergo à beato Dionyſio presbyter factus, ad euangelizandum Chriſtum illuc directus, multos ad fidem ſua doctrina conuertit. Erat autem vir miræ patientiæ, ſummæ abſtinentiæ, & omnium copia gratiarum exornatus. Nec ei alius erat cibus, quàm herbarum virentium eſus, potum aquæ frigidæ feſſo corpori tribuebant. Quadrageſimæ tempore bis in hebdomada comedebat. Suſtentabat enim eum cœleſtis alimoniæ virtus. Cùm autem Iulianus præfectus ex decreto imperatoris Domitiani Chriſtianos inſequeretur, audiens Lucianum ex vrbe egreſſum ad idola conterenda, miſit miniſtros ad eum inquirendum. Qui audientes eum Bellouaci commorantem: illuc euntes illi prędicantem inuenerunt populo. Cernens autem ſanctus Dei eos ad ſe occidendum adueniſſe, imperterritus à prædicatione non deſtitit: ſed exhortans fideles ad permanendum in fide, totis viribus ſuis cœpit Deo gratias agere, quod ſancti patris ſui Dionyſij iam pro Chriſto paſsi dignaretur eum conſortem efficere. Sanctum ergo Lucianum egreſſum de ciuitate cum duobus pueris Maximiano & Iuliano, ad montem diſtantem à Bellouaco per tria milliaria miniſtri ſceleris proſecuti pueris illis occiſis poſt contumelias capite truncatum occiderunt. Lúxque immenſa ſuper corpus exanime emicuit, & vox de cœlo audita eſt, euge famule bone Luciane, qui pro me ſanguinem effudiſti, veni ad præparatam tibi manſionem in cœlis. Recedentibus autem à loco ſatellitibus corpus illud ſe erigẽs & caput ſuum abſciſſum manibus propriis aſſumens, quaſi viuens iter capere plantis firmiſsimis cœpit, portánſque illud à monte Vado tranſpoſito ad locum in quo ſe funeri tradendum elegerat, vno ab vrbe miliario requieuit, ibique eo mira odoris fragrantia redolente conuerſi ſunt ad fidem quaſi quingenti viri. In vita autem ſua triginta millia hominum, & vltra eius doctrina baptiſma perceperunt, exceptis mulieribus & paruulis.

Lucianus Bellouacum mittitur.

Quadrageſimæ tẽpus iam tum obſeruabatur.

Beatus Lucianus capite plectitur.

Geſtat caput ſuum poſt mortem.

Colitur 8. Ian.

§. IIII.

De S. Romulo & eius ſociis.

SAnctus Romulus de nobili Romanorum progenie ortus parentibus orbatus, cùm beatus Petrus apoſtolus Romæ prædicaret, ad doctrinam eius conuerſus & baptizatus eſt. Deinde à Iuſtino quodam ſancto viro eruditus eſt. Cœpitque miraculis clarere. Quidam autem vir clariſsimus nominè Romanus cùm haberet duos filios, vnum dæmoniacum, alium grauiter infirmum, rogabat beatum Petrum vt illos ſanaret, promittens ſe crediturum ſi ſanarentur, pro quo miſit Petrus Romulum ad domum illius,

A.C. 75.

illius,& facta oratione Romulus eos liberauit, vnde credentes baptizati ſunt. Poſtea Romulus cum Iuſtino à beato Petro miſſi ad Sutrinam ciuitatem quendam Pergamū nominē negantē aliam vitam quàm iſtā traxerunt ad fidem, probantes aliam vitam fœliciſſimam veris fidelibus reſeruatam, & hoc per miracula. Nam Iuſtinus ſuam tunicam vilem conuertit in regiam, & ſuum baculum in aureum ſplendorem. Romulus autem vas aquæ antepoſitum in gemmarum candorem. Filiam quoque Cariſiæ viduæ mutam ibidem Romulus ſanauit: Cúmque multi conuerterentur ad fidem, expulſi ſunt de Sutrio à Gentilibus. Reuerſum igitur ad vrbem Romulum Petrus miſit Fæſulas, Epiſcopum ibi inſtituens & cum eo Marchitianum & Chariſſimum, ita tamen vt prius accederent ad ciuitatem Volaterranam, quæ tunc Antonia dicebatur, vt viſitarēt duos diſcipulos ſuos quos illuc deſtinauerat Petrus ad prædicandum, ſcilicet, Creſcentium & Dulciſſimum. Quod cùm feciſſent, inuenerunt illos duos in latere montis in ſpelunca orationibus vacantes, quia ob prædicationem Chriſti expulſi fuerant de ciuitate illa: quos ſalutantes ſecum duxerunt in ciuitatem Volaterranam, vbi Romulus quendam puerum iam morientem ſanauit: propter quod multi conuerſi ſunt ad fidem. Deinde audiens Romulus Fæſulanos crudeles & nullum admittere Chriſtum prædicantem, cupiens Deo fructificare perrexit Brixiam, vbi mortuum filium viduæ ſuſcitauit: ex quo miraculo plurimi baptizati ſunt. Ex ea ciuitate ad Bergamum proficiſcitur: vbi duos mortuos vitæ reſtituens, & plures languores curans, multos ad fidem Chriſti perduxit. Demum Angelus Domini in ſomnis apparēs admonuit eum vt Fęſulas, quo Petrus eum dē miſerat accederet, quod & fecit. Socij autem Romuli, ſcilicet, Marchitianus & Chariſsimus qui ad tempus ſeparantes ſe à Romulo prius prædicauerant Fæſulis verberibus afflicti, iterum iuncti Romulo intrantes ciuitatem cœperunt cum eo conſtanter prædicare Chriſtum, Celſum autem puerum à dæmonio obſeſſum cùm liberaſſet Romulus, parentes eius & multi alij collum fidei iugo ſubdiderunt. Cùm autem doctrina eius & miraculis eccleſia ibi multiplicaretur, quidam nomine Repertianus rector ciuitatis ſimul cum Gentibus mandauit Romulo & ſociis, vt aut diis eorum immolarent, aut à ciuitate recederent. Quibus reſpondit Romulus, Neque tuis diis ſacrificabo, nec oues quas mihi Deus dedit, dimittam. At ille præcepit eos fuſtibus cædi, & cæſos extra ciuitatem eiici. Quos expulſos nocte media Angelus apertis portis in ciuitatem virtute diuina introduxit. Qui ingreſsi prædicationi inſiſtebant, & filium viduæ in extremis iacentem Romulus ſanauit. Repertianus autem audiens huius prædicationem, ipſum cum ſociis incarcerauit catenis alligatos, ſed Chriſtus apparens eos confortauit. Et cùm pluribus diebus ibi manſiſſent ſine cibo ab homine adminiſtrato: deinde grauiſsime per ciuitatem cæſi eſſent tandem à quodam perfido Romulus multis ictibus perforatur & occiditur. Socij decollati ſunt anno Domini nonageſimo, vel circa.

Romulus & Iuſtin⁹ ad vrbem Sutrinam veniunt.

Mittitur à Petro Fæſulas.

Veniunt Volaterras.

Venit Brixiam.

Deinde Bergamū.

Venit Fęſulas.

¶ *De martyrio beati Nazarij, & beatæ Perpetuæ filiis: & de ſancto Memmio.*

CAP. XXVII.

A.C. 75.

SANCTVS Nazarius fuit filius Perpetuæ Chriſtianiſsimæ fœminæ & Romanorum nobiliſsimæ (quæ à beato Petro baptizata fuerat) & illuſtriſsimi viri nomine Aphricani, ſed Iudæi, vxoris. Hic Nazarius cùm eſſet nouem annorum plurimum mirabatur, videns patrem ſuum & matrem tam differentes in obſeruantia religionis, & quòd mater eius legem baptiſmi, pater verò legem ſabbathi ſequeretur. Vnde cui magis adhærere deberet plurimum dubitabat, cùm vterque ad fidē ſuam trahere eū niteretur. Tandē nutu Dei veſtigiis matris adhæſit, & à ſancto Lino (qui nondum erat, ſed poſt paſsionem Petri factus eſt papa) baptizatus eſt. Quod pater intelligens cœpit eum à ſancto propoſito auertere velle. Et varia tormentorum genera, quæ Chriſtianis inferebantur explicare. Cùm autem patri minime aſſentiret, ſed Chriſtum publicè fateretur, ad preces parentum qui ne occideretur timebant ab vrbe receſsit, & ſeptem iumenta diuitiis parentum onerata accipiens & per ciuitates Italiæ tranſiens pauperibus omnia erogauit. Decimo autem anno egreſsionis ſuæ ab vrbe, Placentiam, & inde Mediolanum adueniens, ſanctos Geruaſium & Prothaſium ibi in carcere detineri reperit. Audito autem, quòd per Nazarium ad conſtantiam fidei animarentur, cito vinctus ad præfectum trahitur, & in confeſsione nominis Chriſti perſeuerans fuſtibus verberatus extra ciuitatem eiicitur. Dum autem de loco ad locum pergeret, mater eius quæ iam obierat, ei apparuit, & quòd ad Gallias pergeret in ſomnis admonuit. Cùm autem Genuam adueniſſet, & plures ibi prædicando conuertiſſet, quædam matrona filium ſuum elegantem puerum nomine Celſum ei obtulit rogans, vt eum baptizaret & ſecum duceret. Quod audiens præfectus Galliarum, ipſum cum puero Celſo vinctis retro manibus, & collo catena conſtricto in carcerem detruſit vt die ſequenti eum tormentis afficeret. Tunc vxor eius miſit ad eum dicens iniuſtum eſſe iudicium, vt innocentes occideret & quòd Deus omnipotens hoc vindicare præſumeret. Quibus verbis præfectus correptus ſanctos abſoluit, ſed ne ibi prædicarent interdixit. Venit exinde ad ciuitatem Treuerim, vbi prædicans & multos conuertens ibi eccleſiam ædificauit. Quod audiens Cornelius vicarius, Neroni intimauit, qui plures milites ad capiendum ipſum miſit. Ipſum autem inuentum iuxta dictum oratorium ligarunt dicentes. Magnus Nero te vocat. Quibus Nazarius. Incompoſitus rex incompoſitos milites habet. Quare venientes honeſtè non dixiſtis mihi, te vocat: & veniſſem. Vinctum igitur ad Neronem ducebant, & Celſum puerum plorantem alapis cædentes, vt ſequeretur vrgebant. Quos cùm Nero vidiſſet, iuſsit in carcerem mitti, donec excogitatis ſuppliciis faceret interire. Interea dum Nero venationi inſiſtens in pede vulneratus fuiſſet, & ſatis doleret, recolens Nazarij & exiſtimans deos ſibi iratos quia tandiu ſanctos viuere permiſiſſet, & propterea ſe illud pati: iuſsit Nazarium calcibus tunſum, & Celſum puerum verberibus in carcere flagellatum ante eum præſentari. Videns autem faciem eius Nero vt ſolem lucere, putans ſe arte magica illudi: dixit eis vt artem magicam deponerent & diis immolarent. Ductus ergo ad templum Nazarius rogauit vt omnes

De Nazario & Celſo Metap. Amb ſer. vlt. & Ado in marty.

Nazarius baptizatur.

Nazarius venit Mediolanū.

Celſus puer.

Treuiros ſe cōfert.

Iuſſu Neronis capiuntur.

A.C. 75.

Mittũtur in mare ſed euadunt.

exirent. Quo facto ipſo orante: omnia idola confracta ſunt: propter quod Nero mandauit eos in mare præcipitari: & ſi euaderent igne comburi. Mittentes ergo eos in nauim in medium maris præcipitauerũt. Sed in mare proiecti ſuper aquas illæſi ſteterunt. Magna autem tẽpeſtas circa nauem orta eſt: ita vt nautæ periclitarẽtur. Timentes ergo ſubmerſionem ſuã pœnitentes de malis ſuis ſe ſanctis commendabant. At illi vultu hilari ambulantes ſuper aquas aſcenderunt in illam: & ſubito facta eſt tranquillitas magna. Deinde Genuam accedentes cùm multos ſua prædicatione conuertiſſent: poſtmodum Mediolanum peruenerunt. Sed Anolinus præfectus remanente Celſo in domo cuiuſdam matronę, Nazarium in exilium miſit. Qui Romam remeans inuenit patrẽ ſuum iam ſenem ſed chriſtianum. Qui inquiſitus à filio de modo ſuæ conuerſionis, inſinuauit Petrum ſibi in viſu apparentem admonuiſſe vt vxorem & filium credentes in Chriſtum imitaretur. A templorũ autem pontificibus Mediolanum in exilium cũ multa iniuria eſt redire cõpulſus: ibique præſidi præſentatus, iuſſu eius cum Celſo puero decollatus eſt. Acceptis verò corporibus à Chriſtianis & in hortis ſepultis, quidam ſanctus vir ipſa nocte admonitus à ſanctis ipſis, vt in domo ſua eorum corpora profundius ſepeliret: hoc diligenter effecit. Poſt multum temporis Deus horum corpora ſancto Ambroſio reuelauit: qui Celſum in ſuo loco relinquens, Nazariũ quaſi eadem hora ſepultum mira odore fragrantiæ integrum & incorruptum cum capillis & barba reperiens: ipſum ad eccleſiam Apoſtolorum tranſtulit: & honorificè ſepeliuit. Paſſi ſunt autem circa annum domini 57.

Nazarij pater diuinitus conuertitur.

Nazarius & Celſus capita amputantur.

Eorũ corpora Ambroſio reuelantur.

Coluntur 28. Iulij.

§. I.

De ſancto Memmio cuius meminit Gregor. Tur. l. de glor. confeſſ. c. 66.

Colitur 5. Aug.

SANCTVS quoque Memmius de nobili genere Roma oriundus: cùm à ſancto Petro Apoſtolo fuiſſet epiſcopus benedictus: ad partes Galliarum ab eo fuit directus ad euangelizãdum regnum Chriſti cum ſancto[a] Dionyſio Pariſiis futuro epiſcopo: & ſancto Euchario Treuerenſis ciuitatis epiſcopo: & ſancto Sauiniano Senonenſi futuro epiſcopo: & ſancto Symiero Sueſſionẽſi futuro epiſcopo: & aliis ſeptẽ epiſcopis & Domitiano ſubdiacono: qui quaſi ex vno vtero fratres in Chriſto eſſe noſcuntur. Cúm que à Roma decimoſeptimo miliario abeſſent: contigit Domitianum ſubdiaconum ex hac luce migrare. Quo ſepulto ſanctus Memmius reuerſus eſt ad vrbem beato Petro caſum lachrymaliter exponens migrationis ſocij ſui. Cui Petrus. Accipe fimbriam veſtimenti mei, & reuertere ad locum ſepulturæ Domitiani, ponénſque eum ſuper ſepulchrum dices. Imperat tibi Dominus Ieſus Chriſtus & magiſter meus Petrus, vt qualiter ore ſuo tibi mandauit, vt pergeres mecum ſocius ad prædicandum verbum Dei Gentibus, ambulare non tardes. Quod cùm feciſſet ſubitò ſurrexit incolumis, & cum eo iter arripuit. Ad ciuitatem igitur Cathalaunenſem idololatriæ deditam, vt cæteræ gentes, peruenerunt. Vbi Dominus multas virtutes per eos operatus eſt cæcis reſtituendo viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum & quicunque in infirmitate conſtitutus per beati Mem-

Domitianus ſubdiaconus miraculo reuixit.

Cathalaunũ S. Mẽmius venit.

a *Dionyſium tamen non à D. Petro ſed à D. Clemente in Gallias deſtinatum conſtans eſt opinio: ſicut capitulo ſequenti tradit D. Antonin.*

A.C. 75.

A mij pontificis auxilium, ſi fide integra illud poſtulaſſet, ad priſtinã reducebatur ſoſpitem. Cúmq; propter Gentilitatis errorem & duritiam cordis eorum populus ciuitatis Cathalaunen. eum recipere noluiſſet nec eius doctrinæ acquieſcere vir ſanctus diuina inſpiratione permotus conſilio miniſtrorum in deſertum locum diſtantem à ciuitate per vnum miliare receſſit, ibique per annum permanſit die noctúque orationibus & ieiuniis cum ſociis vacans. Contigit autem quòd quidam puer nobilis ſubmerſus eſt in fluuiolo, qui erat iuxta portã ciuitatis. Quod cùm cognouiſſent parentes, & validiſſimum planctum ſuper B defuncti corpus excitarent, cognitis virtutibus ſancti Memmij, ad eius ſpeluncam acceſſerunt, lachrymabiliter ſupplicantes vt filium ſuum ſuſcitaret. Qui ad locum, vbi cadauer iacebat adueniens, orationibus ſuis vitæ reſtituit & ſaluti, ipſum baptizans. Ex quo miraculo fama virtutis eius per ciuitatem diffuſa, rogauerunt eum populi, vt ciuitatem ingrederetur vt pontifex, & cum magna multitudine honorabiliter eum aſſociarunt. Perueniens autem ad portam ciuitatis tres cæcos & tres leproſos, quos in via inuenit, in trinitatis nomine & ſigno crucis expreſſo continuò ſanauit. Pontifex ergo ſuſ- C ceptus totam ciuitatem pene ad fidem conuertit & baptizauit & diuini eruditionibus eam inſtruens vt bonus paſtor annis 80. gubernauit, orationibus, ieiuniis & elemoſynis inſiſtendo.

Mẽmius Cathalaunenſis Epiſcopus.

De diſcipulis beati Pauli, videlicet Dionyſio Areopagita & ſociis eius de ſancta Thecla, Timotheo, Tito, Praxede, & Potentiana.

CAP. XXVIII.

De Dionyſio Areopagita. vide Hilduinum, Metaphraſtẽ & Suidam apud Lipomanũ & Suidam hæc autẽ omnia ab Hilduino ſumpta ſunt.

D DE diſcipulis Pauli Apoſtoli. Inter omnes illos præcipuus fuit & primus doctor[a] eccleſiæ poſt Apoſtolos ex ſcribentibus beatus Dionyſius Areopagita, qui ſic denominatur à loco, vnde oriundus fuit, & ſcholas philoſophiæ tenuit, vt ſummus philoſophus. Vnde & dicebatur etiam Theoſophus propter eminentiã ſapientiæ à θεὸς quod eſt Deus & σοφὸς quod eſt ſapiens, quaſi Deum ſapiens. Propterea autem dicebatur villa illa natiuitatis ſuæ Areopagus, quia ibi Mars colebatur pro Deo. Dicitur enim ab ἄρης quod eſt Mars & πάγος quod eſt villa, quaſi villa Martis. E Hic ergo cùm eſſet gentilis videns eccliptim ſolis, quæ accidit in paſſione Chriſti, eſſe contra naturæ ordinem, qui tunc erat in Heliopoli Ægypti ciuitate cum Apollophane aſtrologo maximo, vt ipſemet refert ſcribens ad Policarpum, dixit. Hæc nox quam nouam miramur totius mundi venturam lucẽ ſignificat. Philoſophi autẽ qui erãt Athenis dixerũt. Deus naturæ patitur. Vel ſecundũ alios dixerũt. Aut ordo naturæ peruertitur, aut elementa mentiuntur, aut Deus naturæ patitur, & elementa ſibi compatiuntur. Propterea enim erat contra curſum naturalem illa eccliþſis ſolis in Chriſti paſſione facta, tum quia F luna erat quintadecima, vnde in maxima diſtãtia à ſole, tũ quia vniuerſalis fuit per totũ orbẽ eadẽ hora. Nã in Heliopoli in Oriẽte fuit vt refert Dionyſius, & in Occidente Romæ vt refert Oroſius. Tum quia fuit diuturnior naturali. Nam à ſexta vſque ad horã nonam, vt ſcribunt Euengeliſtæ, vnde per tres ho- l. 7. c. 4.

a *Dionyſius poſt apoſtolos primus eccleſiæ doctor.*

ras [duraſ

A. C. 75.

ras [duraſſe eam compertum eſt] [a] Athenienſes igitur philoſophi fecerunt erigi propter hoc nouum altare ad honorem illius [Dei] cuius cauſa talis ecclipſis acciderat innaturalis, titulum ei imponentes. Ara ignoto Deo. Paulus igitur Apoſtolus cùm profectus eſſet Athenas, vbi erant diuerſæ ſectæ philoſophorum, ſcilicet, Epicurei ponentes beatitudinem in voluptate, & Stoici aſſerentes fœlicitatem in animi virtute conſiſtere, prædicabat & diſputabat cum eis. Inter quos erat & Dyonyſius philoſophus maximus. Reſpiciens ergo Paulus aras illorum deorum & earum titulos: cùm legiſſet in vno titulo, Ara ignoti Dei, dixit Paulus ad Dionyſium. Quis eſt Deus ignotus cui ara hæc dedicata eſt? Adhuc, inquit Dionyſius non eſt nobis demonſtratus ille Deus, ſed eſt incognitus, & ſæculo venturo futurus. Ipſe eſt Deus qui regnaturus eſt in cœlo & in terra, & regnum eius nõ accipiet finem. Et Paulus ait. Quid vobis videtur, homo erit an ſpiritus deorum? Reſpõdit Dionyſius: Verus erit Deus & verus homo, & ipſe renouaturus eſt mundũ, ſed adhuc incognit9 eſt hominibus, & in cœlis apud Deũ cõuerſatio eius. Tunc Paulus ait. Illũ Deũ vobis prædico, quem appellatis incognitũ. Cœpitque prædicare incarnationẽ, paſſionẽ cæteráque myſteria fidei. Cùm autẽ caſu quidã cæcus illac trãſiret: dixit Dionyſius Paulo. Si in nomine huius quem annuntias, & Deũ aſſeris, hunc illuminaueris, omnino credam. Cui Apoſtolus, Ne dubites hoc arte magica fieri vel virtute alia, quàm Ieſu Chriſti tu ipſe hoc proferas. In nomine Ieſu Chriſti lumẽ recipias. Quo dicto illuminatus eſt cæcus: & Dionyſius idolis relictis conuerſus ad fidẽ, & cũ vxore ſua Damari & familia baptizatus eſt. Qui à Paulo inſtructus per trienniũ cum eo cõuerſatus eſt, & de cœleſtibus quæ ipſe in raptu viderat multa edoctus, Athenienſiũ demum ab eo Epiſcopus eſt ordinatus. Ibique Dionyſius maximã partem ſuæ patriæ ad fidem conuertit. Poſtea verò Epiſcopũ aliũ ſibi ſubrogãs Romã perrexit paſſione Apoſtolorũ peracta, à ſanctóque Clemente papa in Franciã directus cum Ruſtico presbytero & Eleutherio diacono ad vrbẽ Pariſios idolis præ cæteris deditã properauit. Ibique poſt multorũ conuerſionẽ fabricata eccleſia, & clericis diuerſi ordinis ampliata, tanta in eo cœleſtis gratia enituit, vt pontifices idolorũ contra eũ ſæpiſſime ſeditionẽ populi excitãtes, & plebes innumeras armatas ad eum comprehendendũ mittentes, mox eo viſo omni feritate depoſita ante eum ſe proſternerent, aut pauo-

Act. 17.

Hæc Hildoinus ad verbũ habet omnia.

Dionyſij cum Paulo colloquium.

Dionyſius Epiſcopus Athenienſis.

Dionyſius à Clemente in Gallias dirigitur.

a Viues in Aug. l. 7. cap. 17 aræ ignoto Deo ſacræ aliã affert originem. Cùm enim inquit peſtilentia laboraret regio Attica, conſultáque Pythia reſpondiſſet, expiari oportere vrbem & agros, nec cui Deo ſacrum fieri oportere dixiſſet, Epimenides qui tum Athenis erat, iuſſit dimitti hoſtias per agros, ſequique eas ſacrificos, & in quo loco quæque conſtitiſſet, ibi mactari eam immolaríque Deo ignoto propicio. Itaque ex eo tempore etiam ad ætatem Laertij frequenter viſebantur per pagos Atticæ terræ ſacræ aræ ſine nomine. hæc ille. Ad declarandum Lucæ locum ſe lubenter annotaſſe ſcribit. Sed non animaduertit aram quam Paulus Athenis vidit, non fuiſſe in Attica regione: ſed in ipſa vrbe: vt aperte liquet ex ipſo Luca. Deinde illæ ſine nomine erant: Hæc autem illius ignoti Dei titulum præ ſe ferebat. tertio illæ erant frequentes: hæc autem vna tantum: maneat igitur hæc à patribus per manus ſuſcepta de ara ignoti Dei traditio, nempe eam in Chriſti paſſione erectam fuiſſe ſicut ſcribit Anton.

A re nimio ſoluti, à præſentia eius diffugerent. Sed diabolus videns & inuidens ſui cultutam tantùm euacuari per prædicationem ſánctorum, ad tantam perſecutionem fidelium Domitianũ imperatorem commouit, vt edicto iuberet Chriſtianos vbicũque reperirentur, aut ad immolandum idolis cogi, aut diuerſis ſuppliciis occidi. Præfectus ergo Feſcẽnianus ad vrbem Pariſios directus contra Chriſtianos, cùm inueniſſet Dioniſium populis prædicantem captum cum Ruſtico & Eleuterio colaphizatũ, conſputum & deriſum loris diriſſimis alligatum præſentari coram ſe demandauit. Cúmq; corã eo conſtanter reſ- B ſponderet, ecce mulier quædam nobilis nomine Liſbium virum ſuũ à magis illis ſeductũ improbè quærebatur. Qui accitus, ad primam fidei confeſſionem occiſus eſt, & ſancti à duodecim militibus viciſſim grauiſſime flagellati, catenis onerati in tætrum carcerem detruduntur. Sequenti verò die Dionyſius ſuper cratem ferream ſuppoſitis flammis nudus extenditur, indéque illæſus ad beſtias ferociſſimas multo ieiunio excitatas proiicitur. Cùm autem in eum impetuosè currerent, ſigno crucis oppoſito ſubitò mãſueſcunt. Iterum iactatus eſt in clibanum, ſed extincto ſtatim incendio nil paſſus eſt, diutius in cruce C torquebatur, indéque depoſitus cum multis fidelibus in carcerem detruditur: vbi poſt longam populi exhortationẽ dum ipſe Miſſam ad cõmunicandum fideles celebraret apparuit ei Dominus cum immenſo lumine: & accipiens panẽ ſanctum dedit ei dicẽs. Accipe hoc chare meus, [quod mox complebo tibi vna cum patre meo] quia mecum eſt maxima merces tua: [& his qui audierint te ſalus in regno meo. Nunc facies fortiter, & memoria tua erit in laude. Dilectio autem & benignitas quam habes ſemper pro quibuſcunque petierit impetrabit.] Exinde iudici fuere præſentati & nouis ſuppliciis macerati ad D hoc ſe inuicẽ exhortantes. Demũ poſt orationẽ flexis genibus decollatur, & caput ſuũ inter brachia angelo duce & cœleſti lumine præcedente à loco qui dicitur mons martyrũ vſque ad eccleſiã ſancti Dioniſij deportauit: vbi nunc ſua electione & Dei prouidentia requieſcit. Tantámque melodiã Angelorũ ſocietas decantauit, ꝙ multi qui audierunt, crediderunt conuerſi ad fidẽ, inter quos fuit & vxor præfati Lisbij, quæ clamans ſe Chriſtianã, ab impiis occiſa eſt & in ſuo ſanguine baptizata. Quædã autem nobilis matrona [Catulla nomine, quæ licet Paganorum adhuc erroribus neceſſitate potius quàm voluntate E teneretur addicta, conuerti tamen ad fidẽ Chriſti deſiderabat] timens ne corpora ſanctorũ in flumen vicinũ iactarentur ab occiſoribus ſanctorũ, inuitauit eos ad ſolẽne conuiuiũ, ſicq; feſtiuo epularũ gaudio eos detinens occuparos, interea corpora illorum in agro longe ſepelire iuſſit. Sed poſtea ceſſante rabie perſecutionis honorifice leuari fecit. Paſſi ſunt autẽ anno Domini 96. ætatis verò Dioniſij 90. In decretis di. 38. omnes pſallentes: dicitur. Subſtantia noſtri ſummi ſacerdotij ſunt eloquia diuinitus tradita quemadmodum magnus perhibet Dionyſius. Et intelligitur ſubſtantia qua non conſtat ſacerdotium, ſed qua F ſuſtentatur & bene regitur in officio eius: ſicut bona temporalia dicuntur ſubſtantia hominis, quia eis nutritur. Hic Dionyſius dedit plures [a] libros in Græco tranſlatos ab aliis in Latinum: librũ ſcilicet de-

A. C. 75.

Domitianus in Chriſtianos ſæuit.

Dioniſij tormenta.

Dionyſius Miſſam celebrauit.

Dionyſius decollatur & caput portat. colitur 9. Oct.

Dion. de cel. hier. c. 1.

Subſtãtia ſacerdotũ ſunt diuina eloquia.

a Libri à Dionyſio editi, pro quibus nõnulli ſcripſerit, vt actum agerem, ſcilicet, eos etiã ad Dionyſiũ pertinere vellem demonſtrare.

A.C. 71.

cœleſti hierarchia, & librum de Eccleſiaſtica hierarchia: & librum de diuinis nominibus, & librum de myſtica theologia. A

§. I.

Hæc Sanctini & Antonini geſta habentur in epiſtola. Hincmari Archiepiſcopi Rhemenſis. de ſancto Dionyſio.

HIC autem Dionyſius, quendam diſcipulum ſuum Sanctinum nomine Epiſcopum ordinauit, & Carnutum ad prædicandum miſit ipſumq; Meldenſium epiſcopum deſignauit: cui in ſocium & adiutorem Antoninum dedit. Dum autem ad Italiã properant, Antoninus febre corripitur & diebus aliquot a Sanctino ei inſeruitur. Placet Antonino vt mandatum Dionyſij magiſtri eorum impleatur. Mã- B dauerat enim eis vt paſſionem ipſius Dionyſij diligenter deſcriptam ſummo deferrent pontifici: qui & hoc Athenienſibus notum faceret. Sufficienter autem reliquit Sanctinus hoſpiti, vnde Antoninũ relictum infirmum vel conualeſcentem foueat: vel defunctum honeſte ſepeliat. Cùm vero Sãctinus Romanorum fines attigiſſet: vidit in ſpiritu defunctum Antoninum ſocium ſuum & hoſpitem in foueam cabuli ſui eleuato aſſere ipſum proijcere, quò ſtercora & vrina defluebant. Feſtinantiſſimè autem reuerſus Antoninus de ſocio interrogat hoſpitem. At ille ficta mœſtitia ait mortuũ & honeſte ſepultum. Mentiris inquit Sanctinus fili diaboli: in ſterquilinium proieciſti. Ille ergo timore perculſus leuauit aſſerem C & Sanctinus ait Antonine frater in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti pro cuius amore paſſus eſt Dionyſius ſurge, & perficiamus obedientiam. Qui reſurgẽs à mortuis cum Sanctino profectus eſt ad ciuitatem Meldenſem: vbi Sanctinus plenus fide & operibus bonis ad cœleſte demũ regnum tranſiuit: cui ſucceſſit in epiſcopatu Antoninus: qui ſimili fine quieuit.

Colitur hic S. Sanctinus Virduni maxime 11. Octo.

§. II.

D

Huius S. Carauni meminit Vſuardi martyr. qui eum habet 28. die Maij.

CARAVNVS natione Romanus diu cũ beato Dionyſio eruditus eſt. Et poſt prædicatum in variis locis euangelium, ſexcenteſimo. a. Carnuto miliario videns filios Belial ſibi occurrentes: quia putabant ipſum cum ſociis magnam pecuniam deferre, trepidantibus ac fugientibus ſociis ob lictores eos perſequentes: malens ſolus quàm ſocios cunctos perire, clamauit. Nolite innocentes perdere: pecunia, quam quæritis apud me eſt. Concurrentes igitur omnes illi latrones ad eum ſolum, vnum tantum ſolidum quem pro viatico reſeruauerat inuenerunt: vnde E indignati caput eius abſciderunt.

Regulus ex Græcorum nobili proſapia, Dionyſij ſocius, auditor Ioannis euangeliſtæ pro tempore dimiſſis magnis diuitiis & pauperibus erogatis: poſtea Athenis Dionyſium adiuit: & Roma cum eo veniens Arelatenſium vrbem ingreſſus eſt: poſt eorum facilem conuerſionem ibidem à beato Dionyſio præſul conſtituitur. Hic celebrans oratione dominica completa & apoſtolorum nominibus recitatis, adiunxit. Et beatis martyribus tuis Dionyſio, Ruſtico & Eleutherio. Quo dicto ſtupefactus cur hæc præter morem dixerit: admirans vidit ſuper crucem altaris tres columbas reſidentes, horum martyrum nomina pectoribus ſuis inſcripta habentes, vnde intellexit martyrium illorum celebratum prout inuenit. Hic ergo deſiderio martyrij accenſus Feliciſſimũ ibi inſtituit epiſcopũ. Et viſitatis reliquiis ſanctorũ martyrum Syluanectum ingreditur, & ſimulachrum Mercurij ad quod multi conuenerant, pręmiſſo cru- F

Miſſa celebrabatur tempore virorũ Apoſtolicorum ſicut nunc fere.

Crux altaris.

A cis ſigno baculo ſuo percuſſum diſſoluit. Populum multum exinde conuertit. Puerum à dæmonio obſeſſum liberauit: & aſellum ſuum à dæmone inuaſum, ſanauit. Demum in domino requieuit.

A.C. 75.

Dinus Ionius. cuius mẽtionem facit Vſuar. marty. ad S. Aug.

Ionius de partibus Athenienſium cum beato Dionyſio venit, & euangelium prædicans iuxta Pariſios pro cibo vtebatur herbis crudis & potu aquæ frigidæ, & in quadrageſima bis in hebdomada cibum ſumebat. Abſciſſum autem ſibi caput à paganis, per vnum miliare manibus ſuis portauit poſt emiſſam lucem de cælo, [ad caſtrum Corbalum] vbi nunc quieſcit.

B

§. III.

Beatus Eutropius.

HIC Dionyſius beati Eutropij conſocius paſſionem ipſius Eutropij eo viuente peractam in Frãcia literis Græcis ſcripſit: & ipſam ſcripturam parentibus eius qui iam in Chriſtum crediderant, in Græciam per manus beati Clementis papæ mitti ordinauit, quam Calixtus papa 2. Conſtantinopoli in ſchola Græcorum reperiens, in Latinum trãſferri fecit, vt refert Vincen. in ſpe. hiſto. lib. 11. cap. 18. Hic igitur Eutropius genere Gentili editus, excellentiori C proſapia oriundus quem Babylonius Adimundus nomine Xerxes & Guma regina genuerunt humanitus, qui in pueritia literis Græcis & Chaldaicis edoctus ad Herodem regem in Galilæam adiit, ſi forte aliquid curioſum diſcere valeret. Et in eius curia aliquandiu manens cùm audiſſet miracula ſaluatoris multùm deſiderabat eum videre. Cùm autem Ieſus abiit trãs mare Galileæ contingit Eutropium ſe reperire præſentem, quando Chriſtus ex quinque panibus & duobus piſcibus ſatiauit quinque millia hominum: multúmq; deſiderabat eum alloqui: ſed pedagogum ſibi datum Nicanorem quendam timebat D offendere. Reuerſus exinde ad parentum domum cœpit patri narrare dicens. Vidi hominem, qui dicitur Chriſtus, cui in toto mundo nequit ſimilis inueniri, vitam mortuis, cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, leproſis mundationem, omnibúſque generibus infirmitatum ſanitatem præbentem. Quid plura? Quinque millia hominum ex quinque panibus & duobus piſcibus me præſente ſatiauit. Hæc audiens pater eius Adimundus cogitabat qualiter videre poſſet hunc Ieſum. Nec multo poſt Eutropius impetrata licentia à patre, deſiderans iterum videre Dominum Ieſum, Hieruſalem adiit cum decenti co- E mitatu cauſa adorandi in templo, quod & plures gentiles faciebant de diuerſis partibus aduenientes. Die autem Palmarum videns Dominum Ieſum maxima turba aſſociatum, & pueros clamantes Oſanna filio Dauid, & flores & ramos palmarum & oliuarũ plurimos ſternentes in via cùm intraturus eſſet Hieroſolymã, & ipſe cũ cæteris eũ ſequebatur, triſtis tamen effectus eſt quia præ turba vix eũ poterat videre, vnde & accedens ipſe cũ multis Gentilibus ad Philippũ Apoſtolũ dixerunt ei. Domine volumus Ieſum videre. Quod cùm eis conceſſum fuiſſet, valde lætatus eſt, occultè ab eo tempore credens ei, re- F uerſúſque eſt in patriam ſuam. Cùm autem percepiſſet eum occiſum à Iudæis, valde doluit: ſed audita eius reſurrectione & in cœlum aſcenſione, lætificatus, & zelo dilectionis ad Chriſtum propter occiſionem Chriſti factam à Iudæis[a] in vltionẽ omnes Iudæos qui in Babylonia reperti ſunt occidi fecit. Deinde Apoſtolis glorioſis Simone & Iuda in Babyloniã ad prædicandum Chriſtũ proficiſcẽtibus

Ioan. 6.

Eutropius miraculo quinque panum interfuit.

Ioan. 12.

Iudæorũ clades Babyloni.

& doctri

A.C. 71.

& doctrinam ſuam plurimis miraculis confirmantibus, Eutropius gaudio repletus non ſolum ipſe perfectè credidit & baptiſma ſuſcepit, ſed & regem Babyloniæ exhortatus eſt, vt relicto gentilitatis errore & Iudæorum ſuperſtitionibus Chriſtianam fidem ſuſciperet vt cœlorum regnum adipiſci mereretur.

Abdias Epiſcopus Babylonius.

Quod & factum eſt. Quibus conuerſis Apoſtoli Abdiam, quem de Hieroſolymis ſecum adduxerant, Epiſcopum creauerunt. Et poſt non multos dies cum Apoſtoli martyrio coronati fuiſſent (vt dictum eſt ſupra) Eutropius eorum paſſionem Chaldaicis & Græcis literis commendauit. Audita ergo fama miraculorum quibus princeps Apoſtolorum coruſcabat Romæ, relictis parentibus & patria Romam profectus eſt.

Eutropius Romam proficiſcitur.

Qui cùm à beato Petro fuiſſet honorificè receptus, & cum eo aliquandiu conuerſatus, & de myſteriis omnibus plenius edoctus, regionem Gallicam conſilio eius cum aliis fratribus aggreditur.

In Galliâ dirigitur.

Cúmque vrbem Santonenſem intraſſet, per plateas eius & vicos diſcurtens verbum Dei inſtanter prædicabat. Mox vt illum ciues barbarum virum eſſe cognouerunt: & inaudita eis prædicantem audierunt, indignates illum extra vrbem facibus aduſtum & perticis verberatum eiecerunt. Ille verò patienter ferens iniurias in quodam monte iuxta vrbem tugurium ligneum fecit, in eo aliquandiu habitans. Per diem nihilominus ad ciuitatem prædicationibus erudiendam deſcendebat, & noctibus in lachrymis, & vigiliis, atque orationibus in tugurio permanebat. Cúmque per longiſſimum tempus non niſi raros ad fidem traxiſſet Domini Ieſu Chriſti, Romã denuò adiit. Inueniens autem Petrum iam in cruce paſſum, à beato Clemenre ordine epiſcopali ſuſcepto cum Dionyſio & ſociis in Galliam directus eſt, ſed iis cũ lachrymoſis amplexibus & ſalutationibus abinuicẽ diſcedẽtibus, Dionyſius cum ſociis Pariſios acceſſit: Eutropius verò Santonas reuerſus eſt, & ibi opportunè & importunè inſtans prædicationi zelo Chriſti plenus multos cõuertit & baptizauit.

Eutropius Santones redit.

Et inter cæteros filiã Domini ciuitatis illius nomine Caſtellam. propter quod pater, eam abominatus extra vrbem miſit.

Caſtella puella Chriſto credit.

Hæc puella pro Chriſto æquanimiter ferens iniurias iuxta tugurium ſancti viri humiliter magis elegit in paruulo habitaculo commorari: quàm in palatio cum parentibus deliciis affluere & idolis immolare. Cernens autem pater impius eam non poſſe nec blanditiis nec minis à propoſito fidei reuocari, furùs inuectus contra Eutropium, iuſſit carnificibus ciuitatis vt ipſum ſanctum lapidarent, & fuſtibus ac corrigiis plumbatis cæderent, demum ſecuri capite illiſo peremerunt in dicto tugurio, in quo tunc ſepultus eſt, ſed poſtea ceſſantibus perſecutionibus contra Chriſtianos, & patria illa ad Chriſtum conuerſa, ingens baſilica ibi ædificata eſt in honorem eius, vbi corpus eius requieſcit crebris miraculis corruſcans.

Eutropius pro Chriſto occubuit.

a Inciderant in ea tempora graues motus Iudæorum apud Meſopotamiam ac Babyloniam habitantium, cædéſque ac calamitates quales nuſquam memorantur in ſuperioribus narrationibus. Ioſeph. l. 18. antiq. ca. 12. An vero iſtæ calamitates cædéſque, hæ ſint de quibus hic agit auctor. ἐπέχω vt vt ſit Ioſephus auctori aliqua ex parte ſuffragatur.

§. IIII.

De beato Eugenio.

EVGENIVS ex ſociis beati Dionyſij miſſus ab eo ad prædicandum Toletanis, poſt conuerſionem barbaricæ illius gentis deſiderio videndi beatum Dionyſiũ iter arripuit: & cùm eſſet prope Pariſios ad, quatuor miliaria, obuians quibuſdam militibus cùm interrogatus fuiſſet, quem Deum coleret, & ipſe reſpondiſſet Chriſtum ſe colere, martyrium capitis obtruncatione promeruit.

A.C. 71.

Beatus Taurinus. De quo vin. ſpec. hiſt li. 10. c. 78. & 79. meminit eius Vita. ad 11. Aug.

Taurinus ex Chriſtiana matre & patre Gentili natus, à Clemente papa baptizatus & Dionyſij ſpiritualis filius, ab eo in Galliam ductus Ebroicenſis ciuitatis tandem præſul efficitur. Prædicante autem eo in domo cuiuſdam ciuis nomine Lucij, filiam illius diabolus inuaſit & in ignem proiecit, quam mortuam cùm ſuſcitaſſet Taurinus, nullum aduſtionis veſtigium in ea remanſit. Et cùm multos baptizaſſet miraculis plurimis patratis, vna dierum dixit gentilibus intrantibus fanum Dianæ ad orandum. Ecce dea veſtra, rogate eam vt adiuuet vos. Sacerdotes autem Dianæ ſtabant proſtrati, dicentes. Sancta Diana inuictiſsima vindica nos & te de iſto maleſico viro. Dæmon autem qui intus latebat, reſpondit. Ceſſate miſeri, ceſſate me inuocare. Ex quo enim intrauit huc vir iſte ſeruus Dei altiſsimi, igneis catenis ligor, nec loqui auſus eſſem, niſi ipſe iuſsiſſet. Erait Taurinus populo. Vultis videre deam veſtram? Præcepit ergo dæmoni qui in ſtatua manebat, vt exiret & ſe oſtenderet populo. Qui exiens viſus eſt à cunctis in forma nigerrimi Æthiopis, longam habentis barbam & ſcintillas igneas ex ore vomentis. Quod videntes omnes proſtrauerunt ſe ad pedes ſancti rogantes vt liberaret eos ab horribili beſtia illa. Angelus autem Domini apparens vt ſol, ligatam beſtiam ſecum duxit. Et inde deſtructa ſunt idola & eccleſiæ conſecratæ.

Dæmon in Dianæ ſimulachro latẽs qualis apparuit.

§. V.

DE ſancta a Thecla diſcipula Pauli Apoſtoli, cuius hiſtoriam ponit Vincen. in ſpe. hiſt. lib. 10. cap. 47. Sed quia inter apocryphas ſcripturas connumeratur diſtin. 15. ſancta Romana, ideo abbreuiabitur. Cùm Paulus Apoſtolus de Antiochia Iconium veniſſet, & ſecum Demam & Alexandrum ærarium comites, ſed ſimulatos diſcipulos haberet, vt ipſe refert in epiſtolis ſuis, audiẽs Oneſichorus aduentum eius, ei cum familia ſua obuiauit, & ad ſigna quæ ei Titus prædixerat, videns eum inter cæteros ſtatura breui, naſo aquilino, vultu Angelico, ipſum ſolum humiliter ſalutauit. Et cùm indignarentur prædicti qui Paulum comitabantur cur & eos non ſalutaſſet: reſpondit Oneſichorus, quia in eis fructum iuſtitiæ non videret. Cùm autem Paulus eius domum introiſſet, & ſemper de cunctis fructibus virtutum prædicaret, Thecla virgo Tamiro deſponſata, ſedens ad feneſtram domui illi propinquiſsimam Paulum prædicantem audiebat, & ita ſermone eius, quẽ facie non agnoſcebat affecta & deuicta eſt, quòd per triduũ à feneſtra vt eũ audiret nõ receſſerit. Quod cernẽs mater eius Theodia miſit ad Tamirũ ſpõſum Theclæ, quæ lugẽs filiam ſeductam, Paulũ accuſauit.

Act. 13. 1. Ti. c. 4. Forma corporis beati Pauli Apoſtoli.

Hæc Ado habet.

a S. Theclæ plurimi veterum meminerunt: vt Amb. lib. 2. de virg. quem habet Sur. tom. 5. & epiſt. 3. & 84. Chryſ. hom. 35. in acta Nazian. oratione 14. & 13. Epiph. hær. 78. Seuerus vitæ Mart lib. 2. cap. 16. Auguſt. lib. 30. contra Fauſtum cap. 4. Ado denique reliquis omnibus fuſius, quibus quæ hoc loco dicuntur ſtabiliuntur aliqua ex parte: alia enim ex parte apocrypha cenſenda ſunt.

A. C. 75. Thecla cũ Paulo carceri mancipatur.

A Cúmque eam à propoſito fidei Chriſti conceptæ reuocare mater & coniux non poſſent, Paulus captus ad carcerem ductus eſt. Quem Tecla ad carcerem ſecuta eſt. Propter quod videntes eam ad Paulum affectam accuſarunt vtrumque, iudici præſentantes; vnde Paulus flagellatus de ciuitate expellitur. Thecla autem igni adiudicata in flammas ſponte proſilijt. Sed ſtatim imber de cœlo ignem extinxit, & tantus terræmotus ſecutus eſt, vt multi morerentur. Sic igitur Thecla euadens ad domũ Oneſichori acceſſit, vbi Paulus manebat abſconditus. Et gaudio repleta ex viſione eius voluit ſe tondere: & habitum viriaſſumere, vt liberè eum ſequeretur doctrinæ eius auidiſſima, B ſed Paulus non permiſit, timens ne aliqua tentatione ſubito tentaretur. Erat enim pulcherrima. Profectus eſt igitur Paulus Antiochiam & Thecla ſecuta eſt eum. Quidam autem nomine Alexander Antiochenorum primus, pulchritudine Theclæ illectus cœpit Paulo plurima polliceri, ſi eam ſuæ traderet voluptati, quod omnino recuſauit. Ille autem eam publicè amplexatus eſt concupiſcentia raptus; Illa verò non ferens iniuriam chlamydem eius dilacerauit, de quo ille erubeſcens quaſi Chriſtianam iudici præſentari fecit. Quod confeſſa ad beſtias condemnatur, C & quouſque eis tradatur deuoranda cuidam ditiſſimę matronę nomine Tryphenę cuius filia nuper defuncta erat, pro honeſtate à iudice cuſtodienda traditur. Mittitur ergo Thecla in caueam ante leænam, quæ tamen amiſſa omni feritate pedes Theclæ lingebat cuncto populo vidente & admirante. Exinde iterum ad ſæuiſſimas feras proijcitur, ſed Leæna ad pedes eius recumbens vrſum contra eam impetu venientem ſtrangulauit. Mittitur & leo ſæuiſſimus ad eam lacerandam ſed Leæna prædicta ei obuiante & diu cum eo confligente pariter moriuntur Leo & Leæna. Poſtea in foueã profundã aqua plenã & marinis belluis ſubmergẽda & D deuoranda: mittitur nuda: ſed apparens quædã nebula ſuper eã texit, vt videri ab hominibus non poſſet, nec quicquam moleſtiæ ei belluæ intulerunt. Duos quoque tauros ferociſſimos [laminas ignitas trahentes contra ipſam inde eductam excitarunt, quibus] ipſam ligatam & in eis impoſitam expoſuerunt conſumendam; ſed in nullo læſa eſt. Ex his omnibus igitur liberata Paulum magiſtrum ſuum videre deſiderans, pro eo quærendo, tonſuram, virilémque habitum ſuſcepit, & cum quibuſdam ad Paulum acceſſit, qui timuit ne aliqua tentatio accidiſſet. Quod illa intelligens, vt eum confortaret, baptizatam ſe eſſe E dixit, & ſic in eius hoſpitium introiuit. Demum de licentia Pauli Iconium rediens defuncto Tamiro ſponſo eius, cùm matrem ad fidem inducere non valeret, Thecla in Seleuciam pergens, & multos prædicando conuertens tandem in pace quieuit.

Ambr. hoc habet.

Ado habet.

Colitur 23. Sep.

§. VI.

Pauli diſcipuli. Timotheus Pauli diſcipulus. Sigib. 3. ca. de viris illuſt. hunc citat. Sed Metaph habet Sur. om. 4.

REPERIVNTVR & alij plures egregij & illuſtres viri Pauli diſcipuli, vt ex martyrologio patet[a]; inter quos fuit Timotheus, ad quem duas F epiſtolas ſcripſit. De eo ſic ſcribit Polycrates presbyter. Timotheus ciuitate Lyſtris Lycaoniæ ortus à Paulo Apoſtolo edoctus eſt. Et cùm comes peregrinationis eius eſſet factus, deuenit cum eo ad ſplendidiſsimam Epheſinorum metropolim, à quo epiſcopatum ibidem conſecutus eſt primus regnante apud Romanos Nerone, vbi in doctrinis & miraculis ac conuerſationibus corruſcauit. Non ſolum A autem Pauli, ſed glorioſi theologi Ioannis Euangeliſtæ inſpector vitæ & doctrinæ, & auditor factus eſt. Cùm autem adhuc reliquiæ primæ idololatriæ Epheſi remanſiſſent in die abominabilis feſtiuitatis eorũ ſanctus Archiepiſcopus Timotheus tranſcurrens in porticus medium hortabatur eos dicens. Viri Epheſij nolite idololatria inſanire, ſed illum qui Deus eſt planè cognoſcite. At operarij diaboli indignati palis & lapidibus iuſtum interfecerunt. Serui verò Dei repauſauerunt adhuc ſpirantem in monte ciuitati adiacente, & in pace requieuit imperante Nerua. Quarto Kalend. Ianuarij apud Arelatem celebra B tur natale ſancti Trophini, cuius meminit Paulus ſcribens ad Timotheum, qui ab eodem Apoſtolo Epiſcopus ordinatus præfatæ vrbi primus ob Chriſti Euangelium prædicandum eſt directus, ex cuius fonte (vt Zozimus papa ſcribit) tota Gallia fidei riuulos accepit. Item pridie nonas Ianuarij natale Beati Titi, qui ordinatus ab Apoſtolo Cretenſium epiſcopus, ac prædicationis officium fideliſsime complens finem beatum adeptus eſt, ibique ſepultus, [apud Eccleſiam vbi fuerat dignus miniſter conſtitutus] ad quem etiam Apoſtolus epiſtolam ſcripſit. Item 14. Kalend. Martij natale ſancti Oneſimi, C de quo ſcribit Apoſtolus Philemoni. Quem idem Apoſtolus Epiſcopum ordinans prædicationiſque verbum ei committens, apud Epheſinorum ciuitatem reliquit. Hic Romam demum perductus eſt, atque ibi pro fide Chriſti lapidatus: cuius corpus ad locum, vbi fuerat Epiſcopus datus, relatũ eſt. Item decimoquarto Kalend. Iunij Romæ ſanctæ Potentianæ virginis, quæ poſt innumeros agones, poſt multorum martyrum ſepulturas venerabiliter exhibitas poſt omnes facultates ſuas pro Chriſto pauperibus erogatas, tandem migrauit ad cœlos. Quo etiam die ad Chriſtum tranſitum fecit beatus Pudens pa- D terdictæ virginis, qui ab Apoſtolis Chriſti in baptiſmo veſtitus innocentiæ tunicam vſque ad coronam vitæ immaculatam cuſtodiuit. Praxedis quoque ſacra virgo filia dicti Pudentis & ſoror Potentianæ, poſt plurima pia opera & occultationem fidelium in domo ſ a tempore perſecutionis, quos verbo paſcebat & cibo, hæc demùm poſt multas fidelium ſepulturas in domo requieuit, Harum fratres fuerunt Nouatus & Timotheus. Item 5. Kalend. Iulij apud Galatiã ſancti Creſcentis diſcipuli ſancti Pauli Apoſtoli qui in Gallias tranſitũ faciens, multos verbo prædicationis ad fidẽ conuertit. Rediens verò Ga E latiam, vbi fuerat Epiſcopus datus, finem vitæ in bono opere conſummauit. Item decimo quarto Kalend. Auguſt. natale ſancti Epafræ qui à beato Paulo Apoſtolo Coloſsis Epiſcopus ordinatus, clarus virtutibus martyrij palmam pro ouibus ſibi commendatis virili agone ibidem promeruit.

A. C. 75.

Colitur 24. Ianu. Vſuar. ad verbũ dec. 29. 2. Tim. 4. Trophinus.

Titus.

Oneſimus. Idẽ 16. Fe.

Potentiana. Idẽ Maij 19.

Ibid. Pudens.

Praxedis. Idẽ 21. Iul.

Idem 28. Iun.

Creſcens.

Epafras. Idẽ 19. Iul.

a Trophinus Pauli diſcipulus apud Arelatenſ. prædicat, Irenæus Lugduni, Creſcens Viennæ, Vrſinus Bituri F *gis, Paulus Narbonæ, Saturninus Toloſæ, Auſtremonius Aruernis, Martialis Lemouicis, Burdegalenſibus, Pictauis: Gratianus Turonis, Iulianus Cenomannis, Pariſiis Dionyſius, Senonis Sauinianus, Bellouaci Lucianus, Aethnæ Andochius, Lingonis Benignus. Cæteræ nationes ſuos primos Apoſtolos deſignent, mihi noſtros Gallicos annotaſſe ſat eſt. Alioquin non dubito quin eodem hoc tempore vbique terrarum alij prædicationis munere fungerentur, quando intra viginti aut triginta annos à Domini morte, Euangelij doctrina vbique fere audita & recepta inuenitur. Chryſ hom. 10. in Matth. Geneb.*

Item

A. C. 71.

Paulus confeſſor.

Item pridie idus Decembris apud Narbonam nata- A le ſancti Pauli confeſſoris, quem Paulus Apoſtolus ordinatũ eidem vrbi deſtinauit antiſtitem qui cum ipſo Apoſtolo ad Hiſpaniam prædicandi cauſa pergens ibi relictus eſt, vbi officio euangelizandi non ſegniter impleto clarus miraculis coronatus quieuit. Item ſeptimo Cal. Auguſt. natalis S. Heraſti de quo Paulus ſcribit. 1. ad Cor. vlti. Hunc Paulus cum Timotheo miſit de Aſia in Macedoniam, qui ab ipſo Paulo Philippis epiſcopus relictus, ibi martyrio coronatur. Item Criſpus & Caius, de quibus meminit Paulus. 1. ad Corinth. 1. apud Corinthum in domino requieuerunt.[a]

Idem. 12. Dec.

Idẽ Oct. 14.

a Poſt Neronem in quo Cæſarum genus defecit ad Romanum imperium peruenerunt Ser. Galba ſeptimus pop. Ro. imperator, qui imperauit men. ſeptem & dies ſeptẽ M. Otho. 8. imperator qui imperauit men. 3. dies. 5. & A. Vitellius 9. imperator, qui imperauit mẽſes 8. & dies quinque. Quib. prætermiſſis vel quia nihil memoria dignum egerunt, vel quia ad hiſtoriam Eccleſiaſticam quam deinceps D. Anton. pertractabit nihil conferunt ſtudioſe à Veſpaſione aggreſſus eſt.

Titulus ſeptimus de imperio Veſpaſiani.

¶ Quomodo & quando adeptus ſit imperium Romanorum, de deſtructione Hieruſalem, de imperio Titi filij eius, de perſecutione Domitiani, & de benignitate Neruæ imperatoris.

CAP. I.

T. Flauius Veſpaſianus 10. po. Ro. imp. a. 9. m. 6. d. 414. Onu. Hæc habet Oroſ. lib. 7. ca. 9.

DE imperio Veſpaſiani. Hugo Floriacen. Veſpaſianus igitur illa turbida tyrãnorum turba diſcuſſa, imperium adeptus, D imperauit annis 9. menſibus 11. & diebus 22. Hic cùm eſſet in obſidione Hieroſolymæ miſſus ab imperatore, quia illa regio contra Romanos rebellauerat, multis iam Iudæorum oppidis captis, audita morte Neronis & ſucceſſorum, hortatu militũ exercitus ſui [b] imperator effectus, Titum filium ſuum ad perficiendam obſidionem relinquens, Romam profectus eſt, vt & Romanis non deeſſet nec Iudæis, quem filius eius Titus repræſentaret. Imperauit autem Veſpaſianus imperatorum ſeptimus vt ſcribit Euſeb. in Chron. anno domini 71. A creatio- E

Veſpaſianus ſub Nerone fugit.

Sueton. in Veſp. c. 4.

b Percrebuerat oriente toto vetus & conſtans opinio eſſe in fatis vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de imperatore Romano quantum euentu poſtea prædictum patuit Iudæi ad ſe trahentes rebellarunt Suet. in Veſp. cap. 4. Sed ſicut Iudæi errarunt, qui hoc oraculum ad ſe traxerunt, ita tu ô Suetoni deciperis qui illud ad imperatorem tuum torques. Nam an eſt ille Iudæa profectus? Nonne vt ipſe fateris Sabinus vel Samnis fuit? quõ Iudæa profectus potitus eſt rerum? qui potitus Italia profectus in Iudæa imperium obtinuit. Oraculum igitur non Iudæos rebellantes neq; Veſpaſia- F num attingit. Neque etiam vt pij quidam interpretantur ipſum Chriſtum, quandoquidem ille nunquam Iudæa profectus eſt, vt ad alias orbis partes imperaturus diuerteret, ſed ad Apoſtolos noſtros & ad D. maxime Petrum hoc pertinet, ille enim Iudæa profectus cum Romæ ſedem ſui ſacerdotij fixerit toto orbe velut præcipuus Chriſti vicarius tã ipſe quàm eius ſucceſſores potitus eſt.

A ne vero mundi quater milleſimo 34. Sed ſecundùm aliam vſitatiorem opinionem quinquies milleſimo 170. Hic vt inquit Suetonius, quondam inter comites Neronis cùm cantante eo aut diſcederet ſæpius aut præſens obdormiſceret, grauiſſimam contraxit offenſam prohibitúſque non contubernio modo, ſed etiam publica ſalutatione ſeceſſit in [paruam ac deuiam ciuitatem, quoad latenti ac extrema metuẽti prouincia cum exercitu oblata.] Iudæa autẽ prouincia cum exercitu ei oblata eſt, quæ ab imperio iugum ſubiectionis excuſſerat. Suſcepta autem cenſura ne quam occaſionem corrigendi diſciplinam B prætermitteret, adoleſcentulum fragrãtem vnguento, cùm ſibi pro impetratata præfectura gratias ageret, vultu aſpernatus voce etiam grauiſſima increpuit, Maluiſſem allium obuoluiſſes, literáſque reuocauit. Adepto autem imperio ampliſſimos ordines & exhauſtos cæde varia, & contaminatos veterum negligentia purgauit, ſuppleuitque recenſo ſenatu & equite, ſubmotis etiam indigniſſimis & honeſtiſſimo quoque [Italicorum & prouincialium] allecto. Vſque ad exitum vitę ciuilis & clemens. Mediocritatem generis priſtinam neque diſſimulauit vnquam, ac etiam frequenter præ ſe tulit, nihílque C ornamentorum appetiuit. Amicorum libertatem, cauſidicorum figuras, ac philoſophorum contumaciam leuiſſime tulit, offenſarúmque & iniuriarum minime memor executórve. Nam vt ſuſpicione aliqua vel metu ad perniciem cuiuſquam compelleretur, tantum abfuit, vt monentibus amicis quondam cauendum eſſe Metium Pompoſianum, quòd vulgo crederetur Geneſin habere imperatoriam, inſuper conſulem fecerit ſpondens quandoque beneficij memorem ſe futurum. Filiam quoque hoſtis ſui Vitellij ſplendidiſsime maritauit, dotauitque etiam, & inſtruxit. Sola eſt in qua merito culpetur cupidi- D tas pecuniæ. Non enim contentus fuit Veſpaſianus hic omiſſa ſub Galba vectigalia reuocaſſe noua & grauia addidiſſe, & auxiſſe prouinciis tributa, nonnullis etiam duplicaſſe, ſed negotiationes quoque vel priuato pudendas propalam exercuit, coemendo quædam tantum vt pluris diſtraheret, nec candidatis quidem honores, reíſve tam innoxiis quàm nocentibus abſolutiones venditare cunctatus eſt. Creditur etiam procuratorum rapaciſsimum quemque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promouere quo locupletiores factos mox condemnaret, quibus quidem vulgo pro ſpongiis dicebatur vti, quòd qua- E ſi ſiccos madefaceret & exprimeret humentes. Quidam natura cupidiſsimum tradunt. Sunt contra qui opinentur ad manubias rapináſque neceſſitate cõpulſum ſumma ærarij fiſcique inopia. Quod & veriſimilius videtur, cùm male partis optime vſus eſt. In omne hominum genus liberaliſsimus. Expleuit cenſum ſenatorium. Conſulares inopes quingenis ſeſtertiis annis ſuſtentauit, plurimáſque per totum orbem ciuitates aut terræmotu aut incendiis afflictas reſtituit in melius. Ingenia & artes vel maxime fouit. Primus è fiſco Latinis Græciſque rhetoribus annua centena conſtituit. Præſtantes poëtas, nec- F non & artifices magna mercede coemit.

A. C. 71.

cap. 8.

cap. 1.

cap. 13.

cap. 14.

Geneſis ſeu cõſtellatio vana.

cap. 16. Veſpaſiani auaritia.

Procuratores principum ſpongiæ.

cap. 17.

Veſpaſianus primꝰ præceptorib. rhetoricæ præmia aſſignauit.

De excidio Hieroſolymitano.

§. I.

DE deſtructione Hieroſolymæ & exterminio & diſperſione Iudæorum, quæ facta eſt imperij Veſpaſiani anno ſecundo per Titũ filium eius, quę prænunciata fui per Danielem prophetam, per quingentos & triginta quinque annos ante eius euerſio-

A. C. 35.

nem, vt patet Daniel. 9. in ſeptuaginta hebdomadibus annorum vbi dicitur in fine illius viſionis. Et ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo, ſcilicet Tito, & finis eius vaſtitas. Cuius excidij cauſam præmiſit dicens. Occidetur Chriſtus à Iudæis poſt ſexagintaduas hebdomadas & ſeptem, de quibus præmiſerat, & in ſeptuageſima hebdomada annorum videlicet, non dierum, ſecundum expoſitionem omnium doctorum, futura eſt talis deſolatio & vaſtitas. Dominus etiam ſaluator noſter hoc prædixit quadraginta annos ante ipſam deſolationem, quando ſcilicet videns ciuitatem in die palmarum in monte olіueti, fleuit ſuper eam dicens inter cętera. Venient dies in te & circundabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & non relinquent in te lapidem. Et cauſam tantæ calamitatis aſſignans ſubdit. Eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Lu. 19. ſcilicet nō recipiendo Chriſtum, vt ſuum ſaluatorem, & credendo in eum. Quia igitur vt Hier. diſtinct. 93. diaconi. 5. moderatio Dei & pietas ſolum noſtrum reditum quærit ac nos cupit longa ſua bonitate ſaluari (diu expectando videlicet) ſed ſi non conuertimur, ſi duricolli ſumus, ſi vſque in finem in malis perſeueramus (ait idem) non miſeretur Deus aſſidue peccantium. Ideo poſtquam expectati ſunt Iudæi per quadraginta annos poſt paſſionem, in obſtinatione ſuæ permanentes perfidiæ, quinimò & Chriſticolas vbique perſequentes, demum exterminati ſunt de terra. Eius obſidionis ordinem, calamitates, cædes, & ſubuerſionem narrat plene Ioſephus in lib. de bello Iudaico, qui refert in eodem etiam multa prodigia contigiſſe nō multo ante euerſionem eius. Nam ſtella præfulgens per omnia gladio ſimilis viſa eſt ciuitati imminere, quā quidem cometen vocant, qui per totum annum exitialibus flammis apparebat ardere. In feſto azymorum hora noctis nona, tantus fulgor aram templúmque circundedit, vt omnes diem clariſſimum factum putarent. In eadem feſtiuitate vitula ad immolandum ducta enixa eſt agnam. Poſt aliquot dies poſt ſolis occaſum viſi ſunt currus & quadrigæ in omnem regionem per aërem ferri, & armatorum cohortes miſceri nubibus & vrbem circundari agminibus improuiſis. In alio die feſto, qui Pentecoſte appellatur, nocte ſacerdotes templum ingreſſi ad miniſteria ex more complenda, motus quoſdam ſtrepitúſque ſenſerunt, ac voces ſubitas audierunt, Tranſeamus ab his ſedibus. Ante quartum annum belli quidam nomine Ieſus Anani filius in feſto tabernaculorum repente clamare cœpit. Vox ab oriente, vox ab occidente, vox à quatuor ventis, vox ſuper Hieroſolymam & templum, vox ſuper ſponſos & ſuper ſponſas, vox ſuper vniuerſum populum. Prædictus vir capitur, cæditur, verberatur, ſed ille aliud dicere nequiens, quanto plus verberabatur, tanto fortius eadem clamabat. Ad iudicem ducitur, tormentis diris afficitur, vſque ad patefactionem oſſium laniatur, ſed ille nec preces nec lachrymas effundebat, ſed cum quodam vlulatu per ſingula pene verbera eadem proferebat, addens, væ væ Hieroſolymis. Hæc Ioſephus. Cùm ergo ad rebellantem Iudæam ſubiiciendam venturi eſſent Veſpaſianus & Titus cum exercitu Romanorum, Chriſticolæ qui Hieroſolymis erant, admoniti ſunt per Angelum, vt inde recedentes trans Iordanem in ciuitates Agrippæ ad habitandum irent. Veſpaſianus autem cum exercitu applicuit ad partes Iudææ. Et cùm veniſſet multitudo maxima Iudæorū ex omni natione quæ ſub cœlo eſt: vbi fuerant diſperſi per diuerſas præteritas captiuitates ad feſtum præcipuum azymorum ſecundum mandatum legis eorum, tunc obſeſſa eſt ciuitas Hieroſolymorum. Et vt ait Egeſippus lib. 5. anno primo delati imperij Veſpaſiano, Iudæa bellis aſperis & ſeditionibus domeſticis lacerabatur. Trinóque prælio ciuitas Hieruſalem intra ſe laborabat. Nulla requies, nullæ induciæ dabantur. Momentis omnib. dimicabatur, & innumeri iugulabātur. Manabat ſanguis, vniuerſa replebat, & quaſi fluuius etiā per interiores tēpli receſſus decurrebat, ita ſanguine, incēdio, ruina, fame, totius vrbis innumeri populi ſuccidebantur. Nullus locus periculo vacabat, nulla fugiēdi copia erat, pauor vbique, clamor, morientium gemitus, viuentiū deſperatio, vt miſerabiles diceres qui remanſerant, beatos qui obierant. Quomodo decepta es ciuitas populis tuis, expugnata armis tuis, quæ ſolebas ſine prælio hoſtem ferire, cùm pro te Angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, hiatus terræ, cœli fragores? Ecce habes quod petiiſti. Agnoſce tibi hodie Barabbam viuere, Ieſum verò mortuum eſſe. In te enim regnat ſeditio, & pax ſepulta eſt, vt crudelius à tuis pereas, quàm ſi perires ab alienis. In templo igitur ipſo pro vnguentis bene olentibus, pro thymiamatibus beneſpirantibus, pro diuerſorum florum ſuaui odore, grauis erat inſepultorum cadauerum fœtor, quos pluuia diſſoluerat, quos flamma combuſſerat, quos ſol calefecerat. Neque enim humare corpora cuiquam vacabat eorum, qui vel in templo vel circa plateas necabantur, quia bellum inter ſe eos occupabat, feriendíque magis quàm humandi cura vniuerſos tenebat, nihílque magis in tantis calamitatib. quàm miſericordia perierat quæ ſola ſolet alleuiare miſerias, ſolari ærumnas. Quidam tamen latrones in alios ſæuientes, fœtorem occiſorum grauiter ferentes, de muro reliquias defunctorum in profunda præcipitia deiiciebant. Itaque Titus Veſpaſiani filius qui bellum à patre ſuſceperat, aſpiciens prærupto ſpecus cadauerum plenos, ſaniémque dilaceratis viſceribus innatantem, alte ingemuit & manus ad cœlum leuans, teſtabatur nequaquam ſibi illud adſcribendum, qui veniam dare voluiſſet, ſi deditio procederet, expectaſſe ſe vt pacem rogarent, paratum incolumes ſeruare, ſi & depoſuiſſent bellum. Manneus quoque Lazari aſſerebat per vnam portam ſibi creditam quindecim millia mortuorū elata additis ad hæc octingentis octoginta funeribus, ídq; ſolo eorum numero collectum qui mercede publica ſepulti forent, præter eos quos repelierunt ſui. Quæ autem ſepultura niſi vt de muro deiicerentur cadauera? Eorum quoque quæ propter multitudinem infinitam efferri cadauera nequiuerunt, numerum fuiſſe ineffabilem quidam aſſerebant, vltra corpora extra portam delata. Nam plerique etiam de vltimo orbe ad templum venerant ad orandum in die feſto.

Luc. 19.

Hieron. de ſep. ordin. eccl.

Ioſ. lib. 7. de bel. Iud. c. 12.

Ieſus Anani filius mirabiliter in Iudæos vociferatur.

Ege. lib. 5. cap. 2. Euſ. lib. 3. cap. 5.

A. C. 35.

Miſerabilis reipub. Iudaicæ ſtatus.

Iudæis Barabbas viuit & Chriſtus mortuus eſt.

Grauis Iudæorū mortalitas.

Numerus ſepultorū.

§. II.

DE fame acerbiſſima quæ eos preſſit & auaritia eorum. Eorum autem plerique qui ad Romanos confugerant, cum accepto cibo aluum purgarēt egerebāt aliqui lingones aureos quos abſorbuerant cùm fugam arriperēt, ne depræhenſi non ſolum diſpendio ſed etiam periculo forent, quia inſidiatores omnia

Iudæi aurum ſuum aluo egerunt.

A.C. 71.

omnia ſcrutabantur, ſcelúſque ducebatur aurum propter latrones habere. Hæc itaque Iudæi mirabili ſpecie inter inquinamenta alui aurũ legebant. Comperit hoc quidam Aſſirius, & ab vno in omnes opinio manarat, quòd hoc genus hominum præceps ad auaritiam & paratum ad vſuram, nihil tam atrox ſit quod refugiat, nihil tam turpe, quod ſtudio pecuniæ erubeſcat. Ab Aſſiriis itaque in Arabes diffuſa eſt fama, quibus non eſt minor auaritia, & feritas barbaricæ propior immanitati, quòd farti eſſent auro Iudæi. Diripiunt ergo illi quoſcunque aduenientes cernunt, licet contra fas, contra legem deditionis, contra promiſſum Cæſaris, quos occidi non licebat. Inſcindunt autem viuentes adhuc, cruentíſque manibus euiſcerant ventris ſecreta, aluum ſcrutantur, & inter eius manantia purgamenta aurum inquirunt. Denique vna nocte fere duo millia virorum diſciſſa ſunt in tali flagitio. Aliaq; ærũna grauis in iis, qui ad Romanos transfugerant accidit. Nã deſuetis edendi officiis, vbi data eſt alimenti copia, cœpit eſſe cibus oneri qui prius erat vſui. Nulla vis erat dentiũ, vt cibũ manderent. Obriguerant interiora viſcerum, obſtructi erãt ductus ciborũ, aruerant iecoris venæ quę cibos attrahũt, bilis perierat, auiditas creſcebat, ruebant ſuper cibos miſeri, & inualidos morſus more infantium meditabãtur. Pleriq; omnes in alimentis ipſo gaudio deficiebant, atque inter exoptatos ſibi cibos moriebantur. Erátque pompa lachrymabilis, cùm plures à cibo ad periculum ſurgerent quàm ad ſalutem. Inflabantur enim inſolito cibo, quaſi quodam hydropiſis morbo. Etſi edendi auiditas modi neſcia ſupra menſurã ingerebat, repẽtino forti cibo dirumpebantur. Nihil enim mirum ſi exhauſtis periculo cibus eſt. Nam & poſt biduanum ieiunium ſi quid auidius ſumpſeris, ſtatim crudeſcit. Nonnulli autem eorum euaſerunt quadam arte penſantes cibi moderamina, donec diſſueta edendi caro ad ſuos vſus rediret. Igitur deſtructis ædificiis templi finitimis & etiam porticibus, partim à Romanis, partim à Iudæis ipſis incenſis, nuda iam erat templi facies & ſæua hominum fames. Inſidiabantur ſibiinuicem, quis cui raperet cibum. Vbi alimenti ſuſpicio, ibi bellum. Necabantur etiam chariſſimi, diſcutiebantur defuncti, ne quis cibus intra eorum amictus lateret, aperto ore ſicut rabidi canes aurarum captantes ſpiramina, huc atq; illuc circunferebantur duce inopia. Et cùm alia famis ſolatia non reperirent, detrahebant coria ſcutis, vt cibo ſibi eſſent qui præſidio non eſſent. Mandebant calceamentum. Nec pudor erat ſolutum pedibus ore ſuſcipere & lingua lambere. Vetuſtæ quoque paleæ quæ olim proiectæ erant, non mediocri ſtudio requirebantur, & ſi quis repererat, grandi pretio mercabantur.

Iudæi ad perquirẽdum aurũ quod aluo cõdiderãt diſcinduntur.

Iudæi famelici cibis appoſitis veſci non poſſunt.

Fames grauiſſima.

§. III.

De muliere quæ comedit filium. Erat quoque Maria locuples fœmina de regione trans Iordanem, quæ belli terrore exorto Hieroſolymam ſe contulerat, vt tutior eſſet. Huius opes principes factionum certatim inuaſerãt. Alimentorum etiam ſi quid pretio quæſiuerat, demanib us eius euellebatur. Defecerántque iam omnia, & delitiis aſſueta aſperiora palearum vel coriorum dura non emoliebat. Sæua itaque fames intimis ſe infudit medullis; exaſperauit humores, mentem exagitauit. Habebat A autem infantulum, cuius vagitu excitata, cùm ſe & ipſum paruulum macerari videret, tantis victa immanitatibus amiſit affectum. Conuerſaque ad paruulum ſic ait. Quid faciam tibi ô paruule? ſæua te circunſtant omnia: bellum, fames, incendia, latrones, ruinæ. Cui te moritura credam, aut vitæ tantillum relinquam? Sperauerам quòd ſi adoleuiſſes me paſceres matrem, aut ſepelires defunctam. Sed quid agam miſera? Viuendum tibi ac mihi. Nullum video ſubſidium. Cui reſeruabo? In quo te recondam ſepulchro, ne canibus, alitibus vel feris præda ſis. O ſuauia mihi viſcera, artus iucundi, priuſquam vos B conſumat fames reddite mihi matri quod accepiſtis, redite in illud naturale ſecretum, in quo ſumpſiſtis ſpiritum. Domicilium tibi in eo paratur, tumulus defuncto. Exoſculabor ergo te, & quod non habet ſpatium amoris, habeat vis neceſſitatis vt ipſa deuorem meos artus, non ſimulatis ſed impreſſis morſibus. Fecimus quod pietatis fuit, faciamus quod ſuadet fames. Tua tamen cauſa melior & quædam pietatis ſpecies, quia tolerabilius eſt, quòd mater dederit cibum viſceribus tuis, quàm quòd te mater aut occidere poteſt aut deuorare. Hæc dicens auerſo vultu gladium in filium demerſit, & in fru- C ſta filium ſecans igni imponit, partem operuit, ne quis ſuperueniret. Sed odor incenſi peruenit ad principes factionum. Qui continuo odorem ſecuti, hoſpitium introeunt mulieris, minantes ei necẽ, quòd ipſis ieiunantibus auſa eſſet edere, atque exortes cibi facere, quem reperiſſet. At illa, partem inquit veſtram vobis ſeruaui, nolite indignari, de meis viſceribus vobis cibum paraui. Conſiderate, ocyus menſam apponam. Hæc dicens diſcooperuit ambuſta membra, & epulanda obtulit adhortatione huiuſmodi. Hoc eſt prandium meum, hæc portio veſtra, videte diligentius an vos fraudauerim. Ecce D pueri manus vna, ecce pes, ecce dimidium reliqui corporis. Et ne alienum putetis, filius meus eſt. Nunquam fuiſti mihi dulcior fili, tibi debeo quòd adhuc viuo, tua ſuauitas animam meam tenuit, & produxit matri tuæ miſeræ diem mortis. Venerunt necaturi & conuiuæ facti ſunt, habebunt & ipſi quod tibi debeant cùm epulas meas ſumpſerint. Et ad illos horrore perculſos ait. Quid exhorretis animo? cur non epulamini quod mater feci? Guſtate & videte quia ſuauis eſt filius meus. Nolite fieri molliores matre, infirmiores muliere. Ego quidem tales paraui epulas, ſed & vos ſic epulari matrem feciſtis, & me E quidem tenebat compaſsio, ſed vicit neceſsitas. Repleuit continuo totam vrbem tanti ſceleris nefas & vnuſquiſque parricidialis conuiuij miniſterium exhorreſcebat. Peruenit quoque ad Romanos huius facti immanitas. Nam pleriq; hoc horrore perterriti ad hoſtem confugerunt. Quo comperto Cæſar Titus execratus infœlicis terræ contagium, manus ad cœlum eleuans talia proteſtabatur. Ad bellum quippe venimus, ſed non cum hominibus, quin potius aduerſus rabiem beluarum dimicamus. Nam & fœtus ſuos vel animalia omnia fere diligunt, quos & in fame nutriunt, & alienis paſcuntur cor- F potibus, & à conſimilium cadauerum ſe abſtinent cadaueribus. Hoc vltra acerbitatem eſt vt membra quæ genuit mater deuoraret. Mundus ego ab hoc contagio. Tibi me abſoluo quæcunque es in cœlo poteſtas. Scis profecto, quia intimo affectu pacem frequenter obtuli. Et (quod non pudet dicere) victor rogaui, quia parcere eis volui. Sed quid facerem repugnantibus? quid aduerſus ſuos furentibus?

Nam

Hæc ex Egeſ. ad verbũ hoc autem refert Ioſeph. lib. 7. c. 8. à quo Euſ. lib. 3. hiſto. eccl. cap. 6.

A.C. 71.

Mulieris ad filium lamentabilis oratio.

Mater filium deuorat.

Mulieris tragica plane oratio.

Titus audito horrendo facinore exclamat.

Peruicacia Iudæorum cauſa omnis calamitatis.

A. C. 72.

Ioſeph. li. 7. belli Iud. cap. 13.

Nam & ipſi nos ſæpe de muris hortati ſunt dimicare ne grauius à ſuis perirent. His dictis admoueri templo arietes iubet. Denique fugientibus ſeditionum authoribus cùm exureretur templum Romani poſuerunt ſigna ſua intra circumitum eius, & contra portam orientalem hique, ibi ſacrificio celebrato, imperatorem Titum magnis & ſummis vocibus, acclamante populo declarabant. [a] Sacerdotes autẽ quos & aquæ inopia & æſtus finitimi incendij commacerabant ſiti, rogauerunt vitam: quos Titus iuſſit occidi, degeneris animi eſſe reſpondens, vt templo & numini ſuperuiuere cuperent. Ioanni quoque ac Simoni & cæteris ſeditionum principibus indulgentiam poſtulantibus reſpondit, Serum nequiſſimi tempus eſt ad miſericordiam, cùm iam quod reſeruetur nihil relictum ſit. Pacem offerebam, non recepiſtis. Parcere volebam, non ſinebatis. Prælia ſuſpendebam, vos irruebatis. Et nunc populus extinctus eſt, templum ardet: quid adhuc ſtatis armati? Ponite arma quaſi victi: viuere vobis donabo etſi non meremini. Titus ergo quamuis ad iracundiã concitatus propoſitum ſuum non ſoluit intuitu regalis faſtigij, ſed confugientes recepit ſolo pietatis intuitu. Nec Romani multa iam cæde feſſi abnuebant vitæ indigentiam, & ſtudio captiua mancipia vendendi, promptiores erant ad reſeruandam ſalutem. Plures venales, ſed pauci emptores, quia & Romani habere Iudæos in ſeruitutem dedignabantur, & nec Iudæi ſupererant, qui eos redimerent. Octauo igitur die [b] Gorpaſſi menſis cremata eſt ciuitas. Cæſa autem aſſeruntur per omne tempus obſidionis decies centena millia. Captiui quoque ſunt abducti ad nonaginta ſeptem millia. Et (vt ait Hugo Floriacen.) feſſi denique multa cæde Romani quærebant quib. captiua mancipia venderent. Sed quia plurimi venales & pauci inueniebantur emptores, non defuere, qui triginta mancipia vno numiſmate mercarentur. Et tunc ſecundùm Euſ. in Chro. regnũ Iudæorum defecit. Colliguntur autẽ à ſecundo anno Darij ſub quo rurſus templum ædificatum eſt Hieroſolymis vſque ad ſecundum annum Veſpaſiani, in quo nouiſſime Hieruſalem ſubuerſa eſt, anni quingenti nonaginta. Sed ſi quis bene conſiderat & attendit ad numerum ſeptuaginta hebdomarum Danielis, reperiuntur pauciores. Dicit autem Hieron. ſuper Zacha. vt habetur d. 76. c. ieiuniũ, ꝙ in quinto menſe apud Hebræos inchoantes menſes anni ab Martio (qui menſis apud nos dicitur Auguſtus) à Tito & Veſpaſiano templum Hieroſolymis incenſum eſt, atque deſtructũ eſt, capta vrbe Bethel, ad quam multa millia Iudæorum confugerant. Et in eodem menſe per longa tempora ante, à Nabuchodonoſor ciuitas & templum Hie-

Sacerdotes Iudæorum vita indigni iudicantur.

Romani Iudæos habere in ſeruos dedignantur.

Quot Iudæi in captiuitate cæſi & capti.

Hug. Flor. in ſuo Chron.

Hieroſolyma quãdo capta.

Hier. in c. 8. Zach.

a Quod ſacerdotibus Iudæorum Titus clementiſſimus imperator non pepercerit non ideo factum eſt, quod templo & numini ſuperuiuere eos non doceret. Nam quis Iudæorum numen immortale non credit? templo verò Hieroſolymitano euerſo poterãt alia templa exædificari, vbi ſacerdotes illi ſuo numini litare poterãt. voluit ergo diuina prouidentia oſtendere ſacrificia veteris legis abolita omnia & extincta, neque amplius ſacerdotibus ſecundum ordinem Aaron opus eſſe, cum præſertim eo tempore ſacerdotes noui teſtamenti vbique terrarum hoſtiam nouam & oblationem litarent, de qua Malach. 1.

b Menſis Gorpaſſus intelligitur eſſe Auguſtus: ex ſequentibus intelligitur.

A roſolymorum fuerant capta & incenſa. Gratianus etiam. 23. quæſt. 5. ca. Remittuntur. §. hinc notandum. dicit quòd aliquando Deus punit peccata per neſcientes, aliquando per ſcientes, ſicut puniuit populum Iudæorum per Nabuchodonoſor. Tales in eo quòd puniunt, Deo ſeruire dicuntur: in eo autem quòd ignorãtes ſe eſſe miniſtros irę Dei, impia vanitate ſuperbiunt, attribuentes, ſcilicet victoriam ſuæ virtuti, mercedem ſuæ ſeruitutis à Deo nõ recipiunt niſi temporalem, pœnam verò ſuæ ſuperbiæ non effugiunt. Et exemplificat de Romanis, per quos cùm Deus peccatum mortis perpetratum à Iudæis B punire decreuiſſet, ſcilicet ſub principibus Tito & Veſpaſiano, vrbis excidium & Iudaicæ plebis miſeram captiuitatem ſuis viribus adſcribere cœperunt. Vnde contra eos Propheta imprecatur dicens. Leua manus tuas in ſuperbias eorũ qui te oderunt, & qui multa maligne operati poſuerunt monumenta victoriæ ſuæ in medio atrio templi. Per ſcientes verò punit ſicut per populum Iudæorum cum duce ſuo Ioſue exterminauit ſeptem populos Chananæorum: qui Iudæi ſciebant à Deo deputatos ad exterminandum illos, domino hoc eis præcipienté ob ſcelera eorum, & ipſi Deo attribuebant victorias ſuas. Et C ſicut etiam tempore gratiæ per Carolum regem Francorum cum ſuis liberauit Eccleſiam & Italiam de manibus Longobardorum. diſtinct. 63. Adrianus. Sic igitur ciuitate deſtructa, Imperator Titus reuerſus Romam victorioſus cum magno triumpho receptus eſt ab omnibus. Qui etiam dicitur aſportaſſe arcam teſtamẽti de templo, & candelabrum, & quaſdam columnas templi.

A. C. 72.

Principes quibus ad miniſtris Deus vtitur, quo peccant.

Pſal. 73.

Ioſ. 5. & 6.

§. IIII.

D CLARVIT autem horum temporibus Ioſephus Flauius hiſtoriographus, dux belli Iudæorum, qui cùm eſſet à Romanis interficiendus, captus in ipſo bello Iudaico, prænunciauit Veſpaſiano de morte imperatoris & de ſublimatione eius per ſenatum ad imperium, vt refert Euſeb. in Chron. De quo etiam ſic ſcribit Hiero. in lib. de viris illuſtribus, Ioſephus Matathiæ filius ex Hieroſolymis ſacerdos à Veſpaſiano captus cum Tito filio eius relictus eſt. Hic Romam veniens ſeptem libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filióque obtulit, qui bibliothecæ publicæ traditi ſunt, & ob ingenij gloriam Romæ ſtatuam meruit. Scripſit autem & alios E viginti antiquitatum libros ab exordio mundi vſq; ad decimum quartum annum Domitiani imperatoris, & duos ἀρχαιότητος aduerſus Appionem Grãmaticum Alexandrinum. Alius quoque liber eius qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ valde elegãs habetur in quo & Machabæorum ſunt digeſta martyria, hic & in 18. antiq. maximum teſtimonium reddit de Chriſto & miraculis eius, prout ſupra dictum eſt. Veſpaſianus autem (inquit Hugo Floriacen.) anno vitæ ſuæ. 70. feriis ioca, quibus delectabatur admiſcens interiit. Qui cùm ventris ingluuie feſſus adſurrexiſſet, ſtantem (ait) imperatorem excedere F terris decet. Sic exanimatus eſt, cui ſucceſſit filius eius Titus, ſub Veſpaſiano paſſus eſt Apollinaris, vt dictum eſt ſupra.

Ioſephus hiſtoriographus.

Suet. in Veſp. c. 5. in vita.

§. V.

HIC Titus imperauit duobus annis vtraque lingua diſertiſſimus, vt ait Euſebius in Chron. qui ſecundum

Titus Veſpaſianus 11. po. Ro. imperator imper. a 2. m. 2. d. 2. Onuph.

A.C. 80.

ſecundum Hugo Floriacen. fuit vir in omni virtutum genere mirabilis, & morum imperialium pari ſplendore adornatus, & qui nulli quicquam negaret. Intantum etiam facundus fuit, vt cauſas Latino ſcemate peroraret, & vt tragœdias Græcè componeret. De eo autem ſic ait Sueto. Titus amor & delitiæ generis humani fuit. In puero ſtatim corporis & animi dotes exſplenduerunt, magíſque ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia, cui non minus authoritatis ineſſet quàm gratiæ. Præcipuum robur quanquam & ventre paulo proiectiore neq; ſtatura procera, memoria ſingularis, docilitas ad omnes fere tū belli tum pacis artes. Armorū & equitandi peritiſſimus. Græcæ Latinæq; linguæ in orādo, in fingendíſq; poëmatibus promptus. Sed nec muſicæ quidē rudis, vt qui cantaret & pſalleret iucundè ſcientérque. Tribunus militum & in Germania & in Britannia meruit, ſummæ induſtriæ, nec minori modeſtia & fama. Suſpecta primum in eo fuerunt ſæuitia, luxuria, rapacitas, libido. Denique propalam alium Neronem opinabantur & prædicabant. At illi ea fama pro bono ceſſit, conuerſaque eſt in maximas laudes, neque vllo vitio reperto, & contra virtutibus ſummis. Conuiuia inſtituit iucunda magis quàm profuſa. Amicos elegit, quibus etiam poſt eum principes, vt & ſibi & reipublicæ neceſſariis acquieuerunt, præcipuéque ſunt vſi. Nulli ciuium quicquam ademit, abſtinuit alieno, ac ne conceſſas quidem ad ſolitas collationes recepit, & tamen ante ſe munificentia nemine minor. Natura [autem beneuolentiſſimus fuit.] In cæteris deſideriis animum hominum obſtinantiſſime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret, quin & admonentibus domeſticis, quaſi plura polliceretur quàm præſtare poſſet. Non oportet (ait) quemquam à ſermone principis triſtem diſcedere. Atqui recordatus ſuper cœnam quòd nihil cuiquam tota die illa præſtitiſſet, memorabilem illam meritóque laudatam vocem edidit, Amici diem perdidi. Populum in primis vniuerſum magna per omnes occaſiones comitate tractauit. Nam neque negauit quicquam petentibus & vt qui vellent peterent vltro adhortatus eſt. Fratrem inſidiari ſibi nō deſinentem, [ſed pene ex profeſſo ſolicitantem exercitus, meditantem fugam] ne occidere neque ſeponere ac ne in minore quidem honore habere ſuſtinuit, ſed vt à primo imperij die conſortem ſucceſſorémque teſtari perſeuerauit, nonnunquam ſecreto lachrymis & precibus orans vt tandem mutuo ergo ſe animo eſſe vellet. Inter hæc morte præuentus eſt, maiore hominum damno quàm ſuo. Quod vt palam factum eſt, mœrentibus publice cunctis, ſenatus prius quàm edicto conuocaretur, ad curiam concurrit, & adhuc obſeratis foribus deinde apertis tantas mortuo gratias egit laudéſque congeſſit, quantas nec viuo vnquam quidem ac præſenti egerat. Hic vt ait Euſeb. amphiteatrum Romæ ædificauit, & in dedicatione eius quinque millia ferarum occidit. Decreto autem ſenatus inter Deos relatus eſt. Huius temporib. mons Veſeuus ruptus in vertice tantum ex ſe iecit incendij, vt regiones & vrbes vicinas cum hominibus exureret. Romæ quoque plures ædes incendio crematæ ſunt. Et quia ſecundum doctrinam ſaluatoris irrefragabilem. Qui non credit, iam iudicatus eſt, quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei, cùm hi. ſ. Veſpaſianus & Titus nō crediderint in Chriſtum, ideo iudicati ſunt ad mortē æternā iudicio Eccleſiæ. Nec excuſationē habere poſſunt de peccato

(Margin: Suet. in Tit. c. 1. & 3. — De Tito hominum opinio. — cap. 8. — Singularis principis Ethnici humanitas. — Clemētia ſingularis. cap. 9. — cap. 10. Titi mors. cap. 11. — Veſpaſianus & Titus damnati.)

A ſuo infidelitatis, quia iam fides Chriſti diuulgata erat per orbem, & maxime Romæ. Et nota quòd dicit Gratianus. 28. q. 1. omnes deinceps. §. ex his itaque Virtutes negantur eſſe veræ apud infideles, ſcilicet morales, non quia carebant effectu ſalutis æternæ, quia ſcilicet non erant virtutes infuſæ per gratiam quæ ſola cauſat virtutes conducentes ad patriam, & hæ ſunt propriè veræ virtutes.

(Margin: A.C. 83. — Virtutes apud infideles quales.)

§. VI.

B SVCCESSIT autem Tito Domitianus frater eius minor anno domini. 83. Hic (vt ait Hugo Floriacen.) primo clemens viſus eſt. Ius quoque perorabat æquiſſime, & Romæ multa conſtruxit ædificia, inter quæ ædificauit templum mirificum Romæ, quod Panteon antiquitus vocabatur, ſed nunc in honorem ſanctæ Mariæ Dei genitricis & omnium martyrum conſecratum eſſe dignoſcitur. Inter initia principatus quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quicquam amplius quàm muſcas captare ac ſtylo præacuto configere. Vnde cuidam interroganti. Eſtne quis intus cum Cæſare? C non abſurde reſponſum ſit à Vibio Criſpo, Ne muſca quidem. Circa adminiſtrationem imperij aliquandiu varium ſe præſtitit, mixtura quoque inæquabili vitiorum ac virtutum donec virtutes quoq; in vitia deflexit, ſuper ingenij naturam, inopia rapax, metu ſæuus. Multa in cōmuni rerum vſu innouauit. Caſtrari mares vetuit. Ius diligenter & induſtriè dixit. Scripta famoſa vulgóque edita in quibus primores viri ac fœminæ notabantur aboleuit, non ſine authorum ignominia. Quæſtiorum virum quòd geſticulandi ſaltandíque ſtudio teneretur, mouit ſenatu. Inter initia vſque adeo ab omni cæde ab- D horrebat, vt edicere deſtinauerit, ne boues immolarentur. Cupiditatis quoque ac auaritiæ vix ſuſpitionem aliquandiu dedit, quinetiam liberalitatis experimenta. Omnes circa ſe largiſſime proſecutus nihil prius aut acrius monuit, quàm ne quid ſordide facerent. Relictas ſibi hæreditates ab iis, quibus liberi erant, non recepit. Fiſcales calumnias magna calumniantium pœna repreſsit. Ferebatúrque vox eius. Princeps qui delatores non caſtigat, irritat. Sed neque in clementiæ neq; in abſtinentiæ tenore permanſit (inquit Suetonius.) Complures ſenatores in iis aliquot conſulares interemit, quaſi molitores E nouarum rerum. Cæteros leuiſsima quemque de cauſa. Diſcipulum Paridis Pantominum puberem adhuc etiam tum maxime ægrum, quòd arte formáque non abſimilis magiſtro videbatur occidit. Saluium Cocceanum quòd Othonis imperatoris patrui ſui natalem diem celebrauerat. Metium Pompoſianum, quòd habere imperatoriam geneſin vulgo ferebatur, & quòd depictum orbē terræ in membranis, concionéſque regum ex Tito Liuio circumferret, quódque ſeruis Magonis & Annibalis nomina indidiſſet. Philoſophos omnes vrbe Italiáq; ſummouit. Verum aliquanto poſt belli ciuilis victoriam F ſæuior pleroſque partis aduerſæ dudum etiam latentes conſcios, inueſtigato nouo quæſtionis genere diſtorſit, igne per obſcœna immiſſo, nonnullis & manus amputauit. Erat autem non ſolum magnæ, ſed & callidæ ſæuitiæ. Aſcletarionem mathematicum ſciſcitatus quis maneret exitus, affirmantem fore vt breui laceraretur à canibus, interfici iuſsit ſine mora; ſed ad arguendam temeritatem artis, ſepeliri quoq; accura

(Margin: Domitianus imperator pop. Ro. 12. imperauit a. c. 15. & d. 7. — Suet. in Dom. c. 3 — Domitianus muſcas captat. — cap. 7. cap. 8. De hoc habetur C. de eunu. lib. 1. cap. 9. — Domitiani laudes. — cap. 15.)

A.C. 88.

accuratiſſime imperauit. Quod cùm fieret euenit vt repentina tempeſtate deiecto funere ſemiuſtum cadauer diſcerperent canes. De hoc ſic ait Helinandus lib. 40. Non eſt mirandum mathematicum ante mortem potuiſſe prædicere quod ei erat euenturum poſt mortem, quia vt ait Gregor. Papa. Solent dæmones multa vera prædicere, vt poſſint animam ex aliqua falſitate laqueare. Et vt ait Auguſt. Quoties Aſtrologi multa vera reſpondẽt, non immeritò creditur id occulto inſtinctu fieri ſpirituum bonorum, ſed malorum, quorum cura eſt has falſas & noxias opiniones de aſtralib. fatis inſerere humanis mentibus [quantum coniectare licet] non [horoſcopi notati & aſpecti] aliqua arte quæ nulla eſt. Etſi quæritur à me (ſubdit idem) quomodo dæmones potuerunt hoc præſcire. Reſpondeo, iam forte dæmones Domitiano occulte inſpirauerant, vt Aſcletarionem occidi & ſepeliri faceret. Et iam tempeſtatem in proximo futuram tanquam aëris habitatores præſenſerant. Et canes etiam ad eundem locum venturos nouerant, aut etiam ipſi venire fecerunt, aut ipſi dæmones in canes transformati hoc ipſi fecerunt. Nihil idem Domitianus penſi habuit, quin prædaretur omni modo bona viuorum & mortuorum, vſquequaque quolibet & accuſatore & crimine corripiebantur. Satis erat obiici qualecunque factum dictúmque aduerſus maieſtatem principis. Confiſcabantur alieniſſimæ hæreditates, vel vno exiſtente qui diceret audiſſe ſe à defuncto cùm viueret hæredem ſibi Cæſarem eſſe. Euſeb. de eo ait. Iſte Domitianus etiam plurimos ſenatorum in exilium miſit & occidit. Primum ſe Deum & dominum appellari iuſſit. Huius anno 5. Quintilianus ex Hiſpania veniens Romæ publicam ſcholam tenuit, qui & præceptor Plinij fuiſſe dicitur, cuius dicta ſupra poſita ſunt.

Aſtrologi quo vera dicant.

Suet. c. 12.

§. VII.

HIC tam perditus mouit ſecundam perſecutionem contra Chriſtianos ſeu Eccleſiam. Ipſe enim propter inſuperabilem euangelizandi conſtantiam Ioannem euangeliſtam de Epheſo adduci fecit ad vrbem, & in feruentis olei dolium mitti ante portam Latinam, ex quo, quia illæſus exiuit eum in inſulam Pathmon relexauit, vt dictum eſt ſupra. Paſſi ſunt etiam martyrium tempore huius, Dionyſius cum ſociis ſuis prope Pariſios, Eutropius apud Sanctonas, de quibus dictum eſt ſupra, & Timotheus Pauli Apoſtoli diſcipulus. Sub iſto Domitiano paſſi ſunt etiam Nereus & Archilleus, qui fuerunt à beato Petro baptizati, & erant eunuchi cubicularij Domitillæ virginis neptis Domitiani, quæ deſponſata fuerat Aureliano filio conſularis. Qui Nereus & Archilleus conuerterunt eam ad fidem, verbis ſuis perſuadentes ei propoſitum virginitatis, aſſerentes virginitatem Deo eſſe proximam, angelis germanam, hominibus innatam, vxorem verò viro ſubiici pugnis, & calcibus cædi, deformes partus aliquando procreari, dolores maximos in eis pati, à maritis

Domitianus mouit ſecundam cõtra Chriſtianos perſecutionem.

Tertul. de præſ. Hie. lib. 2. cont. Ion.

Martyres tẽpore Domitiani.

Nere⁹ Archilleus & Domitilla de quibus extat antiqua hiſtoria apud Sur. to. 2. qua hæc omnia cõfirmãtur.

a Præter cæteros Iudaicus fiſcus acerbiſſime actus eſt, ad quem deferebantur, qui velut profeſſi, Iudaicam intra vrbem viuerent vitam, vel diſſimulata origine impoſita genti tributa non pependiſſent Suet. in Dom. cap. 12 quæ de Chriſtianorum perſecutione dicta puto. Chriſtianum enim ab Ethnicis Iudæi vocitabantur, vt dictum eſt.

A grandia conuitia inferri. Quæ ipſa confeſſa eſt vidiſſe patrem ſuum egiſſe erga vxorem eius matrem ſuam. Votum igitur emittẽs virginitatis, ſacrũ velamẽ à Clemente ſuſcepit. Quod audiens Aurelianus ſponſus eius accepta licentia à Domitiano Domitillam cum Nereo & Archilleo ad inſulam Pontianam exilio relegauit. Et cùm non poſſet muneribus inducere Nereum & Archilleum vt à propoſito fidei & virginitatis illam reuocarent, ſed magis illi eam confirmarent, eos decapitari fecit. Pergens autem Aurelianus ad Domitillam reductam ab exilio cum ioculatoribus, vt poſt cantus & ſaltus eam violen-
B ter cognoſceret per biduum continuum ſaltans demum ſpiritum exhalauit. Frater Aureliani Lucius nomine etiam in vindictam germani ſumpta licentia Chriſtianos factos iuſsit occidi, & ignem ad thalamum vbi erat Domitilla cum aliis virginibus adhiberi, in quo animas Deo reddiderunt illęſis earum corporibus ab igne.

A.C. 88.

Vide Euſ. lib. 3. c. 14.

Eo tempore delati ſunt quidam apud Domitianum (vt ait Egeſippus) quòd eſſent de genere Dauid & de poſteritate cuiuſdam, qui dictus eſt Iudas: qui ſecundum carnem frater fuiſſe dicitur, ſcilicet conſobrinus ſaluatoris. Domitianus enim formida-
C bat de aduentu Chriſti ſicut Herodes nato Chriſto & ideo interfici iuſſerat, qui erant de regia ſtirpe Dauid. Ad quod miſſus quidam nomine Reuocatus inuenit quoſdã nepotes Iudæ, & adduxit ad Domitianum. Qui interrogati à Domitiano an eſſent de familia Dauid, confeſsi ſunt, interrogati de quantitate facultatum, reſponderunt certam ſummam, & hoc non in pecunia, ſed in æſtimatione terræ erat [quæ eis eſſet quadraginta, minus vno iugeribus conſtituta] quam excolebant manibus ſuis, ex quibus alebantur & tributa ſoluebant. Et in huius teſtimonium oſtendebant manus rigidas &
D multis callis obduratas ob rurale opus. Interrogati inſuper de regno Chriſti quale eſſet & quis ipſe vel vnde, & quando venturus, reſponderunt. Non huius mundi regnum eius, nec huius terræ deſignatur ei imperium, ſed cœleſte ei regnum per Angelorum miniſteria præparatur in conſummatione ſæculi, quando venturus eſt iudicare viuos & mortuos, redditurus vnicuique ſecundum opera eius. Tunc Domitianus cùm nil criminis in eis inueniret, & vilitatem ipſorum quàm maxime contemneret, abire liberos permiſit, & perſecutionem quam agitari iuſſerat in Chriſtianos publicis compeſcuit edictis. Hic
E in ſenatu iactare non dubitauit, & patri ſe & fratri imperium dediſſe, illos ſibi reddidiſſe. Pari arrogantia cùm procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam ſic cœpit. Deus & dominus veſter ſic iubet. Statuas ſibi in capitolio non niſi aureas & argenteas poni permiſit, & ponderis certi. Per hæc terribilis cunctis & inuiſus tandem oppreſſus eſt aulicorum libertorum intimorúmque conſpiratione ſimul & vxoris. A ſenatu ergo damnatus in palatio, interfectus eſt. Hoc quoque definitum eſt, vt omnes quos in exilium damnauerat, decreto ſenatus reuocarentur, & facultates ſuas recuperarent.
F Corpúſque eius humana caruit ſepultura. Occiſum autem populus indifferenter, miles grauiſsime tulit, ſenatus valde lætatus eſt, imagines eius & titulos remoueri faciens.

Egeſ. & Euſ. lib. 3. cap. 15.

Iudæi de ſemine Dauid vexati.

Chriſti regnum quale.

Sue. in ei⁹ vita c. 13.

Ib. cap. 14.

Mors Domitiani.

Suet. c. 23.

§. VIII.

SVCCESSIT autem Domitiano (Hug. Flor.) Nerua ſenex Petronio præfecto authore & Parthenio

A.C. 97.

thenio ac Spadone interfectore Domitiani, & imparauit ſecundùm Euſebium in chronic. anno vno & menſib. quatuor ab incarnatione autem domini anno 98. Hic autem Nerua primo ſuo edicto omnes quos Domitianus exilio relegauerat reuocauit. Vnde factum eſt vt Ioannes Euangeliſta in Pathmon inſulam relegatus, atteſtante Mileto reuocaretur. Epheſúmque remeans cum maxima populi exultatione receptus, Druſianam mortuam in ingreſſu ſuo reſuſcitauit. Lapides pretioſos factos ad exhortationem Cratonis philoſophi redintegrauit. Alium mortuum reſuſcitauit, cui & mandauit edicere præmia, quæ amiſerant duo diſcipuli Ioannis, B quos pœnituerat mundana reliquiſſe, & tormenta inferni eis parata. Ad cuius verba cumpuncti ſunt, de quibus omnibus ſupra dictum eſt. Eccleſia (inquit Euſeb. poſt Hyrenæum) quæ apud Epheſum à Sancto Paulo quidem fundata eſt, à Ioanne vero poſtea ædificata eſt. Eo autem anno quo Ioannes de exilio reuerſus eſt Epheſum, inuenit Timotheum archiepiſcopum Epheſinum martyrio coronatum.

Euſe.lib.3. eccl.hi.ca. 23. Hiren. c.2.c.39.

Horum martyrũ vita in hi. S.S. Nerei & Archillei extat tõ.2.Sur. coluntur die 15. Apr.

Sub Nerua imperatore paſſi ſunt Eutiches, Victorinus & Marco. Nam Aurelianus ſponſus Domitillæ audiens quòd ipſa magis diligeret prædictos C ſanctos propter fidem & virtutem eorum, quàm Nereum & Archilleum iam martyrio coronatos, imperauit à Nerua vt eos ſibi cõcederet, ſi idolis ſacrificare noluiſſent. Qui cum viriliter reſtitiſſent dæmoniis immolare, de inſula depoſuit, & quaſi ſeruos per ſingula prædia ſua diuiſit, vt terram quotidie foderent, & cantabrum, id eſt, quiſquilias frumenti manducarent. Sed cùm ibi omnibus gratioſi eſſent, & miracula fecerent, & multos prædicando ad fidem conuerterent, ab Aureliano diuerſis pœnis occiſi ſunt. 17. Cal. Iunij, vt habetur in martyrologio.

Adon in martyr. vide Sur. to. 5. de Victoriano.

D In eodem etiam legitur Romæ nonis Septembris, beati Victorini martyris, qui ſanctitate & miraculis præclarus ſacerdotium Amiterninæ vrbis totius populi electione adipiſcitur. Inde poſtmodum ſub imperatore Nerua iuſſus eſt ſuſpendi capite deorſum in loco vbi putentes & ſulphureæ èmanant aquæ. Quæ cùm per triduum pro nomine Chriſti paſſus fuiſſet, glorioſe coronatus migrauit ad Chriſtum. Plures alij (Nerua imperante) martyrio coronati ſunt.

Nerua itaque Cæſar (inquit Hug. Flor.) afflictæ E rei publicæ multum conſuluit, dum Traianum virum ſtrenuum & ſapientiſſimum ſibi in filium adoptauit. Ipſe autem Nerua in hortis Salluſtianis morbo periit anno ætatis ſuæ 72. decreto autem ſenatus inter Deos relatus eſt.

§. IX.

Nerua Traianus 14 po. Ro. imp. a. 19. m. 6. d. 15. Vide Sextũ Aurel. Dio. Caſſium & reliquis.

ANNO igitur dominicæ incarnationis [a] centeſimo, mundi vero quater milleſimo ſexageſi- F mo tertio; ſecundum autem aliam computationem quinquies milleſimo trecenteſimo minus vno, vndecimus imperator extitit Traianus, qui regnauit annis 19. Hic apud Agrippinam Galliæ vrbem inſignia ſuſcepit imperij. vt ait Hug. Flor. móxque Germaniam trans Rhenum ſibi ſubegit, & trans Danubium gentes multas ſuperauit. Barbaras etiam nationes trans Euphratẽ & Tigrim ſitas redegit in prouincias. Denique Seleuciam & Babyloniam occupauit, & vſque ad Indiæ fines poſt magnum Alexandrum acceſſit. Hic etiam fuit liberalis in amicos, habens in re militari diligentiam, in ciuili lenitatem, & in ſubleuandis ciuitatibus largitionem. Denique proſtrato & debilitato ſtatu Romano in remedium malorum credebatur diuinitus datus. Helinandus de eo inquit. Hic aliquando B profectus ad bellum cùm equum aſcendiſſet, vidua quædam appræhenſo pede illius miſerabiliter lugens iuſtitiam ſibi fieri de iis, qui filium eius iuſtiſſimum, & innocentiſſimum occiderant poſcebat. Tu (inquit) Auguſte imperas, & ego tam atrocem iniuriam patior? Ego (ait ille) ſatisfaciam tibi cùm rediero. Quid ſi non redieris? ait illa. Succeſſor (inquit) meus ſatisfaciet tibi. Quomodo (inquit) hoc ſciam quod id facturus eſt? & quid proderit tibi ſi alius benefecerit? Tu mihi debitor es ſecundum opera tua mercedem recepturus. Fraus autem eſt nolle reddere quod debetur. Succeſſor tuus C iniuriam patientibus & paſſuris, pro ſe tenebitur, te autem non liberabit iuſtitia aliena. Bene agetur cum ſucceſſore tuo ſi liberauerit ſeipſum. His verbis motus Traianus deſcendit de equo, & cauſam viduæ præſentialiter examinauit, & condigna ſatisfactione conſolatus eſt eam. Hæc ille.

a Onuph. callidiſſimus annorum ſupputator imperij Traiani initium ponit ad a. C. 99.

A.C. 100. Traianus auxit Ro. imperiũ.

Ioan. Da. in vita D. Gre. lib. 2. cap. 44.

§. X.

Plutarchus philoſophus.

D HVIVS inſtitutor fuit Plutarchus philoſophus qui habuit ſeruum nequam hominem & contumacem ſed liberalibus diſciplinis eruditiſſimum. Contigit autem vt ei neſcio quam ob cauſam tunicam detrahi, cædique iuberet, loro cœperat ille iam verberari duriuſcule, cùm tamen inficiaretur culpam, dicens ſe nihil deliquiſſe. Poſtremo cùm nihil proficeret rogando veniam, vociferari cœpit, & inter verbera ſæua & obiugatoria loqui, non ita ſe habere Plutarchum vt philoſophum, iraſcique turpe eſſe ei, præſertim qui de malo iræ ſæpius diſceptauerat, librúmque pulcherrimum ſcripſerat de patientia. Adiiciebátque, ſeruus eſſe probroſum E quod doctrinam moribus impugnaret, quia mentis integritate prolapſus effuſus & prouolutus in iram, plurimiſque plagis mulctaret innoxium. Ad hæc Plutarchus lente & leniter & ſumma cum grauitate ait. Nũquid quòd vapulas tibi iraſci videor? eſtne ira mea, ſi à me debitum recipis, ex vultu meo? an ex voce? an colore? an ſaltẽ ex verbis ira me correptum intelligis? Mihi quidem nec oculi (vt opinor) truces ſunt, neque os turbidum, neque immaniter clamo, neque in ſpumam ruborémque ferueſco, neque pudenda dico, aut pœnitenda, neque omnino trepido ira aut geſtio. Hæc omnia ſi neſcis ſigna F iræ eſſe ſolent. Et ſimul ad eum qui cædebat conuerſus ait. Interim dum ego & hic diſputamus, tu hoc age, & ſine iracundia mea retunde ſeruilem contumaciam, & ſic bene pœnitere potius doceas quàm iurgari. Hic Plutarchus ſcripſit ad Traianum librum pulcherrimum de conſtitutione politica, cuius principium hoc eſt, Plutarchus Traiano

Plut. librũ περὶ ἀοργησίας, id eſt non eſſe iraſcendũ to. 2. opuſ.

A.C. 100.

ſalutem dicit. Modeſtiam tuam noueram non appetere principatum, quem tamen ſemper morum elegantia mereri ſtuduiſti, quo quidem tanto dignior iudicaris, quãto à crimine ambitionis videris eſſe remotior. Tuæ itaque virtuti congratulor & fortunæ meæ, ſi tamen recte geſſeris quē probe meruiſti, alioquin & te periculis, & me detrahentium linguis ſubiectum iri non dubito, cum & ignauiam imperatorum Roma non ferat, & ſermo publicus delicta diſcipulorum refundere ſoleat in præceptores. Sic Seneca. Neronis ſui culpa detrahentium carpitur linguis, & adoleſcẽtium ſuorum temeritas in Quintilianum refunditur. Et Socrates in pupillum ſuum fuiſſe clementior culpatur. Tu vero quiduis rectiſſime geres, ſi non receſſeris à teipſo, ſi primum te compoſueris, ſi omnia diſpoſueris ad virtutem, recte procedent vniuerſa. [Politicæ conſtitutionis morúmque vires tibi deſcripſi, cui ſi optemperas Plutarchum habes viuendi tibi auctorem.] Idem Plutarchus quatuor principibus inculcare conatur, ſcilicet reuerentiam Dei, cultum ſui, diſciplinam officialium & poteſtatum, affectum & protectionem ſubditorum.

Sermo publicus tribuit præceptorib. peccata diſcipulorũ.

§. XI.

IMPERANTE autem Traiano Ioan. Euangeliſta cùm eſſet annorum nonaginta nouem migrauit ad dominum, de cuius tranſitu dictum eſt ſupra. Et ab ipſo Traiano Romæ martyrizatus eſt beatus Ignatius. Fuit autem hic diſcipulus Ioannis euangeliſtæ Antiochenus epiſcopus. Hic Ignatius, epiſtolam ad beatam virginem direxit, quæ legitur in hunc modum. Chriſtiferæ Mariæ ſuus Ignatius, Me neophytum, Ioannìſque tui diſcipulum confortare & conſolari debueras. De Ieſu enim tuo percepi mira dictu, & ſtupefactus ſum ex auditu, à te autem quæ ſemper fuiſti ei familiariter coniuncta & ſecretorum eius conſcia, deſidero ex animo fieri certior ex auditis. Valeas, & neophyti qui mecum ſunt ex te, & per te, & in te confortentur. Cui ſic reſpondit virgo beatiſſima, Ignatio dilecto diſcipulo humilis ancilla Chriſti Ieſu: de Ieſu quæ audiſti à Ioanne & didiciſti vera ſunt. Illa credas, illis inhæreas, & Chriſtianitatis votum firmiter teneas, & mores & vitam voto confirmes, [veniam autem vnà cum Ioanne, te & qui tecum ſunt viſura.] Sta & viriliter age in fide, nec te moueat perſecutionis auſteritas, ſed valeat & exultet ſpiritus in Deo ſalutari tuo. Tantæ autem authoritatis fuit hic Ignatius, vt etiam beatus Dionyſ. Pauli diſcipulus & in philoſophia ſummus & in diuina ſcientia perfectus verbum Ignatij ad confirmationem dictorum ſuorum, tanquam pro authoritate induxerit. Cùm enim in libro de diuinis nominibus aſſereret quoſdam dicere nomen amoris non congruere in diuinis volens oſtendere hoc nomen amor etiam in diuinis dici, ait. Scribit diuinus Ignatius, Amor meus crucifixus eſt. Legitur etiam in hiſtoria tripertita quòd Ignatius audiuit Angelos cantantes Antiphonas ſuper quemdam montem. Indéque inſtituit Antiphonas in Eccleſiis cantari cum pſalmis.

Ioã. Euan. migratio. Tertia in Chriſtianos perſecutio. Ignatij epiſtola ad virginem Mariam.

Areop. citat Ignatium.

Dion. li. de din. nom. cap. 4.

Amor meus crucifixus eſt dictum Ignatij. Hiſ. Trip. lib 10. c. 9. His de D. Ignatio ſcriptis cõſentiunt Euſ. li 3. c. 36. & Mar. in vita eiuſ.

Cùm igitur Ignatius diutius pro pace Eccleſiæ oraſſet, non ſuum ſed infirmorum periculum metuens Traiano imperatori de victoria redeunti & mortem acerbiſſimam Chriſtianis comminanti, A occurrit Ignatius, liberè ſe eſſe Chriſtianum aſſerens. Quem ferro vinctum Traianus decem militibus tradidit cuſtodiendum, ducens eum ad vrbem, ibidem à beſtiis deuorandum. Cùm ergo Romam duceretur, epiſtolas ad diuerſas Eccleſias deſtinabat, confortans eos [& euangelicis cohortationibus edocebat] in fide permanere [& obſeruare ſe ab hæreticorum contagiis, qui tunc primum copioſius cœperant pullulare, & vt diligentius ac tenacius Apoſtolorum traditionibus inhærerent, quas traditiones cautelæ gratia & ne quid remaneret incerti, etiam ſcriptas ſe aſſerit reliquiſſe,] & inter cæteras vnam ſcripſit ad Romanam B Eccleſiam in hæc verba, vt legitur in hiſtor. Eccleſiaſtica. A Syria Romam vſque cum beſtiis terra maríque depugno, die ac nocte connexus ac colligatus decem leopardis militibus dico ad cuſtodiam datis, qui ex beneficiis noſtris ſæuiores fiunt, ſed ego magis eorum nequitiis erudior nec tamen in hoc iuſtificatus ſum. O ſalutares beſtias quæ præparantur mihi. quando venient? quando emittentur? quando eis licebit frui carnibus meis [quas & ego opto acriores parari, &] inuitabo ad deuorationem mei, & deprecabor eas ne forte vt in non- C nullis fecerunt, timeant contingere corpus meum quinimo etſi cunctabuntur, ego vim faciam, ego me ingeram. Date quæſo veniam. Ego noui quid mihi expediat. [Nunc incipio eſſe diſcipulus Chriſti, faceſſat inuidia vel humani affectus vel nequitiæ ſpiritalis, vt Ieſum Chriſtum merear adipiſci.] Ignes, cruces, beſtiæ, diſperſiones oſſium, diſperſionéſque omnium membrorum totius corporis pœnæ, & omnia in me ſupplicia Diaboli arte quæſita confluant, dummodo merear dominum noſtrum Ieſum Chriſtum adipiſci. Cùm ergo Romam veniſſet, & coram Traiano ductus fuiſſet, dixit ei D Traianus. Ignati Cur Antiochiam rebellare facis, & gentem meam ad Chriſtianitatem conuertis? Cui Ignatius. Vtinam & te conuertere poſſem, & fortiſſimum principatum obtineres. Dixit ei Traianus. Sacrifica Diis noſtris, & omnium ſacerdotum princeps eris. Cui Ignatius. Neque Diis tuis (inquit) ſacrificabo, neque dignitatem tuam affecto. De me quicquid vis facere poteris, ſed me nullatenus immutabis. Tunc Traianus miniſtris ait. Plumbatis ſcapulas eius tundite, vngulis latera eius laniate, & duris lapidibus vulnera eius confricate. Cúmque hæc omnia in eum feciſſent, & immobilis E permaneret, dixit Traianus, Carbones viuos afferte, & nudis pedibus ſuper eos illum ambulare facite. Cui Ignatius. Nec ignis ardens, nec aqua bulliens in me poterunt extinguere charitatem Chriſti. Cui Traianus. Maleficia ſunt hæc quòd tanta patiens non conſentis. At ei reſpondens Ignatius. Nos Chriſtiani malefici non ſumus, ſed in lege noſtra maleficos viuere prohibemus, ſed vos malefici eſtis, qui idola adoratis. Tunc ait Traianus miniſtris. Dorſum eius vngulis laniate, plagas eius ſale perfundite. Cui Ignatius inquit. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futu- F ram gloriam. Traianus dixit. Iam nunc tollite, vinculis ferreis alligate, in cippo in imo carceris cuſtodite, ſine potu & cibo eum eſſe permittite, poſt triduum deuorandum beſtiis tradite. Tertia igitur die imperator, ſenatus omniſq; populus conuenerunt vt viderent epiſcopum Antiochenum, qui cum beſtiis eſſet pugnaturus. Dixitq; Traianus.

A.C. 100.

Ignatius Romam vinctus ducitur.

Ignatij pro Chriſto patiẽdi deſideriũ.

Ignatij cũ Traiano colloquiũ.

Ignatius torquetur

Ex. 22. Chriſtiani non ſunt malefici.

A. C. 600.

nus. Quoniam Ignatius ſuperbus contumax eſt, ipſum alligate,& duos leones ad eum laxate, vt nec vllas reliquias ex eo relinquant. Tunc ſanctus Ignatius dixit ad populum, qui aſtabat. Viri Romani, qui hoc certamen aſpicitis, non ſine mercede laboraui, quia non propter prauitatem,ſed propter pietatem hæc patior. Deinde cœpit dicere ſicut legitur in hiſt. Eccle. Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molor & ſubigor vt panis mundus efficiar. Hæc audiens imperator dixit. Grandis eſt tolerantia Chriſtianorum. Quis Græcorum tanta tolleraret pro Deo ſuo? Reſpōdit Ignatius. Nō mea virtute,ſed Chriſti adiutorio hæc toleraui. Tunc ſanctus Ignatius leones cœpit prouocare, vt ad ſe deuorandum concurrerent. Accurrentes ergo duo ſæui Leones ipſum tantummodo præfocauerunt, carnes vero eius nullatenus tetigerunt. Traianus autem hæc videns cum nimia admiratione diſceſſit, præcipiens vt non prohiberetur, ſi quis accipere vellet corpus eius. Quapropter Chriſtiani corpus eius tulerunt,& ipſum honorifice ſepelierunt. Cùm autem Traianus quaſdam litteras recepiſſet in quibus Plinius ſecundus Chriſtianos, quos occidi iuſſerat plurimum commendabat, doluit de iis quæ Ignatio intulerat, & præcepit,[a] vt nullus Chriſtianus inquireretur, ſi quis tamen offerretur & argueretur puniretur. Legitur autem, quòd beatus Ignatius inter tot tormentorum genera nunquam ab inuocatione nominis Ieſu Chriſti ceſſabat. Quem cùm tortores inquirerent cur totiens replicaret, reſpondit dicens. Quia hoc nomen cordi inſcriptum habeo, & ideo ab eius inuocatione ceſſare non valeo. Poſt mortem igitur eius volentes quidam hoc curioſius experiri, cor eius ab eius corpore euulſerunt, & illud ſcindentes per medium, totum cor eius ſcriptum hoc nomine Ieſus Chriſtus literis aureis inuenerunt, vnde ex hoc plurimi crediderunt. De hoc ſic ait Bern. ſuper pſal. Qui habitat. Magnus eſt ille Ignatius auditor diſcipuli quē diligebat Ieſus, martyr & ipſe, cuius pretioſis reliquiis paupertas noſtra ditata eſt. Mariam in plurimis epiſtolis quas ad eam ſcripſit Chriſtiferam cōſalutat. Egregius plane titulus dignitatis & commendatio honoris immēſi.

[lib. 3. c. 36.] [Græci pro idololatris ſumūtur.] [Ignatius à beſtiis ſuffocatur.] [Hæ litteræ extant. li. 10. epiſt. Plinij ſecundi.] [Ber. ſerm. 7. in pſ. 90.]

a O ſententiam neceſſitate confuſam. Negat inquirendos, vt innocentes, & mandat puniendos vt nocentes, Parcit & ſæuit diſſimulat & animaduertit. Quid temetipſum cenſuræ circumuenis? Si damnas, cur non & inquiris, cur non & abſoluis? Tertul. in Apolog. cap. 2.

De ſummis pontificibus illorum temporum, videlicet Lino, Cleto, & Clemente.

CAP. II.

QVIA de imperatoribus pluribus actum eſt à Tiberio, ſcilicet ſucceſſore Octauiani vſque ad Traianū decimum quartum imperatorem, nunc tractandum eſt de ſummis pontificibus, qui fuerunt poſt Petrum primum vicarium Ieſu Chriſti & pontificem ſummum. Quamuis autem Petrus ante paſſionem ſuam in conuentu fidelium inſtituerit Clementem ſucceſſorem ſuum, tamen fideles edocti à Spiritu ſancto, ne exemplo Petri, alij ſummi pontifices ſibi eligerent[a] ſucceſſorem, non Clementem aliquem ſanctitate & ſapientia ſingularem, ſed ad placitum ſuum aliquem Clementi valde diſſimilem, decreuerunt vna cum Clemente alium creare vrbis epiſcopum, ſcilicet Linum beati Petri diſcipulum & coadiutorem in miniſterio. Quamuis enim Haymo dicere videatur quòd Linus & Cletus non fuerint ipſi ſummi pontifices, ſed coadiutores Petri, & ideo inter eos connumerentur, verius tamen & communius dicitur, quòd fuerunt præſules ſummi, poſt Petrum Linus,& poſt Linum Cletus,& poſt eum Clemens, vt habetur 8. quæſt. 1. ſi Petrus. cum gloſ. cap. Linus ergo natione Tuſcus poſt Petrum Romæ cathedralem tenuit ſedem annis 11. mēſibus 3. diebus 12. Hic conſtituit vt mulier velato capite intraret Eccleſiam. Et martyrio coronatur tempore Domitiani imperatoris. Ei autem ſucceſſit[b] Cletus natione Romanus, qui ſedit annis 12. menſe vno, diebus 11. Hic primus inuenitur in literis Apoſtolicis poſuiſſe, Salutem & Apoſtolicam benedictionem, & martyrio coronatur. Reliquit autem ſedem Petri Clementi, qui rexit Eccleſiam annis nouem, menſibus 6. dieb. 7. Hic ſeptē regiones notariis diuiſit, qui diligēter deſcriberent geſta martyrum. Et vt cathedra epiſcopalis in eminentiori loco in Eccleſia eſſet, vt ab omnib. videretur, & ipſe omnes poſſet videre. diſt. 95. epiſcopus 2. Et vt baptizatus citius cōfirmaretur chriſmate ab epiſcopo. Et martyrio coronatur ſub Traiano. Poſt quem ſuſcepit Eccleſiam Romanam regendam Anacletus, quam gubernauit annis nouem, menſibus duobus, diebus decem, ceſſauitq; pontificatus diebus tredecim. Hic ſtatuit, vt clericus neq; comam neq; barbam nutriret. Et martyrio coronatur ſub Traiano. De iſto Anacleto tacet Euſ. in

[A. C. 600.] [Ex Dam. in pontificati.] [Linus Pō. Rom. 2.] [Cletus Pō. Rom. 3.] [Clemens Ro. Pōt. 4.] [Anacletus Rom. Pōt. 5. ſedit an. 12. m. 2. d. 10. Onup. Dam. in Pont.]

a De prima ſucceſſione ſedis Apoſtolicæ nonnulla eſt inter ſcripturas differentia. Cæterum ego in ſententiam Onuph. pedibus eo: quam etiam antiquitatis periſſimus Franciſcus Turrianus in lib. 2. de Can. Apoſt. cap. 10. tenet, quamque Haymonis eſſe ſcribit D. Anton. & quam communem eſſe Latinorum opinionem ſcribit. D. Hieronym. in Catal. nempe D. Clementem D. Petro in Pont. Rom. ſucceſſiſſe eumque primum à D. Petro locum tenere: Linum verò & Cletum à S. Petro chorepiſcopos ſeu ſuffraganeos epiſcopos fuiſſe ordinatos, & Linum quidem Petri locū, dū ille videlicet ab vrbe propter aliquas Eccleſiæ neceſſitates abeſſet tenuiſſet, & ideo Romanum Pontificem nominari. Tantum autem abeſt vt D. Petro ſucceſſerit, vt eo adhuc viuo ſit necatus, vt oſtendit Turri. loco citato. Porro Cletus D. quidem Petro ſuperuixit, non tamen eſt Pont. max. poſt D. Petrum deſignatus, ſed Clemens ſicut à D. Petro conſtitutum fuerat, Clemente à Veſpaſiani præfecto vt vult Onuph. vel à Traiano relegato ipſe Cletus Pontificatum Romanum adminiſtrauit. Igitur Linus & Cletus fuerunt quidem Romani pontifices: non tamen in ordine legitimæ ſucceſſionis; ſed ſolum quaſi legitimi Pontificis vicarij.

b Cletum nunquam fuiſſe Functius hæreticus in hæretica ſua Chronolog. aſſerit & cum Anacleto ob nominis vicinitatem confundit, ſed errat turpiſſime. Nam veteres imprimis vt Damaſus & Epiphanius diſtinctam vtriuſque faciunt mentionem præterea Eccleſiaſtica traditio, quæ vtrumque peculiari die ſacro obſeruat, tertio Cletus ſub Veſpaſiano & initio imperij Domitiani 6. Cal. Maij occiſus eſt; Anacletus vero nouiſſimis Domitiani temporib. 3. Idi Iulij interfectus. Geneb. & Onuph.

A.C. 61.

chro.& dicit,quòd Anacletus eſt Cletus:ſed Damaſus ad H.eronym.in chronica Romanorum pontificum dicit,quòd iſti ſunt duo & diuerſi. Nam Cletus fuit Romanus, & Anacletus Græcus.In aliis pluribus Chronicô Euſebij ab aliis diſcrepare videtur.

Cletus & Anacletus ſunt diuerſi.

§. I.

Hæc hiſtoria in compẽdio vitę B. Pet. habetur apud Clem. & in lib. recognitionum.

SED ad Clementis geſta redeundo de conuerſione eius & parẽtibus ac fratribus recognitis multa nobilia referentur in lib. qui dicitur Itinerarium Petri,qui liber quia inter apocriphas ſcripturas connumeratur diſtin. 15.ſancta Romana,ideo eius puncta perſtringam , quæ diffusè proſequitur Vincen.in ſpecu.hiſt.Fuit igitur Clemens nobili Romanorum proſapia ortus. Cuius pater Fauſtinus nomine, mater Mathidia , fratres autem ante ipſum geniti Fauſtus & Fauſtinus fuere. Cùm autem germanus Fauſtini mariti Mathidiæ ob pulchritudinem eius ad ſui concupiſcentiam abſtractus eam pluries ad nefas ſollicitaret,& illa vt pudiciſſima reluctaretur,demum nolens Mathidia crimen cognati viro ſuo indicare,ne diſſenſionem poneret inter fratres, & ſuæ etiam periculo pudicitiæ prouidere cupiens , & illi auferre occaſionem tentationis fingendo viro ſuo expreſſit ſibi in ſomnis à quodam numine reuelatum , vt pergeret cum filiis Fauſto & Fauſtino ad partes remotas , alioquin ipſa cum eis mortem incurreret. His credens Fauſtinus ne ſimul amitteret vxorem & filios ſibi chariſſimos , miſit Athenas illos cum matre , vt ibi ſaltem interea ſcientia erudirentur. Per mare igitur nauigantes mira tempeſtate quaſſati naufragium pertulerunt , & naui diſciſſa Mathidia in quadam tabula ad littus cuiuſdam inſulæ eſt iactata. Filij vero eius aliis lignis longe à fluctibus maris deducti à quibuſdam in alia naui collecti ſunt. Mathidia igitur præ nimio dolore vexata clamores miſerabiles dabat ab amiſſionem liberorum , circunſpiciens hincinde ſi forte vel filiorũ cadauera vnda maris ad terram proiiceret , ſpéq; ablata eos reuiſendi,morſibus manus & brachia ſibi lacerabat nullam conſolationem admittens ex aliorum confortatione. Quædam autem mulier inter cæteras affuit referens ad ſui leuamen virum ſuum adhuc iuuenem in mari periiſſe, ſéque æquanimiter toleraſſe, & ob eius amorem alteri poſtea non nupſiſſe. Offerentéque illa domum ſuam ex compaſſione ad habitandum ſecum & commorandum acceſſit,quæ manibus ſuis ſibi victum quęrebat.Contigit autem paulopoſt manus & brachia Mathidiæ inualida fieri ad operandum , & quaſi ſine ſenſu ea effici,viduam autem illam paralyſim incurrere,propter quod ne fame deficerent , oportuit Mathidiam victum pro ſe & ſocia procurare. Filij autem eius Fauſtus & Fauſtinus recepti in nauicula à piratis, qui viderant eos in tabulis ſuper fluctus maris , venditi ſunt ab eis cuidam honeſtæ viduæ Iuſtinæ , quæ eos, vt filios enutriuit , & artibus liberalibus erudiri fecit verſis eorum nominibus. Primum enim vocauit Aquilam , ſecundum Nicetam. Qui in proceſſu temporis Simoni mago adhæſerunt , ſed detectis eius fallaciis per Petrum , eius diſcipuli relicto Simone effecti ſunt. Pater ergo horum & cõiunx Mathidiæ cùm nil audiret de euentu vxoris & filiorum poſtquam ab vrbe receſſerant , cùm pluries & varios nuncios Athenas miſiſſet & ad partes alias ad

Mathidia Clemẽtis mater in Græciam nauigat.

A.C. 61.

A inquirendum de eis , nec vllam vndecunque poſſet habere notitiam , demum dimittens Clementem puerum ſub tutoribus conſanguineis , profectus eſt ipſe ex vrbe ad inueſtigandum de eis. Qui & ipſe naufragium paſſus,& in mari pauper effectus, eſt ad propria redire verecundatus , Clemens autem Romæ relictus philoſophiæ operam dedit, & eius apicem appræhendit. Cupiebátque vehementer & ſtudioſe quærebat, qualiter immortalitas animæ ſibi perſuaderi poſſet. Quam ob cauſam ſcholas philoſophorum frequentabat, & ſi quidem immortalis eſſe obtinebatur , gaudebat , ſi verò mortalis eſſe B concluderetur, triſtis abibat. Barnaba autem Apoſtolo Romam gratia prædicationis veniente,& myſteria Chriſti & vitæ futuræ publice nunciante,philoſophi eum inſanum exiſtimabant audientes inſolita. Ad eius tamen verba Clemens commotus eius amicitiam cupiens in domum adduxit.Qui in multis edoctus ab eo,audiens quòd Petrus,princeps huius doctrinæ,quam miraculis confirmabat,eſſet Antiochiæ , illuc ad eum acceſſit , & plene eruditus in in fide ab eo baptizatus eſt,eum vbique ſequens. Et cùm Petrus eum de ſua progenie interrogaſſet, enarrauit ille quæ matri & fratribus & demum patri acC cidiſſe arbitrabatur, ſcilicet in mari eos periiſſe, exponens cuncta per ordinem. Quæ audiens Petrus lachrymas continere non potuit. Quadam autem vice cùm Petrus cum diſcipulis Clemente & aliis ad inſulam in qua Mathidia mater Clementis manebat, acceſſiſſet , videns eam mendicantem arguit eam , quòd ſcilicet manibus ſuis ſibi victum non quæreret,ſed otioſa mẽdicaret. Quæ cùm expreſſiſſet impotentiam manuum,& cauſam,ſcilicet ex periclitatione & amiſsione filiorum , propter quod quaſi deſperata ſibi manus & brachia dentibus laceraſſet,narrans ſeriem rei geſtæ , Petrus ait ad eam D Eſt apud nos (tunc enim non erat præſens) quidam adoleſcens nomine Clemens, qui hæc refert matri & fratrib.accidiſſe. Quod illa audiens rogauit vt ſe ad eum duceret videndum. Quo facto recognouerunt ſeinuicem cum lachrymis gaudioſis ſeinuicem amplexantes. Interea Aquila , & Niceta qui tunc aberant, reuertentes cùm viderent Mathidiam cum Petro loquentem, interrogabant quænam eſſet mulier illa. Quibus Clemẽs ait mater mea eſt,quam magiſter noſter Petrus fecit me inuenire. Cúmque Petrus narraret recognitionis modum , perpenderunt manifeſte ex auditis à Petro , & relatis alioE rum ipſam quoque eſſe matrem ſuam, & Clemẽtem fratrem. Quod recognoſcentes poſt mentis ſtuporem,irruerunt in oſcula mutua alter in alterũ & pias lachrymas. Exinde vice altera cum Petrus cum Niceta & Aquila ac Clemente ad locum quemdam ſecretum cauſa orationis acceſsiſſent, quidã venerandus ſenex ſed pauper cœpit eos alloqui dicens. Miſereor veſtri fratres,quia ſub ſpecie pietatis vos grauiter errare conſpicio. Neque enim Deus eſt,nec prouidentia in mundo ſed geneſis in conſtellatione & caſus fortuitus omnia agunt , egometipſe comperi in diſciplina mathematica præ cæteris eruditus. SiF ue ergo oretis ſiue non , quod veſtra geneſis continet hoc erit. Cúmque diu Clemens, Aquila & Niceta cum eo de diuina prouidentia diſputaſſent, & apertis rationibus demonſtraſſent nec fato quemquam cogi , vel agi ad bonum , vel malum, demum ait ſenex. Crederem prouidentiam eſſe ex verbis veſtris , ſed propria conſcientia prohibeor huic

rei

Barnâbas Romam venit.

Petrus doctrinæ Chriſtianę princeps.

Mẽdicare nõ eſt honeſtum valenti laborare.

Clemens matrem agnoſcit.

Aquila & Niceta fratres Clementis ſe mutuo agnoſcũt.

Aduerſus mathematicos D. Clemẽs diſputauit.

A. C. 77.

rei adhibere conſenſum. Noui meam & vxoris meæ geneſin, & ſcio eā prout vnicuiq; dictabat accidiſſe. Audite igitur coniugis meæ ſchema, habuit namq; Martem cum Venere ſuper centrum. Lunā vero in occaſum in domo Martis & finibus Saturni. Quod ſchema adulteros facit & ſeruos proprios vxorem alicuius adamare, & in peregrinatione & mari defungi. Quod ita factū eſt. Nam vxor mea in amorem ſerui incidens periculum & opprobrium metuens cum ipſo fugit, & mari ſe cōmiſit. Nā, vt frater meus retulit, ipſum primo adamauit: ſed quia ipſe aſſentire noluit, in ſeruū ſuum libidinis ſuæ amorem retorſit. Nec tamē imputandū eſt, quia geneſis ad hoc eam compulit, narrauitq; quomodo ſomnium finxerat vt iret Athenas, ſed in mari perierat. Dixit autem Petrus. Vt ſcias fallacem eſſe opinionem tuam homines ſcilicet geneſi ſuæ ſeu fato aſtrorum ſubiici, ecce vxor tua Mathidia caſta & pudica, ecce filij tui Fauſtus & Fauſtinus & Clemens. Quo oēs eos recognoſcente, & eodem cognito ab eis, in mutuos amplexus & oſcula irruerunt, omnes in ſtuporem qui aderant mittentes. Ipſe quoque eorum pater Fauſtinus inſtructus in fide baptiſma ſuſcepit, Mathidia prius & vidua illa quæ in domo eam receperat ſanatis.

Aſpice quā fallax ſit Geneſis ſeu cōtellationis & horoſcopi conſideratio.

Petrus probat falſa eſſe mathematicorum delitamēta.

§. II.

DE exilio & martyrio Clementis. Poſt Cletum ſummus pontifex à fidelibus creatus eſt Clemens, qui ita morum ornamētis pollebat, vt ab omnibus diligeretur non ſolum Chriſticolis, ſed & Iudæis, Cappadocibus & Gentilibus. Cùm autem Domitillam ſponſam Aureliani ſacro velamine conſecraſſet, & Theodora vxori Siſimij magni ciuis in caſtitate manere perſuaderet, Siſimius zelo ductus vna dierum Eccleſiam, in qua Clemens fidelibus diuina celebrabat, intrauit, ſcire volens, cur vxor ita Eccleſiam frequentabat. Clemēte autem orante Siſimius ita factus eſt cæcus & ſurdus, vt nil poſſet videre vel audire, vnde ſeruis ſuis annuit vt eum foras deferrent. Qui circungyrantes eum ianuam inuenire nequibant Eccleſiæ. Quod intelligens Theodora pro eo orauit & egredi permiſſus eſt Dei virtute. Reuerſo autem ad domum cùm permaneret cæcus & mutus, Theodora hoc audiēs poſt Miſſam ad pedes Clementis ſe proſtrauit, caſum exponens viri ſui vt pro eo oraret. Facta igitur cōmuni oratione ab omnibus Clemens acceſſit cum Theodora ad domum Siſimij, & orans ſuper eum, viſum ei reſtituit & auditum. Qui videns Clementem putans ſe arte magica ſic ab eo deluſum iuſſit ſeruis vt Clementem ligarent & traherent. Qui ligabant & trahebant columnam ibi poſitam, exiſtimantes ipſi ſe cum Siſimio Clementem ligatum trahere. Aſcendens autem inde Clemēs admonuit Theodoram vt ab oratione non ceſſaret, donec Dominus illum ſuo lumine viſitaret. Ei autem oranti apparuit beatus Petrus dicens. Per te ſaluus erit Siſimius vir tuus, vt impleatur quod dixit frater meus Paulus. Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem. Paulopoſt igitur Siſimius à Deo illuſtratus vocauit Theodoram rogans vt faceret ad ſe venire Clementem. Quod illa maximo repleta gaudio ſubitò egit. Clemens ergo adueniens ipſum cum familia in fide inſtruens in ſequenti paſchate quadringentos vigintiquatuor baptizauit de domo eius, & multos nobiles ac amicos Neruæ imperatoris per iſtum Siſimium domi-

Siſimius & Theodora.

Siſimius violenter Eccleſiam intrans fit cæcus.

1. Cor. 7.

A nus ad veritatem fidei perduxit.

Denique comes ſacrorum Publius Tarquinius pecuniam multis dedit, & contra ſanctum Clementem maximam ſeditionem commouit, ſed Mamertinus præfectus adductum ſibi Clementem cùm multis verbis inclinare tentaret, & illis prudenter & rationaliter reſponderet mandauit Traiano imperatori quòd Clementem epiſcopum, qui nil mali fecerat, ſic populus accuſaſſet. At ille remandauit eum debere aut ſacrificare, aut in exilium mitti vltra mare. Quod cùm fuiſſet à ſenatu firmatum, tantam gratiam ſancto Clementi Deus tribuit, quòd B etiam Mammertinus flens propter eum & dans ei nauem & omnia neceſſaria multis de clero & populo eum comitantibus ſic eum dimiſit. Profectus autem in exilium inuenit in loco plus quàm quinque millia Chriſtianorum iam ad ſecanda marmora damnatorum. Qui videntes ſanctum Clemētem in lachrymas proruperunt. Quos in domino confortauit dicens. Non meis meritis ſed veſtris orationibus miſit me Deus veſtris coronis participem fieri. Et cùm audiſſet eos aquam deferre à ſex milliaribus, orauit cum populo, vt fontem aquæ ſuis confeſſoribus Chriſtus aperiret. Poſt orationem au-C tem circunſpiciens vidit agnum ſtantem, & erecto pede dextro locum oſtendentem. Tunc ſanctus Clemens intelligens dominū eſſe quem ipſe viderat, ſolus acceſſit ad locum cum omnib. præcipiens vt foderent ibi. Et cùm locum in quo agnus ſtabat non contingerent, nilque inuenirent, breui ſarculo Sanctus Clemens fodit ſub pede agni ſtatimque fons viuus emanauit abundans. Ad hanc miraculi famam & Sancti doctrinam plus quàm quingenti in vna die baptizati ſunt, & intra annum ſeptuaginta quinque Eccleſiæ fabricatæ ſunt. Poſt tres annos audiuit hæc Traianus ex maligna relatione Genti-D lium, vnde quemdam ducem illuc miſſit ad prouidendum negotio. Qui cùm conſpiceret omnes velle mori multitudini pepercit, & Sanctum Clementem ſolum ligata ad collum eius anchora præcepit in mare ſubmergi. Quo facto populus Chriſtianus hoc videns cùm fleret in littore, diſcipuli eius Cornelius & Phœbus monuerunt omnes orare Deum vt ſui martyris corpus demonſtraret. Statimque mari per tria milliaria, recedente, ingreſſi per ſiccum inuenerunt in modum templi marmorei habitaculum à Deo paratum, & in arca corpus ſancti Clementis diſcipuli Petri & anchoram iuxta E eum: reuelatúmque eſt diſcipulis, ne eum inde tollerent, In omni autem anno die paſſionis eius recedebat mare ſeptem diebus, & aduenientibus iuxta Gerſonem ſiccū præbebat iter per tria milliaria, & expleto feſto aquæ regrediebantur. Quadā autē vice contingit mulierē cum paruulo ſuo accedere, & poſt feſtum regredientib. cunctis & muliere illa paruulo qui in templo obdormierat ex obliuione & feſtinantia ibi dimiſſo, aquæ reuerſæ ſunt ad locum ſuum, quem ſubmerſum credens, in magno luctu per totum annum ſtetit. In feſto autem ſequentis anni reuerſa ad locum inuenit eum dormientē vbi dimiſe-F rat. Qui excitatus à matre & quæſitus dixit ſe tātum vna nocte ſuauiter dormiuiſſe, vt exiſtimabat. Sed proceſſu temporis propter peccata inhabitantiū miraculum illud de receſſu aquarū maris ceſſauit, & ob incurſum barbarorum templum illud deſtructum fuerat, & arca cum corpore inde ablata ignota erat. Sed quidam ſacerdos nomine Philippus miſſus à

A.C. 77.

Quæ ſequuntur Metaph. refert in vita Clem. apud Lipomanū.

Clementis exilium.

Hæc ex breu. Ro confirmātur.

Colitur S. Clemens 23. Nou.

Huiusmiraculi meminit Gr. Tur. libr. in glo. plu. mar. c. 35.

A. C. 96.

Nicolao Papa ad prædicandnm quibuſdam nationibus, cùm perueniſſet,ad partes illas & diligenter inquireret de hoc corpore, & ab inhabitantibus neſciretut,orationib.propter hoc à clero & populo factis reuelatus eſt ei locus, & inde eductum Romam deportari fecit, & in Eccleſia ſuo nomine intitulata requieſcit.Clementi igitut, vt dictum eſt ſupra,ſucceſſit in papatu Anacletus,& Anacleto Euariſtus natione Græcus, qui ſedit annis nouem,menſibus ſex, diebus duobus, & ceſſauit epiſcopatus diebus 48. Hic diuiſit titulos in vrbe presbyteris, & ſeptem diaconos conſtituit, qui cuſtodirent epiſcopum prædicantem.

S. Euariſt. Pont. Ro. 6. ſedit a. 13. m. 3. Onuph. eo mortuo vacauit ſedes dies 19.

¶ De ſancto Phoca & eius paßione, de Chriſtianorum perſecutione, de Plinio ſecundo, & Traiani imperatoris morte.

CAP. III.

SVB Traiano paſſus eſt ſanctus Phocas, vt refert Vincen.in ſpec.hiſt.lib. 11.cap. 62. Hic non ſolum in igne patiens & in ſingulis quibuſque tormentis qualis eſſet oſtẽdit,ſed omni vitæ ſuæ tẽpore tanto Dei amore deuinctus fuit, vt non incurriſſe martyrium ſed impetraſſe credatur. Sic enim infantiæ tempus exegit, vt admirabile neſcio quid & tunc in eo diuinæ indolis appareret. Iam vero cum puberibus annis piæ adoleſcentiæ primum limen ingreſſus eſt, ſenilem cœpit monſtrare ſapientiam. Acceſſu placidus & mente ſobrius,caſtitate glorioſus,& amator iuſtitiæ,miſericordiæ magiſter,& humilitatis inſtructor. Itaque cùm ſingulos Chriſtianos grauis Gentilium terror vrgeret,& aliquantos iam diuerſarum pœnarum excruciarent ſæua tormenta, & aliis latebræ fuiſſent auxilio, Phocas pro opinione nominis ſui indagatione peruigili iubetur inquiri.Nec hoc enim virtantæ gloriæ diutius latere poterat aut nolebat. Huic ergo inuẽto & præſentato præfectus Aphricanus ait. Quis eſt, qui Traianum principem noſtrum Deum non eſſe teſtetur, qui omnes ſuos aduerſarios vt vidit extinxit? Phocas ad hæc tacuit, quaſi non audiſſet, aut putaſſet alteri dictum. Aphticanus autem ad eum clamat & dicit. Quid taces? cur non reſpondes? an ignoras ante cuius tribunal aſſiſtis? Reſpondit Phocas. Iam Traiano non ſufficit, quòd dicitur imperator, niſi diuinum ſibi inſuper inuiſibile omnib. numẽ adſcribat? Tu me imperatoris tui minis à veritate exiſtimas poſſe ſubduci, cùm tuus ille præceptor vitæ ſuæ fine complero, qui eſt hodie craſtino non ſit futurus. Deſiderata ſunt mihi ſupplicia quæ minaris, feſtina ſi conſulis, in celeritate gaudium dabis,in dilatione ſupplicium. Aphricanus ait. Non eſt pœna quæ cupitur. Parco itaq; tibi,quia perire feſtinas. Reſpondit Phocas. Si parcis interfice. Viuere enim me ſalute mea prius ſcito non poſſe, niſi hic moriar. Cui Aphticanus. Oſtende mihi Deum tuum, & ego ab imperatore meo obtinebo vt ei ſeruiat. Phocas reſpondit. Dominus Deus noſter regnat in cœlis, qui magnus eſt & inuiſibilis. Ar ille, Demoſthenis inquit loquacitatem ſuperaſti. ſacrifica quod reſtat, ne duro vraris incendio. Aſpice ad quinquaginta millia & plus virorum ad te vnum oculos animóſque dirigere, quos ſi in pertinacia tua

De Phoca narratio Aſterij epiſcopi Amaſeæ habetur in Metaph. eiuſdem geſta citat Vincent. li. 11. ſpe. c. 62. & 63. & 64. & 65. ex quo hæc ſunt deſcripta.

Phocæ virtutes.

Phocæ imperatoris in dicẽdo libertas.

A permanſeris, ad ſimilem vanæ huius religionis es inuitaturus inſaniam, puris autem & magnis Diis ſacrificare debemus, quos tu ſceleratos eſſe pronuncias. Cui Phocas. Non ſolum ſceleſti ſed & miſeri, adulteri & ſacrilegi ac dæmones exiſtimandi ſunt, nec illi ſoli, ſed etiam ij qui ſuperſtitionis huius cultu, Dei nomen inhonorant, qui regnat in cœlis,cuius gloria & virtus eſt in ſæcula ſæculorum. Et omnis fratrum turba circunſtans reſpõdit, Amen. Tunc tonitrua ſonuerunt, & immenſus imber effuſus eſt,omníſque terra concuſſa eſt, & omnium veſtigia nutare cœperunt. Cadit præſes Aphricanus in B faciem cum iis militibus qui ei circulum faciebant, ſine voce,ſine ſenſu ſolo proſtratus aduoluitur. Hæc aliquanti vidimus,quibus voluntas diuina conceſſit. Tantus enim pauot tantáque teuerentia huius miraculi fuit, vt vix paucis cõcederetur aſpectus. Ignis enim è cœlo nimius dum hæc agerentur deſcendit, qui feriẽdo oculorum aciem occultum faceret quod geſtum eſt. Cúmque ſplendidiot ſole illa lux viſa eſſet, adſtabant enim tres Angeli equitũ more compoſiti, quorum effigiem flamma vrens formabat, ſtatim tremor omnium membra peruaſit. Stetimus exangues, & deſperata ſalute iam de morte ſolliciti C eramus. Illi autem vt erãt ignei & procetitate ſublimes lateri ſe Sancti Phocæ aſſociãr, & habita ſecum non parua confabulatione diſcedunt, petunt itaq; cœlum volatu. Et ecce poſt paululum Terentiana Aphricani vxor attonita,ſparſis crinibus & vultu lacerato, veſte deformi cum filiis quinque & omni familia ad Phocæ genua ſe obuoluit, ibi inhærens pedibus eius veniam tanti ſceleris implorabat, hac ſe ei pactione conſtringens, ſi ei donaretur maritus, vt ad legem Chriſtianam cum tota domo filiíſque migraret. Nec fuit huius falſa promiſſio. Nam quicquid ſpoponderat non negauit. Huius lachrymis D flexus Phocas omnes clericos conuocauit, & facta pro præfecto iugi oratione, præſtitit ei remedium à quo paulo ante formidarat exitium. Statim Aphricanus immemor nouæ ſalutis Traianum perdocuit. Imperator ſtatim Phocam iuſſit accedere. Quo introducto ait. Contemnis regiam poteſtatem? Quis te ad ſuperbiã erigit Deus, ꝙ tu imperatorẽ ſpernis? Videamus quis eſt ille cui ſacrificas. Reſpondit Phocas. Tibi ſcire noc licet, Scriptum eſt enim. Nolite proiicere margaritas veſtras ante porcos. Cui imperator. Porci ergo tibi videmur vt dicis? Phocas ait. Vtinam vt animalia eſſetis, Dei enim iudi- E cium ſuper vos non veniret. Traianus vero ait. Ecce ſuſpenderis in ligno, videamus quid tibi proſit animus iſte pertinax. Ego inquit Phocas ſuſpenſus in ligno ad cœleſtia regna migrabo, tu autem cum Diis tuis tenebris inuolutus æterna apud inferos morte torqueberis. Tunc ſuſpenſus, vt erat in ligno, impreſſo vngularum impetu per omnia membra ita torquetur, vt patentibus rimis latera ipſa dehiſcerent. Sed nullum in hoc ſermonem aut victus aut iratus emiſit, ſed tantum labia commouebat, & oratione tacita agebat gratias protectori ſuo. Et cùm veniſſet in finem, amen clama- F bat. Et è cœlo vox intonuit cum ingenti murmure dicens. Alacer eſto Phoca, ego tecum ſum, paratus eſt tibi in paradiſo locus cum patriarchis, & cum iis qui nec me, nec patrem negarunt. Traianus vero in eo in quo voluiſti loco & in ea pœna cruciabitur. Statim imperator expauit, auferríque eum ex eculeo iuſſit, & quatuor milites & centurio

A. C. 96.

Angeli Phocæ miliri adſiſtunt.

Phocas ad Traianũ introducitur.

Phocas martyrtor quetur.

A.C. 96.

centurionem etiam Criſpinianum nomine ad eius cuſtodiam deputauit. A quibus ſuſceptus Phocas lætus ibat ad carcerem, vota Domino perſoluens. Media autem nocte cùm oraſſet: carceris clauſtra reſerata ſunt infuſo deſuper lumine. Mille autem & amplius milites, quos habebat illa cuſtodia tanta virtute perterriti, ad genua Phocæ defixi remedia ſalutis implorant. Populi itaque extra muros ad pelagi littus accedunt, & gratiam baptiſmi & ſignum crucis accipiunt, & vt mentes adhuc teneras & rudes radix firmior miraculi certiores armaret, oſtendit ſe omnibus Dominus: & vt mortales oculi cernere poterant maieſtas cœleſtis emicuit. Illi iam vilem ducentes huius ſæculi vſuram, redeunt non diuinæ legis ignari ad carcerem. Sed nocte depulſa, vt lux orta eſt, omnis ad forum multitudo concurrit, futurũ Phocæ certamen expectans. Cui Traianus ait. Sacrifica Neptuno. Reſpondit Phocas. Non ſacrifico portentis, hanc vocem ſemper effundam quæ vis exquiſite tormenta, Chriſtianus ſum. Traianus iratus crudelem ſententiam offert. Nam mergi in caminum ardentis calcis propere iubet: & in illum lacũ fluentis ardoris præcipitem pronúmque tradi, metuens ne ad aliquam membrorum partem non perueniret incendiũ & ait. Videamus quid tibi proſit ille, quem metuis. Impoſitus itaque flãmæ quam parari iuſſerat, tribus horis in igne eo durauit. Qui ita integris omnibus mẽbris & vultu inde productus: quaſi nõ fuiſſet in flamma. Superatus itaque in hac paſſione Traianus rediuiua iterum inflammatur inſania dicens. Thermæ propter te ante triduum ſunt ſubuſtæ, quas adhuc nemo patefecit: eo te iubemus induci. Phocas ſigno crucis ſibi impreſſo, qua iubebatur ingreditur. Tantus autem ille ignis fuit & tanta vix flammæ, vt candeſcentibus hinc inde fornacibus ipſi etiã parietes calorem ignis acciperent. Hic ſtans lætus Phocas hæc Deo vota ſoluebat. Gratias tibi ago Domine, quòd ad hoc decus electus ad fœlicis martyrij gloriam tui fauore perueni, quòd pro confeſſione nominis tui carcerem, vincula, crucem, ignémque non timui. Et nunc Domine mitte Angelum tuum, & de Traiani manibus eripe me, ne quando dicant gẽtes, Vbi eſt Deus tuus? Móxque oratione perfecta emiſit ſpiritum. Patefactis itaque poſt paululũ thermis, reliquiæ compoſitæ & nulla caloris acerbitate fœdatæ inueniuntur, in thermis corpus ipſum odorem nardi traxerat: balneæ gelidæ ſunt effectæ acſi nunquam fuiſſent ſuccẽſæ. Perſpectis Traianus ſancti Phocæ reliquiis miraculo tantæ nouitatis obſtupuit, & referre patientiam eius militibus cœpit, ſtupénſque virtutem mentis & corporis ait. Vere non eſt alter Deus, quàm qui regnat in cœlis. Ipſi autem Traiano exeunti balneas illas ante ianuam Phocas lætus ſe oſtendit & ait. Traiane perge ad loca vlterioris abyſſi: & ad præparata tibi tormenta feſtina, vbi nocte perpetua & ſæuo es exurendus incendio: triduo in hac luce verſaberis: quo emenſo caligo te mortis excipiet. Tunc Traianus palatium aſcendit, & ex ipſo miraculo febrium calore ſuccenſus tertia die expirauit. Paſſus eſt autem Phocas tertio nonas Martij in Ponto.

Milites cuſtodes Phocæ cõuertũtur.

Signum crucis baptizati accipiunt.

Phocas in flammam iniectus, illæſus exiuit.

Pſal. 41. & 113.

Corpus in igne incorruptũ manſit.

Traianus Deum agnoſcit.

Habetur in Vſuar. prid. Id. Iul 14. eiuſ.

§. I.

Euſ. l 3. c. 32. & in Chr. vide epiſt. eiuſ. Pl. l. 10. epi.

DE atrocitate perſecutionis contra Chriſtianos & Plinio pro eis ſcribente. Euſebius. Tam immenſæ ſub Traiano cateruæ martyrum iugulabantur quotidie, vt Plinius Secũdus qui prouinciam ad- A miniſtrabat, multitudine interemptorum permotus referret ad imperatorem Traianum, quòd innumera hominum millia quotidie obtruncarentur, in quibus nihil omnino ſceleris reperiretur admiſſum, nec aliquid contrarium Romanis legibus, niſi [hoc ſolum quod] antelucanos hymnos Ieſu Chriſto cuidam canerent Deo. Adulteria verò vel cætera huiuſmodi crimina apud eos & illicita haberi & pœnitus arceri: cætera verò ſecundum leges eos agere cõmunes. Tũc Traianus reſcripti ſui authoritate decreuit vt Chriſtiani quidẽ non requirãtur, ſed ſi qui tamen inciderint puniantur: per quod ex parte aliqua perſe- B cutionis putabatur ſedatum incendium. Sed iis qui nequitiam ſuam aduerſus nos exercere cupiebant, lædendi occaſio non videbatur exempta. Interdum enim populus inſtigabatur, interdũ etiam iudex occaſionibus vtebatur, & negabat quæſitos, quos puniri voluiſſet oblatos. Hoc Tertullianus in apologetico ſuo dicit. Et inter cætera ipſe ait. O ſentẽtiam neceſſitate confuſam. Negat inquirendos vt innocentes, & mandat puniendos vt nocentes, parcit & ſæuit, diſſimulat & animaduertit. Qui temetipſum cenſura circumuenis. Si damnas cur non & inquiris, cur non & abſoluis? Anno igitur Traiani. 18. [a] Plinius C Secundus Nouocomenſis: quem alij Veronenſem fuiſſe dicunt, orator & hiſtoriograpus inſignis habetur. Cuius plurima ingenij extãt opera inquit Vincẽ. in ſpecu. hiſt. li. 11. cap. 67. Hic ſcripſit de hiſtoria naturali libros 37. quos Veſpaſiano cum epiſtola præmiſſa direxit. Scripſit & epiſtolas ad diuerſos circiter centum, ex quibus pauca infra ſcripta excerpta ſunt. In Epiſtola ad Iunium. Hoc ipſum amantis eſt: amicum non onerare laudibus. In epiſtola ad Septicium Clarum. Prauum & malignum eſt, hominem non admirari admiratione digniſſimum. In Epiſtola ad D Cornelium Tacitum. Inuentioni ſuæ quiſque fauet. Et quaſi fortiſſimum complectitur, cùm alio dictum eſt, quod ipſe præuidit. Et gratior multis actio breuis. In epiſtola ad Catullum Animi magnitudo nihil ad oſtentationem facit, omnia verò ad conſcientiam refert, rectique facti mercedem non ex populi ſermone, ſed ex facto petit. Ex epiſtola ad Voconiũ librum [quo nuper optimo principi conſul gratias egi, miſi in quo] annota quæ putaueris corrigẽda: Sic enim magis credam quædam tibi placere, ſi quædam cognouero tibi diſplicuiſſe. In epiſtola ad Vrſum. Sicut faces ignem aſſidua concuſſione ſeruant, dimiſ- E ſum ægerrime reparant, ſic dicentis calor & audientis intentio continuatione ſeruatur, intercapedine verò & quaſi remiſſione langueſcit. In epiſtola ad Arrianum. Neceſſe eſt vt laudis ſuæ ſpatio & curſu & peregrinatione quiſque lætetur. Etenim neſcio quo pacto vel magis iuuat homines gloria lata, quàm magna. In epiſtola ad Fundanum. Votis ſuis amor plerunque præcurrit, & rerum quas aſſequi cupias, præſumptio ipſa iucunda eſt. Tranquillus in lib. aut catalogo virorum illuſtrium de hoc ſic ait. Plinius Secũdus equeſtribus militiis induſtrie functus, procurationes quoque ſplendidiſsimas & continuas F integre admirauit, & tamen liberalibus ſtudiis tan-

A.C. 96.

Ibid. c. 33.

Plinius ſecundus.

l. 1. epi.

Sententiæ ex iunioris Plinij epiſtolis excerptæ.

Hæc ad maiorem Plinium pertinent.

a Duo fuerunt huius nominis ſcriptores nobiliſſimi, primus fuit magnus ille Philoſophus Plinius Secundi hiſtoriæ naturalis conſarcinator, qui ſub Veſpaſiano vixit, alter fuit Plinius item Secundus maioris Plinij ex ſorore nepos, qui ſub Traiano floruit & volumen epiſtolarum & quædam alia nobis reliquit. Ex his duobus vnum D. Ant. efficit.

A.C. 118.

tam operam dedit, vt non temere quis in otio plura ſcripſerit [dubitetur.] Itaque bella omnia quæ cum Romanis vnquam geſta ſunt 37. voluminibus comprehendit. Idemque naturalis hiſtoriæ 37. lib. abſoluit. Periit autem apud Gades Campaniæ. Cùm enim Miſeni claſſi præeſſet & flagrante Veſuuio ad explorandas propius cauſas Liburnicas prætendiſſet, nec aduerſantibus ventis remeare poſſet, vi puluerisac fauillæ oppreſſus eſt. Vel quidam exiſtimant à ſeruo ſuo occiſum, quem æſtu deficiens vt necem ſibi maturaret orauerat.

§. II.

Euſ. l. 4. Eccl. hiſt. c. 1. & in Chr.

DE morte Traiani & miris illo tempore contingentibus. Euſebius. Traiani 27. anno terræmotus in Antiochia totam pœnè ſubruit ciuitatem. Iudæique qui in Lybia erant aduerſum cohabitatores, ſuos alienigenas dimicant: ſimiliter in Ægypto & in Alexandria. Apud Cyrenem quoque & Thebaida magna ſeditione contendunt: verùm Gentilium, pars ſuperat in Alexandria, Iudæis Meſopotamiæ rebellantibus, præcepit Traianus imperator Lyſiæ Quieto, vt eos prouincia exterminaret, aduerſus quos Quietus aciem inſtituens, infinita eorum millia interfecit: & ob hoc procurator Iudææ ab imperatore decernitur. Tandem Traianus Apud Seleuciam vrbem Iſauriæ profluuio ventris extinctus eſt, anno ætatis ſuæ 73. imperij verò ſui 19. Oſſa eius in vrnam auream collecta, & in foro ſub columna poſita ſunt. Helinandus de eo. Hic ſolus omnium imperatorum intra vrbem ſepultus eſt poſt Iulium Cæſarem, quem ſenatus inter deos retulit hac de cauſa, quia gloriam militarem, qua plenus extiterat, moderatione ſuperauerat, Romæ & per prouincias omnibus ſe æqualem exhibens, amicos ſalutandi cauſa frequentans, vel ægrotantes feſtis diebus cum eiſdem indiſcreta habens conuiuia, viciſſim vehiculis eorum & veſtibus indifferenter vtens publicè & priuatim ditans omnes, immunitates ciuitatibus largiens, relaxans debita prouinciis, charus omnibus, nulli grauis, adeò vt vſque ad noſtram ætatem in ſenatu non aliter exclametur. Fœlicior ſis Auguſto, & melior Traiano. Statua eius in foro Traiani in hoc habitu poſita eſt, repræſentans quomodo in expeditione viduam liberauerit, quod beatum Gregorium poſtea mouit ad compaſſionem. Vnde & pro eo tantum ploraſſe dicitur, vt animam eius ab inferno obtinuerit liberari, quod tamen quomodo factum ſit habes ſuper 4. ſentent. à beato Thoma. Eutropius de Troiano hoc egregium dictum ponit. Culpantibus amicis quòd nimium omnibus eſſet communis. Reſpondit ſe talem imperatorem eſſe priuatis, quales eſſe imperatores priuatus optaſſet.

Ibid. c. 2.

Traianus moritur. Sanguinis effuſi pœnas in ſanguine ſoluit, hactenus Euſe.

Traiani probitas.

Gregorij pro Traiano preces.

De Aelio Adriano imperatore: Secundo Philoſopho & dictis eius.

CAP. IIII.

Aelius Adrianus 15 Ro. im. a. 10. m. 10. d. 29.

AELIVS igitur Adrianus conſobrini Traiani filius 12. ab Auguſto principatum mortuo Traiano adeptus eſt. Anno ab incarnatione Domini 119. vt ſcribit Hugo Floria. Ab initio verò mundi quater. M. LXXX. Sed ſecundùm aliam communiorem computationem quinquies milleſimo treceteſimo decimo octauo. Imperauit autem annis vigintivno. Hic fuit literis Græcis impenſius eruditus, & non ſermone tantum eruditus, ſed & cæteris diſciplinis canendi medendique ſcientia pollens. Sic enim referebat carmē carmini, dictum dicto, vt prorſus ad omnia diceres præmeditatum. Helinandus de eo ait. Ælius Adrianus cùm Romæ præfecturam ſplendidius ageret, ex ſenatore imperator creatus eſt. Qui obſecrante ſenatu, vt filium quem habebat Cæſarem Auguſtum appellaret. Sufficere (inquit) debet, quod ego inuitus regnauerim cùm nō mererer. Principatus enim ſanguini non debetur, ſed meritis. Et inutiliter regnat qui rex naſcitur, & non meretur. Et proculdubio parentis affectum exuit, qui paruulos importabili ſubiecta mole extinguit. Hoc enim eſt ſuffocare liberos: non promouere. Alendi ſunt prius in virtutibus, quàm exercendi. Et cùm in eis profecerint vt probentur illos virtutibus antecedere quos debent honoribus anteire, inuitati aſcendant, & ſe ciuium ſuorum votis non ſubtrahant. Hic Adrianus (inquit Euſebius) Italicæ in Hiſpania natus [conſobrinæ Traiani filius fuit] Alexandriam à Romanis ſubuerſam publicis inſtaurauit expenſis. Ipſe verò Traiani inuidens gloriæ, de Aſsiria, Meſopotamia, & Armenia, quas ille prouincias fecerat reuocauit exercitus. [Idem Iudæos capit contra Romanos rebellantes] Idem eruditiſsimus in vtraque lingua, ſed in puerorum amore parum continens fuit, vnde Antinoum puerum & regium eximiæ pulchritudinis in Ægypto mortuū diligēter ſepeliuit. Nam in deliciis eum habuerat, & in deos retulit. Ex cuius nomine etiam vrbs appellata eſt. Reliqua tributorum ipſe Adrianus relaxauit chartis publice incenſis, plurimos etiam ipſis tributis liberos præſtitit. Ipſe etiam Iudæos cepit ſecundò contra Romanos rebellātes. Hæc Euſeb. in Chron. Iſte quoque Adrianus (vt ait Comeſtor) in Hieruſalē euerſa per Titum ſtatuam ſuam poſuit, vbi arca Domini prius ſteterat: quia veſtigia ciuitatis quædam adhuc manebant. Et Iudæi qui latentes vndecunque remanſerant, & quandoque ad locum ſanctum redibant, multiplicati remouerunt ſtatuam. Ob hoc Adrianus appoſuit manū extremam & funditus euertit vrbem. Et edixit ne quis Iudæorum habitaret in terra illa. Et de hac vltima euerſione videtur dicere Lucas in Euangelio ſuo: cùm ait, Captiui ducentur in omnes gentes. Denique (vt ait Hugo Floria.) ipſe Hadrianus Hieruſalem reedificauit, ipſamque in ſuo nomine appellauit, ſcilicet Æliam, quia ipſe dicebatur etiam Ælius. Cuius opere factum eſt vt loca ſancta, ſcilicet dominicæ paſsionis & reſurrectionis quondam extra vrbem iacentia, nunc eiuſdem muro ſeptentrionali circundentur. Denique præcepit ne cui Iudæo introeundi licentia eſſet, Chriſtianis tantùm ciuitate permiſſa. Vnde primus ibi de Gentibus Marcus nomine inſtitutus eſt Epiſcopus. Et ex eo tempore & deinceps aſſumere Epiſcopos ex circunciſione ceſſatum eſt. Hic cùm Athenis inſignes ædes plurimas feciſſet agonem edidit, bibliothecam mirioperis extruxit. Tandem ſecundum Euſeb. morbo intercutis aquæ apud Baias defunctus eſt. In hiſtoria ſanctæ Sophiæ & filiarum legitur quòd Adrianus in infirmitate conſtitutus viſum perdidit, carnes quoque eius putrefactæ ſunt defluentibus vermibus ex ore eius, ad vltimum in extremis dixit. Domine Deus trium virginum & matris earum velociuſeduc animam meam de corpore. Scio enim quòd propter illas hæc patior. Et cum magno eiulatu clamans crepuit. Quod accidit ei poſt martyriū illatum Fidei Spei, & Charitati, vt infra

Ex epiſt. Sex. Aure. vic.

A.C. 118.

Principatum non debetur ſanguini ſed virtuti.

Euſeb. in Chro.

Hieroſolymorum euerſio.

Luc. 21.

Dion Gaſ. in Adriano & Pau. Or. l. 7. c. 13.

Euſeb. in Chro.

A.C. 118.

Baſilides hereſiarcha. infra patet. Huius tempore Baſilides hereſiarcha apud Alexandriam commoratur [à quo Gnoſtici Cochebas] Iudaicæ factionis, nolentes ſibi aduerſus Romanum militem ferre ſubſidiũ omnimodis cruciatibus vexat. Hic vt ait Helinãdus ſecundum alios *Barchoſbæ Iudæi impoſtura.* Barchosbas appellatur, quod nomen ſignificat ſtellam. Qui crudelis & ſceleſtus per omnia vocabulo ſuo velut vilibus mancipiis perſuadebat ſe ob ſalutem eorum ſydus magnum cœlitus eſſe demiſſum *Epiph. li. de pond. & menſuris.* ægris mortalibus, & longa obſcuritate damnatis ferre ſalutis auxilium.

Floruit illis diebus [a] Aquila orator genere Ponticus ſecundus interpres Moſaicæ legis poſt ſeptuaginta interpretes, vt refert Hugo Floria.

a Aquila Iudæorum proſelytus ſacrorum librorum poſt ſeptuaginta interpretes: ſed peſſimus. Nã cum Chriſti fidem amplexus eſſet & Genethliacis quotidie geniturarum poſitiones inſpecto naſcentium horoſcopo deſignaret ob & id à patribus increpatus non deſiſteret: ab ipſis ab eccleſia pulſus eſt, quod ille grauiter ferens abnegato Chriſtianiſmo proſelytus efficitur, breuitérque edoctus Hebræorum linguam ſacras litteras de verbo ad verbum Græcè eſt interpretatus. Sixtus Sen. libro 4. Bibl.

§. I.

Secundi Philoſophi geſta & dicta admiranda. HVIVS Adriani tempore floruit Secundus Philoſophus qui philoſophatus eſt omni tempore ſilentium ſeruans & Pythagoricam vitam ducens. Hic vt refert Vincen. in ſpecu. hiſt. lib. 11. cap. 70. Cùm adhuc paruulus eſſet, miſſus eſt ad diſcendum, & audiuit in ſcolis, quod omnis mulier fornicatrix eſſet & impudica. Tandem in philoſophia perfectus remeauit ad patriam ſuam, communem gerens peregrinationis conſuetudinem, baculum & peram circunferens, coma capitis & barba prolixa. Hoſpitatus eſt autem in domo propria nemine domeſticorum eum cognoſcente, neque propria matre. Voléńſque probare de mulieribus an verum eſſet quod audierat: vocauit vnam de ancillis promittens ei decem aureos ſi matri perſuaderet. At illa conſentiens ancillæ: fecit eũ veſpere ad ſe introduci. Cúmque illa exiſtimaret ſecum illum debere commiſceri: ille velut propriam matrem amplectens, inter vbera eius vſque mane dormiuit. Mane autem cum vellet *Secundi Philoſophi ſilentium.* egredi & diſcedere: illa apprehendens eum ait. Vt me tentares hoc feciſti? Qui ait. Nequaquam domina mater, nequaquam dignum eſt illud vas me maculare, vnde exiui. Illa autem ſciſcitante quis eſſet, ait. Ego ſum Secundus filius tuus. Illa autem recogitans in ſemetipſa, & non ferens confuſionem exanimata eſt. Secundus ergo Philoſophus ſciens quòd per loquelam ſuam mors matri ſuæ accidiſſet, hanc à ſe in poſterum exegit pœnam, ne amplius loqueretur. Et ſic vſque ad mortem taciturnitatem ſeruauit. Per idem tempus Adrianus veniens Athenis audiuit de illo, eúmque ad ſe venire faciens, primus eum ſalutauit. Ille verò tacuit. Tunc Adrianus ait, Loquere Philoſophe, vt à te aliquid addiſcamus. Illo autem in propoſito ſilentij perſeuerante, vocans imperator quendam ſpiculatorem ait. Hunc nolentem loqui imperatori viuere nolumus: abduc ergo eum & torque. Adrianus verò clàm vocans lictorem ait. Perſuade ei in via, vt loquatur, etſi perſuaſus reſpondeat decolla eum, ſi verò non reſponderit, reduc eum ad me. Ducebatur ergo Secundus à ſpiculatore ad lo- A cum tormentorum. Qui dixit ei. O Secunde quare tacens moreris? loquere & viues. Ille autem vitam ſuam paruipendens, mortem tacitus expectabat. Spiculator veniens ad locum deſtinatum, ait illi. Extende ceruicem tuam, & ſuſcipe mortem. Ille extendens *Secundus Philoſophus maluit potius mori, quàm ſilentium frangere.* ceruicem ſilentio vitam poſtpoſuit. Apprehendens ergo eum ſpiculator, reduxit ad Adrianum, dicens Secundum vſque ad mortem tacuiſſe. Tunc Adrianus videns Philoſophi cõtinentiam ait illi. Quia lex iſta ſilentij quam tibi impoſuiſti, nullo modo ſolui poteſt, ſumens tabulam iſtam ſcribe, & ſaltem manu tua loquere. At ille tabulam ſumens ſcripſit in hunc B modum. Ego quidem ô Adriane, nil te timeo, quia princeps huius tẽporis videris exiſtere. Me quidem occidere potes, ſed vitæ meæ proferendæ nulla tibi datur poteſtas. Adrianus ait. Bene quidem excuſatus es: ſed quædam tibi ad hæc problemata propono, vt ad hæc ſaltem mihi ſcripto reſpondeas, quorum pri- *Mundus quid.* mum eſt. Quid eſt mundus? Qui ſcripſit. Mundus eſt inceſſabilis circumitus, ſpectabilis ſupellex, multiformis formatio, externus tenor, circumitus ſine erro- *Mare quid.* re. Quid eſt Oceanus? Reſpondit. Mundi amplexus, terminis coarctatus, hoſpitium fluuiorum, fons im- *Deus quid.* brium. Quid eſt Deus? Reſpondit. Immortalis mens, C incontemplabilis celſitudo, forma multiformis, incogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus, omnia conti- *Sol quid.* nens, lux bonorum. Quid eſt ſol? Reſpondit Cœli oculus, caloris circumitus, ſplendor ſine occaſu, diei *Luna quid.* ornatus, horarũ diſtributor. Quid eſt luna? Reſpondit. Cœli purpura, ſolis æmula, malefactorum inimica, ſolamen iter agentium, directio nauigantium, ſignum ſolemnitatum, prodiga roris, præſagiũ tem- *Terra quid.* peſtatum. Quid eſt terra? reſpondit. Baſis cœli, meditullium mundi, fructuum cuſtos & mater, operculum inferni, mater naſcentium, nutrix viuentium, *Homo quid.* deuoratrix omnium, cellarium vitæ. Quid eſt homo? D Reſpondit. Mens incarnata, phantaſma temporis, ſpeculator vitæ, mancipium mortis, tranſiens viator, loci hoſpes, anima laborioſa, parui temporis habita- *Pulchritudo quid.* culum. Quid eſt pulchritudo? Reſpondit. Flos marcidus, carnalis fœlicitas, humana concupiſcentia. *Mulier quid.* Quid eſt mulier? Reſpondit. Hominis cofuſio, inſaturabilis beſtia, continua ſolicitudo, indeficiens pu- *Amicus quid.* gna, viri incontinentis naufragium, hominis mancipium. Quid eſt amicus? Reſpondit. Deſiderabile nomen, homo vix apparens, infœlicitatis refugium, in- *Diuitiæ quid.* definẽs fœlicitas. Quid ſunt diuitiæ? Reſpondit. Auri pondus, curarum miniſter, delectatio iniucunda, in- E ſatiabilis inuidia, deſiderium inexplebile, os excel- *Paupertas quid.* ſum, inuiſa concupiſcentia. Quid eſt paupertas? Reſpondit. Odibile bonum, ſanitatis mater, curarum remotio, ſapientiæ repertrix, negotium ſine damno, *Senectus quid.* poſſeſſio abſque calumnia, ſine ſolicitudine fœlicitas. Quid eſt ſenectus? Reſpondit. Optatum malum, *Somnus quid* mors viuentium, incolumis languor, ſpirans mors. Quid eſt ſomnus? Reſpondit. Mortis imago, labo- *Vita quid.* rum quies, infirmantium votum, deſiderium miſero- *Mors quid.* rum. Quid eſt vita? Beatorum lætitia, miſerorum mœſtitia, expectatio mortis. Quid eſt mors? Reſpondit. Æternus ſomnus, diuitum pauor, pauperum *Definitio omnium corporis partium fere.* F deſiderium, ineuitabilis euentus, latro hominis, fuga vitæ, reſolutio omnium. Quid eſt verbum? Reſpondit. Proditor animi. Quid eſt corpus? Reſpondit. Domicilium animæ. Quid eſt barba? Reſpondit. Diſcretio ſexus. Quid eſt cerebrum? Reſpondit. Cuſtos memoriæ. Quid eſt frons? Reſpondit. Imago animi. Quid oculi? Reſpondit. Duces corporis, vas luminis, iudices animi. Quid eſt cor? Reſpondit.

A.C. 118.

Receptaculum vitæ. Quid iecur? Reſpondit. Cuſtodia coloris. Quid fel? Reſpondit. Suſcitatio iracundiæ. Quid ſplen? Reſpondit. Riſus & lætitiæ capax. Quid eſt ſtomachus? Reſpondit. Ciborum coquus. Quid oſſa? Reſpondit. Robur corporis. Quid pedes? Reſpondit. Mobile fundamentum. Quid ventus? Reſpondit. Aeris pertubatio, mobilitas aquarum, ſiccitas terræ. Quid ſunt flumina? Reſpondit. Curſus indeficiens, refectio ſolis, irrigatio terræ. Quid amicitia? Reſpondit æqualitas animorum. Quid fides? Reſpondit. Ignotæ rei miranda certitudo. Quid eſt quod hominem laſſum fieri non ſinit? Reſpondit. Lucrum.

§. II.

Quadrat. Athenarũ tertius Epiſcopus.

Eo tempore Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, Publio epiſcopo Athenarum ob [Chriſti fidem] martyrio coronato in locum eius ſubſtituitur: & Eccleſiam grandi terrore diſperſam fide & induſtria ſua congregat. Cúmque Adrianus Athenis exegiſſet hyemem: inuiſens Eleuſinæ myſteriis & omnibus pœnè Græciæ ſacris initiatus, dediſſet occaſionem iis qui Chriſtianos oderant abſque præcepto imperatoris vexare credentes: tunc Quadratus porrexit ei librum pro noſtra religione compoſitũ valde vtilem plenúmque rationis & fidei & Apoſtolica doctrina dignum, in quo & antiquitatem ſuæ ætatis oſtendens ait. Plurimos ſe viſos qui ſub Domino variis in Iudæa oppreſſi calamitatibus fuerant: & qui à mortuis reſurrexerant. Ariſtidéſque Athenienſis Philoſophus eloquentiſſimus & ſub priſtino habitu diſcipulus Chriſti, volumen noſtri dogmatis rationem continens eodem tempore quo & Quadratus Adriano principi dedit, id eſt, apologeticũ pro Chriſtianis, quod vſque hodie perſeuerans apud phiſiologos, ingenij eius indicium eſt. Tunc ergo (vt ait Hugo Floria.) præcepit Adrianus per epiſtolam ad Minutium Fundanum proconſulem Aſiæ datam, vt nemini liceret Chriſtianum ſine obiectione criminis & probatione damnare. Hoc eſt autem exemplum epiſtolæ imperatoris ad prædictum Minutium Fundanum vt ait Euſeb. Accepi literas ad me ſcriptas à deceſſore tuo Sereno Graniano clariſſimo viro: & non placet mihi relationem ſilentio præterire: ne & innoxij perturbentur: & calumniantibus latrocinandi tribuatur occaſio. Itaque ſi euidenter prouinciales huic petitioni ſuæ adeſſe valent aduerſus Chriſtianos, vt pro tribunali eos arguant in aliquo, hoc eis exequi non prohibeo, precibus autem ſolum & acclamationibus vti eis non permitto. Etenim multo æquius eſt, ſi quis volet accuſare: de obiectis te cognoſcere. Si quis igitur apud te accuſat, & probat aduerſum leges quicquam agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam ſupplicia ſtatues. Illud magnopere curabis, vt ſi quis calumniæ gratia quemquam horum poſtulauerit reum, in hunc pro ſui nequitia ſuppliciis ſeuioribus vindices.

Quadratus Adriano pro noſtra religione librũ porrigit.

Hier. ib.

Euſeb. l. 4. c. 9.

Epiſtola Adriani in fauorẽ Chriſtianorum.

De Alexandro papa ſexto, & de martyribus illo tempore paſſis, ſcilicet, Euſtathio: decem militibus crucifixis, ſancta Sophia & filiabus eius, Serapia virgine, Sabina vidua, & aliis ſub Adriano paſſis.

CAP. V.

A.C. 118.

Alexãder pon. max. 7. ſedit a. 7. m. 3. d. 19. Dam. in pont.

ALEXANDER ſeptimus poſt Petrum Euariſto in papatu ſucceſſit. Hic, vt habetur ex libro pontificum, Romanus fuit, ſedit annis ſeptem, & anno ætatis ſuæ trigeſimo propter magnam ſanctitatem ad ſummum præſulatum aſſumptus fuit. Tandem ab Aureliano comite ſub Adriano imperatore martyrio coronatus eſt, vt dicetur infra. Hic paſſionem Domini miſcuit in precatione ſacerdotum, quando miſſæ celebrantur, videlicet Qui pridie quàm pateretur &c. Ipſe etiam inſtituit ſacramentale aquæ benedictæ: & aſperſionem eius in habitaculis, vnde ipſe dicit de conſec. diſt. 3. aquam ſale conſperſam populis benedicimus, vt ea cuncti ſanctificentur & purificentur [Quod omnibus ſacerdotibus faciendum mandamus. Nam ſi cinis vitulæ aſperſus populum ſanctificabat atque mundabat, multo magis aqua ſale aſperſa diuiniſque precibus ſacrata, populum ſanctificat atque mundat.] Et exprimit ibi effectus eius. Hic ergo vt habetur ex [a] geſtis eius, cùm cognouiſſet præfectum vrbis Hermetem, ab Aureliano comite miſſus eſt in carcerem: & Hermes quia crediderat. Cùm eſſet in vinculis Hermes apud Quirinum tribunum, dicit ei tribunus. Miror te virum prudentem dignitatem dimittere præfecturæ, & aliam vitam credere. Cui Hermes. Ego ante hos annos omnia deridebam, & aliam vitam eſſe non putabam: ſed ſolam iſtam. Dicit ei Quirinus. Fac ergo me probare, quod credis: & ego credam. Ad quem Hermes. Sanctus Alexander, qui in vinculis eſt hæc me docuit. Audiens hæc Quirinus cœpit maledicere Alexandro dicens. Ego dico tibi fac me hæc probare, & tu mihi nominas, quem pro ſceleribus ſuis teneo in vinculis alligatũ? Sed tamẽ ſi verũ dicis vadã ad eum: & dicã illi. Si vis vt per te credã, fac vt te cum Hermete inueniã [aut Hermetẽ apud te.] Hermes dixit. Fiat. Abiit ergo Quirinus, & triplicauit ſuper Alexandrum cuſtodes & clauſtra, dicens ei, cur hoc faceret. Orante autem ſancto Alexandro Angelus Domini duxit eum ad Hermetem in carcerem, & inueniens Quirinus eos ſimul in carcere miratus eſt. Sed & ipſe Hermes dixit Quirino quomodo ſanctus Alexander filium ſuum ſuſcitauerat, & ancillã ſuam cæcam illuminauerat. Et Quirinus. Habeo & ego filiam venuſtam ſed ſtruma collum eius circundat, & promitto me crediturum ſi illa à vobis ſanata fuerit. Cui dixit ſanctus Alexander. Vade & duc filiam ad carcerem, & pone [b] boias meas, ad collum eius, & mane ſanam eam inuenies. Et Quirinus ad eum. Cùm ſis hic in carcere quomodo te illic inueniam? Reſpondit Alexander. Vade cito, quia qui me huc adduxit, me illuc reducet. Cùm ergo perrexiſſet Quirinus cum filia ad carcerem, inuenit illic ſanctum Alexandrum, & proſtratus ante eum veniam poſtulabat. Cui mandauit Alexander vt ad eum duceret Euentium presbyterum & Theodulum diaco-

Alexandri pontificis inſtituta.

Alex. ep. 1.

Aqua luſtralis ſeu benedicta.

Num. 19. Heb. 9.

Hermes.

a Hæc geſta ſic incipiunt, Quinto loco à beato Petro Apoſtolo Romanæ vrbis cathedram obtinuit Alexander ſanctitate incomparabilis, ætate quidem iuuenis: ſed fide canus, vbi videntur innuere Linum & Cletum, quos alij in numerum pontificum reponunt: ea ætate non fuiſſe numeratos, & proinde verũ D. Petri ſucceſſorem fuiſſe Clementem, ſicut diximus.

b Boiæ genus vinculorum tam ligneorum quàm ferreorum teſte Feſto quod quaſi iugum in boue ſint.

num

A.C. 118. Quirinus Chriſto credit.

num pro Chriſto in eodem carcere alligatos. Qui
antequam veniret inuenit filiam ſuam ſanatam. Et
baptizatus eſt cum filia & aliis multis. Audiens hæc
Aurelianus interrogauit Quirinum, cur ſe relinque-
ret & Alexandrū ſequeretur. Qui reſpōdit. Chriſtia-
nus ſum, quod vis fac, quia alius non ero. Tunc Au-
relianus iuſſit vt ei lingua abſcinderetur, & in ecu-
leo torqueretur. Qui tamen adhuc loquens & Au-
relianum prouocans, iuſſus eſt manus & pedes ab-
ſcindi, & decollatus canibus proiici. Filia verò eius
Balbina in virginitate permanſit, cui ſæpius oſculan-
ti boiam per quam ſanata fuerat, dixit ei ſanctus A-
lexander. Noli filia boias meas oſculari, ſed magis
oſculare vincula ſancti Petri. [Albina his auditis,
cum multo ſtudio ac deſiderio peruenit tandem ad
illa vincula, iiſque inuentis gratias egit Domino no-
ſtro Ieſu Chriſto cœpitque ea vincula cum multo
tremore oſculari.] Quod cū diu feciſſet tradidit eas
Theodoræ ſorori ſancti Hermetis, cuius Hermetis
ab Aureliano decollati corpus ipſa Theodora ſepe-
liuit. Cùm ergo ſanctus Alexander multa miracula
feciſſet, & tentus nullo modo immutari poſſet, tor-
queretúrque in eculeo: & nil diceret, dixit ei Aure-
lianus. Cur taces? Reſpondit Alexander, quia tem-
pore orationis homo Chriſtianus cum Deo loqui-
tur. Deinde in furnum triduo accenſum miſſus illæ-
ſus in eo permanſit. Et cùm ibi Deū laudaret, dixit
Aurelianus ſuis. Audiamus quid miſer ille in incen-
dio fabuletur. Cúmque ſe applicaret, facies eius ſemi
uſta eſt, & media pars chlamydis eius exarſit. Multi
verò ex militibus in flamma mortui ſunt. Tūc Au-
relianus iuſſit eum inde extrahi: & in alium furnum
ardentiſſimum mitti. Quod cùm fieret prædictus
Theodulus diaconus cœpit flere, & ſtans in populo
Aurelianum de iniuſto iudicio increpare. Quod au-
diens Aurelianus, iuſſit eum in eumdem furnum
proiici. Exclamans autem Theodulus ait. Sancte
Alexander adiuua me, quia peccator ego ſum, &
ignem ferre non poſſum. Cui Alexander. Noli time-
re iſta, viriliter age. Et cùm oraſſet vocauit eum di-
cens. Veni huc ad refrigerium quia mecū eſt ille qui
in Babylone tres pueros liberauit. Et ſtatim Theo-
dulus in furnum exilijt, & cœpit ſimul cum eo lau-
dare Deum. Audiens Aurelianus Theodulum cum
Alexandro loquentem iratus iuſſit eum in clibanum
ardentem iactari. Tunc Alexander ad Theodulum.
Quid eligis an ſanus euadere, an mecū ad Deū per-
gere? Cui Theodulus. Ego pater non te deſerā quia
licet in principio grauiter ſim cruciatus, tamen ex
quo pro me oraſti, nec dolorem nec ardorem ſenſi.
Et ait Alexander miniſtris. Ceſſate laborare, quia
antequam nouos ignes apponatis, properamus ad
Dominum. Et orantes ſpiritum ſimul emiſerunt.
Cùm autem hoc audiſſet Aurelianus, & pergeret in-
ſultare defunctis ſubito virga ferrea ignea ante pe-
des eius apparuit, & vox audita eſt ab omnibus di-
cens. Aureliane accipe brauiū meritorum tuorum
cum quo in infernum ſcias te eſſe mittendum. At ille
magicis artibus hoc imputans iratus iuſſit adduci
ſanctum Euentium & in furnum in medium ſancto-
rum iactari. Sed antequam ignis poneretur, emiſit
ſpiritum. Cúmque & huic inſultaret, vox facta eſt
dicens. Aureliane, iis quibus inſultas cœli aperti ſunt
ad quos aſcendent, tibi autē tartarus apertus eſt, vt
illuc deſcendas. Ad quam vocem expauefactum,
tantus timor & tremor eum arripuit, vt mani-
bus ſeruorum ad palatium reduceretur. Quem Se-

Et moritur. — Theodulus. — Dan.3. — Alexāder & Theodulus migrant ad Dominū. — Coluntur hi tres diui. 3. Maij. — Euentius pro Chriſto occumbit.

A ucrina vxor eius accipiens, & ei nequitiam impro-
perans acceſſit ad ſanctos Dei: & eos honorifice ſe-
peliuit, & ad virum rediens inuenit eum præ dolori-
bus nimiis linguam ſuam maſticantem, & expiran-
tem protinus. Horum corpora ſanctorum requieſ-
cunt nunc in eccleſia ſanctæ Sabinæ.

A.C. 118. Aurelianus miſera moritur.

§. I.

HVIC ſucceſſit Xiſtus primus papa natione
Romanus, qui ſedit annis decem. Hic conſti-
B tuit vt miniſteria ſacrata non contingerentur niſi
à miniſtris. Idem etiam conſtituit, vt quicunque E-
piſcopus euocatus eſſet ad ſedem apoſtolicam, ad
parochiā ſuam nō reciperetur, niſi cum literis Apo-
ſtolicæ ſalutationis. Tandem martyrio coronatur,
tertio nonas Aprilis. Hic miſit ad Gallias ſanctum
Peregrinum, quem & Epiſcopum Antiſſiodoren-
ſem inſtituit, vt lucernam fidei iam extinctam rein-
flammaret & infideles prædicando conuerteret. Cui
ſocios dedit Marcum presbyterum, Concordianum
diaconum, & Iouinianum ſubdiaconum, & Ioui-
nianum lectorem ordinans. Hic poſt prædicatio-
C nem plurimam & conuerſionem multorum Antiſ-
ſiodorenſiū, ad alium locum pergens cauſa euange-
lizandi, iuſſu Adriani imperatoris decollatus eſt, &
corpus eius à quodam ruſtico Chriſtiano in curru
ſuo cum bobus, Angelo ſancto hoc iubente, & in
via aſſociante, deportatum eſt prope Pariſios, & in
monaſterio ſancti Dionyſij collocatum.

Xiſtus pon. max. 8. ſedit a. 9. m. 10. d. 9 Onuph. Dam. in pont. — S. Peregrinus Epiſcopus Altiſſiodorenſis. à Ro. pont. miſſus. — Colitur 16. Maij.

§. II.

IN ILLO etiam tempore ſanctus Taurinus
D Ebroicenſis Epiſcopus, Romanus natione, ab
vrbe directus eſt ad prædicandum in Gallias, & cùm
diſcurreret euangelizando, duo magi Cambiſes &
Saras ſacerdotes Dianæ miſerunt viginti diſcipulos
ſuos ad eum occidendum. Quos cùm vidiſſet, ſigno
crucis facto, iuſſit fixos manere non valentes ſe mo-
uere. Cùm autem verbo ſancti viri facti fuiſſent li-
beri ad eundum proſternentes ſe ante ſanctum Tau-
rinum baptiſmum petierunt & acceperunt. Licinius
autem præſes & Gentilis fecit eum ſibi præſentari.
Quem de genitoribus interrogans, reſponſo ab eo
accepto, confeſſus eſt Licinius ſe eſſe conſobrinum
E ſuum, & ante aliquot annos matrem ipſius Taurini
ob fidem Chriſti occidi ſe mandaſſe. Super quo ſan-
ctus vir Deo gratias egit, quòd mater martyrio ad
cœlum aſcenderit. Iuſſit autem Licinius eum virgis
cædi. Et cùm inter flagella diceret ſanctus, Domine
reſpice in me & miſerere mei iam ſenis, vox facta
eſt de cœlo dicens. Noli timere famule meus, quia
tecum ſum, ſtatimque aruerunt manus cædentium.
interea nunciatum eſt præſidi Licinio, quòd filius
cum armigero ſuo venationi inſiſtentes præcipitio
mortui erant. Vxor autem Licinij Leonilla, quæ
iam fidei propoſitum conceperat, & virum ſuum,
F quòd conſobrinum torqueret increpauerat, hæc au-
diens, ad pedes ſancti viri procidens rogauit pro
ſuſcitatione filij, quem iam fama vulgauerat, quòd
mortuum alium reſuſcitaſſet, cùm etiam Licinius
quaſi deridendo interrogaſſet ſanctum an per artes
ſuas magicas filium reſuſcitare valeret, ait ſanctus,
Omnia poſſibilia ſunt credenti. Tu ergo tantū fidem
habe

Taurinus Ebroicenſis epiſcopus. — S. Taurinus torquetur.

A.C. 118.

Matth. 9. Marinus Licinij filius à Taurino ſuſcitatur.

habe,& filium viuum recipies. Qui cùm verbis eius credidiſſet, ſanctus vir oratione ſua iuuenem ſuſcitauit. Qui Marinus dictus velut à ſomno ſurgens, ad pedes ſancti viri proſtratus baptiſmum petiit, dicens ſibi hoc ab Angelo fuiſſe imperatum. Dixitque ad patrem. Heu pater, neſcis quàm miſeram vitam ducimus, & quantæ pœnæ pro hac nobis ſimilibus reſeruantur, & quanta gloria præparata eſt iis, qui colunt & ſeruiunt Deo, quem colit iſte conſobrinus noſter Taurinus. Vidi eum inter angelorum choros eſſe pro nobis deprecantem. Cùm hæc & alia de futura gloria prædicaret, conuerſi ad fidem Licinius, vxor & filius ille baptizati ſunt cum mille ducentis & octo aliis. Dixitque iuuenis rediuiuus factus. Vir altiſſimi Dei rogo te ſuſcita armigerum meum, ne

Paſchaſius eius amiger.

remaneat in pœnis in quibus dimiſi eum. Quo pro eo orante ſurrexit ille nomine Paſchaſius, & ait Magnas ſuſtinebam pœnas vir ſancte, quando nuncius venit ab altiſsimis deferens in mandatis me ad tereduci. Et ait ad Dominum ſuum. In die octaua cum albas veſtes depoſueris, mandat tibi ille qui me huc adduxit, vt redeas ad illum. Qui mox leui febre corripitur, & ſicut demandatum erat octaua die moritur, qui Marinus dicebatur. Dum hæc agerentur, & omnis plebs eſſet ouans ſub tanto paſtore, concitauit inimicus veritatis vaſtiſsimam Orientalem plagam contra Gallos. Cùm verò certius comperiſſent Galli ſe caſuros nec vllo modo quirent reſiſtere, omnes ad virum Dei pro auxilio confugerunt. Qui triduanum indixit ieiunium. Et oranti pro huiuſmodi Angelus ei apparuit, dicens. Gratias age creatori tuo quia animas tantummodo impetraſti. Locus verò iſte deſertus erit per longum tempus: ſed iterum in melius inſtaurabitur. Tu verò coronam à Deo reci pies pro tuis laboribus die octaua. Mane autem facto nunciauit populo congregato reuelationem Domini: quos perterritos conſolatus eſt plurimum, dicens. Nolite diffidere, properate Romam, & ſignificate beato Xiſto papæ diem exitus mei. Die igitur præſignata adſiſtenti omni populo in Eccleſia, peracto officio, ipſum maxime lamentantem de patris receſſu conſolatus eſt plurimum: multa prædicens, quæ poſtea impleta ſunt. Et demum in ſede epiſcopali reſidens benedicit eis dicens. Abite filioli mei in pace, & Dominus erit vobiſcum. Et viſa eſt ſubito circa altare innumerabilis multitudo hominum candidatorum. Et audita eſt

Taurinus in ſua ſede epiſcopali moritur. 11. Au.

vox. Veni nobiſcum ſancte Dei Taurine, &c. Et cum voce facta eſt nebula ita condenſa, vt nullus comparem ſuum poſſet aſpicere. Et poſt horam diſparuit nebula illa odorifera, & viſus eſt ſanctus in ſede defunctus, facie ad cœlum verſa & manibus eleuatis. Cúmque adſtantes dubitarent, vbi corpus ſanctum ſepelirent, ſubito apparuit quidam venerabilis vir vultu candidus vt nix, qui dixit. Fratres ſumite corpus patris veſtri, & ſequimini me præeuntem. Qui mox ſequentes illum cùm ſancto corpore ad tertiam partem milliarij ab illo loco proceſſerunt, vbi qui apparuerat ſubſiſtens ait: Deponite corpus, & ibi ſepultus eſt. Cúmque omnes flerent & eiularent vſque ad cœlum, tunc erexit ſe quaſi viuus de foſſa dicens. Quid facitis filioli, nolite ti-

S. Taurinus mortuus loquitur.

mere, iſtum audite, qui ſcilicet apparuerat eis prius: & inclinato capite ſiluit. Ille autem qui apparuerat, qui erat Angelus Domini in humana ſpecie, ait ad illos reſpicientes in eum. Fratres vos timetis patrem veſtrum vobis auferri ab hoſtibus, non erit hoc: ego qui fui cuſtos eius in vita, ero & in morte. Nunc autem ciuitas iſta ſubuertetur, ſed nullus veſtrum peribit. Et cùm omnia cõſummata eſſent, ait ille. Recedite velociter ne inuoluamini ab hoſtibus, quo dicto nuſquam comparuit.

§. III.

De S. Euſtathio Placido cognomine & vxore & filiis.

AB ADRIANO etiam imperatore [occiſus eſt] Euſtathius cum vxore ſua Theoſpita & filiis eorum Agapito & Theoſpito, his dum reuerterentur è prælio cum victoria, & recepti fuiſſent cum magna gloria, quia noluerunt idolis immolare pro gratiarum actione de eiuſmodi victoria, ſed Chriſto Deo, poſt immiſsionem leonis ſæuiſsimi ad eos, à quo nullo modo læſi ſunt: miſsi ſunt ad bouem æneum concauum ſuccenſum igne, vbi Deo gratias agentes animas Domino reddiderunt: ſed ignis nil de corporibus eorum, capillis vel veſtibus conſumpſit.[a] Miri autem actus leguntur de conuerſione eorum & proceſſu. Nam cùm [Euſtathius alias Placidus dictus] eſſet Paganus, miſericordiæ tamen operibus deditus & princeps militiæ ſub Traiano imperatore, & venationi operam daret, viſo vno ceruo præ cæteris pulchriore inſecutus eſt eum. Et cùm ceruus in quodam loco ſublimi ſtetiſſet, & ille cùm eum capere poſſet, in illum aſpiceret, & viſa eſt ei inter cornua cerui imago crucifixi dicentis, Cur me inſequeris? Qui cùm interrogaſſet quis eſſet, reſpondit, Ego ſum Ieſus Chriſtus filius Dei: qui de cœlis ad terras veniens, crucifixus fui pro ſalute hominum & reſurrexi. Et cùm interrogaſſet quid agere deberet pro ſalute ſua, reſpondit quòd fidem Chriſti & baptiſma reciperet, poſt quæ ad dictum locum reuertenti oſtenderetur quid ei contingere

Euſtathij Theoſpitæ vxoris & liberorum eius cõuerſio.

deberet. Quod totum egit reuertens domum. Similiter vxor cui in ſomnis etiam Dominus reuelauerat idem. Reuertenti igitur poſt baptiſmum ſuum & vxoris, & filiorum ad locum præfatum Dominus apparens commendauit eum de baptiſmo & fide recepta. Et prædicens eum multa paſſurum, confortauit eum ad patientiam. Inde ad dies paucos mortui ſunt omnes famuli & famulæ eius & pecora, & tota ſubſtantia eius ad nihilum redacta per rapinam malorum: propter quod paupertate preſſus eſt: & præ verecundia cum vxore & filiis profectus eſt in Ægyptum. Sed aſcendens nauem, vt mare tranſiret, cum vxore & filiis ad portum deſcendens, cùm non haberet naulum ad ſoluendum, nauclerus retinuit ſibi vxorem eius pulcherrimam pro naulo. Et quia

Euſtathius cum ſuis peregrinatur.

conquerente ſuper eo, volebat eam patronus nauis in mare demergere, contriſtatus ſine ea diſceſsit cum filiis. Dominus tamen Deus prouidit pudicitiæ eius vt ille eam non contingeret. Perueniens autem ad quendam fluuium, vnum ex filiis dimittens in terra, alium ſuper humeros ponens tranſportauit ad aliam partem fluminis. Cúmq; reuerteretur pro alio, in medio fluuij conſtitutus vidit leonem illum rapientem & in ſyluam portantem, & deſperans de eo reuerſus eſt ad alium iam tranſuadatum. Et vi-

a Ex miris actibus Euſtathij Placidi citat Damaſ. libro tertio de imaginibus ipſius conuerſionem per imaginem crucifixi inter cornua cerui & parum à 115. actibus differt metaphraſis Simeonis 20. Sept. Ioan. Mola. in Vſuar.

A.C. 118.

dens lupum illum rapientem & in nemus fugientem cum eo, exiſtimans ambos ab illis feris deuoratos incitabatur ex dolore nimio ad ſe ſubmergendum. Sed à Deo confortatus gratias de omnibus egit. Fuerunt autem illi paruuli eruti de ore illorum animalium rapacium à paſtoribus & agricolis, videntibus illos & cum canibus inſequentibus. Abiit ergo Euſtathius ſolus ad quamdam villam, & ibi per quindecim annos agros vnius ciuis cuſtodiuit vt villicus.

Euſtathius fit villicus.

Accidit autem interim quod cùm quædam prouincia ſe imperio Traiani rebellaſſet, recolens Traianus ſolertiam in præliis, & ſtrenuitatem Euſtathij, miſit plures nuncios per diuerſas partes ad quærendum eum. Quorum aliqui venerunt ad villam vbi erat, qui hoſpitati in domo domini ſui, tandem ex ſigno cuiuſdam cicatricis in capite recognouerunt eum. Et manifeſtarunt aliis conditionem eius & dignitatem, & quod imperator quærebat eum, honorificéque indutus ab omnibus eſt reueritus. Demum præſentatus eſt imperatori Traiano, qui cum magno gaudio ſuſcepit eum. Qui interrogatus cauſam ſui diſceſſus, expoſuit ſe vxorem & filios perdidiſſe. Factúſque eſt magiſter militiæ ad egrediendum contra hoſtes.

Euſtathij filij cum eo bellum gerunt.

Qui collectis de diuerſis locis tyronibus, inter cæteros fuerunt ei præſentati duo filij eius iam iuuenes facti, quos licet filios ſuos eſſe neſciret, tamen ex generoſitate morum & induſtria, quadam etiam naturali inſtinctu primos inter conuiuas ſuos habebat. Profectus inde ad bellum maximam contra hoſtes victoriam reportauit. Rediens ergo in quodam loco in via hoſpitatus eſt vbi erat vxor eius. Cùm autem illi duo iuuenculi quodam die adinuicem loquerentur de progenie ſua, & vnus eorum referret alteri quod pater receſſerat ab vrbe cùm eſſet magiſter militiæ cum vxore & duobus filiis, & vxor fuiſſet ei ablata à nauclero, & pater cùm alio tranſportato veniret pro eo, leo rapuerat eum ſed à paſtoribus fuerat de ore eius liberatus. Subdiditque alter ſimile eueniſſe ſibi. Vnde ex narratione ipſa cognouerunt ſe inuicem germanos. Mater autem eorum hæc omnia audiens recogitabat ſi forte ipſi eſſent filij eius. Altera autem die cùm ipſa mulier rogaret Euſtathium magiſtrum militiæ vt Romam reduceret eam, conſiderans diligenter effigiem eius, & cætera ſigna, recognouit eum maritum ſuum.

Vxor maritum agnoſcit.

Quod ipſa manifeſtante, & ipſe eam recognouit vxorem, & oſculati ſe adinuicem lachrymas continere non poterant. Et interrogante vxore de filiis, dixit deuoratos à beſtiis explicans modum. Sed illa referente, quæ præcedenti die audierat ab illis adoleſcentulis, qui ſe fratres recognouerant, vocari eos fecit. Et interrogantes de iis quæ dixerant, recognouerunt eos eſſe filios ſuos.

Se inuicē omnes agnoſcunt.

Factúmque eſt magnum gaudium & feſtum in exercitu de inuentione eorum, & victoria barbarorum. Applicans igitur ad vrbem Euſtathius inuenit Traianum mortuum & Adrianum ei ſucceſſiſſe, qui poſt lætam & feſtiuam eius receptionem ipſum cum vxore & filiis propter fidem Chriſti martyrio expoſuit, vt dictum eſt in principio.

coluntur 20. Octob.

§. IIII.

PAſſi ſunt etiam martyrium ab Adriano imperatore decem millia crucifixorum in monte Ararath, quorum paſſionem & conuerſionem vt dicit Vincen. in ſpecu. hiſto. libro. 11. cap. 98. [a] Anaſtaſius apoſtolicæ ſedis bibliothecarius de Græco in Latinum dicitur tranſtuliſſe.

A.C. 118.

Athatius cum ſuo decem millium martyrum exercitu.

Cùm ergo Gadareni & Euphratenſes Romano imperio rebellare cœpiſſent, contra ipſos miſerunt exercitus ſuos numeroſos ex decem millia, quorum primicerius erat Achatius & dux Heliades habentes ſecum ſimulachra Iouis & Apollinis. Qui cùm procederent contra hoſtes in prælium, videntes eorum multitudinem maximam (erant enim centena millia) pauore perterriti fugam inierunt ſeptem millia ex eis. Dixit autem Achatius ad nouem millia quæ remanſerant, Venite & ſacrificemus diis noſtris, vt de hoſtibus triumphemus. Quo facto procedentes ad bellum, ab hoſtibus fugati ſunt. Tunc angelus domini in ſpecie adoleſcentis ante faciem eorum occurrit dicens. Credite in Ieſum Chriſtum Immortalem regem, & ipſe pugnabit pro vobis & præualebitis aduerſus inimicos veſtros: cúmque inito conſilio inter eos, omnes ſuaſionem angeli approbaſſent, exclamauerunt omnes. In te domine Ieſu credimus, & quæ iſte iuuenis dicit facturos nos promittimus. Sicque in eo confidentes euntes contra hoſtes victoriam plenam obtinuerunt, corruentibus cunctis vel gladio, vel in lacu vicino ſubmerſis, vel præcipitio interemptis.

Milites cōuertuntur.

Angelus autem ille duxit iſtos triumphantes in montem Ararath diſtantem ab Alexandria ſtadiis quingentis, glorificantes Deum. Sedente autem angelo in medio eorum aperti ſunt cœli, & deſcenderunt ad eos ſeptem angeli docentes eos & dicentes. Beati eſtis qui credidiſtis Deo. Poſt tertiam diem quæremini, & coram regibus adducemini: ſed nolite timere eos, dominus enim vobiſcum eſt. Poſt tertiam igitur diem nuntij miſſi ab imperatoribus, ſcilicet Adriano & Antonino, quem ipſe adoptauerat in filium, & cum eo imperabat, peruenerunt ad montem, & inuenientes eos Deum glorificantes, quod Chriſtiani effecti eſſent, cognouerunt. Quod cùm imperatoribus nuntiaſſent, valde contriſtati vocauerunt ad ſe principes aliarum legionum, vt ſuper his conferrent. Qui venientes miſerunt nouum militum exercitum contra iſtos. At illi cùm vidiſſent multitudinem illam contra ſe venire, dixit Achatius. Surgite & contra diaboli exercitum orationi operam date. Orantibus autem ipſis vox de cœlo facta eſt dicens. Nolite pauere eos, qui occidunt corpus, ego vobiſcum ero confortans vos. Dixerunt ergo milites ad eos directi. Miſerunt nos reges & imperatores vt veniatis ad eos. Qui deſcendentes de monte præſentauerunt ſe eis. Et lachrymati ſunt imperatores eos videntes. Adrianus ergo cauſam & modum quomodo derelictis eorum diis in crucifixum Chriſtum credidiſſent ſciſcitatus, & ab Achatio edoctus, iratus nimis ait. Quia omnes in Chriſtum creditis, omnes pœnas eius ſuſtinebitis. Contemnentes autem minas eius, cùm

Mat. 10.

Milites imperatorib. præſentantur.

a Decem millium martyrum paſſio in MS. inſcribitur quoad verſionem Anaſtaſio bibliothecario, doctis tamen quædam diſplicent in ea.
Ioan. Mol.

A.C. 118.

iuſsiſſet lapidari, lapides in facies iacientium reuertebantur. Poſt hæc iuſsit eos flagellari. Cùm vero acriter cæderentur, dixit Trachonarius germanus Achatij & Heliade. Orate pro nobis ſancti viri, quia grauia ſunt, quæ patimur. Cui Achatius: Perſeuerate fratres in confeſsione, quia qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Orantibus autem illis terræ motus factus eſt, & areſactæ ſunt manus flagellantium. Erat autem ibi quidam magiſter militum nomine Theodorus de exercitu Maximi principis habens ſub ſe mille viros, hic huius miraculi ſtupore perculſus exclamauit. Domine Deus cœli & terræ; per opem miſericordiæ tuæ quam nouem millibus contuliſti, dignare nos peccatores aggregare cum ſanctis martyribus tuis. Et recedentes à principe ſuo Maximo adhæſerunt ſanctis in Chriſtum credentes & eum confitentes. Cùm igitur hortarentur omnes decem millia ad culturam idolorum, & illi renuerent, tunc iuſſum eſt multitudinem clauorum acutiſſimorum trigenorum ſpargi in terram per viginti ſtadia, vt nudis pedibus ſancti ſuper eos incederent. Quod cùm factum fuiſſet, angelus domini eos anteibat, & colligebat clauos, ne infigerentur pedibus eorum. Demum data eſt ſententia vt ad inſtar Chriſti paterentur. Poſuerunt autem ſingulis eorum coronas ſpineas, & in monte Araraih in terra clauis cruci affixerunt, calamis acutiſſimis eorum latera aperientes. Et circa horam ſextam terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: hora autem nona tranſlatæ ſunt animæ eorum ad ſuperos apertis cœlis & lumine maximo ſuper eorum corpora emiſſo, ibique ab angelis corpora eorum ſepeliuntur.

Milites cruciatur.

Mat. 10. Mille alij milites ſe eis adiungunt.

Sancti milites moriuntur: coluntur. 22. Iunij.

§. V.

De S. Sophia & filiabus eius Fide Spe & Charitate de quibus extat narratio Metaph. apud Sur. to. 4. quæ huic hiſtoriæ plane adſtipulatur.

De ſancta Sophia cum tribus filiabus, Fide, Spe, & Charitate. Hæc matrona nobilis cum ſuis filiabus (ex vrbe Mediolano, quæ ei patria fuerat, profecta) venit ad vrbem, & exemplo ſuæ religionis & ſobrietatis multas etiam nobiles fœminas conuertit ad Chriſtum quæ cùm viros ſuos infideles abhorrerent propter eorum idololatriam & alia vitia, quidam nobilis Antiochus nomine denunciauit Adriano imperatori quamdam mulierem Chriſticolam aduenitſſe ad vrbem, quæ cum ſuis filiabus ſua doctrina noua faceret vxores à toris maritorum ſuorum abſtinere, nec niſi in Chriſti cultu quemque poſſe proficere. Qui iuſſit eas ad ſe adduci. Erant autem puellæ ſpecioſæ valde, & in diuinis ſcripturis eruditæ, quæ munientes ſe ſigno crucis ante imperatorem cum matre ſteterunt. Miratus autem valde Adrianus pulchritudinem illarum interrogauit matrem de nomine ſuo. At illa reſpondit. Primum mihi & nobile nomen eſt, Chriſtiana: ſecundùm carnem verò vocor Sophia de genere nobiliſſimo Italiæ, & veni Romam cauſa filiarum mearum, vt eas Chriſto in munere offerrem. Tunc imperator tradidit eas cuidam Palladio ſenatori, vt eas per triduum in palatio ſuo cuſtodiret. Quod cùm factum eſſet, mater filias hortabatur ad contemptum vitæ præſentis, & tolerantiam paſſionis. Poſt triduum cùm adductæ eſſent cum matre coram imperatore, dixit eis Adrianus imperator. O infantulæ, miſeremini ætatis veſtræ & ſenectutis matris, ſacrificate dominatoribus vrbis, & adopto vos in filias ſub teſtimonio ſenatus ſacri, & militaris exercitus. Quod ſi non acquieueritis, iuro vobis deos, nec ætati, nec generi, nec decori me parciturum: ſed variis ſuppliciis excruciatas vos conſumam. Ad quem adoleſcentulæ ſanctæ quaſi ex vno ore dixerunt. Nobis imperator nec promiſſiones tuæ cordi ſunt, nec comminationes terrori. Nos patrem habemus, qui nos adoptauit in hæreditatem æternam, cuius etiam comminationes timemus, quæ ſunt ſempiterna ſupplicia. De cætero ſi qua tormenta habere te exiſtimas, quæ fidem noſtram vincere valeant, admone, & cognoſce Chriſtianorum vires tuis cruciatibus fortiores. Iratus Adrianus matrem aduocat, & ait. Secundùm ordinem ætatis edicite mihi nómina puellarum. Quæ ait. Prima Fides dicitur, annorum duodecim: ſecunda Spes, annorum decem: tertia Charitas annorum nouem, aduocans ergo Adrianu Fidem, ait. Immola magnæ Dianæ, & agnoſce quàm pulchra ſit. Cui ſancta Fides reſpondit. O inſipientia cæcitatis humanæ, derelinquere dominum qui omnia ex nihilo verbo ſuo fecit, & adorare ligna & lapides, quæ facta ſunt arte hominum & ſculptura decorata. Audiens hæc Adrianus, iuſſit eam ſpoliari, & virgis cædi: donec pollicoretur ſe Dianæ ſacrificaturam. Duodecim ergo centurionibus ad percutiendum corpus eius mutatis, nullus tactus plagæ in ipſa apparebat. Iterum iuſſit ferro incidi mammillas eius. De loco autem inciſuræ pro ſanguine lac fluebat. Et Fides ad imperatorem. Hæ ſunt (inquit) omnes minæ tuæ? Iuſſit poſt hoc imperator eam in craticulam poni & aſſari. At illa quieſcebat in ea ſicut nauis in tranquillo mari. Iuſſit exinde illam in ſartagine frigi, pice, cera, & bitumine in ea feruentibus. Cúmque nec hoc tormento in vllo fuiſſet læſa, iratus Adrianus quod nequaquam potuerat virgini ad immolandum ſuadere iuſſit eam gladio percuti.

Sophia cũ filiabus imperatori ſiſtitur.

Imperator blandi tur puellis.

Puellæ imperatorẽ prudenter alloquuntur.

Sanctæ Fidei ſupplicium.

Aduocans ſecundam Adrianus cœpit ei ſuadere, vt ſacrificaret Dianæ, & tormenta euaderet. Cui puella. Scito imperator, quia nihil proficies inanibus verbis. Tunc iuſſit eam ſpoliari & flagris taureis à decem centurionibus immutatis verberari, nec ex hoc potuit in aliquo conſenſum virginis elicere. Et conuerſa ad imperatorem ait. Tyranne inimice pietatis, ſi quid adhuc tormentorum habes, adhibe: vt experimento cognoſcas in mei Dei eſſe virtutem. Iratus Adrianus præcepit eam viuam incendi. Quæ cùm ingreſſa eſſet fornacem, ſtatim flamma extincta eſt, & ipſa cœpit Deum ibi laudare. Cuius vocem audiens Adrianus, educi fecit, & ſuſpenſam torqueri. Cúmque torqueretur, odor ſuauiſsimus de membris eius exibat, & hilari vultu ait. Tyranne non ſentio pœnam, adiuuante me domino Ieſu Chriſto. Adrianus verbis eius magis inflammatus iuſsit adduci vas æneum, & mitti in illud picem, adipem, ceram, & reſinam. Quod cùm factum eſſet, & in illud feruens miniſtri puellam vellent immittere, reſolutum eſt vas, & liquor excuſſus carnifices exuſsit vſque ad oſſa. Adrianus nec tanto miraculo emollitus mandauit eam decollari.

Spes Fidei ſoror.

Aduocat demũ tertiam imperator, quæ dicta eſt Charitas, quæ cùm ſermonibus eius nõ acquieſceret, vt idolis immolaret, iuſsit eam ſuſpendi, & per noua quædã ſupplicia torqueri & flagellari, deinde in ignẽ mitti.

Charitatis martyrium.

A. C. 127.

mitti. Et cùm ſigno crucis ſe muniens flammam intraret, erupit flamma de camino, & incendit turbam magnam miniſtrorum. Sancta autem deambulabat in igne laudans Deum. Audiens Adrianus iuſſit eam inde educi per [corporis ſui] protectores. Qui cùm appropinquaſſent ori fornacis, vident tres cum ea deambulantes ſole ſplendidiores. Vnde exterriti in faciem ceciderunt. Et reſumpto ſpiritu rogauerunt virginem, vt egrederetur. Quam & imperatori præſentatam iuſſit Adrianus occidi. Mater earum ſancta Sophia collegit corpora filiarum, & aſportari decimooctauo milliario ab vrbe fecit, vbi ea ſepeliuit. Et cùm turbis præſentibus ſe B proieciſſet in oratione ſuper ſepulchra filiarum, & cum lachrymis diceret, Filiæ meæ accipite me ad vos, velut ſopore depreſſa quieuit in pace.

Coluntur ſimul 1. die Aug.

§. VI.

S. Seraphiæ vitã ex MS. co. vetuſto ſumptum edidit Sur. to. 5. ex quo hæc collecta ſunt, eam etiam habet Ado in marty. colitur 3. Sept.

SVB eodem Adriano imperatore martyrio coronata eſt beata virgo Serapia genere Antiochena; ſub iudice Beryllo. Cùm enim in domo illuſtriſſimæ fœminæ Sabinæ Romanæ vxoris olim illuſtriſſimi viri Valentini & Herodis filiæ tunc viduæ C maneret, rapta à miniſtris, præſentata eſt præfato iudici. Quæ cùm nollet ſacrificare diis, miſſa eſt in obſcuriſsimum thalamum. Et cùm duo iuuenes laſciui nocturno tempore ex ordinatione impij iudicis fuiſſent ad eam introducti vt ei illuderent, cadentes in terrã velut mortui membris reſoluti ſunt: ſed poſtea ante iudicem oratione virginis ſanati ſunt. Iuſsit exinde iudex impius cùm ea nollet ſacrificare idolis, lampades ardentes ad latera eius apponi: ſed miniſtri conuerſi ſunt retrorſum. Poſt quæ fuſtibus cæditur: ſed terræmotus factus eſt magnus, & excuſſa eſt feſtuca de fuſte quo cædebatur, & in D oculum iudicis exiliit, quem poſt dolorem multum luſcum reddidit. Et iudex ſententiam mortis gladio dedit, quam ſancta Sabina per eam conuerſa in ſuo ſepulchro poni fecit 4. Kalen. Auguſti. Hæc autem Sabina operibus miſericordiæ inſiſtens, cùm eſſet nobiliſsima & diues, præfecto Elpidio rabidiſsimo cani poſtea denunciata eſt, quod eſſet Chriſtiana, quam fecit coram ſe ſiſti, & cùm nollet ſacrificare diis falſis & mutis, dicens ſe immolare Deo viuo & vero qui omnia creauit, non dæmonum ſimulachris cum quibus ipſi imperatores adorantes arſuri eſſent, capitalem ſententiam accepit. 4. Calen. Septembris E & ambarum corpora nunc iacent in eccleſia ſanctæ Sabinæ Romæ.

De S. Sabina præter MS. codicem qui continet vitam B. Seraphiæ, Ado in marty. quẽ adducit Sur. to. 4. ex quo hæc deſumpta ſunt: colitur 29. Auguſt.

§. VII.

S. Mariæ ancillæ hanc vitã ex Vinc. ſpec. hiſt. l. 11. ca. 86. & 87. accepit D. An. quã etiam edidit Sur. t. 6. colitur 1. die Nouẽ.

PRæfati quoque imperatoris tempore, quædam nomine Maria ancilla conditione, Chriſtiana autem fide: ſed occulta, manifeſtata ab aliis, iudici eſt præſentata. [Nam cùm eſſet ancilla cuiuſdam Tertulli præclari viri in natali filij eius] inuitatur ad ſacrificia idolorum ſub comminatione ſuppliciorum. Quæ cùm renueret, & tormenta eſpararentur, F vox quaſi totius populi adſtantis illi virgini compatientis emerſit, clamantis, iniuſte lacerari virginem crudelitate iudicis, non culpa peccantis, agique contra leges omnia. Propter quod timens iudex tumultum, fecit eam relaxari, & ſub cuſtodia libera haberi. Quæ orans vidit angelorum aciem & ſanctorum

A multitudinem, atque filium Dei ſedentem ad dexteram patris, vnde ſummam iucunditatem percepit. Cúmque illa diſcederet, vbi ſe à perſequentibus circumdatam vidit, orauit ad dominum vt liberaretur de manibus eorum, quæ protinus exaudita eſt. Nam petra ingens, quæ erat ante eam, aperiens ſe Deo iubente rimam perfugij, qua virgo ſuſciperetur oſtendit, moxque ſuſcepta virgine latera ante aperta concluſit, nec eam inuenire vel videre poterant petram ipſam circundantes. Iudex vero hæc audiens miſit magnam multitudinem, & populo concurrente cùm injicere manum lapidi tentarent, ſtatim ab B oriente fulgor nimij ſplendoris exortus eſt, nec mora, tonitruum & fragor quidam auditus eſt, vt viderentur cuncta corruere, & terra concuſſa eſt, & omnes in terram ceciderunt. Deſcenderúntque de cœlo duo equites, id eſt, angeli velut ignis rutilantes, quorum aſpectus ita terruit homines adſtantes vt multi morerentur. Alij cùm fugientes templa ſimulachrorum ingrederentur ad ſui tutelam, ignis de cœlo miſſus & eos & templum exuſsit. Fuerunt autem ex hoc mortui duo millia & ſeptingenti, qui vero euaſerunt petentes ciuitatem magnis per iter vocibus conclamabant. Magnus Deus Mariæ, magnus C Deus Chriſtianorum. Et crediderunt ad tria millia fermè animæ.

A.C. 127.

Petra mirabiliter virginem inuoluit.

In ciuitate quoque Italiæ Brixia eodem tempore paſsi ſunt Fauſtinus & Iouita. Et primo quidem diuerſa genera beſtiarum ferociſsimarum ad eos miſſa nil illorum læſerunt: ſed in manſuetudinem verſa pedibus eorum ſe proſtrarunt, ita vt videntes populi clamarent, Magnus eſt Deus. Et crediderũt plus quam tria millia. In medio flammę poſiti cùm Deum benedicerent, illæſi permanſerunt. Deinde iuſsi ſunt excoriari: ſed miniſtri non valuerunt. Poſt hæc præcepit iudex iniquus eorum brachia conſtringi, & in D altum ſuſpenſos vehementer torqueri. Quod miniſtri protinus egerunt. Et alij plumbum ſolutum ſuper eos mittebant. Sed martyres à Deo confortati, nihil de his ſentiebant. In eculeo quoque ſuſpenſi his cùm lampades incenſæ ad latera eorum apponerentur, extinctæ ſunt. Tandem extra vrbem ducti, decollati ſunt. Et beatus Callocerius cum eis, quia clamauit, Vere magnus eſt Deus Chriſtianorum.

Fauſtinus & Iobbita.

De S. Fauſtino & Iouita de quib. Ado & MS cod. to. 1. Sur. cum quibus hæc cõſentiũt. coluntur ei Februa.

Callocerius.

¶ *De papa Teleſphoro, Higino, & Pio ſucceſſoribus eius, & martyribus tunc paßis, Polycarpo, Iuſtino, Potino, Felicitate cum filiis: & de* E *mirabili hiſtoria Eugeniæ virginis, Cæciliæ, Martinæ, Quirito, & Calliſto papa, Vrbano & de ſcriptis Origenis.*

CAP. VI.

IN Papatu Xiſto ſucceſsit Teleſphorus natione Græcus ex [a] Anachoretis aſſumptus. Hic ſtatuit ieiunium [b] quadrageſimale per ſeptem hebdomadas à clericis ſeruandum. Dicit enim. Sicut diſcreta debet eſſe F vita clericorum à laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet eſſe diſcretio. Septem ergo hebdomadas omnes clerici à carne & delitiis ieiunent, & hymnis & vigiliis & orationibus die noctúque inhærere ſtudeant. diſtinct. 4. ſtatuimus. Dicit tamen Gratianus diſtinct. ea. in fi. Hæc, quia communi vſu approbrata non ſunt, non obſeruantes ea quaſi

Teleſphorus Pont. max 9. ſedit a. 10. m. 8. d. 28.

Theleſphorus papa.

Teleſ. in ep. ca. 1.

 tranſgreſſo

A.C. 127.

A tranſgreſſores non arguuntur. Sed hoc dicit quantum ad duos dies qui immediate ſequuntur dominicam in quinquageſima. Idem Teleſphorus ſtatuit vt miſſæ nocte natalis celebrarentur, & vt hymnus angelicus, id eſt Gloria in excelſis, in miſſa diceretur, quem aliquis doctor poſt verba angeli componendo perfecit. Nullus enim audebat ante tertiam, miſſam celebrare, quia prohibitum erat de conſe. di.1.nocte. Sed hodie abrogatum eſt per contrariam conſuetudinem. Hic Teleſphorus martyrio coronatur, & poſt annos 11. quibus eccleſiam rexit, & iuxta corpus beati Petri ſepultus eſt in Vaticano. 4. nonas Ianuarij. Et ſucceſſit Higinus papa, qui ſedit annis quatuor.

Ibid.

Hodie ante tertiam licet dicere miſſam.

Higinus 10 Pont. max. ſedit an. 4.

a Quoniam, hic Anachoreta vel vt ait Onuph. Anachoretæ filius, apparet in prima eccleſia aliquos fuiſſe huius ſancti inſtituti ſectatores Geneb.

b Quadrageſimæ ieiunium iam ab Apoſtolis traditum Can. 69. Apoſt. & apud Clem. l. 5. & 7. conſtit. Igna. ep. 4. ad Phil. veteres denique omnes ſed à multis fortaßis propter perſecutiones neglectum reſtaurauit. Geneb. vel potius ſanciuit hic Pont. vt cum alij ex Apoſtolorum inſtitutione non plenas ſeptem hebdomadas ieiunarent, incipiebant enim quadrageſimam vel feria 4. ſicut nos ſolemus vel feria ſecunda poſt primam quadrageſimæ dominicam, clerici ſeptem plenas hebdomadas ieiunarent harum ieiunium à feria 2. dominicæ in quinquageſima incipientes. Vide Turrianum l. 5 pro can. Ap. caput. 8.

§. I.

ET poſt eum Pius cathedram Petri tenuit annis 11. Hic fuit Italicus de ciuitate Aquileia ex patre Ruffino, frater Paſtoris tempore Antonini imperatoris. Sub huius epiſcopatu Hermes librum ſcripſit, in quo mandatum continetur quod ei dedit angelus apparens ei in habitu paſtoris, ſcilicet de celebrando Paſchate reſurrectionis die dominico. Hic li. Paſtoris ponitur inter Apocryphas ſcripturas. di. 15. ſancta Romana. Vnde de conſe. di. 3. noſſe. ait Pius papa. Hermeti apparuit angelus in habitu paſtoris, & præcepit ei vt Paſcha die dominica ab omnibus celebraretur. Vnde & nos apoſtolica authoritate inſtituimus omnes eadem ſeruare debere quæ & nos ſeruamus, nec debetis à capite quoquo modo diſcedere. Ipſe Pius papa de pœn. di. 3. nihil, ait. Nihil prodeſt ieiunare homini, orare & alia religionis opera facere, niſi mens ab iniquitate reuocetur & lingua ab obtrectationibus coerceatur: gloſ. ibi, nihil prodeſt, ſcilicet ad vitam æternam, etſi ad alia proſit. Migrans 5. idus Iulij ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

D

Pius Pont. 11. ſedit. a. 11. m. 5. d. 27. Onu.

Pius prima epiſt.

Paſcha die dominico celebrandum.

Pius ibid.

Pio papæ ſucceſſit Anicetus natione Syrus, ſedit annis. 9. menſibus 3. diebus 2. Et ceſſauit epiſcopatus diebus 15. Hic conſtituit vt clerici portent coronam ad modum ſphærulæ, vt ſcilicet oſtendant ſe reges ſpiritualiter eſſe, ſe & alios virtutibus bene regendo, vt dicit Hiero. 12. q. 1. duo ſunt. Item quod nõ debeat epiſcopus, niſi à tribus epiſcopis ad minus conſecrari. Et quod conſecrationi archiepiſcopi interſint ſuffraganei diſti. 47. archiepiſcopus. Et quod archiepiſcopi non primates: ſed metropolitani dicantur.

Anicetus Pont. max. 12. ſedit a. 9. m. 3. d. 24. Onup.

Epiſt. ad quemdam leuitam.

Poſt Anicetum creatus eſt pontifex ſummus Soter natione Campanus de ciuitate Fundana, ſedit annis 9. menſibus 3. diebus 21. Et ceſſauit papatus diebus. 23. Hic conſtituit vt nulla monacha pallas tangat, quod forte intelligitur de corporalibus, nec ad altare incenſum deferat, & quod velum portet. Conſtituit etiam quod non habeatur vt legitima vxor, quæ non fuerit per ſacerdotem benedicta, quo ad ſcilicet primum matrimonium & niſi ſit à parentibus tradita. Et hoc inſtituit ad obuiandum ſcandalis matrimonij ad terrorem, non quin [a] eo obſeruato quod eſt ſubſtantiale, ſine illis ſit verum matrimonium. Huius tempore ſurrexit hæreſis Cataphrigarum.

Soter Pon. max. 13. ſedit a. 7. m. 11. d. 8. Onuph.

A.C. 127.

B Hunc ſequitur in præſulatu Eleutherus, qui ſedit annis quindecim, menſibus ſeptem, diebus quinque. Et vacauit epiſcopatus diebus ſex. Hic [b] accepit epiſtolam à Lucio rege Britannico, vt per eius mandatum Chriſtianus fieret. Qui Eleutherus duos deſtinauit ad eum Fugatium & Damianum, qui baptizauerunt regem cum populo ſuo. Hic firmauit, quod apoſtoli docuerant, ſcilicet quod nulla eſca, quæ rationabilis & humana ſit, repudiaretur à Chriſtianis, & hoc ne viderentur Iudaizare. Item quod nullus clericus deiiceretur à gradu ſuo niſi accuſatus & conuictus. Et demum martyrio coronatur.

Eleutherus 14. Pō. max ſedit. a. 15 d. 13. Eleutherus in Britanniam Fugatium & Damianū legat: Dā. in Pont. & Bed. l. 1. hi. eccl. c. 4.

C

a Nunc poſt Conc. Trid. promulgationem, matrimonium quod contrahitur aliter, quàm præſente Parocho vel alio ſacerdote de ipſius Parochi ſeu Ordinarij licentia & duobus vel tribus teſtibus nullum penitus & irritum eſt, vt patet ſeſſ. 24. de reformat. matrimonij ca. 1. ex hoc autem apparet quomodo hoc ſacroſanctum concilium maiorum veſtigiis inhæreat, cum in hoc decreto cum S. Sotere tam antiquo Pontifice conſentiat.

b Cur obſecro tot epiſcopis, qui iam tunc, & in Galliis & in vicionioribus Italiæ regionib. erant prætereitis ad Rom. Pont. Lucius confugit? niſi quia ex his fidelib. qui Chriſtum in Italia prædicabant didicerat Petrum Apoſtolorum principem Romæ cathedram epiſcopalem collocaſſe, ibique principium & fontem Catholicæ communionis ſedere cuius in manu potiſſimum eſſet, nouas conſtituere eccleſias & nouos illis paſtores præficere. Sand. l. 7. de viſib. mon.

§. II.

TEmpore præfatorum pontificum imperantibus Antonino Pio & filiis (vt dicetur) multi glorioſo martyrio & doctrina eccleſiam illuſtrarunt. Et præcipue Polycarpus & Papias. De quibus ſic ait Hiero. in lib. de vir. il. Polycarpus Ioannis apoſtoli diſcipulus, & ab eo Smyrnæ epiſcopus ordinatus totius Aſiæ princeps fuit. Quippe qui nonnullos Apoſtolorum, & eorum qui dominum viderant in carne magiſtros habuerit & viderit. Hic propter quaſdam ſuper die Paſchæ quæſtiones ſub imperatore Antonino Pio eccleſiam in vrbe regente Anicleto Romam venit, vbi plurimos credentium Marcionis & Valentini perſuaſione deceptos hæretica prauitate ad veram fidem reduxit. Cúmque ei fortuito obuiam ei fuiſſet Marcion & diceret cognoſcis nos? Reſpondit ille. Cognoſco primogenitum diaboli. Hoc Beda etiam refert 24. quæſtio. 1. omnis. Hic poſtea imperante Marco Antonino & Lucio Aurelio Commodo quarta perſecutione excitata contra Eccleſiam Smyrnæ, [ſedente proconſule &] vniuerſo populo contra eum in amphiteatro perſonante igni traditus eſt. Scripſit autem ad

E

Quarta Chriſtianorum perſecutio.

Polycarpus quis fuerit.

Polycarpus Romā venit.

F

In 1. ca. ep. 1. Ioan.

Philippenſes

A. C. 140.
Euſ. l. 4. hi. eccle. c. 14. & 15.

Philippenſes valde vtilem epiſtolam: quæ vſque in hodiernum diem in Aſiæ conuentu legitur. Hic Polycarpus cùm primo audiret vulgus in ſe clamoribus excitatum, in nullo penitus motus eſt: ſed manſit impauidus. Tranquillus namque erat moribus, & ſerenus aſpectu. Qui cùm in eadem ciuitate vellet interritus permanere, acquieſcens tamen deprecantibus ſe familiaribus ſuis, ad agrum quemdam ciuitati proximum ſecedit, atque ibi cum paucis dienoctúque in orationibus permanſit pro pace eccleſiarum, (quæ vbique ſunt Deo ſupplicant,) quod ei facere in omni vita ſua perpetui moris fuit. Sed is in oratione poſitus ante triduum quàm comprehenderetur, vidit viſionem per noctem, ceruical capitis ſui flammis eſſe conſumptum. Quod euigilans interpretatus eſt adſtantibus ſomnium dicitque ſe pro certo ob Chriſtum per ignem vitæ exitum ſortiturum. Et cùm comprehenſores comperiſſet adeſſe, in occurſum eis progreſſus lętanter eos ſuſcepit, vt illi omnes mirarentur. [Sed ille nihil moratus,] continuo menſam hoſtibus, quaſi hoſpitibus iubet apponi, eíſque largius epulas miniſtrari, vna hora ab eis orationis gratia impetrata. Et facta oratione pro eccleſia, aſino inſidens ad ciuitatem progreditur. Pergenti præfectus ei occurrit Herodes cum ſuis, qui leuantes eum in vehiculum ſecum ſedere & perſuadere ſedulo conabantur dicentes. Quid enim mali eſt Cęſarē dominum dicere & immolare, & de cætero viuere ſecurũ, [hæc ille primo tacitus audiuit. Sed vbi perſiſtebãt ait ad eos: Quid multis opus eſt? facturus non ſum quod dicitis.] At vbi illi ſenſerunt ſe nihil proficere indignatione commoti cum contumelia eum vehiculo perturbant, ita vt pedem læderet pręceps actus. In ingreſſu autem ciuitatis concurrente multitudine, vox de cœlo lapſa eſt dicens. Fortis eſto Polycarpe, & viriliter age. [Interea animatur ad furorem tumultus populi videntis, quia Polycarpus introducitur. Cúmque eminus à Proconſule interrogaretur ſi ipſe eſſe Polycarpus, ſe eſſe confitetur. Sed inſiſtente proconſule & dicente iura fortunam Cæſaris & dic in Chriſtum conuicia & dimitto te. Polycarpus ad hæc. Octoginta, inquit & ſex annis ſeruio ei, & nihil me læſit vnquam, quomodo poſſum maledicere & blaſphemare regem meum, qui ſalutem mihi dedit: hæc & multa alia his ſimilia dicens Polycarpus, confidentia ſimul & lætitia replebatur, ita vt alacritatem vultus eius conſtantiamque reſponſionum proconſul maximo ſtupore miraretur, miſſo igitur Curione] ad populum iubet magna voce proteſtari Polycarpum tertio confeſſum Chriſtianum ſe eſſe. Quo audito omnis multitudo tam Gentilium quàm Iudęorum Smyrnenſis ciuitatis cum magno furore acclamabant. Hic eſt totius Aſiæ doctor & Chriſtianorum pater, noſtrorum autem deorum ſubuerſor, viuus ardeat. Præparato igitur magno igne, & in eum ligatis poſt tergum manibus iniecto, flamma ſtabat ſupra corpus eius non vrens ipſum. Videntes autem ſceleris miniſtri corpus igne non poſſe conſumi, iuſſerunt propius accedere confectorem, & corpus cui ignis ceſſerat mucrone trãſfodere. Quo facto tam large profuſus eſt ſanguis vt focum extingueret. Populus autem tanti miraculi ſtupore diſceſſit attonitus. Alij etiam duodecim ex Philadelphia venientes apud Smyrnam martyrio coronati ſunt.

Polycarpus quomodo pro Christo mortuus.

Polycarpus in ignem inijcitur.

Polycarpo ignis non nocet.

De Papia Hieropolitano.

§. III.

A. C. 140.

A Hieronymus de viris illuſtribus. Papias, inquit, Ioannis auditor, Hieropolitanus in Aſia epiſcopus quinque tantum ſcripſit volumina, quæ prænotauit, Explanatio ſermonum domini. In quibus cùm in præfatione aſſerat ſe non varias opiniones ſequi: ſed apoſtolos habere authores, ait. Conſiderabam quid Andreas, quid Petrus dixiſſet, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus [, quidue alius Iacobus,] quid Ioannes, quid Matthæus vel alius quilibet diſcipulorum domini. Quid etiam Ariſtion & ſenior Ioannes diſcipulus domini loquebantur. Non enim mihi tantum libri proſunt ad legendum, B quantum viua vox vſque hodie in ſuis authoribus perſonans. Ex quo apparet ex ipſo catalogo nominum, alium eſſe Ioannem qui inter apoſtolos ponitur, alium Ioannem ſeniorē, quem poſt Ariſtionem enumerat. Hoc autem diximus propter ſuperiorem opinionem, quam à pleriſque retulimus traditam, duas Ioannis epiſtolas poſteriores non eſſe Ioannis apoſtoli: ſed Ioannis presbyteri, hic dicitur Iudaicam mille annorũ ediſſe δευτέρωσιν, i. falſam opinionem, ſcilicet quod ſancti regnaturi ſunt cum Chriſto mille annis poſt vltimam reſurrectionem in voluptatibus corporis. Propter illud quod ſcribitur in C Apocal. Regnabunt cum illo mille annis &c. Sed 24. q. 3. ca. penulti. dicitur quod Cherintus fuit inuentor huius erroris. Quam opinionem ſecuti ſunt Ireneus & Apollinarius Tertullianúſque & Victorinus Pictauienſis & Lactantius in hanc opinionem ducti ſunt, vt patet quoad Lactantium in libro inſtitutionum. Et nota quæ dicit Helinandus circa hos & bene. Papias igitur author fuit hæreticorum qui dicuntur χιλιασταὶ id eſt, millenarij, non tamen inter hæreticos: ſed inter ſanctos in martyrologio computatur ſicut nec Ireneus Lugdunen. nec Victorinus Pictauiẽſis hęretici reputãtur, qui glorioſi martyres D fuerunt, & tamen in hac opinione Papiam ſecuti ſunt. Multi enim ſancti in aliquibus ſimpliciter erraſſe dicuntur ſeu leguntur: ſicut ſanctus Cyprianus qui negat ſacramẽta vera eſſe apud hæreticos etiam ſeruata debita forma. 1. q. 1. ſi quis inquit. Cuius contrarium tenet eccleſia. di. 32. §. verum. Qui tamen error non eis pernicioſus iudicatur propter cæteras eorum virtutes eminentes. Et quia non ex obſtinatione: ſed ex ignorantia & cum ſimplicitate errabant. Adde quia hæc nondum erant per eccleſiam determinata: vnde Cypria. Ignoſci poteſt ſimpliciter erranti. Poſt inſpirationem verò & reuelationem E factam, qui in eo quod errauerat prudens & ſciens perſeuerat, ſine ignorantiæ venia peccat, præſumptione enim quadam & obſtinatione nititur, cùm à ratione ſuperetur. diſtin. 8. conſuetudo.

Libri non tam proſunt quam viua vox, i. traditio Apoſtolorum.

Papias auctor Chiliastarum.

Apo. c. 20

Lac. l. 7. ca. 24.

Sancti patres quomodo errarunt & ſi propterea ſalutem ſint conſecuti.

Cyp. ep. 6. ad mag. l. 1.

Cypr. ep. ad Iubaianum.

Error poſt reuelationem & definitionē pernicioſus.

§. IIII.

IVſtinus philoſophus vt ait Hugo. Floriacen. Antonino Pio librum de Chriſtiana religione compoſitum tradidit, & benignum illum erga Chriſtianos reddidit. Hic Iuſtinus vt ait Hiero. philoſophus F habitu quoque philoſophorum incedens, de Neapoli vrbe Paleſtinæ patre Priſpo Bacchio pro religione Chriſtiana plurimum laborauit, intantum vt Antonino Pio & filiis eius & ſenatui contra gẽtes ſcriptũ daret, & ignominiam crucis non erubeſceret. Et aliũ librũ ſucceſſoribus eiuſdẽ Marco Antonino, Vero & Lucio Aurelio Cõmodo dedit. Extat & aliud

De Iuſtino philoſopho & martyre.

Euſe. in Chro.

Hiero. in Catal. virorum illuſt.

A.C. 127.
Lib. 1 Iuſti ni.

A volumen eius contra gentes, vbi de dæmonum quoque natura diſputat. Et quartum aduerſus gentes [cui & titulum prænotauit ἔλεγχος.] Aliud quoque de monarchia Dei. Alterum quem prænotauit, Pſaltem: de anima quoque vnum. Sed & dialogum contra Iudæos, quem habuit aduerſus Typhonem principem Iudæorum. Sed & contra Marcionem quoque hæreticum inſignia volumina, quorũ meminit Ireneus martyr. Et alium contra hæreſes. Fuit autem hic Iuſtinus (vt ait [a] Vincen. in ſpecu. hiſto. lib. 11.) diſcipulus Pompeij Trogi Hiſpani, qui totius orbis hiſtorias à tempore Nini regis Aſſyriorum vſque ad B Cæſaris monarchiam compoſuit Latino ſermone per 44. libros, quorum abbreuiationem fecit iſte Iuſtinus. Cæterum vtrum hic ſit ille Iuſtinus martyr, an alius ignoro. In apologetico quem Antonio pio deſtinauit inter cætera ait. Spero me ab aliquo eorum quibus pro veritate obſiſto, inſidias eſſe paſſurum: ſpero baculo aut claua feriendum, certe vel à Creſcente hoc non φιλοσόφου ſed φιλοκόμπου, id eſt non amatore ſapientiæ ſed amatore iactantiæ. Neque enim dignum eſt, philoſophum nominari eum, qui de iis, quæ neſcit publice proteſtatur, & Chriſtianos ſine Deo eſſe & impios dicit, ad gratiam & C libidinem eorum, quos in errore poſitos ipſe maioribus erroris laqueis inuoluit. De Iuſtino ſic ſcribit Euſebius, Iuſtinus prius quàm proprium deſudaret, aliorum qui ante ſe martyres extiterant deſcribens agones, [mulieris, ſcilicet quæ turpi coniuncta viro, & Chriſtiana effecta turpiter viuere deſierat & quorundã aliorum martyrium refert & poſt hæc illa verba ſubiungit.] Et ego ſpero me ab aliquo horum quibus pro veritate obſtiti inſidias eſſe paſſurum. Hieronymus autẽ de viris illuſtribus, Hic cùm in vrbe Roma (ait) τὰς διαλέξεις haberet, & Creſcentem Cynicum philoſophũ qui multa aduerſus Chri- D ſtianos blaſphemabat: redargueret guloſum & mortis timidum: luxuriæ quoque & libidinum ſectatorem: ad extremum vero ſtudio eius & Vſuar. in martyr inſidiis accuſatus quòd Chriſtianus eſſet pro Chriſto ſanguinem ſuum fudit. De hoc etiam alibi legitur, vt refert Vincen. quod remunerationem linguæ fidelis & eruditæ martyrij munus accepit, quodam philoſopho Creſcente nomine cynico tam pro confeſſione quàm pro moribus dolos inſidiáſque tendente, quoniam quidem ſæpe cum eo diſputans auditoribus mediis, nõ ſolum obtinuerat eum, verum & vehementius veritate ſibi ſuffragante confuderat.

Iuſt. Apol. 2. quæ habet Euſeb. l. 4. hiſt. ca. 26.

Cynicus philoſophus Chriſtianos ſine Deo proteſtatur.

L. 4. cap. 17.

a Duo fuerunt Iuſtini clariſſimi, vnus Trogi Pompeij abbreuiator, Romanus à noſtra religione alienus & in noſtris libris minime verſatus, vt apparet ex his quæ de Iudæis ſcripſit in lib 36. alter fuit eximius philoſophus omni liberali doctrina instructus, vir de noſtra religione optime meritus, cuius aduerſus gentes, philoſophos & Iudæos patronum egit & hic eſt de quo ex Euſebio & Hieronymo, & aliis fit mentio neque hic vel opinioni S. Vincentij vel D. Antonini dubitationi, quicquam eſt tribuendum.

§. V.

De martyrib. Lugdunenſibus & Viennẽſibus.

PER idem tempus ſcilicet imperij Marci Antonij & Lucij Aurelij perſecutio duriſſima (vt ait Hugo Floriacen.) Lugdunenſem atque Viennenſem nobiliſſimas Galliarum vrbes inuaſit. Vnde Potinus Lugdunenſis epiſcopus & Iuſtus Viennenſis A epiſcopus in ciuitatibus illis cum multis aliis martyrio coronati ſunt. Hic Potinus epiſcopus (vt ait Euſe.) iam nonagenarius erat: & pœnè iam mortuus ſolo martyrij amore viuebat. Ducitur ad tribunalia, immò potius defertur ſenio & languore reſolutus. Interrogatus autem à preſide quis eſſet Deus Chriſtianorum, reſpondit. Si dignus fueris ſcies, iis verbis adſtantes irati, pugnis & calcibus & aliis variis modis eum affligentes in carcere cum aliis pluribus clauſerunt, qui paulopoſt ſpiritum domino commendauit. Præcipue ante milites perurgebant, vt inquit Euſe. in lib. hiſto. eccle. Sanctum nomine, B quemdam diaconũ Viennenſem & Maturum, neophytum quidem: ſed in fide & patientia robuſtiſſimum. Et Attalum Pergamenum ciuem, qui columna & firmamentum noſtræ eccleſiæ in omnibus fuit, & Blandinam fœminã per quã Chriſtus oſtendit quia ea, quæ apud homines deſpecta ſunt & contemptui habentur, in magna gloria apud Deum, ducuntur. Et quia charitas eorum quæ fragilia ſunt per naturam, per gratiam facit eſſe firmiſsima, cùm enim omnes nos de ea trepidaremus ſed & ipſa carnalis domina, quæ vna erat ex numero martyrum, anxiaretur, ne forte Blandina cederet in tormentis, C & præ debilitate corporis vix ad primæ confeſsionis tormenta ſufficeret, tanta tolerantiæ virtute firmata eſt, vt reſoluerentur prius & conciderent carnificum manus, qui ſibi pro contentioſa iudicis animoſitate inuicem ſuccedebant. Denique à prima luce vſque ad veſperam ſemper tormenta innouantes, ad vltimum ſe victos confitentur: ſtupentes quomodo in ea ſpiritus permaneret, cùm nihil in illa ex corpore per ſupplicia reſediſſet. Sed illa vere beata (vt poſtmodum nobis ipſa diſſeruit) quoties vocem cõfeſsionis emiſit, & Chriſtiana ſum, proclamauit, toties nouæ vires corpori reddebantur, tanquam abla- D tis per confeſsionem doloribus, inſtaurabatur recentior ad agones. Diaconus quoque Sanctus nomine etiam ipſe ſupra quàm dici poteſt, & ſupra quàm humanam fas eſt ferre naturam acrius inſiſtentibus miniſtris dæmonum, quo aliquid ab eo elicere poſſent confeſsionis illicitæ: noua pœnarum genera pertulit, & quæ longe ſubſtantiam humanæ conditionis excederent. At vir ille Deo plenus in tantum crudelitates eorum irriſit, & ferinam in quæſtione ſæuitiam vt nunquam dignatus ſit, vel quis eſſet genere, vnde, domo vel patria, nomẽ ſuum ſaltem eis fateri. Sed de his ſingulis interrogatus, nihil E aliud in omnibus tormentis niſi Chriſtianum ſe eſſe reſpondit. Hoc inquit mihi nomen hoc genus, & patria eſt, aliud omnino nihil ſum niſi Chriſtianus. Vnde & incredibilis eos agitabat inſania, quod tantis pœnarum generibus conſumptis, extorquere ei nec profeſsionem quidem proprij vocabuli potuiſſent. Ad vltimum candentes laminas æris & ferri erga inguinis loca & delicatiora quæque membrorum inſtauratis ignibus adhibebant. Ex quo quidem carnes eius aduſtę igni defluebant, ipſe vero permanebat immobilis, inconcuſſus, intrepidus, cœleſtibus æterniſque fontibus, qui procedunt de ventre F Ieſu humanas in ſe temperans flammas [verumtamen membris omnibus martyr erat & toto corpore vnum vulnus horrebat.] Periit in eo humanæ formę agnitio & non ſolum quis eſſet: ſed & quid eſſet tormentorum crudelitas, ne agnoſci poſſet, abſtulerat, Chriſtus tamen in eo ſolus per martyrij gloriam cognoſcebatur. Sed artifices ſcelerum nunquam martyris erubuere virtutem, poſt paucos etenim dies

[conſiderantes,

A.C. 127.

S. Potinus epiſcopus Lugdunẽſis. Euſ. l. 5. c. 1.

Sanctus Diaconus & Maturus Neophytus à tortoribus vexati.

Sancta Blandina. Euſ. l. 5. c. 1.

Blandinæ virtus.

Blandina quomodo mirabiliter in tormentis cõfortaretur

Sanctus Diaconus cõſtantiſſimus.

Chriſtianum eſſe eſt nomen genus & patria.

A.C. 157.

[conſiderantes, quod ſi tumentib. adhuc vulneribus] tormenta rurſus inferrent, & denuo mẽbra iam putrefacta vexarent, (vnum è duobus fore, aut in ſua impietatis iura ceſſurum, aut) ſi animam poneret in tormentis crudelitatis terrores & cæteris intentandum metum. Sed hoc longe aliter quam cogitauerant impij ceſſit. Nam (quod vix credi ab infidelibus poteſt) reſtitutum eſt in priſtinam ſpeciem corpus per ſecunda tormenta. & officia membrorum, quæ abſtulerat prima crudelitas, ſecunda reparauit, ita vt iterata ſupplicia nõ iam ei pœnã contulerint: ſed medelam. Simili modo & Blandina, quam paulo ante memorauimus ſimili exemplo ad ſecũda ſupplicia reuocatur. Quę cùm ſemiuiua pœnè, & in mortis confinio poſita iteratis fuiſſet pulſata cruciatibus, velut è ſomno quodam ſubito euigilans, in memoriam futuræ beatitudinis venit, & voce conſtanti tanquam de excelſo & edito concionaretur apud populum. (Multum inquit erratis ô viri, quod putatis infantum viſceribus veſci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnib. vtuntur.) Et ſic in confeſſione perdurans iterum numero martyrum conſociata retruditur: & iterum cum aliis fidelibus cruciandis Blandina adducitur. Et poſt varia tormenta tandem eis cæſis ceruicibus Blandina ipſa religata ad ſtipitem, atque in modum crucis diſtenta beſtiis pabulum præparatur. Quæ cùm in ligno pendens vultu interrito & ſatis læto orationem fundebat ad dominum (qua & ſibi conſtantiam, & cæteris agonis ſui conſortibus perſeuerantiam præcaretur,) ſed tamen nulla ex beſtiis audebat corpus eius contingere. Depoſita verò de ligno ruſus reuocatur ad carcerem, aliis adhuc agonibus præparanda. Iterum altera die Blandina inducitur cum Pontico annorum ferè quindecim puero. Statuuntur ergo in medium, & iubentur per deos iurare. Illi vero econtrario nullos eſſe aiebant iſtos per quos iurare cogerentur. Cúmque aliis pluribus verbis exprobrarent gentium Deos iſtos magis cœpit populus inſanire neque teneram pueri ætatem, neque ſexum fœmineę miſerantes: ſed omnia tormentorum genera quaſi quodam circulo peragentes: nihil deeſſe pœnis patiebantur quod crudelitas inueniſſet. Et Ponticus quidem perſeuerans in cõfeſſione fidei impollutum Deo ſpiritum reddidit. Beata vero Blandina vltima omnium velut omnium nobilis mater, præmiſſos ad martyrij coronam filios inſequi iam ſecura feſtinat, exultans & ouans velut ad thalamum ſponſi inuitata & ad nuptiale conuiuium. Ex quo fiebat, vt in verberibus tripudiaret, & craticulis exuſta gauderet, ac tam hilaris videretur & læta, quaſi inter dapes regias accubaret. Poſt hoc ad beſtias traditur: ſed ab iis intacta perdurat. Deinde tauro obiicitur ferociter inſtigato, A quo cùm fuiſſet innumeris ictibus laceſſita, & toto arenæ ambitu iactata, nihil penitus læditur ſed permanet læto (vt ſemper vultu, mente conſtãti, ſpe ipſa & animi præſumptione cum Chriſto colloquens,) ad vltimum ingulari gladio iubetur, ſtupentibus etiam ipſis impiis & dicentibus quod nunquam fuerit fœmina quę tanta & talia ferre potuiſſet.

Sãcti Diaconi corpus per ſecunda tormenta reſtitutum.

Veteres Chriſtiani carnibus abſtinebat

Euſ. l. 5. c. 1.

Euſ. l. 5. c. 3.

Ponticus pro Chriſto moritur.

Blandina iugulatur.

Paſſi ſunt & multi alij, vt Maturus, Epagathus, Sanctus diaconus præfatus, Alexander, & Attalus diuerſis pœnarum generibus. Et cùm Attalus in tormentis interrogaretur, quod nomen habet Deus, reſpondit. Qui plures ſunt, nominibus diſcernuntur, qui vnus eſt, non indiget nomine. Erant ergo hi inter fratres humiles, inter perſecutores elati, ſuis mites, aduerſariis terribiles, Chriſto ſubiecti, diabolo erecti, humiliabant ſe ſub potentiſſima manu domini, per quam nunc ſublimius exaltantur.

l. 5. cap. 3.

Maturus Epagathus & Attalus.

A.C. 157. Elogium martyrũ Lugdun. ſ. ſumſ colũtur 2. Ian.

§. VI.

Temporibus quoque Antonini imperatoris Fœlicitas illuſtris fœmina cum ſeptem filiis ſuis Chriſtianiſſimis tenta eſt, quæ in viduitate permanens Deo ſuam deuouerat caſtitatem, die noctúque orationi vacans, magnam de ſe ædificationem caſtis mentibus dabat. Hanc ergo accuſarunt apud Auguſtum pontifices idolorum dicentes. Contra ſalutem veſtram mulier hæc vidua cum filiis ſuis diis veſtris inſultat. Quæ ſi non fuerit eos venerata: ſciat pietas veſtra deos ſic iraſcituros, vt penitus placari non poſſint. Tunc imperator iuſſit præfecto vrbis Publio vt eam compelleret cum filiis ſuis deorum ſuorum iras ſacrificiis mitigare. Publius ergo iuſſit eam priuatim ad ſe adduci, & blando colloquio ad ſacrificia exhortari, comminans ſi non faceret, pœnarum interitum. Cui Fœlicitas reſpondit. Nec blandimentis tuis flecti potero: nec terroribus frangi. Habeo enim Spiritum ſanctum qui non permittet me à diabolo vinci: & ideo ſecura ſum, quod te viua ſuperabo, & ſi interfecta ſim, melius te ſuperabo occiſa. Et Publius ad eam. Miſera ſi tibi ſuaue eſt mori: vel filios tuos fac viuere. Cui Fœlicitas, Viuent filij mei, ſi non ſacrificauerint idolis. Si vero tantum ſcelus admiſerint, in æternum ibunt incendium. Alia ergo die iuſſit eam adduci in forum Martis, cui & dixit, Miſerere filiis tuis bonis, & primo flore iuuentutis florentibus. Reſpondit Fœlicitas. Miſericordia tua impietas eſt, & exhortatio tua crudelitas & conuerſa ad filios ait. Videte filij cœlum, ſurſum aſpicite, ibi nos Chriſtus expectat cum ſanctis ſuis. Pugnate pro animabus veſtris: & fideles vos exhibete in amore Chriſti. Audiens hæc Publius iuſſit eam alapis cædi, dicens. Auſa es præſente me filiis tuis iſta monita dare, vt dominorum noſtrorum ſtatuta contemnant? Tunc Publius vocat primum nomine Ianuarium: promittens ei infinita bona præſentia, ſi acquieſcat, mala comminatus innumera, ſi ſacrificare idolis cõtemneret. At Ianuarius reſpondit. Stulta ſuades mę vero ſapientia Dei conſeruat, & faciet me hæc omnia ſuperare. Statim iuſſit præfectus eum cædi & in carcerem trahi. Deinde ſingulos alios ſigillatim alloquens, nec eos à fide Chriſti auertere valuit, vtpote conſtanter ei reſpondentes. Retulit igitur hæc Publius Antonino imperatori, qui iuſſit per varios iudices diuerſimode eos torqueri. Nam primum, ſcilicet Ianuarium iudex vnus plumbatis occidit. Alterum ſcilicet Fœlicem nomine, & tertium ſcilicet Philippum fuſtibus mactauit. Alium quartum nomine Sylauanum præcipitio interemit. Alter iudex tres alios ſcilicet Alexandrum, Vitalem, Martialem capitalem ſententiam ſubire fecit: matrem quoque eorum capite truncari fecit.

S. Fœlicitas & ſeptẽ filiorum vitam S. Romanæ eccleſiæ Notarius ſcribit Ioã. Mola. in vſu. quàm edidit ſur. t. 3. ex qua hæc deſumpta ſunt.

Fœlicitas filios ſuos quomodo viuere deſiderat.

Ianuarius filius S. Felicitatis quàm conſtans.

Mors ſeptem fratrum.

Sanctus quoque Pontianus in ciuitate Thuſciæ Spoletana paſſus eſt ſub Antonino imperatore à iudice Fabiano, primo quidem virgis cæſus eſt, ita vt ſanguis eius velut fluuius emanaret. Secũdo ſuper carbones viuos nudis plantis incedere, ſed nil læſus cruciſmunitus ſignaculo. Deinde in eculeo ſuſpenſus vncinis ferreis laniatus: deficientibus ad hoc miniſtris ex cruciatis dolore. Poſtea duobus leonibus proiicitur: ſed hi ad pedes eius manſueſcunt. Quod populus

A. C. 140.

Colitur 4. Ianu.

populus videns cum admiratione exclamauit. Magnus eſt Deus Chriſtianorum dimittatur ſanctus Dei. Iudex autem timens ſeditionem iuſſit eum iterum in carcerem trudi, vbi angelica conſolatione meruit confortari. Demum plumbo feruente perfuſus & in nullo læſus gladio percuſſus martyr ad cœlum aſcendit.

§. VII.

Antoninus Pius pop. Rom. imp. 16. imperauit. a. 22. m. 7. d. 42.

SVcceſſit ergo Adriano Antoninus Pius, quem ipſe ſibi in filium adoptauerat, & generum ſuum habuerat. Fuit autem Romanorum imperator decimus tertius. Cœpit autem imperare anno domini CXL. vno minus ſecundum Onuph. ab initio autem mundi ſecundum minorem computationem quam ſequitur Vincen. in ſpecu. hiſto. quater milleſimo centeſimo tertio: Secundum aliam maiorem quam ſequitur Beda & 70. interpretes, quinquies milleſimo. CCCXXXIX. Et imperauit annis 20. tribus. Hic (vt dicit Hugo Floria.) fuit vir peritiſſimus & natura benignus & ita tranquillus vt merito Pius diceretur. Nam ad illum exteræ gentes legatos miſere: Indi ſcilicet, Bactri & Hyrcani; iuſtitia tanti imperatoris comperta. Erat enim carens appetentia gloriæ & oſtentatione. Hic ærarium opulentum reliquit, & rempublicam ampliauit & pater patriæ appellatus eſt. Poſt mortem quaſi Romulus colebatur. Hic dixiſſe fertur, malo exemplo Scipionis vnum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes perimere. Et in omni regno retentis cautionibus debita relaxauit. Huius Antonini temporibus Apollonius Stoicus natione Chalcidicus, & Baſilides Syropolitanus philoſophi illuſtres habentur. Qui veriſſimi quoque Cæſaris præceptores fuerunt. Taurus quoque Berythius Platonicæ ſectæ philoſophus clarus habetur. Ad iſtũ philoſophum leguntur (ait Helinandus) Athenas veniſſe viſendi cognoſcendique cauſa pariter Cretæ prouinciæ præſes & pater eius ſed priuatus: Tunc Taurus idem inuitauit tantum patrem primo, vt ſederet. At ille dixit de filio. Sedeat hic primus qui Romani populi magiſtratus eſt. Abſque, inquit, præiudicio Taurus, tu interim ſede dum conſpicimus & quærimus quid conueniat, te ne ſedere potius qui pater es, an filium, qui regit magiſtratum. Cúmque ille reſediſſet, appoſita eſt alia ſella filio. Tunc Taurus his, qui conuenerant verbum fecit de hac re inter cætera ſic dicens. In publicis quidem locis & muneribus, patrum iura cum filiorum magiſtratibus aut poteſtati ſunt collata, interqueſcere debent paululum & etiam conniuere. Sed cùm extra rempublicam in domeſtica re atque vita ſedetur, ambulatur, in conuiuio quoque familiari diſcumbitur, tunc inter filium magiſtratum & patrem priuatum honores publicos ceſſare, naturales autem & genitos conſeruare æquum eſt. Hoc etiam tempore floruit Galenus medicus inſignis, vt ſcribit Euſebius in chronicis. Hic ſcripſiſſe reperitur librum de Alchimia, cuius titulus eſt de ramo pomi congelati, de medicina verò libros plurimos. De eo ſic ait Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum. Galenus doctiſsimus Hippocratis interpres in exhortatione medicinæ dicit athletas quorum vita & ars ſagina eſt: nec poſſe diu viuere, nec ſanos eſſe animáſque eorum ita nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutas nihil tenue, nihil celeſte: ſed ſemper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare, de conſecra. diſtinc. 5. nec tales. Circa illa tempora refulſit Ptolemæus Aſtrologus vir mirabilis in mathematicis, præcipue in Aſtrologia, qui plus ſcripſit in ea, quàm eſſet totum, quod eſſet ſcriptum ante eum. Scripſit Almageſtum & Perſpectiuam & in iudiciis Quadripertitum & Centiloquium, vbi inter cætera dicit. Vir ſapiens, id eſt virtuoſus, dominabitur aſtris. Hic Alexandriæ nutritus fuit, fortis iræ, cibi parcus, redolentis anhelitus, vixit. 78. annis: in Pannonia obiit.

Sex. Aur. Victor hæc & quædam alia de hoc imperat. prodit.

Antonini Pij moderatio & probitas.

Euſ. in Chro.

Elegans diſputatio patri priuato, an filio magiſtratui ſit cedendũ.

Galenus medicus.

Gal. in oratio. ſuaſ. ad artes. c. vlt.

Ptolemæus Aſtrologus quando vixit.

A. C. 140.

Ptolemæus qualis.

§. VIII.

M. Aurelius Antoninus & L. Aurelius Verus Cõmodus à fratre dicti pop. Rom. ſimul. 17. imperarunt vna. an. & men. aliquot.

Quarta in Chriſtianos perſecutio.

Ex epit. Sex. Aur. vict.

Eu. in Chr.

Perſecutionem quantæ clades ſecutæ ſint.

Euſ. l. 5. hi. eccl. c. 5.

Chriſtiani in exercitu M. Antonini Veri aquam impetrãt.

Tert. ad Scap. & in Apol. c. 5.

ANtonino Pio ſucceſſerunt in imperio duo filij eius ſcilicet Marcus Antoninus qui & Verus, & Lucius Aurelius Commodus, vt refert Euſe. in Chron. Hi primum æquo iure imperium adminiſtrauerunt cùm vſque ad hoc tempus ſinguli Auguſti fuerint, horum tempore excitata eſt quarta perſecutio contra eccleſiam, multique martyrio coronati ſunt. Ipſam autem perſequutionem ſequuta eſt lues magna, vt refert Vincen. in ſpecu. hiſto. libro. 11. quæ multas late prouincias deuaſtauit, maximè Italiam adeo attriuit, vt paſsim villæ & agri ſine cultore & habitatore remanerent. Ab armis denique nulla vnquam quies erat: ſed per omnem Orientem & Illyricum, Italliam, Galliam bella feruebant. Terræmotus quoque non ſine interitu ciuitatum & inundationes fluminum crebreſcebant, lues etiam crebri & locuſtę agros infeſtabant. Euſe. ait. Antonini temporibus, in quibus hæc geſta referuntur, Marcum Aurelium fratrem eius Cæſarem bella inferentem Germanis & Sarmatis: tradunt hiſtoriæ, cùm ſiti eius periclitaretur exercitus æſtuantem & quærentem quid facto opus eſſet, reperiſſe in legione quadam milites Chriſtianos, quibus (ſicut & noſtris mos eſt) flexis genibus obſecrantibus exaudiſſe Deum ſupplicationes eorum, & ſubito contra omnium ſpem largiſsimis imbribus perfuſis exercitus quidem periclitantis, pro quo orauerant Chriſtiani, ſitim ſedatam, hoſtes vero, qui iam exitialiter imminebant, fulminibus crebris, & cœlitus prolapſis ignibus effugatos. Quod factum refertur quidem ab hiſtoriis Gentilium: ſed quod noſtrorum orationibus id factum ſit, non refertur. Quippe apud quos etiam cætera miracula, quæ à noſtris geſta ſunt, fidem non habeãt. Noſtrorum vero & Tertullianus hoc commemorat, & apud Græcos Appollinaris, qui & ipſam legionem, pro inſignis facti miraculo mutato nomine vocitatam dixit ab imperatore fulmineam. Hæc Euſe.

§. IX.

Victor cruciatur.

HOrum [a] tempore ſanctus Victor à Sicilia, cùm in conſpectu Sebaſtiani iudicis Chriſti militem ſe eſſe diceret, & idolis ſacrificare noluiſſet, iuſſit dux eius digitos confringi & oſſa eorum euelli, quouſque de cute eius exirent. Illum autem gratias agentem & in fide permanentem iuſsit iudex in caminum ardentem mitti. Sed illo orante ignis eum non tetigit, neque fumus, & poſt triduum inuentus eſt viuus. Tunc dux fecit venenum confici mortiferum, & dari ei à malefico, vt ederet ex eo. At ille manducauit, & nil mali ex eo ſenſit. Tunc maleficus alia venena peiora obtulit. Cúmque ille ea mandu-

[a] De his Martyr. Victor & Corona agit Sur. t. 3. ex Metaph. qui conſentit cum vita quæ eſt M S. codicib. vetuſtis quos ſequitur D. Antoninus.

caſſet,

A. C. 140.

Magus in Chriſtum credit.

A caſſet,& nil læſionis accepiſſet, magus ille combuſtis omnibus libris ſuis, & rebus temporalibus renuntians in Chriſtum credidit. Iterum Victor admonitus cùm ſacrificare nollet, iuſſit iudex neruos à corpore eius euelli: deinde in pudẽdis illius oleum bulliens mitti. Iterúmque illi ſuſpenſo lampades ardentes applicari, & ad latera eius poni. Ille autem nil doloris ſenſit: ſed à Deo confortatus eſt. Iratus iudex iuſſit acetum & calcem ſimul miſceri & in guttur eius infundi, & poſt hoc oculos eius euelli. At illo dicente: Noli mihi parcere, paratus ſum enim omnia tormenta tua tolerare: iuſſit eum capite deorſum per triduum ſuſpendi, quouſque ſanguis de naribus eius ſtillaret in terram: venerunt ergo milites B poſt triduum vt viderent an adhuc viueret, & videntes eum cæci facti ſunt: ſed orante ſancto pro eis illuminati ſunt. Qui redeuntes ad iudicem omnia ei geſta narrabant. At ille iuſſit eum excoriari. Tunc vxor cuiuſdam militis nomine Corona ætatis ſexdecim annorum vel circa exclamauit voce magna dicens: Beatus es Victor & beata opera tua, ſacrificium tuum ſicut ſacrificium Abel Deo acceptum eſt: quoniam teipſum optuliſti. Et poſt plura ait. Ecce video duas coronas de cœlo venientes manibus angelorum deferri, ex quibus dabitur tibi maior, mihi C autem breuior. Nam & ſi vas infirmum ego ſim: ſpero tamen in regem Chriſtum quod habeam hęreditatem cum fortibus. Hæc cùm audiſſet iudex iuſſit eam vocari, & inuitari ad ſacrificia. Cui illa reſpondit. Ego Corona vocor, & tu quæris coronam meam perdere? Cúmque nollet acquieſcere, iuſſit iudex militibus ſuis duas palmas adinuicem inclinari, illicque beatam Coronam vtriſque partibus ligari, & ſubitò dimitti. Qui ſubito vt dimiſerunt arbores, beata Corona ſciſſa eſt in duas partes, ſicque martyrium ſuum confidenter impleuit. Demum Victori iudex caput amputari fecit. Et lac pro ſanguine de D collo eius exiuit. Propter quæ miracula multi crediderunt in Chriſtum.

Corona mulier Chriſtianam ſe profitetur.

Gen. 4.

Corona ſciſſa in duas partes martyrium complenit: coluntur 14. Maij.

De hoc ſancto Cõcordio poſt Adonem ſcri pſerunt multi teſte Sur. to. 1.

Sanctus Concordius.

Eo tempore paſſus eſt ſanctus Concordius in ciuitate Spoletana, quem pater ſuus Gordianus in ſcripturis ſanctis erudiri fecit, cùm eſſet nobilis genere, & à ſancto Pio papa in ſubdiaconum ordinari. Qui cùm miraculis clareret, comes Thuſciæ Spoleti tũc habitans, fecit eum ad ſe adduci: & cùm inuitaret eum ad immolandum diis eorum, reſpondit. Tu magis ſacrifica domino Ieſu Chriſto, vt poſſis euadere tormenta, nam ſi non feceris, & tu & dij tui ardebunt in æternum. Tunc comes iuſſit eum fuſtibus E cædi & in carcerem trudi. Sed & beatus Antonius epiſcopus, qui erat amicus comitis cum beato Eutiche rogauerunt comitem ſibi concedi eum per aliquot dies. Quod cùm conceſſiſſet eum presbyterum ordinauit. Et poſt aliquot dies cùm feciſſet eum ſibi præſentari venienti ait. Quid tractaſti circa ſalutem tuam? Cui Concordius. Salus mea Chriſtus eſt, cui quotidie offero ſacrificium laudis, tu vero & dij tui in inferno ardebitis. Et iratus comes iuſſit eum in eculeo ſuſpendi. At ille alacri vultu Deum glorificabat. Et cùm diceret comes. Sacrifica Ioui magno, ille reſpondit. Non ſacrifico ſurdo & muto lapidi, quia F habeo dominum Ieſum Chriſtum cui ſeruit anima mea. Iratus tyrannus iuſſit eum in ima carceris trudi onuſtum ferro, & ſine cibo & potu manere, vt fame deficeret. Sed media nocte confortatus eſt ab angelo domini. Demum nolentem immolare: ſed ſpuentem in faciem Iouis, præcepit comes eum capite truncari.

Sacerdos quotidie offert ſacrificium laudis. i. Euchariſtiam.

Colitur primo Ian.

A. C. 140.

De S. Marcello Cabillonenſi de quo Ado in Marty. & Gre. Tur. de gl. mar. ca. 53. & Sur. ex MS. cod. tom. 5. ex quib. hæc deprompta ſunt.

Eodem imperante Antonino in ciuitate Cabillonenſi ſub præſide Priſco ſanctus Marcellus martyrio inaudito coronatus eſt. Nam cùm præſes hortaretur vt diis omnipotentibus Ioui, & Saturno & aliis immolaret, prout imperatores ſtatuerant, & ille reſponderet illa ſimulachrã omnia fuiſſe homines mortales, & criminibus pollutos & dudum mortuos in infernum ſepultos, quibus qui credit, in æternum incendium cum eis pergit: ſe autem in Chriſtum vt verè Chriſtianum credere, Dei filium & mundi conditorem. Priſcus inaudito crudelitatis exemplo plus quàm furore inſaniens perſequutoris, eum defodi erectum cingulotenus iuſſit [vt ſepultura viuo eſſet ad pœnam, quæ vita functis impenditur ad requiem.] Atque ita medius iam ſepultus, ſed totus viuus ad cœli regna feſtinans ferre ſupplicia non refugit: ſed triduo in laudibus Chriſti omnipotentis domini & Dei ſui amore & laudibus perdurans, terris interim terrena membra commendans, ſpiritum miſit ad cœlos. Idem tyrannus ibidem ſanctum Valerianum poſt alia tormenta decollari fecit. Qui in cœlum intuens vidit Chriſtum ſibi offerre coronam, qui ei dederat martyrij victoriam.

S. Marcellus viuus ſepelitur.

Colitur 4. Septemb.

De hoc S. Valeriano Ado in mart. Gre. Tur. de gl. mar. c. 5. & Vſu. col. 15. Sept.

§. X.

Euſ. l. 4. ca. 21.

De Egeſippo.

EO tempore Egeſippus inſignis habebatur ſecundum Euſebium: ſed & Pinytus nobiliſſimus apud Cretũ inter epiſcopos fuit. Philippus etiam & Apollinaris & Melito Muſanúſque & Modeſtus & præcipuus Irenæus, quorum omnium ad nos vſque apoſtolicę fidei & ſanę doctrinæ præclariſſima monumenta perlata ſunt. Hieronymus de viris illu. Egeſippus vicinus apoſtolicorum temporum, omnes à paſſione domini vſque ad ſuam ætatem eccleſiaſticorum actuum texens hiſtorias, multáque ad vtilitatem legentium pertinentia, hincinde congregans, quinque libros compoſuit ſermone ſimplici, vt quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Aſſerit ſe veniſſe ſuo Aniceto Romam, qui decimus poſt Petrum epiſcopus fuit, & perſeueraſſe ibi vſque ad Eleutherum eiuſdem vrbis epiſcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea aduerſus idola diſputans quo primo errore creuiſſent ſubtexit hiſtoriam [ex qua oſtendit qua fuerit ætate. Ait enim tumulos mortuis templáque fecerunt ſicut vſque hodie videmus, à quibus eſt Antinous ſeruus Adriani Cæſaris.] Dionyſius Corinthiorum epiſcopus tantæ eloquentiæ & induſtriæ fuit, vt non ſolum ſuæ ciuitatis, & prouinciæ populos: ſed & aliarum prouinciarum & vrbium epiſcopos epiſtolis erudiret. Ex quibus eſt vna ad Lacedæmonios, alia ad Athenienſes, tertia ad Nicomedienſes, quarta ad Cretenſes, & plures aliæ ad diuerſa loca. Theophilus ſextus Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus ſub imperatore Marco Antonino librum contra Marcionem compoſuit qui vſque hodie extat: feruntur etiam & ad Antolicum tria volumina, & contra hæreſim Hermogenis liber vnus; [legi etiam ſub eius nomine] commentarios in euangelium & prouerbia Salomonis. Apollinaris Aſiæ Hieropolitanus epiſcopus ſub eodem Antonino floruit, cui & inſigne volumen pro Chriſtianorum fide dedit. Extant & alij quinque aduerſus gentes libri, & de veritate duo, & aduerſum Cataphrygas [tunc primum exortos, cum Priſcilla & Maximilla inſanis vatib. incipiente Montano.]

Hiero. in Catal.

Dionyſius

De Dionyſio epiſcopo Corinthiorum. Hieron. in Cat.

De Theophilo Antiochenæ eccleſiæ epiſcopo.

De Apollinari.

§. XI.

A.C. 182.

§. XI.

Mors L. Aurelij Cõmodi. Ex epit. Sex. Aur. vict. excerpta.

Verona ciuitas.

DE morte ambotum imperatotum. Aurelius igitur Antoninus (vt ait Hugo Flo.) dum in vehiculo cum fratre veheretur anno imperij ſui vndecimo cauſa morbi quam Græci ἀποπληξίαν vocant, ſuffocatus eſt. Quo defuncto Marcus Antoninus ſolus paucis diebus reipublicæ præfuit. Fuit autem vir tantæ ſeueritatis: vt ab infantia vultum nec ex lætitia, nec ex mœrore mutauerit. Hic ciuitatem conſtituens à ſuo nomine Veronam nominauit, quia Antoninus Verus vocabatur. Huius tempore ſimulachrum marmoreum moueri viſum eſt: B & ænea ſtatua Herculis ſudaſſe per multos dies. Leges ſeueriores nouis conditionibus temperauit. Per omnes enim prouincias tributa donauit: omniúmque fiſcalium negociorum calumnioſa monumenta ſimul congeſta in foro incendio dedit. Hic decimusquartus imperator ab Auguſt. in Pannonia conſtitutus repentino morbo obiit. Ob cuius honorem templa & columnæ & alia multa condita eſſe reperiuntur.[a] Huic ſucceſsit Lucius Aurelius Commodus filius eius. Temporibus Antonini Veri floruit[b] Theodotion diuinæ legis interpres ſcilicet ex Hebræo in Latinum. Et Atticus philoſophus Plato- C nicus. Euſebius, Horum imperatorum temporibus Fronto orator inſignis habetur, qui Marcum Antoninum Verum Latinis literis erudiuit. Seleucia Syriæ vrbs cum trecentis millibus hominum à Romanis capta eſt. Eo tempore Smyrna vrbs Aſiæ terræmotu corruit. Ad cuius inſtaurationem remiſſio decennalis tributorum data eſt. Tanta peſtilentia per totum orbem fuit, quod pene vſque ad internitionem Romanus exercitus deletus eſt. Aurelius igitur Commodus patre defuncto imperauit annis 13. Hic (vt ait Hugo Floria.) luxuriæ & obcœnitati deditus, D interfecit plurimos ſenatorum, illos tamen maxime quos animaduertit induſtria, vel nobilitate præcellere. Ea tempeſtate inquit Euſe. lib. 5. pax eccleſiis per omnem terram propagatur, & ſermo domini ex omni genere hominum ad agnitionem & pietatem Dei ſummi animas congregabat. Denique multos in vrbe Roma ex illis illuſtribus & prædiuitibus viris cum filiis & vxoribus atque omni pariter familia ſociauit ad fidem. Sed hoc non æquis oculis ille antiquus humanæ ſalutis hoſtis aſpexit. Vnde & in vrbe Roma Apollonium quemdam virum in fide noſtra & in omnibus philoſophiæ eruditionibus il- E luſtrem ad iudicium pertrahit, accuſatore ei ſuſcitato quodam infœliciſſimo & deſperatæ ſalutis ho- A mine. Exhortatur Appollonius vt defenſionẽ ſuam pro fide ſua quam audente ſenatu atque omni populo luculenter & ſplendide habuerat, ederet ſcriptum. Et poſt hæc ſecundum ſenatuſconſultum capite plexus eſt. Ita enim à prioribus lex iniquiſsime promulgata cenſebat.

L. Aelius Aurelius Commodus 18 imperator. Theodotion ſacræ ſcripturæ interpres. Euſe. in Chron. Fronto.

Vita impura Lucij Aure. Commodi.

Euſ. l. 5. hi. eccl. ca. 21.

Apollonius.

Apollonius Romanus Senator edita noſtræ fidei defenſione capite multatur.

A.C. 182.

a Mortuo L. Aurelio Vero Antonino, poſtquam per octo annos imperium vna cum fratre M. Aurelio Antonio adminiſtrarat, hic M. Antoninus ſuperſtes 18. Pop. Rom. imperator ab Onuph. conſtituitur, qui poſtea L. Aurelium Commodum primo Cæſarem & poſtea Auguſtum pari ſecum iure regnantem nominauit: hoc denique M. Aurelio Antonino mortuo cùm vna cum filio Commodo partim Cæſare & partim Auguſto decem annos regnaſſet, imperium ſuſcepit L. Aurelius Antoninus Commodus, qui in hoc ordine 19. Pop. Rom. imperator dicitur, imperauit autem ſolus ann. 12. m. 8. d. 15. Onuph.

b Symmachus ex Samaritano Iudæus & Ebionæus ſacra Biblia tertius poſt 70. interpretes in Græcam linguam conuertit. Nam vixit ſub M. Antonino Vero, cum Theodotion non niſi circa initium Commodi Secundi agnitus ſit. Geneb.

§. XII.

De S. Eugenia quæ ſexum mentitã, virum ſe dixit: cuius hiſtoriam ex Metaph. habet Sur. tom. 6. & habentur cum vitis patrum alph. 14.

Protus & Hyacinthus Eugeniæ virginis eunuchi.

Pſal. 95. Omnes profani voce confundũtur omnes dij gentium dæmonia.

Helenus ſanctus epiſcopus Heliopoleos vir miræ ſanctitatis.

Eius cum mago certamen.

Eugenia ad S. Helenum baptizanda ſe confert.

PHilippus autem illuſtriſsimus vir Romanus ab imperatore Commodo in Ægyptum directus B eſt, vt Alexandriæ præfecturam ageret. Qui ſecum duxit vxorem & duos filios mares ac vnam fœminam filiam nomine Eugeniam, quæ liberalibus literis perfectiſsime erat erudita. Et quia pulchra erat valde corpore, pulchrior tamen caſtitate, cùm à multis appeteretur in coniugium, omnino obſiſtebat. Iam enim licet ſub paganiſsimis parentibus ageret vitam, animo Chriſtiana eſſe cœperat. Cùm ergo quadam die cum Proto & Hyacintho eunuchis, cum quibus erudita fuerat, extra ciuitatem Alexandriæ per ſuburbia diſcurreret, vbi morabantur Chriſtiani, audiuit Chriſtianos pſallentes & dicentes il- C lud pſal. Omnes dij gentium dæmonia &c. Erſitmans ſe & ſuſpirans ait ad Protum & Hyacinthum eunuchos ſuos. Philoſophorum ſyllogiſmos vano labore perſcrutati ſumus, Ariſtotelis argumenta, & Platonis ideas, & quicquid poeta cecinit, quicquid orator inuenit, quicquid philoſophus cogitauit, cuncta hac ſententia excludũtur, qua tripudiantes Chriſtianos audiuimus dicentes. Omnes dij gentium dæmonia. Diutiſsime ergo vim carminum conſiderans ait: Si nolumus perire, credendum eſt. Cúmque de Deo vero mutuo ſermone ſimul tractarent, fit concordia fidei, & ordo quæritur, quo poſsit ſancta fu- D ga ſtatui, & fides recta teneri. Qui cùm intellexiſſent quemdam ſanctum virum ibi eſſe epiſcopum nomine Helenum, decreuerunt ad illum accedere. Hic autem Helenus ab infantia fuerat Chriſtianus & in monaſterio poſtea enutritus & tantæ ſanctitatis, vt prunas ardentes in chlamyde ſua deferret illæſa. Et ipſo iam facto epiſcopo Heliopoleos, cùm quidam Zereas nomine magus populo prædicaret, dicens ſe à Chriſto miſſum: Helenus autem in conſpectu populi cum eo diſputaret ad detegendum eius falſitates, & magus verbis ſuis populo iam videretur ſuperior, dixit Helenus coram omnibus, Incendatur ignis E in medio ciuitatis, & intremus ſimul, & qui non fuerit aduſtus, hunc credamus quod miſerit Chriſtus. Quod dictum cunctis placuit. Accenſo igitur igne, Helenus primus intrauit hoc mago poſtulãte. Cúmque iam per mediam horam in eo permanſiſſet, nec in capillo aduſtus nec in veſte, Sanctus Helenus mandauit vt & Zereas iam intraret. Ille verò cùm reluctaretur, populus eum tradidit igni. Cúmque vri cœpiſſet: ſanctus Helenus eum ſemiuſtum eripuit de flamma: ſed à populo expulſus eſt à regione illa. Cùm autem ſenex ille Helenus fœminarum nullam ad diuerſorium ſuum accedere ſineret, vt eum F audire poſſet & alloqui: ſumpto virili habitu & tonſa capillis vt iuuenis Eugenia cum dictis eunuchis acceſsit ad ipſum epiſcopum, cui totum dominus reuelauerat de aduentu eorum. Petentibus ergo illis humiliter ſanctum baptiſma, ac etiam recipi in monaſterio, dicentibus ſe eſſe germanos de vrbe Romana, deſiderium eorum impletum eſt, licet Helenus cognouiſſet illam eſſe fœminam & illos ſeruos eius,

A.C. 182.

eius, quod & eis manifeſtauit, tamen confortans eos baptizatos recipi fecit in monachos. Pater vero eius cum tota familia cùm in domum non reuerteretur, de ea diligenter perquiri fecit per regionem illam, & cùm inueniri non poſſet, per pythones & aruſpices dæmones conſulentes reſponſum eſt, quod dij eam in cœlo rapuiſſent in numero dearum aſſumptam, propter quod pater ſimulachrum aureum ei fieri fecit.

Eugeniæ in monaſterio conuerſatio.

Ipſa vero in dicto monaſterio virorum, in habitu virili permanens & animo, in diuinis ſeruitionibus ita profecit, vt intra ſecundum annum omnes ſcripturas dominicas retineret. Tanta erat ei tranquillitas animi, vt vna ex numero angelorum diceretur ab omnibus. Erat omnibus omnia: triſtem conſolabatur, læto congaudebat, iraſcentem mitigabat. Tantámque gratiam à domino conſecuta erat, vt quemcunque in dolore poſitum viſitaret, ſtatim omnis dolor recederet & ſalubritas adueniret. Tertio autem anno decedente abbate monaſterij illius ab omnibus Eugenia eligitur. Tunc illa metuens contra regulam viris ſe fœminam aliis præponi, iterúmque timens ne omnes vnanimiter hoc precantes contemneret, ait. Videamus quid dominus præcipiat in hac noſtra electione.

Mat. 18.

Si quis inquit vult eſſe primus, ſit omnium nouiſſimus. Ecce veſtris præceptis obtemperans decreui primatum ſuſcipere, & dominii iuſſioni obediens vltimum me conſtituo charitati veſtræ. Igitur omne opus monaſterij, quod infima perſona exercere ſolet ſuſcepit in omnibus, aquam portare, ligna concidere, immunditias remouere. Deóque tam chara eſſe cœpit vt dæmones ab obſeſſis corporibus eiiceret, & cæcorum oculos aperiret.

Melantia matrona nobilis curatur ab Eugenia.

Cùm autem quædam matrona Alexandrina cæteris præſtantior Melantia nomine per annum & amplius quartana vexaretur, audita eius opinione venit ad Eugeniam. Quam cùm illa oleo perunxiſſet, mox abundantiam fellis euomens ſanata eſt. Et cùm illa tres ſcyphos ſolidis repletos ei miſiſſet, remiſit dicens. Abundamus & ſuperabundamus: ſed precor pauperibus diſtribue. Et illa veniens contriſtata cœpit rogare vt reciperet. Et dum circa iſta fit aſſidua ad viſitandum, non deprehendens eam fœminam iuuentutis elegantia decipitur, & in eius concupiſcentiam labitur, & putans eam amplioris pecuniæ cupidiorem eſſe, infinitam ei offert. Sed videns omnia illam repellere,

Melantia quomodo tentat Eugeniam.

cœpit alloqui ſecreto iis verbis. Quid te inanibus abſtinentiis maceras, & perdis florem gratiſsimę iuuentutis, quaſi Deus triſtes diligat, & ſua delectamenta contemnentes foueat, ac ſolum hominum cruciatibus delectetur. Videmur eius abuti donis. Igitur afflictionibus finem pone, & lætiora tempora ſuſcipias. Talia dicente Melantia, Eugenia volens animam eius à laqueis diaboli eruere oſtendebat ei deſideria mundi miſera, & dum teneri putantur, fugere, & vnius puncti delectamentum æterna detrimenta inducere. Sed Melantia hæc ſurda aure audiebat, & ſolicite agens quatenus eam irritaret, languorem ſimulauit & vt viſitaret infirmam rogari fecit. Quæ cùm ex pietate ad eam fuiſſet ingreſſa & ſederet, obſcœnis amplexibus infœlix Melantia tentare illam cœpit, & verbis procacibus ad crimen hortari.

μέλαν enim Græcum nigrum eſt.

Cui Eugenia. Recte Melantia (inquit) vocaris, quia nigredine perfidiæ plena es, & te habitaculum magnum diabolo præparaſti. Diſcede à ſeruis Dei deceptrix illecebroſa, nos enim aliter militamus. Sicque illi miſeræ exprobrans, eam dimittens receſsit.

Melantia accuſat ſtupri Eugeniam.

At illa deceptionis ſuæ pudorem non ferens: ſeque detegi timens, niſi ipſa prior detegeret, Alexandriæ præfectum adiit, ſceleſtum iuuenem Chriſtianam religionem ſimulantem denuntiat, quia cùm medendi gratia (inquit) à me vocatus eſſet in infirmitate, eo quòd diceretur peritus in arte, impudenter auſus eſt mihi loqui, & ad crimen hortari, & niſi vocem dediſſem & ancillæ meæ ſolatio liberata fuiſſem, ſua me libidine captiuaſſet. Præfectus hæc audiens, & furens ſtatim ad monaſterium deſtinauit famulos ſuos iubens Eugeniam cum ſuis vinctos duci,

Eugenia capitur.

& præſentatos eos in diuerſis cuſtodiis carcerum mandauit includi impudente fama per totam Ægyptum diffuſa. Omnes credebant, omnes condemnabant, omnibus videbatur veriſimile Melantiam illuſtrem fœminam mentiri non poſſe. Conſtituta igitur die conueniunt ciuitates in vicino poſitæ vt videant ferarum morſibus tradi corruptores. Aptantur eculei, verbera, flammæ, tortores, & cætera quæ cordis abſcondita ſolent extorquere, præparantur. Et adducta Eugenia, ait coram omni populo Philippus præfectus. Dic ſceleratiſsime Chriſtianorum, Hæcne Ieſus veſter vobis tradidit, vt operam corruptioni detis, & fraudulenta aſtutia pudorem matronalem capiatis? Eugenia autem capite demiſſo, ne poſſet agnoſci reſpondit. Deus meus Ieſus Chriſtus cui ſeruio caſtitatem docuit,

Mat. 19.

& eam ſeruantibus vitam æternam promittit, [hanc autem Melantiam falſam teſtem poſſumus declarare: ſed melius eſt, vt nos patiamur mala, quàm illa, dum conuicta fuerit aliquid patiatur, ne & fructus patientiæ noſtræ depereat: ſed tamen ſi per victoriam principum teſtetur veſtra ſublimitas, quod non in eam ipſam retorqueatis ſententiam, nunc probabimus crimen redundare in eam. Cúmque hoc præfectus promiſiſſet] ad Melantiam, ait. O Melantia nigredinis nomen, tenebroſa Melanthia, præcipe ancillam tuam adduci, vt poſsint ex ore eius refutari. Cúmque adducta fuiſſet ancilla, cœpit ab ea ſubornata dominæ ſuæ teſtimonium contra Eugeniam ferre, cæterique de familia eius. Iratus autem præfectus ait. Quid adhuc infauſte dicturus es quem tot reuincunt teſtes?

Eccle. 3.

Ad hæc Eugenia ait, Tempus eſt loquendi, quia tranſit tempus tacendi.

Eugenia ſeipſam prodit.

Tanta quidem eſt virtus nominis Chriſti, vt & fœminæ in timore eius poſitæ virilem obtineant dignitatem. Ego igitur fœmina viriliter agendo, virum geſsi, virginitatem quæ in Chriſto eſt fortiter amplexando. Hæc dicens tunicam qua induta erat à capite vſque deorſum ſcidit, & fœmina apparuit. Et ſubdidit. Tu quidem ſecundum carnem mihi es pater, Claudia mater, fratres mei hi duo qui tecum ſedent Auitus, & Sergius. Ego autem pro amore Chriſti mundum cum ſuis deliciis reſpui. Et ecce Protus & Hyacinthus eunuchi mei, cum quibus ſcholam Chriſti ingreſſa ſum. Agnoſcentes igitur eam pater, mater, fratres & ſerui cum lachrymis amplexibus eius incumbebant in conſpectu populi. Veſtimenta auro texta afferuntur & (licet inuita) induitur, atque in excelſo pro tribunali collocatur, & ab omni populo acclamatur. Vnus eſt verus Deus Chriſtus, qui eſt verus Deus Chriſtianorum.

Eugenia liberatur.

Et ne tanto gaudio populi deeſſet probatio caſtitatis, viſus eſt ignis de cœlo deſcendens, qui Melantiæ domum ita circundedit, vt nec veſtigium alicuius, quod ad eam pertineret, remaneret. Fit ergo gaudium populi cum timore Dei. Baptizatur Philippus præfectus, Claudia eius vxor, &

A. C. 181.

vxor,& filij,omnis familia, innumerabiliſque multitudo paganorum ad Chriſtum conuertitur. Suſcipiunt Chriſtiani priuilegia, & omnis Alexandriæ fit ciuitas,quaſi vna eccleſia [eratque omnibus ciuitatibus gaudium & dignitas nominis Chriſtiani effluefcebat.Interea omnis Alexandria] conſpirat in epiſcopatum Philippi. Deponitur ab imperatore Philippus à præfectura propter Chriſtianiſmum aſſumptum : ſed à fidelibus in epiſcopum electus ordinatur. Qui ieiuniis & orationibus vacans& aliis ſanctis operibus demum martyrio coronatur. Sed Eugenia cum matre & fratribus, & Proto & Hyacintho reuerſi ſunt Romam. Quæ plurimos verbo & exemplo trahebat ad fidem. Et inter alios quamdam nobiliſsimam virginem deſponſatam illuſtri viro nomine Pompeio. Virgo autem dicebatur Baſilla. Quadam autem die ait Eugenia ad Baſillam. Reuelatum eſt mihi à Deo, quod te magnum virginitatis præmium expectat. Et Baſilla ad eam. Et mihi reuelatum eſt,quod martyrij coronam duplicem accipies; vnam quam apud Alexandriam pro iuſtis laboribus acquiſiſti,& aliam, quam ex effuſione ſanguinis acceptura es. Tunc Eugenia reſidentibus ſimul ſanctis virginibus multis ſermonibus eas de caſtitate ſeruanda admonuit,& eas domino commendans diſceſſit ab eis. Eadem die vna ex ancillis Baſillæ accuſauit eam apud ſponſum ſuum Pompeium quod Chriſtiana effecta eſſet ſponſa ſua, nec ei nubere vellet, & hoc per Protum & Hyacinthum factum eſſet magicæ artis doctores. Pompeius poſtquam percepit ſponſam ſuam nolle eum vel videre, aſſerentem ſe Chriſto integrum corpus cuſtodire velle,furens ipſe proſtrauit ſe coram imperatore dicens. Sacratiſſimi principes Romanis veſtris ſuccurrite,& deos nouos quos Eugenia de Ægypto adduxit ſecum ab hac vrbe pellite. Ecce Chriſtiani coniugum gratiam ſeparant, ſponſantes ſibi aſſociant,inuenti ſunt ab eis dij qui naſci homines prohibeant. Tunc decreuit imperator, vt Baſilla aut ſponſum reciperet,aut gladio feriretur. Eugenia vero aut numinibus ſacrificaret, aut crudeliter interiret. Cùm autem Baſilla ſponſum recipere renueret dicens ſe ſponſum habere Chriſtum Dei filium, regem regum , quia ex regio genere erat & publice audiri non poterat, intra domum gladio transuerberata eſt. Protus vero & Hyacinthus ducti ad templum Iouis cùm cogerentur ad immolandum ei, cecidit ſimulachrum ad pedes eorum , & ita comminutum eſt, vt vbi fuerit non compareret. Quod præfectus Nicetius attribuens non virtuti Dei : ſed magicæ arti fecit eos decollari. Idem præfectus accerſita Eugenia cœpit ab ea inquirere de artibus magicis. Cui illa conſtanter reſpondit. Confiteor tibi quod ars noſtra , maior eſt arte magica. Nam magiſter noſter habet patrem ſine matre, habet matrem ſine patre , habet vxorem virginem quæ ſibi quotidie filios creat, & in amore eius omnino perdurat. Cùm autem ducta fuiſſet ad templum Dianæ vt immolaret, ea orante terræmotus factus eſt, & templi fundamenta cum idolo ſubuerſa ſunt. Tunc fit concurſus populi Romani, & ſermo de ea in varia fertur , aliis innocentem & ſanctam , aliis magam affirmantibus. Relatione autem facta à præfecto imperatori ſuper iis, iubetur Eugenia ſaxo alligata in Tyberim iactari. Quo facto ſtatim ſaxum diſruptum eſt, & Eugenia ſuperſedens ita fluuiali aqua ferebatur , vt omnibus appareret illum eſſe

Philippus epiſcopus ordinatur.

Eugenia Romam reuertitur

Baſilla accuſatur apud Pompeium ſponſum.

Baſilla necatur pro Chriſto.

Prothus & Hyacinthus occiduntur & coluntur 11. Septem.

Chriſtus habet matrem ſine patre,& patrem ſine matre.

Eugeniæ tormenta.

A cum ea in flumine, ne abſorberetur, qui cum Petro fuerat in mari , ne mergeretur. Iterum inde ſublata in thermarum fornaces mittitur , quæ ſtatim extinctæ ſunt. Poſt hæc in tenebroſum carcerem mittitur per viginti dies ſine luce & cibo ibi dimiſſa : ſed quotidie abundabat ibi ſplendor. Saluator etiam ibi apparuit, de cuius manu panem niuei candoris accepit,confortans eam. Die autem natalis domini miſſus eſt ſpiculator qui eam in carcere percuſſit. Cuius corpus non longe ab vrbe in proprio prædio ſepultum eſt: vbi multos ipſa ſepelierat. Claudia autem mater eius cùm ad ſepulchrum eius cum lachry-
B mis oraret apparuit ei Eugenia cum veſte auro texta in medio multitudinis virginum, conſolans eam & dicens patrem ſcilicet Philippum & virum ſuum in numero patriarcharum collocatum , & ipſam ſequenti die dominica à domino in cœlo ſuſcipiendam. Quæ domum remeans filiis ſuis in domino inſtructis, die præfata emiſit ſpiritum , ipſamque filij ſepelierunt iuxta Eugeniam. Et in timore domini proficientes poſt conuerſionem multorum paganorum per eos factam migrarunt ad regna cœlorum. Et notandum quod iſta Eugenia ſimulando ſe virum, vt reciperetur in monachum, & aſſentien-
C do vt præficeretur in Abbatem , licuit iure poli, non iure fori. Inſpirata enim fuit ad hoc, à ſpiritu ſancto, cuius lex non ſubiicitur legi humanæ 19. quæſt. 2. duæ ſunt leges. Vnde huius exempla ſequi non licet, niſi qui haberet ad hoc ſpecialem inſpirationem à ſpiritu ſancto,& ſibi eſſet certum. Vna regula iuris in 6. de regu. iu. Quæ à iure communi exorbitant, in conſequentiam non ſunt retrahenda. Sed & tunc temporis nondum erant inſtituti canones iſta prohibentes.

A.C. 181.

Matt. 14.

Eugenia moritur 25. Dec. & colitur.

Claudia.

Quomodo licuerit Eugeniæ mentiri ſexum & in Abbatem præfici.

D

§. XIII.

TEmporibus quoque Commodi ſæuiente perſequutione in Chriſtianos, adueniente natali die ipſius Commodi edictum ab eo exiit, vt omnis plebs Romanæ vrbis in vnum conueniret,& in laudem Herculis & Iouis pompatica voce acclama-
E ret. Quod & factum eſt. Nam rex ſedem aſcendens publice indutus chlamyde regia cum mitra adorauit auream ſtatuam Iouis. Et omnis populus acclamauit. Protector eſto Hercules reipublicæ, & defenſor libertatis Romanæ. Eo tempore morabantur in quodam vico aliqui Chriſtiani nominis cultores,& inter cæteros Euſebius Vincentius Peregrinus ac Potentianus, qui omnia ſua pauperibus erogauerant, vt expeditius Deo ſeruirent pro eo mori deſiderantes. Hi audito edicto Commodi per vicos diſcurrebant, omnibus prædicantes vt recederent à cultura dæmoniorum & pœnitentiam agentes crederent in Deum trinum & vnum baptiſmum ſuſcipiendo. Ad horum doctrinam compunctus quidam ſenator Iulius nomine credidit in Chriſtum cum domo ſua, & baptiſmum per Rufinum
F presbyterum ſuſcepit, adeo feruens effectus vt pro Chriſto mori optaret. Quod cùm audiſſet Cæſar eum ad ſe iuſſit adduci, eique ait. Iuli qualiter amens effectus es, vt deſerens Iouem & Herculem ſequaris neſcio quam amentiam vanam? Cui viriliter reſpondens Iulius ait. Tu ſimul pœnas cum diis tuis ſuſtinebis, quos vano errore deos eſſe temerario ore mentiris

Commodus contra Chriſtianos conci tatur. Hæc habet Vinc. in ſpecu. l. 11. c. 119. & trib. ſequẽ.

Euſebius Vincẽtius Peregrinus & Pontianus de quibus Ado in mar tyr. & Vſu. coluntur 25. Aug.

Iulius Senator conuerſus ad Commodum addu citur.

A.C. 19.

mentiris. Confuſus Cæſar cuidam magiſtro peditum Vitellio nomine commiſit cauſam huius exquirendam, etſi ſacrificare Herculi nollet, eius facultates auferri, & morte damnari. Suſcipiens autem eum Vitellius, animo ferus, & omnibus vitiis obſeſſus, eum in carcerem truſit. Et poſt triduum ante tribunal ſuum ipſum nudum & catenatum adduci fecit, ad ſacrificandum exhortans diis eorum ne periret, nec haberet in quo confideret. Reſpondit Iulius. Fiducia mea vita æterna eſt, ſpes mea Chriſtus eſt qui te cum principe tuo damnabit in æternum. Ob quæ furore repletus Vitellius iuſſit eum tandiu fuſtibus cædi quouſque ſpiritum exhalaret. Huius corpus occulte rapientes Euſebius cum aliis ſupra nominatis illud deuote ſepelierunt. Hoc audiens Vitellius fecit illos capi. Cúmque adducti ſe faterentur illum ſepeliſſe, nec timere minas eius: ſed omnibus votis pro Chriſto pati affectare, iuſſit Vitellius eos in eculeo ſuſpendi, & neruis & fuſtibus cædi. Cui Euſebius. Ante deficiet tibi ad torquendum nos tempus, quam mihi deficiat in Chriſto perſiſtens animus. Dixit autem Vitellius ad aſtantes. Iſti ſecuri de arte magica in tormentis gaudent. Reſpondit autem Vincentius, Nos gaudemus & exultamus in Domino Ieſu Chriſto. Deinde cùm iuſsiſſet Vitellius flammas lateribus eorum applicari, illi alacres effecti dicebant, Gloria tibi Domine, qui nos tua viſitatione circundas. Vnus verò ex carnificibus nomine Antoninus oculis intentis, eminus vidit cum ſpongia iuuenem ſtantem, fulgore nimio coruſcantem, eorum latera extergentem.

Iulius pro Chriſto necatur.

Euſebius & tres ſocij pro Chriſto torquentur.

Antoninus carnifex cõuertitur ad Chriſtum.

Tunc emiſſa voce cum ingenti gaudio cœpit clamare. Vnus eſt verus Deus Chriſtianorum, quem hi euidentiſsima ratione prædicant. Video Angelum Domini circunſtantem eos, & à preſſura flammarum protegentem. Tunc iudex velut leo feruens cœpit clamare dicens. O ars magica, ô ſeductores, qui alienauerunt mente ſua hominem clariſsimum in republica. Deuouitque ſtatim Antoninus ſe in Chriſtum crediturum, & ad Rufinum presbyterum accedens baptiſma ſuſcepit. Deinde Vitellius de eculeo depoſitis ait. Vt quid vobiſipſis ita crudeles eſtis? cur non deponitis inſaniam veſtram, adorantes eos quos principes iuſſerunt, vt fruamini nobiſcum vita iſta? Beatus Vincentius reſpondit. O infœliciſsime omnium, tu es crudelis, qui tibiipſi non parcis, nos iam in gloria conſtituti ſumus, tu verò cum principe tuo in gehennam peribis. Tunc Vitellius præcepit linguam ſancto Euſebio abſcindi. Accurrens autem Antoninus clamabat, dicens. O Vitelli miſerrime, quid tibi cum iuſtis iſtis, cur eos crucias? Cœpit autem Vitellius ſanguinem ex ore vomere. Athleta tamen Domini Euſebius poſt abſciſſam linguam laudes in excelſo Chriſto dabat.

Antoninus autem iuſſu Vitellij ductus à carnificibus via Aurelia decollatus eſt. Euſebius autem cum ſociis poſt macerationem ſuppliciorum, in carcerem truſi ſunt. In quo apparens eis ſanctus Iulius eos confortauit prædicens conuerſionem cuſtodis carceris. Acceſsit autem ad eos in carcere poſitos ſacerdos capitolij nomine Lepulus, vt inſtrueretur à ſanctis martyribus, & baptizaretur, erat autem cæcus. Qui eruditus in fide, baptiſmum accepto lumine recepit.

Lepulus Capitolij ſacerdos conuertitur.

Quo miraculo viſo cuſtos carceris baptizatus eſt. Demum facta relatione de iis Commodo imperatori, iuſsit eos ſi non deos adorarent plumbatis tan-

A diu cædi, quouſque ſpiritum exhalarent. Quod factũ eſt, & in Domino quieuerunt. Porrò Commodus imperator Colloſſi capite ſublato (vt ait Euſebius in Chron.) ſuæ imaginis caput iuſſit imponi. Item Commodus multos nobilium interficit, & ſpectacula populo Romano præbet inſignia. Incendio Romæ facto palatium, & ædes Veſtæ deæ plurimáque vrbis pars ſolo coæquatur. Flagitia (inquit Hugo Floria.) Aurelij Commodi imperatoris vrbis pœna proſecuta eſt. Nam capitolium fulmine ictum eſt: ex quo inflammatio facta Romanam bibliothecam rapaci turbine concremauit. Porrò Cæſar B Commodus cunctis incommodus, in domo Veſtiliani ſtrangulatus, interiit.

A.C. 19.

Oroſ. l. 7. c. 16.

§. XIIII.

ÆLIVS autem Pertinax ſenex à ſenatu imperator creatus eſt. Hic imperator ſecundum Euſebium obſecratus à Senatu, vt vxorem Auguſtam Cæſarem appellaret contradixit, ſufficere teſtatus, quòd ipſe regnaret inuitus. Erat enim ſeptua- C genario maior cùm præfecturam vrbis ageret, & ex ſenatuſconſulto imperare iuſſus eſt. Tandem Iuliani iuriſperiti ſcelere occiſus eſt. Quem poſtea Seuerus apud Miluium pontem interfecit. Iulianus autem qui ſibi Romanum vſurpauit imperium, imperauit ſeptem menſibus (ait Hugo) Sicque inter Pertinacem & Iulianum eius imperij ſucceſſorem vnus annus abſumptus eſt. Seuerus igitur genere Apher, qui ſe ex nomine imperatoris quem occiſum vltus fuerat, Pertinacẽ voluit appellari: Romanum conſequutus imperium, imperauit annis decem & octo ſecundum Hug. hic fuit natura ſæuus, multiſ- D que bellis laceſsitus.

P. Heluius Pertinax 20. po. Ro. imp. m. 20. d. 28.

Euſeb. in Chron.

Oroſ. ib. & c. 17.

Fortiſsimè quidem rempublicam, ſed laborioſiſſime rexit. Nam Peſcennium nigrum qui in Ægypto & Syria ad tyrannidem aſpirauerat interfecit. Iudæos & Samaritas rebellare conantes ſuperauit, Parthóſque & Arabes coercuit. Et ad extremum Claudio Albino, qui ſe in Gallia Cæſarem fecerat, Lugduni interfecto in Britanniam bellum tranſtulit, ibique magnis grauibúſque bellis ſæpe geſtis inſulam recepit. Quam & vallo & turribus crebris per centum triginta duo millia paſſuum à mari vſque ad mare comuniuit. Hic etiam poſt Neronem E quintam in Chriſtianos perſecutionem exercuit, qua perſecutione plurimi ſanctorum per diuerſa loca, & prouincias paſsi referuntur. Inter quos fuit Leonides pater Origenis, qui pro Chriſto capite plexus teneræ adhuc ætatis Origenem filium dereliquit, qui Origenes decimum octauum ætatis ſuæ annum agens Grammaticam docens, inde ſibi neceſſaria procurabat.

Seuerus in Britanniam trãſit.

Quinta contra Chriſtianos perſecutio.

Leonides Origenis pater.

Cenſus enim Leonidis patris ſui qui maximus fuerat: regio fiſco per proſcriptionem ſociatus erat. Cœpit autem Seuerus imperare anno Domini centeſimo nonageſimo quarto ſecundum Euſeb. in F Chron. Hic etiam Seuerus fuit acer ingenio, & Græcis & Latinis litteris ſufficienter inſtructus, & ad omnia quæ intendiſſet in finem perſeuerans, beneuolentia verò in quos ſe inclinaſſet mirabili atque perpetua, ad quærendum diligens, & ad largiendum liberalis: & in amicos & inimicos pariter vehemens. Hic primo fuit aduocatus. Primus &

Mores Seueri.

A.C. 200.

vltimus ex Aphrica imperauit. [a] Cui ſucceſſit in imperio filius Antoninus Caracalla. Cùm enim Seuerus decedens apud Eboracum reliquiſſet duos filios,ſcilicet, Antonium qui & Baſſianus dictus eſt, & Getam. Geta hoſtis publicus iudicatus interiit,& imperium Antoninus ſumpſit. Qui Caracalla cognominatus eſt propter genus veſtis, quod Romæ erogauerat. Cui Antonino ſucceſſit in imperio Alexander.

Antonius Caracalla. Euſeb. in Chron.

Imperium tamen poſt Caracallam à Macrino & Diadumeno fuiſſe adminiſtratum, & poſt eos ab Heliogabalo, cui ſucceſſit Alexander, omnes tradunt hiſtoriographi.

a Poſt mortem Seueri imperatoris duo eius filij Antoninus qui & Caracalla & P. Septimius Geta æquo iure Rom. imperium adminiſtrarunt a. 1. d. 22. & ſic hi duo in numero imperatorum ſunt 23. Occiſo autem Geta ſolus imperauit Caracalla a. 5 m. 1 d. 12. & eſt in ordine imperatorum 24. Ex Onuph.

§. XV.

De Narciſſo Hieroſolymitano epiſcopo. Euſ. l. 6. c. 7.

DE Narciſſo & Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopis, qui fuerunt circa tempora Victoris papæ & Seueri imperatoris. Hic Narciſſus cum in die ſolemni vigiliarum paſchæ oleum deeſſet luminaribus, cúmque illud per miniſtros innotuiſſet, mœror maximus plebi fuit, ſed Narciſſus fide fidens miniſtris imperat haurire aquam, ſibíque deferri. Aquã verò ſibi delatam poſt orationem benedixit, & infundi luminaribus præcepit. Tum repente miro & ſæculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in olei pinguedinem verſa ſplendorem luminum etiam ſolito reddidit clariorem. Cúmque eſſet iuſti & recti indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam male ſibi conſcij, metuentes ne criminum ſuorum ſi arguerentur non poſſent effugere vindictam, præueniunt, & factionibus circumuenire parant eum, cuius iudicium verebantur. Cõcinnant igitur aduerſus eum infame ſatis & noxium crimen, conueniũt auditores: teſtes ex ſemetipſis producunt, qui ſub ſacramento iuramenti, quæ obiiciebantur confirmarent. Quorum vnus teſtis, ita non igni conſumeretur vera ſe dicere teſtabatur: alius ita ne morbo regio corrumperetur: tertius ita ne luminibus priuaretur. Et quamuis nec iuramentis illis quidem quiſquam fidelium & Deum timentium crederet: eo quod vita Narciſſi, inſtitutio ac pudicitia noſceretur ab omnibus, ipſe tamen eorum quæ mota ſunt indignitatem & moleſtiam non ferens, ſimul & ſecretam ac philoſophicam vitam ſemper habere deſiderans, ſubterfugit eccleſiæ multitudinẽ, & in deſertis locis & agellis ſecretoribus deliteſcit annis quamplurimis. At non ille magnus diuinæ prouidentiæ oculus quieſcit in longum: ſed in impios vltionem per ea ipſa, quæ ſibi in periuriis ſtatuerant maledicta molitur. Primus namque ille teſtis parua ignis ſcintilla noctis tempore domo ſua ſucceſſa, cum omni genere, omníque familia ſua flammis vltricibus conflagrauit. Alius repente ab imis pedibus vſque ad ſummum capitis verticem morbo regio, quem fuerat imprecatus, repletur atque conſumitur. Tertius autem priorum exitum videns, & oculum diuinum non ſe latuiſſe perſpiciens, prorupit in medium, & audientibus cunctis ſera pœnitentia vniuerſum contumacis ſceleris pandit ordinem. Tantis autem lachrymis immanis commiſſi facinus deflet, & in tantum die noctúque durat in fletibus vſquequo luminibus orbaretur. Hi igitur figmenti ſui pœnas huiuſmodi dederunt.

Aqua in oleum vertitur.

Hiſdẽ pœnis affliguntur, quas ſibi fuerant imprecati.

A.C. 200.

Ibid. c. 8. Aliquot Epiſcopi abſente Narciſſo ordinãtur.

Narciſſus verò cùm iam deſertum petiiſſet, ac locis ſemet ſecretioribus abdidiſſet, vt vbi iam degeret nullus agnoſceret, neceſſarium viſum eſt Epiſcopis, vt alium pro ipſo ordinarent, cui nomen erat Dius. Cuíque cùm paruo tempore præfuiſſet eccleſiæ, ſucceſſit Germanion, & Germanioni Gordius. Tunc ecce ſubito velut rediuiuus cœlóque redditus ex improuiſo apparuit Narciſſus, & rurſus à fratribus ad præſidendum eccleſiæ rogatur. Veruntamen cùm ipſe iam ſenior pontificatus miniſterio ſufficere non poſſet, Alexander quidam genere Cappadox, vbi erat præclaræ vrbis epiſcopus, Hieroſolymam [a] adorandi & ſanctorum locorum viſitandi gratia properauerat, oſtẽſus eſt euidenter à Domino non ſolum ipſi beato viro Narciſſo: ſed & aliis plurimis per reuelationes in plebe, vt ipſum in loco ſancto epiſcopum detinerent. Propterea (quod ſuper cætera omnia magis terrificum fuit) eo die, quo ingreſſurus vrbem Alexander nunciatus eſt, multitudo fratrum plurima extra portas in occurſum eius egreſſa eſt: & vox cælitus omnibus audientibus manifeſtè facta eſt, dicens. Suſcipite epiſcopũ, qui vobis à Deo deſtinatus eſt. Itaque re ita completa vt prædicta fuerat omnibus Paleſtinæ Epiſcopis in vnum congregatis, adnitente quoque ipſo vel maxime Narciſſo Hieroſolymitanæ Eccleſiæ cum eo gubernaculum ſuſcepit. Hæc omnia ſcribit Euſebius libro hiſtor. Eccleſ. Refert autem Hieronymus quòd hic Alexander in fine cuiuſdam epiſtolæ, quam ſcribit ad Antinoitas ſuper pace eccleſiæ, ait. Salutat vos Narciſſus, qui ante me hic tenuit epiſcopalem locum, & nunc mecum eumdem locum orationibus regit, annos natus circiter centum ſexdecim & vos mecum precatur vt vnum idémque ſapiatis. Septima autem perſecutione ſub Decio, quo tempore Babylas Antiochiæ paſſus eſt, ductus eſt Cæſaream, & clauſus carcere ob confeſſionem Chriſti martyrio coronatur.

Ibid. c. 9. Narciſſus pontificatu ſeſe abdicat.

Hier. in catal. virorum illuſt.

Hier. 16.

Babylas & Alexander moriũtur pro Chriſto.

a Hieroſolymam adorandi & ſanctorum locum viſendi gratia Alexander venit: non ergo nouæ ſunt ad loca ſancta peregrinationes vbi etiam nota ſit ea Deo diſplicerent epiſcopum peregrinantem cælitus dato reſponſo non honoraſſet.

§. XVI.

CÆCILIA virgo clariſſima, ex nobili genere Romanorum exorta, & ab ipſis cunabulis in fide Chriſti nutrita, abſconditum Euangelium Chriſti ſemper gerebat in pectore, quod intelligo de pectore mentis, & Euangelij verbis. Et non diebus nec noctibus ceſſabat à colloquiis diuinis & oratione, ſuámque virginitatem à Domino conſeruari exorabat. Cùm autem cuidam iuueni nomine Valeriãno deſponſata fuiſſet, & dies nuptiarum inſtituta adueniſſet, illa ſubtus ad carnem cilicio erat induta & deſuper auratis veſtibus tegebatur. Et cãtantibus organis illa in corde ſuo Domino decãtabat dicens. Fiat Domine cor meum, & corpus meũ immaculatũ vt nõ cõfundar. Et biduanis & triduanis ieiuniis ſe prius

Cæciliæ geſta Notarij diligenter cõfecerunt, ex quibus ſua excerpſit Metaph. & hoc D. Anton.

Valerianus Cæciliæ ſponſus.

A.C. 239.

prius affligens ſuam Domino pudicitiam commendabat. Venit autem nox in qua ſuſcepit cum ſponſo ſuo cubiculi ſecreta ſilentia, vbi eum ita alloquitur. O amantiſſime iuuenis eſt myſterium quod tibi confiteat, ſi mihi iuraueris illud te conſeruaturum.

Angelus Domini virginum cuſtos.

Quo iurante, inquit, Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo cuſtodit corpus meum. Qui ſi vel leuiter ſenſerit, quod caſtitatem meam violare præſumas, vel polluto amore contingas, ſtatim contra te iratus, te feriet, & amittes florem tuæ gratiſſimæ iuuentutis. Sed ſi cognouerit, quòd me ſincero amore diligas, te quoque diliget ſicut & me, & gratiã ſuam tibi oſtendet. B Cui Valerianus nutu Dei timore correptus ait. Si vis vt credam tibi, oſtende mihi Angelum ipſum, etſi verè probauero quòd Angelus Dei ſit, faciam quod hortaris, ſi autem alium virum diligis, te & illum gladio feriam. Et dixit ei Cæcilia.

Valerianũ ad Vrbanum Cæcilia mittit.

Si in verum Deum credideris, & baptiſmum ſuſceperis, Angelum videre valebis. Vade igitur ad tertium milliarium ab vrbe, via, quæ Appia nuncupatur, & pauperibus quos ibi inuenies dices, Cæcilia miſit me ad vos, vt oſtendatis mihi ſanctum ſenem Vrbanum, quia ei habeo ſecreta, quæ perferam. Hunc cùm videris nuncia ei verba mea. Et poſtquam ab eo purificatus fueris, rediens videbis Angelum ipſum. C Perrexit ergo Valerianus illuc & ſanctum Vrbanum intra ſepulchra martyrum latitantem inuenit. Cúmque omnia retuliſſet, Vrbanus gratias agẽs Deo cũ lachrymis ait. Domine Ieſu ſeminator caſti conſilij ſuſcipe ſeminum fructus, quos in Cęcilia ſeminaſti. Domine Ieſu paſtor bone Cæcilia famula tua, quaſi apis argumentoſa tibi deſeruit, nam ſponſum, quem quaſi leonem ferocem acceperat ad te quaſi agnum manſuetiſſimum deſtinauit. Et ecce apparuit ſubito ſenex quidam niueis veſtitus indumentis, tenens librum apertum in manibus:

Eph. 4. Valerian' Chriſto credit.

D vbi ſcriptum literis aureis erat. Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma, vnus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia & in omnibus nobis. Quem videns Valerianus præ nimio timore, quaſi mortuus cecidit, & ſenex eum eleuans ait. Credis ita hæc eſſe, an adhuc dubitas? Tunc Valerianus exclamauit. Non eſt aliud, quod verius credi poſſit ſub cœlo.

Angelus cum Cęcilia loquitur.

Statímque illo diſparente Valerianus à ſancto Vrbano baptiſma ſuſcepit, & reuertens domum Valerianus Cæciliam cum Angelo loquentem in cubiculo inuenit. Habebat autem Angelus duas coronas ex roſis & liliis, & vnam Cæciliæ, alteram Valeriano tradidit dicens. E Iſtas coronas immaculato corde & mundo corpore cuſtodite, quia de paradiſo Dei eas ad vos attuli, quæ nunquam marceſcent, nec odorem amittent, nec ab aliis videri poſſunt, niſi quibus caſtitas placuerit. Tu verò Valeriane, quia vtili conſilio credidiſti, pete à Deo quod volueris.

Optima nobilis adoleſcẽtis petitio.

Cui Valerianus. Nihil mihi in hac vita extitit dulcius quàm vnicus fratris mei affectus, peto ergo vt & ipſe mecum veritatem agnoſcat. Cui Angelus. Placet Domino petitio tua, & ambo cum palma martyrij ad eum venietis.

Tyburtius Valeriani frater conuertitur.

F Poſt hæc ingreſſus Tyburtius frater Valeriani cubiculum, cùm ſenſiſſet roſarum nimium odorem, ait. Miror hoc tempore roſeus hic odor & liliorum vnde reſpiret. Nam ſi roſas & lilia in manibus meis haberem, nec ſic poſſent tantæ ſuauitatis odoramẽta infundi. Confiteor vobis ita ſum refectus, vt putem me totum ſubitò immutatum. Cui Valerianus. Coronas habemus ex floribus, quas oculi tui videre non valent: ſed ſicut odorem ſenſiſti, ſic & ſi credideris vide-

A.C. 239.

A re valebis. Et Tiburtius ad eum. In ſomnis hæc audio, an in veritate? Cui Valerianus. In ſomniis nunc vſque fuimus: ſed nunc in veritate manemus. Et Tiburtius. Quis te iſta docuit? Et Valerianus. Angelus me docuit, quem videre poteris, ſi purificatus fueris, & idolis abrenuntiaueris. Tunc Cæcilia euidenter ei oſtendit omnia idola eſſe inſenſibilia & muta, ita vt Tyburtius diceret. Qui hoc non credit, pecus eſt. Statímque Cæcilia oſculans pectus eius ait. Hodie fateor te meum eſſe cognatum. Sicut enim amor Dei fratrem tuum mihi coniugem fecit, ita contemptus idolorum facit te eſſe meum cognatum.

Cognatũ vocãt Itali fratrem mariti qui leuir Latinè dicitur.

B Vade ergo cum fratre tuo, vt purificationem recipias, & angelicos vultus videre valeas. Cúmque Valerianus eũ ducere vellet, dixit ei Tyburtius, Obſecro te, mi frater, ad quem vis me ducere? Et ille. Ad Vrbanum Epiſcopum. Et Tyburtius, de illo Vrbano dicis, qui totiens eſt damnatus, & adhuc moratur in latebris? Hic ſi inuentus fuerit, cremabitur, & nos flammis eius inuoluemur, & dum quærimus diuinitatẽ latentem in cœlis incurremus furorem exurentem in terris. Cui Cæcilia. Si hæc ſola vita eſſet, iuſtè hanc perdere timeremus, eſt alia melior, quæ nunquam amittitur, quam nobis Dei filius enarrauit.

Alia vita poſt hanc.

C Et de miſterio trinitatis & incarnationis filij Dei & paſſione plura ei expoſuit. Ad quæ compunctus Tyburtius dixit Valeriano. Obſecro mi frater, perduc me ad hominem Dei vt purificationem accipiam. Adductus ergo ad Vrbanum & baptizatus videbat Angelos Dei, & quæ poſtulabat à Deo accipiebat. Poſt hæc Almachius præfectus vrbis, cùm Chriſtianos perſequeretur, & plures occideret, audito quòd Tyburtius & Valerianus eos ſepelirent, & eleemoſynis inſiſterent coram ſe adduci eos fecit: interrogans quare Chriſtianos à ſe damnatos pro ſceleribus ſuis ſepelirent? Cui Tyburtius reſpondit. Vtinam nos ſerui

Conteẽpſerunt Chriſtiani id quod videtur eſſe & non eſt.

D eſſemus eorum quos tu damnatos appellas, qui contempſerunt id quod videtur eſſe, & non eſt, & inuenerunt id quod videtur non eſſe, & eſt. Dixit autem præfectus ad eum. Quidnam eſt illud? Cui Tyburtius. Quod videtur eſſe & non eſt, eſt id oẽ quòd eſt in mundo, quod hominem ad non eſſe perducit, ſcilicet, abuſus rerum mundi. Quod videtur nõ eſſe, & eſt, vita eſt iuſtorum, & pœna malorum, quia ſcilicet, non videntur ſenſibiliter. Dixit autem præfectus Non puto quod tua mente loquaris. Iubet ergo adſtare Valerianum eique ait. Quoniam non ſani capitis eſt frater tuus: tu ſaltem ſapienter poteris dare E reſponſum. Conſtat vos plurimum errare, qui gaudia reſpuitis, & omnia inimica gaudiis affectatis. Tũc Valerianus ſe vidiſſe ait hyemali tempore otioſos ludentes & operarios agricolas deridentes, ſed æſtiuo tempore, dum aduenirent glorioſi fructus laborum, gaudentibus illis qui putabantur vani, cœperunt flere, qui videbantur vrbani. Sic nos Chriſtiani qui in præſenti tempore ſuſtinemus ignominiam & laborem, in futuro percipiemus gloriam & æternam mercedem. Vos autem qui nunc habetis mundanum gaudium, in futuro inuenietis æternum interitum. Dixit autem præfectus ad eum. Ergo F nos & inuictiſſimi principes habebimus ſempiternum luctum, & vos viliſſimæ perſonæ perpetuum gaudiũ? Cui Valerianus. Homũciones eſtis non principes, tempore noſtro nati citius morituri, & plus omnibus rationem reddituri. Et præfectus. Quid verborũ circumitu immoramur? Offerte diis libamina, & illæſi abſcedite. Reſpondetũt ſancti. Nos quotidie ſacrificiũ Deo exhibemus. Quibus præfectus.

Chriſtiani nõ negãt ſe Deo ſacrificare: ergo erat inter Chriſtianos ſacrificium.

A.C. 200

Quod eſt nomẽ eius? Ad quem Valerianus. Nomen eius inuenire non poteris, etiam ſi pennis volaueris. Cui præfectus. Ergo Iuppiter nomen Dei non eſt? Et Valerianus ad eum. Nomen eſt homicidæ & ſtupratoris. Cui præfectus. Ergo totus mundus errat, & tu cum fratre tuo verum Deum noſti? Valerianus reſpondit. Nos ſoli non ſumus, ſed innumerabilis multitudo hanc ſanctitatem recepit, [Tunc iratus præfectus fecit eum virgis cædi. Ille autem confeſtim dum verberatus, lætus cœpit dicere. Ecce hora quam valde deſiderabam & ecce dies omni feſto mihi iucundior, & ad populum clamabat, viri, ciues Romanorum, ne hæc plaga vos à veritate auertat: ſed ſtate fortiter & Deus lapideos & ligneos quos colit Almachius præfectus in calcem conuertire. Tunc qui cum præfecto aſsidebat Tarquinius, dicit ei ſecreto. Tolle eos quamprimum à terra. Nam ſi tardaueris & de die in diem traxeris, omnes ſuas facultates diſtribuẽt pauperibus. Quod conſilium cum præfecto placuiſſet] traduntur martyres ſancti in cuſtodiam Maximi. Quibus ille ait. O iuuentutis flos purpureus, ô germanus fraternitatis affectus: quomodo ad mortem quaſi ad epulas feſtinatis? [Dixit ei Tiburtius. Nos ſi non verè didiciſſemus aliam eſſe vitam æternam, quæ vitam præſentem ſequitur, non gauderemus eam amittere. Nam poſt hanc vitam anima ſi ſit ſancta, feretur in paradiſi delicias. Dicit ei Maximus, vellem ego quoque hanc vitam reſpuere, ſi de his quæ dicis poſſem fieri certior.] Cui Valerianus ait, quod ſi crediturum ſe promitteret, gloriam animarum eorum poſt mortem videret. Et Maximus ad eum. Fulminibus igneis conſumar ſi non illum ſolum Deum confitear, quem adoratis, ſi contingat mihi quod dicitis. Ipſe igitur Maximus, & omnis eius familia ac vniuerſi carnifices crediderunt, & à ſancto Vrbano, qui illuc venit occultè baptiſmum ſuſcepit. Igitur dum aurora finem daret, Cæcilia exclamauit dicens. Eia milites Chriſti abiicite opera tenebrarum, & induimini arma lucis. Ducuntur demum ſancti Tiburtius & Valerius quarto milliario ab vrbe ad ſtatuam Iouis, & dum ſacrificare nollent decollantur pariter. Tunc Maximus cum iuramento aſſeruit ſe in hora paſsionis eorum Angelos vidiſſe fulgẽtes & animas eorũ quaſi virgines de Thalamo egredientes, quas in gremium ſuum Angeli detulerunt. Almachius verò audiens Maximũ Chriſtianũ effectum plumbatis tamdiu cædi iuſsit quouſque ſpiritum Deo reddidit. Cuius corpus Cæcilia iuxta Tiburtium & Valerianum iuſsit ſepeliri. Tunc Almachius amborum facultates cœpit inquirere, & Cæciliam coniugem Valeriani iuſsit adſtare, ei mandans vt idolis immolaret, aut ſententiam mortis ſuſciperet. Cúmque ad hoc apparentibus vrgeretur ſuaſionibus, vehementérque flerent, eo quòd puella tam pulchra & tam nobilis vltro ſe morti traderet, dixit ad eos. Hoc boni iuuenes non eſt iuuentutem perdere, ſed mutare, dare lutum & accipere aurum: dare vile habitaculum & accipere pretioſum, &c. Concludens, Creditis iis quæ dico? Et illi. Credimus Chriſtum verum eſſe Deum qui talem poſſedit famulam. Vocato igitur Vrbano epiſcopo, quadringenti & amplius baptizati ſunt. Fecit autem Almachius Cæciliam ad ſe adduci, & cùm ad interrogata audacter reſponderet, & confunderet præfectum, ait ille. Ignoras cuius poteſtatis ſum? Reſpondit Cæcilia. Poteſtas veſtra quaſi vter vento plenus, quem ſi acus pupugerit, omnis protinus rigor flacceſcit, & quicquid in ſe habere rigidum cernitur, incuruatur. Nos autem ſcientes ſanctum Dei nomen, omnino negare non poſſumus. Melius eſt enim fœliciter mori, quàm infœliciter viuere. Et Almachius. Vt quid cum tanta ſuperbia loqueris? Et illa. Non eſt ſuperbia, ſed conſtantia. Dicit autem Almachius. Iam depone amentiam & ſacrifica diis. Cui Cæcilia. Neſcio vbi oculos amiſeris. Nam quos tu deos dicis, nos eſſe ſaxa muta videmus. Mitte manum tuam, & tangendo diſce, quod oculis non vales videre. Tunc iratus Almachius iuſsit eam ad domum ſuam reduci: vbi tota die & nocte iuſsit eam in bullienti balneo concremari, quæ quaſi in loco frigido manſit, nec modicum quidem ſudoris ſenſit. Quod cùm audiſſet Almachius, iuſsit eã in ipſo balneo decollari. Quam ſpiculator tribus ictibus in collo percuſsit, nec tamẽ caput eius amputare valuit. Et quia decretum erat ne quartam percuſsionem decollandus acciperet eam ſemiuiuam cruentus carnifex dereliquit. Per triduum autem ſuperuiuens omnia ſua pauperibus diſtribuit, & omnes quos ad fidem conuerterat Vrbano epiſcopo commendauit dicens. Triduanas inducias mihi à Domino poſtulaui, vt hos tuæ beatitudini commendarem, & hanc domum meam eccleſiam conſecrares. Sanctus ergo Vrbanus martyrio coronatam inter epiſcopos ſepeliuit, & domum ſuam in eccleſiam (vt rogauerat) conſecrauit. Paſſa eſt autem circa annum Domini ducenteſimũ vigeſimum, tempore Alexandri imperatoris.

Maximus præfectus omniſque eius familia.

Tiburtij & Valeriani mors. Coluntur 14. April.

Cæcilia plurimos ad Chriſtũ ducit.

Conſtanter præfecto reſpondet.

A.C. 200.

S. Cæcilia gladio percutitur nec moritur.

Colitur 22. Nou.

§. XVII.

EODEM imperante alexandro (vt refert Vincen. in ſpec. hiſto. libro duodecimo, capite viceſimo ſeptimo) fuit quædam ſancta virgo nomine Martina nobilis Romana, ex ſplendido ſenatorum genere orta, ab infantia ſacris ſcripturæ myſteriis informata, omnibúſque virtutibus adornata, quæ multas poſſeſsiones & diuitias habens pauperibus largiter erogabat. Ad imperatorem autem Alexandrum perſequentem Chriſtianos poſtquam hæc fidelis adducta eſt, aſpectu eius, quia pulcherrima erat, in amorem exarſit. Vnde eam inuitauit ad culturam Deorum, vt præeſſet palatio & conſors eſſet imperij ſui. Cui martina reſpondit ſeſe ſacrificium Deo vero obtuliſſe, qui mundo corde & caſto corpore delectatur. Cùm autem introducta eſſet in templum Apollinis, eius oratione terræmotu facto tota Roma concutitur, Apollo comminuitur, & quarta pars templi cadens oppreſsit multitudinem paganorum cum ſacerdotibus ſuis. Et ait Martina imperatori. Adiuua Deum tuum, qui comminutus eſt. Dæmon verò in puluere idoli ſe volutans clamabat. O virgo Dei Martina magni Dei ancilla, de habitaculo, in quo ſteti annis nonagintaocto me eiiciens deformem oſtendiſti, cùm haberem ſub me ſpiritus CCCCLXXII. qui mihi quotidie animas plurimas offerebant, nunc verò me tartarico tradis incendio. Dæmone autẽ ipſo deſcẽdente qua tranſibat teterrimus erat aer. Iuſſa eſt ergo virgo cædi: ſed carnifices numero octo clamabant ſe magis ab illa torqueri, aſſerẽtes ſe quatuor viros videre ſplẽdiſsimos eis verbera intentantes. Pro ipſis ergo octo tortoribus ſuis virgo Deum exorãs eos conuertit ad fidem, effuſo ſuper eos de cœlo lumine cum hac voce pariter. Propter orationem famulæ meæ vobis parco. Conuerſi igitur ipſi ad Chriſtum cùm iuſſi ab imperatore nollent idolis immolare, poſt ſuſpenſionem in ecu

De hac S. Martina ſcripſit Ado & Sur. t. 1. ex MS. codicibus ex quibus tum Ant. tũ Vincẽ. hæc acceperunt.

Tortores Martinæ conuertũtur.

A.C. 222.

A in eculeo, poſt in toto corpore lacerationem decapitati ſunt pro Chriſto.

Altera autem die imperator Martinam ante ſe adductam ſpoliari fecit, & carnes eius gladiis incidi. Illa verò apparuit vt nix candida ſplendórque eius ex corpore procedens caligare faciebat oculos in eam aſpicientium. Ex vulneribus quoque eius pro ſanguine lac fluebat. Percutientes autem eam dicebant conquerendo ſe ab Angelis repercuti, ſéque velut igne cremari. Sequenti mane miſſus Eumeni⁹ cognatus imperatoris vt eam adduceret, ſuauiſſimo odore repletus eſt. Aperiénſque carcerem vidit eam immenſo lumine circunfuſam, & præ timore in ter- B ram cadens, indéque vix reſurgens vidit eam in ſede glorioſa reſidentẽ, & circa eum multitudinem virorum albatorum. Ipſaque in manu tenebat tabulam æream in qua ſcriptũ erat, Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti. Eumenius hoc imperatori nunciat: ſed hæc omnia arti magicæ attribuebant: dicentes Eumenium arte magica virginis deceptum. Educta virgo de carcere iuſſa eſt deæ Dianæ ſacrificare. Qua templum ingreſſa, dæmon qui habitabat in idolo clamabat. Væ mihi quia ignis per quatuor angulos templi me perſequitur. Cui cùm virgo mandaſſet, vt ſe mo- C ueret, & ſtridens exiret, mox tonitruũ cum fulgure factũ eſt. Ignis etiã de cœlo cecidit & cõbuſſit ſacerdotes idolorũ, & in fauillã idolũ redactum eſt. Tunc virgo quaſi deſtructrix templi iuſſa eſt extendi, & membra eius gladiis incidi, ac circa mammillas vngulis attrectari. Cúmque in iis omnibus conſtanter ſtaret, & Deũ glorificaret, iuſſa eſt fœmiris tradi vt diſſiparetur, & diſcerpta moreretur. Tunc immaniſſimus leo ad eam dimiſſus eſt, qui non comederat tribus diebus, vt eam citius deuoraret. Egreſſúſque rugit ſuper eam, non terrorem oſtendens ſed compaſſionem: & facie blandiens ambulauit ad eum & D inclinans oſculabatur pedes eius. Illa vero dicebat. Fulges in virtutibus Deus: proſpicio enim Angelos à dextris & ſiniſtris diuinitatem glorificantes. Quod videns imperator præcepit leonem in caueam reduci. Qui impetum faciens, Eumenium cognatum regis interfecit. Propter quod iratus imperator iuſſit eam igne accenſo in eum proiici: ſed pluuia de cœlo deſcendens ipſum extinxit, flammámque eius ventus diſperſit, & ex circunſtantibus multos combuſſit. Exiſtimans autem in capillis eius eſſe virtutem maleficiorum, radi capillos capitis eius fecit. Alexander autem imperator fecit eam includi in templum E Dianæ, & poſt triduum aperientes inuenerunt eam ſplendẽtem, & cum ea viros ſpecioſos, ſcilicet, Angelos, & Dianam Deam cecidiſſe & in puluerem redactam. Demum imperator præcepit eam extra ciuitatem eiici, & gladio caput eius amputari. Factáque eſt vox de cœlo dicens. Quia certaſti pro nomine meo Martina virgo, ingredere cum omnibus ſanctis in regnum cœlorum. Ad quam vocem exterriti carnifices, mortui ſunt. Et corpus eius à clero & populo honorificè ſepultum eſt Kalend. Ianuarij. Factóque terræmotu magno crediderunt in Chri- F ſtum duo millia trecenti. Euſebius dicit in Chron. quòd tumultu militari apud Maguntiam Alexander imperator occiſus eſt. Hic Alexander imperator ſe Dominum appellari prohibuit, ſeruato tamen nomine imperatoris. Nullam legem ſanciuit niſi prius viginti viri doctiſsimi ſuas ſententias præmiditatas inſcriberent. Chriſto templũ facere diſpoſuit, & in-

Martina in carcere lumine immenſo fulget.

Pſal. 103.

Martina pro Chriſto moritur: colitur 1. Ioã.

Alexandri mors.

Alexandri mores.

A.C. 236.

A ter deos recipere: quod etiam dicitur Adrianus cogitaſſe, qui templa in omnibus ciuitatibus iuſsit fieri abſque ſimulachris: ſed prohibitus eſt ab iis, qui ſacra ſeruabant, aſſerentibus per hoc omnes futuros Chriſtianos. Hic aſſerebat tutius eſſe reipublicæ habere malum imperatorem, quam conſiliarios eius malos, quia vnus malus à multis bonis ſæpe corrigitur, & non econuerſo. Claudius Albinus extraordinarius Cæſar fuit: hic quingentas ficus paſſas ieiunus comedit, centum perſica campana, melones Oſtienſes decem, oſtreas quadringentas. Venerem abhorruit. In agricultura doctiſsimus fuit, vt in quo- B dam Chronico legitur.

Claudij Albinij voracitas.

a Ante Alexandrum imperatorem collocat Onuph. M. Aurelium Antoninum Heliogabalum, quem ipſe Halegabalum nominat 26. Pop. Rom. imperat. qui imperauit a. 3 m. 9. d. 4. M. autem Aurelius Seuerus Alexander de quo agit D. Anton fuit 27. pop. Rom. imper. qui imperauit a. 13 d. 9. poſt hunc etiam fuit C. Iulius Maximinus 28. pop. Rom. imper. qui imp. a. 2. m. aliquot, dies aliquot.

§. XVIII.

C ANNO Domini ducenteſimo vigeſimo ſecundo tempore Alexandri imperatoris Romanorum, diuino incendio cremata eſt pars eminentior vrbis Romæ, & in templo Iouis manus eius ſiniſtra aurea liquefacta eſt. Tunc venerunt ſacerdotes idolorum ad Alexandrum, petentes vt dij irati ſacrificijs placarentur. Et dum iubente Alexandro ſacrificarent, ſubitò ſereno cœlo mane die Iouis fulminati ſunt quatuor ſacerdotes idolorum cum ara Iouis, & dies obſcuratus eſt, ita vt Romanus populus fugeret extra muros. Audiens autem Palmatius conſul quòd D [b] Calixtus papa cum ſuis clericis trans-Tiberim latitaret: rogauit imperatorem vt Chriſtiani, propter quos hoc ſignum venerat ad purgationem ciuitatis vrgerentur. Accepta igitur poteſtate illuc Palmatius cum militibus properauit: ſed ſtatim militibus excæcatis territus Palmatius Alexandro hoc narrauit velociter. Tunc imperator iuſsit vt omnes populi conuenirent, & Mercurio immolarent. Quod cùm fieret, virgo templi nomine Iuliana arrepta à dæmone clamauit dicens. Deus Calixti viuus eſt & verus, qui noſtris pollutionibus indignatur. Audiens hoc Palmatius cucurrit ad ſanctum Calixtum trans-Ti- E berim in vrbem Rauennantium, & ante ipſum proſtratus, & veritatẽ profeſſus, poſtulauit baptiſmum. Statimq; baptizatus cum omni domo ſua ac familia numero 42. per dies quadraginta omnia pauperibus erogauit. Et propter hoc Alexander eum ſibi præſentatum Simplicio ſenatori tradidit, vt cum manſuete tractando cõuerteret, eo quòd reipublicæ multum neceſſarius foret. Palmatio verò ſemper flẽte & orãte, quidã nomine Felix venit ad eũ rogãs eum pro vxore ſua paralytica, promittẽs ſe crediturũ ſi eã ſanaret. Quo orãte ſanata eſt. Qui baptizatus eſt cũ ipſo à Calixto papa. Et ipſum etiã Simplicium ſenato- F

In vrbe graues & ignis & terræmotus calamitates.

Calixtus pon. max. 17. ſedit a. 5. m. 1. d. 13.

Palmatius fit Chriſtianus.

b Poſt Eleutherum papam qui fuit vltimus pont. ex his quos §. 1. huius cap. D. Anton. recenſuit, pontificatum obtinuit S. Victor Afer 15. pont. qui ſedit a. 12. m. 1. d. 28. poſt quem ſedit S. Zephirinus Romanus 16. pont. Rom. qui ſedit a. 20. d. 17. denique his Calixtus martyr qui ſedit a. 5. m. 1. d. 13. Onuph.

A.C. 225.

rem conuerſum ad fidem ex miraculo viſo. Hæc omnia audiens Alexander iuſſit omnes qui baptizati erant decollari, & Calepodium presbyterum decollatum in Tiberim iactari, capita decollatorum illorum per portas vrbis ad terrorem Chriſtianorum ſuſpendi. Tunc Calixtus papa cũ cleris & inuencis fugiens in domum Pontiani latuit, & quæſitum corpus Calepodij in cæmiterio ſuo honorificè ſepeliuit. Audiens hæc imperator Callixtum ſibi adductum ſine cibo & potu diebus quinque durare coegit. Vidénſque eum amplius confortatum iuſſit eum diebus ſingulis fuſtibus cædi, & omnium introitum ad eum prohiberi. Ille autem apparente ſibi ſancto Calepodio confortatus, per venientem ad ſe priuatũ militem iuſſus eſt plumbatis vſque ad mortem cædi, & de feneſtra præcipitatus alligatúſque ſaxo in puteum iactari, & in eo rudere tumulari. Sed Aſterius nocte leuauit cum clericis ſuis corpus eius de puteo & ſepeliuit. Ideóq; prædictus Aſterius presbyter poſt ſex dies de ponte præcipitatus, in vrbe Oſtia martyrium conſummauit. Huius Callixti eſt illud notabile dictum: diſtinct. 50. ponderet. Ponderet vnuſquiſque ſermones ſuos: & quod ſibi non vult loqui, alteri ne loquatur. Nos enim tempore egemus vt maturius quid agamus: non præcipitemus conſilia & opera noſtra, neque ordinem eorum corrumpamus. Sed ſi aliquis quoquo modo lapſus fuerit, portemus eum, & fraterno corripiamus affectu. Et infra in fine. Sententiam quæ miſericordiam vetat, fratres non ſolum tenere: ſed audire fugite: quia miſericordia potior eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis.

Calepodius. De S. Calliſto papa. — *Aſterius præcipitatus martyr eſt effectus.* — *Oſ. 6. Matth. 9.*

§. XIX.

S. Vrbanus Pontiani filius Romanus ſedit a. 7. m. 7. d. 5.

VRBANVS ciuis Romanus genere nobilis: ſed ſanctitate nobilior, ab infantia Chriſtianus virtute abſtinentiæ & caſtitatis ornatus, ſancto Calixto papæ adhæſit, perſecutione Chriſtianorum adhuc crudeliter ſæuiente. Cuius dignitatis officium adeptus optimis virtutum ſtudiis adornatus, rerum proſcriptionem paſſus, multoties damnatus ex vrbe pontifex factus, ſed à fidelibus clam retractus, in tertio ab vrbe milliario confluentibus ad ſe populis continue prædicabat. Interea cùm Alexander Mammeæ filius, cuius matrem Origenes conuerterat, regnare cœpiſſet, maternis precibus coactus eſt imperator, vt in Chriſtianos miſericos fieret & clemens, nec innocentibus perſecutionem inferret. Cui quidem ille aſſenſit, non tamen edictis id decreuit. Vnde Almachius præfectus inimicus totius boni, inſidiabatur occultis, & publicè puniebat egreſſos. Cùm ergo Cæciliam cum multis aliis decollaſſet, & ſanctum Vrbanum vbique iuſſiſſet inquiri, Carpaſius vnus miniſtrorum quoddam antrum intrauit, & ſanctum Vrbanum cum tribus presbyteris & tribus diaconibus orantem inueniens, ſtatim eos Almachio præſentauit. Cúmque iuſſi Ioue ſacrificare recuſarent, rapiuntur ſtatim à tribunali vt homicidæ, vt vrbis incenſores, vt reipublicæ peruerſores: qui cõtempto idolo in carcerem retruduntur. Et in carcere mutuo ſe cohortantes Chriſtiani ad eos conueniebant. Mane autem facto iudici præſentati, diris verberibus attrectati, cùm ſuperari non poſſent, carceri iterum mancipantur. Ad quos veniẽtes tres viri magnifici tribunitiæ poteſtatis, cum duobus preſbyteris à ſancto Vrbano ſunt optime confortati: cuius verba Anolinus carcerarius audiens, compunctus ſtatim petiit baptizari. Et ſic tota nocte peruigiles, mane facto clanculo ſunt egreſſi. Audito igitur quòd Anolinus Chriſtianus eſſet, cum ſanctis Almachio præſentatur, & ſtatim ſacrificare renuens decollatur. Sequenti nocte Almachius Vrbanum cum ſanctis alloquitur, promittens quòd ſi Ioui thura imponerent, ſoluti libertatem & facultates reciperent. Cùm ergo ad ſimulachrum ducerentur, & ad imponendum thura vrgerentur, ſanctus Vrbanus orauit, & protinus ſimulachro corruente pars templi cecidit & duodecim de ſacerdotibus, qui ignem miniſtrabant occidit. Tunc Almachius timore & anxietate confectus iubet ſanctos cum iniuriis induci, & plagis grauiſſimis laniari. Vbi dum beſtialiter caperentur, Lucianus diaconus inter manus credentium migrauit ad Dominum. Cuius corpus toto die iuſſu præfecti inhumatum ſterit donec Fortunatus presbyter nocte ſepeliuit. Vrbanus dum iterum receptus ergaſtulo ſocios ad perſeuerentiam hortaretur inceſſabiliter, die tertia eductus ad ſacrificandum compellitur, & ſimul cum aliis ſociis idolum conſpuentes plumbatis crudeliſſime verberantur. Et tandem cuncti colla tendentes trucidantur, corpora eorum beſtiis & auibus exponuntur. Sed ſtatim Carpaſium vltio diuina ſubſequitur. Nam dum à cæde ſanctorum rediens idolo quaſi victor ſacrificat à dæmone corripitur, deos ſuos blaſphemans & Chriſtianos inuitus prædicans, & poſt paululum ſuffocatur. Quod videns Marmenia vxor eius cum filia ſua Lucina accedens ad Fortunatum & Iuſtinum presbyteros baptizatæ ſunt & ſanctum Vrbanum cum ſociis decollatum anno Domini ducenteſimo trigeſimo honorificè ſepelierunt.

Mammea Alexandri mater Chriſtiana. — *Almachius præfectus Vrbanum perſequitur.* — *Anolino caput amputatur.* — *A.C. 225.* — *Lucianus moritur.* — *Vrbanus cũ ſociis martyr efficitur.* — *Colitur S. Vrbanus die 25. Maij.*

§. XX.

Quirycus & eius mater.

HISTORIA ſanctorum Quiryci & Iulitæ matris eius quia inter apocryphas ponitur diſtinct. 15. ſancta Romana, ideo abbreuiatur. Iulita mater Quiryci de Iconio progenita, perſecutionem fugiens Tharſum acceſſit vbi ad immolandum diis inducitur. In agone verò poſita contriſtatur ſuper paruulo ſuo Quiryco, & demum prodente matre infantulus Quirycus præſidi præſentatur. Ille verò cum minis & blanditiis moneretur ad negandum Chriſtum, blandientem æquè & minantem paruipendens diſerto ſermone Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt, nec ſe ab hac profeſſione poſſe diuelli. Ait autem præſes ad eum. Volo mihi pandas quis huius doctrinæ magiſter tibi extiterit. Cui Quirycus reſpondit. Miror ô præſes inſipientiam tuam, qui in me tantillam cernens ætatulam, ac ſcientiæ diſcendæ minus idoneam percunctaris quis me diuinã docuit ſapientiam? Præſes ad hæc furore repletus iuſſit paruulum vehementiſſime cedi. At ille oculis ac manibus in cœlum erectis gratias agebat Deo. Ad carnifices autem aiebat. Chriſtianus ſum. Et quotiens piæ confeſſionis vocem emittebat, totiens ei vires corporis reparabantur. Sed & mater filium pio confortabat affectu. Poſt plura tormẽta clauſi in carcere multos conuerterunt. Qui omnes decapitati ſunt, & poſt eos mater cum filio. Qui occiſi & membratim conciſi & diſperſi ne ſepelirẽtur, ab Angelo poſtmodum collecti à Chriſtianis ſepulti ſunt. Hiero. lib. de viris illu.

Quiryci pueri ad præſidem reſponſiones. — *Quirycus puer torquetur.*

A. C. 230.

vi.illu. Hippolitus epiſcopus qui rationem paſchæ & temporum canones ſcripſit,vſq; primum annum Alexandri imperatoris & ſexdecim annorum circulum reperit, & Euſebio qui ſuper eodem paſcha canonem 19. annorum circulum compoſuit,occaſionem dedit,clarus habetur. Scripſit nonnullos commentarios,ſuper aliquibus libris ſacræ ſcripturæ.

De Boſtreno.

Beryllus Boſtrenus Arabiæ epiſcopus cùm aliquanto tempore rexiſſet Eccleſiam, in hæreſim ad extremum lapſus eſt,quæ aſſerit Chriſtum ante Mariam non fuiſſe, ſcilicet quo ad deitatem. Sed ab Origene correptus per epiſtolas gratias ei agit. Vlpianus quoque iuriſconſultus adſeſſor Alexandri inſigniſſimus habetur ſecundum Euſeb.in chron.

§ XXI.

De Origene & doctrina eius antiquorũ variæ opiniones.

DE Origene & doctrina eius qui illis temporibus fuit, varia opinio fuit inter antiquos doctores,aliis dicentibus fuiſſe hæreticum,aliis laudantibus & excuſantibus eum de illis erroribus, qui inuenti ſunt in libris ſuis,ſcilicet quòd ab æmulis ſuis & falſariis inſerti ſint in ipſis libris,& non ipſe talia ſenſerit.Hieronym.autem de eo ſic ait in lib.de viris illu.Origenes qui & Adamantius dicitur Seueri Pertinacis anno decimo aduerſum Chriſtianos mota perſecutione & Leonide patre eius martyrio coronato, cum ſex fratribus & matre vidua pauper relinquitur annos natus circiter decem & ſeptem.hic Alexandriæ diſperſa Eccleſia [decimo octauo ætatis ſuę anno κατηχήσεων opus aggreſſus,poſtea à Demetrio eiuſdem vrbis epiſcopo in locum Clementis presbyteri confirmatus] per multos annos ibi floruit, & poſt in Cæſarea & aliis locis docuit. Hic apud Philippum,qui primus ex imperatorib. Chriſtianus fuit ſummo honore habitus eſt. Hic Hebraicam linguã diſcens editiones veteris teſtamenti factas per ſeptuaginta & per Aquilam Ponticum & per Theodotionem,& per Symmachum,& quintam & ſextam & ſeptimam editionem congregans cum cæteris editionibus comparauit dialecticam, geometricam,arithmeticam, muſicam, grammaticam,rhetoricam, omniúmque philoſophorum ſectas didicit, vt ſtudioſos ſæcularium literarum ſectatores haberet, [& interpretaretur eis quotidie, concurſúſq; ad eum miri fierent,quos ille propterea recipiebat, vt] & ſub occaſione ſæcularis literaturæ in fide Chriſti inſtitueret. Vixit autem vſque ad Gallum Voluſianum imperatorem, & ſexageſimum nonum ætatis ſuæ annum agens mortuus eſt Tyri. Hæc Hieronym. In chronico Martiniano dicitur, quod Origenes poſt Apoſtolos ſuper omnes in Eccleſia Dei ſciẽtia,eloquentia & vita floruit.Habuit autem ſeptem iuuenes,& totidem puellas qui ex ore eius diuerſarum librorum materias ſcriberent. Et tanta ſcripſit quòd [a] beatus Hiero. 6.millia voluminum ab eo edita narrat ſe legiſſe.De eo erat prouerbium,quòd qualis eius vita, talis & doctrina. Super lectum nunquam iacuit, calceos nunquam induit, carnes nunquam comedit,vinum nunquam bibit ſicut in Eccleſiaſt. legitur hiſtoria. Et vt narrat Euſe. cùm audiſſet puer exiſtens patrem martyrio decollandum, feruore fidei diſpoſuerat patrem aſſocia-

De Origine Hieronymi teſtimonium.

Euſ. lib. 6. eccl.hi c.3. Ib.c.2.

a D. Hiero. aduerſus errores Ioan. Hieroſ. hoc tanquam falſum arguit,& aduer. Ruff. eum qui ſe Origen. tot volumina legiſſe gloriabatur reprehendit.

A re, vt cum eo martyr efficeretur. Sed mater eius ne eo orbaretur, occulte noctis tempore veſtimenta eius abſtulit, & ſic mane non inueniens ea retentus eſt. Et vt vbique poſſet ſine ſuſpitione mali etiam priuatim & inter fœminas prædicare [dominicam vocem,ſunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum Matth. 19. re atque opere in ſeipſo aggreſſus eſt adimplere,] aliis laudantibus, aliis deteſtantibus hoc factum. Haymo vero in lib. qui dicitur Eccleſiaſticarum rerum memoria, vt refert Vincen.in ſpe. hiſt. poſt plurimas laudes eius ſic ait. Plurimum admirari non ſufficio quod vir tam B illuſtris tam aperte obuians hæreticis, deuolutus ſit in nominatiſſimã hæreſim ac errorem, ſcilicet quòd ſeraphim de quo in Eſa.ſcilicet 6. cap. Spiritumſanctum eſſe expoſuerit. Et quòd in alio loco de pœnitentia diaboli ſcripſit, & de abſolutione reproborum poſt mille annos,& de multis aliis quæ fidei orthodoxæ aduerſantur,maxime cùm abſtinentiſſimæ vitæ & caſtiſſimæ fuerit, & tam præclarę doctrinæ. Ego ſane de eo ſalua fide patrum dixerim,quòd hoc oĩno nõ ſcripſit,ſed quod ab hęreticis ad præclarum nomen eius obfuſcandum maligne conficta ſint & conſcripta,& nomine eius prætitulata, vel ſi ſcripſit, C nõ ſtatuit ex ſentẽtia,ſed diſſeruit ex opinione.Nam (vt ipſemet dicit) philoſophorum & hæreticorum dogmata didicerat,ne ad cõfutandos eos imperitior eſſet, ſi ignoraret quæ apud eos erant. Et fortaſſe cùm in aliquibus locis ſcribendo attigit eorum errores,calumniatus eſt ab aliis hoc à ſemetipſo dixiſſe. Quod ſi etiam ipſas hæreſes (vt quibuſdam placet) ex ſententia ſcripſerit, valde compatiendum eſt tam eruditi pectoris viro,qui tantam eruditionis copiam miniſtrauit,de quo à Patrib. dictum eſt. Quia vbi bene ſcripſit,nemo melius. Quod autem erratum eſt ab Origene & contra orthodoxam fidem D aliquid ſcriptum,opinor ex hoc ei accidiſſe quòd nimio lectionis ſtudio amplexus eſt philoſophos. Attigerat enim & omnino aſſecutus fuerat ſectam Platonis,& Pythagoræ,Cheremonis quoque Stoici, & Cornuti volumina, cæterorúmque philoſophorum. Et fortaſſe quia nimis in eis eſt immoratus, & diutius ebibit de calice Babylonis inaurato, coactus eſt quodammodo de eius fœce in ſacram ſcripturam transfundere.Ex quo valde & diligenter cauendum Eccleſiaſticis viris ne nimis philoſophicis inſtitutis dẽt operam,ne forte cùm inebriati fuerint inanibus poculis eorum, & tumidis ſenſibus inflati, diffici- E lius retracto pede ad humilitatem Chriſti reuocentur, & tardius fidei acquieſcant cùm fuerint edocti contraria.Nec hæc dicendo lectores artium damnamus nec artes. Nam & ipſæ non inutiliter leguntur ad profundas quæſtiones thelogiæ enodãdas & perſcrutandas rationes.Ipſa quippe theologia eſt domina artium, & ei cæteræ vt pediſſequæ famulantur. Hæc ille.In decretis diſtinct.15. Sancta Romana,vbi Gelaſius ponit libros approbatos ab Eccleſia,reprobatos,ac etiam apocryphos,ſolum approbãtur ex libris Origenis,quos Hier.approbat.alios autem cum ſuo authore damnat. Ac etiam reprehenditur ibi F Euſebius in hiſtor.Eccle.eo quòd nimis commendauit Origenem. Et 24. quæſt.3.cap.penult.vbi deſcribuntur hæreſes exortæ in Eccleſia, ponitur hæreſis Origenis & ſequacium dicentium animas à principio mundi peccaſſe & pro diuerſitate peccatorum è cœlis vſque ad terram lapſas diuerſa corpora quaſi vincula meruiſſe, eáq; cauſa mũdum fuiſſe creatum. Et quamnis inueniatur libellus qui intitulatur de

A. C. 230.

Euſeb.c.6.

Errores Origenis miſerãdi.

Origenis errores illi ab improbis cõficti.

Quõ in ſcriptis Origenis hæreticorum & philoſophorũ errores reperiantur

Quõ Origenes errauerit.

Philoſophia prodeſt.

Ex Iſid. 8. l.etym.c.5.

Error Origenis de anima.

A.C. 230.

A pœnitentia Origenis, miſſus ab eo ad Fabianum vrbis epiſcopum, vbi deplorat errores ſuos, quem ponit Vincen. in ſpecu. hiſto. lib. 12. cap. 14. tamen liber ille ponitur inter Apocryphos in dicto capitul. Sancta Romana, id eſt, dubios de veritate eorum. Et 23. quæſt. 2. ſane profertur. dicitur ibi Originem propter hæreſim poſt mortem anathematizatum. Item

Hiero. ep. 65. ad Pã. & Oce. t.

Hieronym. ad Pammachium de eo ait, Male ſenſit Origenes de filio, peius de Spiritu ſancto, animarum de cœlo ruinam impie protulit, veram carnis reſurrectionem negauit, poſt multa ſæcula vnam de omnibus fore reſtitutionem aſſeruit.

Epiph. l. 2. cont. hære. cap. 64.

Sanctus Epiphanius eum etiam hæreticum aſſerit. B De vera pœnitentia & cauſa defectus eius.[a] Adamantius (qui ſecundum Hieronym. ipſe Orig.) ſic ait ſuper Leuiticum, & habetur de pœnit. diſtinct. 3. inter hæc. 1.

Hieron. in Catal. Origen. in 10. c. ſup. Leuit.

Non peccare ſolius Dei eſt, emendare ſapientis. Sed raro inuenies qui ſe corrigat. Rara confeſſio peccati, rara pœnitentia. Repugnat natura & verecundia,

Leu. 10.

quia obnoxia eſt culpæ omnis caro. Et quiſquis erubeſcit peccatum confiteri, magis præſentia cogitat, quàm futura. Vult enim Moyſes (ſcilicet figurans Deum) peccati vacuam reperire animam, ſed vbi irrationabilis impetus præuenit, & flamma celerrimi motus exurit animam, depaſcitur eius innocen- C tiam. Præponderant enim futuris præſentia, ſeriis iucunda, læta triſtibus, & properata tardioribus. Velox enim iniquitas, quæ ad nocendum occaſionem ſuggerit. Lenta virtus & cunctatrix ante iudicat quàm incipiat quid decorum quid honeſtum. Iniquitas omnia præcipitat. Pigra ergo & verecunda pœnitentia, quæ præſentium pudore premitur. Solis enim intendit futuris, quorum ſpes ſera, tardior fructus. Interim præcurrit impudentia, & ſpe præſentium pœnitentia excluditur, & affectus eius exuritur & abolетur. Et infra.

Quid ignis alienus qui eſt ex ſacrificio domini remouendus.

Qui ergo vult mundari D ignem alienum remoueat. Ignis alienus eſt libido, auaritia, & omnis praua cupiditas. Hic ignis exurit non mundat. In quibus enim eſt, ſi offerant in conſpectu domini ſacramenta, ſcilicet miniſtrando vel accipiendo, ignis eos cœleſtis abſumit, id eſt vindicta & punitio Dei, ſicut Nadab & Abiu [cum his

Leu. 10.

quæ pro peccato fuerant oblata. Qui ergo vult mundari ignem alienum, remoueat &] illi igni ſe offerat, qui ſcilicet vult emũdari, qui culpam exurit non hominem. Hic ignis ſiccauit hæmorroiſſæ ſanguinem profluentem. Hic ignis ſiccauit culpam latronis. Ignis qui conſumens eſt, ſanat ſimpliciter & pure confitentes.

Mar. 5. Luc. 23. Deut. 4.

Hæc ibi. E Item de euitatione & cõſortio mulierum cauendo & pudicitia ſeruãda præcipue, quo ad clericos in quodam libello vt refert Vincen. ſpecu. hiſt. lib 12. ſic ait.

De vitãdo mulierum conſortio.

Quia fœminarum commoratione quidam inter nos ad ignominiam deuoluti ſunt, dominus me miſerum pro veſtra negligentia cum ſeueritate per reuelationem corripiens mandare præcepit, ne clerici cum fœminis commorentur. Nimis certè præceps eſt, qui tranſire contendit vbi alium cecidiſſe conſpexit. Et vehementer infirmus eſt, cui non incutitur timor alio pereunte. Ille autem prouidus, qui ſollicitus fit caſu aliorum. F Aduerſaria confidentia eſt, quæ periculis pro certo vitam ſuam commendat, & lubrica ſpes, quæ inter peccati fomenta ſaluari ſe ſperat. Impoſ-

a Adamantius Origenes dictus eo quod ſicut Adamas ferro nec metallo vllo labore frangi debilitari ve poterat.

A ſibilis liberatio eſt flammis circundari, nec ardere. Difficile eſt, vt venenum quis bibat & viuat, vel dormiat in ripa & non cadat. In hac parte magis expedit bene timere, quàm male fidere. Et vtilius eſt vt infirmum ſe homo cognoſcat, vt fortis exiſtat, quam vt videri fortis velit & infirmus emergat. Minus auaritię moleſtias quis patitur, qui diuitias nõ videt. Tentationibus ſubiacet, qui fœminæ coniunctus eſt: in qua nihil aliud eſt, niſi quòd feriat proximantem. Aculeus peccati facta eſt forma fœminea.

Multi ob mulieres corruerũt.

Quanti & quales epiſcopi clerici & laici poſt victoriarum certamina, poſt magnalia & ſigna & mirabilia quæ- B que monſtrata noſcuntur cum iis omnibus naufragaſſe cùm voluerint in naui fragili nauigare? Quantos leones domuit infirmitas delicata, quæ licet ſit vilis & miſera, de magnis efficit prædam viris? O quam inordinabilis fœminæ propinquitas, iaculatur, de carbonibus ſcintillæ diſſiliunt, morbos aſpides ſibilant. De veſtimentis procedit tinea. Fruſtra etiam pudicitiæ bonum intrinſecus laborioſo agone cuſtodis, qui illud infamari forinſecus efficit.

Blaſphemus eſt religioni qui eam non ſeruat.

Blaſphemiam ingerit religioni, in quam ſe contulit, qui quod confitetur non coram omnibus impleuerit, ne Chriſtianitas credatur eſſe fallacia. Aſpectus fœmi- C neus ſubitò, & in tranſitu occurrens velut ſagittas alienis oculis iactat. Tolerabilius eſt audire baliſcum ſibilantem quam mulierem cantantem.

Mulierem audire cãtantẽ periculoſum.

Omnis inconueniens ſodalitas mulierum, gluten eſt delictorum, & viſcum toxicatum, quo Diabolus aucupatur. Quaſi tranſeuntibus fœminis exhibenda eſt acceſſio quodammodo fugitiua. Sed hæc eſt ſemper humanæ duritiæ incredulitas, vt non ſolum audiendo hæc, ſed etiam videndo non credat alios interiiſſe, niſi & ſemetipſum videat interire. Quid miramur ſi Adam per Euam ſeductus eſt, quem nulla morientium exempla præceſſerãt, ſed vna ſolos iuſſio con- D ſtrinxerat, cùm nos nec innumerabiles montes, nec infinita iuſſa compeſcant? Verumtamen dico vobis

Caſtitatis ſeu virginitatis elogia.

caſtitas ſeu virginitas eſt munimentum ſanctimoniæ, expugnatio infamiæ, infirmitas laſciuiæ, animæ victoria, corporis præda, vbertas gloriarum, captiuitas criminum, abolitio ſcandalorum, pax virtutum debellatio quietantium bellorum, culmen puritatis, carcer libidinis, portus honeſtatis, vita ſpiritus, carnis interitus, ſtatus qualitatis Angelicæ, fauus humanæ ſubſtantiæ. Hæc ille.

Scripta Origenis.

Et vt teſtatur idem Vincen. vbi ſupra, licet Origenes in multis errauerit, vt dictum eſt, quia tamen multa præclara & vtilia E ſcripta reliquit, Eccleſia quædam eorum recepit quę ſcilicet beatus Hieronym. non reprobat, vt patet diſtinct. 15. Sancta Romana. Scripſit enim ſuper Pentateuchum multas homilias. Et ſuper Ioſue & librum Iudicum complures homilias iuxta moralem ſenſum. Super principium Iob libros tres, ſuper pſal. 36. & 37. & 38. multas homilias, ſuper principium Canticorũ libros tres, & homilias duas: ſuper Eſaiam prophetã homilias nouem: ſuper Hieremiam homilias tredecim, ſuper Matthæum libros 26. & ſuper Lucam homilias 38. ſuper principium Ioan. tractatum vnum, & ſuper epiſtolam ad Romanos libros F decem. Scripſit & libros περὶ ἀρχῶν, id eſt de principiis in quib. maxime eius hæreſes inueniuntur. Et vt ait Epiphanius, ſi propter verbum vnum aut duo, quæ fidei ſunt contraria, multæ hæreſes abiectæ ſunt ab Eccleſia, quanto magis Origenes inter hæreticos habebitur, qui tantas peruerſitates cõtra fidem Dei adinuenit, & Eccleſiæ hoſtis extitit.

Origenis fuit hæreticus.

¶ De

A.C. 236.

¶ De fraude Maximini quomodo Alexandro occiſo imperium Romanum inuaſit, De Philippo imperatore, Decio Traiano, & quibuſdam martyribus ſub eo paßis, videlicet ſeptem dormientibus &c.

CAP. VII.

Oro.lib.7. cap. 19.

Iulius Maximinus 28. po. Ro. imperator imperauit a. 2. m. & dies aliquot.

M. Antoninus Gordianus 33. pop.Rom. imp. imperauit a. 6. plus min° Onuph.

Maximinus imper. qualis. Herodianus & Capitolinus hęc etiam fuſe deſcribunt.

AD Hiſtoriam de imperio Romano redeundo, fraude Maximinus Romanum inuaſit imperium, primúſque ex corpore militari ſine ſenatus authoritate imperator ab exercitu eſt electus Cœpitque imperare anno domini 238. ſecundùm Euſebium in chron. & imperauit tribus annis. Qui perſecutionem excitauit contra Chriſtianos. Et ſecundum Hug. Floria.[a] Trinomius fuit, Maximinus ſcilicet, Maximus & Iulius dictus. Hic à Pupieno tyranno Aquileiæ interfectus perſecutionis & vitæ finem fecit.[b] Móxque Pupienus & Balbinus Romanum ſibi vſurparunt imperium, qui ſtatim in palatio cæſi ſunt. Quibus ſucceſſit Gordianus anno domini 240. ſecundùm Euſebium in chron. & imperauit annis ſex.[c] Et eo interfecto fraude Philippi prætorij ſucceſſit imperio ipſe Philippus cum filio ſuo Philippo, qui primus ex imperatoribus Chriſtianus fuit: imperauerunt annis ſeptem ſecundùm Euſebium in chron. Verum Iacobus de columna de his latius ſcribit in hiſtoria ſua. Nam de Maximino qui Alexandrum occidit inquit hunc natum ex parentibus barbaris, qui adoleſcens venit Romam inuentúſque in armis conſpicuus, inter milites cœpit eſſe nominatus. Erat enim forma corporis conſpicuus, virtute clarus, virilis, atque decorus, ſed moribus ferus & aſper, ſæpe tamen cibi auidiſſimus, vini cupidus, & potator maximus. Hic cùm aliquandiu ſub Alexandro imperatore militaſſet, toti exercitui ipſe eum præfecit. Sed ipſe vt ingratiſſimus eum qui ad hanc dignitatem promouerat, occidi procurauit, & filium ſuum etiam Maximinum vocatum ſecum imperij conſortem fecit. Ingreſſúſq; Germaniam trans Rhenum omnia cæde & igne vaſtauit, prædas magnas à Barbaris ſuſtulit, & vſque ad vltima Germaniæ illos cædendo penetrauit, magno ex eis numero interfecto. Pacataq; Germania Syrmion venit, atque Sarmatis inferre bellum ſtatuit. Fueruntque ei cum gente Sarmatarum multa prælia, ex quibus ſemper Maximinus victor euaſit. Sed inter omnia hæc geſta & has bellicas virtutes quibus merito commendabilis videbatur, tam crudelis & inhumanus erat, vt bellicam

Maximini imperatoris crudelitas.

a Maximus hic (quem ex Hug. Floriacenſi cum Maximino eundem facit D. Anton.) filius fuit dicti Maximini, quem ſecum Maximinus ipſe Cæſarem dixit, & vna cum patre Cæſar imperium tenuit. Onuph.

b Inter hos Onuph. duos Gordianos patrem & filium collocat quos ſimul imperaſſe ait m. 1. d. 6. in ordine imperatores 29. & 30. & poſtea Pupienum & Balbinum in ordine imper. 31. & 32. quos ait imperaſſe annum 1.

c Occiſo imperatore Cæſare Gordiano Auguſto, cùm Philippus ex profecto prætorio ab exercitu in oriente imperator renunciatus fuiſſet, à S. P. Q. R. M. :::: imperator creatus eſt. Quo occiſo in eius locum ſuffectus eſt Seuerus Hoſtilianus, quo etiam paulo poſt morbo extincto, imperium tenuerunt duo Philippi pater & filius, pater Auguſtus, filius Cæſar imperatores 34. imperarunt vna a. 5. m. :::: d. :::: Onuph.

A.C. 239.

A gloriam immanitate & crudelitate fœdaret. Erat enim illi perſuaſiſſimum, quod niſi crudelitate imperium tenere ac ſibi firmare non poſſet. Nam in cruce quoſdam actos occidit. Alios intra animalia nuper occiſa incluſos, viuos à verminibus conſumi iuſſit, alios feris laniãdos obiecit, alios fuſtibus vſq; ad exhalationem animæ immaniter tractans occidit. Et hæc omnia ſine delectu dignitatis. Neque enim fuit crudelius animal in terris. Occidit amicos, qui illi compaſſionis cauſa, tempore, quo pauper erat aliquid contulerant. Propterea cauſa tegendæ ſuæ ignobilitatis omnes generis ſui conſcios interemit. B Circa ſe nullum ex nobilibus paſſus eſt, quare omnes Alexandri miniſtros variis ſuppliciis occidit. Deinde ſine reſpectu conſulares viros & duces variis mortibus ſuſtulit, nihilque poſtremo dimiſit quod ad crudelitatem videretur operari. Romæ autẽ cùm eius immanitas & crudelia facta nunciarentur, adeo timuerunt, vt vota in templis publicè fierent, vt ille nunquam Romam rediret. Sed & ſenatus populúſque Romanus conſentientes vt tam immanam belluam à ceruicibus ſuis pellerent; diuerſis miſſis nunciis per prouincias contra illum non ſolum defectionem, ſed & exercitus parant. In C Aphrica autem exercitus, qui ibi in præſidio erant, communi omnium voto Gordianum quemdam ex Romanis ducibus hominem nobiliſſimum, ſed iam ætate grandæuum, qui Aphricam iure proconſulari regebat, licet reluctaretur, imperatorem dixerunt. Qui ſtatim ad ſenatum ſcripſit de ſuo imperio, inſinuans nil ſuper hoc ſe velle, niſi inquantum eis placeret. Quas literas ſenatus libenter accepit, ipſúmque imperatorem & Auguſtum vocauit, Maximinum & eius filium hoſtes imperij iudicans. Sicque per prouincias ſcripſit vt Gordiano tanquam Romanæ reipublicæ principi faueant, & contra Maxi- D minum agant Romæ etiam & in Italia omnes Maximini amici duces, & officiales conſenſu omnium occiſi ſunt. Inſuper & Gordianus puer, qui Romæ erat Gordiani ex filia nepos à ſenatu & populo Cæſar appellatus eſt, Maximinus in Germania adhuc poſitus, vt hæc audiuit, natura ferus ita exarſit, vt non homo ſed bellua putaretur. Abſorptus eſt ab ira, iaciebat ſe in parietes, nõnunquam ad terram ſe proſternebat. Exclamabat incondite, arripiebat frequenter gladium, quaſi ſenatũ poſſet occidere, ſcindebat propriam veſtem, obuios verberibus & pugnis afficiebat. Denique habito cum ſuis tractatu, E datóq; militibus ſuis ingenti ſtipendio magno cum exercitu furore plenus contra Romanos properat. Dum autem Maximinus in Aphricam exercitum traiicit, in Aphrica Capellianus qui Mauritaniam proconſulari imperio regebat, Maurorum atque Aphrorum multitudine collecta cum Italicorum præſidiis contra Gordianos patrem ſcilicet, & filium verſus Carthaginem venit. Quo audito Gordianus ſenior qui iam in Italiam traiicere parauerat exercitum, belli fortunam experiri ſtatuit. Quare copias quas ſecum habebat contra Capellianum miſit. Pugna commiſſa Gordianus iunior vincitur F & fugiens ab inſequentibus occiditur; magna parte exercitus ſui capta vel interfecta. Quod vbi ſenior Gordianus ſcilicet pater prædicti comperit, cùm nihil præſidij in Aphris ſperaret, laqueo ſibi vitam extorſit. Capellianus autem victor omnes Gordianorum copias occidit in Aphrica, vel proſcripſit. Inde Maximinus audita victoria Capelliani, ſpem retinendi imperij etiam contra voluntatem ſenatus accepit.

Gordianus imperator, ab ſenatu imperator pop. Rom. dicitur.

Maximinus ſua deiectione audita furit.

A. C. 239.

A cepit. Sed Romæ audita morte duorum Gordianorum, ſenatus totus vehementi timore exterritus in ædem Concordiæ concurrit, atque conſultare de diuerſis cœpit potiſſimum quos aduenienti Maximino opponerent. Et cùm circa hoc diu tempus tererent, vnus ex ſenatoribus, cuius prima erat ſententia in hæc verba prorupit. Cùm noſtris ceruicibus immineat Maximinus, quem hoſtem mecum ante dixiſtis, Gordiani vero duo, in quibus præſidij aliquid erat, interempti ſint, poſt quorum mortem cùm nullum in præſenti habeamus auxilium, quo reſpirare poſſimus, agite patres conſcripti & principem dicite, quid moramini? B Poſtquam ille dicendi finem fecit, Becius Sabinus ex familia Vulpianorum hanc in ſenatu orationem habuit. Scio patres conſcripti, quòd rebus nouis hanc mentem ineſſe ratio cogit, vt rapienda ſint conſilia non quærenda. Et cùm res vrgent à multis ſententiis abſtinendum eſt. Ceruicem ſuam quiſque reſpiciat, vxorem & liberos cogitet, auitas patriáſque fortunas, quibus omnibus imminet Maximinus natura furioſus, truculentus, immanis, cauſa vt ſibi videtur ſatis iuſta. Hic quadrato agmine ad vrbem tendit, vos autẽ conſulendo, ſedendóq; diem teritis, longa oratione opus nõ eſt, C faciendus eſt imperator, immò faciẽdi ſunt duo principes, vnus qui in vrbe res domeſticas curet, & in vrbe reſideat, alter qui cũ exercitu Maximino obuiam pergat. Ego præceps dicam, vos autem infirmate ſi placet. Sin minus, meliora oſtendite. Maximum Pupienum, itémque Balbinum principes reipublicæ nomino, quorum vnus in re militari tantus eſt, vt ſplendor virtutis nobilitatem generis recompenſet. Alter ita clarus nobilitate generis, ac morum lenitate & vitæ ſanctimonia, vt ad reipublicæ noſtræ conſeruationem à Deo nobis datus eſſe videatur. Habetis ergo ſententiam noſtram patres conſcripti. D Quo dicto vno ore & vno conſenſu ab omnibus acclamatum eſt, Maxime & Balbine Auguſti Dij vos ſeruent. Poſt hæc flagitante populo Gordianus puer ab his imperator Cæſar appellatus eſt. Huius autem Maximi pater (vt à nonnullis dicitur) artem ferrariam exercuit. Ipſe tamen Maximus per omnem vitam militiæ vacauit, ſeueritati ſtuduit, qui poſtea ſuffragantibus meritis ad præfecturam vrbis peruenit, quod officium & prudenter & ſeueriſſimè exercuit, & demum, vt dictum eſt, ad imperium venit. Et moribus quidem erat ferus, attamen iuſtus, & licet ab aliquibus ſæuus putaretur, E nunquam tamen ad exitus negotiorum inhumanus fuit. Nam rogatus ſemper ignouit, nec iratus eſt vbi iraſci non decuit. Erat tamen ita rigidus, vt triſtis cognomen acciperet, & ſemper in vultu grauiſſimus, cibi auidus ſed vini parciſſimus, à ſenatu & populo multùm dilectus, ſed à populo etiam timori habitus. Siquidem ſciebant omnes eius cenſoriam præfecturam. Balbinus vero alter imperator conſul fuit, & proconſulari dignitate diuerſas prouincias rexit, ſcilicet Aphricam, Aſiam, Pontum, Gallias, & alias, quas omnes cum omnium amore mira lenitate gubernauit, ſed rebus bellicis F minor. Erat quoque vultu venerabilis, eloquentia clarus, poëta præcipuus. His ergo duobus imperium ex conſenſu ſenatus adeptis, Maximus tanquam huic bello magis idoneus ad bellum contra Maximinum profectus eſt, ſenatu mittente nuncios ad omnes prouincias, vt ei auxilium ferrent contra Maximinum, & è contrario ſi quis Maximinum in aliquo iuuiſſet, in hoſtium numero haberetur. Quod

Magna in vrbe trepidatio metu Maximini.

Senatus de imperatore deligendo deliberat.

Pupienus Maximus & Balbin⁹ imperatores à Senatu appellantur.

Pupieni Maximi imperatoris pater artem ferrariam exercuit. Maximus Pupienus imperator qualis.

Balbinus quis eſſet.

Pupienus imperator ad bellum cõtra Maximinum proficiſcitur.

A cùm audiſſet Maximinus odium, ſcilicet ſenatus contra eum, acrior Italiam ingreſſus eſt. Sed cùm nil victualium miles diſcurrens inueniret, quia in locis munitioribus concluſa & repoſita eſſent, exercitus Maximini fame vrgeri cœpit: propter quod & non modicum murmur inſurrexit, cúm poſt Alpes in Italia exercitus recreandum ſe crediderat. Nihilominus Maximinus Aquileiam obſedit primam ex ciuitatib. Italiæ ſibi occurrentem. Et cùm illi omnib. viribus ſe defenderent, dubitantes tamen de euentu belli, Maximino in vrbẽ mittente legatos hortantes ad deditionem, cùm populus iam quaſi conſenſiſſet, B Menophilus conſularis qui vrbem iuſſu ſenatus regendam ſuſceperat, obſtitit, dicens Deum Helenum per aruſpices ſibi reſpondiſſe, Maximinum eſſe vincendum. Qua ſpe inducti ciues ad reſiſtendum ſe parant, & pro patriæ ſalute etiam vitam deuouent. Videns autem Maximinus oppugnationem trahi in longum, multos ex ſuis occidit, attribuens eorum ſegnitiei illam dilationẽ. Quo facto multos milites ſuos vehementer contra ſe commouit. Et excitata ſeditione & tumultu, Maximinum cum filio in tentorio poſitos occiderunt, eorúmque capita amputata & lanceis infixa Aquileienſibus oſtenderunt. Qui C cũ primo dubitaſſent, de hoc certificati portas exercitui aperuerunt. Qui ingreſſi, vt moris apud Romanos erat, in verba imperatorũ iurãtes, imagines eorũ adorauerunt. Maximus autẽ qui apud Rauennam bellum parabat, cognita morte Maximini cum filio, Romam continuatis diebus properauit. Sed præuenit eum nuncius miſſus ab Aquileienſib. qui tanta celeritate mutatis animalibus properauit, vt quarta die Romam perueniret. Et cùm dies ludorum eſſet, perlectis literis in publico ſuper huiuſmodi, reſolutis ludis, ſupplicationes per totam vrbem per omnia templa à Senatu decretæ ſunt. D Poſt duos dies ſuperuenit Maximus imperator cum prætoriano exercitu, quem Balbinus cum Gordiano puero imperator & ipſe & toto ſenatu cum magna gratulatione ſuſceperunt. Igitur hi duo principes Maximus & Balbinus magna cum moderatione populum gubernabant, leges optimas condebant, ſenatui plurimum deferebant, res bellicas prudentiſſime diſponebant. Sed cùm iam bellum Parthis inferre pararent, ad hoc Maximus decreto Senatus mitti debebat. Inſuper Balbinus contra Germanos, qui Gallias infeſtare dicebantur. Sed graues diſcordiæ inter illos exortæ ſunt, tacitæ tamen, quæ E potiùs intelligerentur quàm viderentur; cùm Maximus Balbinum quaſi imbellem & remiſſum & ſolis deliciis vacantem deſpiceret, Balbinus verò Maximum quaſi degenerem calcaret. Vnde milites qui illos exoſos habebãt, & quòd imperatores eſſent non à ſe, ſed à ſenatu electi, ex eorum diſcordia captata opportunitate illos in palatio occiderũt. Hunc finem indignum moribus, & actibus ſuis optimi imperatores habuerunt. Nam illa ætate nec Maximo Pupieno fortior, nec Balbino benignior fuit vllus. Sed eorum diſcordia non parua necis eorum cauſa fuit. Imperauerunt autem vno anno. Sed horum F hiſtoriam breuiter hiſtoriographi alij referunt, & parũ vel nihil fecerunt notabile, quare de eis tacetur. Floruerunt eo tempore (vt dicit Hugo Flor.) Iulius Aphricanus inter ſcriptores Eccleſiaſticos nominatiſſimus.[a] Trogus Pompeius hiſtoriographus, cuius hiſtoriæ abbreuiator fuit Iuſtinus martyr. Et Victor ſophiſta apud Athenas. Et [b] Porphyrius philoſophus.[c] Vtrum autem iſte ſit ille qui fecit prædicabilia

A. C. 239.

Maximinus in Italiã contra Senatum venit.

Maximinus imperator à militib. ſuis occiditur.

Milites adorabãt imaginẽ imperatoris.

Maximus & Balbin⁹ quo imperium tenuerunt

Inter eos ſimultates.

A. C. 239.

cabilia, an ille Porphyrius qui tempore Conſtantini apoſtatauit à fide inimicus Chriſtianorum ignoro.

a Si Iuſtinus huius Trogi Pompeij abbreuiator, non ille Martyr noſter Antonini Pij temporib. floruit, vtpote cui ſuam hiſtoriã dedicauit, Trogum Pompeium vno ſæculo fere vel plus hæc tempora præceſſiſſe neceſſe eſt.

b Vnus idémq; fuit Porphyrius, qui de quinque vocibus quæ prædicabilia in ſcholis vocant, ſcripſit, & qui acerrimus Chriſtianorum hoſtis libros aduerſus nos edidit.

c Cùm enim eſſet annorum ferme tredecim, à militibus & ſenatu Auguſtus appellatus cæteriſque imperatoris honoribus auctus Romanum ſuſcepit imperium. Onuph. in Faſt.

§. I.

M. Anton. Gordianus 33. po. Ro. imp.

Huius Gordiani mores, de quo Herodi. & Capitol.

OCCISIS autẽ Maximino & filio apud Aquileiam, & Maximo & Balbino Romæ imperatoribus, Gordianus adoleſcens qui prius fuerat Cæſar appellatus, fauentibus omnibus Auguſtus & Imperator ſenatus ſententia factus eſt. Et imperauit annis ſex. Fuit autem iuuenis lætus, pulcher, amabilis, gratus, omnibus literis pro ætate doctiſſimus, vt prorſus nihil [c] præter ætatem deeſſet imperio. Diligebatur autẽ à ſenatu, à militibus, & à populo, adeo vt poſtquam ipſe ſolus obtinuit imperium, inter milites & populum pax ſit roborata. Nam paulo antè tanta ſeditio inter illos fuerat, vt ad bellum inteſtinum & ciuile veniretur, & vrbs in magna parte incenderetur. Cúmque igitur omnibus volentibus Romæ Gordianus pacifice regnaret, quidã in Aphrica eius contẽmnentes ætatem duce Sabiniano, miſſi ſunt ei auferre imperium. Quem ſtatim Gordianus per Mauritaniæ præſidem obſeſſum ad mortem coegit. Qua coniuratione compreſſa Gordianus filiam Miſithei viri clariſſimi duxit vxorem.

Miſitheus ſocer Gordiani imperatoris. qualis.

Erat autem hic Miſitheus in omni literatura doctiſsimus, eloquentia clarus, prudentia conſpicuus, omnibus venerabilis. Hunc ſtatim Gordianus, poſtquam filiam eius duxit vxorem, præfectũ prætorij inſtituit. Quo facto non puerile iam videbatur imperium, cùm optimis ſoceri conſiliis Gordianus obtemperans errare non poterat. Nam antea puer inſuetus regimini facile per ſpadones & eunuchos decipiebatur.

Imperiũ pueri ſenis cõſilio moderatum quale.

Nam ij puero adulantes omnia vendebant officia, & indignos quoſque ad ea promouebant. Sed poſtquam optimi viri Miſithei verbis cœpit acquieſcere Gordianus, omnia publica & priuata melius ſunt mutata. Quod ex eorum epiſtolis euidẽter apparet.

Epiſtola Miſithei ad Gordianum.

Nam Miſitheus ſic ei ſcripſiſſe reperitur. Domino & filio Gordiano Auguſto Miſitheus ſocer & præfectus ſalutem. Euaſiſſe nos gaudeo grauem temporum maculam, quam per ſpadones illos, qui amici videbantur & erant vehementer inimici, contrahebamus qui omnia ad voluptatem vendebant, adeo vt ſi quæ vitia fuerint non fuiſſe tua ſatis conſtet, mi fili. Neque enim quiſquam ferre potuit datas eunuchis ſuffragantibus præpoſituras, præfecturas, præſidentias, conſulatus, & alia Romanæ reipublicæ officia. Præterea ad eorum ſuggeſtionem negata laboribus præmia, aut interemptos aut liberatos per libidinem atque mercedem quos non decebat, vacuatum ærarium per illos, qui te inuidioſiſsimè frequẽtabant, vt deciperent ſuggerebántque vt bonos pelleres, malos retineres. Deo igitur gratias, ꝙ eo volente reſpublica emendata eſt.

A. C. 239.

Gordiani epiſtola ad Miſitheũ.

Cui Gordianus ſic reſpondit. Gordianus imperator Auguſtus Miſitheo patri & præfecto ſalutem. Niſi Dij omnipotentes Romanum tuerẽtur imperium etiam nunc per emptos ſpadones, quaſi ſub haſta poſiti venderemur. Denique nunc demum (vt verum fatear) multa noui non fuiſſe facienda, quæ feci. Sed Diis gratias agamus, quòd te inſinuante qui nihil vendis, nobis ea refers, quæ per ſpadones incluſos ſcire non potui, mi pater.

Imperator miſer apud quẽ vera reticentur.

Verum audias velim. Miſer enim imperator, apud quem vera reticentur, qui cùm ipſe publice ambulare non poſsit, neceſſe eſt, vt audiat, vel audita vel à pluribus roborata confirmet. Tantum autem valuit Miſithei grauitas & ſanctimonia, vt ex puero Gordiano clarum principem faceret, & ſuis amabilem! hoſtibus verò formidabilem redderet.

Gordianus in oriente proficiſcitur.

Inter hæc Gordianus iam potens conſiliis & apparatu bellico Perſis ac Parthis bellum indixit, magníſque belli apparatibus in orientem profectus eſt, tantáſque Romanorum, Italicorum, & aliorum copias duxit, vt in primo conflictu inter Thraciam & Mœſiam habito quicquid ibi hoſtium fuit deleuit, fugauit, ſubmouítque. Exinde nauigio in Syriam venit, atque Antiochiam quæ à Parthis occupata tenebatur, obſedit, in qua exiſtens frequentibus & grauib. prœliis Saporem regem Perſarum qui ad obſidionem ſoluendam cum innumerabilibus copiis venerat, bello victum fugauit.

Eius mira fœlicitas.

Nec multo poſt cùm Antiochiam recepiſſet, victore exercitu tranſito Euphrate intra eorum regna Parthos inuaſit, multiſq; illorum expugnatis munitionibus cum Artaxerxe eorum rege difficillimo bello conflixit, vicit, atque fugauit. His victoriis potitus Gordianus tantum timoris Parthis, Perſis, & cæteris orientalibus nationibus incuſſit, vt ſponte ex omnib. ciuitatibus, quas occupauerant, præſidia deducerent, & omnem prædam, quam Romanis abſtulerant, redderent, eóſque inſequens vſque ad intima Parthorum penetrauit. Sed iſta fœlicitas diu durare non poterat. Nam Miſitheus cuius conſilio iſta agebantur, Philippi artibus, aut vt alij volunt naturali morbo extinctus eſt. Qui tantæ reuerentiæ erat, vt ab omnibus ducibus tribunis, centurionibus, militibus, diligeretur ac timeretur. In huius igitur locum Philippus quidam præfectus prætorij factus eſt, natione Arabs, humili genere ortus, moribus ſuperbus. Qui ſtatim domino ſuo, qui eum ad illud officium prouexerat ingratus, illi inſidiari cœpit, & cogitare qualiter illi auferret imperium. Nam (vt erat homo doloſus & callidus) tantum artibus ſuis effecit, vt naues quæ ex Ægypto & Italia victualia deferebant, ab eo portu in quo applicari debebant exercitui proximo, alium locum peterent. Deinde in ea loca deduxit exercitum, vbi milites annonam habere non poſſent. Ob quam cauſam ſeditio & clamor in exercitu moueri cœpit, non intelligentibus militibus Gordianum à Philippo deceptum. Inde Philippus per quoſdam ex ducibus, quos ſibi muneribus cõciliauerat, diſſeminare in exercitu cœpit adoleſcentem eſſe Gordianum, & ad gubernandum imperium minus idoneum, aliúmq; quærẽdum, qui poſſet & ſciret in tanto diſcrimine militibus iam fame laborantibus ſubuenire.

Philippus imperator creatur.

Factúmque eſt vt iam Philippus ad imperium palam vocaretur. Cúmq; in hoc amici & fautores Gordiani aliquandiu reſtitiſſent, ad poſtremum compellente inopia ab exercitu Philippo imperium mandatum eſt, iuſſúmque eſt, vt quaſi Gordiani tutor vnà cum ipſo pariter imperaret. Suſcepta Phi-

A.C. 236.

pta Philippus imperij cura cœpit cõtra Gordianum ſuperbiſſime agere, adeò vt Gordianus, cùm ſciret ſe nobiliſſima familia' ortum, nec iam pati poſſet ignobilis hominis ſuperbiam, ſperans Philippum ab imperio deiicere, euocata exercitus parte conqueſtus eſt de Philippi ſuperbia. Sed voluerunt milites Philippum illi præferre. Poſt aliquot dies cùm videret ſe à Philippo circumuentum Gordiannus, nec vires ad reſiſtendum ſibi cerneret, petiit vt ſaltem inter eos equale eſſet imperium, nec impetrauit. Deinde petiit vt ſaltem loco Cæſaris haberetur, nec obtinuit. Vltimo vt præfecti officium exerceret, quòd negatum eſt. Poſtremo vt ducis loco in exercitu haberetur, & viuere toleraretur. Ad quod cùm pene conſenſiſſet Philippus, tamen recogitans affectum ſenatus & populi, ad eum Gordianum, timens ne ei redderetur imperium, ſubitò captum per ſuos mandauit occidi clam, & ipſe ſolus ſibi vſurpauit imperium.

Modeſtiſſimæ Gordiani imperatoris petitiones.

§. II.

MAXIMINVS qui ſucceſſit Alexandro (vt dicit Hugo Floriac.) propter Chriſtiani Alexandri cui ſucceſſerat & Mammeæ matris eius familiam, excitauit in clericos & ſacerdotes perſecutionem. Vnde Romæ Pontianus Papa qui Vrbano ſucceſſerat martyrio coronatus eſt. In geſtis tamen Romanorum pontificum (inquit Vincen. in ſpe. hiſto.) legitur quòd Pontianus Papa in Sardinia inſula in quam ipſe relegatus fuerat afflictus & maceratus fuſtibus defunctus eſt. Et in locum eius eſt ordinatus Antherus, quẽ beatus Fabianus poſtea adduxit cum clero per nauim ad vrbem, & ſepeliuit in cœmeterio Calixti. Et de illo dicto Cyriaco Papa (de quo fit mentio in Legenda beatæ Vrſulæ) qui fuiſſe dicitur inter Antherum & Pontianum ſecundum chronic. Martinian. qui & martyrium ſuſcepit cum illis vndecim millibus virginibus iuxtam Coloniam ab infidelibus, aſſociatus eis cum aliis epiſcopis, nil dicitur. Antherus autem natione fuit Græcus, & cathedram tenuit [a] annis duodecim & martyrio coronatus eſt. Quod dicitur in dicta Legẽda quòd [b] Cyriacus ſuſtinuit ſibi Anterum in papatu, videtur intelligendum, quòd ſuaſerit eis ad quos ſpectabat electio quòd illum vt ſanctum virum eligerent ipſo renunciante, quod & ſecutum eſt. Et notandum quòd licet martyrium Vrſulæ ſanctæ cum vndecim millibus virginibus ſolenniter celebret Eccleſia, & Coloniæ habeantur valde multa corpora illarum, non tamen clare habetur quando paſſæ ſint martyrium, & quo imperante. Et aliqui dicunt temporibus his ſcilicet circa annum domini 237. Alij quòd anno domini 470. vel circa tempora Hunnorum. Primi mouentur ex eo quòd Anterus Papa, qui dicitur ſucceſſiſſe Cyriaco Papæ eunti cum illis virginibus Coloniam ibi martyrizato cum eis, fuit illo tempore. Sed mirum quòd in catalogo pontificum nil de eo dicitur. Secundi mouentur ex eo quòd Hunni à quibus dicuntur paſſæ, fuerunt circa illa tempora Chriſtianos perſequentes. Sed de Cyriaco Papa nil dicitur quòd fuerit illis temporibus. Indubie tamen credi debet eorum martyrium, reliquum Deo dimitti.

Quinta in Chriſtianos perſecutio Põt. Pon. max. 19. ſedit a. 5. m. 5. d. 2.

Antecus Põt. max. 20. ſedit. m. 1. d. 24.

Fabianus Põt. max. 21. ſedit. a. 14. d. 11.

Quid ſentiendum de martyrio 11000. millium virginum.

a Huic tamen Onuph. tantũ tribuit menſem vnum & dies quatuordecim, quem veluti diligentiſſimum omnium A *Chronologum ſequimur.*

A.C. 239.

b Cyriacum Pontiani ſucceſſorem aliqui faciunt ſediſſe a. 1. m. 3. d. 13. quem & ideo ſublatum narrant de Pontificum ordine, quòd inuito Romano clero epiſcopatu ceſſerit & cum exercitu. 11000. virginum Coloniam Agrippinam profectus ſit, has tamen virgines ſiquidem illæ ſunt de Britannia profectæ cum Vrſula Coloniam in Attilæ expeditione cæſas memorat a. 453. de Naug. Geneb.

§. III.

ROMANORVM ergo 24. regnauit Philip- B pus, qui Philippum filium ſuum cõſortem imperij fecit, hi fuerunt vtrique Chriſtiani, & primi ex imperatorib. Expletus eſt milleſimus annus à cõdione vrbis prima, quæ ædificari cœpit à Romulo tempore Achaz vel Ezechiæ regum Iuda ſecũdum Auguſt. de ciuitate Dei. Quam ob cauſam pro ſolemnitate multa ſacrificia facta ſunt Diis à gentibus & multi ludi theatrales tribus diebus & noctibus [a] populo peruigilante celebres. Huic Philippo imperatori iam Chriſtiano intereſſe volenti vigiliis Paſchæ & communicare volenti reſtitit Fabianus Papa vt ait Haymo. Nec permiſit donec [b] confite- C retur peccata ſua, & ſtaret inter pœnitentes. Cœperunt autem imperare anno domini 256. & imperauerunt ſimul annis ſeptem, vt dictum eſt. Qui facti Chriſtiani cùm diſpoſuiſſent multa bona facere pro Chriſtianis, morte præuenti violenta non ſunt executi. Sed ipſis imperantibus non eſt illata perſecutio Chriſtianis. Quod autem egit Philippus erga Gordianum, doloſe ſcilicet procurando mortem eius, hoc & ipſe recepit à duce ſui exercitus Decio, ab eo occiſus proditoriè domino iuſte iudicante, vt dicetur.

Aug. de ci. li. 18. ca. 22. Euſeb. in Chron.

Euſ. hoc idẽ prodit lib. 6. hiſt. eccl. c. 24. Oroſ. li. 7. cap. 20.

D *a Anno vrbis milleſimo vrbs Roma religionẽ Chriſti per ſuum imperatorem profitetur, vt & milleſimus annus vrbis non Romulo ſed Chriſto conſecraretur, Pherculphus in Chro. Geneb.*

b Cædis patratæ facinus hoc peccatum Geneb. interpretatur cui ego facile aſſentior, addens hanc cædem fuiſſe, vt opinor, optimi imperatoris Gordiani, quẽ ille iniuſte imperio priuauit & vita. Nota obiter antiquiſſimam in ſabatho Paſchæ peccatorum confeſſionem & pœnitentiam. Quare ex hoc loco Canonem illum celeberrimum Con. Later. omnis vtriuſque ſexus etſi recens videatur, antiquitus tamen fuiſſe vſitatum perſpice.

E

§ IIII.

HI autem imperatores, vt habetur in hiſtoria beati Pontij referente Vincen. in ſpec. hiſtor. lib. 12. cap. 34. conuerſi ſunt ad fidem Chriſti per doctrinam Pontij. Fuit igitur iſte Pontius filius cuiuſdam ſenatoris vrbis, qui vocabatur Marcus, mater vero Iulia. Hæc prægnans, cum olim idolorum templa cum viro ſuo munera portans circumiret, venit ad templum Iouis. Quod cùm ingrederetur, forte ſacerdos velato capite infulatus ad aram ſtabat. Qui arreptus à dæmone, apprehendénſq; velamen ſimul F & infulam cœpit eam minutatim ſcindere, vocéque mirabili eiulans omne templum clamoribus complere. Hæc mulier inquiens, eum in vtero geſtat, qui magnum hoc templum funditus ſubuertet. Cúmq; iterum atque iterum has voces repeteret, Marcus & Iulia hæc audientes exangues effugiunt in propepoſitam domum, arripiénſque Iulia ſaxum, aluum ſuáque latera tundens aiebat. Vtinam eum non conce-

De S. Pontio cuius meminit Vſuardus 14. Maij.

A. C. 250.

concepiſſem, per quem magnum templum & numina eius erunt euertenda: Melius eſt, vt ego ipſa cum hoc deficiam. Cúmque dies pariendi aduenisset, edidit puerum honeſtum ſine vlla macula, quem credebant tantis ſupplicijs maceratum exanimem generari. Mater autem pueri Iulia interficere puerum nitebatur. Cui Marcus pater eius dixit. Sine, non interficias eum, ſi Iupiter voluerit, vindicet ſe de inimico ſuo, nos autē non iniiciamus manus noſtras in eum. Sicque conſeruatus eſt paruulus, quem ex genere ſuo Pontium vocauerunt. Inde accidit, vt in templa idolorum nunquam induceretur. Sed cùm ad puerilem veniſſet ætatem, à magnis doctoribus imbutus omnium philoſophorum fere vel diuerſarum artium literas pollebat, omniáq; memoriter retinebat. Cúmque quadam die diluculo ſurgens ad præceptorem ſuum pergeret, audiuit Chriſtianos, quibus Sanctus Pōtianus præerat, pſallentes & dicētes. Deus noſter in cœlo, omnia quæcunq; voluit fecit in cœlo & in terra. Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Hæc audiens puer ſuſpirans Spirituſancto compunctus flere cœpit, & eleuans palmas ad cœlum dixit. Deus cuius laudem iſti decantant, oſtende mihi notitiam tuam cœpitque pulſare ad ianuam vbi pſallentes erant. Tunc Sanctus Papa reuelante ei Spirituſancto ait. Aperite & ſinite intrare puerum, talium eſt enim regnum cœlorum. Puer ergo Pontius relictis pædagogis ſuis in vico, ingreſſus eſt cum vno adoleſcentulo, qui cum eo ſtudebat, nomine Valerio, & inquiſita veritate de carmine, quod audierat eos cantare, à ſancto Pontiano in fide cum collega ſuo ſalubriter inſtructus eſt. Qui abeuntes læti quotidie redibant ad hominem Dei, & audiebant verbum ſalutis. Cúmque rediret Pontius ad patrem ſuum, requiſitus an percepiſſet aliquid à præceptoribus ſuis, aiebat. Nunquam melius à magiſtris meis audiui, quàm hodie vel heri. Tandem ipſi patri ſuo idola nihil eſſe oſtendit. Et introducto ad eum S. Pontiano ad fidē cum conuertit, ita ꝙ ipſe Marcus ſimul cum S. Pontiano & filio ſuo omnia idola ſua confringens manibus ſuis, baptiſma cum filio ſuo & omni domo ſua ſuſcepit. Sed nō multo poſt patre defuncto, puer Pontius appræhenſus à militibus & in curiam perductus nolens ac repugnans loco patris ſui conſtituitur. Talémque gratiam ei dominus contulit, vt in omni curia vel palatio ab omnibus amaretur. In ipſis diebus ſanctus Pontianus papa glorioſa morte migrauit ad dominum, poſt quem Anterus & deinde Fabianus in papatu ſuccedentes ipſum Pontium vt patet filium diligebant. Sanctus autem Pontius iam perfectus in Deo, omnes facultates ſuas accipiens beato Fabiano tradidit, qui eas pauperibus diſtribuit. Duobus autem Philippis imperatoribus cùm eſſet amicus, ſcilicet patri & filio, quadam die cùm milleſimus eſſet annus ab vrbe condita, dicunt ei. Eamus & repropitiemus nobis Deos magnos, qui nos in huius anni milleſimi circulum natalis Romæ perduxerunt. Quos cùm beatus Pontius diuerſis excuſationibus declinare videretur, illi velut amicum cogebant ad ſacrificandum. At ille videns ſibi datam à domino occaſionem ait. O piiſſimi imperatores cùm à Deo principes hominum ordinati ſitis, cur non ei qui vobis hunc honorem præſtitit, ceruices veſtras flectitis, & ei ſoli ſacrificia offertis laudis? Philippus imperator ait. Propterea ego Deo magno Ioui ſacrificium offer-

Pontius inter Chriſtianos recipitur.

Matt. 18.

Patrē ſuū Pontius conuertit.

Moritur ſanctus Pontianus papa.

A re deſidero, quia dedit mihi hanc poteſtatem. Tunc Pontius ſubridens ait. Ne erres imperator. Eſt verus Deus in cœlo, qui cuncta verbo ſuo conſtituit, & ea Spiritus ſanctus animauit. Quid plura? His & aliis verbis imperatores credentes baptiſma à Sancto Fabiano receperunt. Qui Fabianus & Pontius idola omnia magni templi deſtruxerunt, & ipſum templum funditus euerterunt. Multique de populo ad notitiam domini concurrentes baptiſmum alacriter ſuſceperunt. Procedente autem tempore imperantibus Valeriano & Gallieno, & Chriſtianos perſequentibus, beatus Pontius poſt
B mortem Philippi patris & filij imperatorum, fines Italiæ tranſiens vrbem ſub iugo Alpium procul ſitam petiit. In illis autem partibus præſes quidam nomine Claudius audito de eo, ſuis tribunalibus eum iuſſit adduci eique dixit. Tu es Pontius, qui vrbem Romanam neſcio per quam ſeditionem perturbaſti, inſuper & priorum principum mentes abalienaſti? Cui reſpondit Pontius. Neminem perturbaui neque ſubuerti, ſed ab errore dæmonum ad Deum verum conuerti. Cúmque non poſſet ad ſacrificandum adduci, ait præſes. In eculeo extendatur, vt omnia tormenta per membra eius decur-
C rant, & tunc videamus ſi Deus eius eruat eum de manibus noſtris. Cúmque aptaretur in eculeo dixit beatus Pontius. Licet incredulitas tua dicat Deum noſtrum impotentem ad me eruendum, ego tamen credo in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd pœnæ tuæ ad nihilum redactæ nullum corpori meo dolorem incutient. Cùm ergo in eculeo tenderetur, magno ſonitu eſt confractus eculeus, ita vt in puluerem redactus non compareret, & miniſtri repentino fulgure facto exanimes redderentur. Sanctus vero Pontius lætus & interritus ait. Vel nunc incredule diſce, quia Deus noſter eſt potens pios de tentatione eripere, & vos iniquos in die
D iudicij perpetuo igni deputare. Tunc præſide conturbato ſuaſit ei Anabius aſſeſſor, vt duo vrſi magni ad eum in arena mitterentur, qui eum deuorarent. Quo facto vrſi de caueis egredientes, venatores qui eos inſtigabant diſcerptos conſumpſerunt, ſanctum vero Pontium non tetigerunt. Exinde ibi in arena coram populo ignem circa eum copioſiſſimum fecit accendi, qui nec veſtimenta eius in aliquo læſit. Cùm autem diceret præſes vt ſacrificaret Deo Apollini, vt euaderet alia tormenta, reſpondit Pontius. Ego ſacrificō corpus meum domino
E Ieſu Chriſto, vobis autem & principibus veſtris citò ſuperueniet diuina vltio, quia iniuſte perſequimini ſeruos Chriſti: demum iuſſit tyrannus eum decollari. Quo peracto eadem hora Claudius linguam ſibi manducans à Diabolo ſuffocatur, & aſſeſſor eius, & Valerianus imperator à rege Perſarum Sapore in bello captus fuit, & miſerabiliter tractatus. Et Gallienus Mediolani à militibus gladiis confoſſus.

A. C. 250.

Philippi imperatores baptizantur.

Pōtius vrbe egreditur.

Pōtius pro Chriſto torquetur.

S. Pontius pro Chriſto necatur: celebratur 14. Maij.

§. V.

F ROMANORVM ergo 25. imperauit Decius anno vno menſibus tribus, vt teſtatur Euſeb. in chro. Et cœpit imperare anno domini 253. Hic ex Bubalia Pannoniæ inferioris natus fuit. Qui Philippum imperatorem cùm ei ab vrbe Veronam occurriſſet reuertenti de bello cum victoria ad ipſum honorandum, doloſe occidit. Et vſurpans ſibi imperium ad vrbem veniens, vt videretur

Quintus Traianus Decius 36. pop. Rom. imperato a. 1. M::: d:::: A.C. 250. Onuph.

A.C. 250.

Sexta contra Chriſtianos perſecutio.

zelo cultus Deorum illorum occidiſſe dominum ſuum, quia Chriſtianus erat, mouit perſecutionem diram cõtra Chriſtianos, plurimos interficiens, & inter illos Philippum filium præfati Philippi imperatoris. Sub perſecutione Decij paſſa eſt beata Agatha virgo nobilis genere, pulchra corpore, ſpecioſior fide, in Catana ciuitate Siciliæ. Cùm enim prouinciam illam regeret quidam nomine Quintianus, audita eius fama nobilitatis, formoſitatis & diuitiarum, iuſsit eam ſibi ſiſti. Et audiens ab ea, quia Chriſti ancilla eſſet, nec Diis ſacrificare vellet, tradidit eam cuſtodiendam & inducendam ad venerationem Deorum cuidam turpiſſimæ mulieri Aphrodiſiæ nomine, quæ ſeptem filias habebat turpitudini deditas, ſicut & ipſa. Hæc cum filialibus per triginta dies ſuadere nitebantur, quandoque blanditiis, quandoque minus, vt præſidi aſſentiretur. Sed cùm fruſtra laborarent, dixit Aphrodiſia tyranno. Facilius poſſent ſaxa emoliri, quam mens huius puellæ à propoſito Chriſtianitatis remoueri. Adducta igitur ante Quintianum, ait preſes. Vnum è duobus elige, aut ſacrifica Diis noſtris, aut diuerſis ſuppliciis interibis. Cui ſancta Agatha. Si feras mihi promittis, audito Chriſti nomine manſueſcunt. Si ignem adhibeas, rorem mihi de cœlo Dominus meus Ieſus Chriſtus ſaluificum miniſtrabit. Si plagas & verbera ingeras, habeo Spiritum ſanctum per quem vniuerſa tormenta contemnam. Cùm autem in ſermonibus eum confunderet, iuſsit eam in carcerem trudi. Illa autem glorianter & læta ibat ad carcerem, & quaſi ad epulas inuitata agonem ſuum domino precibus commẽdabat. Sequenti die mandauit [Præſes] eam coram ſe adduci, eique dixit. Quid tractaſti de ſalute tua? Cui illa. Salus mea Chriſtus eſt. Et ille. Adhuc audes Chriſtum nominare? Reſpondit ipſa. Ego illum inuoco, & dum vixero, inuocare non ceſſabo. Cùm autem iuſſu tyranni in eculeo torqueretur. Ego (inquit) ita in his pœnis delector, ſicut qui audit bonum nuncium, aut ſicut, qui videt amicum diu deſideratum. Oportet enim triticum flagellari antequã ponatur in horreum. Furens autẽ Quintianus præcepit eam in mammillis torqueri, & diutiſſimè tortam abſcindi. Cui ſancta Agatha ait. Impie crudelis & dire tyranne, non es confuſus amputare in fœmina quod & ipſe in matre ſuxiſti? Ego mammillas integras habeo in anima mea, ſcilicet intellectum & voluntatem, quas ab infantia domino conſecraui. Poſt hæc iuſſit Quintianus in carcerem eam recipi, prohibens ei ingreſſum medicorum, & nec panem nec aquam ab aliquo ſibi miniſtrari. Sed circa mediam noctem apparuit ei quidam ſenex in forma medici ſecum medicamẽta ferẽs (ſcilicet apoſtolus Petrus) Quem præcedebat adoleſcens, id eſt Angelus, portator luminis. Qui dixit ei. Filia quando iſta ſupplicia ſuſtinebas, ibi eram, & nunc ideo ad te veni, vt per me recipias ſanitatem. Reſpondit Agatha. Medicinam carnalem corpori meo nunquam adhibui, ſed habeo dominum Ieſum Chriſtum, qui ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa, hic ſi vult poteſt me curare. Cúmque illa recuſaret medicamentum, ſubridens ſenex. Dominus Ieſus Chriſtus me miſit ad te, ego enim ſum Apoſtolus eius, & in nomine eius ſcias te eſſe ſanatam. Et ſubitò eo diſparente Agatha Deo gratias egit de viſitatione & ſanitate. Et immẽſo lumine apparente in carcere cuſtodes exterriti fugerunt, & carcerem apertum dimiſerunt. Aliqui igitur rogabãt virginem, vt abſcederet. At illa. Abſit (inquit) vt fugiam, & coronam patientiæ perdam, & cuſtodes meos tribulationibus tradam. Poſt quatuor dies dixit ei Quintianus adſtãti, vt Deos adoraret, ne adhuc ſupplicia ſuſtineret. Cui illa. Miſer ſine intellectu & ſine ſenſu, quomodo vis vt imagines ligneas & lapides adorem, & Deum cœli qui me ſanauit dimittam? Et Quintianus. Quis te ſanauit? Reſpondit Agatha. Dominus Ieſus Chriſtus Dei filius. Et ille, Nunc videbimus an Chriſtus te ſanabit. Imperauit ergo tyrannus teſtas fractas ſpargi, & carbones ignitos ſubmitti, & ibi nudam volutari. Quod cùm factum fuiſſet, factus eſt terræmotus magnus, qui totam ciuitatem ita concuſſit, vt pars muri iuxta quem erat præſes corruens duos conſiliarios Quintiani opprimeret. Cúmque populus concurreret clamans hæc contingere propter Agathæ cruciatum, exterritus Quintianus, & ſeditionem populi formidans iuſſit in carcerem eam remitti. Quæ ingreſſa orauit ad dominum, & ſpiritum domino reddidit immaculatum. Quod audientes fideles corpus eius cum aromatibus in ſarcophago cùm collocarent, ecce ſubitò Angelus in forma iuuenis albis induti attulit tabulam marmoream, & poſuit ad caput eius, in qua hæc verba ſculpta erant. Mentem ſanctam, ſcilicet habuit, ſpontaneam, ſcilicet ſe obtulit, honorẽ Deo ſcilicet dedit, & patriæ liberationem fecit. Hoc miraculum audientes multi ex Iudæis & Gentilibus ſepulchrum eius venerari cœperunt. Quintianus vero pergens ad inquirendum poſſeſſiones eius, vt raperet, cùm eſſet in naui, duobus equis calcitrantibus proiectus eſt in flumen, & nuſquam potuit inueniri. Reuoluto anno martyrij eius mons maximus qui eſt iuxta dictam ciuitatem emiſit ignem, qui quaſi torrens de monte deſcendẽs & ſaxa & terram comburens ad ciuitatem appropinquabat, vnde multitudo paganorum currẽs ad ſepulchrum beatæ Agathæ tulit cortinam, quæ erat cooperta, & oppoſita igni protinus retinuit ipſum.

De S Agatha, cuius vitam ex geſtis MS. Sur. To. 1. Metaph. habet apud Sur. & ex iiſdem Ado ex quib etiã hanc D. Anton. deſumpſit.

Agathæ cõſtantia eximia.

Petrus Apoſtolus viſitat Agatham in carcere & curat.

A.C. 250.

S. Agatha pro Chriſto moritur.

Agathæ pulchrum elogium.

Miraculũ reliquiis D. Agathæ factũ colitur 5. Feb.

§. VI.

EO tempore Decius imperator perſequẽs Chriſtianos cùm veniſſet Epheſum, iuſſit ædificari templa in medio ciuitatis vt omnes cum eo miſcerentur in ſacrificiis idolorum. Cùm ergo omnes Chriſtianos inquiri feciſſet, & inuentos ſacrificare compelleret, mortis tantus pœnarum terror cunctos inuaſerat, quòd amicus amicum, pater filium, filius patrem abnegaret. Tunc in illa vrbe inuenti ſunt ſeptem nobiles Maximianus, Malchus, Martinianus, Dionyſius, Serapion, Ioannes, & Conſtantinus, qui hoc videntes nimis dolebant. Et cùm eſſent primi in palatio, ſacrificia idolorum ſpernentes in domo ſua ſe celabant, & ibi ieiuniis & orationibus vacabant. Accuſati igitur ante Decium ſtatuuntur, & comprobati veraciter Chriſtiani, dato eis reſipiſcendi ſpatio vſque ad reditum Decij dimittuntur. At illi interea patrimonium ſuum pauperibus diſtribuentes, inito conſilio in montem Celion ſeceſſerunt, & ibi ſecretius vſque ad reditum Decij latere decreuerunt. Diu ergo ibi latentibus vnus eorum miniſtrabat. Et quoties intrabat vrbem, in figura & habitu mendici ſe exhibebat. Reuertens ergo Decius eos ad ſacrificandum perquiri faciebat. Malchus autem, qui ciuitatem pro neceſſaria

De Septẽ dormientib. de quibus Gregor. Tur. Li. de glor. mart. c. 91. Niceph. li. 14. cap. 45. Metaph. to. 4. Sur.

A. C. 250.

neceſſariis intrauerat hæc audiens, territus ad ſocios rediit & furorem imperatoris eis ſignificauit. Quibus grauiter exterritis; Matthæus nihilominus panes allatos obtulit, vt cibo confortati fortiores ad prælium redderentur. Facta igitur cœna ſedentes & colloquentes in luctu, & ſe exhortantes ad inuicem ſubitò, vt Deus voluit obdormierunt. Facto autem mane cùm quæſiti à Decio inueniri non poſſent, tandem nunciatum eſt Decio eos bona ſua pauperibus erogaſſe, & in propoſito Chriſtianitatis permanẽtes in monte Celio latitare. Iuſſit ergo Decius os ſpeluncæ dicti montis lapidibus obſtrui, vt ibi non valentes egredi, fame & ſiti morerentur incluſi. Quo peracto duo Chriſtiani martyrium eorum deſcribentes, caute inter lapides ſcripturam poſuerunt. Qualiter autem poſt annos multos imperãte Theodoſio ſuſcitati ſunt, dicetur infra.

Coluntur 27. Iu. poſt 181. annos hi ſancti ab hoc ſomno fuerunt excitati.

§. VII.

EOdem Decio imperãte apud Lampſacum ciuitatem compræhẽſus eſt Petrus, & proconſuli vt Chriſtianus præſentatus. Qui cum Chriſtianũ ſe eſſe cõſtanter profiteretur, iuſſit proconſul eumdẽ adoleſcentulũ ſpecioſum in rotis tẽdi, & ad ligna in circumitu poſita vinculis ferreis totum corpus eius fecit conſtringi, quo contorto effracta minuratim oſſa eius deficerent. At quanto magis torquebatur, tanto fortior apparebat, & tyranni ſtultitiam ridens Chriſto gratias agebat. Cuius proconſul perſeuerantiam vidẽs iuſſit eum gladio percuti. Et cum ad ciuitatem Troadẽ perrexiſſet, oblati ſunt & alij tres Chriſtum colentes, Andreas, Paulus, & Nicomachus, qui cùm Chriſtianos ſe eſſe libere profiterentur, iuſſit proconſul Nicomachum torqueri. Cúmq; nimium torqueretur, & iam prope eſſet, vt emitteret ſpiritum, exclamauit ſe nunquam fuiſſe Chriſtianum, ſed dæmonibus ſacrificaturum. Tunc iuſſus deponi cùm ſacrificaſſet, à dæmonio arreptus eſt, & eliſus in terram comedẽs linguam ſuam dentib. expirauit. Puella autem quædam nomine Dionyſia decem & ſeptem annorũ exclamauit dicẽs. O te infœliſsimum hominũ qui propter vnius horæ ſpatium perpetuam & ineffabilem pœnam acquiſiſti. [Quod cum audiſſet proconſul voluit eam coram ſe adduci.] Interrogata autem confeſſa eſt ſe Chriſtianam, & ideo infœlicem illum plangere, quòd non adhuc modicum toleraſſet, vt perpetuam requiem inueniret. Proconſul autem iuſsit illam duobus iuuenibus corrumpẽdam tradi, Andream vero & Paulũ concludi. Cúmque iuuenes ad hoſpitium ſuum virginem duxiſſent, pugnantibus eis vſque ad noctem, vt vim turpitudinis ei inferrent, marceſcebat eorum libido. Apparuit autem eis iuuenis ſplendidiſsimus, per noctem totam domum illuminans, vnde timore percuſsi ceciderunt ad pedes virginis rogabantq; eam vt pro ipſis interueniret, ne quid mali contingeret eis. Videns autem proconſul quòd non poſſet Pauli & Andreæ conſtantiam ſuperare flagellis cęſos tradidit eos populo, qui traxerunt eos per pedes extra ciuitatem vt lapidarentur. Quod audiens Dionyſia de manibus cuſtodum euadens cucurrit ad eos, iactauitque ſe ſuper eorum corpora dicẽs. Cõcidar & ego vobiſcum beati famuli Dei, nec ab hac colluctatione veſtra inueniar aliena. Quod audiens proconſul iuſsit eam gladio interfici. Paulus autem & Andreas lapidibus obruti ſunt. Vincen. in ſpecul. hiſtor. libro decimo

De his mar. ex M. S. exemplarib. Sur to 3. agit. hoc D. Petri Andreæ, Pauli & Dionyſiæ martyriũ ex MS. codicib. antiquis to. 3. Su. edidit.

Nicomachus deficit, ſed nõ impune.

Andreas & Paulus includuntur in cuſtodiam.

Coluntur 15. Maij.

A capitul. 46.

Ipſo quoque Vincentio cap. 47. referente ex geſtis eius ſanctus Tryphon ſub decio paſſus eſt, qui ab infantia ſua multis miraculis claruit in ciuitate Cãpſade [quæ eſt in Phrygia, vicina ciuitati Apameæ.] Hic à matre ſua caſte enutritus, & à Spir. S. & Angelis edoctus fuit. Ad eum autem venit quædam mulier, cæca, ſemiarida & à dæmonibus obſeſſa. Puer itaque pauefactus impoſuit manus ſuper caput eius & orauit pro ea. Dæmones autem clamabant per mulierem dicentes. A ſeptem annorum infante in gehennam mittimur. Cúmque ſanctus Tryphon

B vrgeret eos exire, exclamauit dæmon dicens. Romam habeo ambulare propter Tryphonem, vt ibi ad me veniat vocatus. Concutiẽnſque Diabolus mulierem ſpumans ad orationem eius egreſſus eſt, & mulier ſanata eſt. Dęmon ergo Romam pergens cuiuſdam conſulis ſenatoris vxorem grauiter vexare cœpit, & die tertio ſanctum Tryphonem vocare. Tunc inquiri fecerunt de Tryphone iſto per ciuitates & caſtra. Demum inuentum in paſcuis oues paſcentem, impoſitum ſuper equum Romam adduxerunt. Ibique exiſtens liberauit illam à dæmonis vexatione. Quo facto per Angelos reductus eſt in

C patriam ſuam Campſadem. Gordianus autem imperator, vir magnus cùm Romæ haberet filiã vnicam, Diabolus ingreſſus in eam vexare cœpit, & clamans vocitabat Tryphonem anſerum curam gerentem. Gordianum autem nimis contriſtatum de vexatione filiæ hortati ſunt amici, vt perquiri faceret hunc Tryphonem, quem Diabolus ſæpe nominans oſtendebat ſe timere. Miſsi igitur plurimi hincinde per diuerſa loca ad hunc inueniendum, multi adducti ſunt hoc nomine nuncupati, ſi forte aliquis eorum ille eſſet, quem vocabat puella. Sed per nullius eorum præſentiam ſanari potuit. Poſt multum diſcur-

D ſum ad huius inquiſitionem demum inuenerũt puerum in vico Campſade Tryphonem iacentem iuxta ripam lacus & paſcentem anſeres. Qui interrogatus an ipſe eſſet, reſpondit ſe eſſe. Quem honorifice accipientes ducebant ad vrbem. Cùm autem appropinquaret ad eam, cœpit clamare Diabolus per obſeſſam. Non poſſum hic amplius habitare, quia poſt triduum huc veniet Tryphon ille, qui accepit poteſtatem aduerſus nos. Sicque Diabolus dimiſit illam. Superueniente autem poſt tertiam diem Tryphone inuenit eam liberatam. Rogauit autem puerum pater puellæ, vt ſi perfectè ſanata eſſet, oſtenderet ei

E dæmonem qui illam vexauerat. Quo ieiunante & orante pro ea re, apparuit Diabolus in forma nigerrimi canis & tætertimi, caudam habẽs ingentem demiſſam deorſum. Quem videns pater puellæ exterritus eſt, rogans vt ab aſpectu eius ſubtraheretur. Quod & fecit. [Cùm autem hoc beneficio affectus fuiſſet imperator & valde ea admiratus eſſet, plurimis donis & honoribus beatum Tryphonem eſt proſecutus] qui per Angelos in patriam ſuam reductus eſt, vbi multis clarebat prodigiis. Deinde tẽpore Decij depræhenſus à militibus, adductus eſt in ciuitatem Nicenam ante præfectum Aquilinum.

F Cúmque publicè fateretur ſe eſſe Chriſtianum, interrogatus cuius eſſet fortunæ? Reſpondit Tryphon. Fortuna non eſt apud Chriſtianos, nec fuit. Si autem vis ſcire, ingenuæ conuerſationis ſum. Et (quod maximum & egregium eſt) Chriſtianus ſum. Præfectus autem ſuſpenſum iuſsit vngulis laniari. Ipſe autem prompte exuens veſtimentum & proiiciens ſuper terram, cum alacritate gaudij dabat

A. C. 250.

Huius S. Tryphonis hiſtoriam metaphraſt. Sur tom. 1. edidit.

Diabolus timet anſerum cuſtodem.

S. Tryphõ torquetur

A. C. 250.

ſeipſum ſuſpendi ſuper lignum. Cúmq; vngulis laniaretur, nulla vox egrediebatur ab eo. Sed immobilem cogitationem habebat in fide Chriſti. Præfectus poſt hęc iuſſit eum equis alligatum per campos trahi, cùm eſſet grauiſſimis niuibus hyems aſpera. Exclamante autem eo & dicente. Domine Deus non patiaris in me dominari hanc iniquitatem, ſtatim liberatus eſt. Exinde iuſſit præfectus fuſtibus cædi, & lampades lateribus eius apponi. Cùm autẽ torquerent eum, viderunt à ſplendore ſolis lumen circunſtans, & coronam variis lápidibus exornatam ſuper caput eius dilapſam. Vnde timentes corruerunt in terrã. Tandem fecit præfectus eum gladio interimi.

Colitur 1. Feb.

In Cæſarea Paleſtinæ Decio imperatore, qui iuſſerat omnes Chriſticolas vbicunque inuentos cogi per varia tormenta ad ſacrificia idolorum præſentata eſt virgo pulcherrima, & nobilibus orta natalibus Reparata nomine, oppoſito ei Chriſtianitatis titulo. Ætatis autem erat duodecim annorum. Hæc virgo à Spiritusancto edocta, cùm in diſputatione ſua confudiſſet imperatorem oſtendens Chriſtum Ieſum nõ in diuinitate ſua, ſed aſſumpta humanitate fuiſſe paſſum & mortuũ pro ſalute humana: ſed virtute ſuæ diuinitatis, quia Deus & homo in vna perſona ſurrexiſſe à mortuis & ideo nõ propter hoc probari Deũ paſſum, vt Decius aſſerebat: imperator cõfuſus, cũ minaretur ei ſi Deos ſuos nõ coleret, grauia ſuppliciorum & varia genera. Reſpõdit illa propter quæcunque tormenta ſe Chriſtum non deſerturam. Vnde tyrannus furore ſuccenſus in olla feruenti plumbũ liquefactum ſuper eam iuſſit infundi, quod conuerſum eſt in liquorem ſuauiſſimum in nullo ea læſa: exinde lampades ignitas ſuper pectus eius apponi: exinde in fornacem incenſam mitti præcepit. Sed nec ignis eam contriſtauit, immò læta pſallebat. Demum decollata eſt octaua die Octobris.

De hac S. Reparata Beda in mar.

§ VIII.

CVM autem Decius imperator Babyloniam & alias prouincias ſuperaſſet, Chriſtianos inuentos in diuerſis locis Cordubam adduxit & diuerſis eos ſuppliciis interfecit. Eorum autem corpora duo ſubreguli Abdon & Sennes Chriſtianiſſimi ſepelierunt. Inter cęteros inuentus eſt in Babylonia epiſcopus nomine Polychronius qui cùm nollet ſacrificare inclusus eſt in carcere cum clero ſuo & præſentato corã ſe cum aliis clericis Decius dixit. Tu es Polychronius ſacrilegus, qui Deos non colis, & mãdata principũ contemnis? Quo tacente, dixit Decius clericis eius: Obmutuit princeps veſter. Cui reſpondit Parmenius presbyter. Non obmutuit pater noſter, ſed præcepto domini vtitur dicẽtis nolite proiicere margaritas ante porcos. Iuſtũne tibi videtur, vt os ſanctũ eius quod purificatũ eſt inquinetur ſtercore? Tũc iratus Decius ait. Ergo nos ſtercora ſumus. Iuſſitque præſcindi linguam eius. Qua præciſa clamauit dicens. Beate Polychroni ora pro me, quia video Spiritumſanctũ in te regnantem, & os tuum ſignantem, & mihi fauum mellis in os diſtillantem. Cúmq; iterum monitus eſſet Polychronius, vt ſacrificaret, & non reſponderet, iuſſit Decius os eius lapidibus cædi & ſic emiſit ſpiritum. Cùm autẽ Parmenius & alij clerici vincti catenis ducerentur Cordubam, ſoluti inueniebãtur. Demum Decius imputans illa arti magicæ, poſt multa ſupplicia decollari fecit. Et Abdon & Sennes ſepelierunt eos. Quod audiẽs Decius captos & catenis vinctos Romam adduxit. Qui coram ſenatu adducti, aut ſacrificare Diis & libertate

De S. Polychronio epiſcopo Babyloniæ & quibuſdam aliis: habẽtur autem hęc ex MS. codicib. in vita D. Laurentij to. 4. Sur.

Matt. 7.

Colitur 17. Feb.

Beati Abdon & Sennes Romã transferuntur.

A rerum ſuarum gaudere, aut morſibus beſtiarum deuorari iubentur. Qui contemnentes & ſpuentes in ſimulachrum, ad theatrum adducuntur, & populo aſpiciente duo leones & quatuor vrſi ad eos mittuntur deuorandos. Sed in nullo fere eos contigerũt, quinimò & eos cuſtodiebãt. Porro iniectis in eos gladiis occiderũt, & corpora eorũ iactata ſunt ante ſolis ſimulachrũ, ſed poſt triduũ à Quirino ſepulta.

A. C. 250.

Coluntur 30. Iulij.

§. IX.

SVB Decio quoq; refert Vin. Secundianus rogatus quidam vna cum Veriano præfecturam agẽs B in Chriſtianos deſęuiebat. Qui ſcilicet Secundianus ſecum tacitus cogitare cœpit, cur Chriſtiani tanto amore fragrantes, mallent pro Chriſti nomine duriter mori quàm delicate viuere, & blandis principum perſuaſionibus aſſentire. Cúmq; eſſet eloquentiſſimus & omnium peritiſsimus, Marcellianum qui & ipſe ſapientiſsimus erat & Chriſtianorum perſecutor ad domum ſuam inuitauit, & cum eo de variis artium ſermonibus diſputauit. Tandem ad artem grammaticam ſermonem retorquentes, ad locum Virgilij veniunt vbi poëtarum princeps de noui ſæculi aduentu loquens, quo apparente domino in carC ne renouatus eſt mundus, tempore Octauiani, ad eius laudem ſuos deſcribit libros dicens aurea ſæcula modo naſci.

De S. Secũdiano Marcelliano & Veriano: habentur autẽ hæc apud Sur. tom. 4. MS. codicib. 13. apud Vince. lib. 11. cap. 50.

a Integra eſt Virgilij Ecloga de Chriſto, vt à Sybilla Cumæa deſcriptus fuerat, cuius verſibus conſideratis Secundianus Decij præfectus, Verianus pictor & Marcellianus orator Chriſtiani eff[e]cti ſunt. Geneb. Conſtantinus etiam Auguſtus in oratione parænetica integram hanc Eclogam Gracè adducit tanquam omnino à Virgilio de Chriſto decantatam, voluit quippe Deus opt. max. per poëtarum omnium phœnicem filium ſuum dominum, noſtrum Ieſum Chriſtum nondum natum decantari. At inquies, illũ neſciebat: credo. Sed quàm multi etiam neD ſcientes à Spiritu ſancto, etiam quæ ipſi neſciunt prodenda impelluntur. Quemadmodum igitur Spiritusſanctus impulit Caipham, vt diceret Chriſtum pro ſalute hominis paſſurum, ſic Virgilium ad hæc de Chriſto canenda impulit neſcientem, & in adumbrata perſona.

Virg. ecl. 4.

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo,
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet ac toto ſurget gens aurea mundo,
E *Caſta faue Lucina.*

Virgilij de Chriſto carmina.

Cúmque perquirerent de quo Virgilius hęc diceret, cœpit Secundianus loqui de Chriſtianis, qui tanto flagrabant amore, vt pro nomine Chriſti mallent mori quàm idola adorare. Aiunt enim (inquit) reſurrectionẽ & iudicium fore poſt mortem. Aliam vitam poſt iſtam expectant perpetuam & immortalem, vbi nullus dolor & gemitus, ſed pax & perenne gaudium. Idola vero quæ nos adoramus Deus eorum omnifariam abominatur Chriſtus. Super his Marcellianus admirans ait. Quid eſt Chriſtus? F Reſpondit Secundianus. Chriſtus dicitur vnctus. Nunquid non legiſti quid eius hiſtoriographi dicũt eum ſcilicet mortuos ſuſcitaſſe, leproſos mundaſſe, cæcos illuminaſſe? His enim ſignis Chriſtiani fidem dantes pro eius ardenti amore coronari deſiderant. Vnde & ego credo, quòd ipſe ſit Deus & Dei filius, qui crucifixus & mortuus tertia die ſuſcitatus aſcendit in cœlum. Quando enim & à quo auditum eſt

A. C. 250. tum eſt Deos noſtros talia feciſſe, quos ſcimus ſemper ſordidiſſimè vixiſſe? His & aliis verbis eius aſſenſit Marcellianus. Tertius quoque amicus amborum Verianus ſimiliter. Hos igitur tres baptizauit Timotheus presbyter, ſanctus vero Xiſtus papa conſignauit. Poſt hæc Secundianus à Valeriano præfecto requiſitus introiuit ad eum, & ſubitò immutatus eſt vultus eius tanquam vultus Angeli. Valerianus vero ob tanti luminis fulgorem ſtupefactus ipſum interrogatum & in Chriſtianitatis propoſito permanentem iuſſit in cuſtodiam trudi. Qui cùm compræhenſus duceretur à militibus in carcerẽ, Marcellianus & Verianus clamabãt, vt quid innocentẽ in cuſtodiam retrudítis? Si pro confeſſione Chriſti hoc patitur à vobis? Et nos Chriſtiani ſumus qui eum pro amore Chriſti ad martyrium ſequimur. Tunc iratus Valerianus ſimul cum eo, illos in cuſtodiã poni iuſſit, & Cæſari Secundianum Chriſtianum effectum intimauit. Quod ille vix credens, eum ad ſe adduci fecit, & ait. O Secũdiane cur immutatus eſt vultus tuus? Qui reſpondit. Clarior & hilarior ſolito nunc eſt vultus meus, quia iam in conſpectu regis æterni cõtemplatione mentis adſiſto, qui me de tenebris ad lumen perduxit ſuæ viſionis. Deniq; ſancti Dei iuſſu Decij in exilium ad Centum cellas ſunt deportati & traditi ſunt Quarto Promoto cõſulari Thuſciæ. Qui cum nollent ad imperium eius ſacrificare, expoliati iuſſi ſunt cædi. Ipſis autem expuentibus in ſimulachrum ipſum cecidit & confractũ eſt. Tunc Promotus iuſſit eos in eculeo ſuſpendi, & latera eorum vngulis radi. Illis autẽ inter hæc Deo gratias agentibus, ad latera eorum fecit flammas adhiberi. Cúmque diu aſſarentur, vnus ex miniſtris qui acrius ad torquendum inſiſtebat, mortuus eſt, & alij à dæmonibus arrepti clamare cœperũt. O ſancti Dei, vt quid nos veſtris torquetis orationibus? hæc tormenta, quæ vobis iniuſte inferimus nos irremediabiliter cruciãt: vobis autem nihil mali præſtant. Videns hic Promotus, iuſſit eos capite truncari, & in mare præcipitari corpora eorum. Sed Dei prouidentia ad littus peruenientia Deodatus ea ſepeliuit.

Secũdian⁹ cũ ſociis traduntur cuſtodiæ.

Vſu. in marty.

Item perſecutione Decij (vt habetur in martyrologio) apud ciuitatẽ Tuſciæ Aretinam 3. nonas Iunij ſanctorũ martyrũ Pergentini & Laurentini fratrum natale. Qui cùm eſſent pueri, poſt dira ſupplicia tolerata, & magna miracula oſtenſa, gladio cæſi ſunt. Alexandriæ quoq; ea tempeſtate pro fide Chriſti capti Hieronymus, Arſenius, Iſidorus & Dioſcorus puer. Qui diuerſis cruciatib. dilaniati, cùm iudex pari cõſtantia fidei eos videret armatos, igni traditi ſunt. Dioſcorus verò multipliciter flagellatus, diuino nutu ad conſolationem fidelium eſt dimiſſus.

De his Su. Tom. 3. ex m. S. eod.

Romæ quoque ſub Deciana perſecutione Victoria virgo, cùm eſſet deſpõſata cuidam Pagano, & nec nubere nec ſacrificare vellet, poſt multa miracula & opera ſancta, inter quæ plurimas virgines Deo aggregauerat, gladio percuſſa eſt rogatu ſui ſponſi à carnifice. Plurimi alij (vt habetur in martyrologio) in diuerſis mundi partibus ſub huius Decij perſecutione martyrio coronati ſunt. Sed (vt ait Hugo) non poſſumus euoluere quantæ multitudines huius perſecutionis igne furente & in deſertis, & in montibus latitantes fame, ſiti, frigore, languore, latronibus, beſtiiſque conſumptæ ſint.

Vſuar. in marty. 23. Decem.

§. X.

PORRO Decius non totis trib. annis imperio adminiſtrato cũ filio ſuo, quẽ Cæſarẽ legauerat A in medio barbarorũ ſinu interfectus eſt, & regnum cũ vita perdidit. Poſt quẽ [a] Gallus Hoſtilianus cum Voluſiano filio ſuo potitus regno imperauit vix duobus annis. Cœpit autem anno domini 254. Huius regnũ cùm floreret initio, & cuncta ei ex ſentẽtia cederent, ſanctos viros, qui pro pace & proſperitate regni eius domino ſupplicabant (vt inquit Hug. Flor.) perſequi cœpit, cum quib. pariter proſperitatẽ ſuam fugauit, & pacẽ. Sed exorta perſecutione, exorta eſt vltio violati nominis Chriſtiani. Et vſq; quo ad profligandas Eccleſias edicta cucurrerũt, eatenus increB debiliũ morborũ peſtis extenditur. Nulla fere prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quæ non illa generali peſtilentia correpta atq; euacuata ſit. Hac ſola pernicie inſignes Gallus & Voluſianus dum contra Æmilianũ nouis rebus ſtudentẽ bellum moliũtur ciuile, occiſi ſunt. Æmilianus quoq; tertio mẽſe, inuaſę tyrãnidis extinctus eſt. Per idẽ tẽpus (inquit Haymo) exoritur quæſtio in Aphricæ partib. de hæreticis rebaptizandis vel nõ: placuitq; Cypriano Carthaginenſi epiſcopo debere eos rebaptizari. Sed Cornelio papæ cæteriſq; occidentalibus epiſcopis, mãſit potius hęc ſentẽtia poſt abiectionẽ praui dogmatis, ſola eos manus impoſitione purgandos. Hæc C ille. Et nota ꝙ hæc eſt vera ſententia firmata per Eccleſiã, vnde & tenenda, & nõ ſolum baptiſmum, ſed & alia ſacramenta, quæ conficiuntur & conferuntur ab hæreticis in forma Eccleſiæ, eſſe vera ſacramenta quo ad eſſentiam, ſed carere vltimo effectu ſcilicet gratiæ, quo ſcilicet ad ſuſcipientes ſcienter à talibus: niſi baptiſma in extrema neceſſitate. Et hoc propter prohibitionem Eccleſiæ, vt patet di. 32. §. verum. Et plenius. 1. q. 1. quod quidem. cum §. ſe. Cyprianus autem aſſerebat omnia ſacramenta hæreticorum eſſe inania & nulla, & collationes eorum ſimiles actibus ſimiarũ, quæ effigiant actus humanos, cùm non ſint D verè ſed apparenter, vt patet. 1. q. 1. ſi quis inquit. Excuſantur tamen à doctoribus de errore quo ad peccatum, quia nondum erat ab Eccleſia hæc veritas determinata. Gloſſ. etiam ſuper dicto cap. ſi quis inquit multipliciter excuſat Cyprianum.

A. 2. Oro cap.

Hæc habet Oroſ. l. 7. cap. 21. Eutr. li. 9. Cyp. de mortal.

Baptiſma ab hæreticis collatũ quãdo valet, ſicut & cætera ſacramenta.

Cy. ep. 6. li. 1. ad Mag.

Cyprian⁹ ab errore excuſatur.

a *Audi quantas Romanum imperium quo tempore in Chriſtianos deſæuiebat paſſum ſit viciſſitudines. C. Valens Hoſtilianus, & M. Perperna, Lucianus poſt mortem Decij imperatores ſunt appellati & ſunt 37. & 38. imperatores. Non longe poſt occiſi ſunt poſt hos imp. C. Vibius Trebonianus 39. imperator & Geremnius Her.* E *Etruſcus Cæſar 40. Imperator: imperarunt a. 1. m. 6. d. :::: C. Iulius Aemilianus 41. pop. Rom. imper. menſes 4. Poſt illum P. Aurelius Valerius Valerianus 42. imperator pop. Rom. a. 7. vix inuenies inter Pontifices Romanos tantam neque tam ſubitam mutationem: ex quo collige Ro. Pontifices, non ita Deo eſſe exoſos, ſicut fuerunt Rom. Imperatores, & proinde falſiſſimum eſſe quod hæretici impudẽtiſſimè iactitant Pontificem Romanum eſſe Antichriſtum: quomodo enim Antichriſtus eſſet, cum illum tamdiu tamque fœliciter regnare Deus patiatur?*

§. XI.

F FABIANO papæ per martyrium coronato ſucceſſit Cornelius, imperantibus Gallo & Voluſiano ſecundùm Vincen. in ſpe. hiſt. quod etiam dicit Hiero. liber tamen Romanorum Pontificum teſtatur Cornelium paſſum fuiſſe ſub Decio. Decium autem conſtat ante Gallum & Voluſianum imperaſſe. Sed dicit Helinandus Gallum vocatũ fuiſſe etiam Decium. Et ſecundum hoc fuiſſet binomius, & con-

Cornelius Pon. max. 22. ſedit. a. 2. m. 2. d. 13. Hieron. in Catal. vir. illuſt.

cordarentur prædicta contraria. Tempore Cornelij ortum eſt ſchiſma. Nam quidam Nouatus nomine à quibuſdam ſibi adhærentibus factus papa, vel potius Antipapa, pro Romano Pontifice ſe gerebat. Sed cum complicibus ſuis deiectus eſt. Quinimò quia peruerſum dogma adinuenit contra catholicam veritatem aſſerens lapſis poſt baptiſmum non eſſe locum veniæ per quantamcunque pœnitētiam, vel ſaltem quo ad recidiuantes poſt pœnitentiam de primo lapſu poſt baptiſmum, vt hæreticus damnatus eſt per Cornelium papam in concilio. Vnde Dionyſius Alexādrinus epiſcopus ſic ait de his.[a] Nouatus Romanæ Eccleſiæ presbiter elatione quadam tumidus, ſpem pœnitus ſalutis eis, lapſis ſcilicet ademerat, etiāſi digne pœnituiſſent, ex quo & princeps hæreſeos extitit Nouatianorum, qui ab Eccleſia ſeparati ſuperbo nomine ſemetipſos καθαρὸς id eſt, mundos appellarunt. Ob quam rem concilium ſacerdotale celeberrimum in vrbe Romana congregatum eſt [epiſcoporum quidem ſexaginta numero, presbyterorum quoq; totidem cum diaconis plurimis. Præterea per ſingulas quaſq; prouincias, de hac re magna deliberatione habita decreto. ſignificatur quid facto opus ſit. Statuitur ergo.] Nouatum quidem cum his qui cum [mentis elatione tumidum] ſequerentur quiq; ad inhumanam iſtam, & nihil charitatis fraternæ ſeruantem ſententiam declinarent, ab Eccleſia alienum eſſe. Eos vero qui lapſi in certamine fuerant, fraterna miſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. Cyprianus quoque de his librum edidit, in quo & lapſos ad pœnitentiam cohortandos, & contradicentes à viſceribus Chriſti alienos eſſe ſtatuit. Quod etiam, vt hæreticum reprobat Auguſt. videlicet non eſſe locum veniæ relapſis poſt baptiſmum. de pœn. di.3. adhuc inſtant. Quomodo autem Cornelius canonicè fuerit aſſumptus ad papatum declarat Cyprianus dicens in Epiſtola ad Antonianum, Cornelius chariſſimus noſter non ſubitò ad epiſcopatum peruenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus & in diuinis adminiſtrationibus dominium ſæpe promeritus ad ſacerdotij ſublime faſtigium cunctis gradibus religionis aſcendit, tunc epiſcopatum ipſum nec poſtulauit nec voluit. Pro pudore quoque virginalis continentiæ ſuæ & humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ verecundiæ, non vt quidam vim fecit, vt epiſcopus fieret, ſed ipſe vim paſſus eſt, vt ipſe coactus epiſcopatū acciperet, cùm Fabiani locus, id eſt, locus Petri & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret. [Tum deinde ſedit intrepidus Romæ in ſacerdotali cathedra eo tempore (id eſt ſub Decio) cum tyrannus infeſtus ſacerdotibus

Nouati error quis fuerit.

Hæc ſunt apud Euſ. li.6. eccl. hiſt. c.33.

Auguſt. de vera & fal. pœn c.5.

Cyp lib.4. ep.2.

a Propria Nouatianorū hæreſis hæc fuit, non poſſe eos qui poſt baptiſmum peccaſſent, per ſacerdotes in Eccleſiam recipi, & etiamſi pœnitentiam egiſſent & crimen confeſſi eſſent. Cùm enim tria, hoc eſt dolor animi, oris confeſſio, & operis emendatoria quædam ſatisfactio pœnitenti neceſſaria ſint, vt is rite à ſacerdote abſolui, atq; Eccleſiæ reconciliari queat, Nouatiani dolorem cordis (qua in re cum Lutheranis & Caluiniſtis conueniunt) & ſatisfactionem operis (in quo ab vtriſque diſſentiunt) nequaquam abſtulerunt; ſed potius hortati ſunt. Oris verò confeſſionem & ſacerdotalem abſolutionem penitus abſtulerunt, velut ſolus Deus poteſtatem remittendi peccata ſibi retinuiſſet nec illam à miniſtris Chriſti ad ædificationem Eccleſiæ vnquam voluiſſet diſpenſari. Sand lib.7. de viſ. mon.

A Dei fanda atque infanda comminaretur & tolerabilius audiret leuari aduerſum ſe æmulū principem quàm cōſtitui Romæ Dei ſacerdotem.] Idē Cyprianus 7.q.1. factus. ſic ait. Factus eſt Cornelius epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, & de clericorū pene omnium teſtimonio, de plebis quæ tunc adfuit ſuffragio, de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorū collegio, cùm nemo ante ſe factus eſſet, cùm Fabiani locus, id eſt, cùm locus Petri & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret. Quo accepto (alias occupato) de Dei voluntate, & omnium noſtrum conſenſione firmato, quiſquis iam epiſcopus fieri voluerit, B foris fiat neceſſe eſt. Nec habeat Eccleſiæ ordinationem qui Eccleſiæ vnitatem non tenet, quiſquis ille fuerit, licet de ſe multum iactans & plurimū ſibi vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cùm poſt primū ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnū qui ſolus debet eſſe factus eſt, iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt. Hæc ibi. Et in c. ſeq. ſubdit Nouatianus epiſcopus non eſt qui Cornelio epiſcopo in Eccleſia à ſexdecim coepiſcopis facto adulter atque extraneus epiſcopis fieri à deſertoribus per ambitum nititur &c. Et in c. deniq; q. ea. oſtendit quòd ſit deteſtabile crimen ſchiſmatis. Sed Dionyſius Alexandrinus C epiſcopus, de quo ſupra, ad Nouatum hæreticum ſcripſit epiſtolam in hæc verba. Dionyſius Nouato fratri ſalutem. Si inuitus (vt ais) in hoc veniſti oſtendens in eo, ſi deſinas volens. Oportuerat quidē etiā pati omnia, pro eo ne ſcinderetur Eccleſia Dei, & erat non inferior gloria ſuſtinere martyrium, ne ſcindatur Eccleſia, quàm eſt illa, ne idolis immoletur, immò ſecundum meam ſententiam maius hoc puto eſſe martyrium. Ibi namq; vnuſquiſque pro ſua tantum anima, in hoc vero pro omni Eccleſia martyrium ſuſtinet. Sed nunc, ſiue tu ſuadere, ſiue etiam cogere potes fratres redire ad concordiā, maD ius tibi erit emēdationis meritum quàm fuerat culpa cōmiſſi, quia illud iam non imputabitur, hoc etiā laude dignū ducetur. Si verò illi in incredulitate permanſerint, ſaluans ſalua animam tuam. Vale pacem deſiderās, quam tibi imprecor. Cornelius autē papa vt in quadam ſua epiſtola ſcribit, inquit. Hic Nouatus cupiditate epiſcopatus quam intra ſe latēter gerebat, in hęc omnia mala decidit. Ex eo autem maxime clarus eſt, quòd quoſdam de confeſſoribus viros optimos inter ipſa initia huius erroris ſibi ſocios aſſumpſerit, [in quibus fuit maximus quidam presbyter Romanæ Eccleſiæ & Vrbanus, qui ſecundo conE feſſores extiterant, ſed & Sidonius & Celerinus] qui valde clari in confeſſoribus Chriſti habebantur, & qui omnia tormentorum genera pro Chriſti fide ſuperauerant. Sed iſti Deo miſerante cùm omnia diligentius proſpexiſſent, Nouatum cuncta fraudib. agere & mēdaciis atq; periuriis, & quia bonitatem ad hoc ſolum ſimularet, vt deciperet ignorantes cum magna execratione eius, ad Eccleſiā ſunt reuerſi. De hoc Cornelio papa ſic ait Hier. lib. de viris illuſtribus, Cornelius vrbis Romæ epiſcopus ad quem extant octo epiſtolæ Cypriani, ſcripſit epiſtoF lam ad Flauianū Antiochenum epiſcopum de ſynodo Romana, Italica & Aphricana, & aliam de geſtis ſynodi, aliam de Nouatiano, [& his qui lapſi ſunt, quartā ad eundē Flauianum valde prolixam & Nouatianæ hæreſeos cauſas & anathema cōtinentem.] Rexit autem Eccleſiam ſub Gallo & Voluſiano duobus annis, & martyrio coronatur. Huius autem martyrium ex geſtis eius ſic habetur. Audiens Decius Cæſar, quòd ipſe Cornelius multos ad Chriſtū conuerteret

A. C. 250.

Nota hæc verba, quę declarant aperte Ro. Pont. primatum.

Cyp. ep. ead.

Cyp. lib.1. Habentur hæc lib. 6. eccl. hiſto. cap.35.

Quā grauis eſt ſchiſmatis ſcelus.

Extat in 6 li. eccl. hi. cap. 34. Nouatus quō errauerit.

Hieron. in Catal.

Cornelij papæ vita.

A.C. 253.

uerteret, præcepit, vt vbicunque inuenti eſſent Chriſtiani, ſua audientia punirentur. Cornelius igitur cum ſuis clericis comprehenſus exilio relegatur, vbi à ſancto Cypriano Carthaginenſi Epiſcopo, & aliis multis per literas eſt confortatus. Inde autem Decio eſt præſentatus. Et dum immobilis permaneret, plumbatis & flagris cæſus ductus ad templum Martis, aut ſacrificare ei aut decollari iubetur. Cùm autem duceretur ad locum, Cerealis miles rogauit eum vt ad domum ſuam diuerteret, vt pro vxore ſua Salluſtia paralytica iam per quinquennium oraret. Quo facto cùm vnus & viginti milites qui cum eo erant v[illegible]olumem factam ſurrexiſſe & ipſi cum d[illegible] vxore eius baptizati ſunt, & ducti o[illegible]ratoris ad templum Martis, cùm expu[illegible]n, omnes decollati ſunt.

Hæc de D. Cornelio papa habentur magna ex parte in pontificali Damaſ. c. 21.

Colitur 16. Sept.

§. XII.

CVI ſucceſſit in pontificatu Lucius primus natione Romanus, qui ſedit annis tribus. Hic primo in exilium miſſus, ſed poſtea Dei nutu ad eccleſiam reuocatus ſuam, à Valeriano imperatore capite truncatus eſt 4. nonas Martij: vt habetur ex geſtis pontificij. Hic præcepit vt duo presbiteri & tres diaconi omni loco epiſcopum non deſererent ob teſtimonium eccleſiaſticum. Qui cùm ad paſſionem pergeret poteſtatem dedit omnis Eccleſiæ Stephano Archidiacono ſuo. Vnde ipſo martyrio coronato, Stephanus natione Romanus in cathedra Petri collocatur. Hic conſtituit vt ſacerdotes & læuitæ veſtibus ſacratis in vſu quotidiano non vterentur niſi in eccleſia tãtum. Sedit autem annis ſeptẽ & martyrio coronatur. Nam vt ex geſtis eius habetur, cùm verbo & exemplo multos gentium conuertiſſet, & plurima corpora ſanctorum martyrum ſepeliſſet, Valerianus & Gallienus Chriſtiani nominis perſecutores eum ſummo ſtudio perquiri fecerunt, vt eum & clericos aut ſacrificare cogerent, aut diuerſis ſuppliciis interirent. Dederántque edictum, vt quiſquis eos proderet, eorum diuitias obtineret. Vnde decem huius clerici comprehenſi ſine audientia ſunt decollati. Sequenti die comprehenſus Stephanus papa cum multitudine clericorum, ſolus ante tribunal iudicis introiuit, manénſque immobilis, ad templum Martis ducitur, vt ipſum adoraret, aut ſtatim capite puniretur. Quò dum perueniſſet, orauit Deum vt templum deſtrueret: & ſtatim maxima pars templi corruit & militibus præ timore fugientibus, ſolus Stephanus cum aliis Chriſtianis ad cæmeterium ſanctæ Lucinæ perrexit. Audiẽs autem Valerianus quòd Chriſtianos ibi collectos ad tollerantiam pro fide Chriſti animaret, miſit milites plures prioribus, qui venientes inuenerunt eum Miſſam celebrantẽ, ſtantem intrepidum & cœpta perficientem. Sicque eum in ſua ſede decollauerunt. Cui ſucceſſit Xiſtus in pontificatu vrbis. Huius Stephani Papæ tempore imperante Valeriano: Mellonus quidam de maiori Britannia oriundus Romàm venit, vt patriæ ſuæ tributum ſolueret (vt refert Vincent. in ſpe. hiſt. ex geſtis eius) & imperatori ſeruiret. Ibíque ſicut mos erat ad templum Martis cum ſociis ſuis ductus eſt, vt ſacrificaret. Audiens autem, quòd Stephanus papa paucis Chriſtianis Euangelium Chriſti prædicaret, acceſſit illuc, & deuote verba eius audiens conuerſus ad fidem baptiſma recepit. Et ab eo inſtructus, quicquid habebat vendidit: & precium pauperibus erogauit. Quem præfatus papa ſibi adhærentem per omnes gradus vſque ad ſacerdotiũ promouit. Cúmque ieiuniis & vigiliis inſtaret, quadam die miſſam eo celebrante, viderunt ipſe & papa Angelum Dei ſtantem à dextris altaris. Qui peracta Miſſa dedit ei virgam paſtoralem quam manu tenebat, dicens Accipe virgam ſub qua reges populum ciuitatis Rothomagenſis in Neuſtriæ finibus. Tibi enim ibi præparatus eſt à Deo locus. Licet autem labor incognitæ viæ tibi ſit oneroſus, nequaquam tamen timendum eſt, quoniam ſub vmbra alarum ſuarum proteget te Dominus Ieſus Chriſtus. Tunc accepta benedictione iter arripuit. Et cùm veniſſet Aſtiſſiodorum virgam tenens, quam ab Angelo acceperat, quemdam bipenni vulneratum, cuius pes erat in duas partes diuiſus, facta oratione illico ſanauit. Ibi ergo reſidens & miniſterium ſuum fideliter implens, multis virtutibus & miraculis clarus in pace quieuit.

S. Lucius pôt. max. 23. ſedit a. 3. m. 3. d. 13.

S. Stephanus pont. max. 24. ſedit a. 2. m. 3. d. 25.

Pôt. Rom Stephanus Miſſam celebrat.

Xiſtus 22. pont. max. 2. 5. ſedit a 1. m. 10. d. 23.

A.C. 254.

En aliud de Miſſa à Pontifice hoc dicta teſtimonium.

¶ *De Valerio aſſequente Romanum imperium, cum Gallieno filio & de martyrio Cypriani & ſcriptis eius: de Xiſto, Laurentio, Hippolyto, Apollonia, & papa Felice, Eutyciano, Caio, Marcellino, Marcello, beatum Xiſtum ſubſequentibus.* CAP. VIII.

POST interfectionem Galli & Voluſiani filij eius, qui duobus annis imperauerat, & Æmiliani, qui tyrãnice imperium inuaſerat poſt eos, & tribus menſibus, regnauerat, ſumpſit imperiũ Valerianus cum Galieno filio ſuo. Et Valerianus quidem in Græcia ab exercitu Auguſtus, Gallienus Romæ à ſenatu appellatus eſt Cæſar. Cœperunt autem imperare ſecundùm Euſeb. in Chron anno Domini ducenteſimo quinquageſimo ſexto. Hic Valerianus ſecundum Euſeb. in Eccle. hiſtor. lib. 7. miro modo ſuper cæteros qui ante fuerant, humanus & benignus extitit erga famulos Dei, ita vt in initiis multo tempore etiam benignior illis videretur, qui nomine ſaltem Chriſtiani dicebantur, multum venerabatur ſeruos Domini, & omnis domus eius eccleſia Dei erat. Et in quodam Chron. de bonitate eius priori legitur quòd eius vita apud Romanos laudabilis fuit, adeò vt ex [a] Decij decreto atque omnium voto, vt collapſos reipublicæ mores in melius reformaret, cenſor eſt factus. Quæ quidem dignitas Romæ antiquis temporibus in vſu fuit, & nunquam niſi viris ſanctis & grauibus imponebatur. Quod officium cùm Decius imperator imponeret Valeriano tunc ciui nobili, his vſus eſt verbis. Fœlicẽ Valeriane totius ſenatus ſententia, totius orbis Romani ſuſcipe cenſuram quam tibi Romana reſpublica confert, qua hodie ſolus etiam inter mortales iuberis, iudicaturus de moribus omnium, tu æſtimabis, qui in curia, vel in palatio manere debeant. Tu etiam equeſtrem ordinem in antiquum ſtatum reduces, tu cenſibus modum pones, tu vectigalia formabis, tibi legum ſcribendarum authoritas datur, tibi de ordinibus militum iudicandum eſt, tu arma reſpicies, tu de noſtro palatio, tu de iudicibus, tu de præfectis eminentiſſimis iudicabis. Excepto præfecto vrbis Romæ, exceptis conſulibus ordinariis, & ſacrorum rege, & ma-

P. Valeri⁹ Valerianus 42 pop. Rom. imp. a. 7.

Euſeb. l. 7. c. 9.

Cenſoris poteſtas quanta.

a A. v. c. 1004. Valerianus ipſe qui paulo poſt imperauit, nouiſſimus omnium tam principum: quàm priuatorum cenſuram cepit: eam ſibi imperatore Decio ex s. c. deferente Onuph. in com. in fa.

A.C. 254.

ximavirgine Vaſtalium, ſi incorrupta permanſerit. A Laborabunt tamen illi vt tibi placeant, de quibus iudicare non potes. Ad quem, Valerianus onus tantæ dignitatis declinans ſic reſpondit. Quæſo ſanctiſſime imperator: ne me ad hanc dignitatē alliges, vt de pop. Rom. iudicē, de ſenatu, de militibus, de totius orbis iudicibus. Hęc ſunt quæ Auguſti nomen decēt. Apud nos imperator cenſura deſedit. Non poſſum hoc implere priuatus. Veniam igitur huius nominis peto, cuius vita impar eſt, impar eſt confidentia, cui tempora repugnant, vt cenſuram hominum natura non ferat. Quibus auditis imperator cum ſenatu vna voce dixerunt. Valeriani vita cenſura eſt. Ille de omnibus iudicet, qui eſt melior omnibus, qui nullū habet crimen, cui nihil poteſt ab aliis obijci, qui ab ipſa pueritia ſemper grauis, prudens, modeſtus, bonorum amicus fuit. Nam & primus genere, emendatus vita, doctrina clarus, moribus ſingularis. Ex iſta igitur fama & moribus præcedentibus factus eſt poſtea imperator. Et, vt dictum eſt ſupra, in principio ſui imperij fuit chriſticolis plurimum benignus: ſed tandem deprauatus eſt, à veritate deiectus per quendam doctorem peſſimum magiſtrum & doctorem Ægyptiorum magorum: ita vt iuſtos & ſanctos viros perſequi & interimi iuberet tanquam qui aduerſarentur magicis artibus: quibus Valerianus ſeipſum ſubdiderat. Qui ad tantam infamiā crudelitatémque deuenit: vt primo è palatio expulſis qui chriſti nominis aſſertores erant, deinde Romæ ac per vniuerſum orbem octauus à Nerone grauiſsimam perſecutionem cōtra Chriſti eccleſiam excitaret, in qua & Romæ Stephanus papa martyrium ſuſcepit. Cui ſucceſſit Xiſtus ſecundus: vt dictum eſt.

Valerian' recuſat cenſuram.

Valerianus à Mago deprauatus.

Octaua contra Chriſtianos perſecutio.

§. I.

Plures imperatores Decij fuerunt.

SED diligenter hic aduertendum de paſſis ſub Decio. Nam fuerunt plures Decij. Primus fuit imperator poſt Philippum occiſum ab eo, qui alio nomine non vocabatur. Et ſub eo quidam dicunt fuiſſe paſſum Xiſtum papam, cum Laurentio archidiacono ſuo. Et ab eis fuerunt requiſiti theſauri eccleſiæ, id eſt, Philippi imperatoris, qui ſcilicet filius Philippi occiſo patre à Decio, ſibi timens, commendauit theſaurum eccleſiæ beato Xiſto eccleſiæ Romanæ præſidenti pauperibus erogandum. Sed huic aſſertioni cōtradicit, quia ille Decius imperauit (vt patet ſupra) anno cū dimidio: & ſub eo paſſus eſt Fabianus E papa, & inter Fabianū & Xiſtū fuerunt plures anni, & plures pōtifices, ſcilicet Cornelius, Lucius, Stephanus, & poſtea Xiſtus. Et quibus patet ꝙ non ſub illo primo Decio paſſus eſt Xiſtus cum Laurentio. Sed fuit alius Decius imperator, qui vſitatiori vocabulo dicebatur [a] Gallienus, ſub quo nomine ponitur hic in numero imperatorum filius Valeriani de quo eſt ſermo: dictus eſt enim Gallienus & Decius: & ſub iſto videtur potius paſſus Xiſtus cum Laurentio. Nec obſtat de theſauris Philippi requiſitis, quia cùm eſſent magni, & pontifici Chriſtianorum audiſſent commendatos, potuit exiſtimari per prædeceſſores F

a Gallienum non fuiſſe dictum Decium ex Onuph. perſpici poſſe puto, qui cum nomina & prænomina accurate ex nummis colligat, numquam nec Valerianum nec Gallieuum, Decij nomen babuiſſe affirmat: potius ſequar Surium qui putat veteres Valerianum & Decium ſeu Gallienum confudiſſe.

A.C. 254

ad Xiſtum perueniſſe, & ſic ab eo exquiri. In alio tamen Chronico reperi quòd iſte Decius ſub quo páſſi ſunt Xiſtus & Laurentius, non fuit imperator: ſed præfectus vrbis vel Cæſar tantum, qui iuſſu Valeriani imperatoris præfari prædictos Xiſtum & Laurentium martyres fecit. Helinandus autem dicit quòd & Gallus imperator qui præceſſit Valerianum dictus eſt etiam Decius, quia binomius. Vincen. in ſpecu. hiſtor. dicit quòd miro modo diſcordant hiſtoriæ de martyribus qui paſsi ſunt ſub Decio. Nam & Cornelius papa dicitur paſſus ſub eo. Et Eugenia virgo quæ fuit tempore Cornelij legitur paſſa imperantibus Valeriano & Gallieno, qu[illegible] Decium, ac etiam poſt Voluſian[illegible] ſi conſideretur, ꝙ fuerūt plures [illegible] vel tres licet primus tantū ſub dicto [illegible]erator nuncupetur, erit facile cōcordare. Na[illegible] duo Valerianus & filius eius Gallienus dictus etiā Decius, ſiue alter præfectus vel Cæſar tantū, iuſſu eorū dirā perſecutionem mouerunt contra Chriſtianos per orbē & diutinam. Nam tenuerunt imperium quindecim annis, & ambo malè fortunati ſunt. Cùm enim Sapor rex Perſarum Syriam, Ciliciam, & Cappadociā Romanas prouincias debellaret, Valerianus imperator hæc audiens, infinita armatorum millia vndique contrahens venit Antiochiam. Ibique bellum contra Perſas diſponens tranſito Euphrate in Meſopotamiam applicuit. Ibique leuia prælia cùm ſatis fœliciter geſsiſſet, poſtremo in eo loco diuino diſponente conſilio commiſſum eſt prælium, vbi nec vigor, nec diſciplina militaris aliquid valuit. Nam victus atque fugatus omnem quaſi exercitum amiſit. Sed & ipſe ad poſtremum fugiens à Perſis inſequentibus eum, captus eſt regi Perſarum traditus, qui cùm ignominioſa conſenuit ſeruitute. Nam donec vixit imperator ipſe Valerianus ac moderator Romani D imperij, hanc infamis officij pœnam, ſcilicet, pertulit, vt humi accliuis regem Saporem equum aſcenſurum in humeris ſuis ſuſciperet. Et, vt dicit Oroſius, iuſto Dei iudicio tam nefarij in ſanctos auctor delicti, ſcilicet, perſecutionis in chriſticolas, hac probroſa punitus eſt morte. Capto autem Valeriano ſoluuntur pœnè repente vndique permiſſu Dei circumpoſitæ relictæque gentes, laxatíſque habenis in omnes Romanorum fines inuehuntur. Primo Germani penetratis Alpibus Italiam irrumpentes Rauennam vſque perueniunt, Alemani Gallias peruagantes cuncta cæde, flamma, rapiniſque diripiunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia, Gothorum inundatione vaſtantur. Sarmatæ Pannonias depopulantur. Germani vlteriore abraſa Hiſpania potiuntur. [Parthi Meſopotamiam auferunt, Siriámque corrodunt.] Præterea conſpirant intrinſecus tyranni, inſurgunt bella ciuilia, funditur vbique plurimum Romanorum ſanguis, qui effuderant innocentem Chriſtianorum ſanguinem, Romanis Barbaríſque ſæuientibus.

Valerianus & Gallienus imperatores male fortunati ob Chriſtianorū perſecutionē

Valerianus Sapori regi equum aſcenſuri pro ſcabella eſt.

§. II.

Gallienus pacē nobis reſtituit, Euſeb. l. 7. c. 16.

GALLIENVS qui & Decius ſecundum aliquos dictus eſt, filius Valeriani poſtquam rerum ſummam capto patre ſolus obtinuit, claro Dei iudicio territus, patris & collegæ motus exemplo, mitius leuiúſque erga Chriſtianos agere inſtituit, datíſque decretis inhiberi ſupplicia, & perſecutiones ceſſare præcepit, ac pacem eccleſiis trepida ſatiſfactione reſtituit. Cùm autem Valerianum imperatorem carcer Perſarum incluſum teneret, reges & principes

A.C. 257.

principes plures, qui regi Sapori auxilium tulerant contra Romanos in bello: conſuluerunt vt Valerianum Romanis redderet, & tanta victoria prudenter vteretur. Et inter cæteros Veſonius rex potentiſſimus in hæc verba ſcripſit. Sapori regi Perſarum Veſonius. Si ſcirem Romanos poſſe penitus vinci, gauderem de tanta tua victoria quam tibi dij dederunt. Sed quia vel facto vel virtute gens illa vinci non poteſt, vide ne quòd ſenem imperatorem viciſti atque cepiſti in poſterum tibi tuiſque cedat in malum. Cogita quot nationes ex hoſtibus vectigales fecerint, à quibus ſæpe bello victi fuerant, vt Galli, Carthaginenſes, rex Mithridates. Quære verò pacis occaſiones & Valerianum Romanis redde. Denique exteræ nationes, ſcilicet, Bactriani, Hiberi, Albani, & aliarum gentium duces ſcripſerunt Gallieno, etiam Romanis auxilia pollicentes, vt Valerianus de captiuitate liberaretur. Gallienus autem Valeriani filius homo natura laſciuior, comperta patris captiuitate gaudebat, iocabatur cùm eſſet omnium ingens mœror, quòd Romanorum princeps captiuitate Perſica teneretur, quem inultum filius relinquebat. Nec ad patris miſerias, & tantum dedecus mouebatur Romani imperij, corde voluptatibus ſtupefacto: ſed ab iis qui circa eum erant inquirebat. Quid hodie in prandio habebimus, & quæ voluptates nobis præparatæ ſunt? Et quaſi ſecurus vacabat luxuriæ, cùm in eius contemptum multi in diuerſis prouinciis ſe imperatores appellaſſent.[a] Interea Macrinus, vel vt alij ſcribunt Macrianus, qui Cyriacos regebat exercitus, poſt Valeriani infortuniũ, quærentibus ordinum principibus quid facto opus eſſet? Balliſta quidam ex legatis in conuentu omnium ait. Ego commilitones bonũ principem quero, qui labentem rempublicam reſtituat. Sed quis tandem eſt qui Valeriani locum poſſit implere niſi Macrinus, cui ampliſſimus ordo ſenatus & Valerianus imperator Ægyptum & Syriam magnam imperij partem Romani crediderunt, qui eſt fortis & conſtans, integer, & (quod vt magis ad imperium pertinet) diues? Indéque conuerſus ad Macrinum dixit. Accipe locum meritis tuis debitum Macrine, atque ita agas vt Romanus populus te principem factum gaudeat. Ad quem Macrinus. Repræhenſibile eſt valde Balliſta imperium deſiderare ſolum, vt præſis, ſed appetendum eſt, vt non ſolum ſibi & liberis, ſed reipublicæ vtilis ſis. Ego autem ea mente imperium recipio, vt Romanæ reipublicæ ſubueniam atque peſtem illam humani generis Gallienum à gubernaculis ſubmoueam. Et (vt hiſtorici volunt) nullus eo tempore aptior ad rempublicam regendam erat. Huic rei accedebat, quòd duo filij eius Macrinus iunior & Quietus viri fortiſſimi erant, & tota mente in bella ruebát, adeò vt eſſent legionibus exemplo.

Veſonius rex ſcribit ad Saporẽ vt Saporẽ reſtituat libertati.

Gallienus captiuo patre laſciuit.

Macrinũ hunc in numero imperatorum non habet Onuph. eo quod inter tyrãnos poſitus iuſto imperij titulo nõ ſit potitus. Balliſta.

Macrini ſenioris imperium recipientis oratio.

a Capto à Perſis Imperatore Valeriano, filio verò in omni turpitudine vitam agente triginta tyranni in diuerſis orbis partibus inuaſerunt: ex quibus Macriani duo ab Onuph. recenſentur: Senior vnus, alter Iunior.

§. III.

ITAQVE Macrinus ſuſcepto imperio vndique auxilia petit, & congregato maximo exercitu ac fortiſſimo contra Gallienum iter arripuit. Quo audi-

A.C. 259.

A to Aureolus qui Illyricos regebat exercitus, cogentibus militibus in Gallieni contemptum, etiam ipſe imperium ſumpſit. Et cum maximis copiis aduenienti Macrino occurrit. Et commiſſo prælio poſt grauem vtriuſque exercitus cædem, tandem Macrinus vincitur, & in fuga comprehenſus occiditur. Aureolus autem potitus victoria, omnem Macrini, qui ſuperfuerat occupauit exercitum. Qui viribus potens in Illyrico imperauit, omnémque circa poſitam regionem ſibi parere compulit. Odenatus autem Palmyrenus, qui pro Romanis Orientales regebat exercitus, ſperans ſibi has legiones quas in B præſidium Syriæ Macrinus cum filio reliquerat, coniungere, congregatis Orientalibus viribus in Syriam tranſiit, atque Quietum Macrini filium bello victum obſedit. Cúmque aliquandiu milites, qui cum Quieto erant, cruciarentur fame perualida, authore Balliſta iuuenem occiderunt, proiectóque ppt murum corpore, Odenato ſe omnes dedidérunt. Itaque Odenatus poſt hanc victoriam totum ferè Orientem obtinuit. Sicque Orientem Odenatus, Illyricum Aureolus, Italiam Gallienus eo tempore obtinebant. Odenatus igitur poſt Orientem obtentum, videns ſe tot legionibus fortem, contra C Perſas bellum, vt Valerianum liberaret gerere ſtatuit. Itaque ex omnibus pœnè Oriente contractis auxiliis contra Perſas pergens ad prælium, eos deuicit, & Niſibim & Charias ciuitates nobiliſſimas obſedit & cepit, omnémque Meſopotamiam, quam occupauerant, recepit. Et poſtremo cum ipſo rege Perſarum difficillimo bello congrediens, ipſum fugauit & vicit. In quo bello cepit regis theſauros. Et ſic Odenatus rem Romanam in Oriente ad ſtatum priſtinum reſtituit. Et cùm nihil aliud ageret, niſi vt Valerianum liberaret, æſtuabat quotidie, ac in alieno ſolo & locorum difficultatibus optimus imperator D pro republica fideliſsimè laborabat. Quod vbi comperit Gallienus, participatum imperio Auguſtum, vocauit Odenatum. Quod factum ſenatus, populúſque Romanus gratanter accepit. Demum Odenatus rebus in Oriente fœliciter geſtis, multis bellis victoria potitus à Meonio conſobrino ſuo: qui, & ipſe ad imperium aſpirabat cum filio ſuo Herode magna iactura imperij occiſus eſt. Fuit autem hic Odenatus (quod negari non poteſt) vir manu, lingua atque prudentia ſingulariſsimus, & in bellicis rebus ſolertiſsimus & fortunatiſſimus. Fuit & in iuuentute ſua venationibus multum deditus: leones, E pardos, & vrſos occidit cum eis congreſſus. Huius Odonati vxor Zenobia fuit mulier mirabilis, & viro ſuo fortior perhibetur, caſta, ſobria, prudens. Erat illi vox clara, & virilis ſeueritas: vbi neceſsitas poſtulabat tyrannorum, vbi pietas requirebat bonorum principum clementia: hiſtoriarum maximè Orientalium tenax, adeò vt illas abbreuiaſſe dicatur. Omnium prætereà linguarum peritiſsima. Hæc mortuo viro nõ vt mulieres ſolent fletibus vacauit, ſed virili animo interfectores viri perſecuta occidit. Quibus occiſis galeata ad concionem venit, cum velo purpureo gemmis dependentibus, in qua concione F deteſtans Gallieni luxuriam, exercitus in verba filiorum Herenniani iurare fecit. Et quia ipſi pueri erant, ipſa contra Gallienum imperium Orientis tenuit. Gallienus autem Romæ luxuriæ & comeſſationibus vacans, audiens Odenatum occiſum: Perſis bellum inferre ſtatuit, ſeram nimis patris vindictam quærens. Collectis igitur copiis Heracliano cuidam

Lianus Eutropius & alij referunt.

Odenatus Palmyrenus Romanũ imperium ſibi in Oriẽte vendicat.

Perſæ ab Odenato victi.

Odenatus qualis.

Zenobia vincit exercitum Romanũ.

Zenobia Odenati vxor mulier admirabilis.

A.C. 261.

vni ex ducibus tribuit negotium belli contra Perſas. At Zenobia audiens illum ad partes illas aduenisse: timens ne victis Perſis auferret filiis imperiū Orientis, congreſſa cum eo in bellum, omnem exercitum eius vel occidit, vel cepit. Quod audiens Gallienus à propoſito deſtitit.

§. IIII.

PER idem tempus Æmilianus in Ægypto ſumpſit imperium. Hunc Æmilianum in bellis exercitatiſſimum Orientales duces, qui bellis ſuperfuerāt, aut qui in præſidiis prouinciarum erant, modicum Gallieni imperium accipere coegerunt. Qui ſtatim inuitus aſſumpto imperio Thebaidam atque Ægyptum peruagatus eſt: atque Barbarorum gentes, quæ ſe per Romanas prouincias effuderant, magna virtute belli permouit. Inſuper occupatis horreis, vbi in ſubſidium vrbis magna copia frumenti ſeruabatur, Romanam vrbem horrenda fame afflixit. Sed hunc Æmilianum poſtmodum Theodorus Gallieni dux cruentiſſimo bello cum eo peracto cepit, & catenis vinctum Gallieno ad vrbem deſtinauit. Poſt quem Alexander quidam ſe imperatorem in Ægypto nominauit. Qui ab eodem Theodoro captus & occiſus eſt. Cúmque hæc apud Orientales tam variè gererentur, in quibus inſitum eſt noua ſemper deſiderare dominia, cùm viderent Gallienum in luxuriæ improbitate perſiſtere, Poſthumium quēdam ex Romanis ducibus ad imperium vocauerunt. Erat autem vir iſte in bellis fortiſſimus, atque in ſuis actibus cunctis grauiſſimus, vſque adeò vt Gallienus ei filium ſuum Salenium nutriendum traderet, quaſi & vitæ & cuſtodi, & morum & actuum imperialium inſtitutori. Qui vt quidam tradunt fidem fregit, & eo occiſo imperium ſumpſit. Sed alij referunt quòd Galli eum imperatorem vocarunt & per milites ab eis miſſos filium Gallieni occiderunt. Quæ poſtea quàm Gallienus præſenſit, pacem cum Aureolo qui ſe in Illyrico imperatorem fecerat, iniit, ſtudio oppugnandi Poſthumium, qui Galliam à Barbaris occupatam & ab eis liberatam regebat. Bellúmque inuicem gerentibus, Aureolo cum Poſthumio modo fœliciter, modo infœliciter egerunt: demum expulſo Gallieno de imperio, cùm Poſthumius qui prius erat multum dilectus nimis rigidè ac ſeuerè ſe gereret, à Lolliano quodam duce magna parte exercitus conſentiente occiſus eſt. Quo occiſo Lollianus in locum Poſthumij ſubrogatur. Et ſibi delatum à Gallicis exercitibus ſumpſit imperium, & Germanos qui intra Galliam ſe effuderant, victos & expulſos in pace reſtituit. Sed in hac pace non diu immoratus occiſus eſt dolo à Victorio filio Victoriæ. Hic ergo in Galliis imperium ſumpſit, fortiſſimus in bello ac præter libidinem optimus imperator. Sed omnino libido & mulierum voluptas ſic eum perdidit, vt nemo ex antiquis ſcriptoribus auſus ſit eius vitā in litteras mittere, quem conſtat iudicio omnium per effrenatam libidinem debuiſſe puniri. Hic non diu poſt aſſumptum imperium à quodam, cuius vxorem ſtuprauerat, ſubito confoſſus gladio interiit. Poſt occiſum in Galiis Victorinum, cùm Gallici exercitus aliquandiu de eligendo imperatore vacillaſſent, demum Marius quidam militari tumultu factus eſt imperator. Qui etſi eſſet fabriferrarij filius, tamen propter maximam corporis fortitudinem, ad plures

Aemilianus & Alexander à Theodoro capti.

Poſthumij cædes.

Lollianus imperator vel tyrannus potius.

Victorinus imperator bonus, ſed libidinoſus.

Marius imperator fabriferrarij filius.

A dignitates vocatus eſt, & demum imperialem. Sed hic occiſus eſt à quodam milite, qui quondam in fabrili officina miniſter eius fuerat. Quidam etiam ex Romanis ducibus, qui in Pannonia regebat exercitum Ingenuus nomine, à Mœſiaticis legionibus imperator eſt factus. Hic autem propter ſingularem animi & corporis virtutem, ſemper à Gallieno ſuſpectus eſt habitus, & potiſsimum quia militibus erat acceptiſsimus. Quo audito, Gallienus, qui etſi luxuria perditus, tamen vbi neceſsitas imminebat, erat vehemens, velox & fortis, congregato ex Italia exercitu contra Ingenuum profectus eſt, & B difficillimo bello cum eo peracto vicit, fugauit, & illum occidit. In quo apparuit crudelitas & ferina rabies Gallieni.

A.C. 261.

Ingenuus imperator Rom. vel tyrannus.

Nam omnes milites eo bello captos iuſsit occidi, & in ciuitates, quæ Ingenuo fuerant deſæuiens, illas virili ſexu vacuas dimiſit. Sed nec Aphri defuerunt, qui cùm audiſſent Gallienum inter popinas & balnea cum lenonibus diſputare, & ipſi imperatorem quendam proconſulem nomine Celſum nuncuparunt, qui ſeptima die ſui imperij à Galliena Gallieni conſobrina occiſus eſt. Inter tot bellicas clades, quæ ſub Gallieno emerſerunt, etiam terræmotus grauiſſimus fuit, C quo multa oppida & ciuitates in Oriente corruerunt habitatoribus oppreſsis. Fuerunt & per multos dies ſuper terram denſiſsimæ tenebræ. Auditum eſt tonitruum maximum, non tonante cœlo: ſed mugiente terra ex quo multi terrore mortui ſunt. Sed & ipſa Roma motu vehementi concuſſa eſt. Propterea & mare extra limites ſuos & terminos erumpens, multas vrbes ſubmerſit. Sed & peſtilentia quæ ſub Voluſiano & Gallo cœperat, ita Romam fatigauit, vt quinque millia vna die pari morbo perirent. Sed & Byzantiorum ciuitas nobiliſsima Thraciæ naualibus bellis clariſsima, per Gallieni D milites ita vaſtata eſt, vt prorſus nemo ex ciuibus ſupereſſet præter paucos per orbem diſperſos, quæ tamen poſtea per Conſtantinum magnum inſtaurata eſt. His tantis malis feſſa & quaſſata reſpublica, labem illam improbiſsimam Gallienum ſuſtinere non valuit. Nam etſi fuerit Poëta clariſsimus, & ad omnes artes ingenioſiſsimus, luxuria omnia corrumpente, naturam ſuam ſemper in deterius vertit, atque in crudelitatem pronus, indictā cauſa multos ex ciuibus occidit. Cúmque iam effectus eſſet ſenatui & populo Romano exoſus, tractarunt aduocare Aureolum, qui in Illyrico imperabat, ad vrbem, vt E ipſe imperium aſſumens Gallienum amoueret. Ad quod efficiendum Aureolus cum exercitibus ſuis Italiā intrauit. Hoc percipiens Gallienus ei cum copiis ſuis circa Mediolanum occurrit ad bellum inuicem peragendum. Sed ibi ipſe Gallienus à quibuſdam ex ducibus ſuis occiſus eſt.

Celſus imperator vel tyrannus.

Portenta varia.

Gallieni vitia.

Gallieni interitus.

§. V.

PRÆFATIS Valeriano & Gallieno imperantibus, martyrio coronati ſunt multi diuerſis in F locis. Nam Valeriano capto à rege Perſarum, vt dictum eſt, qui iam ſeptem annis potitus erat imperio, poſtea Gallienus filius eius imperauit ſolus annis octo qui & Decius vocatus eſt. Inter cæteros autem inſignis doctor Cyprianus eius tempore martyrio coronatus eſt. Et aduertendum, quòd hic Cyprianus non eſt ille, qui magus exiſtens, quodam tempore, poſtea

De martyribus tempore Valeriani & Gallieni.

A.C. 253.

A poſtea conuerſus ad fidem, & factus demum epiſcopus, paſſus eſt martyrium cum ſancta Iuſtina. Hic enim fuit tempore Diocletiani, vt dicitur infra, iſte verò tempore huius Gallieni ſeu Decij. De hoc igitur ſic ait Hieronymus in libro de viris illuſtr.

Cyprian' epiſcopus Carthaginenſis.

Cyprianus Apher Carthaginenſis epiſcopus glorioſè primum Rethoricam docuit. Exinde ſuadente presbytero Cæcilio, à quo & cognomentum ſortitus eſt Chriſtianus factus, omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus erogauit, ac poſt non multum temporis electus in presbyterum, etiam Carthaginenſis epiſcopus eſt conſtitutus. Huius ingenij ſuperfluum eſt indicem texere, cum ſole clariora ſint opera eius. B Paſſus eſt ſub Valeriano & Gallieno principibus perſecutione octaua, eodem die quo & Cornelius Romæ ſed non eodem anno. Cùm enim (vt ex geſtis eius habetur) Carthagini prædicationi inſtaret, Paterno proconſuli præſentatur. Et cùm à fide immutari non valeret, in exilium miſſus eſt diutinũ. Sed iuſſu Aſtaſtij proconſulis, qui Paterno in officio ſucceſſit, ab exilio reuocatus capite abeo truncatus eſt. Contra quem cùm lecta fuiſſet ſententia condemnationis, dixit, Deo gratias, & ſpiculatori iuſſit à ſuis dari certam pecuniam.

Catalogus librorum D. Cypriani.

Scripſit plura opuſcula eloquentiſſimo ſtylo digeſta, & ab eccleſia approbata. diſt. 15. C ſancta Romana. Scripſit enim librum de duodecim abuſionibus ſæculi, librum vnum ad Donatum de gratia Dei, librum vnum de lapſis, librum vnum de aleatoribus, librum vnum de vnitate Catholicæ eccleſiæ, librum vnum de oratione dominica, librum vnum de mortalitate, librum vnum de opere & eleemoſynis, librum vnum de bono patientiæ, librum vnum de zelo & liuore, librum vnum contra Demetrianum, vnum ad Fortunatum, vnum ad Quirinum, vnum ad Antonianum, vnum ad Iulianum, vnum ad Cilicium, vnum ad Cornelium, libros tres de laude martyrij, vnum de ſa- D cro calice, vnum de duobus montibus: epiſtolas plures ad diuerſas perſonas.

Habentur hęc l. 2. ep. epiſt. 2. ad Don.

Et in libro quidem qui intitulatur De gratia Dei & abundantia malitiæ ſæculi, ſic inter cætera inquit. Profluens largiter ſpiritus, nullis finibus premitur, nec coercentibus clauſtris intra metarum certarũ ſpatiũ frænatur manet iugiter, exuberat affluenter. Noſtrum tantum ſitiat pectus & pateat, quantum illud fidei capacis auferimus, tantum inundationis gratiæ haurimus. Pauliſper itaque te crede ſubduci in montis ardui verticẽ celſiorem, ſpeculare inde rerum infra te iacentium facies, & oculis in diuerſa porrectis ipſe à terrenis E contractibus liber, fluctuantis mundi turbines intuere. Iam & ſæculi & ipſe miſereberis, tuíque admonitus, & plus Deo gratus, maiore lætitia quòd euaſeris gratulaberis.

Heu quã noſtris hæc quadant temporibus.

Eſſe iam inter innocentes innoxium, crimen eſt. Malos quiſquis non imitatur, offendit. Conſenſere iura peccatis, & cœpit licitum eſſe quod publicum eſt. Quis enim illic pudor rerum, quæ integritas eſſe poteſt vbi qui damnent improbos deſunt, ſoli vbi qui dãnentur occurrunt? Sed & quos diuites opinaris, hos etiam inter diuitias ſuas trepidos cogitationis incertæ ſolicitudo diſcrutiat, ne prædo vaſtet, ne præcuſſor infeſtet, ne inimica cu- F iuſquam locupletioris inuidia calumnioſis litibus inquietet. Non cibus ſecurus ſomnúſue contingit. In conuiuio ſuſpirat, bibat licet gemma, & cùm epulis marcidum corpus torus mollior alto ſinu condiderit, in pluma vigilat, nec intelligit miſer ſpecioſa ſibi eſſe ſupplicia, auro ſe alligatum teneri, & poſſi- A deri magis, quàm diuitias poſſidere. O deteſtabilis cæcitas mentium & cupiditatis inſanæ profunda caligo, cùm exonerare ſe poſsit & releuare ponderibus, pergit magis fortunis augentibus incumbere, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere.

In auaros.

Nulla in clientes inde largitio eſt: cum indigentibus nulla partitio. Et pecuniam ſuam dicunt, quam velut alienam domi clauſam ſolicito labore cuſtodiũt. Ex qua non amicis, non liberis quicquam, non ſibi denique ipſis impartiunt: ſed ad hoc tantum poſſident, ne poſsidere alteri liceat.

Reges nõ ſunt beati.

An tu vel illos ſaltem putes inter honorum infulas vel opes largas B ſtabili firmitate ſecuros, quos regalis aulæ ſplendore fulgentes armorum excubantium tutela circunſtat? Maior illis quàm cæteris metus eſt. Tam timere ille cogitur quàm ipſe timetur. Exigit enim pœnas pariter de potentiore ſublimitas. Vna igitur placida & fida tranquillitas, vna ſolida & firma & perpetua ſecuritas ſi quis ab his inquietantis ſæculi turbinibus extractus, ſalutaris portus ſtatione fungatus, ad cœlum oculos tollat à terris, & ad Domini munus admiſſus, ac Deo ſuo mente iam proximus, quicquid apud cæteros humanis in rebus ſublime ac magnum videtur, infra ſuam conſcientiam iacere C glorietur, nihil appetere iam, [nihil deſiderare] de ſæculo poteſt, qui ſæculo maior eſt. Idem in libro de aleatoribus. Si oues delinquunt, & paſtores delinquentibus ignoſcant, nonne ipſi ſe pondere delinquentium onerant? Quid quæſo eſt fideles, quòd manus, quæ ab humanis iniuriis expiata eſt, & ad ſacrificium dominicum admiſſa, quæ ad laudem Domini in oraculo exurgit, quæ ſignum Chriſti, per quod tueri debemus, fronti imprimit? Quid eſt inquam vt aleæ ludum exercens, laqueis diaboli, vnde exuta eſt rurſus implicetur?

Signum Chriſti per quod tueri debemus manus fronti imprimit.

Alea enim diaboli venabulum eſt, & delicti vulnus inſanabile. Ibi diabo- D lus præſto eſt ad capiendum ſubmiſſus, ibi perfidia, falſa teſtimonia, mentis furia, venale periurium, ſerpentinum colloquium, illic rabioſa amicitia, fraternitas diſcordans, illic conuitium & ſæua audacia, fera impatientia, poſſeſsionum amiſsio.

Aleæ ludi deteſtatio.

O aleatorum pigra nequitia, ô manus crudelis ad periculum ſui armata, quæ paterna bona & opes aliorum ſudoribus quæſitas ignominioſo ſtudio dilapidat.

Aleæ incõmoda.

Alea eſt alueus mali ſupplantatio amici, quæ nec lucrum confert: ſed totum conſumit.

Hinc demum pauperes fiunt, hinc iam conſumptis omnibus rebus ſuis mutuis vulneribus ſe obruũt, E hinc patrimonium ſine vlla fori pecunia amittunt. Ille quidem qui primum hunc ludum adinuenit, inſtinctu diaboli, qui eum ſuis artibus adimpleuit, ab imitatoribus ſuis ſe colendum & ſibi ſacrificandum conſtituit, ita vt, qui vellet eius ſtudio adhærere non ante manum in tabulam porrigeret, niſi authori eius prius ſacrificaret. Chriſtianus autem quicunque es & aleæ tabula ludis, licet non ſacrifices, tamen legis huius facinoris participas, & vtique Chriſtianus non es. O qualis aleatorum dementia qui inſaniunt, peierant, maledicunt, & diabli caligine decorbati ſibi inuicem manus inferunt, inuicem ſe deuo- F uent, & parentum originem præſentibus turbis dehonorant. Et qui iam ſæpius vincitur, rurſus ad nocentius ſtudium ſuadente diabolo animatur. O ars infeſta ſtudentibus & ſtudium libidinoſum, quod non diuitias, ſed nuditatem & inopiam præſtat. Hæc ille.

Nic. papa 1 id habet ad Michaelẽ imperatorem ſcribens.

Idem Cyprianus in quodam libro ad Iulianum ait. Idem mediator Dei & hominum homo

Chriſtus

A.C. 263.

Chriſtus Ieſus ſic actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit propria volens medicinali humilitate hominum corda ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſum in inferiora demergi, vt etiam Chriſtiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minime ſe negotiis ſecularibus implicaret ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere, qui eſſet ſæcularibus negotiis implicatus. Hæc ille diſtinct. 10. quoniam. Vbi gloſſa dicit papatum & imperium ab vno habere principiũ ſcilicet Chriſto, qui fuit pontifex & rex regum, & diſtinctas eſſe iſtas dignitates, papam tamen habere vtrunque gladium & vtroque vti [poſſe.] Et ideo licet ſint diſtinctæ [poteſtates,] in exercitio tamen ſubalternatim ſe habent, ita quòd imperialis dignitas ſubiicitur papali, vt inferior ſuperiori, diſtinct. 96. duo ſunt, vt ſicut vnus princeps in vniuerſo, Deus videlicet, ita in eccleſia vnus monarcha, ſcilicet, papa, cui terreni ſimul & cœleſtis imperij Dominus iura conceſſit, vt dicitur diſtinct. 22. cap. 1.

Papatus & imperium à Chriſto inſtituta.

Imperialis dignitas eſt ſubiecta papali.

§. VI.

SVB iſto etiam Decio Gallieno per diuerſa loca ſæuiente [perſecutione] Dionyſius Alexandrinus epiſcopus paſſus eſt exilium. Nam vt ſcribit Euſebius lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Cùm Valerianus cum Gallieno ſanctos perſequerentur, Dionyſius verò iſte vnum ſolum Deum, qui cœlum feciſſet & terram diceret adorandum, cæteros autem neque eſſe deos, neque adorari debere, in caſtrũ quoddam deſerti, quod Ceſro appellatur, in exilium truditur, ob hoc præcipuè electum, quòd loci incolæ Gentiles erant, & idolorum ſuperſtitionibus ſatis dediti. Quique hoſtili animo [exulem] Dionyſium primo, & ſatis aduerſa mente ſuſcipiunt. Poſt verò cùm paulatim per Domini gratiam verbum Dei his ſeminare cœpiſſet, pars maxima trucis & barbari populi relictis idolis conuerſa eſt ad Deum verum, Chriſtóque ſubiecta. Quo comperto rurſum eum ad alium locum vicinum quidem Alexandriæ, ſed incolis deſertum, ac pœnè habitatoribus vacuum tranſtulerunt. Sed ibi cùm pro vrbis vicinitate noſtrorum populi eum frequentarent, & tanquam odore paſtoris recepto grex lætior & conſtantior agonibus redderetur, rurſum miſſis cum centurione militaribus viris, ipſum Dionyſium & cum eo Caium & Petrum catenis conſtrictos & diuerſis cruciatibus afflictos in deſertum quoddam Lybiæ pertraxerunt [ibique eos in] loco ſquallidiſſimo, & omni vſu humanitatis carente, [à Peretonio trium dierum itinere in deſertum protento] nexos vinculis reliquerunt. [Dionyſius igitur Alexandrinus epiſcopus ſicut ex ipſius epiſtolis veriſſime comperimus, in multis ſæpe confeſſionibus ſatis clarus efficitur, & pro paſſionum tormentorúmque diuerſitate magnificus.] Denique fertur quibuſdam ſe inſectantibus reſpondiſſe, Quid inſectando laboratis? Caput meum, pro quo magnopere fatigamini, auulſum ceruicibus ſumite, & donum magnum ad tyrannum referte. De hoc ſic ait Hieronimus libro de viris illuſtr. Hic Dionyſius Alexandrinæ vrbis epiſcopus ſub Heracla ſcholam κατηχήσεων presbyter tenuit, & Origenis valde inſigniſſimus adiutor fuit. Hic in Cypriani & Aphricanæ ſynodi dogma conſentiens, de hæreticis rebaptizandis ad diuerſos plurimas miſit epiſtolas, quæ vſque hodie extant. Ad Flauianum Anthiochenæ vrbis Epiſcopum de pœnitentia. Et ad Romanos per Hippolytum alteram, ad Xiſtum qui Stephano ſucceſſerat, duas epiſtolas, & ad Philemonem & Dionyſium Romanæ eccleſiæ presbyteros duas, & ad Dionyſium eundem, poſtea Romæ epiſcopum. [& ad Nouatianum cauſantẽ quòd inuitus Romæ ordinatus eſſet: cuius epiſtolæ hoc exordium eſt, Dionyſius Nouatiano fratri ſalutem. Si inuitus vt dicis ordinatus es, probabis cùm volens ſucceſſeris. Eſt eius ad Dionyſium & ad Didymum altera epiſtola, & ἑορταστικαὶ de paſcha plurimæ.] Item Duos libros aduerſus Nepotem epiſcopum, qui mille annorum corporale regnum ſuis ſcriptis aſſerebat, in quibus & de Apocalypſi Ioannis diligentiſſime diſputat. Et quatuor libros ad Dionyſiũ Romanæ vrbis epiſcopum. Hic etiam Dionyſius in libro tertio de baptiſmo, quem ad Philonem ſcripſit, de ſe ſic ait. [a] Ego tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perſcutor, etiamſi videar ad horam verbis eorum polliui. Sed mihi multum confert hoc ipſum, quòd ex ipſorum verbis arguere eos poſſum. Denique cùm aliquis ex fratribus & compresbyteris prohiberet me, ne hæretica lectione tanquam cœni alicuius fœtore pollueret, mihi viſio quædam à Deo oſtenditur quæ me confirmaret, & [ſermo ad me factus eſt hæc mihi euidenter proloquens] Lege omnia quæcunq; in manus tuas venerint, quia probare potes & diſcernere ſingula, quandoquidem ex initio hæc tibi fuit cauſa credendi: [omnia legite, quæ bona ſunt tenete.] Hæc ille. Qui demum in pace quieuit anno Gallieni duodecimo.

Euſeb. l. 7. c. 10.

In exiliũ mittitur.

Euſeb. l. 6. hiſt. Eccl. c. 30.

In catal.

Dionyſius Alexandrinus qualis.

A.C. 263.

Euſeb. l. 7. hiſt. ecc. c. 6.

Colitur 17. Sep.

a Ex hac hiſtoria nonnulli Catholicos epiſcopos arguunt, eo quod à lectione hæreticorum librorum ſub anathematis pœna nos coerceant. Sed tantum abeſt, vt ex hac hiſtoria ſint arguendi, vt eorum maxime approbetur ſententia. Tria enim ex hac hiſtoria colligo: primum libros hæreticos tanquam cœni loco habitos, ex quibus homines verè Chriſtiani inficerentur, ſecundum compresbyterum ſeu coepiſcopum Dionyſij eum de hæreticorum librorum lectione redarguiſſe, & tertium Dionyſium hunc patriarcham Alexandrinum non prius ad lectionem horum librorum acceſſiſſe quàm voce diuina ſit admonitus. Si ergo tanquam cœnum hæretici libri catholicos inficiunt, nonne Epiſcopi noſtri iure nos ab illorũ librorũ lectione arcẽt? Si deinde compresbyter Dionyſii eum idcirco redarguit, quare nos temere nimis & incautè illos libros legentes, Epiſcopi noſtri non redarguent? & niſi parcamus iure punient. Sicut autem ad confutandos hæreticos diuina reuelatione ad eos libros legendos inductus eſt Dionyſius, ſic quibus in animo eſt hæreticorum errores redarguere, eorum libros poſſunt legere, dummodo diuina reuelatione, id eſt facultate ſibi à maioribus conceſſa id licere conſtet.

§. VII.

DE GREGORIO Neocæſareæ epiſcopo ſic ait Hieronymus libro de viris illuſtribus. Theodorus, qui poſtea Gregorius appellatus eſt, Neocæſareæ Ponti epiſcopus, admodum adoleſcens ob ſtu

De Gregorio Thaumaturgo ſeu miraculorum patratore.

A.C. 263.

ob ſtudia Græcarum & Latinarũ literarum de Cappadocia Berytum,& inde Cæſariam Paleſtinæ tranſiit, iuncto ſibi fratre Athenodoro. Quorum cùm egregiam indolem vidiſſet Origines, cohortatus eſt eos ad philoſophiam, in qua paulatim Chriſti fidem ſubintroducẽs ſui quoque ſectatores reddidit. Quinquennio itaque eruditi ab eo, remittuntur ad matrem. E quibus Theodorus proficiſcens [a] πανηγυρικὸν εὐχαριστίας ſcripſit Origeni & conuocata grandi frequentia, ipſo quoque Origene præſente recitauit, qui vſque hodie extat. Scripſit & μετάφρασιν in Eccleſiaſtem, breuem quidem, ſed valde vtilem. Et aliæ huius vulgo feruntur epiſtolæ. Sed præcipue ſigna atque miracula, quæ iam epiſcopus cum multa Eccleſiarum gloria perpetrauit. Vnde Euſeb. de eo ſic ait. Stagnum quoddam erat in Ponti regionibus ſitum, piſcibus copioſum, ex quorum captura prædiuites reditus dominis ſuis præſtabantur. Iſta poſſeſſio duobus fratribus ſorte hæreditatis obuenerat. Sed pecuniæ cupiditas quæ pœnè omnium corda mortalium ſuperat, etiam fraternam neceſſitudinem violauit. Coibatur à fratribus tempore captionis non tam ad capiendos piſces quàm ad homines decipiendos, hominum cædes ac bella mouebantur: humanus ſanguis pro piſcibus fundebatur. Sed Dei prouidentia, aliquando affuit auxilium aduentuſque Gregorij: vidit prælia mortéſque virorum furentéſque germanos, quid cauſæ exiſteret pro qua in exitium ſui ſuorúmque fratres accenderentur inquirit: nullam niſi capturam piſcium reperit. Tunc ille, cùm pro honore aduentus ſui vtræque partes ſiluiſſent paululum: Nolite (inquit) ô filioli rationabiles animas, pro mutis animantibus violare, fraternam pacem quæſtus cupiditate diſſoluere, Dei leges & naturæ pariter iura violare. Sed vnà mecum ad ora ſtagni exitialis accedite. Ego iam vos per virtutem domini omni certamine cruentæ contentionis abſoluam. Et cùm hæc dixiſſet in conſpectu omnium, virgam quam tenebat in manu ad primas littoris vndas defigit. Et ipſe poſitis genibus manus tenditad cœlum, atque excelſo ſupplicat Deo. Simul vt ille orandi finem fecit, ſtatim ſeſe vnda ſubducens, & curſu velociori refugiens à conſpectu ſuperno iuſſa diſcedere, abyſsis ſuis redditur, & arentem campum iam concordibus germanis derelinquit. Sed & in hodiernum diem frugum ferax dicitur eſſe ſolum: quod antea fuerat nauium ferax.

Gregorius & frater Origenis diſcipuli.

Miracula Gregorij. Euſ. l. 7. hiſt. eccl. c. 25.

Stagnum precibus ſancti areſcit.

[a] Ibid.

Memoratur & aliud illuſtrius ab eo & diuinius geſtum. In quodam loco ruris anguſti, cùm res poſceret Eccleſiam conſtrui, rupes quædam vicini montis ex parte orientis obiecta, ex alia vero præterfluens fluuius ſpacium quantum Eccleſiæ ſufficeret denegabat. Et cùm alius omnino non eſſet locus, omnéſque mœſtitiam gererent, quòd ſolum ad conſtruendam eccleſiam non haberent, ille plenus fide pernoctaſſe in oratione dicitur, & dominum Ieſum admonuiſſe promiſsionis ſuæ fideliter, qua dixit, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, Tollere, & mittere in mare, & fiet vtique. Cúmque hoc plena fidei deuotione depoſceret, ad lucem coeuntibus populis inuenta eſt rupes importuna ſeceſsiſſe tantum, quantum ſpatij ad conſtruendam quærebatur Eccleſiam. Traduntur eius & alia quàm plurima: De eodem ſic ait Haymo. Gregorius iſte cùm aliquando per Alpes tranſiret, neceſsitate niuium coactus ad fanum diuertit Apollinis: ibique pernoctat. Quo mane

Mat. 17.

Rupes ad ædificandam ſeceſſit eccleſiam. Hoc etiã com. Euſ. loco citato.

recedente, receſsit & dæmon. Poſcitur dare reſponſa, ſicut prius: & obmuteſcit, [Cúmque ſtupore noui ſilentij æſtuaret ſacerdos, nocte ei aſsiſtens dæmonium dicit in ſomnis. Quid me illuc inuocas quo iam venire non poſſum? percontanti cauſſam aduẽtu ſe Gregorij dicebat expulſum. Quid nunc remedij daretur cùm perquireret ait non aliter ſibi licere ingredi locum illum niſi Gregorius permiſiſſet. Quibus auditis] ſacerdos occupat viam, & perueniens ad Gregorium, querelam expulſi numinis exponit, quæſtúmque amiſſum deplorat. At ille ſcribit epiſtolam in hæc verba. Gregorius Apollini. Permitto tibi redire ad locum tuum, & agere, quæ conſueuiſti. Hanc ſacerdos ad fanum fert epiſtolam, ponitque iuxta ſimulachrum. Adeſt iterum dæmon, iterum dat reſponſa. Tunc ſacerdos in ſemetipſum conuerſus, ait. Quomodo non multo melior eſt Gregorius iſto Apolline, cuius obtemperat iuſſis? Et deſcendens eadem hora ad Gregorium, referénſque epiſtolam, rei ordinem pandit, vtque Deo ſe offerat rogat. Tunc relicta gentilitate factus ab eo cathecumenus, cùm ſe caſtiſſimæ vitæ & abſtinentiſſimæ mancipaſſet etiam baptiſma conſequitur. Et intantum virtute fidei profecit, quod Gregorij ſucceſſor in epiſcopatu fuit.

A.C. 263.

Apollinis oraculum in quo Sãctus per noctauit obmutuit.

Sacerdos Apollinis conuertitur & fit epiſcopus poſt Gregorium.

§. VIII.

DECIO igitur imperante non primo, qui imperauit duobus annis & menſibus ſex, vt ab aliquibus dicitur, quia Xiſtus eo tempore Papa non fuit. Nec ſecundo, poſt quem cum Voluſiano imperauit [b] Gallus, qui dictus eſt Decius, ſecundum Helinandum eadem ratione ſed ſub tertio Decio qui vſitatiori vocabulo dictus eſt Gallienus & cum patre ſuo Valeriano imperauit annis quindecim, cuius tempore papa Xiſtus creatus fuit. Vel vt quibuſdam aliis placet ſub alio quarto Decio qui non imperator ſed Cæſar à Gallieno factus eſt, & Valeriano nõ patre præfati Gallieni: ſed præfecto tunc vrbis, paſſi ſunt Xiſtus papa cum Laurentio Archidiacono eius. Qui Xiſtus natus Athenis ſtudiis vacans philoſophus fuit. Audiens igitur Decius Cæſar quod per Xiſtum Papam multi conuerterentur, vel confirmarentur in fide Chriſti, iuſſit eum ſibi præſentari. Et cùm ante ſe ductũ cum Fœliciſſimo & Agapito diaconibus, nullis blandimentis à propoſito ſancto mouere poſſet, ad templum mandauit adduci, vt aut Diis immolaret, aut in carcerem truderetur. Cúmque ſacrificare contemnens ad carcerem traheretur, Laurentius hoc audiens ad eum acceſsit dicens. Quo progrederis ſine filio pater? quo ſacerdos ſancte ſine diacono properas? tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueueras. Quid ergo in me diſplicuit paternitati tuæ? Nunquid degenerem me probaſti, cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem? Cui Xiſtus reſpondit. Non ego te deſero fili, neque derelinquo: ſed maiora tibi debentur certamina. Nos quidem quaſi ſenes

Xiſtus papa martyr ſub quo Decio paſſus ſit.

Vita S. Xiſti 22. Romani pon. ſumpta ad verbum ex vita celeberrima S. Laurentij quam edidit Sur. tom. 4. Ambro. l. 1. offi. c. 41.

Laurentij ad Xiſtum papam pia cõqueſtio.

[a] Quod laudes gratitudinis Origenis contineret, eique de conuerſione ſua gratias ageret: ita Suida etiam teſte vocatus eſt liber, qui adhuc Vaticana in bibliotheca extat. Vide in Hieron.

[b] Gallus imperator non eſt dictus Decius, ſed C. Vibius Trebanianus. Porro cũ hoc Auguſto etiã C. Vibius C. Aug fil. & Q. Herennius Decius Decij Auguſti fil. imperatores ab Onuphrio computantur ex quo habes Gallum non fuiſſe Decium ſed alterum imperatorem, qui ſimul cum Gallo & Voluſiano regnauit.

A. C. 263.

leuioris pugnæ curſum recipimus, te autem quaſi iuuenem manet glorioſior de tyranno triumphus, poſt triduum me ſequeris, ſacerdotem leuita. Committit itaque ei vt [a] theſauros Eccleſiæ, qui ſcilicet ſupererant vel ex oblatis à Philippo imperatore, vel ab aliis conuerſis ad fidem diuitibus, pauperibus diſtribueret. Quod & fecit Chriſtianis indigentibus, qui latebant diſpenſans quæſitis ab eo. Et in domum viduæ ingrediens in qua multi fideles occulti manebant, eleemoſynis datis illam à dolore capitis ſanauit, diu detentam, & in domo alterius Chriſticolæ cæcum illuminauit. Præſentatus iterum Xiſtus Decio cùm ei aſſentire non vellet, decreuit Valerianus præfectus illum duci ad templum Martis, cui ſi non ſacrificium offerret, capite puniretur. Cùm autem duceretur, Laurentius feruore ſpiritus inſtigatus cœpit clamare poſt eum. Noli me derelinquere pater ſanctè, quia theſauros tuos iam expendi quos tradidiſti mihi. Tunc milites audientes nominare theſauros, Laurentium tenentes ad Decium perduxerunt. Xiſtum vero cum Agapito & Feliciſſimo decollauerunt. Præſentatus ergo Laurentius Decio, traditus eſt ab eo Valeriano præfecto, vt exquireret ab ipſo theſauros Eccleſiæ, & ſi ſacrificare nollet, variis ſuppliciis interimeret. Valerianus autem tradidit eum Hippolyto cuidam vicario in cuſtodia aſſeruandum. Ingreſſus Laurentius in carcerem, inuenit ibi quendam Lucillum nomine qui ex nimio ploratu amiſerat viſum. Cui Laurentius promittens lumen ſe redditurum ſi in Chriſtum crederet, conuerſum ad fidem & baptizatum ſubito illuminauit. Et aliis pluribus ad eum accedentibus cæcis reſtituit lumen. Quod cernens Hippolytus ait. Oſtende mihi theſauros Eccleſiæ. Et Laurentius ad eum. Non ſolum ô Hippolyte theſaurum tibi oſtẽdo: ſed ſi credideris in Chriſtum, vitã æternam tibi promitto. Credente igitur Hippolyto & baptizato ait. Vidi animas innocentum lætas gaudere. Vnde totam familiam ſuam baptizari fecit. Poſt hæc mandauit Valerianus Hippolyto, vt Laurentium præſentaret. Qui coram eo adductus cùm inquireretur de theſauris, petiit triduanas inducias ad eos manifeſtandos. Qui egreſſus à conſpectu eius intra triduum collegit omnes quos reperit per vrbem pauperes, quibus eleemoſynam dederat, & ante eum ſimul adduxit ad palatium dicens. Ecce theſauri æterni qui nunquam deficiunt. Nam quos requiris, manus pauperum in cœleſtes theſauros deportauerunt. Et interrogans Decius Cæſar cur Deos blaſphemaret, iuſſit eum ſcorpionibus cædi, & omnium tormentorum genera ante eum afferri. Quem

Laurentius. Sixtus cũ Diacono moritur: & colitur 6. Aug.

Laurentius in carcere mira patrat.

Pauperes eccleſiæ theſauri.

a Nota in ipſis perſecutionum flammis Eccleſiam Romanam illam, cuius copiarum & facultatum inuidia hæretici hodie tabeſcunt, habuiſſe tantos theſauros, vt eis impij principes, ſicut nunc hæretici, inhiarent. Non ergo poſt mille annos Rom. Pont. opibus abundare cœperunt, vt volunt hæretici, cum hoc tertio Chriſti ſæculo illorum opes tantæ fuerint. Nota etiam primum Chriſtianum imperatorem maximas opes Pont. Rom. contuliſſe. Nam Philippus Gazas imperatorias tradidit Fabiano, vt ait Ioan. Mairius in trac. ſchiſ. Sabel. & Berg. l. 8. vt ſcias pios principes ad ornandam & augendam Eccleſiam opibus ſuis nunquam pepercisse; neque mirum tibi videatur, ſi Conſtantinus magnus donationem illam magnam E. R. fecerit, cùm Philippus illum hac in re vel ſimili præceſſerit.

A cùm ſacrificare diis ſuis iuberet, vt illa euaderet, reſpondit Laurentius. Infœlix has epulas ego ſemper optaui. Et Decius ad eum. Si in hoc gloriaris, indica nobis vbi ſunt tui ſimiles abſconſi, vt tecum ſimul epulentur. Cui reſpondit. Non es dignus eorum aſpectui præſentari. Tunc iratus Decius iuſſit eum plumbatis diutiſſime cædi. Beatus autem Laurentius orauit dicens, Domine Ieſu accipe ſpiritum meum. Statimque facta eſt vox de cœlo dicens. Adhuc multa tibi debentur pro Chriſto certamina. Quod audiens Decius ait. Viri Romani audiſtis dæmones hunc ſacrilegum confortantes, qui Deos reſpuit & principum mandata contemnit? Iterum fecit eum ſcorpionibus grauiter cædi. Vnus autem ex militibus adſiſtens Romanus nomine, cùm cæderetur Laurentius, clamauit conuerſus ad fidem. Video iuuenem pulcherrimum ante te ſtantem cum linteo extergentem membra tua. Vnde adiuro te per dominum, qui miſit angelum ſuum, ne me derelinquas. Anxiatus autem Decius ſuper eo, præcepit eum deponi & in cuſtodiam recipi dicens. Puto quod iam per artem magicam victi ſumus. Romanus autem accedens ad Laurentium cum vrceolo aquæ: fecit ſe baptizari ab eo. Quod cùm audiſſet Decius de Romano, & fuſtigatum eum ante ſe feciſſet adduci, & ille clamaret, Chriſtianus ſum, eũ decollari mandauit. Eadem nocte Decius & Valerianus Laurentio coram ſe adducto dixerunt, [Iam faceſſat perfidia artis magicæ, edic nobis genus tuum. Reſpondit Laurentius, Quod ad genus attinet Hiſpanus ſum, Romæ autem nutritus & eruditus, atque à cunabulis Chriſtianus, doctus omnem legem ſanctam atque diuinam. Decius Cæſar ait, reuera diuinam, quia nec Deos cogitas nec tormenta formidas. B. Laurentius dixit. In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti tua tormenta non timeo. Decius Cæſar dixit,] Sacrifica diis, Sin minus nox iſta in tuis expendetur ſuppliciis. Quibus Laurentius. Mea nox (inquit) obſcurum non habet: ſed omnia in luce clareſcunt. Et poſt percuſsionem oris ditam lapide, denudatum ipſum ſuper cratem ferream ſub qua erant carbones igniti, eum extendi fecerunt, & furcis ferreis corpus eius comprimi, Cúmque ibi diu aſſaretur miniſtrantibus prunas ſatellitibus ſubter cratem, & gratias Deo ageret, lætiſsimo vultu quaſi nil mali ſentire videretur verſus ad Decium ait. Ecce miſer aſſaſti vnam partem, gyra aliam & manduca, iam video quod diu deſideraui. Deinde ad cœlum oculos erigens ait. Gratias tibi ago domine Ieſu Chriſte, quia ianuas tuas ingredi merui. Sicque emiſit ſpiritum. Decius autem & Valerianus confuſi corpus eius ſuper cratem exuſtum dimittentes abierunt. Sed Hippolytus cum Iuſtino corpus accipientes Laurentij honorifice ſepelierunt.

Laurẽtius torquetur

Romanus miles ad Chriſtum conuertitur.

Conſtantia incredibilis.

Mors S. Laurentij colitur 10. Aug.

§. IX.

POST diem tertium paſsionis Laurentij audiens Decius, Hippolytum corpus eius ſepeliſſe, iuſsit eum ad ſe vocari, eique dixit. Nunquid & tu magus effectus es, quia corpus Laurentij abſtuliſti? Cui Hippolytus. Hoc ego non vt magus: ſed vt Chriſtianus feci. Furore repletus Decius iuſsit eum expoliatum fuſtibus cædi, ac etiam pectinibus ferreis laniari. Qui ex hoc magis clamabat ſe eſſe Chriſtia

Hippolytus. De S. Hippolyto de quo agit eadem de D. Laurentio hiſtoria fere iiſdem verbis.

A.C. 263.

Egregia D. Hippolyti constãtia.

Chriſtianum. Et cùm indutus veſte militari moneretur, vt militiam & amicitiam Decij recognoſceret: ille autem reſponderet ſe in bona militia ſequi Chriſtianum, imperauit Decius Valeriano pręfecto, vt facultates eius acciperet, & cum diuerſis cruciatibus trucidaret. Qui audito, quòd tota familia eius Chriſtiana eſſet, omnes fecit ante ſe duci cum Concordia nutrice eius, quibus cùm dixiſſet, vt Deos adorarent, ne cum domino ſuo mala morte perirent, Concordia reſpondit pro omnibus, Nos cum domino noſtro Hippolyto malumus mori pudicè, quã viuere impudicè: quam Valerianus tandiu cædi fecit plumbatis, quouſque ſpiritum exhalaret. Hippolytus autem gratias Deo egit, quòd nutricem ſuam ante ſe præmiſiſſet, & familiam ſuam in domino roborauit. Valerianus verò cernens conſtantiã eorum, omnes in conſpectu Hippolyti decollari fecit, & poſtea eum per pedes ligatum ad colla indomitorum equorum per ſpinas & tribulos trahi, qui gratias Deo agens, ſpiritum inuictum domino reddidit, Corpus autem Concordiæ, quod fuerat in cloacam proiectum, Ireneus cloacarius Chriſtianus occultus ad requiſitionem cuiuſdam militis Porphyrij, quia exiſtimabat aurum & gemmas in veſte eius haberi, extrahit. Sed nil tale reperiens in veſtibus illius ſimul cum Abundio Chriſtiano corpus ipſum deferentes Iuſtino presbytero, iuxta aliorum corpora ſepelierunt. Qui Ireneus & Abundius propter hoc martyrio coronati ſunt. Ipſi autem Decius & Valerianus cùm in theatrum intrare vellent ad cruciandum fideles, arrepti à dæmonibus publice clamabant. Decius quidem, O Hippolyte vinctum me catenis aſperis ducis. Valerianus autem, O Laurenti igneis catenis me trahis, qui præſente Decio expirauit. Ipſe autem Decius triduo vexatus, tandem deficiens ad inferos deſcendit anima eius. Tryphonia autem vxor Decij his exterrita cum filia ſua Cyrilla baptizari ſe fecit à Iuſtino, & in oratione poſita ad dominum migrauit, quod cùm audiſſent milites, ſcilicet conuerſionem Tryphoniæ & Cyrillæ, & ipſi cum ſororibus ſuis baptiſma ſuſceperunt à Dionyſio ſucceſſore Xyſti papæ; quos omnes Claudius ſucceſſor Gallini in imperio decollari mandauit ſimul cum Cyrilla filia Decij, cùm nec nubere nec ſacrificare vellet. In magna autem veneratione habetur apud fideles ſuper cæteros martyr Laurentius poſt Stephanum, & feſtum eius ab Eccleſia ſolenniter celebratur. Tum quia in vrbe Roma paſſus eſt, tunc aliis dominante. Tum quia Archidiaconus ſummi pontificis, primus tamen & vltimus: de cuius etiam martyrio ipſe Xyſtus papa prophetauit. Tum quia theſauros Eccleſiæ pauperibus fideliter diſpenſauit. Tum quia poſt multa tormenta acerbiſſima vitam finiuit, cum maximo feruore lætiſsimè omnia ſuſtinens. Vnde antiqui doctores multum eum commendant in ſermonibus ſuis, Auguſtinus, Leo papa, Ambroſius & Maximus. Et triplici quidem igne, qui intus latebat, ſcilicet fidei magnitudine, dilectionis feruore, Dei irradiatione, extinxit omnem ignem malum, ſcilicet materialis flammæ Gehennæ, carnalis concupiſcentiæ, mundanæ auaritiæ, & tyrannicæ iracundiæ, refrigerium habens ex cæleſti conſolatione præmij oſtenſi, ex legis Dei meditatione, ex conſcientiæ ſinceritate. Vnde Maximus vel Ambroſius. Non enim beatus Laurentius ignium tormenta viſceribus ſentire poterat, qui ſenſibilis paradiſi refrigeria poſsidebat. Idem. Dum Chriſti præcepta cogitat, frigidum fit ei omne quod patitur. Idem. Arder

Concordia Hippolyti nutrix pro Christo occiditur.

Irenæus & Abundius pro Christo moriuntur.

Decius & Valerianus persecutores male pereunt.

Tryphonia & Cyrilla conuertũtur.

Quare Laurentius præcipue in honore habeatur.

Augu. ser. 30. de Sanctis & alibi Leo papa 1. Ser. de S. Laur. Am. l. 1. off. c. 41 Max. hõ. in Nat. de S. Lau.

D. Laurentius triplici igne ardebat.

Maximus hoc habet sed aliis paulo verbis ser. 1.

A profecto totis viſceribus martyr fortiſſimus & vritur: ſed regna cœli pertractans refrigerio conſcientiæ victor exultat. Qui non ſolum mirificatus à Deo ex illuminatione cęcorum extitit conuerſatus in terris, & pauperum ſubleuatione, ſed & in cœlum aſſumptus inuocantibus patrocinium præſtare non deſiſtit, & ex tremore ſe colendum oſtendit. Nam referente Gregorio Turonenſi cùm quidam pauper ſacerdos Eccleſiam quandam in eius honorem dedicatam vetuſtate collapſam reparare ſtatuiſſet, vna ex trabibus pro tecto reficiendo adductis inuenta eſt breuior vnde ad opus inepta: ſed oratione à ſa- B cerdote ad ſanctum Laurentium miſſa, vt paupertati ſuæ ſuccurreret, intantum aucta eſt, vt diminuere oportuerit. Quæ pars, vt ſuperflua exciſa & in fruſta diuiſa, multis fuit remedium ſanitatis per tactum eius. Gregorio quoque magno narrante in dialogo ſuo, Operariis conductis à Sanctulo ad inſtaurationem eccleſiæ ſancti Laurentij cùm cibus deficeret, precibus ad martyrem fuſis ab eo ad ſubuentionem in clibano eccleſiæ vicino inuentus eſt panis cœlitus miſſus, qui per multos dies laborantes refecit. Calicem chryſtallinum pulcherrimum cùm ad altare deferret diaconus, minutatim ex collapſu in ter- C ram confractum, deprecatione directa ab eo, redintegrauit martyr ægregius in Eccleſia prope Mediolanum. Henrico imperatore migrante ex hoc ſæculo, cùm bona eius & mala ponderarentur coram ſuperno iudice, & mala bonis præponderarent, Laurentius ſubito calicem aureum miræ magnitudinis, quem Henricus Merſeburgenſi Eccleſiæ in honorem ſancti Laurentij obtulerat, in ſtatera ſeu bilance bonorum proiecit, ex quo bona in pondere mala ſuperauerunt, vnde ad ſaluationem iudicatus eſt. Cùm autem (vt ait Gregorius) prędeceſſor eius quidam ſepulchrum ſancti Laurentij meliorare decre- D uiſſet, fodientibus plurimis in pauimento ad inueniendum corpus ipſum cùm locus ignoraretur, ex improuiſo patefactum eſt. Ex quo exterriti ſunt miniſtri operis: & omnes infra decenniũ mortui ſunt, vt nullus eorum ſuperuixerit qui corpus ipſum viderunt. Sicque opus omiſſum eſt. Et cum eo in eodem mauſoleo dicitur quieſcere corpus Stephani protomartyris & primi Leuitæ delatum Cõſtantinopoli. Quod autem diuulgatum eſt apud mulierculas beatum Laurentium quarta quaque feria animas aliquas de purgatorio liberare. Vel etiam, quòd viſitans quis limina Eccleſiæ ſancti Laurentij etiam vbiuis con- E ſtructæ quarta quaq; feria per annum integrum pro anima alicuius defuncti, liberet eam de pœnis purgatorij ea facilitate contemnitur, qua probatur. Nec hiſtoria hoc docet, nec ratio perſuadet: quinimo ſuperſtitioſum videtur, quòd magis quarta feria, quàm alia valeant defunctis ſuffragia, vel quòd beatus Laurentius liberationem faciat tali die, magis quàm altera. Et piè de Chriſto conceditur, quòd de limbo aſcendens in reſurrectione, ſemel tantum aliquas animas habentes pauca, vel de facili expiabilia delicta de purgatorio eduxerit. Non eſt autem maior ſeruus domino ſuo. Viſitationem itaq; ad Eccleſias, F ſancti Laurentij non reprehendimus & preces ad eum pro viuis vel defunctis, ſed obſeruantiam dierum & fabulas ignotas non recipimus.

A.C. 263.

S. Laurentius non ſolum in terra ſed etiam in cœlo quã ſit glorificandus oſtendit.

Miracula S. Laurentij poſt mortem. lib. in glo. mar. c. 24.

Grego. l. 3. dial. c. 37.

Gre. Tur. in glor. mar.

Hoc mirac. ex vita Henrici primi impe. refertur.

Greg. in l. 3. ep. 30.

Malierculæ quid de D. Laurẽtio circumferant.

Hoc videtur colligi ex D. Tho. in 3. p. q. 52. a 8.

Matt. 10.

D. Antoninus fabulas ignotas non recipit.

§. X.

DECIVS itaque vt ait Hiero. martyrum perſecutor, teſtante Cypriano qui ab eo paſſus eſt, vo-

In vita Pauli hæremitæ.

A. C. 263.

eſt, volentibus mori non permittebatur occidi. Perſeuerantem igitur in fide martyrem quendam, & inter eculeum laminâſque victorem, iuſſit melle perungi: & ſub ardentiſſimo ſole ligatis poſt tergum manibus ſupinari, vt ſcilicet muſcarum aculeis cederet, qui ignitas ſartagines ante ſuperaſſet. Alium iuuenili ætate florente, in amœniſsimos hortulos præcepit adduci: ibíque inter candentia lilia & rubentes roſas cùm leni iuxta murmure ſerperet riuus: & molli ſibilo arborum folia ventus perſtringeret ſuper extructum plumis lectum reſupinari iuſsit, & inde ne ſe poſſet excutere, blandis ſertorum nexibus irretitum relinqui. Quò cùm recedentibus cunctis meretrix ſpecioſa veniſſet, cœpit delicatis colla ſtringere amplexibus. Et (quod dictu quoque ſcelus eſt) manibus attrectare virilia: vt corpore in libidinem concitato ſe victrix impudica ei ſuperiaceret. Quid ageret miles Chriſti, & quo ſe verteret neſciebat, quem tormenta non vicerant, ſuperabat voluptas. Tandem cælitus inſpiratus præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit. Sic libidinis ſenſum ſuccedens doloris magnitudo ſuperauit. Quo tempore Paulus primus heremita dum perſecutionis declinaret procellam, timens, ne huiuſmodi horribiles cruciatus ſufferre non valeret decimoſexto ætatis ſuæ anno intrauit deſertum. Sed de hoc inferius. Vt autem atteſtatur Euſe. in lib. 6. Eccleſiaſticæ hiſto. tam dira ſub Decio fuit contra chriſtianos perſecutio, vt nullum fidelibus eſſet iter peruium, nullius plateæ tranſitus indulgebatur, neque die neque nocte procedendi vſquã erat facultas libera. Vt enim quis noſtrorum apparuiſſet in publico, ſtatim clamor vulgi & ſeditio naſcebatur, vt vel pedibus traheretur [qui viſus eſſet] vel igni conderetur. Ex quo perterritis pene omnibus quidã ex ipſis nobilibus ſtatim ſponte impiis actibus ſe ingeſſerunt. Alij conuenti tantummodo, nonnulli à domeſticis proditi, ad ſacrificia execranda & ad immundas hoſtias properabant. Aliqui ex iis pallentes & trementes, vt magis immolari, quàm immolare idolis ipſi viderentur, ita vt etiam ab inſpectante vulgo irriderentur, eo quod & ad moriendum & ad ſacrificandum ita meticuloſi viderentur. Alij [ſane] tam impudenter ad aras proſiliebant, vt & affirmare ſe nunquam fuiſſe Chriſtianos niterentur. Ij vero, qui beati effecti ſunt tanquam columnæ fortiſsimæ domini ipſius ſpiritu confirmati, pro fidei ſuæ merito virtute à domino percepta, admiranda Deo & angelis martyrij ſui ſpectacula præbuerunt. Quorum primus Iulianus quidam qui podagra conſtrictus, nec incedere, nec ſtare poterat, cum iis qui eum portabant in ſellula iudici fertur. Quorum vnus ſtatim negat: alius [vero nomine Eunus] cum Iuliano in fide perſeuerat martyr effectus. Quid vero memorem quantæ multitudines in deſertis oberrantes, & in montibus, fame, ſiti, frigore, languore, latronibus, beſtiiſque conſumptæ ſunt: qui omnes [imitati electos Dei prophetas] gloria martyrij coronati ſunt? Plerique etiam videntes aliquos in tormentis deficere, dum nutibus, aut geſtibus, vel verbis conabantur erigere confortantes manifeſtati quod eſſent Chriſtiani, & ipſi coronam martyrij adepti ſunt.

[Margin notes: Sæuitia Decij mirabilis. — Grauiſſima ſi vnquam vlli accidit virtutis probatio. — Ibi. c. 31. — Multi à Chriſti fide tempore Decij defecerũt. — Iulianus ſenex podagricus martyr cõſtans.]

Ibid. Narrat etiam Dionyſius Alexandrinus quod in Alexandria inter cæteros fideles cruciatos propter fidem Chriſti fuit quædam virgo ſacra longæuæ ætatis Apollonia. Cui quia ſacrificare idolis nolebat, primo excuſſerunt omnes dentes, deinde congeſtis lignis extruxerunt rogum circa eam, comminantes eam viuam incenſuros, niſi aſſentiret cum eis Deum blaſphemare. At illa videns rogum [eſſe ſuccenſum] paululum quid in ſeipſa molitur, & repente verò de manibus ſe eripiens impiorum [a] in ignem ſponte proſiliit, ita vt perterrerentur etiam ipſi crudelitatis authores, quia promptior eſt inuenta fœmina ad mortem quàm perſecutor ad pœnam.

[Margin notes: A. C. 263. De S. Apollonia. — Colitur 9. Febr.]

Euſebius in hiſtoria eccleſiaſtica li. 7. refert, quod eo tempore apud Cæſaream Paleſtinæ tres admirandi adoleſcentes, ſcilicet Priſcus, Malchus, & Alexander diuino fidei calore ſuccenſi, cœperunt ſeipſos ignauiæ & ſegnitiei increpare, quod cùm cœleſtes in vrbe martyrij coronæ proponerentur, ipſi non deſiderarent, ipſi eas non raperent cùm ſaluator dicat, Regnum cœlorum vim patitur. Iiſque ſe alloquiis incitantes vrbem petunt. Et adorſo iudice truculento, cur tantum in ſanguinem piorum deſeuiret incuſant. Ille continuo nobiles animos iuuenum quàm dignis remuneratur affatibus: Deuorandi (inquit) beſtiis ſubrigantur: quibus non placet piorum ſanguinem fundi. Sed & mulier quędam ſupradictorum iuuenum ſecuta fertur audaciæ & magnanimitatis exemplum, ſimilémque ſortitur exitum pœnæ.

[Margin notes: De S. Priſco Malcho & Alexandro. Ib. c. 11. — Matt. 11. — Coluntur 28. Mar.]

a Hoc S. Apolloniæ factũ, (quod alioqui carere repræhenſione non poteſt, cum nemini liceat ſibi ipſi mortem inferre) poteſt facile excuſari, dicendo quod iam erat tam rogo admota, vt pene eſſet conie͏cta, vel quod cum eſſet fœmina œcuminiſque illius iuris neſcia, per inuincibilem ignorãtiam ſit excuſanda: vel ad hoc cum D. Aug. recurrendum eſt, quod id diuino inſtinctu egerit. Sot. de iuſt. & iure l. 5. q. 1. a. 6.

§. XI.

MARINVM quoque virum militarem Hieroſolymorum ciuem, honore & diuitiis clarum cùm in ſupra dicta vrbe inter collegas ſuos per ordinem gradus ſui honor quidam contingeret militaris (vt fieri ſolet) inſequentem collegam ſuum ſubit inuidia: & exclamat non poſſe Marinum adipiſci ſuperiorem gradum: eo quòd eſſet chriſtianus. Cúmque ſuper eo interrogatus, hoc non negaret: datur ei à iudice trium horarum ſpacium, vt eligat, aut Diis immolare & honorem illum conſequi: aut cum chriſtianis interimi. Egreſſum igitur à tribunalibus Theotecnus epiſcopus loci in Eccleſiam ducit, & poſt exhortationem ad conſtantiam fidei, antè altare oſtendit ei gladium, quo ipſe Marinus erat præcinctus, & ſanctum euangelium, quid ex duobus his mali accipere [interogat.] Qui promptiſſima fide librum euangeliorum aſſumpſit, confortánſque eum epiſcopus ait. Obtine ô fili quod elegiſti, & contemnens vitam præſentem, æternam ſperato. Confidens perge, & ſuſcipe coronam tibi à Deo paratam. Qui ſubito ab tribunali iudicis regreſſus, aſſerit quia oportet Deo magis quàm hominibus obedire: pro qua reſponſione ſtatim capite truncatur.

[Margin notes: De S. Marino. Euſ. l. 7. ca. 12. — Theotecnus Hieroſolymorum miliṫem in ſi deq̃uo modo contiṅet. — Act. 4. De S. Aſterio.]

Sed inter eos cunctis clarior, & meritis fidei ſuper cæteros inſignis memoratur Aſterius vir Romanæ vrbis ſenator, patricius, nobilitate, facultatibus, propinquitate etiam regia, & omnium bonorum fama ſatis clarus. Qui cùm ſupradicti martyris extremis intereſſet exequiis, & capite cęſum cadauer ſubiectis humeris

[Margin note: Ib. cap. 13.]

A.C. 270.

humeris & ſubſtrata veſte, qua induebatur, excipe-A ret: honorem, quem martyri detulit: continuo martyr ipſe aſſequitur. Sed & in multis aliis præclaris geſtis in fide Chriſti enituiſſe (tradiderunt nobis hi, qui eum in corpore adhuc poſitum viderunt, in quibus etiam tale aliquid per eum geſtum memorabant.) Apud Cæſaream Philippi ſub radice montis, ex quo fluuij Iordanis prima fluenta proſiliunt, cùm mos eſſet Gentilis erroris, vt certo & ſolenni die immolaretur victima quædam, quæ aræ impoſita arte dæmonis nuſquam comparebat. Cùm igitur ſemel iſte Aſterius adeſſet, & attendiſſet errorem cunctis hoc mirantibus tanquam aſſumpta à Deo B eſſet in cœlum victima, eo orante cum lachrymis, vt præſtigium dæmonis detegeretur, factum eſt, vt victima oblata, quæ inuiſibiliter putabatur aſſumpta, ſuperferri aquis videretur & conſpectibus omnium reddi. Sícque talis error & ſuperſtitio ablata eſt ab illis.

S. Aſterius victimam quæ putabatur i cœlum rapi facit comparere: huius feſtum celebratur vt ſup. 3.

Deciusquoque cùm in itinere conſtitutus Florentiæ aliquibus diebus reſideret, vt perſecutor acerrimus Chriſtianorum, inquiri fecit, an aliqui ſub hoc nomine Chriſto militarent. Cùm autem ei inſinuatum fuiſſet de quodam iuuene nobili nomine Miniate, eum coram ſe fecit adduci, & non valens C eum nec blanditiis nec minis à fidei Chriſtianę conſtantia reuocare, leopardus ad ipſum occidendum emittitur: ſed leopardus ex ſe ſubito moritur. Exinde in fornacem ardentem proiicitur: ſed ab angelo confortatus illæſus egreditur. Leoni ad deuorandum exponitur: ſed leo rugiens ipſe extinguitur. In eculeo extentus, Deo gratias agens fortior redditur. Plumbum liquens per aures eius immittitur, at ille incolumis perſeuerat. Subuli ſeu calami acuti in digitis inter vngues & carnem inſeruntur: ſed Dei virtute roboratur. Demum capitali ſententia condemnatur. Cuius corpus in eccleſia maiori Floren- D tina dicitur quieſcere.

Hanc S. Miniatis vitã fuſe ex MS. cod. edidit Sur. t. 5.

Colitur 25. Octob.

§. XII.

Flauius Claudius imperator Euſe. in Chriſto Or. l. 7. c. 23.

ROmanorum igitur vigeſimus octauus regnauit [a] Claudius qui imperauit annis fere duobus ſecundum Euſebium in Chron. & cœpit regnare anno domini CCLXXI. Ab initio autem mundi quinquies milleſimo CCCCLXX. Hic Gothos vaſtantes Illyricum & Macedoniam per annos ſexdecim ſuperauit: & incredibili ſtrage deleuit. Vnde clypeus aureus & ſtatua equeſtris ei decernitur à ſenatu, vi- E ctíſque Allemannis obiit. Hic ſecundum aliquos fuit Dardanus: ſecundum alios Dalmata: & fuit vir bonus (excepta tamen occiſione ſanctorum) omnibus percharus, legibus amicus, ſenatui populóque Romano acceptiſſimus, vini parcus, & maximè rebus bellicis emicuit. Aureolus autem, qui ſe imperatorem fecerat in Illyrico, & iam Italiam intrauerat, vt pugnaret contra Gallienum: audita morte eius & Claudium in imperio ſucceſſiſſe, timens eum, legatos miſit tractans de pace cum participatione imperij. Quod ille recuſauit, & pugnantibus ſimul, Claudius Aureolo occiſo victor emer- F ſit, cui exercitus Aureoli remanens ſe tradidit. Hoc bello ciuili finito aliud externum aggreſſus eſt. Nam Scytharum populi ſcilicet Petini, Thuringi, Oſtrogothi, Miletingi, & alij ſpe prædæ Romanum in ſolum ſe vndique effuderant: more locuſtarum omnia vaſtantes. Erant autem armatorum trecenta millia abſque ſeruis & populo inermi. Contra

Mores Claudij Dardani imperatoris.

A.C. 272.

A quos pergens Claudius ſagaciſsimus: cùm tamen eſſet longè viribus impar, ſcilicet in multitudine, ita eos attriuit & tanta cæde, vt vix ſupereſſet nuncius qui iſta referret. Nec vnquam vno prælio barbarorum tantum ſanguinis effuſum eſt. Inde ex cadaueribus occiſorum aere infecto, ſecuta eſt peſtis maxima: quæ multa millia hominum regionis illius de medio tulit. Hac potitus victoria Claudius: congregata ex omni Italia nauium multitudine, & in exercitu impoſito, Gothis qui ſe mari terráque effuderant, parat occurrere. Et cùm bello nauali diu varia fortuna pugnaſſet, Gothi etſi B plures demum victi ſunt & fere vſque ad internecionem cæſi. Et vt refert Trebellius Pollio abſque captis, duo millia nauium barbarorum Claudius in hoc bello ſubmerſit. His duobus bellis plerique barbarorum reges capti ſunt, captæ & barbarorum nobiles fœminæ: quæ more Amazonum viris non erant inferiores. Tótque capti ſunt, vt Romanorum ſeruis & agricultoribus barbaris replerentur ciuitates & oppida Gothis. Eo tempore apud Antiochiam Demetrio epiſcopo Paulus Samoſatenus ſucceſſit. Qui indigna de Chriſto ſentiens, vtpote tumidus & ſuperbus hæreticus prædicabat C eum hominem tantum communis fuiſſe naturæ. Hic Paulus ab omni concilio Antiocheno condemnatus cùm eccleſiam nollet exire, & præcepto [b] Aureliani manu publica eiectus eſt, vt ait Helinandus. Tandem defuncto Claudio Quintilius frater eius ab exercitu eſt electus, & in ſolium imperij ſublimatus, vt refert Hugo Floriacen. 17. die imperij ſui occiſus eſt, quia ſeuerus.

Gothorũ clades à Claudio facta.

Euſ. l. 7. hi. eccl. c. 23. Paulus Samoſatenus hæreticus.

M. Aurelius Quintilius 45. pop. Rom. imp. impe. d. 17.

a Sic Onuph. nullum ex triginta tyrannis tanquam legitimum imperatorem nominans hunc poſt Gallienum illico interſerit, inquiens M. Aurelius Flauius Claudius 44. pop. Rom. imperator, imper. a. 1. m. 10. d. 15.

D *b Aurelianus initio Chriſtianis ita æquus fuit, vt ſuam etiam frequentiſsimæ contra Paulum Samoſatenum Synodo authoritatem interpoſuerit, & Samoſatenum de Eccleſia cedere nolentem, exire manu publica compulerit, præcipiens epiſcopatum tradi his quibus Rom. Pont. quem Chriſtianorum ſummum eſſe intellexerat ſcriberet Euſ. l. 1. c. 25. hac enim ætate celebris erat Petri & Romanæ eccleſiæ primatus & poteſtatib. inferni terribilis. Nam & eum prædicabat Porphyrius Ethnicus, vt inuidiam Paulo conflaret Hier. in 2. Gal. Tert. l. de pud. ſcripſerat claues ſoli Petro cõmiſſas & de Præſcript. & Monag. Romanam Eccleſiam fœlicem Ec-* E *cleſiarum matricem. Cypria. multis in locis, quæ ab auctore ſupra commemorata ſunt. Geneb.*

§. XIII.

ROmanorum igitur 29. regnauit Aurelianus annis quinque, menſibus ſex: ſecundum Euſe. in Chron. Cœpit anno domini CCLXXIII. Mundi vero quater milleſimo CCXXXVI. ſecundum minorem computationem: ſed ſecundum maiorem quinquies milleſimo CCCCLXX. Et iſte (vt dicit Hugo) fuit F induſtriæ militaris expertiſſimus, & Gothorum gentem duris præliis profligauit, ditionémque Romanam antiquis terminis ſtabiliuit. Et Syriam totam receptam ſibi vindicauit. Vnde magna gloria Romæ triumphauit. Et poſtmodum muris firmioribus eam ſtabiliuit. Præterea ſtatus eccleſiæ hoc tempore proſperioribus incrementis augebatur quotidie. Vnde apud Antio-

L. Domitius Valerius Aurelianus 46. pop. Rom. imp. impe. a. 4. m. 11. d. 7. Onup. Ex Victore magna ex parte & Eu. in Chr. hæc collecta ſunt. Euſ. l. 7. hi. eccl. c. 25.

A. C. 272.

Antiochenũ concilium contra Paulũ Samoſatenum.

chiam celebre conſilium eſt congregatum, in quo præfatus [a] Paulus hæreticus conuictus manifeſtiſſimè de hæreſi ſua eſt condemnatus: inſiſtente maximè Melchione Antiochenæ Eccleſiæ præsbytero viro ſapientiſſimo. Huic enim ab omni epiſcoporum concilio permiſſum eſt diſputare cum Paulo excipientibus notariis. Verum Paulus ſacerdotio excíſus & communione priuatus nolebat exire de domo Eccleſiæ. Vnde interpellatus eſt Aurelianus imperator, vt illum exire compelleret. Qui mox imperauit illum vi publica expelli: & Domnino viro virtutibus multis adornato Eccleſiã tradi. Nondum enim erat Aurelianus malis aliorum conſiliis deprauatus, quibus proceſſu temporis bonum propoſitum immutauit, & perſecutionem duriſſimam poſtea in Eccleſias excitauit. Quo tempore per diuerſas prouincias multi pro Chriſto occubuerunt diuerſa certamina peragentes. Porro Aurelianus cùm aduerſus nos perſecutionem mouiſſet (vt ait Euſebius in Chron.) fulmen iuxta eum comitéſque eius ruit: ac non multo poſt inter Conſtantinopolim & Heracleam [in Cenophurio viæ veteris] occiſus eſt. Fuit hic Aurelianus (vt refert Ioannes de Columna) facie decorus, ſtatura procerior, neruis validiſſimus, vini & cibi paulo cupidior, libidinis raræ, ſeueritatis immenſæ, armorum cupidiſſimus, naturaliter ſæuus atque crudelis, ſupra humanum modum ſanguinarius adeo vt in aliquibus ciuitatibus hoſtiliter captis omnes pueros, ſenes ac mulieres occidi iuberet. Seruos peccantes coram ſeſcindi iubebat cauſa ſeueritatis tenendæ. Et cùm ægrotaret: nunquam medicorum conſiliis vti volebat: ſed ſolam abſtinentiam cibi pro cura morbi ſufficere credebat. In voluptatibus erat rarus. Hic etiam ante imperij ſuſceptionem multa egregia fecit. Nam in Illyrico erumpentibus Sarmatis, cum trecentis ſolum præſidiariis militibus occurrit: & manu propria quadraginta vna die occidit. Francos multis bellis attriuit. Vnde & ducatus plures merito ſuſcepit & conſulatum. In principio autem imperij Aureliani omnes nationes qui Aquilonarem tractum reſpiciunt, contra Romanum imperium coniurantes, cum incredibili multitudine per eam partem Italiæ, quæ Alamanniam reſpicit, Italiam intrauerunt, igne, cæde, rapinis more locuſtarum omnia deuaſtantes. Quibus cùm Aurelianus occurriſſet, cum eo barbari aperto marte congredi noluerunt, ſed in denſiſſimas ſyluas ſe conferentes dum Imperator illis à fronte non occurreret, ſed illos ſolum à dorſo perſequi parat: ſubito declinante iam die è ſyluis erumpens ille barbarorum globus, caſtra Ro-

Mores imperatoris Aureliani.

Ioan. de Colum in mart. hiſt.

Aurelianus medicos nunquam adhibebat, ſola abſtinentia cibi contentus.

Hic primũ Francorũ nomen in hac hiſtoria legimus.

Hæc partim ex Vopiſco victore, & Eutropio collecta ſunt.

a Paulus Samoſatenus præter Sabellianam hæreſim quam eam tenuiſſe Epiph. refert hær. 65. etiam (vt eſt, apud Euſeb. lib. 7. cap. 22. & 24. Chriſtum dicebat communi ſolum hominis natura præditum, nec aliud quicquã fuiſſe: conuictus à Firmiliano Cappadociæ epiſcopo, ſententiã ſe mutaturum pollicitus eſt, ſed fidem non ſeruauit. Canone Eccleſiæ relicto ad adulterinam doctrinam ſe tranſtulit, in verbi Dei interpretes qui e vita exceſſiſſent palam debacchatus fuit, Pſalmóſque & cantus in honorem Chriſti, tanquam à viris recentioris memoriæ exploſit: hæc eadẽ imitati ſunt Lutherani & Caluiniſtæ. Nam & regulam prædicationis Eccleſiaſticæ relinquunt, & interpretes qui ex hac vita exceſſerunt contemnunt & Pſalmos cantuſque à patribus compoſitos velut à viris recentioris memoriæ exploſerunt. Sand. lib. 7. de viſib. mon.

A. C. 272.

Romanorum ſtrages grauiſſima.

manorum inuaſit: adeo vt illorum impreſſionem Romani ſuſtinere non poſſent: ſed in fugam actis tanta Romanorum cædes ſecuta eſt, vt Romanum pœnè ſolueretur imperium, ipſéque imperator fugiens vix cum paucis euaſit. Hæc autem calamitas poſtquam comperta eſt, adeo fuit trepida vrbs, vt multi relictis mœnibus fugere tentauerint: pauentibus cunctis ne barbari, ſicut Galli Senones ad vrbem venientes eam incendio traderent. Congregati itaque ſenatores conſilium faciebant quid in tanto diſcrimine opus eſſet. Tunc Vulpius Sillianus, qui inter patres primæ ſententiæ erat, ſurgens in medium, dixit inter cætera. Sero nimis patres conſcripti de reipublicæ ſalute conſultamus. Meminiſtis me ſæpe in hoc ſacrario dixiſſe, iampridem cùm nunciatum eſſet barbaros Italiam penetraſſe: conſulenda eſſe decreta Sibyllina: ſed quoſdam veſtrum ingenti calumnia recuſaſſe: cùm adulando dicerent tantam principis noſtri eſſe virtutem: vt opus non eſſet conſuli Deos: & tamen literas vidiſtis, quibus rogat imperator Deorum opem: quæ nunquam cuiquam turpis eſt. Agite itaque Pontifices, & ſacratis manibus libros euoluite, fata noſtræ reipublicæ quæ ſunt quærite, & principem noſtrum neceſſitate publica laborantem adiuuate. Et loquitur de libris Sibyllinis: quos, ſcilicet Sibylla Priſco Tarquinio Regi Romanorum præſentauit & pretium accepit, vt dictum eſt ſupra. Victus autem Aurelianus barbaris iterum pugnaturus occurrit. Illoſq; non diis falſis ſed Deo vero, etſi ab eis ignoto, operante: tribus licet difficillimis bellis vicit. Primo non longè à Placentia, ſecundo iuxta amnem Metaurum, tertio in Ticinenſibus campis. Quo vltimo prælio tanta in barbaros ſtrage debacchatus eſt: vt præ occiſorum multitudine victores inſequi impedirentur: adeóque vſque ad internecionem deleti ſunt: vt ex ſexcentis millibus armatorum, vix ſexta pars ſuperfuerit. Victis itaque in Italia barbaris Aurelianus Romam reuerſus eſt: & cùm aliquandiu curæ ciuilium negotiorum vacaſſet: animo ferus quieſcere non valebat. Erubeſcebat enim, quòd tanta victoria clarus adhuc Tetricus Gallias magnam partem imperij obtineret. Hic enim Tetricus vir ingentis & ſeueri animi occiſi Victorini, qui Gallias occupauerat: cogente exercitu purpuram induit: ſeque imperatorem nominauit. Et cùm multa fœliciter feciſſet contra Alemannos, ita vt & Romanos illis formidoloſos redderet: diu Gallias tenuit. Sed cùm militum ſuorum ſuperbiam & impudentiam, vt homo ſeuerus tolerare non poſſet: reddere Gallias Romanæ reipublicæ cogitauit. Cúmque audiſſet Aurelianum Romæ imperare: atque victis barbaris ſe petere: per occultas literas eum deprecatus eſt, vt ab incœpto minime deſiſteret: atque ſuperbiſſimum & intolerabilem exercitum in ſuam redigeret poteſtatem. Aurelianus ergo adueniens, Tetrico prodente exercitum, abſque bello facilè Gallias recepit. Quibus receptis omnem illum exercitum, qui ad Galliarum præſidium fuerat, amouit, nouúmque conſcripſit. Tetricum vero Lucaniæ præfecit: ſecurius ſibi & reipublicæ reputans virum ingentis animi aliquam partem Italiæ regere: quàm trans Alpes inter Gallos, qui ſemper nouis rebus ſtudent, regnare.

Vulpij Silliani in ſenatu oratio pro cõſulendis libris Sibyllinis.

Aurelianus tribus prælus barbaros vicit.

Victoria Aurel.

Vopiſcus & Trebell. Ouu.

Tetricus in Gallijs imperium inuaſerat.

Aurelianus dolo Tetrici Gallias recuperat.

Gallinouis reb. ſuper ſtudent.

Videns autem Aurelianus victor, in occidente fortunam ſibi arridere: contra Zenobiam ad orientem tranſiit: ad quod bellum multa Germanorum auxilia atque Gallorum ſecum traxit. Sed antequam ad orien-

Aurelianus gentes barbaras domat.

A. C. 272.

ad oriẽtem veniret:multa prius bella confecit.Nam in Thracia & Illyrico occurrentes ſibi barbarorum copias ſtrauit. Inſuper & Gothorum ducem cum quinquaginta millibus hominum ſibi trans Danubium obuiantem bello victum occidit. Hiſpotitus victoriis,nobiliſſimam ciuitatem Thyanam obſedit & cepit,in qua magna Zenobiæ Palmyrenorum reginæ præſidia compræhendit.Hanc vrbem licet omni copia munita eſſet,attamen Catonis eiuſdem vrbis ciuis proditione eam in deditionem accepit. Quem ſtatim imperator obtenta ciuitate iuſsit occidi,dicens.Ego patriæ ſuæ proditorem amare non potui.Neque enim mihi ſeruare fidem potuiſſet,qui patriæ non ſeruauit. Bona autem illius filiis eius reſtituit,ne quis criminaretur, quod hominem locupletiſsimum diuitiarum ſuarum cauſa feciſſet occidi.Recepta Thyana Antiochiam obſedit,quam Zenobia occiſo Abdenago in ſuam poteſtatem acceperat, & vrbem ipſam intra triduum tradentibus eam Romanis, quæ in ipſa erant ciuibus accepit. Hac igitur expugnata cùm aliquantulum ibi exercitum ſuum recreaſſet, contra Zenobiã progreſſus eſt,cuius aduentum cùm Zenobia ante præſenſiſſet, cum ſuis copiis Aureliano occurrit,cum quo difficillimo prælio conflixit, in quo milites Romani multitudine hoſtium obruti,cùm iam deficerent,ac terga iam darent (vt ferunt hiſtorici) quidam diuina forma apparuit, qui Romanos redintegrare prælium & denuo inuadere hoſtes iubet. Qui quaſi diuinitus animati verſis habenis tanto impetu hoſtes inuadunt,vt quos primo deuictos fugerant, fugere compellerent. Præterea ex alia parte exercitus, per pedites equites reſtituti ſunt. Itaque Zenobiæ exercitus ex magna parte cæſus ſolutis ordinibus fuga ſalutem quæſiuit. Aurelianus ſuis aliquot diebus quieſcere iuſsis,quinto demum die Zenobiam inſecutus,Palmyrum,quò ipſa confugerat, venit, quam vndique obſedit. A latronibus tamen Syris multa paſſus eſt in itinere incommoda. Ipſam autem ciuitatem Zenobia credens obſidendam incredibili apparatu belli muniuit. Nã nulla pars muri erat,quam binis vel trinis balliſtis relinqueret immunita. In qua obſidione ipſe Aurelianus fere ſagittæ ictu periclitatus eſt,cùm Zenobia non quaſi mulier ſe intra muros defenderet,frequentique eruptione Aureliani fatigaret exercitum. Cùm autem diu iam obſidio perduraſſet, in qua non minus obſeſſores,quàm obſeſſi fame & frigore laborarent: Aurelianus epiſtolam Zenobiæ ſcripſit in hanc fere ſententiam, Aurelianus imperator Romanæ vrbis ac receptor orientis, Zenobiæ cæteriſque quos ſocietas belli tenet. Sponte facere debuiſti id quod nunc meis literis iuberis. Deditionem enim præcipio: vitæ impunitate propoſita: ita vt tu Zenobia cum tuis vitam agas,vbi te ſenatus ſententia collocauerit: gemmas aurum & argentum in Romanum ærarium conferas. Hac epiſtola recepta Zenobia inſolentius ſuperbiúſque reſcripſit, quàm eius tunc conditio poſceret. Ex quibus iratus Aurelianus aucto exercitu atque munito: ne ab extrinſeco aliquem paterentur incurſum: totis viribus vrbem parat inuadere: & auxilia quæ ab hoſtibus mittebantur intercepit: illáque vſque ad internecionem deleuit. Quo timore Saracenorum & Armenorum innumerabiles copiæ, quæ in ſubſidium Zenobiæ veniebant ad propria remearunt. Quibus auerſis auxiliis, in quibus Zenobia ſummè ſperabat: iam ſe poſſe Aureliano Zenobia reſiſtere deſperauit. Quare ſibi & filiis ti-

Bellum cõtra Zenobiam reginam nobiliſſimam gerit.

Patriæ ſuæ proditor capite plectitur.

Sæuum inter Aurelianum & Zenobiam prælium.

Aurelianus Palmyrum Zenobiæ regiã obſidet.

Aureliani ad Zenobiam literæ.

A mens, & ſeueritatem Aureliani valde formidans, clam de nocte vrbem cum ſibi chariſsimis egrediens ad Perſas fugere diſponebat. Quod cùm audiſſet Aurelianus, expeditis equitibus ipſam perſequi iuſsit, à quibus capta ad Aurelianum eſt ducta. Fuit autem inter milites ingens ſeditio Zenobiam ad pœnam poſcentium: ſed Aurelianus indignum exiſtimans Romanorum principem mulieres occidere: militum tumultum grauiſsima oratione compeſcuit. Et poſt paucos dies ciuitatem capiens multitudini pepercit, eos autem ſolos iuſsit occidi,quorum conſilium Zenobiam contra Romanos ad bel- B lum commouerat. Inter quos occiſus eſt Longinus Philoſophus: quo illa magiſtro ad Græcas literas vſus fuerat. Reſeruauit ergo Aurelianus Zenobiam ad triumphum: vt populi Romani oculis eſſet oſtentui. Pacato itaque oriente cùm Aurelianus ad vrbem redire pararet: & eſſet in Thracia infirmus: quidam qui regebat Ægyptum contra Aurelianum ſe imperatorem fecit. Ad quem opprimendum reuertitur. Nec illi defuit fœlicitas ſolita. Nam vno prælio victus fugit. Et cùm copias reparare vellet, & non valeret, laqueo ſibi vitam extorſit. Princeps igitur Aurelianus toto orbe pacato, & in ſuam re- C dacto ditionem: victor Romam ad triumphum eſt regreſſus. Qui triumphus omnium, qui antea Romæ fuerant ſpecioſiſsimus fuit. In quo tres regij currus fuerunt. Vnus Adonechi, ſecundus quem donauerat ei Rex Perſarum, tertius Zenobiæ auro argento & gemmis prætioſis ornati, quartus dicitur fuiſſe regis Gothorum: quo vectus eſt Aurelianus in Capitolium. Ipſum autem præcedebant elephanti viginti tecti aureis [laminis,] Gladiatorum ſeptingenta paria. Deinde diuerſarum nationum captiui,ſcilicet Brenni, Exonitæ, Indi, Bactriani, Arabes, Hiberi, Saraceni, Perſæ cum ſuis mulíeribus, D Gothi, Alani, Roxolani, Sarmatæ, Franci, Sueui, Vuandali, Marchomanni. Cum his omnibus nationibus ſignis collatis Aurelianus bello conflixit. Sunt & mulieres multæ in habitu virili inter Gothos captæ, quæ iudicabantur de Amazonum genere deſcendiſſe. Poſtremo procedebat ipſa Zenobia ornata auro & gemmis ingentibus: adeo vt ornamentorum onere laboraret. Vincti tamen erant eius pedes auro, manus manicis ferreis ligatæ: nec collo catenula aurea deerat. Vltimo ſequebatur Aurelianus in curru triumphali, circunſtante ſenatu populóque Romano. Quem ſequebantur colle- E giorum vexilla atque legionum. Poſt quæ omnia ſequebatur victor exercitus cum palmis & ramis oliuarum. Zenobiam autem iſtam poſt triumphum ferunt in magna veneratione cum filiis ſuis diu vixiſſe apud Romanos data ſibi poſſeſſione Tyburi, quę hodie Zenobia dicitur. Quo tempore apud Dalmatas (vt refert Eutropius) Septimus quidam imperium ſumpſit. Cúmque contra illum Aurelianus pararet exercitum: à ſuis ipſe Septimus interfectus eſt. Cùm ergo poſt triumphum à bellorum motu quieuiſſet Aurelianus: circa res ciuiles ingenti animo vacare cœpit: & vrbem quidem validioribus muris cinxit: F & templum ſolis magnificentiſſimum conſtrui fecit. Optimas & ſeueriſſimas leges edidit, primúſque ex Romanis principibus diadema more regio ſibi impoſuit, gemmis & aurata veſte ornatus, quòd ferè incognitum Romanis moribus erat. Primus porcinæ carnis vſum populo Romano inſtituit. Sed poſt tot ciuiles exteraſque victorias adeo efferatus eſt eius animus: vt multos nobiles & aliquos etiã ex ſenatu

A. C. 272.

Zenobia fugiens capitur.

Indignum eſt Romanorum principem occidere fœminam.

Aurelianus redit in Italiam.

Aureliani triumphus deſcribitur.

Aurelianus rebus ciuilib. intentus eſt.

Carnis porcinæ vſum inſtituit.

A. C. 277.

ſenatu ſola animi ſeueritate interfecerit. Quam ab cauſam magnam illam gloriam bellicam: qua & magnum illum Alexandrum, & Caium Iulium Cæſarem aut æquauit aut vicit, cùm duodecim annis: quorum alter bellicis victoriis Indiam vſque penetrauit. Alter decennio Gallias ſubiecit, aduerſus ciues quadriennio congreſſus. Hic autem ſolis tribus annis Romanum imperium ab inuaſoribus recuperauit, & nimia crudelitate ſubſtrauit, ita vt timeri cœperit princeps optimus, non amari. Fuit tamen parſimonia ita cautus, vt amicos ſuos imperator factus ita honeſtè ditauerit, & modice, vt miſerias tantum paupertatis effugerent, & diuitiarum inuidiam patrimonij moderatione vitarent. De annona vrbi inferenda, ne populus famæ laboraret diligenter prouidit. Dicebat enim (quod hodie veriſſimum eſt) populo Romano ſaturo nihil poteſt eſſe iucundius. Sexto autem anno imperij ſui cùm Parthicum bellum magnis copiis inſtruxiſſet, & iam in Græciam tranſiſſet ad exequendum, & cuidam miniſtro Aurelianus fuiſſet iratus, ille timens ſibi librum compoſuit, in quo ſcripta erant nomina multorum etiam potentum, quos finxerat Aurelianum occiſurum. Quem cum oſtendiſſet illis credentes hoc, illum interfecerunt.[a] Mortuo igitur Aureliano cùm non reliquiſſet filium, exercitus qui in Thracia erat retulit ad ſenatum de imperatore eligendo. Idcirco quia nullum de eis flendum putabat: qui reipublicæ tam neceſſarium principem occidiſſent. Verumtamen ſenatus hanc eandem electionem ad exercitum remiſit: ſciens milites non libenter imperatores ſuſcipere, quos ſenatus eligeret. Denique iam tertio hoc factum: ita vt per ſex menſes Romanus orbis imperatore careret. Congregato denique ſenatu Vettius Cornificius Gordianus conſul exhortatus eſt primus in conſilio perorans de eligendo principe: quia neceſſarium foret. Secundus poſt eum Tacitus nomine, inter ſenatores antiquior locutus eſt, commendans mirabiliter virtutes Aureliani: & dolens de morte tam vtilis principis. Et cùm adhuc loqui conaretur, omnis ſenatus vna voce clamauit. Tacite Auguſte Dij te ſeruent, te omnes eligimus, te principem facimus, tibi curam reipublicæ orbíſque mandamus. Cúmque Tacitus ſe excuſaret, vt ſenex & non aptus tantæ dignitati, Mecius Falconius, qui poſt eum ſedebat, vir prudentia & eloquentia clariſſimus, ſurrexit dicens, nunquam ſenatum meliorem dediſſe ſententiam, hac, ſcilicet ſeniorem principem factum & virum, qui quaſi pater omnibus conſuleret, nihilque immaturum ab hoc, nihil perperam, nihil aſperum, nihil in eo emendandum: & ad ſuſcipiendum imperium ipſum confortauit. Poſt hæc præfectus vrbis egreſſus de curia ad populum, qui expectabat, dixit. Tacitum de voluntate omnium ſenatorum principem conſtitutum. Fuit autem hic Tacitus vitæ parciſſimæ: fabricarum peritiſſimus, marmorum cupidus, venationum ſtudioſus, nec noctem vnquam intermiſit, quin aliquid legeret vel ſcriberet. Factus autem imperator omnes poſſeſſiones ſuas templis & fiſco attribuit. Dicebat enim, cùm ſit perſona publica imperator: nihil priuatum poſſidere debet. Et cùm conſulatum fratri ſuo Floriano viro vtique ingenti à ſenatu & populo poſtulaſſet, & non obtinuiſſet, nihil diſplicentiæ oſtendit. Sexto autem menſe imperij ſui militaribus inſidiis occiſus eſt, vel ſecundum alios morbo periit, propter breuitatem temporis nihil magnificum agere valuit: huic ſucceſsit in imperio Florianus frater eius, nulla ſenatus authoritate: ſed proprio motu, quaſi hæreditarium eſſet imperium. Quod vix duobus menſibus tenuit, & occiſus eſt à militibus in Tharſo Ciliciæ, qui audierant Romæ à ſenatu & militibus Probum imperatorem creatum. Fuit autem Florianus fratri ſuo Tacito in moribus valde ſimilis.

Aurelianus cum Alexandro & Cæſare confertur.

Pop. Rom. ſaturo nihil iucundius.

Aurelianus dolo ſerui perit.

M. Claudius Tacitus 47 pop. Rom imper. imperauit m. 6. d. 10.

Mores Taciti imperatoris.

Ex Flau. Vop. Vict. Eut. & Zoſ.

A. C. 277. M. Annius Florianus imperator 48. imper. m. 2. d. 20.

a Occiſo Aureliano 4. Cal. Februar. quod poſt exceſſum Romuli factum fuiſſe memoriæ proditum eſt, idem hoc anno accidit, vt interregnum dum poſt bonum principem, bonus alius quæritur iniretur, quod habito inter ſenatum populúmque Romanum non inuido, non triſti: ſed grato religioſoque certamine ſeptem totis menſibus protractum eſt Onuph. in faſt.

§. XIIII.

PROBVS igitur poſt Florianum Romanum ſuſcepit imperium, vir gloria militari illuſtris. Qui imperare cœpit anno domini CCLXXX. Et imperauit annis ſex, menſibus decem. Fuit autem è Pannonia oriundus: ſed Romæ ſemper nutritus, patrimonio non magno, clarus virtutibus, & ingentis animi. Nam adhuc adoleſcens adeo virtutibus bellicis abundauit, vt Valeriani imperatoris grauiſſimi iudicio tribunatum militum adhuc imberbis acciperet, & in proceſſu temporis cum ingenti ſeueritate ac modeſtia primo Gallias rexit, vbi fuſos Alemannos trans Rhenum fugere compulit. Deinde Aphricæ procóſulari poteſtate præfuit in qua North mannorum gentem in prouinciam prorumpentem bello ſtrauit. Poſtmodum in Pannonias tranſlatus Sarmatas & Gothos magnis cladibus afflixit. Hic ergo cùm in oriente eſſet factus imperator, etiam ſe plurimum excuſauit: ſed coactus imperium ſuſcepit. Romámque veniens ab omnibus ſuſceptus eſt imperator. Et conſiderans erga ſe ſenatus clementiam, legem ſcripſit, in qua ſenatui permiſit, vt à magnorum iudicum appellatione ipſi cognoſcerent: quod ſoli antea principes cognoſcebant. Et proconſules etiam in prouinciis ipſi facerent: & legatos proconſulibus darent. Voluit etiam quòd nulla lex ab imperatoribus ſancita vim legis haberet, niſi prius à ſenatu confirmaretur. Et multa alia quæ prius imperatores faciebant ſenatui permiſit. Publicis igitur rebus Romæ diſpoſitis congregato magno exercitu Gallias petiit, quæ mortuo Aureliano à Germanis poſſeſſæ fuerant. Quò cùm veniſſet, tanta prælia & tam fœliciter cum ipſis barbaris geſſit, vt intra modicum tempus ſexaginta ciuitates expulſis inde barbaris acceperit. Deinde non longè à Rhemenſi ciuitate generali bello tanta cæde Germanos afflixit, vt ex quadringentis millibus vix tertia pars remaneret. Quo peracto paululum recreatis legionibus ſuis, barbaros inſecutus Rhenum tranſiit: & in Germania Romanorum caſtra collocans ita eos deterruit vt nouem ex eorum regulis voluntarie ad imperatorem Probum venientes, ante pedes eius proſtrati veniam peterent. Ille autem obſides dare iuſſit, vt prædam à Gallis ablatam reſtituerent: & ciuitates deſtructas ab eis illis inſtaurarent, quæ omnia impleuerunt. Ipſíſque conſentientibus Germania in prouinciæ formam redacta eſt. Deinde Illyricum petiit, vbi Sarmatas cæteráſque gentes ita contriuit, vt prope ſine bello cuncta reciperet, quæ à Romanis abſtulerant. Poſt quæ iter per Thraciam fecit, vbi omnes Gothos fama rerum à Probo

Ex Vop. Victore Eutropio & Zoſimo. M. Aurelius Valerius Probus 49. pop. Rom. imp. imper. an. 5. m. 4.

Probi res geſtæ antequàm eſſet imperator.

Leges in fauorem ſenatus latæ à Probo.

Probus in Gallias ducit exercitum.

Probi res in Gallia & Germania geſtæ.

Germania in prouinciam redacta.

A.C. 282.

à Probo geſtarum territos aut in deditionem, aut in amicitiam recepit. His peractis orientem petiit: ſed in itinere Palfurio quodam latrone potentiſſimo bello occiſo, omnem Iſauriam latrociniis liberauit. Denique tot & tanta & ita magna in oriente fecit, vt Parthi legatos ad eum mitterent ſuppliciter pacem poſtulantes. Sed & Narſeo eorum regi, qui per legatos ſuos munera magnifica ei deſtinauerat, ita reſpondit. Miramur regem veſtrum de omnibus quæ noſtra futura ſunt tam pauca miſiſſe. Quo reſponſo territi, obſides miſerunt pacem quærentes.

Probi ad Parthorũ nuncios ſuperba locutio.

Exinde Probus contra Saturninum, qui Ægyptum cum parte Aphricæ [intrauerat & ſibi] vendicauerat, arma conuertit. Fuit autem hic ex genere Gallorum, contra eorum morem ſapientiſſimus & in bellicis rebus expertiſſimus. Hic inuitus ab exercitu imperator ſalutatus, concionem pulchram ad eos fecit inſinuans quæ ſunt imperij pericula & mortes, quæ ſibi omnia euenere. Nam vno bello à Probo victus vitam & imperium perdidit.

Saturninus. Gallus ſapientiſſimus.

Poſtquam autem Probus omnia in oriente ſedauerat interea Proculus & Bonoſus, quos Probus ad præſidium Galliarum in Gallia dimiſerat, apud Agrippinam vrbem communi animo imperium ſibi vſurparunt, & Bracchatas Gallias, deinde Hiſpaniam inſuper, & Britanniam occupauerunt. Quod ſentiens Probus magno conflato exercitu ex Italia Roma in Gallias tranſiit, & in primo prælio eos gentibus ſpoliauit, in ſecundo reparato exercitu cum barbaris eos deuicit & illos duos principes occidit. Ex quo rediens ad vrbem Probus ſuſceptus feſtiuiſſime à ſenatu & populo, glorioſiſſime triumphauit diebus quinque ſpectaculis multis adhibitis. Poſt hoc cùm magnum apparatum feciſſet contra Parthos pergens, in Illyricum & poſtea Syrmium venit ibique hyemans cùm deſideraret ad fœcundandum ſolum illud quamdam paludem deſiccare, aliquibus menſibus totum exercitum in hac re occupauit. Quod milites ægre valde tulerunt, cùm illos imperator Probus tempore pacis non pateretur eſſe otioſos, aſſerens annonam gratuitam militem comedere nõ debere. His addidit grauiſſimum illud dictum, Si vnquam eueniat ſalutare reipublicæ tempus, milites neceſſarios non futuros, quod ille animo conceperat. Ex his milites deſpici formidantes, qui propter frequentiam bellorum in Romana repub. omnia diſponebant pro libito, iam de Probi nece tractabant. Concitato igitur tumultu vna dierum fugientem Probum ad quamdam turrim eum ibidem occiderunt, ſepulchrum ſpecioſiſſimum nihilominus ei ibi conſtruentes. Eius autem mortem ſenatus populúſque Romanus grauiſſime tulit. Nam vt ait Vopiſcus, promittebat Probus ſæculum aureum in quo nulla futura erant bella.

Proculi & Bonoſi cedes.

Milites otioſi gratuitam annonam non debent comedere.

Indigna mors Probi imperatoris.

§. XV.

M. Aurelius Carus 50. Pop. Rom. imp. a. t. m:::: d::::. Ex iiſdem auctor quæ ad verbum habet etiam Onuph.

PROBO itaque occiſo ſucceſſit Carus nobilis Romanorum ſanguine ortus, moribus & vita clarus, qui per ciuiles & militares gradus ad præfecturam peruenerat. In quo quidem honore omnium ſibi amorem conciliauit. Cœpit autem imperare anno domini CCLXXXV. Et imperauit cum filiis ſuis, ſcilicet Carino & Numeriano annis 2. Quibus filiis, ſcilicet Carino & Numeriano Cæſaribus appellatis, Carinum quidem ad tuendas Gallias cum viris lectiſsimis deſtinauit. Numerianum vero, vt adoleſcentiorem ſecum duxit procedens ad Perſicum bellum, iam à Probo paratum. Sed antequam illuc proficiſceretur Sarmatas Probi morte feroces effectos, adeo vt non ſolum Illyricum ſed etiam Italiam ſe inuaſuros minarentur, vno prælio contudit quadraginta millibus ex illis occiſis & plurimis captis. Quo bello confecto cum ingenti apparatu Perſarum regna ingreſſus, primo Meſopotamiam quam Perſæ occupauerunt recepit, & deinde Charras populoſiſſimam ciuitatem cepit. Verum gloriæ auidus, ad perſequendum Perſas procedens, vt aliqui dicunt fulmine, alij vero morbo (vt referunt) vita functus eſt. Nam cùm in tabernaculo iaceret ægrotus: tanti turbinis tempeſtas exorta eſt, vt omnia caligarent, ita vt alter alterum non videret, tantúmque tonitruum factum eſt, vt multi horrore exanimarentur. Eo autem [a] mortuo Numerianus filius eius ab omnibus imperator ſalutatus eſt. Quamuis enim Carinus frater eius maior eſſet ætate, hic tamen virtutibus clarior, valde morigeratus & maxime eloquentiæ, & in verſibus componendis omnes ſui temporis poetas vincens [ei fuit prælatus.] Hic ergo conſenſu omnium factus imperator, cùm Victor ad vrbem exercitum reduceret, cœpit oculorum dolore grauari, ita vt in lectica vndique clauſa portaretur, ne à ſole vel puluere viſus læderetur. Qui cùm ſic deferretur factione Aphri ſoceri ſui, qui Romanum intendebat imperium vſurpare, occulte occiſus eſt: ita vt per multos dies mors eius exercitibus, qui lecticam ſequebantur occulta maneret. Cúmque interrogaretur Aper de ſtatu eius, reſpondebat bene valere: ſed non poſſe adhuc videri, ne aër oculos eius offenderet. Sed cùm poſt aliquot dies fætore cadaueris res prodita eſſet, Apher cuius dolo Numerianus putabatur occiſus, captus ante ſigna legionum manu Diocletiani interfectus eſt.

A. C. 282. Res geſtæ Cari imperatoris.

Numerianus.

Carinus autem Cari filius & frater Numeriani in Gallia degens, omnibus ſceleribus & voluptatibus animum dedit, & præfectum prætorij fecit quemdam ſceleratiſsimum, quem ſtuprorum & libidinum ſemper habuerat ſocium. Audiens autem pater Carus turpem eius vitam, dicebat illum non eſſe filium ſuum. Statuerat autem in locum filij ſubrogare in partibus occidentalibus Conſtantinum patrem Conſtantini magni, cùm tunc eſſet Dalmatiæ præſes vir optimus, & Carinum filium ſuum occidere. Sed morte præuentus non valuit exequi. Sed Diocletiano facto poſt Numerianum imperatore reuertenti de partibus orientis, cùm occurreret cum magnis copiis volens ſibi imperium defendere ipſe Carinus, poſt plura prælia adinuicem geſta in Dalmatia, demum à ſuo exercitu proditus vt ei exoſus ſuccumbit, & Diocletiano ſe dedidit.

Carinus.

C. Aurelius Valerius Diocletianus & M. Aure. Val. Maximianus 54. imper. imperarunt vna a. 18. Onuph.

a Eo mortuo ſic imperatores Onuph. nominat M. Aurel. Carinus 51. & M. Aurelius Numerianus imper. 52. imperarunt a. 1. m.:::: Ex quo habes non eum penitus D. Anto. aſſentiri qui Carinum imperatorem factum negat.

§. XVI.

AD ſummos pontifices qui à temporibus Valeriani & Gallieni imperatorum vſque ad tempus Diocletiani cathedram Petri tenuerunt vertendus eſt ſtylus. Xyſto papæ martyrio conſummato cuius beatus Laurentius diaconus fuit: ſub Decio, modo quo ſupradictum eſt, ſucceſsit Dionyſius in papatu. Qui Dionyſius parœchias diuiſit, vnde 13. q. 1. c. vnico.

Hæc ex Damaſo in pontif. excepta ſunt. Quis inſtituit parœchias.

A.C. 260.

S.Dionyſius Pont. max.26.ſedit a.10.m.5.d.5. Diony.ep.2.

A

vnico.ipſe ſic inquit.Eccleſias ſingulas ſingulis presbyteris dedimus, parœcias & cœmeteria eis diuiſimus & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus, ita videlicet vt nullus alterius parœciæ terminos aut ius inuadat, ſit vnuſquiſque terminis ſuis contentus,& taliter eccleſiam & plebem ſibi commiſſam regat & cuſtodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat, & non iudicium ſed gloriam pro actibus ſuis percipiat. Hæc ibi. Hic poſt annos ſex & menſes duos martyrio coronatur in vrbe. Huic autem ſucceſſit Fœlix primus natione Romanus, qui ſtatuit ſuper memorias martyrum miſſas celebrari. Sedit autem annis quatuor, menſibus quinque ex patre genitus Conſtantio, & de regione Capritauri. Hic fecit baſilicam in via Aureliana milliario ab vrbe, & martyrio coronatus ibi ſepultus eſt. Poſt quem cathedram Petri ſuſcepit Eutychianus natione Tuſcus de ciuitate Luna. Et pontificatum tenuit annis 8. menſibus 10. diebus 3. Hic conſtituit vt fruges ſeu primi fructus benedicerentur ſuper altare. Et vt ſanctiſſimus & humillimus trecentorum quadraginta trium martyrum corpora per diuerſa loca manu propria ſepeliuit. Inſtituit inſuper, vt quicunque martyrem ſepeliret, ſine dalmatica, vel collobio nō ſepeliret. Demum martyrio coronatur ſepultus via Appia in cœmeterio Calixti. Eum ſecutus eſt in ſacerdotio ſummo eccleſiæ Caius natione Dalmata. Hic conſtituit [a] vt ad omnes ordines gradarim clerici aſcenderēt per interſtitia temporum. Hic etiam ait 2.q.7.pagani. Pagani vel hæretici ſiue Iudæi non poſſunt Chriſtianos accuſare, aut vocem infamatio nis eis inferre. Item ſtatuit quod clericos apud ſæculares iudices nullus accuſare præſumat, vt habetur 11.q.1.nemo. Et quod difficiliores quæſtiones, vt de fide ſemper ad apoſtolicam ſedem referantur ſcilicet decidendæ. Qui poſt annos vndecim & menſes nouem & dies vndecim martyrio coronatus eſt.

S.Fœlix pon. max. 27.ſedit a. 4.m.5.

B

S.Eutychianus pon. max. 28. ſedit a. 8.m.6.d. 4.

C

Caius.

S. Caius 29. pont. max.ſedit an.12.m.4. d.6.

D

S.Marcellinus pont. max. 30.ſedit a.7. m. 9.d.29.

Marcellinus Papa idolis ſacrificat, ſed eum poſtea pœnitet.

Ei ſucceſſit Marcellinus papa natione Romanus. Hic ſub perſecutione Diocletiani & Maximiani à paganis Romæ compræhenſus & ad templum adductus, vt idolis immolaret, timore mortis deuictus thura idolis impoſuit, qui recedens & recognoſcens peccatum ſuum congregato concilio aliquorum epiſcoporum & ſacerdotum publice confeſſus eſt peccatum ſuum, ſubmittēs ſe iudicio eorum. Sed reſponderunt. Prima ſedes à nemine iudicatur, ore tuo iudica cauſam tuam. Ex ore tuo iuſtificaberis, ex ore tuo condemnaberis, noli iudicari noſtro iudicio. Negaſti tu, negauit & Petrus magiſter tuus. Et quis Apoſtolorum auſus fuit eum publicare? ſed egreſſus foras fleuit amare. Tu ergo in teipſo collige cauſam tuam.21.diſtin. nunc autem. Et quod ibi dicitur, coactus impoſuit tura idolis, intelligitur de coactione conditionata non abſoluta, vt dicit gloſ. alias non peccaſſet. Marcellinus igitur in concilio ait. Ob ſcelus idololatriæ iudico me deponendum

Matt. 12.

Matt.26.

E

Nota concilium epiſcoporum de pont. max. noluiſſe iudicare eo quod par in parem, non habet imperium neque inferior in ſuperiorē. Saq.

a Ex hoc Caij decreto nonnulli collegerunt hunc Pontificem 4. minores & 2. maiores ante ſacerdotium ordines inſtituiſſe: ſed turpiſſime hallucinantur. Nam Cornelius apud Euſeb. l 6.c.43. hos ordines enumerat, qui ſe Romæ inter medias perſecutiones habuiſſe aſſerit presbyteros 46. Diaconos 7. ſubdiaconos 7. acolythos 42. exorciſtas cum lectoribus & oſtiariis 52. Cypri. ſe Satyrum acolythum, quem in lectorem ordinatum dixerat habuiſſe narrat: denique Ignatius horum meminit & Clemens ep.3. & Can. Apoſt. 42. & 43. Geneb.

F

A

& anathematizo omnes qui corpus meum tradiderint ſepulturæ. Pergēnſque ad Diocletianum confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum, propter quod martyrio coronatus eſt, poſtquam cathedram Petri tenuerat annis ſeptem, menſibus 7. & diebus 25. Cùm autem corpus eius per triginta dies iacuiſſet inhumatum, apparuit beatus Petrus Marcello ſucceſſori ſuo in viſu dicens. Quare corpus meum permittis inhumatum iacere? Cúmque ille reſponderet corpus ſuum iamdiu humi reconditum, declarauit ei Petrus, quod de Marcellino loqueretur. Cui Marcellus. Domine (inquit) ipſe anathematizauit, qui eum ſepelirent. Et Petrus ad eum. Neſcis quia ſcriptum eſt, Qui ſe humiliat exaltabitur? Vade igitur & ſepeli eum iuxta me, quod & factum eſt. Hic autem Marcellinus (vt habet 25.q.1.omne) ſic ait. Omne quod irrepræhenſibile eſt, defendit catholica eccleſia. Iniuſtum iudicium etiam diffinitio iniuſta, regio metu vel iuſſu ordinata à iudicibus non valet. Nequaquam quod contra euangelicam, vel propheticam vel doctrinam apoſtolicam, conſtitutionémve eorum vel ſanctorum patrum actum fuerit, ſtabit. Et quod ab hæreticis vel infidelibus factum fuerit, omnino quaſſabitur. Hæc ibi. Marcellus autem Marcellino ſucceſſit. Dicit tamen Vincent. [b] ſpe. hiſto. quod ſecundum chronica Romanorum pontificum Marcellino per martyrium ſublato: vacauit papatus annis ſeptem propter immanitatem perſecutionis Diocletiani. Poſtea Marcellus creatus inſtituit titulos cardinalium 15. Natione Romanus fuit. Qui etiam ſtatuit clericum ad iudicium ſæculare à quoquam non eſſe trahendum 11.q.1.clericum. Cùm autem quadam die imperatorem Diocletianum procedentem cum ſolenni apparatu per vrbem modeſte argueret, & conquereretur de iniuſta perſecutione contra Chriſtianos pro republica exorantes, fuſtibus eum cædi iuſſit. Et domum venerabilis fœminæ Lucinæ, quam ipſe Marcellus ad preces eius eccleſiam conſecrauerat, ſtabulum fieri mandauit, ibique Marcellum ad cuſtodiam animalium deputari. Qui poſt annos quinque & dies 25. migrauit ad dominum.

A. C. 260.

Marcellinus pro Chriſto occiditur.

B

Matt.20.

Symmachus papa in conc.6. Rom.

Marcellus pont. max.31. ſed.a.5.m. 6.d. 21.

C

Marcellus.

Tituli cardinalium à quo inſtituti.

D

Poſt hunc ſuſcepit regendam eccleſiam Euſebius natione Græcus. Sub cuius pontificatu ſecūdum aliquos dicitur inuenta ſancta crux Chriſti Hieroſolymis. Vnde ab ipſo dicitur inſtitutum feſtum de inuentione crucis, vt habetur de conſe. diſtin.3. crucis. Ab aliis tamen dicitur inuenta tempore Syluestri papæ. Hic inter cætera ſtatuit dicens. Prius oportet omnia legibus expoliatis redintegrari, & eccleſiis quæ ſibi ſublata ſunt, cum omni priuilegio reſtitui, & poſtmodum non ſub anguſto tempore ſpatium eius indulgeatur 3. q. 2. prius vide ibi gloſ. Hic poſt annos quatuor & menſem 1. & dies 25. migrauit ad dominum. Sedem eius accepit Miltiades papa, natione Apher. Qui inſtituit vt die dominica vel feria quinta non ieiunaretur à fidelibus. Non quòd hoc de ſe ſit malum: ſed ad tollendam ſuperſtitionem Gentilium & obſeruantiam vanam hereticorum, vt diſti. 30. ſi quis. Hic poſt annos tres & menſes ſex & dies 8. martyrium ſuſcepit.

Euſebius. pon. max. 32. ſedit a. 1.m.7.d. 27.

E

Miltiades Pon. max. 33. ſedit a. 3.m. 2.

F

Notandum autem quod in computatione numeri annorum quibus præfati tenuerunt pōtificatum,

b Dam. in Pont. hoc videtur aſſerere, tamen recentiores Chron·graphi vacaſſe ſedem duos menſes tantum tradunt, ſed quia Marcellinus poſt thurificationem quaſi depoſitus vixerit: ideo puto ſeptem annis quibus ille vel circiter ſuperuixit ſedem vacaſſe dictum fuiſſe.

Vincen,

A.C. 304.

Diuerſi. putatione annorum Pontificũ.

Vincen.in ſpecu hiſto.diſcordat à Martino in chro. Nam vbi Vincentius dicit Stephanum papam qui fuit ante Xyſtum ſediſſe annis 7. Martinus ponit annis 4. Et vbi Vincen.aſſerit Dionyſium præfuiſſe annis ſex: Martinus ponit annos duos, & vbi Vincen. aſſignat vnum annum Eutyciano, Martinus ſcribit annos 7.& menſes 10.& vbi Vincen. dicit de Euſebio cathedram tenuiſſe eum annis 7. Martinus dicit annis duobus.

¶ De martyribus paßis ſub Claudio & Numeriano, videlicet Cæſario & Iuliano, Sauino, Speuſippo, Iouillæ, Agapito, Babyla, Chryſanto, Daria, Pelagia meretrice & Manichæo hæretico.

CAP. IX.

De S.Mario & Martha & duobus filiis.

DE MARTYRIBVS qui paſſi ſunt in diuerſis locis tempore præfatorum imperatorum. Et primò tempore Claudij imperatoris venit de Perſidis partibus quidam nomine Marius & eius vxor Martha cũ duobus filiis, ſcilicet Audiface & Abachuc, Chriſtiani viri Romam ad [a] orationem apoſtolorum, vt refert Vincen.ſpecu.hiſto. li. 12. Ij cum corpora ſanctorum ſollicitè per carceres & ſepulturas requirerent, venientes in caſtrum trans Tyberim inuenerunt ſanctum Quirinum in carcere: qui iam multa verbera pro Chriſto fuerat perpeſſus, & facultate ſua nudatus. Et mittentes ſe ad pedes eius, vt oraret pro eis, cœperunt ei miniſtrare de facultatibus ſuis, lauare pedes eorum qui conſtricti erant in carcere, & aquam in capita ſua & filiorum ſuorum effundere, ſcilicet ob deuotionem. Eo tempore Claudius diuulgato præcepto vt Chriſtiani punirentur, tenuit CCLXII. Chriſtianos, quos iuſſit extra muros portæ Salinariæ duci, ibique in amphiteatro incluſos à militibus ſagittis interfici, quorum corpora Marius & Martha cum filiis ſepelierunt. Deinde venientes trans Tyberim ad caſtrum requirendo ſanctum Quirinum, qui nocte fuerat gladio occiſus, & iactatus in Tyberim, requirentes inuentum corpus ſepelierunt.

Hæc geſta Notarij Rom.Ecc. ſcripſerũt, quæ ex MS.codicib. edidit Sur.t.1.

Quirinus pro Chriſto moritur.

Audientes autem præfati in quodam cœnaculo multitudinem Chriſtianorum pſallentium pulſantes cum gaudio intrauerunt. Datiſque oſculis adinuicem & oratione fuſa, manſerunt ibi abſconditi per duos menſes. Interea Claudius imperator tenuit Valentinum presbyterum qui multos trahebat doctrina ſua ad fidem. Et poſt biduum de carcere & compedibus eductum fecit ſibi præſentari. Interrogatúſque ab imperatore de Diis eorum quare eos non veneraretur, reſpondit Iouem, Mercuriũ & alios fuiſſe miſerrimos homines ſceleribus deditos. Commendánſque plurimum doctrinam Chriſti, & exhortans ad eam ſuſcipiendam, vt qui terrenum regnum poſſiderent, & cœleſte poſtea conſequerentur. Dixit imperator ad barones ſuos. Quæ rationabilia iſte perſuadet nobis? Sed inſtinctu diaboli dixit vnus ex illis. Seductus eſt imperator. Propter quod timens imperator diſplicere ſuis familiaribus, qui infideles erant, retraxit ſe & dedit Valentinum in manus Aſterij, vt induceret eum ad ſacrificandum mollibus ſermonibus. Ingreſſus igitur Valentinus in domum Aſterij magni viri in curia imperatoris, poſitis genibus orauit dicens. Deus omnium creator qui miſiſti filium tuum vt nos de tenebris ad lucem perduceret: conuerte domum iſtam & da eis lumẽ, vt cognoſcãt te Deum verum trinum & vnum. Audiens hæc Aſterius ait. Miror te virum prudentem vt dicas Chriſtum verum lumen. Cui Valentinus. Vere lumen eſt verum, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Et Aſterius ad eum. Si illuminat Chriſtus omnem hominem, illuminet filiam meam obſcuratam, & faciam quodcunque præcipies. Valentinus ergo fuſa oratione cum lachrymis ponens manum ſuper oculos eius illuminauit eam. Quo facto Aſterius compunctus ad fidem poſt triduanum ieiunium ſibi indictum baptiſma recepit cum vxore ſua & omni domo ſua numero fere quadraginta ſex, & omnes Chriſtianos, quos Aſterius tenebat in carcere relaxauit. Quæ vbi geſta ſunt Marius & Martha venerunt cum gaudio ad domum eius gratias Deo agentes. Et peractis diebus 32. Claudius imperator audiens Aſterium principem Chriſtianum factum, iratus valde dimiſit eum cum familia ad ciuitatem Oſtiam, ibique diuerſis cruciatibus exanimatum occidit. Valentinum vero fuſtibus cæſum mandauit decollari. Marium vero & vxorem eius & filios ſibi præſentatos tradidit Muſciano vicario, iubẽs vt ſacrificare faceret vel ſuppliciis interire. Qui iuſſit eos fuſtibus cædi, deinde in eculeo ſuſpendi, & ignem ad latera eorum poni, & vnguibus ferreis radi. Deinde manus Mario & filiis pręſcidi. Martha autem ſanguinem mariti & filiorum colligens cum gaudio caput ſuum liniebat. Demum per ciuitatem circumducti decollati ſunt. Martha vero in lympha necata. Quorum etiam corpora vt ſepultura carerent tyrannus mandauit incendi: ſed quædam matrona nomine Fœlicitas corpora illa ſemiuſta rapuit & in pręđio ſuo ſepeliuit, ac etiam Martham de lympha leuatam.

Valentinus.

Aſterius.

Ioan.1.

Valentini mors: colitur 14. Fe.

Coluntur 19.Ian.

Cùm Claudius diuulgaſſet edictum per orbem de colendis idolis, erat quidam pontifex idolorum in Teracina ciuitate Campaniæ nomine Firminus, qui per ſingulos annos die Kalendarum Ianuarij quaſi pro ſalute reipublicæ & principum ſuadebat hominibus crudelem audaciam exercere. Nam ante præfatum tempus nutriebatur iuuenis octo vel ſex menſibus in deliciis & laſciuiis [vſque] ad interfectionem ſuam. Exacto autem tempore armatus & ornatus aſcendebat in montem maritimum, & accepto equo pro ſalute reipublicæ & principum & ciuium ſalubritate, & vt nomen haberet gloriæ, ipſe ſe in mare præcipitabat. Cuius corpus cum grandi honore colligebatur, & ad templum perducebatur Apollinis & incendio conſumebatur, & cineres eius pro ſalute reipublicæ in templo conſeruabantur. Eo autem tempore Cæſarius ex Aphrica Terracinam veniens, latuit ibi vſque ad Kalendas Ianuarij apud quemdam chriſtianum, cum quo vigiliis & orationibus vacabat. Die autem prænotata cùm vidiſſet ſuperſtitionem crudelem in quodam iuuene Luciano exerceri, clamare cœpit. Viri ſapientes, quid facitis, ſtultum ſcelus? Væ reipublicæ & principibus, qui cruciatibus delectantur & effuſione ſanguinum. Vt quid perditis animas diabolicæ fraudis deceptionibus? Tunc Firmimus pontifex iuſſit illum teneri, & in cuſtodiam publicam trudi. Qui per triduum maceratus traditus fuit Leontio conſulari, & ductus vinctus

D S. Cæſario & Iuliano. Hãc hiſtoriam tom.6. Su. ex MS.co. ad verbũ edidit, cui cõſentiũt Ado & Beda in marty.

Crudelis ſuperſtitio.

Cæſarius hanc redarguit.

a Si ex Perſide S. Marius ad orationem Apoſtolorum Romam venit, vt hæc indubiè docet hiſtoria, illo iam tempore pij Chriſtiani Apoſtolos & alios diuos in cælum tranſlatos orare, & eorum ſepulchra religionis cauſſa viſitare conſueuerant.

A.C. 304.

vinctus & nudus ad templum Apollinis. Ad quod cũ appropinquaret ſubitò ruit, & Firminus ibi oppreſſus & mortuus eſt. Iterum Cæſarius in cuſtodia maceratus & capillis ſuis tectus, quia nudus erat, & angelus domini eum die noctúque cuſtodiebat, in medium forum eſt adductus. Illicque cadens in terram adorauit dominum: Factáque eſt lux ſuper eum ſicut coruſcatio, & protexit eum. Videns hoc Leõtius ait. Vere dominus Deus eſt quem Cæſarius prædicat. Et miſit ſe ad pedes eius exuénſque ſe chlamyde ſua induit eum, petens coram omni populo baptiſmum. Quo recepto, ac etiam corpore & ſanguine domini per Iulianum presbyterum cum gloria tradidit

Leontius conuerſus ad Chriſtum baptizatus & communicatus moritur.

B domino ſpiritum. Porro Luxurius primus ciuitatis, tenens ſanctos Cæſarium & Iulianum dedit ſententiam contra eos, vt ambo in ſaccum miſſi in mare præcipitarentur. Ad quem Luxurium ait Cæſarius. Me quidem aqua quæ regenerauit quaſi filiũ ſuum ex ſe renatum ſuſcipiet, vt ipſa me modo martyrem faciat cum patre meo Iuliano. Te autem hodie comedet coluber, vt ſciat omnis hæc patria, quia vindicat dominus ſanguinem ſeruorum ſuorum, & virginum quas ignibus concremaſti. Eodem igitur die quo merſi ſunt, eiecti ſunt ab vndis ad littus vbi etiã iacebat Luxurius totus turgidus ſerpente percuſſus.

C Nam cùm equo inſidens in villam ad prandium feſtinaret, & iuxta arborem præteriret, pro nequitia ſua euenit vt illaberetur ſerpens inter collum & caputium tunicæ eius, & intra tunicam ventrem eius & latera ſuis morſibus laniaret, ita vt per ventrem vſque ad cor peruenirct. Iacens ergo totus turgidus antequam expiraret, vidit oculis ſuis angelos pſallentes, & cum honore digno corpora eorum per vndas deferentes. Quorum corpora colligens Euſebius, qui cum ipſo habitauerat: ſepeliuit iuxta Terracinam ſub Kalen. Nouembris. Et poſt quinque dies cùm Euſebius ad ſepulchra eorum oraret,

Coluntur 1. Nou.

D & multos ad eum confluentes doceret, & baptizaret eos Fœlix presbyter, audiens hoc Leontius filius Leontij conſularis, fremens de morte prædicta patris, fecit illos capi, & nolentes ſacrificare idolis fecit eos decapitari, & in fluuium iactari: ſed corpora eorum ad littus delata ſunt iuxta corpus Cæſarij.

Euſebius & Fœlix. Coluntur 5. Nou.

§. I.

De S. Sauino.

SVB principe Aureliano in territorio Trecaſſino, vt refert Vinçen. in ſpecu. hiſt. paſſus eſt ſan-

E ctus Seuinus ſiue Sauinus. Nam cùm audiſſet imperator Aurelianus multos per eum conuerti ad fidem, miſit plures miniſtros ad eum capiendum, qui timentes non appropinquabant ei. Et mittente eo iterum multo plures ſponte venit. Cùm autem inueniſſet eum in fide conſtantiſſimum, iuſſit eum in carcerem trudi, & à quadragintaocto militibus cuſtodiri. Quos cùm conuertiſſet ad Chriſtum, Aurelianus decapitari mandauit. Sauinum verò manus & pedes ligari, & ad vectes ferreos cædi, & in capite eius caſſidem ignitam mitti, & poſtea in ignem proiici. Ex quibus nil læſus eſt. Poſt quæ fecit eum à militibus

Sauinus imperatori ſiſtitur.

Grauia quæque tormenta ſuſtinet.

F ſagittari: ſed ſagittæ remiſſæ in aëre ſuſpenſæ manentes eum non contingebant. Cùm autem ei imperator inſultaret dicens. Vbi eſt Deus tuus? liberet te nunc ſi poteſt de his ſagittis aut de manibus meis: vna ex ſagittis reuerſa retrorſum oculum imperatoris percutiens excæcauit eum. Iratus imperator iuſſit eum vinctum catenis à multis militibus in carcerem

A mitti. Sed ipſo orante milites illi excæcati ſunt & catenæ confractæ. Ille ergo liber factus à vinculis egrediens ciuitatem peruenit ad ripam Sechariæ. Quo orante aqua congelata eſt quaſi petra, & fluuio tranſito orauit vt celerius iuberet eum dominus coronari. Et ecce milites quærentes eum, velociter appropinquabant, vt eum decollarent. Cùm autem timerent dixit eis. Venite & portate de ſanguine meo imperatori vt videat gloriam Dei. Decapitatus autem ſanctus Dei caput ſuum portauit in manibus ſuis. Et militibus portantibus de ſanguine eius in linteolo imperatori linitis oculis ſanitatem recepit. Hic Sa-

A.C. 304.

B uinus cùm adhuc Gentilis legiſſet ſeu audiſſet hunc verſum Pſ. Aſperges me domine hyſſopo &c. orauit vt ſciret expoſitionem eius. Cui angelus apparens ait. Cùm aſperſum fuerit caput tuũ chriſmate, mundaberis & cùm mundatus fueris aqua viua in nomine Ieſu Chriſti, candidior eris, quàm nix. Vnde & baptiſma ſuſcepit. Baptizatus iuxta fluuium Sechariæ, factáque poſtmodum oratione figens baculum in terram coram multis, baculus ille ramos, frondes & flores ſubitò produxit. Ex quo miraculo mille & ſeptendecim homines conuerſi ſunt ad Chriſtum.

Pſal. 50.

C

§. II.

REFERT etiam Vincentius in ſpecu. hiſto. de tribus iuuenibus fratribus vno partu matris exortis: ſcilicet Speuſippo, Eleuſippo, & Meleuſippo. Qui literis edocti cùm ab auia eorum Leonilla ad contemptum idolorum exhortati fuiſſent, & ad orationem domini Ieſu Chriſti veri Dei & creatoris cunctorum, conuerſi ad fidem baptizati ſunt à ſancto Benigno presbytero. Hi ergo Lingonicam ciuitatem ingreſſi imperante Aureliano, interroga-

Sanctorũ Tergeminorum vitam per Neonem conſcriptam edidit Surius t. 1. ex qua hæc deſumpta ſunt.

D ti de cultu eorum ab infidelibus, conſtanter & publice fatebantur ſe eſſe Chriſticolas, & cæcos & inſenſibiles eſſe, qui metalla & ſtatuas adorabant, arguebant. Exurgens autem Quadratus præſes Speuſippũ in faciem pugno percuſſit iratus. Ipſi enim tantum duo locuti fuerant. Dolens autem Meleuſippus, exclamauit pręſidi dicens. Cur me hoc dono percuſſionis cum fratribus meis participem non feciſti, ſed in illis optabile principium paſſionis oſtendens, me à ſancto conſortio ſequeſtraſti. Vnanimes in Chriſti cõfeſſione ſumus, æqualiter de Chriſti remuneratione per veſtram perfidiam gratulamur. Quibus Qua-

E dratus præſes. Hodie (ait) pro contemptu Deorum noſtrorum diuerſis ſuppliciis vos faciam interimere. Auia autem eorum Leonilla cum lachrymis & oſculis eos viriliter exhortabatur, vt perſiſterent in Chriſti confeſſione. Cùm ergo nollent ſacrificare idolis, ligatis manibus ſurſum & pedibus deorſum, in vna arbore ſuſpenſi ſunt. Tantáque tormentorum adinuentione ſunt extenſi, vt pene putarentur à membrorum compagine ſeparati. Meleuſippus autem inſultabat iudicibus dicens. Saluator noſter dominus Ieſus Chriſtus pependit pro nobis in ligno affixus clauis, nos ergo eius famuli pendentes in ſti-

S. Tergeminorum conſtãtia.

F pite, crucis eius ſignaculum adepti glorioſi martyres efficimur. At illi dixerunt. Non in iſta arbore: ſed igne conſumemini. Depoſiti igitur ligatis manibus & pedibus proiecti ſunt in copioſum ignem: ſed illæſi permanſerunt laudantes Deum, & tortores irridentes. Videntes autem choros angelorum ſtantes iuxta ſe paratos ad ſe recipiendum, flexis genibus orantes pretioſas animas Deo reddiderunt.

A.C. 304.

Iouilla & Leonilla.

Horũ omnium memoria celebratur 27. Ian. Benign°.

diderunt. Videns autem quædam mulier Iouilla nomine tam prætioſam eorum conſummationem, ſprero maritali conſortio paruuli quoque & vnici filij dulcem relinquens amplexum, inter incredulitatis turbas adhuc in perſecutionis ardore commotas veloci curſu properans exclamauit dicens. Erego Chriſti ancilla ſum, & Chriſtum verum Deum eſſe pronuncio, & idola veſtra deſpicio. His dictis comprehenſa, multíſque afflicta ſuppliciis, cùm negare Chriſtum recuſaret: vnà cùm Leonilla præfata gladio necatæ ſunt. Exinde Benignus presbyter poſt conuerſionem multorum per prædicationem ſuam, & idolis templi ad nihilum redactis oratione ſua poſt diuerſa ſupplicia Angelo in carcere eum viſitante, demum martyrio vitam finiuit, & columba viſa eſt egredi ab eo in cœlum odore inde ſecuto.

§. III.

De S. Symphoriano cuius meminit Gr. Tur. l. de glo: mart. c. 52. & cõfeſ. c. 77 & Neon in vita Tergeminorũ vitã deniqueipſam edidit Sur. 10. 4. S. Andochij & ſociorum feſtum colitur, 24. Sept.

SYMPHORIANVS quoque precibus patris ſui Fauſti nobiliſſimi viri cùm eſſet triennis, à præfato ſancto Benigno baptizatus eſt, & à ſancto Andochio de fonte leuatus. Hic autem Andochius cùm Chriſtum publicè confiteretur Senonis ab Aureliano cum ſancto Thyrſo, poſt plura ſupplicia in ignẽ iniectus: ſed nil læſus eſt, tandem vſque ad mortem colla eorum vectibus feriuntur. Prædictus autem Symphorianus adhuc puer tanta extunc ſanctitate pollebat, quòd ſeniorum vitam anticipans in cœleſti conuerſatione & diuinæ legis ſtudio permanebat. Cùm ergo Aurelianus imperator Senonis Diuionem properaret, conſularem Heraclium duxit, vt ſicut vbique faciebat, ita & ibi omnes chriſtianos aut ſacrificare idolis aut mori compelleret. [a] Cùm ergo tunc Pagani feſtum Veneris mira inſania celebrarent, & ſtatuam eius in curru coram Heraclio deportarent, Symphorianus adfuit, & nolens eam adorare diu cæditur, & carceri mancipatur. Et cùm eductus de carcere diebus ſingulis Heraclio offerretur, ad ſacrificandum monitus, nullatenus acquieſcebat dicens. Si periculoſum eſt quotidie ad profectum animæ aliquid non addere, quanto periculoſius eſt à ſalute diſcedere. Vitam quam Chriſto redituri ſumus ex debito, ſoluamus ei ex voto. Sera pœnitudo eſt ad ſui iudicis timuiſſe conſpectum. Munera veſtra fucati mellis permiſta dulcedine, mala credulis mentibus venena parturiunt. [At noſtræ opes & diuitiæ ſemper in Chriſto ſunt, quas nulla vnquã vetuſtas, nulla temporis diuturnitas corrumpit.] Cupiditas veſtra omnia habendo nil poſſidet, quia diabolicis actibus obligata, miſeri lucri compedibus detinetur. [Nobis verò nihil in hoc mundo aufert humanæ fragilitatis lapſura conditio,] at gaudia temporum veſtrorum in ſimilitudinem vitri cùm cœperint ſplendere franguntur, tunc iudex ira ſuccenſus data ſententia iuſſit miniſtro, vt Symphorianum Deos & principes blaſphemantem occideret, ſicque deorum & legum iniuriam vindicaret. Cúmque duceretur ad locum martyrij, & venerabilis mater eius de muro hortaretur ne timeret, mox gladio decollatus eſt, & à Chriſtianis ſublatus alibi ſepultus eſt. Vbi tanta miracula videbantur fieri, vt etiam Paganis mirantibus in maximo haberetur honore.

l. de glor. mar. c. 52.

Et Gregorius Turonenſis narrat quòd cùm quidam Chriſtianus tres lapillos de loco, vbi decollatus eſt cum ſanguine eius collegiſſet, & in quadam capſa argentea in eccleſia cuiuſdam caſtri [quod Thigernum dicitur] collocaſſet, caſtro illo cum eccleſia ipſa igne conſumptis tempore Theodorici regis Francorum, capſa illa argentea illæſa reperta eſt.

A.C. 304.

Colitur 22 Aug.

De S. Agapito Vſua. in mart. citátque Ioannes Mol. eius geſta per Notarios Rom. ecc. ſcripta, ex quibus hæc deſumpta puto.

Romæ quoque ſub præſide Antiocho puer Agapitus, vt Chriſtianus captus in carcerem truditur, per dies quatuor ſine cibo & potu dimiſſus: ſed à Deo confortatus. Poſtea præſes iuſſit prunas ardentes capiti eius imponi, poſt quod fumum tæterrimum fieri, ipſúmque Agapitum nudatum capite deorſum ſuſpendi, ſicque dimitti ſolum, donec corpus eius nunciaretur à feris & auibus deuoratum. Attalus autem cornicularius qui prius ei ſuaſerat in carcere, vt à ſtultitia ſua recederet, ne in tormentis florem ſuæ iuuentutis amitteret, poſt quatuor dies iuit ad locum, vbi martyr ſuſpenſus manebat, vt nunciaret præſidi ſi adhuc viueret. Qui inuenit eum in veſte candida ſuper fumum deambulantem & pſallentem illud. Non moriar ſed viuam, &c. Angelus enim Domini ſoluerat eum, & eum ſanauerat. Attalus ergo ſtupens ad hæc nunciauit præſidi dicens. Credo quòd magnus eſt Deus Chriſtianorum, nec ſit alius Deus præter eum. Cui præſes. Seductus es? Et hoc imperatori notum faciam. At ille reſpondit libentiſſime cum Agapito pœnam ſe ſuſtinere [velle] martyrij. Præcepit poſt hæc præſes Agapitum expoliari & aquam bullientem in ventrem eius mitti: ſed frigida fiebat. Cúmque puer præſidem argueret, cecidit præſes de tribunali, & clamauit, dicens miniſtris. Currite & ſubuenite mihi, quia totus ardeo, & quod iniuſte egi in martyrem puerum magni & æterni Dei Agapitum, iuſtè recipio.

Pſal. 117.

Quo dicto expirauit. Hoc audiens Aurelianus iuſſit eum exponi leonibus. Miniſtri ergo ducẽtes eum ad vrbem Præneſtinam in amphiteatro leonibus proiecerunt. Qui mox depoſita omni ferocitate pedes eius linxerunt. Tunc populo circunſtante & Deum glorificante, rapientes eum miniſtri ſceleris non longe ab vrbe educentes gladio percuſſerunt 15. Kal. Septembris.

Colitur 18 Aug.

Charion martyr.

Sub Aureliano quoque imperatore apud Iconiũ ciuitatẽ Iſauriæ paſſio ſancti Charionis & filij eius, qui primum ignito ferro ſuppoſiti, deinde creaticulam ſuppoſitis prunis & oleo ſuperinfuſo conſtanter ſuperauerunt. Poſtea tam frixorij quàm ſuſpenſionis in eculeo ac ignis pœnas paſſis, malleo ad extremum ligneo manibus eorum contritis in laudem omnipotentis Dei ſpiritum emiſerunt.

a Berecynthiæ feſtum tunc fuiſſe celebratum refert Sur. 16.

§. IIII.

De S Mauro mart. Vſuar. in mart.

SVB NVMERIANO autem imperatore paſſi ſunt plures in diuerſis locis pro nomine Chriſti. Et Romæ quidem ſub præfecto Celerino paſſus eſt Maurus, non quidem ille qui fuit diſcipulus ſancti Benedicti: ſed alter, qui in Aphrica exiſtens parentes habens fideles, ſubſtantiam multam parentum ſuorum pauperibus erogauit, & orationi inſiſtens Dei inſpiratione vitam monaſticam aſſumpſit. Et decimum octauum annũ agens Romá venit, vt Apoſtolorum limina viſitaret. Vbi

A.C. 304.

audiens vocem rabidam Celerini Chriſtianos perſequentis, de vrbe ſe ſubtraxit, & in ſpelunca latuit. Poſt tres autem menſes media nocte ſoporatus, poſt orationem vidit virum ſplendidiſſimum virgam ferentem in manu ſua quaſi auream, ſibi dicentem Surge Maure, quia non te deſpexit Deus, quem diligis ex toto corde, & ſine mora vrbem ingredere. Quod cùm feciſſet deprænhenſus, quòd eſſet Chriſtianus peregrinus, ductus eſt ad præfectum Celerinum. Et cum inuitatus ad ſacrificia recuſaret aſſerens ea vana, & fragilia idola eorum, iuſſus eſt in eculeo ſuſpendi, & vngulis radi, lateribus quoque eius laminas ignitas apponi, & demum capite truncari.

Colitur 22. Nou.

B

De ſancta Babyla.

Hic eſt Babylas enchomio D. Ioan. Chryſ. clarus. vide eundem 3 Tom. in oratione contra Gétiles, & Iuliani Apoſtatæ inſania celebratus vide 10. l. 1. hiſt. eccl. c. 35.

De ſancta Babyla cum tribus pueris referente Vincen. in ſpecu. hiſto. lib. 12. cap. 121. Cùm Numerianus imperator apud Antiochiam dæmoniis immolaſſet, & voluiſſet ingredi eccleſiã Domini, prohibuit eum Babylas epiſcopus manus obuias opponens. Altera die Numerianus ſedens in conſiſtorio præcepit ſibi epiſcopum offerri. Cui ait. Quid mihi feciſti? Neſcis quia rex eſt, qui tibi loquebatur? Reſpondit epiſcopus. Me ſeruum humilem placuit Deo, vt conſtitueret paſtorem plebis. Ideò cùm vidi te lupum venientem ad oues eius, timens ne aliquam ex eis perderem prohibui te ab ingreſſu ouilis. Cui Numerianus. Ergo tibi lupus viſus ſum, & non rex? Reſpondit epiſcopus, ſecundum indulgentiam Dei rex es propter peccata noſtra, vt vel ſic verberati reuertamur ad ipſum. At Numerianus. Quis eſt (inquit) Deus quem colis? Reſpondit. Virtus & ſapientia & verbum patris. Et Numerianus ad eum. Quid ergo eſt homo? Reſpondit. Conſtantia vitæ & fruitio eorum quæ facta ſunt à Deo. Tunc iuſſit Numerianus vt imponeretur torques ferrea, & compedibus pedes adſtringerẽtur. Et cùm intimaſſet ſe habere [a] tres paruulos ſub diſciplina eius eruditos, adducti ſunt. D Qui Chriſtum confitentes iuſſi ſunt flagellis cædi quorum vnus erat duodecim annorũ, alter nouem, tertius ſeptem. Deinde fecit eos cum Babyla ſuſpendi. Et cùm nec blanditiis nec minis mouerentur, decollati ſunt cum Babyla, & ſimul ſepulti.

Coluntur 24. Ian.

a Trium horum puerorum nomina ſunt Vrbanus Prilidanus & Epolonus.

§. V.

De ſancto Chryſantho & Daria: hæc hiſtoria ſcripta eſt à Varino & Armenio notariis E. R. & habetur apud Sur. ſ t. cõſentit Metaph. & MS. codices.

DE Chryſantho & Daria refert Vincen. ſpecu. hiſt. libro 12. circa finem. Polemius vir illuſtriſſimus Alexandriæ vrbis primus, Romam cum filio E ſuo veniens à ſenatu ſuſceptus eſt, & à Numeriano imperatore illuſtratus cathedram in curia ſuſcepit. Huius filius Chryſanthus philoſophorum ſtudiis traditus cùm vniuerſa librorum volumina curioſius diſcuteret, ad euangelicos apices veniens, ibique curioſitatis ſuæ curſum figens, ad ſemetipſum ait. Tandiu te docuit Chryſanthe per librorum tenebras tuarum curarum fræna laxare quamdiu ad veritatis lumen pertingeres. Non eſt autẽ prudentiæ, vt ad tenebras redeam, de lumine. Hæc ſecum reuoluenti & quotidie Chriſti famulos perquirenti, dictum eſt ei Carpophorum Chriſtianum quemdam F ſanctum per omnia eruditum virum propter perſecutionem ſæuientem, in quodam montis ſpelæo collocatum vix poſſe à pauciſsimis & fideliſsimis viſitari. Ille referentis genibus aduolutus etiã cum lachrymis poſtulabat, vt ad eius notitiam peruenire mereretur. (Dei autem prouidentia factum eſt, vt qui cum fide quærebat, ad eius notitiam mereretur perueni- A re.) Sicque perueniens ad ſanctum Carpophorũ quintæ regionis presbyterum, intra paucos menſes omnibus litteris diuinis imbuitur, & ita diligenter inſtructus eſt, vt poſt ſeptem dies baptiſmatis ſui Chriſtum Dei filium publicè prædicaret. Quo audito pater eius iratus, fecit eum in loco tenebroſo & ſquallido claudi, ac veſpertinis horis aridiſsimo cibo refici. At ille magis ad exercitationem id ſibi quàm ad ſupplicium dicebat inferri. Vnus autem ex audientibus dixit patri eius. Si filium tuum ab hoc propoſito conaris eripere, magis debes eum voluptatibus occupare. Nam huiuſmodi tenebras & afflictiones B Chriſtiani, ad gloriam ſibi exiſtimant euenire. Tunc ille filium de illa tætra habitatione auferens veſtibus pretioſis induit, & ponens eum in triclinio ſericeis veſtibus ſtrato, quinque pulcherrimas virgines accuratiſsimè ornatas cum eo conſtituit, atque quotidiana eius conuiuia affluentiſsimis dapibus exhiberi præcepit. Puellis autem minatus eſt dicens. Niſi eum iocis & amplexibus veſtris ab intentione Chriſtianitatis ſeparaueritis, diuerſis vos faciam ſuppliciis interire. Inter hæc autem ludibria vir Dei immobilis permanebat, & delitias quaſi ſtercora contemnens, puellas quaſi viperas exhorrebat. Iacebat C autem in ratione immobilis, & amplexus earum & oſcula quaſi ſagittarum ictus ſcuto fidei excipiens, clamabat. Exurge Domine in adiutorium mihi. Dic animæ meæ Domine, ſalus tua ego ſum. Cùm autem longam orationem compleſſet, tam graui ſomno correptæ ſunt virgines, vt niſi de triclinio foras eiectæ eſſent, penitus excitari non poſſent. Euigilabant ergo foris, & cibos capiebant. Statim autem vt ingreſſæ fuiſſent orante ſancto, ſomno arctabantur. Dixerunt autem patri quidam ex amicis eius. Hic artem magicam à Chriſtianis didicit, & aduerſus puellas ſimpliciſsimas facile præualet incantando. D Sed ſi eruditam aliquam ad eum miſeris, poterit eum ad tuũ arbitrium inclinare. Tunc virgo Veſtalis nomine Daria gẽmis & auro rutilans ad eum ingreditur, & tanta eum ſermonis elegantia alloquitur, vt ſi eſſet ferro durior, plumbo mollior redderetur. Sed ille medium inter ſe & illam Spiritum ſanctum poſtulans ſic eam affatur. Si mihi mortali tantam pulchritudinem ac ſermonis melliflui dulcedinem ſpe connubij temporalis oſtendis, aliis iam amoribus occupato, quanto magis amantem te & deſiderantem immortalis regis filium obtinere poteris, ſi animam tuam in corporis integritate cuſtodieris? Et ſi- E cut corpore pulchra es, ita & mente pulchrior fieres. Eritque tibi laudatores Angeli, paranymphi apoſtoli, martyres amici, Chriſtus ſponſus, qui thalamum tibi in cœlo cuſtodiens dotem tibi in cœlo ſempiternam atque ampliſſimã tribuet poſſeſsiones paradiſi. Ad hæc Daria compuncta reſpondit. Nulla mecum ô iuuenis, cum his veſtibus petulantis animi ad te ſigna perduxi; ſed patris tui lachrymas miſerta cupio te patri tuo reddere, & ad deorum culturam te reuocare, quæ nobis eos facit eſſe cuſtodes. Chryſanthus ait. Quomodo poſſunt eſſe nobis cuſtodes, qui niſi cuſtoditi fuerint à canibus, nocte à fu- F ribus rapiuntur? Daria reſpondit. Si vulgus ignobile poſſet abſque his imaginibus deorum culturam celebrare, nulla eſſet neceſsitas ſimilitudinis exhibendæ. At Chryſanthus. Inquiramus ergo ait, quorum ſint ipſæ imagines, & videamus, an iis merito honorem Deorum exhibere debeamus. Deus autem non poteſt æſtimari, nec credi niſi qui omnem ſanctitatem, omnémque ſupergreditur maie-

ſtatem

A.C. 304.

Chryſanthus à patre in carcerem truditur.

Cũ puellis impudicis in triclinio verſatur.

In tentationibus carnis viriliter ſe gerit.

Pſal. 34.

Daria virgo Veſtalis Chryſantho inſidiatur.

S. Chryſanthus Dariã ad caſtitatẽ hortatur.

Imagines quare adhibeãtur.

A.C. 304.

Dij veteresque bona habuerunt examinatur.

ſtatem. Quæ ergo bona Saturnus falcifer habuit, quiproprios filios quoties naſcebantur occidit, vt non dicam comedit ſicut ſcriptores eius referunt? Quæ dona vel bona in Ioue fuiſſe exiſtimas, qui quot dies vixit tot inaudita inceſta, tot homicidia perpetrauit? qui omni caſtitati vſque ad mortem inimicus extitit, vt etiam Ganimedem libidine polluerit, & terram ſuis ſordibus inquinauerit? Hæc & alia multa proſequente Chryſantho credidit Daria, & quaſi ſimulata voluntate, inter ſe & Chryſanthum habuit conſilium, vt nomen coniugij aſſumerent, ita vt ambo in Dei timore & caſtitatis gloria perdurarent. Et ita baptizata Daria, ſancto Chryſantho non corporeo calore eſt iuncta, ſed Spiritusſancti feruore ſociata. Cùm autem multæ virgines relicto ſponſalium amore, per eam Chriſto ſe traderent, & iuuenes relicto carnali commercio ſe caſtimoniæ mancipaent, excitata eſt in vrbe ſeditio ſub Celerino præfecto iuuenibus publica interpellatione clamantibus. Sponſas noſtras per Dariam amittimus, [& fœminis vociferantibus] maritos per Chryſanthum perdimus & iam filios non habemus.

Daria in Christum credit.

Daria & Chryſanthus matrimonio ſancto copulantur.

Traditur ergo Chryſanthus tribuno Claudio, qui dedit eum ſeptuaginta militibus, vt ducerent eum extra ciuitatem ad ſacrificandum Herculi, cogentes diuerſis pœnis. Adſtrinxerunt autem eum huic rei non acquieſcentem, crudis neruis, vt ad oſſa eius vis ligaturæ pertingeret. Sed ſtatim omnia celerrime reſoluta ſunt, ita vt non occurrerent oculi videre celeritatem reſolutionis eorum. Et illi quaſi luctantes contra ligaturas diuerſo modo diuerſis conſtringebãtur nodis. Qui iterum & aliis nodis arctius eum ſtrinxerunt. Et ſubitò ligamina diſſoluta ſunt. Et cùm in cippum nouum & nodociſſimum incluſiſſent ei inſultantes, ita putrefactum eſt lignum vt ſtatim cippus in cinerem verteretur. Deinde perfuderunt lotione vrinæ, dicentes. Modo amittes maleficia tua. Sed aqua pudidiſsima in tantum odorem conuerſa eſt, vt putares eum non vrina ſed balſamo perfuſum. Exinde excoriantes vitulum, eodem corio recenti cinxerũt eum nudum, ponentes eum ad ſolem, & per totam diem in æſtu ſolis feruentiſſimo nulla potuit corium calefactione ſiccari, aut Dei famulum in aliquo anxiare. Tandem catenis ligantes manus eius pedes ac collum, in obſcuriſſimo carcere clauſerunt ſed mox ſolutis vinculis lux immenſa ibi refulſit. Hæc cùm nunciata eſſent tribuno, aduenit illuc, & lumen videns in carcere iuſſit egredi dicens ei. Quæ tanta maleficiorum tuorum vis eſt, vt iſta perficias? Cui Chryſanthus reſpondit. Si in te eſſet vel ſcintilla prudentiæ, cognoſceres me non maleficiorum argumentis ſed diuinis iuuari adminiculis, verum tu ita me aſpicis, quemadmodum & deos tuos quos iniquè colis. Nam ſi oculi tui rectè cernerent, cognoſceres deos tuos eos videndi vim non habere, etſi veritatem aures audirent tuę, deos aduerteres voces ad ſe clamãtium audire non poſſe, nihilque intus præter argillam & plumbum habere. Tunc iratus tribunus iuſſit eum fuſtibus cædi. Allatæque virgæ duriſsimæ cœperunt in manibus cædentium quaſi pluma molleſcere. Inter hæc tribunus, compunctus, iuſsit eum erigi & veſtibus ſuis indui. Conuerſúſque ad milites ſuos ait. Hæ humanæ artes penitus non ſunt, vbi diuinarum virtutum poteſtas apparuit. Quid ſupereſt nobis, niſi vt omnes hominis huius genibus aduoluti veniam ſceleris poſtulantes rogemus, vt nos Deum talem faciat colere, qui cultores ſuos in omni pugna facit eſſe vincentes? Cúmque ita feciſſent,

Chryſanthus à Claudio torqueri iubetur.

Variè torquetur.

Claudius Tribunus ad Christum conuertitur.

A.C. 304.

audito ab eo Domini verbo, recepta fide baptizati ſunt: eadem die Claudius & Hilaria vxor eius, & amici, & ſeptuaginta milites cum ſuis. Et per ſingulos dies ab eo verbum eruditionis audientes, cum omni reuerentia optabant pro Chriſti nomine etiam tormenta perferre. Hæc cùm audiſſet Numerianus imperator, iuſsit Claudium tribunum ingenti ſaxo conſtrictum in medio maris præcipitari. Cæteris autem tantam gratiam conceſsit Deus, vt filius eius Iaſon & Maurus etiam non interrogati Chriſtum ſe colere dicerent, & pro confeſsione nominis eius mortẽ optarent. Quos omnes alij imitantes intra vnam horam decollati ſunt, & ab Hilaria corpora filiorum collecta in ſarcophagis collocata. Quæ cùm aſsiduè circa ſanctorum confeſsionem Deum exoraret, tenta cùm traheretur ad iudicium, rogauit vt prius orationem ſuam perficeret, & poſtea veniam (inquit) quodcunque volueritis. Igitur cùm fixiſſet gradum, accepit ſacramentum Domini, & cùm rogaſſet Dominum vt eam filiis ſuis aſſociaret, in ipſa oratione Domino ſpiritum reddidit. Interea ſanctus Chryſanthus ponitur in carcere Tulliano, vnde fœtor terribilis aſcendebat, quia cloacarum cuniculis apertis deiecta domorum ſtercora illuc decurrebant, Erátque via tam lutea & tam tenebroſa cuſtodia, vt penitus ibi luciſluus aër nec veſtigium aliquod lucis oſtenderet. Illuc ergo Chryſanthus ferro vinctus mittitur nudus. Daria verò in publico ponitur in contubernio meretricum. At verò Chryſanto lux diuina & odoramenta ſancta præſtantur, & Dariæ leo fugiens de cauea amphiteatri dirigitur. Qui ingreſſus cellam, in qua Daria in oratione proſtrata iacebat, proſtrauit ſe ipſe iuxta eam, vt videretur etiam ipſam adorare, qui præſentiam ſuam deprecanti virgini exhibebat. Neſcientes igitur leonem intus eſſe, miſerunt ad eam vnum [iuuenem ſalaciſſimum ac flagitioſiſsimum] id eſt, ſcelere corruptionum optimatiſsimum, in quem vt ingreſſus eſt, inſiluit leo, & proſternens eum pedibus ſuis cœpit ad faciem virginis reſpicere, quaſi interrogans, quid de eo iuberet. Quod illa intelligens ait. Adiuro te per filium Dei, pro quo martyrij paſsiones libenter amplector, ne illum in aliquo lædas: ſed permitte eum ſermonem meum abſque terrore ſuſcipere. Tũc leo relinquens eum poſuit ſe in introitu portæ, vt nec ille fugere, nec alius intrare poſſet. Dixit ergo Daria ad eum. Ecce ferocitas leonis audito nomine Chriſti dat reuerentiam Deo, & tu homo in tantis criminibus exerceris, vt etiam in hoc, in quo miſer lugendus es glorieris. Tunc ille proſternens ſe ante eam clamauit, Iube me hinc egredi ſanum, vt & ego clamem omnibus Chriſtum quem colis ſolum eſſe verum Deum. At illa iuſsit leoni, vt amoueret ſe ab ingreſſu. Ille verò egreſſus per totam ciuitatem clamabat. Sciatis omnes Dariam deam eſſe. Igitur cùm diuerſi venatores, & populi ad capiendum leonem pergerent, hanc leoni Deus virtutem conceſsit, vt omnes caperet, & ſine læſione ante pedes Dariæ poneret. Quos illa ſic allocuta eſt. Si promittitis vos Chriſto credituros, ſic poteritis abſcedere. At illi omnes vna voce clamant. Qui non credit Chriſtum verum Deum eſſe, non exeat hinc viuus. Et hoc dicentes cœperunt omnes egredi clamantes. Credite populi Romani non eſſe alium Deum præter Chriſtum: Tunc Celerius præfectus iuſsit ignem copioſum accẽdi in ingreſſu cellulæ, in qua erat Daria cùm leone. Quod leo cũ fieri videret, cœpit expaueſcere & rugitum dare. Cui S. Daria ait. Noli timere, quia

Iaſon & Maurus filij Claudij Tribuni.

Beata Hilaria vxor Claudij.

Christi corpori communicans moritur.

Chryſanthus & Daria rurſus vexantur.

Iuuenis ad illudendũ Dariæ veniens à leone diſcerpitur.

Leo cuſtos Dariæ mitanda facit.

A.C. 304.

non incenderis, nec capieris, nec morieris, ſed ſecúrus egredere, quia quem in me honoraſti, ipſe te liberabit. Leo ergo inclinato capite egreſſus eſt per medias populorum turbas iter faciens, nemin émque læſit, nec illum quiſquam capere potuit. Ii autem omnes, qui ex ore eius incolumes euaſerant, baptizati ſunt. Nunciata ſunt hæc Numeriano imperatori, qui iuſſit Chryſantum & Dariam diuerſis puniri ſuppliciis ſi ſacrificare non conſentirent. Cùm igitur Chryſanthus imponeretur eculeo, omnia ligna eculei comminuta ſunt & vincula diſrupta, lampades quoque incenſæ ad latera eius poſitæ extinctæ ſunt. Poſtremò imperator hæc non virtutibus diuinis, ſed artibus magicis deputans, iuſſit eos in viam Salariam duci, & in arenario ambos ſimul deponi, & lapidibus obrui viuos. Qui orationibus & hymnis inſiſtentes in vnam foueam quaſi in vnum lectulum ambo deponuntur. Et facta eſt in paſſione ſanguinis ſocietas, ſicut fuerat mentis. Cùm autem multa beneficia Deus venientibus ad ſepulchrum eorum præſtaret, accidit vt die natalis eorum infinita populi multitudo occurreret, viri, mulieres, & infantes. Quod cùm Numeriano nunciatum fuiſſet: iuſſit, vt in introitu ipſo quo cryptam ingreſſi fuerant, paries leuaretur. Quod cùm factum eſſet, deſuper ſabuloſum ſuper eos montem deiecit, omnéſque pariter dum ſacramentum communionis perciperent, & martyrum gloriam celebrarent, ad martyrij gloriam peruenerunt, inter quos erat Diodorus preſbyter, & Marianus diaconus, & plurimi clericorum. Etſi tempore Numeriani imperatoris iſti paſſi ſunt, Chryſantus & Daria, non tamen ipſo Numeriano Romæ exiſtente, quia in via dum illud reuerteretur occiſus eſt, vt patet ſupra. Et quod dictum eſt de Daria, quo ad miraculum leonis, ſimile legitur ſupra de ſancta Columba: ſed vrſa ibi fuit, quæ illam defendit & ſub Aureliano imperatore, hanc leo iuuit & tempore Numeriani. Fuit vtraque virgo, pro Chriſto martyrium paſſa.

Martyres ſacramentum communionis ſumunt.

Diodorus & Marianus.

§. VI.

CIRCA ea tempora vt refert Vincent. libro duodecimo ex geſtis eius, cùm apud Antiochiã pro quadam cauſa octo vicini epiſcopi conueniſſent, & inter eos epiſcopus Heliopoleos Nonnus nomine, quæ ciuitas nunc Damiata vocatur, prædicante ipſo epiſcopo adſtanti populo, ſubitò quædã fœmina palàm coram omnibus ſuperuenit ſumma faciei & ornamentorum pulchritudine ſplendens, quam maxima pompa iuuenum & puellarum præcedebat, quos ita in ſui contemplationem trahebat, quòd vbicunque eſſet, totum aërem muſci & diuerſorum aromatum odore replebat. Quam vbi epiſcopi nudo capite prætériiſſe viderunt, ab ipſa quaſi à grauiſſimo peccato oculos auerterunt. Sanctus verò Nonnus epiſcopus Heliopoleos cùm eam diutius aſpexiſſet, reclinans inter genua faciem poſt longas lachrymas & profunda ſuſpiria, dixit ad coepiſcopos, Rogo vos fratres, nonne eſtis delectati tanta pulchritudine huius mulieris? Ipſi verò tacuerunt. Iterúmque flens & valde ſuſpirans, pectúſque percutiens, ruſſus interrogauit eos an eſſent pulchritudine mulieris illius delectati. Et ipſis adhuc tacentibus ait. Vere delectatus ſum ego: & huius mulieris pulchritudo mihi placuit. In veritate dico vobis, quòd hanc in iudicio Deus præfert nobis. Nos

De S. Pelagia pœnitente de qua Iacobus diaconus Heliopoleos, quem habet Sur. & in vitis patrũ ex quibus hæc ſunt excerpta.

S. Nonnus aſpectu impudicæ mulieris quare delectatus.

A enim ſponſum habentes æternum, donantem ſibi ſeruientibus diuitias ſempiternas, & [habentes promiſsionem faciem illam magnam & ſplendidam & inæſtimabilem ſponſi vultũ] ipſum videre in quem deſiderant Angeli proſpicere negligentia torpemus & animę noſtræ faciẽ ab immunditia non lauamus vt ei placeamus, ſicut hæc miſera toties & tandiu ſtuduit vt ſe abluens & depingens amatoribus ſuis pulchra appareat. His & huiuſmodi dictis ingreſſus hoſpitium proruit ſuper pauimentum, & faciem ad terram feriens & lachrymis rigans dixit. Altiſsime Deus ignoſce mihi peccatori, quia vnius diei mere-
B tricis huius ornatus totius vitæ meæ induſtriam ſuperauit. Illa pro terrenis & caducis ſummo ſe ſtudio decorauit, ego tibi immortali Deo placere propoſui, & per meam negligentiam non impleui. Cúmque hæc diceret, & fortiter eiularet, ſubitò obdormiuit, & viſum eſt ei, quòd columba nigra & ſordida ac fœtida nimis eum circumuolaret. Dúmque quaſi ad Miſſam [diaconus] ſtans cathecumenos recedere præcepiſſet, columba diſparuit, & poſt Miſſam rediens & ab ipſo epiſcopo in vas aquæ immerſa inde munda & candida exiens, tam altè volauit, quòd videri non potuit. Euigilans epiſcopus cùm hoc cleri-
C co ſuo recitaſſet, ad eccleſiam pergit. Et cùm populis prædicaret, illa meretrix quæ eius prædicationem audiebat, in tantam compunctionem conuerſa eſt, quòd ſero ad epiſcopum nuncios ſuos mittens ſic ei mandauit. Sancto diſcipulo Chriſti epiſcopo peccatrix diſcipula diaboli. Audiui de Deo quem colis, quòd non pro iuſtis, ſed pro peccatoribus de cœlo deſcendit, & cum publicanis peccatoribus comedit & bibit. Si ergo diſcipulus eius es, non me deſpicias pœnitentem & ſaluari cupientem. Ad hoc epiſcopus. Quæcunque es, Deo nata es. Sed tamen me peccatorem non tentes. Quòd ſi ſaluari & me videre
D depoſcis, inter epiſcopos alios me videbis. Nam ſolum me videre non poteris. At illa non differens, ad hoſpitium epiſcopi ſe veniſſe mandauit. Et ille conuocatis epiſcopis ad ſe eam venire præcepit. Quæ ſtatim proſtrata cum eiulatu magno pedes lachrymis rigans ac crinibus detergens, dixit. Miſerere Domine peccatricis: ego enim ſum Pelagia, pelagus iniquitatis exundans fluctibus peccatorum, ego ſum abyſſus perditionis, & vorago ac laqueus animarum. Fac ergo me pater ſanctiſsime baptizari, vt anima mea poſsit à tantis ſordibus emundari. Cui Sanctus. Canones continent non debere meretricem bapti-
E zari, niſi per fideiuſſores ſpondeat, quòd ſe vltra prauis actibus non inuoluet. Tunc illa iterum ſe proſternens & eiulans ait. Rationem reddes Deo pro anima mea, & tibi imputetur peccatorum meorum iniquitas, ſi me diſtuleris baptizare. Tunc Sanctus nomen eius quæſiuit. Et illa dixit ſe à natiuitate Pelagiam: ſed propter pompam ornamentorum vocari Margaritam à populo. Cùm ergo baptizata & communicata fuiſſet, ecce diabolus quaſi nudus clamabat dicens. O violentia quam patior ab hoc ſene. Non tibi ſufficiebat Heliopoleos ciuitas, quæ quondam mea fuerat. Maledictus dies, in quo mihi con-
F trarius natus es. Quid feciſti mihi ô Pelagia? Tu in me Iudam imitata es. Domina mea Margarita? quid tibi vnquam mali feci? Nonne ego lapidibus prætioſis ornaui te & auro & argento cumulaui? Dic mihi in quo te contriſtaui, & tibi ſatisfacio, tantùm ne me deſeras ne opprobrium Chriſtianis efficiar. Et illa protinus ſe ſignauit, & flatu ſuo dæmonem effugauit. Tertia die congregans per

A.C. 304.

1. Pet. 1.

S. Nonnus mulieris peccatricis aſpectu quomodo cõmotus.

Pelagia ad Chriſtum conuertitur.

1 Tim. 1. Matth. 9.

S. Nonnus videre mulierẽ non vult ſolus ſolam.

Sancta Pelagia baptizatur.

Diabolus de B. Nonno & Pelagia conqueritur.

A.C. 284.

per ſeruum ſuum omnes diuitias ſuas ad conſilium epiſcopi, nihil ſibi retinens, omnia pauperibus erogauit, & induta cilicio nocte fugit in habitu virili, & in monte Oliueti inter monachos vir reputatus, ſub nomine Pelagij eſt receptus. Poſt tres autem annos clericus dicti epiſcopi cùm pergeret Hieruſalem ad viſitandum loca ſacra, iniunxit ei epiſcopus, vt diligenter inter monachos Pelagium inquireret, & humiliter ſalutaret. Quod & fecit ad locum veniens, & ipſum virum exiſtimans. Et quia dum alios viſitaret patres, multum commendari audiuit dictum Pelagium de ſua ſanctitate, iterum ad eum reuerſus ad viſitandum, defunctum inuenit. Quo diuulgato propter famam virtutum eius, monachi cum epiſcopo Hieroſolymorum conuocati ad exequias eius, fœminam inuenientes honorificè condiderunt, laudantes Deum qui multos habet ſeruos abſconditos. Et reuertens clericus epiſcopo ſuo omnia enarrauit quæ viderat.

Fugit in heremum Pelagia.

Colitur 8. Oct.

In illo etiam tempore, ſcilicet imperante Aureliano, quidam Manes genere Perſes, acer ingenio, vita & moribus barbarus, vt ait Euſebius, qui ſecundum nomen ſuum inſaniens ſe Paracletum nominabat, multam religionem & auſteritatem oſtentans. Duodecim etiã diſcipulos tanquam Apoſtolos inſtituit, qui dogma ſuum peruerſum vbique diffunderent, qui & Manichęus eſt dictus, vnde hæreſis Manichęorum habuit originem. Hic aſſeruit duo eſſe principia: vnum bonorum, aliud malorum, Deum creatorem inuiſibilium, diabolum viſibilium, & Chriſtum habuiſſe corpus phantaſticum & alios multos errores, quos omnes rationibus acutiſſimis Auguſtinus per nouem annos eo errore ante baptiſmum eius inuolutus, ſed baptizatus diſputationibus, & prædicationibus, & in libris ſuis præcipuè in illo contra Manichęos confudit. Quæ quidem hæreſis cùm repullulaſſet in Italia tempore Innocentij quarti, ſcilicet anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo vel circa, per beatum Petrum martyrem ordinis prædicatorum tunc inquiſitorem, prædicationibus, miraculis, & martyris precibus & meritis de illis partibus totaliter expiata eſt.

Hæreſeos Manichęorum origo.

Euſeb. l. 7. hiſt. eccl. c. 17.

Manichęorum hæreſis in Italia reuiuiſcens à B. Petro martyre aulſa eſt.

Titulus octauus de perſecutione Diocletiani & Maximiani.

¶ *De martyrio ſancti Mauritij cum ſociis eius, Victore, Quatuor coronatis, Sebaſtiano, Eraſmo, Bonifacio, Iuliana, Coſma, & Damiano, Blaſio, Dorothea, Ianuario, Anaſtaſio, Barbara, Euphemia, Chriſtina, Aphra, Iuliano, Celſo, Cypriano mago, Vincentio, Georgio, Theodoro, Cyriaco, Marcellino, Lucia, Catharina, Agne, (quam Agnetem dicunt) Margareta, Chriſtophoro, &c.* CAP. I.

ROMANORVM igitur trigeſimus tertius imperator fuit Diocletianus, qui regnare cœpit anno Domini ducenteſimo octogeſimo ſeptimo. Mundi verò quater milleſimo ducenteſimo quinquageſimo. Vel ſecundum aliam computationem maiorem, quinquies milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto. Hic Dalmata ſcribæ filius fuit, qui imperator electus ſtatim Aptum in concione militari occidit, iurans ſine ſcelere ſuo Numerianum ab Apro fuiſſe

C. Aurel. Diocletianus pop. Rō. imp. 33. imp. a. 20. cœpit imperare A. C. 284. Eutro & Oroſ. l. 7. c. 25.

A occiſum. Hic vt Deum ſe adorari iuſſit, & primus gemmas veſtibus calceamentiſque inſerere iuſſit, cùm ante eum omnes imperatores in modum iudicum ſalutarentur, & chlamidem tantùm purpuream à priuato habitu plus haberent. Carinum fratrem Numeriani imperatoris apud Dalmatiam flagitioſe viuentem difficillimo bello ſuperauit & extinxit. Illis autem diebus Amandus & Ælianus in Gallia collecta ruſticorum quos Vacaudas vocabant multitudine, pernicioſos tumultus excitauerunt, vt teſtatur Hugo Floria. Diocletianus ergo Maximianum Herculium quondam commilitonem ſuum Cæſarem
B fecit, & in Gallias deſtinauit. Qui facile agreſtium hominum imperitam multitudinem & confuſam militari virtute conpeſcuit. Sed in ipſo itinere ab ipſo Maximiano ſacra Thebæorũ legio Mauritij cum ſociis martyrium ſuſcepit, vt dicetur. [Deinde Carauſius quidam genere quidem infimus, ſed conſilio & manu promptus, cùm ad obſeruanda Oceani littora, quæ tunc Franci & Saxones infeſtabant poſitus plus in perniciem quàm in prouectum reip. ageret, ereptam prædonibus prædam nulla ex parte reſtituendo dominis, ſed ſibi ſoli vindicándo, accendens ſuſpicionem quia ipſos quoque hoſtes ad incurſan-
C do ſines, artifici negligentia permitteret, quamobrem à Maximiano iuſſus occidi purpuram ſumpſit ac Britannias occupauit. Igitur] dum Diocletianus cum Maximiano Chriſtianos perſequerentur, graues per omnes Romani imperij fines ſubitarum perturbationum concrepuere fragores, Carauſio qui ad obſeruanda Oceani littora poſitus fuerat, in Britanniam rebellante, & Achilleo in Ægypto, cùm & Aphricam Quinquegentiani infeſtarent, & Narſeus rex Perſarum Orientem bello premeret. Quo periculo Diocletianus permotus Maximianum Herculium ex Cæſare Auguſtum fecit. Conſtantium verò
D & Galerium Cæſares fecit, tradens Conſtãtio Theodoram vxorem priuignam Maximiani Herculij, & ſuam filiam Maximiano Galerio. Horum Conſtantius Conſtantini magni pater, Claudij nepos ex filia fuit ſecundum Euſebium in Chron. Galerius autem in Dacia (haud longe à Getoica) natus. Quos vt Diocletianus etiam affinitate ſibi coniungeret, Conſtantius priuignam Herculij Theodoram accepit, ex qua poſtea ſex liberos Conſtantini fratres habuit. Galerius autem filiam Diocletiani Valeriam duxit, ambo vxores quas habuerant repudiare compulſi. Conſtantius igitur Cæſar in Gallia primo prælio ab
E Alemannis profligato exercitu ſuo, vt ait Hugo, vix ipſe euaſit. Secundo prælio ſatis ſecuta ei proſpera fortuna ſeu victoria. Nã paucis horis ſexaginta millia Alemannorum cæſa referuntur. At Maximianus Auguſtus Quinquegentianos in Aphrica perdomuit. Diocletianus autẽ Achilleum obſeſſum per ſeptem menſes cepit apud Alexandriã, & interfecit. Sed immoderatè victoria vſus Alexandriã direptioni dedit, Ægyptúmque totã præſcriptionibus [cædibúſque] fœdauit. Erat etiã cum Diocletiano in illis diebus Conſtantinus iuuenis inclytus filius Conſtantij Cæſaris, quem ex Helena priori ſua coniuge procreaue-
F rat, quem Diocletianus dolo perimere Galerio inſtigante ſatagebat. Sed cognita fraude ad patrem ſuum ſaluus prouidentia remeauit Conſtantinus. At Maximianus Galerius cum duobus iam præliis aduerſus Narſeum conflixiſſet, tertio congreſſu victus amiſſis copiis ad Diocletianum refugit, à quo arrogantiſſimè ſuſceptus eſt, ita vt per aliquot millia paſſuum purpuratus ante vehiculũ eius cucurriſſe referatur.

A.C. 284. Euſeb. in Chron.

M. Aurelius Maximianus 34 po. Rō. imp. com Diocletiano imp. a. 18.

Conſtantius Conſtantini pater.

Ex Oroſ. c. 25. l. 7.

Diocletianus immoderate victoria vſus.

Maximiani inſignis ignominia.

A.C. 286.

§. I.

Decima in Chriſtianos perſecutio.

IMPERAVIT autem Diocletianus iſte cum Maximiano annis viginti quorum perſecutio contra Chriſtianos decima fuit, & aſperior & diuturnior cæteris omnibus. Et (vt dicit Hugo) ſemel cœpta rabies huius perſecutionis vſque ad ſeptimū Conſtantini magni imperatoris annum furere non ceſſauit. Porrò inquit Euſ. in hiſt. Eccl. prædictæ perſecutionis ignis exordium inter ſolos militares parua & ſcintilla conflauerat: Cúmque deligerentur ſi qui eſſent inter militares Chriſtianos, [vt aut immo landum ſibi ſcirent, aut militiam pariter vitámque ponendū.] plurimi ex eis militiam pro fide Chriſti, non pauci etiam animas poſuerunt. Inter quos præcipui fuerunt Mauritius cum ſacra legione Thebæorum, numero ſex millia ſexcenti ſexaginta ſex. Qui [a] fuerunt (vt refert Vinc. in ſpec. hiſtor. lib. 13. cap. 2. ex geſtis eorum) ex Thebis Ægypti, quæ eſt ciuitas nobiliſſima ſuper Nilum ſita. Hi ergo milites Chriſtianiſmum à ſancto Zabda Hieroſolymorum epiſcopo ſuſceperunt in Oriente, & ad vrbem venientes apud Marcellinum papam fidem confirmauerunt, vt ante gladiis interirent, quàm fidem ſuſceptam violarent. Ii iuncti exercitui Maximiani cùm contra Vacaudas pergeret in Galliam rebellantes, tranſitis Alpibus cùm in quadam planitie reſiderent, iuſſit Maximianus vt omnes idolis immolarent, & contra Vacaudas & Chriſtianos perſequendos fidem confirmarent. Quod audiens ſacra legio huic ſceleri nolens aſſentire, octo miliaribus ab Octodoro, vbi Maximianus cum ſuis erat receſſerunt. Hoc audiens Cæſar, mandauit eos reuocari. Sed hoc recuſante ſacra legione inquit. Iungitur deſpectui meo cœleſtis iniuria. Sentiat ergo contumax miles me diis meis poſſe dare vindictam. Vnde ira ſuccenſus miſſis militibus plurimis, nolentes reuerti ad ſacrificandum, decimum quemque decollari præcepit. Sed ſancti cum gaudio capita porrigentes, quodammodo concertabant, vt alter alterum præiret ad mortem. Quorum decima parte truncata ſanctus Mauritius eorum dux, & præcipuus remanentes con fortans alloquitur, & vt conſtanter quod cœperant confirmarent, exemplo ſociorum & fidei deuotione exhortatur. Cùm autem Maximiano firma eorum in fide ſententia intimata fuiſſet, iterum decimum quemque trucidari mandauit. Quo facto Exuperius ſignifer cum duce Mauritio exhortationem replicant & validiſſime roboratos remiſſi milites proiectis armis nuda corpora oſtendentes circunquaque trucidant. Hac crudelitate peracta cùm ad epulandum receſſiſſet exercitus inter occiſos, quendam ſenem illac caſu tranſeuntem nomine Victorem inuitant humanitatis cauſa ad ſecum epulandum. Qui cùm ab eis quæreret, quomodo inter tot occiſorum cadauera poſſent cum gaudio manducare, & audiſſet à quodam ex illis: eos, quia diis noluiſſent immolare, fuiſſe occiſos, ingemuit, & ſuſpirans ait ſe tandiu vixiſſe & non meruiſſe in illorum conſortio reperiri, cùm ſe ex hoc beatiſsimum exiſtimaret ex quo perpendentes eum Chriſtianum protinus occiderunt.

Euſeb. l. 3. c. 4.

Mauritius & Exuperius.

Victor.

Coluntur 22. Sep.

Mirabilis rabies perſecutionis.

Cùm autem eccleſia proſperis incrementis dilata A retur (vt ait Euſebius) ſubito turbo perſecutionis increpuit. Nam à Diocletiano exiit edictum, vt cunctæ, quæ in orbe erant eccleſiæ ad ſolum diruerentur, ſacræ ſcripturæ vbique igni comburerentur [Si quis inter noſtros alicuius honoris prærogatiua muniretur, ſublata hac maneret infamis. Si quis ſeruorum permanſiſſet Chriſtianus, libertatem conſequi non poſſet: hæc omnia his quæ primo aduerſum nos lata ſunt continebantur edictis. Poſt non multum verò temporis adduntur & alia. Iubetur vt] omnes qui eccleſiis præeſſent in vinculis ponerentur, ac deinde exquiſitis ſuppliciis immolare diis cogerentur. B Rapiebant itaque [ſæui perſecutores] omnes eccleſiarum principes & ſanctos clericos, & cum eis nobiles & ignobiles multos, fœminas ac pueros [ad ſupplicia] Et (vt ſcribit Euſeb. in hiſt. eccl.) alij flagris diſcerpebantur, alij vngulis fodiebantur, alij ignitis laminis vrebantur, ex quibus nonnulli quidem fatigati cedebant, alij vſque in fine patientiam obſeruabant. Ex ipſis autem perſecutoribus quidam tanquam miſeratione vſi nonnullos noſtrorum adhibebant ad inceſta ſacrificia, & quaſi ſacrificaſſent. [De aliis verò cùm ne appropiaſſent quidem immundis hoſtiis, acclamabant ipſi quod iam immolaſſent,] C & abſcedebant ipſi ex eo tantum culpabiles, quòd crimen ſibi obiectum cum ſilentio paterentur. Alij ſemiuiui ſublati, tanquam mortui proiiciebantur, alij pedibus tracti, inter eos qui ſacrificaſſent deputabantur, alij ſane exclamabant ingenti voce, quòd non ſacrificaſſent, ſed eſſe Chriſtianos: tali ſe gaudentes confeſsione decorari. Nonnulli etiam maiori fiducia, nec ſe immolaſſe, nec vnquā ſe immolaturos teſtabantur, quibus tamen ab aſsiſtentibus militibus ora continuo atque oculi contundebantur, vt tacerent, & violenter expellebantur tanquam acquieuiſſent. Tanti erat impiis ſtudij, D vt propoſitum ſuum viderentur impleſſe. Hæc Euſeb. Semel autem cœpta rabies perſecutionis (inquit Hugo) vſque ad ſeptimum Conſtantini magni annum imperij furore non ceſſauit. In Ægyptique prouincia ſecundùm Euſebium in hiſto. eccl. non inferiori gloria tam viri quàm fœminæ & pueri [ac ſenes] propter fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti præſentem vitam paruipendentes, futuræ gloriæ [beatitudinem] quæſierunt. Quidam ex eis poſt verbera, [poſt vincula] poſt vngulas, poſt flagella, alióſque diuerſi generis [horribiles] cruciatus, flammis traditi ſunt. Alij in mare præcipitati. Nonnulli etiam capite cæſi, ita vt ſponte ceruices ſuas ſecuribus darent. E Nonnulli inedia conſumpti, alij patibulis affixi. In quibus quidā [more peruerſo] capite deorſum præſſo, pedibus in ſublime ſublatis [. Apud Thebaida verò omnem narrationem ſuperat agitata crudelitas, pro] vngulis teſtas fictilium vaſorum quidam tortores adhibebant, quibus omne corpus eouſque lacerabant donec totā carnis eraderent cutem. Mulieres quoque nudas arte quadā vno pede in excelſum ſuſpenſas, & capite in terrā dimerſas indigniſsimo ſpectaculo per totū diem pendere ſinebant. Aliàs ſicubi vicinæ ſibi duæ arbores inueniebantur, in eis ab F vtraque inflexis contra ſe inuicem ramis, eiſque ſingulis ſingulos martyris pedes obligantes, ſubito ramos quos vi inflexerant, relaxabant, [qui cùm ad ſitum ſuum naturali impetu referrentur diſceptis deſpicariſque viſceribus auulſa ſecum membra rapiebant. Et hoc non paucis aliquibus diebus aut paruo tēpore, ſed per annos aliquot quotidie quando minimū decem, interdū autem ad centum in vna die viri vel mu

A.C. 300.

Euſeb. l. 8. c. 2.

Euſeb. l. 7. c. 3.

Milites eos qui non ſacrificauerāt ſacrificaſſe calumniabātur.

Euſeb. l. 8. c. 8.

Euſeb. l. 8. c. 9.

In Thebaide grauiſſima ſunt ſanctis martyribus illata ſupplicia.

a De legione Thebæorum quorum triumphum ſcripſit Eucherius Lugdunen. quem habes apud Sur. tom. 5. Sigebertus item tres libros edidit, & hymnus Fortunati extat de iiſdem inter hymnos eccleſiaſticos.

A. C. 300.

vel mulieres,ſed & paruuli ſupradictis pœnarũ generib. trucidabãtur]mẽbra diſcerpebãt ad inuicem. Oculis quoque noſtris inſpeximus, dum [ſedenti pro tribunalibus ſæuiſſimo præſidi offerrentur] innumeri fidelium populi in Ægypto quos cùm confitentes ſe eſſe Chriſtianos iudex capite plecti iuſſiſſet, ſponte omnes immo & alter alterum preuenientes ceruices cędentibus obiectabant. Nullus ex omnibus,nec paruulus quidem infans deterreri potuit à morte,ſed hoc ſolum paueſcebant ſinguli, ne forte propter occaſum ſolis nocte impediente ſeparatus à conſortio martyrum [remaneret.] Hæc Euſebius.

§. II.

D.S.Victore Maſſilieſi martyre de quo Vſua. in marty.

CVM autem Maximianus peracta cæde præfata ſanctorum Thebęorum Maſſiliam perueniſſet, decreuit vt aut omnes Diis ſacrificia offerrent, aut diuerſis mortibus interrirent. Cùm autem huius decreto Chriſtianorum animi turbarentur,beatus Victor in medium ſe ingerens ſtatim appræhenditur, & præfectorum tribunalibus præſentatur. Vbi cùm fidem Chriſti conſtanti vultu & libera voce teſtaretur, protinus circunſtantium clamor attollitur. Et cùm multas iniurias ab omnibus toleraſſet, præfecti decreuerunt vt cauſa eius ad audientiam Cæſaris deferretur. Qui ſtatim eius pręſentiæ ſiſtitur & multis accuſationibus vndique impetitus ſummis terroribus ad nefanda ſacrificia perurgetur. At ille terrente robuſtior, Spiritusſancto repletus imperatorem & proceres eius mira prudentia confutauit, euacuans idolorum cultus,& Chriſti fidem certa ratione confirmans. Tunc Cæſar in rabiem conuertitur,&ad iuſſum eius martyr Dei funibus coarctatus per totam vrbem trahitur, vt ex ignominioſa eius pœna & Deorum iniuriæ vindicarentur, & Chriſtianorum animi terrerẽtur. Tali ergo ludibrio ſpectantium oculis ſatiatis,iterum tribunalibus præſentatur & ad negandum Chriſtum & idola adoranda itidem acrius adhortatur.Beatus vero Victor ad ſingulas eorum obiectiones ſapienter reſpondens,cunctos quidem oppreſſit pondere rationum,ſed ab inſenſatis vnum iubetur eligere, aut ſcilicet Deos placare aut infœliciter deperire. Si ſic (inquit) proponitis, quod verbis hactenus docuimus & exemplis debitis [idipſum nunc clara voce profitemur,] Deos ſperno, Chriſtum confiteor, quæcunque poteſtis date ſupplicia, cumulate tormenta. Qui ſtatim Aſterij iuſſu patibulo affigitur & torquetur, ſed apparente ſibi domino confortatur. Poſt hæc in carcerem truditur, & ſtatim cœleſti lumine & Angelica viſitatione recreatur. Et dum exultans pſalleret tres milites cum cuſtodientes ſcilicet Alexander Longinus,& Fœlicianus compuncti ad pedes eius proſtrati baptizari petunt. Quod factum audiens imperator, illos tres ſententia capitali damnauit. Victorem vero conuerſionis authorem,iterum ſuſpenſum & fuſtibus & neruis taureis laceratum ad carcerem reuocauit, peracto triduo idem per omnia repetitur:in eum minæ,terrores,maledicta & conuitia renouantur, & iuſſu Cæſaris coram ara Iouis componitur. Sed vir ſanctus de ipſa ſacerdotis manu ſtatuam ſolo tenus pede proſtrauit & protinus iuſſu Maximiani eodẽ pede priuatur. Ad vltimũ vero corpus & animã Deo redditurus ad molendinum ducitur, & mox ſuppoſitus crudeliter conquaſſatur. Sed cùm

Imperatori ſiſtitur.

Graui ignominia afficitur.

S.Martyr torquetur.

S. Victor pro Chriſto moritur & colitur 21. Iul.

A diſſipata paulopoſt machina diuinitus ſpirãs adhuc aliquantulum videretur, amputato ei capite mox cœlica vox auditur. Viciſti Victor beate, viciſti. Et cùm iuſſu imperatoris corpus eius fluctibus fuiſſet maris immerſum, miniſtrantibus Angelis natatu celerrimo ad oppoſitum littus transfertur, & ab Chriſticolis deuote ſepelitur.

A. C. 300.

§. III.

B DIOCLETIANVS autem imperator pergens in Pannoniam ad metalla diuerſa impręſentiarum de montibus abſcindenda, dum omnes artifices metallicos congregaret, inuenit inter eos viros in arte quadrataria mirificos Claudium, Caſtorium, Sempronianum, & Nicoſtratum. Ii occulti Chriſtiani erant,&quicquid in ſculptura operabantur in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ſculpebãt: vnde & opera eorum nitida Diocletiano placebant. Cúmque in monte Porphyretico cum multitudine artificum miſſi lapidem inſcinderent, Claudium bene ſequebatur ars, quia in nomine Ieſu Chriſti omnia faciebat. Simplicij autem qui Gentilis erat conuenientia non erant omnia opera, quæ faciebat. Cui C dixit Nicoſtratus. Frater quomodo ferramentum tuum confringitur? At ille. Rogo te (inquit) tempera mihi, vt non confringatur. Claudius autem accepta ferri ſculptura, benedixit ferrum in nomine domini noſtri Ieſu Chiſti, vt eſſet forte & ſanum ad faciendũ opera. Et tunc cœpit Simplicius bene & recte opera ſua facere ferramentis illis. Et miro ſtudio cœpit inquirere Simplicius, quod eſſet genus temperamenti, quia nunquam acumenta ferramẽtorum eorum frangebantur. At Sempronianus ait. Creator omnium ipſe creaturam ſuam cõfortauit. Cui Sim- D plicius. Nunquid non omnia Deus Iupiter facit? At ille ait. Blaſphemaſti. Deus enim cui confitemur, & dominus Ieſus Chriſtus & Spiritusſanctus omnia creauit. Nam quem tu Deum dicis exculpitur manibus noſtris. Cui Simplicius. Adiuro te per Deũ Solem, vt dicas mihi quis eſt ille, qui omnia creauit, in cuius nomine vos tam bene operamini. Video enim quòd neſcio quem occulte precamini. Declarate mihi hanc deprecationem veſtram, vt amicitia mea perfruamini. Cui Claudius. Fideliter tibi dicimus, vt credas in dominum noſtrum Ieſum Dei filium, & baptiſmum recipias, & [mox artem conſequeris, & E vitam æternam accipies.] At ille. Ergo (inquit) nolite tardare, vt vobiſcum ſim vnanimis in arte & in religione. Tunc duxerunt eum ad ſanctum Cyrillum epiſcopum de Antiochia adductum, cum multis aliis Chriſti confeſſoribus catenis conſtrictum, & tribus annis multis iam verberibus laceratum, vt eum baptizaret. Quo facto ad ſua opera redierunt. Videns vnus ex philoſophis, quomodo ſine ſigno crucis nihil faciebant, iratus ait. Hoc ſignum magicæ artis eſt, ad crudelitatẽ enim pertinet, & per ipſum à vobis omnia proſpere aguntur. Accuſati ergo ſunt à F philoſophis ex inuidia apud Auguſtum. At ille delectatus operibus eorum iuſſit eos facere Victorias, Cupidines, Conchas, maxime autem Aſclepium. Fecerunt autem omnia alia præter Aſclepij ſimulachrum. Propter quod accuſati à philoſophis, ab Auguſto redarguti ſunt. Cui reſpondit Claudius. Pietati tuæ ſemper Auguſte obediuimus, ſed imaginem miſerrimi hominis nunquam faciemus, quia ſcriptum eſt. Similes illis fiant qui faciunt ea &c. Ex ar-

De quatuor coronatis de quib. Ado in Mar. ex vita ipſorũ quæ in MS. codicib. extat multa colegit, & hæc ſua D. Ant.

Chriſtiani ſculptores ſine ſigno crucis nihil faciebant.

A.C. 286.

descentibus adſtantibus contra eos Diocletianus, causam eorum commiſit Lampadio. Qui cùm ſolem noluiſſent ad mandatum eius adorare, nudatos fecit eos ſcorpionibus cædi. Qui Lampadius eadem hora à dæmonio arreptus,& ſe diſcerpens expirauit. Quod intelligens Diocletianus iratus iuſſit eos in loculis plumbeis includi, & incluſos in flumen præcipitari. Quod audiens Cyrillus in carcere exiſtens ſe afflixit:& ad dominum migrauit. Poſt dies autem quadragintaduo, Nicodemus quidam Chriſtianus corpora eorum cum loculis leuauit, & in domo ſua poſuit. Poſtea Diocletianus Romam veniens, cùm omnem militiam ad ſacrificandum Aſclepio compelleret, reluctantes quatuor [a] cornicularij ictibus plumbatarum occiſi ſunt, & corpora eorum in platea canibus iactata ſunt. Sed beatus Sebaſtianus, qui erat Chriſtianus ſed occultus nocte cum Melchiade papa leuauit, & ſepeliuit in via Lauicana. Quod cùm non eodem tempore, ſed poſt duos annos eueniſſet & nomina eorum reperiri nõ poſſent, beatus Melchiades ſub nominibus ſupradictorum Claudij &c. vt anniuerſarius dies martyrij eorum celebraretur inſtituit ſcilicet ſeptimo idus Nouembris: poſtea tamen eorum nomina reuelata ſunt, [hæc ſcilicet, Suerus, Seucianus, Carpophorus & Victorinus.]

De aliis S. quatuor coronatis: coluntur 3. Nou. iam hi quam, ille.

a Cornicularius nomen officij in militia, ſicut accenſus & commentarienſis, vel ſi corniculum fuit præmium quoddam quod militibus pro re bene geſta dabatur vt colligitur ex Liuio. Cornicularius ille dici poteſt qui huiuſmodi præmio donatus erat.

b De S. Sebaſtiano Geſta hæc S. Sebaſt. ex MS. codic. exſcripta habentur apud Sur. to. 1. D. Sebaſtiani porro meminerunt Gregor. 1. Dial. cap. 10. Amb. in pſal. 118. ſer. 20. Paul. Diac. li. 6. de geſtis Longob. c. 2. Ado Vien. ann. 8.5 Sim. Metaph. tom. 5. Lipp. & alij.

Hæc S. Sebaſtiani vita in linguam Iaponicam tranſlata ſingularem animi conſtantiam addidit cuidam adoleſcenti ex illis remotiſſimis regionibus Catholicæ religionis neophyto. Cùm enim ad eum à Catholica religione auocandum dæmon ſuorum adminiſtrorum neruos omnes intenderet, & patrib. Societatis Ieſu ad eum conſolandum & confortandum omnis aditus intercluſus eſſet, dederunt illi operam, vt hæc D. Sebaſt. vita in manus, illis veniret, qua ille confirmatus mirabilem de dæmone eiuſq; aſſeclis potentiſſimis victoriam reportauit, lege litteras Iaponica P. Ludouici Froes ſexto Iunij a. 1577. ſcriptas.

§. IIII.

DE Sancto [b] Sebaſtiano cuius martyriũ eſt multum celebre, & hiſtoria notabilis. Hic glorioſus martyr (refert Vincen ſpecu. hiſtor. lib. 13. ex geſtis eius) cùm eſſet ciuis Mediolanenſis Diocletiano & Maximiano imperatorib. ita charus erat, vt principatum primę cohortis ei traderent, & ſuo eum conſpectui continue adſtare iuberent. Milites quoque eum vt patrem venerabantur. Chriſto autem ſedulum Deo exhibebat officium. Sed hoc ita agebat, vt ſacrilegis regibus eſſet occultum, non paſſionis timore perterritus, [nec patrimonij ſui amore conſtrictus,] ſed vt Chriſti militem ſub terreni imperij chlamyde tegens, Chriſtianorum animos quos in tormentis deficere videbat, confortaret, [& Deo redderet animas quas Diabolus conabatur auferre.

A.C. 286.

Denique poſtquam multas martyrum mentes à timore paſſionis eripuit, & ad capeſſendam coronam perpetuæ vitæ incitauit, ipſe quoque quis eſſet aperuit, quia lumen latere in tenebris non potuit.]

De S. Marco & Marcelliano.

Clariſſimis igitur viris Marco & Marcelliano geminis fratribus pro nomine Chriſti in vinculis conſtrictis, quotidie ſolatiũ exhibebat, & tam eis quàm ſeruis eorum, qui cum eis tenti erant ſalutaria fidei conſilia miniſtrabat, vt fugitiua ſæculi blandimenta contemnerent. Qui cùm non acquieſcerent immolare, & verbera carnificum patienter ferrent, capitalem iuſſi ſunt ſubire ſententiam. Pater tamen eorum Tranquillinus & mater Martia à Chromatio vrbis perfecto triginta dierum inducias impetrauerunt, vt eo interuallo ad immolandum eis perſuadere valerent. Accedentes igitur amici eorum, dicebant. Vnde vobis tam dura mens, tam ferreum pectus, quòd canitiem patris patiemini abiicere, & matri iam decrepitæ nouos partus dolores afferre? [olim quidem illa partus ſui dolores his conſolationibus ſuperabat, quod vno partu duos filios pareret, at nunc inſanabilis dolor, pœna incurabilis, incomparabilis cruciatus eſt: dum ſpes & gaudium eripitur,] vita contemnitur, gloria reſpuitur, & contemptis omnibus pietatis affectibus, mortis atrocitas appetitur. Iis talia dicentibus, mater miſeram ſe clamitans aduenit, & ſoluto crine canos ſuæ ſenectutis oſtendens, coram eis veſtem qua tegebatur ſcidit, cunctiſque flentibus, laxiſque pellibus mammillas, quas ſuxerant oſtendebat, & blandimenta eorum infantiæ exhibita memorabat. Heu me miſeram (inquiebat) luctus vndique me circumuallat, amitto filios ad mortem vltro properantes, quos ſi mihi hoſtes auferrent, per medias ſequerer acies bellatorum, ſi iudicia violenta concluderent, carcerem irrumperem moritura. Nouum hoc pereundi genus eſt, in quo carnifex rogatur vt perimat, vita optatur vt pereat, mors inuitatur, vt veniat. Talia matre proſequente pater infirmus & ſenex manibus ſeruorum adducitur, & cygneo capiti puluerem aſpergens huiuſmodi voces dabat ad cœlum. O filij mei baculus ſenectutis meæ & geminum lumen viſcerum meorum, quæ iſta repente inſania mortis vos amatores facit? Nunquam iſta iuuenibus placuit. Venite huc iuuenes, & flete ſuper iuuenes ſponte pereuntes. Accedite patres, & prohibite talia fieri ne & vos talia patiamini. Dum hæc & alia ſenior pater ageret, ecce amborum coniuges cum natis propriis, quos eorum aſpectibus offerebant, dicentes. Quibus nos ſeruituras relinquitis? quibus coniugij veſtri charitatem traditis? Heu quàm ferreum pectus, quàm impio crudelitatis genere parentes abiicitis, amicos reſpuitis, vxores & filios abdicatis, & voſipſos carnifici vltroneos exhibetis. Tunc inter vxorum lachrymas & filiorum ſuſpiria cœperunt milites Chriſti molleſcere, & animos flectere ad dolorem. Huic ſpectaculo Sanctus Sebaſtianus aderat, quem Chriſtianiſſimum occultabat militaris habitus, qui videns athletas Dei immenſo pondere certaminis fatigari, in medium eorum ſe obiiciens ait. O fortiſſimi milites Chriſti, per eximiam animi virtutem perueniſtis fortiter ad palmam, & nunc per miſera blandimenta coronam deponitis ſempiternam? Diſcat nunc per vos Chriſti militum fortitudo fide potius armari, quàm ferro. [Nolite victoriarum veſtrarum inſignia per mulierum blandimenta abiicere, & ſubiectas pedibus veſtris hoſtis deuicti ceruices ad rediuiua iterum bella laxare, cuius quamuis ſæua

Grauis piorum iuuenum probatio.

Mater filios à Chriſto conatur retrahere.

Tragici plane hic affectus mouētur.

Vxores ſuas querelas proferunt.

Vide quid vxores poſſint.

A.C. 300.

ſæua extiterit & per iniqua inſtantia, ſæuior tamen efficitur ita reperita.] Erigite igitur à terrenis affectibus tropheum veſtri certaminis. Iſti quos plorantes attenditis, gauderent vtique, ſi poſſent ſcire quod noſtis. Nam ſi ſcirent alteram eſſe vitam perpetuam, ignaram triſtitiæ, profecto vobiſcum ad illam feſtinarent pertingere, iſtam fugitiuam pro nihilo computantes quæ omnes in ſe credentes ſemper fefellit, de ſe præſumentes irriſit, atque vtinam ſolius mendacij culpa eſſet obnoxia, & non per omnia crimina ſuos cogeret currere amatores. Ipſa dat edacitatem voracibus, ebrietatẽ temulentis, naufragium pudoris adulteris, execrabilem peruerſitatem inceſtis. Ipſa admonet furem, vt rapiat, iracundum vt ſæuiat, mendacem, vt fallat: Ipſa tollit iudicibus iuſtitiam, caſtis pudicitiam, moribus diſciplinam. Et (vt maiora quæ ſuis amatoribus ingerit crimina memoremus) ſi frater aliquando fratrem, filius patrem, amicus amicum necauerit, nunquid nō iſtius vitæ præſentis amore ducti committunt? Poſtquam vero de ſpurcitia fuerit ſaginata, ſeruientes ſibi tradit filiæ ſuæ. id eſt, morti æternæ. Hæc eſt vita, quæ vos fallit, ô amici, vt amicos veſtros ad vitam euntes perpetuam, iniuſto conſilio reuocetis. Hæc vos inſtigat, ô coniuges, vt beatorum etiam martyrum mentibus per pietatis colorem impietatem ſuggeratis, etſi vobis cōſentirent vlterius pauco quidẽ vobiſcū tempore eſſe poſſent, & poſtea ſeparati & ita ſe parati vt nunquā vos inuicem niſi in perpetuis tormẽtis videretis, vbi edax flāma incredulorū animas deuorat, vbi dracones labia blaſphemantium comedunt, vbi ſerpentes morſibus ſuis incredulorum pectora depaſcunt, vbi vlulatus & gemitus ſonat, quæ clamor confuſus & incendij ardor extorquet. Hæc autem tribulatio nullo fine concluditur, ſed ad recidiua ſupplicia qui fuerit ita aduſtus reparatur. Hanc igitur & iſtos euadere permittite, & voſipſos eripere cogitate. Nolite igitur timere, non enim ſeparantur à vobis: ſed vadunt in cœlum vobis præparare ſidereas manſiones, in quibus cum eis in perpetuum gaudeatis, vbi non impediuntur occupatione deliciæ, vbi nulla ſolicitudine ſecuritas conturbatur, luctus & gemitus nūquam auditur, fœdum vel deforme nunquam videtur, & omni formoſitate & elegantia ſine intermiſſione patentes oculi perfruuntur, hymnorum organa iugiter ſonant, quæ ad laudem Dei & ab Angelis & ab Archangelis decantātur. Ibi odor per delectationem, per cuncta membra diffunditur, & refectio milliflua guſtu ſuſcipitur [vniuſcuiuſque palatum pro ſuo deſiderio afficiens: móxque ſuis omnibus perfruetur anima, cunctis illi ad ea obſequentibus, & delectationibus omnibus paratiſſimus ſeruiet affectus.] Vnde ſi in hac mortali vita quis contra concupiſcentias ſuas pugnauerit, quaſi qui hic eas expenderit, illic eas integras creatore ſuo conſequetur. Nolite ergo ô amici, ô parentes, ô coniuges, à vita ad mortem quos diligitis reuocare. Præſens dolor aut leuis eſt, & tolerabiliter ſuſtineri poteſt, aut grauis & cito finem affert. Dolor vero futurus & nunquā finiendus aggreditur & acrius cōtinuatur [& terminus ſæuiendi nullus, nullus omnino finis occurrit, ſed habẽs ſecū vniuerſa ſuppliciorum genera ſubinde renouatur vt ſæuiat, augmentatur vt exurat, inflammatur, vt durius excruciet.] Hæc & alia beato Sebaſtiano perorante ſubitò per vnam fere horam ſplendore nimio de cœlo veniente illuminati ſunt, & ſub ipſo quoque ſplendore iuuenis apparuit pallio candidiſ-

Vitæ amor cauſa omnium peccatorum.

Beatitudinis cœleſtis adumbratio.

Omnes cupiditates noſtras, ſi hic eas expugnemus, in altera vita conſequemur.

A ſimo indutus iuxta eum dans ei pacem & dicens, tu ſemper mecum eris. Gerebantur autem hæc in domo cuiuſdam Nicoſtrati cuius vxor nomine Zoe, ex nimietate infirmitatis ante ſex annos loquelam amiſerat, & muta erat. Hæc cùm tanti miraculi ſtupore teneretur, annuebat manu omnib. qui aderant, quod lingua nō poterat, quòd ſcilicet roprobrandi eſſent, qui tantæ aſſertioni viri ſancti non crederant. Sanctus autem Sebaſtianus videns illam rectè explicare non poſſe, quod ſentiebat, ait. Si verè Chriſti ſeruus ſum, & ſi vera ſunt omnia quæ ex ore meo hæc mulier audiuit & credidit, iubeat Dominus Ieſus ad eam redire officium labiorum. Tunc exclamans mulier ait. Beatus es tu & benedictus ſermo oris tui. Et beati qui credunt per te. Ego enim vidi oculis meis Angelum de cœlo venientem, & librum ante te tenentem, ex cuius lectione vniuerſa ſermonis tui ratio decurrebat. Hæc videns Nicoſtratus procidens ad genua eius veniam precabatur, eo quòd iuſſu imperatoris ſanctos Marcum & Marcellianum teneret in vinculis. Et ſolutis eis genua eorum amplexans rogabat eos habere liberos, dicens. O quàm fœlix eſſem ſi pro ſalute veſtra poſſem mereri conſtringi. Quibus illi. Si tu fidei gloriam, quam nunquam habueras accepiſti, quomodo nos qui ab infantia hanc ſuſcepimus relinquentes, paſſionis noſtræ tibi calicem dabimus quem tibi nos propinare poſſumus dare non poſſumus damus? Cùm autem hæc audientes omnes pariter fletibus pœnitentiam oſtenderent, Marcus ait. Diſcite parentes ſancti, quia hæc tota Diaboli calliditas eſt à ſuppliciis corpus eripere, & animam vitiis ſubiugare. Sed qua ratione mori timeant, qui ſciunt hanc hominis eſſe naturam non pœnam? Quantos huius falſæ vitæ amatores ruina grauis oppreſſit? fulmen incendit? naufragium perdidit? gladius peremit, & iſtam miſeri cum doloribus emittentes veram illam penitus inuenire non poſſunt? Tunc Nicoſtratus cū vxore ſua petiit myſterium Chriſtianæ religionis ſibi tradi. Congregatis autem omnibus vicinis in domo ipſius Nicoſtrati, beatus Sebaſtianus hortatus eſt eos ad fidem ſuſcipiendam. Quos conuerſos Polycarpus presbyter vocatus baptizauit. Claudius quoque commentarienſis duos filios ſuos adduci faciens, quorum vnus hydropicus, alter vlceroſus, baptizari eos fecit, qui mox ſanati ſunt, ſed & alij numero ſexaginta quatuor baptizati ſunt. Tranquillinus quoq; pater Marci & Marcelliani baptizatus à podagra manuum, & pedum liberatus eſt. Chromatius autem vrbis præfectus cùm audiſſet Tranquillinum perfectè ſanatum, quia & ipſe grauiſſimo morbo laborabat, rogauit eū vt ad ſe duceret eum qui eum ſanauerat. Accedentes ergo ad eum Sebaſtianus & Polycarpus ei dixerunt, ꝙ ſi ſanitatẽ recipere cupiebat, oportebat eū prius idola abnegare, & cōfringendi ipſa ipſis poteſtatem tradere. Cui cùm Chromatius diceret quòd ſerui ſui hoc fecerant, dixit Sebaſtianus. Timidi ſerui tui hoc facere formidarent, & diabolus hac occaſione ſi eos læderet, dicerent infideles ideo percuſſos quia Deos ſuos confringere voluiſſent. Accincti ergo Polycarpus & Sebaſtianus de licentia Chromatij plus quàm ducenta idola confregerunt. Et cùm Chromatius ſanitatem non recepiſſet, dixit ei Sebaſtianus. Cùm ſanitatem non receperis, certum eſt, quia aut infœlicitatem non ex toto abdicaſti, aut idola aliqua reſeruaſti. Qui indicauit & ſe habere thalamum in quo erat diſciplina ſtellarum pro quo pater eius plus quàm ducenta pondera auri expendiſſet,

A.C. 300.

Zoe Nicoſtrati vxor in Chriſtū credit.

Fallacia huius vitæ.

A. C. 300.

diſſer, per quam omnia futura præuidebat. Cui Sebaſtianus. Quamdiu hoc integrum habebis, teipſum integrum non habebis. Cúmq; [Chromatius huius huius rei cauſam quæreret, Polycarpus reſpondit illic ſignati ſunt, quorum conſiderandorũ ars inimica eſt Deo, cuius artis fallacis conſultor atque conciliator, diuinæ veritatis remedia nulla conſequitur, hæc enim qui non ita recuſant, vt non ſolum ipſi ea non audiant, verum etiam nec illos amicos habere velint qui his nugis ſuum occupant pectus, Chriſtiani non ſunt. Omnia enim hæc vana & deceptionis miniſteria ſunt, ſimilitudo quædam veritatis in eis eſt non ipſa veritas. Cúmque hæc & multa alia aduerſus Mathematicos diſſereret Polycarpus, & Chromatius illi iamiam] aſſentiret, dixit Tyburtius filius eius iuuenis egregius. Non permittam deſtrui tam præclarum opus, ſed ne paternæ ſanitati videar cõtrarius, ecce accẽdantur duo clibani, vt ſi deſtructo opere ſanitatẽ non fuerit cõſecutus pater meus, incendantur viui. Cui Sebaſtianus. Ita fiat ſicut locutus es. Cùm ergo deſtrueretur opus illud, Chromatius apparente ſibi Angelo ſanatus eſt. Quo facto ipſe & filius eius Tyburtius & mille quadringenti viri de domo eius baptizati ſunt. Abſoluit autem Chromatius ſeruos baptizatos à iugo ſeruitutis, dicens. Qui Deum patrem habent, ſeruos hominum eſſe non decet.

Chriſtiani ſerui eſſe nõ debẽt.

§. V.

Caius Põt. max. docet quid ſit faciendum.

CVM autem Chriſtianorum eſſet immanis perſecutio, conſilio Caij papæ habito Chromatius omnes Chriſtianos in domo ſua latenter recipiebat & fouebat. Venit ergo Caius papa in domum illam & ait omnibus. Dominus Ieſus præſcius fragilitatis humanæ, duos in ſe credentium conſtituit gradus ſcilicet confeſſionis & martyrij. Si qui ergo ſe pondus martyrij poſſe ferre deſperant, confeſſionis gloriam teneant, & cum filiis noſtris Chromatio & Tiburtio pergant, mecum autem qui volunt in hac vrbe remaneant. Non enim terrarum ſpatia diuidũt quos Chriſti charitas nectit. Tunc exclamat Tiburtius. Obſecro te pater & epiſcoporum epiſcope ne permittas me terga perſequentibus dare. Mihi enim valde iucundum eſt mortem pro vita æterna ſubire. Sanctus vero Caius congaudens fidei eius fleuit. Remanſerunt ergo cum eo in vrbe Marcellianus & Marcus & horum pater Tranquillinus, & Sebaſtianus & Tiburtius. Nicoſtratus quoque cum coniuge ſua Zoe, & cum fratre ſuo Caſtorio, & Claudius cum fratre ſuo Victorino, & filio Symphoriano. Horum conſtituit Caius papa Marcum & Marcellianũ diaconos, Tranquillinum presbyterum, Sebaſtianum vero Eccleſiæ defenſorem, cæteros autem ſubdiaconos. Morabantur autem omnes apud Caſtulum quemdam Chriſtianum [a] Zetarium palatij latenter, die noctúque fletibus & ieiuniis orantes Deum, vt digni haberẽtur confeſſionis ſuæ tolerantia ſanctorum martyrũ numero ſociari. Et multi infirmi precibus eorum ſanabantur, cæci illuminabantur, dæmones effugabantur. Tranſiens autem Tiburtius oc-

Credentiũ duo ordines.

Pon. max. eſt epiſcoporũ epiſcopus, idque tertio Chriſti ſęculo.

Caius Pontifex plurimos ſacris ordinibus honorat.

a Zeta nomen ea ætate Romæ vſitatũ, ſunt qui interpretantur bibliothecam, vnde Zetarius erit bibliothecarius, alij locum vnius tantum lecti capacem, cum duabus ſellis qui obductis velis vſ[...] adicitur cubiculo nunc adiungitur, ſic Zetarius erit talis loci præpoſitus.

A currit homini, qui de alto lapſus totus confractus erat: quẽ quaſi mortuum oratione dominica ſuper eum fuſa ſanitati reſtituit, & parentes eius edocens ad Chriſtum conuertit. Zoe autem cùm ad confeſſionem beati Petri oraret & à paganis tenta compellebatur à iudice thus ſtatuæ Martis incendere, & illa reſpõdit, mulierẽ Marti compellis ſacrificare, vt oſtendas Martem veſtrum mulieribus delectari. Sed ille impudiciſſimæ Veneri potuit pudorem eripere, mihi vero trophæum fidei in fronte portanti non poterit præualere. Miſſa autem in carcerem ſex diebus ibi manſit ſine cibo & potu. Et cùm perſeuera- B ret in confeſſione fidei iuſſa eſt à collo & capillis in arborem altam ſuſpendi, & ſubter eam fumum ex ſterquilinio exhiberi, quæ emiſit ſpiritum. Corpus autem eius, ne veneraretur à Chriſtianis, ſaxo alligatum in Tiberim proiecerunt. Apparuit autem in ſomnis beato Sebaſtiano, indicans ei ſuum martyrium. Quod cùm narraſſet Tranquillino, ait ipſe, Fœminæ nos præcedunt ad coronam, vt quid viuimus? Octaua autem die cùm oraret ad confeſſionem beati Pauli, lapidatus eſt à Gentilibus, & corpus eius in Tiberim iactatum. Nicoſtratus vero & Claudius cum Caſtorio & Victorino & Symphoriano, C cùm corpora ſanctorum prædictorum requirerent per littora Tyberina, tenti ſunt, & ad Fabianum iudicem adducti. Qui cùm per viginti dies minis & blanditiis in nullo poſſet eos flectere à propoſito fidei, nunciauit imperatori, & cùm tormentis non acquieſcerent idolis immolare, iuſſit eos in medium mare præcipites dari.

A. C. 300.

Zoe ad confeſſionem, id eſt in loco paſſionis D. Petri orat. colitur

Zoe pro Chriſto moritur: colitur 5. Iul.

Tranquillinus moritur pro Chriſto 6. Iul. colitur.

Claudius, Caſtorius, Victorin⁹ Symphorianus & Nicoſtratus martyres: coluntur 7. Iul.

Interea Torquatus quidam Apoſtata, Sancto Caio epiſcopo vrbis callide ſe ſimulata fide ſociauit. Qui cùm à beato Tyburtio viro ſcholaſtico, nobili, & ſancto frequenter argueretur, quòd capillos arte componeret, quòd aſsidue ludendo pranderet, quòd D fœminarum aſpectibus libenter ſe donaret, & quod à ieiuniis & orationibus & vigiliis fratrum abſtinerer, ſimulauit ſe monita æquanimiter accipere. Et arte egit quatenus orantem ſanctum Tiburtium infideles comprehenderent, in qua comprehenſione, & ſe tenere fecit & ſimul ad ſecretarium iudicis perduci. Fabianus autem iudex ad Torquatum ait, Ignoras quid iuſſerunt inuictiſsimi principes, vt qui non ſacrificarent idolis diuerſis ſuppliciis macerentur? Qui reſpondit. Hic magiſter meus ſcilicet Tiburtius, ſemper me docuit, quod hunc video facere, neceſſe eſt, vt faciam. Tunc Fabianus ad Tibur- E tium conuerſus ait. Quid ad iſta reſpondes? Cui ait Tiburtius: diu eſt quod Torquatus Chriſtianum ſe eſſe mẽtitus eſt. [Reuera vir illuſtriſſime, hoc Chriſtianum nomen diuinæ virtutis eſt, ſectatorum videlicet Chriſti, qui verè philoſophati ſunt, qui ad obterendas libidines fortiter dimicarunt.] Credis ne Chriſtianum eſſe, qui lenocinio in ſe moliendo capitis fimbrias dilatat, qui tonſorem diligit, qui ſcapulis molliter geſtit, qui fluxum greſſuum improbo niſu diſtendit, qui viros negligenter, libenter fœminas intuetur? Nunquid tales ſeruos Chriſtus habere dignatur? At hic qualis ſemper fuerit, nunc euidenter oſtendit. F Reprehendebam in eo edacitatem & vini potationem, ac ſepultam diuini nominis ſanctitatem, & manducabat, bibebat, & euomebat, & nunc Chriſtianos accuſat, inermen iudicem incitat, nolenti gladium porrigit, & vt dæmoniis ceruices noſtras inclinemus hortatur. Accingere nunc ô crudeliſſime, vtere carnificis officio, vendica tibi & ipſius iudicis vocem, applica eculeos,

ſuſpende

Torquatus homo peruerſus. Chriſtiani veri à quibus moribus abhorrebãt.

Chriſtiani nomen quib. conueniat & non.

A.C. 300.

ſuſpēde Chriſtianos,damna,percute,incende. Omnis nobis vilis eſt pœna,vbi pura comes eſt conſcientia. Ad quem Fabianus. Reſtitue te generi tuo,& hoc eſto quod natura dictauit. Nobilis enim natus ad rantam deuolutus es fœcem, vt poſſis ſupplicium ſimul,& infamiā ſubire,ac mortem. Cui Tiburtius. O imprudētiſſimum virorum, quia meretricem Venerem,& inceſtiſſimum Iouem, & Mercurium fallacem,& Saturnum filiorum occiſorem colere nolo infamiam generoſitatis incurro,& quia vnum & verum Deum qui in cœlis regnat, adoro & veneror, mihi ſupplicia minatur. Tunc Fabianus iuſſit afferri prunas ardentes ante pedes eius dicens ei. Elige tibi vnū è duob. aut thura in hos carbones eiice (ſcilicet in venerationem Deorum) aut nudis plantis ſuper hos carbones viuos incende. Qui facto ſigno crucis ſtatim ſuper prunas ardentes ingreſſus eſt lætanter. Dixitque Fabiano. Diſce quem confitemur Chriſtum Deū eſſe,& ipſum creaturis dominari. Videtur mihi, quòd ſuper roſeos flores incedam in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui Fabianus. Quis ignorat vos artem magicam Chriſtum docuiſſe? At Tiburtius. Obmuteſce, & noli auribus meis hanc iniuriam facere vt audiam mellifluum nomen & ſanctum lacerari. Iratus autem Fabianus iuſſit eum in viā Lauicanam duci, qui illuc ductus vno gladij ictu abſceſſit: vbi Chriſtus multa beneficia plurimis præſtitit. Poſt hæc egit Torquatus, vt Caſtulus ſanctorum hoſpes teneretur. Qui in confeſſione domini Ieſu perſeuerans, iuſſus eſt mitti in foueam profundam, & maſſam arenæ ſuper eum iactari. Sicq; cum palma martyrij migrauit ad Chriſtum. Poſt hæc Marcus & Marcellianus rēti ſunt,& ambo ligati ad ſtipitem clauos acutiſſimos in pedibus acceperunt. Quibus Fabianus ait. Tamdiu fixis plantis ſtabitis, donec officium debitum Diis reddatis. Qui in ligno confixi pſallebant inuicem dicentes. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Nunquam ſic bene epulati ſumus, vtinam ſic manere nos permittas quamdiu regemur huius corporis indumento. Cúmque vna die & nocte permanſiſſent in laudibus & hymnis iudex mandauit latera eorum lanceis perforari, ex quo ad regna ſyderea migrauerunt. His expletis præfectus ſuggeſſit Diocletiano de Sancto Sebaſtiano, quem imperator ad ſe vocans ait. Ego inter primos palatij mei ſemper te habui, & contra ſalutem meam hactenus in Deorum iniuriam latuiſti. Qui dixit pro ſalute tua ſemper deū colui & pro ſtatu vrbis Romanæ deum qui in cælis eſt adoraui, conſiderans lapidibus auxilium quærere inſani capitis eſſe & vani. Iratus Diocletianus iuſſit eum in medium campi adductum ligari, & quaſi ſignum ad ſagittam à militibus ſagittis figi. Tunc milites iuſſa implentes, ita vndique impleuerunt ſagittis vt quaſi heritius, ita eſſet ſagittarum ictibus hirſutus,& exiſtimantes eum mortuum abierunt. Tunc relicta vxor Caſtuli Zetarij nomine Irene abiit, vt nocte corpus eius tolleret & ſepeliret. Et inueniens eum viuentem adduxit eum in domum ſuam,& intra paucos dies integram in omnibus membris recuperauit ſanitatem. Cúmque omnes Chriſtiani ad eum conuenirent, hortabantur eum diſcedere. Ipſe autem oratione facta deſcendit ad palatium & ſtans ſuper gradus Heliogabali, venientibus imperatoribus, ait, Iniquiſſimis ſurreptionibus animos imperij veſtri templorum pontifices obſident, ſuggerentes de Chriſtianis falſa commenta, dicentes eos reipublicæ aduerſarios, quorum

Tiburtius facto ſigno crucis ſuper prunas ardentes nudis plātis incedit.

Colitur 11. Aug. Caſtulus moritur 26. Martij.

Pſal. 132.

Marcus & Marcellianus pro Chriſto mortui coluntur 18. Iul.

Sebaſtianus imperatori ſiſtitur.

A precibus ipſa reſpublica melioratur & creſcit. Cúmque talia loqueretur, ait Diocletianus. Nonne iſte eſt Sebaſtianus, quem ſagittis interfici mandauimus? At ille. Ad hoc me (inquit) dominus Ieſus Chriſtus ſuſcitare dignatus eſt, vt conueniam vos & conteſter coram omni populo iniuſto iudicio veſtram perſecutionem in Chriſti famulos ebullire. Tunc iuſſit eum in hippodromium palatij duci, & tamdiu fuſtigari quouſque ſpiritum exhalaret. Et nocte corpus eius in cloacam proiecerunt dicentes. Ne forte Chriſtiani eum ſibi martyrem faciant. At ſanctus Sebaſtianus apparuit in ſomnis beatæ Lucinæ, docens locum corporis ſui. B Et quia in vnco pendebat, nil ſordis tetigerat, vt inde leuans in Catacumbis ſepeliret. Quod & fecit.

A.C. 300.

Sebaſtianus imperatores increpat.

Colitur magna omnium celebritate 20. Ianua.

§. VI.

DE Sancto[a] Eraſmo epiſcopo Antiocheno narrat Vincen. in ſpecu. hiſto. lib. 13. ex geſtis eius, quòd cùm decretum in Antiochia ſupra Chriſtianos à Diocletiano proceſsiſſet, vt quicunque non ſacrificaret idolis diuerſis ſuppliciis interiret, hæc C audiens Eraſmus epiſcopus heremum petiit, in qua per ſeptem annos habitauit orationi & contemplationi vacans, ſignis & virtutibus coruſcans, eique eſcam dominus miniſtrabat per coruum, diuerſæ etiam feræ omni ferocitate depoſita ſeſe ei manſuetas exhibebant, ſuo modo venerantes eum. Angelico quoque ſępe conſolabatur alloquio. Quadam autem die vox de cœlo facta eſt ad eum dicens, vt ad ciuitatem deſcenderet. Quod cùm feciſſet multos à dæmonibus vexatos liberauit, complures docendo ad Chriſtum conuertit. Hæc audiens Diocletianus tunc in illis partibus degens, iuſsit eum ſibi D præſentari,& ab eo interrogatus de profeſsione ſua cùm ſe Chriſtianum aſſereret, nec idolis ſacrificare iuſſus acquieſceret, fecit plumbo latera eius cædi, deinde fuſtib. grauiter verberari, ſed nihil ei nocuit. Poſtea reſina, pice, ſulphure ſimul cum cera perfuſus illæſus apparuit. Tunc vniuerſa plebs Antiochenorum exclamauit. Dimitte nobis iuſtum hominem ciuitatis epiſcopum, quia Deus Chriſtianorum operatur in illo. Cùm autem hæc fierent, ecce terræmotus factus eſt magnus, tonitrua quoque & coruſcationes ferè per tres horas, ita vt ciuitas tota perire putaretur. Imperator autem tanto fragore perculE ſus abſceſsit & tandē reuocans populum dixit. Seductor iſte Deos noſtros blaſphemauit, & ideo talis conturbatio accidit. Præcepit itaque eum in carcerem trudi,& ceruicem, manus,& pedes catenis alligari,& magna cuſtodia ſeruari: prohibens ſub maxima pœna, ne quid cibi vel potus ei à quocunque miniſtraretur, proprio annulo carcerem ſignans. Et circa mediam noctem ſancto ad dominum in oratione clamante, lux immenſa emicuit, & odor eximius fragrauit, omniáq; vincula diſſoluta ſunt. Cúmque dominum in carcere collaudaret, Angelus Domini ei apparens ait. Surge Eraſme ſequere me, & F veni mecum in Italiam, magnúmque populum ibi

S. Eraſmus cruciatur.

a De Sancto Eraſmo Antiocheno. De quo Ado & Vſuardus. Quamuis autem Vſuardus duos Eraſmos faciat & vnum quidem Alexandrinum quem 25. Nouemb. ponit, alterum Campanum quem 2. Iun. celebrat Eccleſia: vni tamen hæc conueniunt omnia, ei ſcilicet qui hoc loco ponitur.

domino

A. C. 300.

A domino acquires. Sícque de carcere clauſo eductus ad Lucrinam ciuitatem peruenit. Cùm autem imperator eum iuberet ſibi præſentari, non inuento eo confuſus remanſit. Populus autem qui expectabat eum ad cruciatus vocatum, cùm non videret eum clamabat vt redderet eis patrem ſuum, qui eis dici fecit ab Angelis raptum in cœlis fuiſſe. Cùm autem Sanctus Eraſmus ductu Angeli ad vrbem Lucrinam applicuiſſet, tam doctrina quàm ſignis & virtutibus confirmabat populum, & ad fidem Chriſti conuertebat. Quadam vero die obuium habens filium cuiuſdã nobilis primarij ciuitatis nomine Anaſtaſium qui portabatur ad ſepulturam, oratione fuſa eum à mortuis ſuſcitauit. Qui iuuenis ſuſcitatus clamare cœpit. Verè magnus eſt Deus Chriſtianorum, qui per famulum ſuum me ſuſcitauit. Verſúſque ad patrem ait. Pater nunc vſque errauimus, nam Deos, quos colebamus vidi in inferno torqueri incendiis gehennalibus. His auditis credidit Anaſtaſius ac domus eius tota ac populus, baptizatíque ſunt quadraginta millia hominũ ſtatuis & idolis diſruptis. Maximianus in illis partibus exiſtens cùm hæc audiſſet, eum ſibi præſentari mandauit, interrogánſque eum cuius religionis eſſet, illum tacentem & oculos ad cœlum eleuatos habentem iuſſit tyrannus alapis percuti dicens. Conſule ſaluti tuæ, & Diis noſtris ſacrifica. Ipſe autem ait. Quibus Diis? Qui reſpondit. Ioui inuictiſſimo. Et induxit eum in templum vbi erat ſtatua eius: ſigno autem crucis facto contra ſtatuam, redacta eſt in puluerem. Exiuitque draco exinde & flatu inficiens plures occidit. Sed iuſſu ſancti ſtatim diſceſſit. Quod videns populus clamabat. Magnus eſt Deus Chriſtianorum, & multi crediderunt in eum. Indignabatur Sathanas cum ſuis, fremitúſque & colliſiones perualidæ quaſi pugnantium contra ſe caſtrorum audiebantur in aëre. Econtrario ſanctis Angelis gaudium erat, ita vt audirentur voces iubilantium, & dicentium. Gloria in altiſſimis Deo. Maximianus autem ad Chriſtum per eum conuerſos occidi fecit, & quandam tunicam ferream ignitam ad ſtaturam corporis eius Eraſmo circundari fecit. Qui lætus & alacer induens eam ait. Tranſiuimus per ignem & aquam, nunc educet me Deus in refrigerium. Et frigida facta eſt tunica illa vt nullam maculam combuſtionis illi inferret. Qui mox imperatori gratulabunda voce inſultans, ait. Ecce comprobaſti ſtultiſſime hominum, quia virtus Chriſti imperauit flammis & ignibus, & Deos tuos lapideos inualidos reddidit. Tunc imperator iubet ſartaginẽ igniri, plũbúmq;, picem, reſinã, ceram oleúmq; in eam pariter liquari, & Chriſti athletam in eam mergi. In eam ergo immiſſus ait, Hæc olla mihi refrigeriũ præſtat in nomine domini Ieſu Chriſti. Illæſúſque in ea diu perſtitit, ſed exiliens quædam ex vndoſa ſartagine ſcintillatio Maximianum cominus ſtantem petit, & ita afflixit vt vociferaretur dicens. Ardeo, ardeo virorũ optime Eraſme ora pro me. Cui Eraſmus. Quid eſt imperator? Ecce dominus meus Ieſus Chriſtus, cui omnis creatura deſeruit, machinamenta tua diſſoluit, & dolor quem mihi paraueras in caput tuum recidit. Animaduerte quomodo cũ ardorib. ſempiternis habitare poteris, ſi temporaneum igniculum ſufferre nõ valuiſti. Patientiam tamen domini noſtri Ieſu Chriſti qui malum pro malo reddere prohibet nos imitantes, iubemus vt à dolore liber exiſtas. Et ſubitò ceſſauit afflictio illa. Sed miſer ille Maximianus exiſtimans ſibi artibus magicis factam læſionem illam, mandauit eum ad carcerem reduci intendens die ſequenti nouis ſuppliciis eum diſcerpere. Nocte autem illa apparuit ei Angelus domini, & diſſoluto omni vinculo excitatum eduxit eum de carcere, & perduxit eundem ad littus vſque maris, vbi ipſe reperta nauicula delatus eſt prouiſione diuina in Campaniæ ciuitatem Formianam. Cùm autem Maximianus educi de carcere ſanctum ad tormenta iuberet, & inuentus non fuiſſet, ridens ait. Magnos cruciatus pertulit Eraſmus, ſed dum fugæ conſuluit, maiores euaſit. Sancto igitur quomodo applicuerat reſidente quadam die cùm oraret vox de cœlo ad eum facta eſt Eraſme ſerue bone & fidelis qui bonum certamen certaſti, & mihi fructum maximum acquiſiſti, intra in gaudium domini tui. Et videns Eraſmus coronam rutilantem ſibi deſuper allabi, inclinato capite ait. Domine ſuſcipe in pace ſpiritum meum. Sicque animam ſuam, quæ niue candidior viſa eſt cœlorum alta penetrare, angelico ductu creatori reddidit ſuo. Dicitur corpus eius Caietæ quieſcere & caput eius oſtenditur.

Margin notes, left column: Eraſmus in Italiam Angeli ductu venit. — Mortuum ſuſcitat. — Grauiter torquetur. — Luc. 2. — Pſal. 65. — Rom. 12. — Margin letters: B, C, D, E, F.

Margin notes, right column: A. C. 302. — Mat. 25. — Eraſmus animam Chriſto reddit.

§. VII.

C TEMPORIBVS illis vt refert Vincen. in ſpe. hiſtor. lib. 13. ex geſtis eius, Romæ erat quædam mulier nobilis nomine Aglae filia Achatij quondam proconſulis. Hæc habebat ſub ſe multos procuratores, quia diues erat valde, ſed vnum ſuper omnes Bonifacium nomine, adulterum, qui etiã cum ea commiſcebatur carnaliter viro deſtituta. Tandem poſt aliquod tempus hæc compuncta per Dei gratiam vocato Bonifacio ait. Frater ſcis quantis peccatis obuoluti ſumus, non exiſtimantes quia Deo adſiſtere debeamus, de malis quæ geſſimus rationẽ reddituri. Audiui autem à Chriſtianis, quòd ſi quis adminiſtrauerit ſanctis, qui agonizantur pro Chriſto, conſors eorum fiet in die iudicij. Perge igitur ad partes D orientis, vbi illi agonizantur pro Chriſto, & affer nobis reliquias martyrum, ſi quo modo eis adminiſtrãtes & oratorias domos eis facientes, per ſanctas eorum paſſiones ſaluemur tam nos quàm multi alij. Cui Bonifacius acquieſcens accepit ad comparandum corpora ſanctorum & adminiſtrationem egenorum duodecim equites. Et egrediens dixit dominę ſuæ Aglaæ. Si inuenero ad comparandum corpora martyrũ, afferam mecũ: ſi vero corpus meũ cõtingat pro Chriſti fide excruciari, & venerit in nomine E martyris, ſuſcipies illud. At illa exiſtimans ſolatioſe illum loqui ait. Abiice abs te ebrietatem & ſtultiloquium, & perge vt deuotus. Quare ſic loqueris qui ſanctorum corpora portare habebis? Pergens ergo Bonifacius cogitauit, vt quia corpora ſanctorum inde portare haberet, à carnibus & vino abſtinere deberet. Peruenit ergo ad ciuitatem Tharſum, & percipiens quòd athletæ Chriſti agonizabantur, dixit ad eos quos ſecum adduxerat. Euntes requirite nobis hoſpitium, & ego vado videre eos, quos valde deſidero. Pergens ergo ad ſtadium, vidit martyres in tormentis poſitos, vnum ſuſpenſum à capite deorſum, & diutiſsime maceratum, & ignem ſubtus eum F ſtratum, alium inter ligna quatuor extentum & grauiſsime tortum, alium vngulis laceratum, alium ſtipitem in collo eius infixum, & à terra exaltatũ, alium retro manus & pedes habentem fuſtibus à miniſtris cæſum. Accedénſq; cœpit oſculari eos, & voce magna clamare: Magnus Deus Chriſtianorum, magnus Deus ſanctorũ martyrũ. Obſecro vos famuli Chriſti orate pro me, vt & ego merear conſors veſter inueniri,

Margin notes: De S. Bonifacio Martyre, cuius hiſtoriam ex Metaphr. habes apud Sur. to. 3. quæ his cõſentit geſtis. — S. Bonifacius ad inquirenda ſanctorũ corpora pergit.

A.C. 300. uenire, ſedénſque ad pedes martyrum amplexabatur vincula eorum, & oſculabatur ad patientiam exhortans. Quem intuens Simplicius iudex ait. Quis eſt iſte qui in contemptum deorum & mei hæc gerit? Adducique iuſſus ante tribunal eius, cùm interrogatus cõditionem, Chriſtianum libere ſe eſſe fateretur, & idolis immolare recuſaret, tyránus fecit eum ſuſpedi, & vngulis ferreis vſque ad oſſa diutius radi, qui tacens oculos ad martyres habebat. Exinde iuſsit calamos acui & ſub vngulis manuum infigi. Poſtea præcepit plumbum liquefactum in os eius immitti, Qui lętanter omnia ferens, oculos ad cœlum leuans clamauit ad martyres vt pro ſe orarent. Nihilq; inde læſionis recepit. Quod turba reſpiciens cùm lachrymis clamabat. Magnus deus Chriſtianorum. Chriſte filij Dei ſalua nos. Timénſq; iudex tumultũ abſceſsit. Sequenti die diluculo in ollam feruentem pice plenam caput eius immergi imperauit. Angelus autem domini deſcendens ollá tetigit, cuius materia ſparſa multos occidit, ſanctum autem in nullo contriſtauit, vel ei moleſtiam intulit. Demum eum decapitari mandauit. Quod cùm fieret terræmotus factus eſt magnus, vnde omnes clamauerunt. Magnus eſt Deus Chriſtianorum. Conſerui autem Bonifacij requirebant eum, & non inuenientes dicebant inter ſe. Modo in adulterio eſt vel in taberna epulatur. Cúmque quærendo obuiaſſent vni ex officialibus interrogabant eum an vidiſſet quemdam peregrinum Romanum. Qui reſpõdit. Heri peregrinus quidam pro Chriſto capite plexus eſt, & adhuc ibi iacet corpus eius. At illi. Quem requirimus non martyr, ſed vir ebrioſus & adulter eſt. Secuti ſunt tamen officialem ad locum, & recognoſcentes Bonifacij caput & corpus, lachrymati ſunt dicẽtes. Ne memineris peccati noſtri famule Dei, quia tanta locuti ſumus contra te. Emerúntque corpus illud ab officialibus quingentis ſolidis, & cõdientes aromatibus ac linteaminibus inuoluentes reuertebantur ad vrbem portantes illud. Angelus autem domini apparuit Aglaæ dicens. Quem habuiſti ſeruum, nunc recipe vt dominum, per eius enim interuentionem relaxabuntur tibi peccata omnia. Eique declarauit totum. Quæ ſurgens collectis clericis & religioſis honorifice ſuſcepit ſanctum corpus prope vrbem via Latina ædificans ei dignam Eccleſiam. Ipſa autem Aglae abrenuncians mundo, & bona ſua diſtribuens egenis, & familiam ſuam à ſeruitute liberans cum paucis puellis domino famulans, tantam gratiam à Deo promeruit, vt dæmones expelleret, & varias infirmitates curaret. Superuixitque in habitu annis tredecim, & ſic in domino obdormit.

Marginalia: Pro Chriſto torquetur. — Capite plectitur. — Colitur 14. Maij. — Aglaes optima cõuerſatio.

§. VIII.

TEMPORE quoque Maximiani erat ſenator quidam Eleuſius ipſius imperatoris amicus, vt refert Vincen. in ſpecu. hiſt. lib. 13. Ex geſtis ſanctæ Iulianæ. Hic deſponſare ſibi volebat puellam nobilem Iulianam nomine filiam Aphricani, qui & ipſe Chriſtianorum perſecutor erat. Iuliana vero virtute pleniſſima, rationabili conſilio creatorem Deum colebat verum, & quotidie pergens ad Eccleſias orationibus inſiſtebat. Cúmque Eleuſius nuptiarum ſolennitatem impleri optaret, dixit illa nũciis. Euntes dicite illi. Si credideris in Deum meum, accipiam te maritum, quod ſi nolueris, nunquam mihi dominaberis. Quod audiens Eleuſius patri puellę nunciauit. Qui blanditiis & minis quæſiuit illam ad cõſenſum

Marginalia: De Sancta Iuliana. Cuius hanc etiã hiſtoriam ex Metap. habes apud Sur. tom. 1.

A huius inducere. Sed cùm illa recuſaſſet, aſſerens ſe paratam ad omnia ſupplicia pro nomine Chriſti, demum pater ipſam cæſam & cruciatam tradidit ſponſo ſuo Eleuſio præfecto vrbis. Qui cùm nõ poſſet ſermonibus mollioribus, & promiſſis eam ad ſuum conſenſum trahere niſi confiteretur patrem & filium & Spiritum ſanctum credendo in deum, fecit eam cædi à ſeptem militibus viciſſim ſibi ſuccedentibus, cùm eſſent feſſi, virgis. Deinde nolentem Dianæ ſacrificare per capillos ſeptem horis manere ſuſpenſam. Poſtea ære liquato totam perfundi, ſicque incendi. Et cùm nullam ex hoc læſionem recepiſſet, in carcerem truſa eſt. Ibi autem poſita orauit ad dominum pro auxilio ſibi impendendo. Finita autem oratione apparuit ei Diabolus in forma Angeli lucis, dixitque ei. Iuliana dilecta mea, præfectus tibi parat tormenta alia peſſima, & ideo cùm de carcere educta fueris accede & ſacrifica vt ſalueris. Ad hoc enim tibi miſſus ſum. Ego enim ſum Angelus Dei. Iuliana autem cum lachrymis orans ait. Domine ne permittas me perire, & ſignifica mihi quis eſt qui hæc perſuadet mihi, vt non decipiar. Quæ ſana facta à doloribus tormentorum præceptorem tenuit Diabolum qui ſibi apparuerat dicens. Quis es tu, & quis te miſit? Qui reſpondit. Ego ſum Iophiæ niger, mali oblectator, tormenti amator, homicidiis gaudens, & luxuriam ſuadens, miſſus à Beelzebub, qui totius mali eſt author. Et Iuliana ad eum. Immunde ſpiritus, quomodo præſumpſiſti te Chriſtianis applicare? Tunc manibus poſt tergum ei ligatis cum vno ex ferreis ligamentis, quibus ligata erat in terra eum proſternens percutiebat. Cúmque ille fortiter eiularet miſericordiam precans, dixit Iuliana: confitere mihi, cui homini iniuriam feciſti. Iſque reſpondit. Aliorum hominum oculos euulſi, aliorum pedes confregi, alios in ignem miſi, & huiuſmodi, & omnia mala quæ ſunt in mundo ego feci. Nemo tamen me tangere auſus eſt præter te. Cuius virginitate nihil eſt excelſus, & martyris precibus nihil fortius. Cùm autem hæc eo loquente præfectus iuſſiſſet Iulianam de carcere educi, & ſibi præſentari, illa ſecum trahebat dæmonẽ ligatum, & per forum ducens proiecit eum in ſtercoris locum. Et cùm veniſſet in prætorium, facies eius gloriam ignis oſtẽdebat. Vnde præfectus timens dixit ei. Quomodo tanta tormenta per incantationes ſuperaſti? Et illa. Dominus meus Ieſus Chriſtus me cõfortauit, te autem erubeſcere fecit, & tibi præparauit ignẽ æternum. Tunc iratus præfectus fecit rotam ferreã præparari, & acutis gladiis in ſuperficie repleri, vt ea ſuper poſita ita aptaretur, vt tota minutatim diſcerperetur. Sed Angelus domini diſſoluit machinam, vt inde ſalua euaderet. Conuerſiq; ſunt ad hoc ſpectaculum quingenti homines, qui clamantes dicebát. Et nos Iuliana eũ, quem tu colis Deũ adoramus. Pereat genus Paganorũ, & exultet genus Chriſtianorum. Fac quod vis præfecte, para ſupplicia, quia non alium Deum quàm Chriſtianorũ credimus. Quod cùm nunciaſſet præfectus imperatori, iuſſit omnes illos gladio perimi. Præcepitque ſanctam virginem in ignem mitti. Sed Angelus domini apparẽs, ignem extinxit. Deinde in ollã feruentẽ fecit immergi, quæ eſt facta velut balnei temperamentũ. Sed aqua ebulliens & egrediẽs de olla ſeptuaginta ſex homines de adſtantibus occidit. Propter quod ira inſaniens præfectus imperauit eã gladio puniri. Cùm autẽ ad locũ decollationis duceretur, clamauit dæmon qui ab ea cruciatus fuerat. Nolite ei parcere, ſed quomodo

Marginalia: A.C. 300. — S. Iuliana torquetur. — Dęmon ei apparet. — Iuliana dęmonem cædit. — Quingẽti viri credunt in Chriſtum.

A.C. 309.

digna eſt, ita reddite. Deos enim vituperat, hominibus iniuriam facit, mihi quoque in vna nocte multa mala intulit. Cúmque illa aſpiceret, vt cognoſceret, quis hoc loqueretur, clamauit Diabolus dicens. Heu me miſerum, forſitan vult me iterum retinere. Statímque obmuteſcens euanuit. Virgo autem facta oratione ſpiritum Deo tradidit incontaminatum. Ipſe vero præfectus, nauigans paulo poſt ſubmerſus eſt cum multis, & ab auibus & feris corpora eorum deuorata.

§. IX.

EODEM tempore in ciuitate Ægea paſſi ſunt Coſmas & Damianus, vt refert Vincen. in ſpe. hiſt. lib. 13. ex geſtis eorum. Hos geminos genuit mater eorum Theodora, qui à Spiritu ſancto edocti artem medicinæ, tam in hominibus quàm in iumentis omnem infirmitatem curabant, & nihil à [a] quocunque recipiebant, ſeruantes illud, Gratis accepiſtis, gratis date. Quædam autem matrona nomine Palladia diuitiis abundans cùm in medicis multa conſumpſiſſet, vt ab infirmitate ſua curaretur, nec liberari valeret, à ſanctis curata eſt, quæ obtulit quoddam munus Sancto Damiano pedibus eius ſe obuoluens & ſacramẽtis terribilib. adiurans, vt reciperet ob deuotionem. Quod & ille ſuſcepit, non cupiditate ductus, ſed ne nomen domini ob quod adiuratus fuerat contemnere videretur. Hoc percipiens Coſmas zelo Dei ductus mandauit ne corpus eius cum ipſo ſepeliretur. Sed nocte ſequẽti apparuit dominus Coſmæ fratris factum excuſans quia ob Dei reuerentiá id fecerat. Præſes autem prouinciæ illius cùm Chriſtianos perſequeretur, vſq; ad mortem, denunciati ei fuerũt Coſmas & Damianus, & de mandato eius ante ipſum præſentari. Quos cùm interrogaſſet cuius fortunę eſſent, reſpõderunt ſancti. Quid ſit fortuna neſcimus, religione autem Chriſtiani ſumus, & adhuc tres alios fratres habemus. ſ. Leontium, Euprepium & Antimum: Quos adduci fecit, & in carcerem mitti. Hi ergo ſcilicet Coſmas, & Damianus primo cùm ſacrificare diis contẽnerent, cæſi ſunt. Sed inter ipſa flagella pſallebãt dicentes. In via martyrij delectati ſumus ſicut in omnibus diuitiis. Poſthæc in mari cum aliis fratribus eorum catenati proiecti ſunt, ſed mox Angelus domini vincula eorũ diſſoluit, & ad terras incolumes poſuit. Quibus ante Lyſiá poſitis, inquit tyrannus. [Docete me maleficia veſtra & ego] in nomine Adriani ſequar vos [cõmunicans operib. veſtris. Sancti verò reſponderũt Chriſtiani ſumus maleficia neſcimus, & in nomine Chriſti maleficiorum virtutẽ contemnimus.] Quibus dictis ſubitò accedẽtes dæmones eum fortiter percutiebant in faciem, & cùm non ceſſarent, recõmendauit ſe ſanctis, vt pro eo orarent. Quod cùm feciſſent & dæmones euanuiſſent, obduratus ille ait. Quia diſponebam Deos meos deſerere, ideo irati mihi me percuſſerunt. Perſeuerantes autẽ in Chriſti confeſſione & tyrannũ de cæcitate increpátes, miſſi ſunt in ignem, vbi quaſi in refrigerio toris erant, ſed excuſſa flamma ab igne incendit plures de Gentilibus aſtantib. Deinde tyrannus iuſſit eos crucifigi, & in crucib. lapidari. At lapides Dei virtute, in eos, qui mittebant reuertentes, lapidabant. Poſt quæ imperauit eos ſagittari, ſed emiſſæ ſagittæ ad ſagittarios

Mat. 10.

Damianus cùm aliquod munus accepiſſet à fratre inſimulatur.

S. Dei viri torquẽtur ſed tormenta in auctores retorquẽtur.

a Vnde etiam à Græcis ἀνάργυροι nominantur, eo quod abſque pecunia omnibus hominibus mederentur.

A retorquebantur, multos ex illis occidentes, ſanctos autem non contingentes. Demum iuſſit Lyſias præſes ipſos cum aliis fratribus decollari, qui pariter ad cœleſtia regna peruenerunt. Chriſtiani autẽ tollẽtes corpora eorũ ad ſepeliendũ cùm hæſitarent de ſepeliẽdo ſimul eos propter illud quod Coſmas mãdauerat, ſubitò camelus veloci curſu aduenit, & humana voce allocutus eſt eos dicens: hoíes Dei, multa ſigna & beneficia per ſanctos Dei martyres percepiſtis, ſed non ſolum vos, ſed & nos iumenta quæ vobis in miniſterium ſumus deputata. Idcirco cum omnibus & ego gratias agens miſſus adueni nunciare vobis, vt B ſanctorum corpora non ſeparetis, ſed ſimul recondatis in eodem ſepulchro, quod & factum eſt. Et plura miracula poſt mortem per eos facta ſunt.

A.C. 309.

Pro Chriſto moriuntur.

Camelus loquitur.

Coluntur 26. Sept.

§. X.

DE Sancto Blaſio epiſcopo & martyre narrat Vinc. in ſpe. hiſt. lib. 13. ex geſtis eius, quòd cùm omni manſuetudine & ſanctitate polleret, Chriſtiani in Sebaſte ciuitate Cappadociæ eum epiſcopum elegerunt. Qui accepto epiſcopatu, ad vitandá rabiem perſecutionis contra fideles exortæ, intrauit C ſpeluncam cuiuſdam mõtis, ibi heremiticam vitam tenẽs, quo feræ agreſtes & ferociſſimæ ad eum conueniebant ſanæ & infirmæ, nec recedebant donec ſanitatem & benedictionem acciperent. Corui quoque alimoniam ei deferebant. Cùm autẽ præſes prouinciæ Agricolaus miſiſſet ſeruos ſuos ad venationem faciẽdam in dicto monte inuenerũt ſanctum Blaſium orantem & multitudinem beſtiarum ante eum. Quod cùm præſidi nunciaſſent, arbitratus ibi eſſe Chriſtianos abſconditos, miſit illuc milites plures ad capiendum quos inuenirent Chriſticolas. Accedẽtes ergo milites ad locum, dixerunt ei, egredere, vocat te præſes. Qui reſpondit. Bene veniſtis filij. D Nunc video, quia dominus non eſt oblitus mei. Nam & in nocte dixerat ei dominus in viſu. Surge & offer mihi ſacrificiũ, ſcilicet corporis tui per martyrium. Pergens ergo cum eis prædicabat occurrentibus in via, & multa miracula faciebat: inter cętera quædam mulier, attulit ei filium ſuum in extremis laborantem propter os piſcis tranſuerſum in gutture eius, & quod nec intra nec extra mitti valebat. Quo pro eo orante, & guttur tangente liberatus eſt.

Alia mulier vidua cùm ante eum defleret, deprecans vt reſtitueretur ſibi procus à lupo captus cùm E paupercula eſſet, ſubridens Blaſius ait illi. Noli flere reſtituetur tibi procus tuus. Quod ſecutum eſt. Nam lupus illi eum reportauit incolumem. Præſentatus demum præſidi ſalutauit eum præſes dicens. Gaude Blaſi amice Deorum. Qui reſpondit. Gaude & tu præſes, ſed ne dicas Deos ſed dæmones, quia æterno igni deputati ſunt cum iis, qui eos venerantur. Tunc iratus præſes iuſſit eum fuſtibus cædi & in carcerem mitti, Et cùm poſtea eductum de carcere & ſibi præſentatum non poſſet ad ſacrificia inclinare, imperauit eum in ligno ſuſpendi, & carnes eius ferreis pectinibus laniari. Cúmque hoc F fieret, ſeptem mulieres, quæ Chriſtianæ erant, ſanguinem qui exibat à vulneribus excipiebant ex deuotione. Quæ cùm accuſatæ de fide Chriſtiana adductæ fuiſſent ante præſidem, ipſe autem mandaſſet eas Deos ſuos adorare, dixerunt ſanctæ mulieres. Fac eos adduci ad fluuium, vt loti in eo mundius eos veneremur. Cúmque deportatæ fuiſſent ſtatuunculæ Deorum ad fluuium, ille eas

De S. Blaſio de quo Ado in martyr. & Metaph. tom. 1. Sur.

Blaſius à militib. inuentus ad præſidem adducitur.

D. Blaſius torquetur grauiter.

A.C. 300.

acceptas proiecerunt in flumen dicentes. Si dij ſunt, ſe adiuuent, ne mergantur. Audiens vero præſes iratus interrogauit, cur hoc ad decipiendum eum feciſſent. Quæ reſponderunt. Si veri Dij eſſent præſciuiſſent quæ eis facere intendebamus, & non permiſiſſent ſe in aquam mergi. Statuit autem præſes vt ſeptem loricæ ignitæ, & pectines ferrei ponerentur ante eas, & ſeptem camiſiæ mundæ, optione eis propoſita, vt aut in veneratione Deorum ſeptem camiſias illas acciperent: quælibet ſuam, aut loricis ignitis induerentur. At vna illarum ſubitò camiſias illas proiecit in ignem. Tunc præſes præcepit illas nolentes idolis immolare ſuſpendi nudas, & pectinibus ferreis laniari carnes earum. Et cùm dolores magnos ſuſtinerent, aduenientes Angeli eas confortarunt ad perſeuerantiam. Exinde depoſitas ordinauit eas in ignem mitti, qui ſtatim extinctus eſt. Demum eas decollari fecit.

Septẽ mulieres pro Chriſto interficiũtur.

Poſt hæc præſentatum ſibi Blaſium cùm immobilem in fide cerneret, fecit eum in ſtagnum mitti, ſed facto ſigno crucis ſtabat ſuper aquas, ſicut ſupra firmam petram. Dixítq; Gentilibus. Si habetis Deos, oſtendite virtutem eorum, & venite huc. At ſexaginta quinque viri miſerunt ſe in ſtagnum nomine Deorum ſuorum, qui ſtatim ſubmerſi ſunt. Deſcendens autem Angelus domini dixit ad eum. Egredere & ſuſcipe coronam tibi à domino paratam. Egredienti vero ſtagnum dixit præſes. Decreuiſti non adorare Deos? Cui ille. Non adoro dæmones. Qui mox ſententiam decapitationis in eum protulit, & facta oratione pro iis, qui deuote eius ſuffragium poſtularent, vocéque de cœlo facta ſe exauditum, intelligens capite truncatus eſt cum duobus paruulis filiis vnius illarum ſeptem mulierum quæ pro illo decollatæ ſunt. Viſæ ſunt animæ earum à corporibus exire, vt virgines de thalamo ſuo monilibus aureis refulgentes, & ad cœlos aſcendentes.

S. Blaſius pro Chriſto occumbi colitur 3. Febr.

§. XI.

De S. Dorothea de qua ex M.S. codicib. Sur to. 1. & Euſeb. li. 8. Eccl. hiſt. cap. 27.

EODEM tempore paſſa eſt apud Cæſaream Cappadociæ Sancta Dorathea ſub Fabricio præſide, vt refert Vinc. vbi ſupra ex geſtis eius. Hæc tradita fuit duabus ſororibus ſuis, quæ apoſtatauerant à fide ſcilicet Chriſtæ & Calixtæ, quæ iterum conuertit eas. Quæ propter conuerſionem ſuam miſſæ in cuppam in conſpectu eius ſuccenſæ ſunt. Poſt paſſionem autem ſororum leuatur ipſa in catafta & ait. Nunquam ſic lætata ſum in vita mea ſicut hodie. Tandem firma in fide ducta eſt ad decollandum, cui dixit Theophilus quidam ſcholaſticus irridendo. Eia tu ſponſa Chriſti mitte mihi roſas, aut mala de paradiſo ſponſi tui. Cui illa reſpondit. Plane hoc faciam. Cúmque oraſſet Dorothea, ecce puer apparuit ante eam quaſi quatuor annorum, ferens in ſportula tria mala optima & tres roſas. Cui illa. Obſecro te (inquit) vt illa Theophilo ſcholaſtico deferas [& dicas ei. Ecce quod à me petiiſti, vt tibi de ſponſi mei paradiſo tranſmitterẽ. Ipſa autem percuſſa gladio cum triumpho martyrij perrexit ad Chriſtum.] Cùm igitur Theophilus narraret promiſſionem virginis circunſtantib. irridens ecce puer ſtetit ante eum, & ait. Ecce tibi petenti mittit Dorothea virgo ſacratiſſima quod promiſit, de paradiſo ſponſi ſui. Qui accipiens ſtatim conuerſus eſt ad fidem Chriſti. Erat autem menſis Februarius quando roſæ illæ miſſæ ſunt, & totam Cappadociam glaciale frigus tenebat. Mox ergo Theophilus in eculeo ſuſpenſus & tortus dicebat. Ecce modo Chriſtianus

A factus ſum, quia in cruce ſuſpenſus ſum. Nam eculei factura ſimilitudinem crucis tenet, & tandem gladio conſummatus eſt.

A.C. 300.

§. XII.

De S. Vitali & Agricola de quibus in exhor ad virg. & Gr. Turon li. de glor. mar. c. 43.

IN Italia quoq; ciuitate Bononienſi paſſi ſunt ſancti Vitalis & Agricola. 5. Kalend. Decembris ſub Diocletiano & Maximiano imperatoribus, vt refert Vincen. vb ſupra, ex verbis Ambroſij. Huius Sancti Agricolæ Vitalis ſeruus prius fuerat, ſed poſtea conſors & collega martyrij. Igitur cum Sanctus Vitalis à perſecutoribus vt Chriſtum negaret vrgeretur, & B ille amplius Chriſtum dominum profiteretur, omnium in eum tormentorum genera exercuerunt, vt non eſſet in eius corpore locus ſine vulnere. Ille autem orabat dicens. Domine Ieſu Chriſte iube ſuſcipi ſpiritum meum, quia iam deſidero coronam accipere, quam Angelus tuus oſtendit mihi. Et completa oratione emiſit ſpiritum. Sanctus vero Agricola mitior habebatur moribus ita vt ab ipſis etiã inimicis diligeretur. Ideóque paſſionem eius differebant. Sed hæc eorum honorificentia omniũ immanitate acerbior erat, quæ martyrio inuidebat. Denique vbi non acquieuit perſecutoribus Sanctus Agricola, crucifi- C xus eſt. Fuerunt autem tunc corpora eorum inter Iudæorum ſepulchra poſita, ſed, vt teſtatur ipſe Ambr. cùm dominus ei reuelaſſet corpora eorum, ipſe Ambroſius inde leuauit dicta ſanctorum corpora, & in Eccleſia collocauit. Et dæmones egredientes ab obſeſſis hoc confitebantur. Et multa miracula tunc in præſentia populi ſunt oſtenſa, liberatis multis à languoribus variis.

Coluntur 4 Nou. Amb. vbi ſupra.

De S. Gre. Spoletano huius S. Marty. hiſtoriam ex MS. cod. iiſdẽ pene verbis refert.

Paſſus eſt apud vrbem Spoletanam illo tempore Sanctus Gregorius presbyter, hoc ordine, vt refert Vin. ſpe. hi. vbi ſupra ex geſtis eius. Flaccus enim cùm directus eſſet illuc à Maximiano imperatore idolo- D latra, vt omnia idola erigeret, ingreſſus in ciuitatem iuſsit in medio foro ſibi tribunal præparari, & omnes ciues per precones citari. Quibus aduenientib. dixit Tricano. Hi omnes Diis noſtris deſeruiũt? Qui reſpondit. Omnes hi Iouem, Mineruam, Aſclepium colunt Deos immortales qui toti mundo propitiantur. Quo audito gauiſus eſt, & dimiſit omnes in pace. Erat autem in dicta ciuitate quidam presbyter Gregorius Chriſtianiſsimus, ieiuniis & orationibus vacans, multa prodigia faciens & plurimos paganorum ad fidem Chriſti conuertens, ac templa idolorum ad terram deiiciens. Hoc cùm audiſſet Flaccus, E iuſsit eum ad ſe vinctum perduci, & cùm ſacrificare nollet, fuſtes nodoſos afferri fecit, & dorſum eius verberib. frangi, dicens. Hæc patiatur rebellis Deorum noſtrorum & contemptor principum. Cui ille reſpondit. Quanta mala infers corpori meo, tanto duplicia bona mihi præſtantur in cœlo. Flaccus ait. In alteram partem vertite illum, & ventrem eius fuſtibus diſsipate. Peſeuerantem autem illum in fidei confeſsione ligatis manib. & pedibus mandauit in craticula ſuppoſito igni poni. Sed eo orante nil eum ignis læſit, ſicut nec tres pueros in camino ignis; motúſque terræ factus eſt magnus intra ciuitatẽ, & ce- F cidit aula regia, quæ pluſquam quadringentos paganorum idolis immolantiũ oppreſsit. Flaccus autem ipſum vinctum reduxit in carcerẽ, ſed Angelo apparente diſſoluta ſunt omnia vincula, & claritas circunfulſit eum. Altera die cùm Flacco præſentatus nullatenus acquieſceret, præcepit eum capite truncari. Eo autem orante tempore paſsionis audita eſt vox de cœlo. Ingredere in requiem benedicte

Sur. to. 6.

S. Greg. ad Flaccũ adductus.

Dan. 3.

A. C. 300.

domini, præparata eſt tibi habitatio tua. Et cùm capite trucatum Tricanus eum feris terribilibus expoſuiſſet deuorandum, corpus ſanctum feræ flectantes genua adorabant. Quod videntes multi clamauerunt. Magnus eſt Deus Chriſtianorum. Eodem die Flaccus percuſſus ab Angelo, interiora ſua euomens expirauit. Quædam autem mulier deuota emit ſanctum corpus triginta aureis & ſepeliuit.

Mortuum corpus S. viri feræ adorant.

Præterea Maximiano imperãte Venuſtianus Auguſtalis Thuſciæ cùm Chriſtianos occultos requireret, diuulgatus eſt ei Sabinus epiſcopus vir eloquentiſſimus in ciuitate Aſſina. Illuc ergo veniens ſedit pro tribunali in medio fori, & oblatus eſt ei Sabinus cum duobus diaconis Marcello & Exuperantio. Cui dixit. Conſule tibi, & pollicere te Diis ſacrificaturum & viue. Cui reſpondit. Si iuſtum eſt vt derelinquam creatorem cœli & terræ, & adorem lapides, metalla & ligna, & vt ſcias quia nihil eſt colere talia, afferatur huc Deus tuus. Qui iuſſit Deum ſuum, quem, habebat in cubiculo, afferri in medium: qui artificio erat miro ex lapide corallio fabricatus & veſtitus eius deauratus. Quo adducto cum cereis & magno apparatu. Ecce (ait Venuſtianus) propitiatores noſtri. Et Sabinus ſubridens inquit. O vana ſtultitia, vt creator omnium relinquatur, & lapis ſordidiſſimus colatur. Vt autem ſcias eum non eſſe Deum, dimitte me facere quod volo de eo. Cui ille, Si præſumis, fac quod vis. Tunc illic oratione facta eliſit illum in pauimentũ & fregit. Quod ille cernens tundit frontem ſuum cum ira dicens. Perimus nos, & reſpublica noſtra obſcurata eſt. Vnde in furore ſuo iuſſit ſtatim manus Sabino præſcidi. Quo facto diaconi eius cœperunt trepidare. Sed Sabino confortante eos clamauerunt. Pereant Dij dæmoniorum, & lætetur cor quærentiũ dominum. Et propter hoc diaconi ipſi fuerunt in eculeo ſuſpenſi & diu fuſtibus cæſi, deinde latera eorum vngulis raſa, & demum igne aſſata. Corpora autem martyrio cõſumpta in fluuium iactata, & à quibuſdam collecta & ſepulta ſunt: Sabinus autem ad carcerem eſt deſtinatus. Quædam vidua autem nomine Serena manus eius præciſas acceperat, & in vaſculo vitreo deuotiſſime conſeruabat, eum in carcere poſitum ſæpe viſitans & refocillans. Hæc cùm nepotem ſuum cæcum ad eum adduxiſſet, & ipſe brachia ſua truncata ſuper oculos eius poſuiſſet, facta oratione illuminatus eſt cæcus, ex quo miraculo multi conuerſi ad Chriſtum baptizati ſunt. Poſtea dolor maximus oculorum apprehẽdit Venuſtianum, ita vt nec ſomnum capere poſſet, nec medicorum cura iuuari. Qui audita illuminatione cæci per Sabinum facta, iuſſit eum ad ſe educi de carcere. Cúmque vrgeretur doloribus, dixit Sabinus adductus. Credis ex toto corde? Et illo, Credo, ſed peccatum quod in te exercui cruciatum mihi iſtum fecit. Cui Sabinus. Mea delicta hæc mihi fecerunt, tu autem ſi credideris & pœnitueris ſaluus eris. Credens igitur & baptizatus ſanatus eſt. Quod audiens Maximianus ipſum cum vxore & filiis baptizatis capite puniuit, & Sabinum adduci fecit Spoletum, & plumbatis cæſum ad cœlum migrare fecit.

De S. Sabino, Marcello, & Exuperantio.
Hanc hiſtoriã Beda & Ado in Martyr. probant.
Pſal. 104.
Venuſtianus credit in Chriſtum.
Coluntur 24. Dec.

§. XIII.

De S. Ianuario, Beneuẽtano ſeu Neapolitano de quo Vſuar. in Mar.

SED & ſub Diocletiano paſſus eſt Sãctus Ianuarius Beneuentanæ vrbis epiſcopus, referẽte Vin. ſpe. hi. vbi ſup. Cùm enim pręſes Timotheus audiſſet famã doctrinæ eius & vitæ, ante tribunal ſuum eum ad ciuitatem Nolanam adduci iuſſit, dixitque ei. Accedens ſacrifica Diis, quod ſi nolueris tormẽtis horrificis laniaberis, quæ etiam cùm viderit Deus tuus pertimeſcet. Cui Ianuarius. Obmuteſce infœlix, & noli in auribus meis blaſphemiã creatori omnium inferre tantam, ne te interficiat. Tunc iratus eum in carcerem miſit, & poſtea in caminũ ignis per triduum ſuccẽſum iactari eum fecit. Qui in medio fornacis oratione facta cum angelis ſanctis deambulabat Deũ benedicens. Quod milites audientes nunciauerunt præſidi, & aperto camino ſeu furno ignito eructauit flamma de fornace, multóſque de infidelibus combuſſit. Illũ autem omnino nõ tetigit ignis, nec quicquam moleſtiæ intulit. Educto vero eo de camino mãdauit pręſes de corpore eius neruos euelli. Poſtmodum ipſum cum Feſto diacono ſuo, & Deſiderio lectore vinctos ſupra currum ſuum in ciuitatem duci Puteolanam præcepit. Ibíque ſpectãte populo feras ſylueſtres ad eos deuorandos de caueis emitti imperauit. Quæ vt oues mitiſſimæ ad pedes ſanctorum accedentes venerabantur eos. Demum ſententiam decapitationis in eum tulit. Cúmque duceretur ad locum, ceciderunt nebulæ ſuper oculos præſidis eum torquentis. Qui clamans præ dolore ſanctum Ianuarium ad ſe reuocari fecit, reductúſque ad eum rogauit, vt pro ſeorando lumen ei reſtitueretur. Orauit autem ſanctus dicens. Domine reſtitue huic etſi indigno lumen oculorum ſuorum: non enim malum pro malo reddimus. Et illuminati ſunt oculi eius. Propter quod multi conuerſi ſunt ad fidem. Timens autem pręſes Timotheus diſplicere imperatori ex conuerſione tantæ multitudinis, præcepit quã citiſſime ipſum decollari. Quod cùm factũ eſſet, præſes clamare cœpit ſe propter Ianuarium ſeruum Dei ab angelis cruciari, & eiulando diu expirauit. Corpus vero huius S. Neapoli quieſcit.

Colitur 19. Septem.

§. XIIII.

De S. Anaſtaſia commemorat Metap. & habetur 6. tom. Sur.

IN illo tempore paſſa eſt etiam Sancta Anaſtaſia ſecundùm Vincen. vbi ſupra ex geſtis eius. Hæc Prætextati illuſtriſſimi viri filia in vrbe Romana fuit. Et cùm plurimum poſſet propter diuitias & nobilitatem generis, vt parem inter matronas habere non valeret, Chriſtiana effecta induebat ſe viliſſimo habitu, & ſola vnius puellæ conſortio comitata carceres circumibat, vbi erant milites Chriſti, quos aliter viſitare non poterat, niſi plebeio cultu pauperem ſe fingeret, ſollicita ſatis ſanctis pro nomine Dei vinctis pedes lauare, vngere capita, tondere crines, quos longa carcerum clauſtra nutrierant. Dúmque aſſidue hoc ageret, & ad notitiam zelantis viri eius infidelis Publij nomine perueniſſet, indignatus eſt, taléſque domui ſuæ cuſtodes inſtituit, vt eam non permitterẽt cuiuſquam feneſtrellæ aditum ſpectare. Fecit ergo eã arctiſſime cuſtodiri, & alimoniã ei denegari, vt ea deficiente poſſet in eius lautiſſimis poſſeſſionibus laſciuire. Putans ergo ſe morituram breui, literas miſit Sancto Chryſogono, qui cùm magnæ dignitatis fuiſſet in curia imperatoris occulte Chriſtianus, illam Anaſtaſiam ad fidem conuerterat. Et propter Chriſtianitatis titulum detentus in vinculis, prius quam à ſponſo Chriſtiana agnoſceretur, ab ipſa Anaſtaſia viſitabatur, & neceſſariis vitæ fouebatur. Deſtinauit ergo ipſa literas per quandam mulierem Chryſogono in hęc verba. Sancto confeſſori Chriſti Chryſogono Anaſtaſia.

A.C. 300.

ſia. Sacrilegi iugum mariti ſuſcepit, cuius Deo miſerante torum ementita infirmitate declinans die ac nocte domini mei Ieſu Chriſti veſtigia amplector. Cùm autem patrimonium meum, ex quo illuſtratur cũ turpibus idololatris exhauriat, me vt magam & ſacrilegam cuſtodiæ grauiſſimæ mancipauit vt me vitã temporalem breui amiſſuram ſuſpicer. [Nihil enim ſupereſt, niſi vt amiſſo ſpiritu morti ſuccumbam.] In qua morte licet glorier, mens tamen mea conteritur valde, quia opes, quas Deo deuoueram, à turpibus conſumuntur. Vale vir Dei, & memento mei. Cui Chryſogonus reſpondit. Vide ne turberis in hoc quòd tibi piè viuenti inferantur aduerſa. Non enim deciperis, ſed probaris. Citò nubes iſta ad placidum tempus conuertetur, & quaſi poſt noctis tenebras floridum Dei lumen aſpicies, atque poſt glaciale frigus aurea tibi tempora ac ſerena ſuccedent. Vale in domino & ora pro me.

Altera Anaſtaſiæ epiſtola.

Cùm autem adhuc magis à viro arctaretur in cuſtodia modico ſibi cibo conceſſo, iterum ſcripſit Chryſogno in hæc verba. Finis venit corporis mei. Memento mei, vt egredientem animam meam ille ſuſcipiat, pro cuius amore iſta ſuſtineo, quæ ex ore huius vetulæ recognoſces. Et ille reſcripſit dicens. Semper fit, vt lumen tenebræ antecedunt, ſic etiam poſt infirmitatem ſalus reuertitur, & vita poſt mortem promittitur. Vno fine clauduntur & aduerſa huius mundi & proſpera, ne vel triſtibus deſperatio, vel lætis elatio dominetur. Tu autem ô Chriſti famula trophæum crucis tota mẽte complectere, & teipſam ad opus [Domini præpara in quo tuis deſideriis dum parueris, cum martyrij palma ad Chriſtũ attinges.]

Interea ſponſus Anaſtaſiæ miſſus ad loca remota ab imperatore, defunctus eſt ante reuerſionẽ & liberata Anaſtaſia à dicta cuſtodia eleemoſynis fidelium inſiſtebat. Poſtea vero Diocletianus in Aquileiæ partibus conſtitutus Chriſtianos plurimos occidi fecit: quoſdã vero nobiles genere & præfecturæ vel conſulatis dignitatis ab vrbe ad ſe deſtinari mandauit & præcipue ſanctum Chryſogonum, quò etiam Anaſtaſia, vt ſeruiret incarceratis pro Chriſto & ſubueniret de ſubſtantiis, perrexit. Cùm autem imperator Chryſogono ſuaderet, vt Diis ſacrificaret, & dignitatem præfecturæ recuperaret. Et ille libere reſpondiſſet. Vnum Deum in cœlo adoro, & dignitates tuas vt lutum contemno. Data ſententia capite plexus eſt. Quem presbyter Zoilus ſepeliuit. Habebat autem Anaſtaſia tres ancillas ſorores quæ pulcherrimæ erant, ſcilicet Agapen, Chioniam & Irenen nuncupatas, erant autem Chriſtianæ. Et cùm præfecti monitis non obedirent, in cubiculo eas claudi fecit, vbi coquinæ vtenſilia ſeruabantur. Præfectus igitur ardens in earum amorem ad eas introiuit vt ſuam libidinem exerceret. Sed verſus in amentiam putans ſe tractare virgines, cacabos, patellas, caldarias, & ſimilia amplexans deoſculabatur. Et cùm iis ſatiatus fuiſſet, virginibus intactis & orantibus exiit foras nigerrimus & deformis. Hunc ſerui, qui expectabant videntes ſic compoſitum, cogitantes eum in dæmonium verſus eſſe, eum verberibus affecerunt, & fugientes ſolum reliquerunt. Cúmque imperatorem adiret conquerens quòd alij eum virgis percuterent alij in faciem eius expuerent, alij lutum & puluerem in eum proiicerent, putantes quòd in furiam verſus eſſet: oculi enim eius tenebãtur ne ſic deformem ſe videret, quapropter mirabatur plurimũ cur ſic omnes eum deriderent, quem in tanto honore prius habebant: videbatur enim ſibi, quòd omnes &

Chryſogonus ad imperatorẽ Aquileiã perducitur.

Colitur 24. Nou.

Agape Chionia & Irene tres ſorores Chriſtianæ.

Præfectus quem Dulcitiũ Metaph. nominat inſano virginũ amore correptus furit.

A.C. 300.

A ipſe albis veſtibus eſſent induti. Cùm autem ab aliis didiciſſet ſuam deformitatem, putans quòd per artem magicam illud ſibi feciſſent, iuſſit eas coram ſe expoliari, vt ſaltem nudas eas aſpiceret. Sed ita virtute Dei veſtimenta corporibus earum adhæſerunt, vt nullo modo expoliari potuiſſent. Demum cùm nullo modo ſacrificare acquieſcerent, martyrio coronatæ ſunt.

Coluntur 23. April.

Anaſtaſia ad vrbẽ rediens ab imperatore cuidam põtifici Capitolij traditur nomine Vlpiano cupienti eam vxorem habere qui oblatis ei multis blanditiis & ornamentis ad inclinandum, & minus ſuppliciorum adhibitis ad terrẽdum nequaquam eam mouere potuit, nec per ſe nec per mulieres ad eam miſſas, ad ſuadendum per triduum, vt eam ſacrificare facerent, & ſic eam in vxorem haberet. Cúmque in thalamum ducens eam amplexari vellet, cæcus factus eſt. Et Deos adiens quærebat ſi euadere poſſet. Cui reſponderunt. Quia Anaſtaſiam contriſtaſti, nobis traditus es, & amodo ſemper nobiſcum in inferno torqueberis. Cúmque domum rediret, in manus puerorum vitam finiuit. Exinde Anaſtaſia alteri præfecto traditur in cuſtodia tenenda. Qui cùm audiſſet infinitas habere eam poſſeſſiones ex patrimonio, dixit Anaſtaſiæ. Si vis eſſe Chriſtiana, fac quod iubet Deus tuus. Ille enim præcepit, quòd qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt ſuus eſſe diſcipulus. Omnia igitur quæ habes mihi da, & vade quo vis, & eris perfecta Chriſtiana. Cui reſpondit Anaſtaſia. Dominus meus admonet omnia vendere, & dari pauperibus, non diuitibus. Tu ergo cùm diues ſis contra Dei præceptum facerem ſi tibi aliquid darem. Tunc Sancta Anaſtaſia duro carceri traditur fame crucianda, ſed à Sancta Theodote, quæ iam per martyrium coronata fuerat per duos menſes eſca cœleſti paſcitur. Tandem cum multis aliis qui ad fidem conuerſi erant ad inſulas Palmarias ducta eſt, quò multi propter nomẽ Chriſti relegati fuerant. Poſt aliquot dies, præfectus omnes Chriſtianos illos ad ſe vocari fecit, & Anaſtaſiã ad palos ligatam ignibus concremauit. Alios diuerſis ſuppliciis interemit, inter quos vnus erat qui pluries multis diuitiis expoliatus, ſemper dicebat. Chriſtum mihi ſaltem nõ auferetis. Paſſa eſt autem Anaſtaſia circa annos domini 280.

B C D

Redit ad Anaſtaſiã.

Luc. 14.

Mat. 19.

Colitur 25. Dec.

Illa ſancta Theodote, quæ Anaſtaſiæ apparuerat in carcere fuerat nota & familiaris ei, quæ cùm fuiſſet tradita cuidam comiti in vxorem poſt mortem E viri, ille vt poſſeſsiones eius & diuitias acciperet cùm ſacrificare nollet ipſam cum tribus filiis eius incendio deputauit, ex quo ad dominũ migrauit cum filiis.

§. XV.

DE Sancta Barbara refert Vincen. vbi ſupra ex geſtis eius, quòd Barbara virgo fuit de Nicomedia, orta nobili genere, quam ob nimiam pulchritudinem pater eius in turri excelſa collocauit, vt facile non poſſet ad illam haberi acceſſus, timens ne Chriſtiana efficeretur. Ipſa vero adora- F bat Deum cœli à Spirituſancto edocta. Cúmque ibi eſſet aqua oratione eius diuinitus procurata ſeipſam in ea baptizauit. Hoc vtique factum eſt ſupra legem communem Eccleſiæ de ſpeciali priuilegio Dei, qui potentiã ſuam non alligauit ſacramentis, ita quòd nõ poſſit cùm vult ſine ſacramentis hominẽ ſanctificare. Nam de lege communi certũ eſt,

De S. Barbara. De qua ſcribit Metaph. fuſe quę habet Sur. to. 6. & Marty.

A. C. 300.

quòd nullus poteſt ſeipſum baptizare, nec talis eſt baptizatus extra debap.debitū. Cùm autem pater ad ſuggeſtionem etiam amicorum vellet eam nuptui tradere, renuit illa dicēs. Abſit à me hoc pater, habeo enim in cœlis ſponſum Chriſtum, qui inuiolabile cuſtodit corpus meū. Intelligens vero pater ꝙ Chriſtiana eſſet, gladium arripuit, vt eam occideret, ſed illa ſe abſcondit. Poſtea pater eius inuentam duxit ad prę́ſidem inſinuans Chriſtianam effectam. Cúmque præſes ad cultum Deorum eam flectere non valeret, denudatam iuſſit virgis cædi, ſed inter verbera ipſa pſallebat idola inſenſibilia & vana contemnēs. Poſt quod mandauit verſis pedibus ſuſpendi, & caput eius malleis ferreis tundi, vt ſanguis de naribus eius copioſe ſtillaret. Exinde in craſtino videns eam præſes ſanatam, in eculeo fecit ſuſpendi, & ad eius latera ardentes lampades applicari, illa autem cruciata inquit ad tyrannum. Vide miſer quia ignis iſte non dolorem, ſed refrigerium mihi præſtat. Tunc pręſes furore repletus imperauit mammillas eius abſcindi, & per totam vrbem nudam circunduci. Sed ipſa orante Angelus domini induit eam veſte candida, vt nuda non videretur, & ſanauit eam. Demum præſide ſententiam mortis contra eam ferente pater ipſius Barbaræ propriis manibus caput eius amputauit. Quo facto deſcendentem de loco decapitationis ignis de cœlo deſcendens conſumpſit patrem vſque ad puluerem.

Chriſtianā ſe confitetur.

Varie torquetur.

Colitur 4. dec.

Ea quoque tempeſtate tempore ſcilicet Diocletiani paſſa eſt apud Emeritam ciuitatem Hiſpaniæ ſub Daciano præſide Eulalia virgo nobilis genere, & locuples. Hęc cùm duodecim eſſet annorum ſpernens ludos & oblectamenta ſæculi mota perſequutione voluit ſponte præſidem redarguere, ſed parentes eius abſconderunt eam domi, quam habebant in rure procul ab vrbe. At illa nocte fores apperiens clanculo exiit & per loca inuia ſentibus ac vepribus plena iter carpere cœpit, Angelico choro comitata, ſicque vepribus & ſpinis per quas cucurrerat pedes lacerata ad vrbem peruenit. Manéque tribunal adiit iudicis, & in medio vociferare cœpit. Quis furor eſt

De S. Eulalia de qua hymnum compoſuit Prud. li. 5. Periſtephanon.

Perdere præcipites animas,
Et male prodiga corda ſui
Sternere raſilibus ſcopulis?
Omnipatrémque negare Deum?
Iſis, Appollo, Venus, nihil eſt,
Maximianus & ipſe nihil.
Illa nihil, quia facta manu:
Hic manuum quia facta colit.
Friuola vtraque, & vtraque nihil.
Maximianus opum dominus,
Et tamen ipſe cliens lapidum
Proſtituat voucátque ſuis
Numinibus caput ipſe ſuum.
Pectora cur generoſa quatit?
Dux bonus arbiter egregius,
Sanguine paſcitur innocuo.
Corporibúſque piis inhians,
Viſcera ſobria dilacerat,
Gaudet & excruciare fidem:
Ergo age tortor adure, ſeca,
Diuide membra coacta luto,
Soluere rem fragilem facile eſt:
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.

Talibus prætor in furiam excitatus iuſſit lictorem præcipitem rapere ac ſuppliciis obruere. Quam tamen ad Deorum cultum reuocare cupiens aiebat.

A

Torua puellulæ nequitia,
Reſpice gaudia quanta metas,
Quæ tibi fert genialis honor?
Te lachrymis labefacta domus
Proſequitur, generiſque tui
Ingemit anxia nobilitas
Flore quòd occidis in tenero
Proxima dotibus & thalamo.

At hæc illa nihil reſpondens, ſed fremens animo & & in oculos tyranni ſputa iacens, ſimulachra diſſipauit, impoſitámque molam turis pede ſubegit.

B

Nec mora carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant:
Et latus vngula virgineum
Pulſat vtrinque & ad oſſa ſecat,
Eulalia numerante notas.

Tunc exclamauit Eulalia:

Scriberis ecce mihi domine,
Quàm iuuat hos apices legere!
Qui tua Chriſte trophæa notant,
Nomen & ipſa ſacrum loquitur
Purpura ſanguinis eliciti.

C

Tunc appoſitæ ſunt ad latera eius lampades ardentes. Cúmque illa ſine fletu & gemitu caneret læta & intrepida, vndique lampades in ſtomachum laterá que ſæuiebant,

Flamma crepans volat in faciem,
Perque comas vegetata caput
Occupat, exuperátque apicem.
Virgo citum cupiens obitum
Appetit & bibit ore rogum:
Emicat inde columba repens
Martyris os niue candidior
Viſa relinquere & aſtra ſequi.
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.

D

Colla fluunt abeunte anima,
Et rogus igneus emoritur,
Et pax artubus datur exanimis.

Vtdicit Vincen. vbi ſupra in martyrologio: feſtum eius bis annotatur, niſi forte duæ fuerunt in eadem prouincia paſſæ & eadem perſecutione.

§. XVI.

CIRCA illa tempora videtur etiam paſſa beata Euphæmia in Chalcedonēſi ciuitate. Hæc cùm eſſet filia ſenatoris, tēpore Diocletiani videns Chriſtianos tā diuerſis ſuppliciis laniari, ad iudicem properauit, & Chriſtum publice confitens exemplo ſuæ

E

conſtantiæ etiam viros animabat. Cùm igitur iudex ſucceſſiue Chriſtianos occideret, alios præſentes eſſe iubebat vt ſaltem territi immolarent. Ipſa autē præſens eorū conſtantia amplius prouocata iniuriam à iudice ſe pati clamabat. Gauiſus de hoc verbo iudex exiſtimās eā velle ſacrificia diis immolare inquit ad eam. Quæ tibi iniuria infertur? Reſpondit illa. Quia cùm ſim nobilis genere, cur mihi ignotos & aduenas anteponis, & priores facis ad Chriſtū venire? Tunc truſa in carcerē ſequenti die ad iudicē cū aliis vinctis ipſa ſine vinculis adducta, iterū grauiſſime eſt con-

F

queſta, ꝙ contra leges imperatorum ſibi ſoli vinculis parceretur, propter quod diutiſſime alapis cæditur & in carcerem mittitur. Quam iudex ſecutus, eam opprimere ex libidine voluit, ſed reluctantem manum eius virtus diuina compreſſit. Exinde præpoſitum ſuum ad eam direxit, multa ei promittens ſi faceret eam ſibi cōſentire. Sed ille carcerem clauſum nec clauibus aperire potuit, nec ſecuribus frangere, donec à dæmone arreptus & ſe dilanians vix euaſit.

De hac beata Euphemia agit Metaph. Sur. tom. 5. ſed paulo aliter ciitāte MS. co. ex quib. potius iſta deſumpta dixerim.

Euphemia reputat iniurię loco, cum aliis non cruciari nec ligari.

A.C. 300.

euaſit. Deinde poſita ſuper rotam, vt corpus eius totum diſcerperetur, miniſtris trahentibus eam ad certum ſonitum fiendum per artificem, cùm nutu Dei fieret ſonitus, dum artifex opus aptaret, attrahentibus rotam artifex ipſe totus comminutus eſt & Euphemia ſuper rotam illæſa remanſit. Tunc parentes artificis lamentantes ſuperpoſito igne ipſam cum rota comburere voluerunt. Sed rota combuſta Euphemia ab Angelo ſoluta in quódam loco excelſo ſtare cõſpicitur. Apollianus iudici dixit. Virtus Chriſtianorũ non niſi ferro vincitur, vnde conſulo quòd eam facias capitali ſentẽtia perire. Erectis igitur ſcalis cùm quidam ad eam capiendam manum mittere vellet, mox paralyſi totus diſſoluitur, & vix inde ſemiuiuus educitur. Alius nomine Soſthenes accedens ad eam capiendam, ſubito virtute diuina immutatus, ab ea veniam petiit, & euaginato gladio ſuo ad iudicem exclamabat, quòd ſe potius occideret, quàm eam quam angeli defendebant contingeret. Denique inde deſcendens iudex cancellario ſuo mandauit, vt ad eam omnes petulantes iuuenes conuocaret, qui tandiu ei illuderent, donec fatigata deficeret. Sed ille ad eam ingrediens & multas virgines ſplendidiſſimas circa eam videns, monitis eius protinus effectus eſt Chriſtianus. Poſtea præſes per capillos eam ſuſpẽdi fecit: ſed immobilẽ permanentẽ negato ei cibo in carcerem retrudi fecit, vt ſeptima die inter quatuor lapides magnos ſicut oliua confringeretur. Illa verò quotidie ab Angelo ſatiata, die ſeptimo cùm inter lapides eſſet poſita, ea orante lapides illi in tenuiſsimum cinerem ſunt ſoluti. Præſes autẽ ab vna puella ſe victũ erubeſcens in foueã proiici iuſsit eam, vbi tres feræ ſeuiſſimæ erant vt eam deglutirent. Quæ ſtatim blandiendo ad eam concurrentes & iunctis ad ſe inuicem caudis quaſi ſedem ei præparantes, iudicem magis confuderunt. Vnde cùm iudex quaſi præ anguſtia moreretur, quidam vt vindicaret iniuriam Domini ſui, arreptum gladium per latus eius fixit, ſicque Chriſti martyrem fecit. Illum autem miniſtrum ſceleris iudex pro mercede veſte ſericea induit, & torque aurea circundedit. Sed egrediens à leone arripitur & penitus deuoratur, vt pauca oſſa eius cum veſte ſciſſa vix reperirentur. Sepultam autem virginem honorificè & Iudæi & Gentiles venerati ſunt, & in Chriſtum multi crediderunt.

Miracula maxima quæ circa S. Euphemiã contigerunt.

Colitur 16. Sept.

§. XVII.

De beata Chriſtina.

CIRCA annos Domini ducenteſimũ octuageſimũ ſeptimũ imperantibus Diocletiano & maximiano in Tyro paſſa eſt beata Chriſtina.[a] Hæc nobiliſſimis orta parentibus à patre ſuo in quadam turri cum duodecim pediſſequis collocata eſt, poſitis ibi idolis aureis & argenteis à patre eius. Et cùm pulcherrima eſſet, & à multis in coniugium peteretur, parentes eius volentes eam in coniugiũ tradere, intendebant eam in deorum cultura virginem permanſuram. Ipſa autem à Spirituſancto edocta idola abhorrebat. Veniente autem patre ad eam, pediſſequæ ei dixerunt. Filia tua domina noſtra deos noſtros contemnit aſſerens ſe Chriſtianam. Pater autem ei blandiens ad cultutam deorum eam prouocabat. Cui illa. Noli me vocare filiam tuam: ſed eius, quem decet ſacrificium laudis. Ad quam pater. Filia mea

a Chriſtinæ Tyriæ meminit Aug. in Pſal. 120. Vinc. lib. 12. ſpec. t. 85 & ſeq. ex geſtis quæ tribus libris ſunt MS. Rhodij ad S. Foillanum ex Vincentio autem hæc deprompſit Anto.

A non tantum vni Deo ſacrificium offeras, ne alij tibi iraſcantur. At illa. Bene locutus es (inquit) neſciens veritatem. Offero enim ſacrificium patri & filio & ſpirituſancto. Pater autem dixit ei. Si tres deos adoras, cur non etiam alios? Reſpondit Chriſtina. Tres illi vna diuinitas ſunt. Poſt hæc Chriſtina deos aureos & argenteos confregit, pauperibus materiam largiendo modo occulto. Reuertens ergo ad eam pater, & deos quærens, vt adoraret, audito ab ancillis quòd Chriſtina deſtruxerat eos & pauperibus erogauerat, iratus iuſſit eam expoliari, & à duodecim viris cædi, adeò vt & ipſi miniſtri deficerent.

A.C. 300. Chriſtina ſolũ Deũ agnoſcit.

B Tunc Chriſtina patri dixit. Sine honore & pudore abominabilis Deo, qui me cędunt deficiunt, petę illis à diis tuis ſi potes virtutem. Tunc catenatã eam in carcerem mitti iuſsit. Audiens hæc mater veſtimenta ſua ſcidit, & ad carcerem pergens filiæ ſuæ pędibus ſe proſtrauit dicens. Filia mea Chriſtina lumẽ oculorum meorum, miſerere mei. Cui illa. Cur me dicis filiam tuam? Neſcis, quia nomen Dei mei habeo, ſcilicet, Chriſti? Cumque nihil poſſet ei perſuadere, ad virum ſuum rediit, & quid ſibi reſponderit intimauit. Tunc pater iuſsit eam ante tribunal ſuum adduci dicens. Sacrifica diis. Sin minus, multis

Patri crucianda ſiſtitur.

C ſuppliciis afficieris, & filia mea non diceris. Cui illa. Magnam mihi gratiam præſtitiſti, quia iam me non vocas filiam diaboli. Tunc pater iuſsit eam vngulis radi, & membra eius tenera diſrumpi. Chriſtina autem de carnibus ſuis accipiens in vultum patris proiecit dicens. Accipe, tyranne, & carnem à te genitam comede. Tũc pater rotæ eam impoſuit, & ignẽ cum oleo ſuppoſuit: ſed flamma exiliens mille quingentos occidit. Pater verò hæc omnia artibus magicis adſcribens, ipſam iterum in carcerem mitti fecit. Et facta nocte iuſsit miniſtris ſuis, vt grandi lapide ad collum eius ligato in mare præcipitaretur. quod cùm

D factum fuiſſet protinus eam Angeli aſſumunt. Chriſtus autem ad eam deſcendit, & in mari eam baptizauit dicens. Baptizo te in Deo patre meo, & in me Ieſu Chriſto filio eius & in Spirituſancto. Et commiſit eam Michaeli Archangelo, qui eam in terram reduxit. Quod audiens pater frontem ſuam percutiebat dicens. Quibus maleficiis hoc facis, vt in mari etiam hæc exerceas? Et illa. Stulte & infœlix, à Chriſto hanc gratiam accepi. Et cùm in carcerem mandaſſet eam recipi, vt die ſequenti eam faceret decollare, nocte inuenitur mortuus pater eius Vrbanus.

A Chriſto baptizatur.

Pater Chriſtinæ moritur.

Huic ſucceſsit quidã iudex iniquus nomine Dion

E qui caldariam ferream ſuccenſam cum oleo, pice, & reſina parari fecit, & in eam iactari. Sed Chriſtina in ea poſita Deum laudat, nil læſionis ſuſtinens. Iratus autem iudex iuſsit caput eius radi, & nudam per ciuitatem vſque ad Apollinis idolum duci, vbi ea imperante ſubitò idolum corruit, & comminutum eſt & in puluerem redactum. Quod audiens iudex expauit, & ſpiritum tradidit.

Huic ſucceſsit quidam Iulianus nomine, qui fornacem ſuccendi fecit, & in eam Chriſtinam iactari, vbi per quinque dies cum Angelis in ea deambulans & cantans illæſa permãſit. Deinde Iulianus magicis

Et alter iudex perit ſimiliter.

F artibus hoc adſcribens, duos aſpides & duas viperas & duos colubros ad eam mitti fecit. Qui eam demulcebant, ſudorem eius lingentes. Cúmque mandaſſet cuidam incantatori, vt beſtias illas irritaret, & ille hoc feciſſet, ſerpentes in eum impetũ facientes eum occiderunt. Chriſtina autem mandauit ſerpentibus, vt ad deſertum locum pergerent, & mortuum illum ſuſcitauit. Exinde præcepit tyrannus mammillas

A.C. 300.

Colitur 24. Iulij.

A eiusabſcindi, quo facto lac pro ſanguine effluebat. Poſtea lingua ſibi præciſa loquelam non amiſit. Demum Iulianus ſagittas in cor eius duas & vnam in latus direxit. Sicque cum palma martyrij ad cœlum glorioſa aſcendit. De baptiſmo eius mirandum eſt, nec tamē incredibile, vel Deo impoſſibile, quia omnia poteſt & ſupra legem communem homines iuſtificare. Vincen. in ſpe. hiſt. hoc dicit piè credendum.

§. XVIII.

De ſancta Aphra. Hanc hiſtoriā ex MS. codicibus profert Sur. cui vetuſtiſſima martyr. ſuffragantur. to. 4. Narciſſus.

EA quoque tempeſtate, qua Diocletianis ferue-B bat inſania contra Chriſtianos apud Rhetiam in ciuitate Auguſta, ſuperueniens Narciſſus epiſcopus neſciens quò introiret profugus ad meretricem eſt ingreſſus nomine Aphram, vt refert Vincen. in ſpe. hiſt. vbi ſupra ex geſtis eius. Introiuit autem Narciſſus cum diacono ſuo Fœlice. Illa autem vidēs honeſtos viros aduentantes, exiſtimans impudicos, parat cœnam & omnia quæ more ſolito cū tribus puellis, quas ſecum habebat, parare conſueuerat. Epiſcopus autem veniens cibum capere, orare cœpit & pſallere. Aphra autem audiens & videns quæ nunquam audierat, ſtupore ducta cœpit inquirere quis eſſet ille. Et didicit hunc eſſe epiſcopum Chriſtiano- C rum. Móxque ad pedes eius cecidit dicens. Domine mulier indigna ſum, & nulla in iſta ciuitate me turpior inueniri poteſt. Cui Narciſſus epiſcopus ait. Saluator noſter à turpiſſima tactus, inquinari nō potuit: ſed ſanctitas illius omnes ſordes diluit, atque mundauit. Nam & ſol lucem ſuam circa cloacas & lutulentas aquas fundit ſine ſui inquinatione. Vnde & tu filia ſuſcipe in te lumen fidei vt purificari poſſis ab omni peccato, & dæmonio fugato introitu perpetuę claritatis gaudere. [Dicit ei Aphra; Quæ plura admiſi flagitia quàm ſint capilli capitis mei; qua ratione à tot poſſum ſordibus expiari? Epiſcopus Narciſ- D ſus reſpondit. Tantummodo crede & baptizare & ſalua eris] Quæ cùm verba eius puellis ſuis retuliſſet, reſponderunt. Tu noſtra Domina es, & ſi ſecutæ ſumus te ad inquinamenta facinorū, quomodo non ſequemur te ad indulgentiam peccatorum? vocabantur autem Digna, Eunomia & Eutropia. Denique epiſcopus cum diacono ſuo totam orando & pſallendo noctem pertranſiens, ſimul Aphram cū ſuis puellis habuit conſortem. Mane autem facto cùm inquireretur ab ea vbi eſſent qui ad eam introierant, reſpondit eos abiiſſe ad ſacrificandum. [Manſit tamen vnus ex illis, iſque dixit Aphræ. Ego noui Chri- E ſtianos eos eſſe, ſemper enim frontes ſuas ſignabant cruce, in qua Chriſtus illorum paſſus eſt. Dixit autem Aphra itáne ad ſcortum illi ingreſſuri erant? ad me non veniunt niſi ſimiles mei.] Tunc abiit ad matrē ſuam & dixit ei, Epiſcopus Chriſtianorum venit ad me, neſciens quo iret, & per totam noctem expandit manus ſuas ad Deum ſuum, nóſque fecit orare ſecū. Circa verò gallorum cantum, extincto lumine, cùm illud accendere non poſſem, dicente epiſcopo, Veni lux mea de cœlo, oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Venit lux de cœlo ſicut ſol, venit & tonitruum & non receſſit: ſed tandiu ſtetit quandiu aurora inci- F peret. Et dum finiſſet orationem, fecit nos reſpondere. Amen. Lux autem fulgoris paulatim receſſit ab oculis noſtris. In craſtino autem ſe oſtenderūt mihi, qui inſidiabantur ei, vt exeuntem eum tenerent & occiderent. Ego autem eos abſcondi vbi faſcias, quas habeo de lino, [aſſeruare ſoleo]: timēs ne ſcrutarentur locum. Si iubes mater, huc eos tranſire facio, quia

Luc. 7.

Aphra, Digna, Eunomia & Eutropia.

A promiſit mihi me Chriſtianam fieri, & peccata mea deleri. Ad hæc mater eius gaudens ait. Præſtet Deus vt & hoc quoque mihi contingat. Veſpere autem facto ſanctus Narciſſus ab Aphra rogatus ad matrē eius migrauit. Et illa gaudens per tres horas plantas eius tenuit, obſecrans vt & eam faceret à peccatis mundari. Qui indicto eis ſeptem dierum ieiunio, præcepit eis, vt idquod coluerant ei euidenter exponerent. Hilaria Aphræ mater reſpondit. Parentes mei genere Cyprij fuerunt; & venerunt inde cum ſacris Veneris. Venus autem coli non poteſt, niſi ab iis fœminis quæ meretrices fuerint. Denique B ergo filiam meam ſacris Veneris conſecrans, quaſi deæ Veneri ſeruitium & de meretricio placituram in proſtibulo manere permiſi, credens propter hoc mihi Venerem propitiam futuram, ſi filiam meam diuinis eius operibus occupaſſem. Nam quanto plures amatores poterit habere mulier, quæ Veneri ſeruit, tanto plus Veneri placere poſſe à ſacerdotibus Veneris, & fœlicior affirmatur. Audiens hæc vir Dei Narciſſus ingemuit, & lachrymas fudit, dixitque ad Fœlicem diaconum ſuum. Surge frater, & demus lamentum ſuper iſtam talem culturam, & rogemus Dominum vt vbi abundauit iniquitas, ibi C abundet & gratia. Factum eſt autem cùm oraſſent, Æthiops quidam coruo nigrior, nudus ex toto corpore vulneribus elephantinis plenus, cœpítque dare mugitum & dicere. O ſancte Narciſſe, quid tibi cum caſa mea? Quid tibi cum ancillis meis, quas ſemper de familia habui? Deus tuus mundas animas & munda corpora diligit. Iſtę meæ ſunt, alterius eſſe non poſſunt. Tunc ſanctus Narciſſus dixit ei. Dic mihi damna te, ſcis Dominum meum Ieſum Chriſtum Nazarenum tentum, flagellatum, cruci affixum, mortuum, de ſepultura die tertia reſurrexiſſe? Scis hoc factum? Cui diabolus. Vtinam hoc neſcire mihi licuiſ- D ſet. Nam hora qua crucifixus eſt, catenis igneis princeps noſter eſt religatus. Et Narciſſus ad eum. Quid peccauit Dominus, meus vt tanta pateretur? Cui dæmon. Non pro ſuis peccatis ſed pro alienis paſſus eſt. Sanctus autem inquit. Diſcede ergo ab his mulieribus, quia Dominus meus paſſus eſt pro iſtis, quæ ad eius fidem & gratiam concurrunt. Et diabolus, Iube me manere hic iſta nocte. Cui epiſcopus. Si potes manere, mane. Tunc ille dæmon diræ vocis vlulatū teterrimum emittens nunquam comparuit. Rogauit autem ſanctum epiſcopum diabolus antea dicens. Fac pietatem ſuper me: & da mihi vel vnā animam E in poteſtate mea. Et Narciſſus. Et tu iura mihi in nomine Dei, vt ſtatim illam interficias quam dedero tibi. Cui diabolus. Per ipſum, qui nos cum principe noſtro vicit iuro. Dicit autem epiſcopus. Vade ergo iuxta fontem Alpium Iuliarum, vnde non poteſt nec homo, nec aliud animal aquam bibere, quia draco ibi habitat, omnes illuc accedentes flatu ſuo occidēs, hunc interfice & animam eius in poteſtatem tuam redige. Exclamauit autem diabolus dicens. O epiſcopum mendoſum. Inſuper & ligauit me iuramēto, vt amicum meum occidam, & ſi non occidam, inſuper cogit me in abiſſum ire. Tunc dæmon abſceſſit: F & draconem illum occidit, factáque eſt aqua fontis potabilis. Per dies autem plures Narciſſus edocuit illas doctrinā fidei, & baptizauit Hilariam matrem, cum filia eius Aphra & tribus puellis ſuis & cū omnibus charis ſuis. Fecit autem Hilaria domum ſuam eccleſiam, & ordinatus eſt ibi presbyter Dionyſius auunculus Aphræ, demum Narciſſus poſt nouem menſes in Hiſpaniam eſt profectus, & cùm multum

A.C. 300.

Impuriſſimæ Veneris cultus impurus.

Rom. 5.

Dæmon apparet.

Iuſiurandum Dæmonis.

populum

A.C. 300. S. Aphræ. paſſio.

populum Deo acquiſiſſet per tres annos, poſtea cum Fœlice ad martyrij gloriam peruenit.

Poſt hæc Auguſtæ mota perſecutione, ſancta Aphra, vt Chriſticola ad iudicem ducta, iuſſa eſt aut ſacrificia diis offerre, aut diuerſa ſupplicia ſuſtinere. At Aphra, Sufficiunt mihi peccata mea, quæ ignorans Deum feci. Quod autem iubes nunquam faciã. Ieſum Chriſtum ante oculos meos habeo. Et quia non ſum digna ei ſacrificare, cupio nomine eius ſacrificari, vt corpus, in quo peccaui, dum diu pœnas paſſum fuerit, abluatur. Et iudex ad eam. Vt Audio meretrix es. Sacrifica ergo, quia aliena es à Deo tuo. Et illa. Dominus meus Ieſus Chriſtus dixit ſe pro peccatoribus de cœlo ad terras deſcendiſſe. Nam & Euangelium teſtatur, quòd meretrix lachrymis rigauit pedes eius, & veniam ſuſcepit, & cum Publicanis manducauit & bibit eos non deſpiciens. At iudex magis ait. Sacrifica diis, vt diligaris ab amatoribus multis, & conferantur tibi multæ diuitiæ. Et illa. Pecunias execrabiles nunquam recipio. Nam & quas habebam expendi pauperibus erogando, quia ſalua non poterant retineri conſcientia: vt pro me pauperes Dominum orarent. Tunc iudex nequiſſimus dictauit ſententiam dicens. Aphram publicam meretricem, quæ ſe Chriſtianam profeſſa eſt, & noluit ſacrificiis deorum participare, viuam incendi præcepimus. Statímque rapta à miniſtris ducta eſt ad inſulam fluuij quem Lycum appellant, eámque ſpoliantes ſtipiti colligauerunt. At illa oculos in cœlum leuans orauit dicens. Domine Ieſu Chriſte qui non iuſtos veniſti vocare, ſed peccatores ad pœnitẽtiam, accipe in hac hora paſſionis meæ pœnitentiam, vt per hunc ignem corporalem mihi paratum ab igne æterno me liberes, qui animam & corpus exurit. Igne ergo accenſo, & in ignem ipſum miſſa, audita eſt dicere. Gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte, qui me dignatus eſt hoſtiam accipere pro nomine tuo. Sicque emiſit ſpiritum. Quod audiens Hilaria mater eius & tres puellæ ancillæ eius, Digna, Eunomia, & Eutropia eius ſociæ prius in turpitudine, & poſtea in conuerſione, acceſſerunt ad inſulam & tollentes corpus Aphræ integrum poſuerunt in monumento ſecundo milliario à ciuitate Auguſta. Hoc autem cùm relatum fuiſſet iudici, illuc miſit miniſtros, qui illas inducerent ad ſacrificandum blandis ſermonibus, quod ſi non facerent eas occiderent. Venientes ergo cùm omnino recuſarent, ligna plurima circa eas iuxta monumentum congregarunt, & igne ſuppoſito abierunt, ſicque omnes martyrio dedicatæ ſunt.

Matt. 9. Luc. 7. — Matth. 9. — S. Aphra pro Chriſto moritur. — Hilaria & eius ſociæ. — Colitur 5. Augu.

§. XIX.

De S. Geneſio. Hanc hiſtoriã ex MS. eodie. refert Sur. to. 4. quã Notarios Romanos annotaſſe ſcribit Mola. Mirabilis Mimi conuerſio

EA tempeſtate paſſus eſt Romę martyr Geneſius, vt refert Vincen. in ſpe. hiſtor. libro. 13. ex geſtis eius. Hic cùm eſſet in vrbe magiſter artis thymelicę, quadam die voluit imperatori Diocletiano ludum exhibere de myſteriis obſeruantiæ Chriſtianæ. Cuius rei gratia ſpectante omni populo & imperatore, in medio theatri quaſi ægrotus decumbens baptizari ſe popoſcit, & mimice in hæc verba prorupit. Eia, nam grauem me ſentio, leuis fieri volo. Cui reſponderunt ſocij, ſcilicet, eius in ludo illo. Nunquid fabri ſumus, [qui tuncina te leuiorem efficere poſſimus?] His verbis populo ad riſum excitato, Geneſius à Domino viſitatus ait. Veſani, Chriſtianus deſidero mori. Quare, inquiunt? Quibus ille. Vt in illa die velut fugitiuus [in Deo] inueniar. Hæc Diocletianus audiuit, & riſum tenere non potuit. Tunc ſicut fuerat ordinatum, intrare faciunt exorciſtam & præsbyterum, qui iuxta lectum eius ſedentes dixerunt. Quãobrem ad nos miſiſti filiole? At ille non iam ſimulatè & fictè: ſed ex puro corde reſpondit. Quia gratiam Chriſti conſequi cupio, per quem renatus à ruina iniquitatum mearum liber fiam. Cúmque miſteriorum ſacramenta complerent & veſtibus albis eſſet indutus, quaſi per ludum à militibus eſt raptus ad ſimilitudinem ſanctorum de Chriſti nomine diſcutiendus imperatori eſt exhibitus. Sed cùm ad falſam adductus fuiſſet paſſionem, ad veram acceſſit confeſſionem. Aſcendens namque ſuper baſim vbi ſtatua erat Veneris, ibi concionatus eſt ita. Audi imperator & omnis exercitus, & ſapientes & populi vrbis huius. Ego ſemper Chriſtianum nomen exhorrui, & in confeſſione permanentibus inſultaui, ac ſuper eos accendebam furias populi, parentéſque meos & affines execratus ſum cauſa nominis Chriſtiani, & in tanta deriſione Chriſtianos habui, vt eorum ſecreta myſteria diligẽter perquirerem, non vt crederem: ſed vt iis vobis ludum ac riſum exhiberem. Mox verò atque me nudum in conſpectu veſtro aqua iſta perfudit, & interrogatus credere me reſpondi, vidi ſuper me manum de cœlo venientem: & angelos Dei flammeo radiantes aſpectu iuxta me ſtantes, qui omnia facinora mea, quæ à iuuentute mea commiſi de libro ſcripto recitantes, dixerunt mihi, Aqua iſta delet omnia iſta quæ te feciſſe cognoſcis. Cùm ergo baptizatus fuiſſem, ſimul & liber ille perfuſus niue candidior effectus eſt, ita vt ſignum ſcripturæ præteritæ non appareret. Itaq; dũ vobis terrenis imperatoribus placere cõcupiui, cœleſti regi cõplacui. Et dũ omnibus riſum extorquere ſtudui, angelis riſum feci. Nũc ergo ô imperator & vos omnes populi, ſicut de his ſanctis myſteriis per ignorantiã riſiſtis increduli, ita mecũ ab hac irriſione ceſſate: credentes verũ Deũ eſſe Ieſum Chriſtũ Dominũ. Hunc eſſe verum lumen, veritatem, pietatem, ſalutem: & per ipſum ad indulgentiam vos poſſe contingere. Tunc imperator accenſus furore iuſsit omnes, qui cum coluſum meditati ſunt, ante ſe adduci, & virgis fortiter cædi, exiſtimans eos ſimiliter credere. At illi cœperunt nomen ſanctum blaſphemare cum exprobratione dicentes. Nos aliter meditati ſumus, iſte autem inſanus factus lætitiam ſuam dimiſit, & planctũ ſibi Chriſtianitatis aſſumpſit, ac per hoc ſolus experiatur, quod ſolus fecit. Tũc imperator ſæuiens in Geneſium, in conſpectu populi iuſsit eum cædi fuſtibus. Tradidítque eum Plutiano præfecto, iubens eum ad ſacrificia cogi. Qui poſitus ab eo in eculeo, & ſuaſus vt regem ſacrificando placeret, dixit. Verè ille rex eſt quem patentibus cœlis conſpexi, vnde me miſerum lugeo, quia vobiſcum prius erraui & tardius ad verum regem adorandum acceſsi. Cui Plutianus ait. Et quis eſt iſte rex præter regem noſtrum? At ille ait. Rex iſte homo eſt, & per certa terræ ſpatia imperat, ac certo tempore.

Rex autem, quem colo, Deus eſt: & in cœlo totáque terra & mari imperat, ac ſine fine. Cúmque diu in eculeo poſitus vngulis attrectatus, lampadibus inflammatus, in ſancta confeſſione perſiſteret, ac diceret iudici, Etiamſi centies admoueas ſuper me iſta tormenta, at Chriſtum mihi de ore & corde auferre non poteris. Hæc cùm omnia relata eſſent imperatori, iuſsit eum occidi. Sicque cum gaudio coronam martyrij capitis obtruncatione promeruit 8. Kalend. Septembris.

A.C. 300. — Exorciſta & presbyter in baptiſmo adhibebantur. — Mimus nouerat myſteria Chriſtianorum. — Vide adtandã baptiſmi etiã ridicule collati gratiam. — Mimus fit præco veritatis. — Mimi pro Chriſto torquentur. — Regum & Chriſti differẽtia. — Colitur 25. Aug.

§. X.

A. C. 300.

§. X.

De S. Iuliano & Baſiliſſa.

DE coniugio Iuliani & Baſiliſſæ mirabili. Vt refert Vincentius in ſpe. hi. li. 13. beatus Iulianus ab infantia caſtitatem diligens & mundi oblectamenta ſpernens, cùm eſſet annorum circiter octodecim parentibus eius eum exhortantibus vt ſibi coniugem ſociaret, per quam genus ſuum ſeruaret, & adoleſcentiæ lapſus euaderet, hoc dedit reſponſum, Hoc quod hortamini in poteſtate eſt Domini mei: cui me commiſi, pro qua re ſeptem dierum inducias peto, & prout me Dominus inſpirauerit, reſpõdebo. Tunc die noctúque in orationibus & ieiuniis perſe- B ueranſ poſtulauit à Domino, ne virginitatem promiſſam aliqua occaſione violaret. Septimæ autem diei nocte, cùm corpus vigiliis & ieiuniis maceratum ſopori dediſſet, affuit angelus Domini dicens. Viriliter age, & confortetur cor tuum. His verbis roboratus, egreſſus eſt de cubiculo, & læto vultu patétum triſtitias auferens ait: Ecce ſicut deſideratis faciam. Quæritur ergo puella talis quæ & locuples eſſet & nobilitate generis coæqualis nomine Baſiliſſa, quæ & ipſa erat parentibus vnica. Venit dies ſtabilitus nuptiarum, in quo inuitantur vicini plateæ, ſericis ornantur pannis, & aures omniũ ſonis muſi- C corum oblectantur & cantilenis virginum, ita vt ſi homo ferreus eſſet luxuria reſolueretur. Producitur inter hoc onerata gemmis & auro ſponſa de thalamo. Ingreditur iuuenis cum virgine lætus cubiculũ. Factáque oratione ab eo, tali odore cella repleta eſt, vt videretur ſibi virgo in tali loco poſita in quo vernant lilia & roſæ. Et ait ad iuuenem. Miram rem ſentio. Cùm enim ſit hyemis tempus, ita mihi roſarum & liliorum odor famulatur, vt iis ſatiata iam horreã tori coniunctionem. Cui Iulianus ait. Odor, qui tibi apparuit, eſt Dominus Ieſus Chriſtus, amator caſtitatis, qui integritaté corporis ſeruantibus vitam æter- D nam reddit. Tunc illa. Quæ melior ſalus, quàm virginitatem cuſtodiendo vitam æternam acquirere? Et quia ita credo eſſe vt dicis, opto tibi conſentiens eſſe vt ſponſum æternum poſſideam. Tunc Iulianus in oratione procidens pauimento adhærebat clamans. Confirma hoc Deus in nobis quod operatus es Domine. Hæc videns virgo ſimiliter fecit. Et ſubito fundamenta cubiculi commota ſunt. Et lux inenarrabilis emicuit. Et ex vna parte ſedebat ibi rex æternus cum multitudine virorum candidatorum, & ex alia cum multitudine virginum, quarum glorioſa virgo Maria tenebat principatum. A parte Iuliani clama- E batur. Viciſti Iuliane, viciſti. A parte virginis. Beata es Baſiliſſa, quæ monitis ſalutaribus conſenſiſti. Et oſtenſus eſt Iuliano liber litteris aureis ſcriptus, dictúmque eſt ei. Accede & lege. Et cœpit legere Quiſquis pro amore meo mundum contempſerit, deputetur in numero eorum qui cum mulieribus nõ ſunt coinquinati. Baſiliſſa verò quæ ei integro corde ſociata eſt, deputetur in numero earum virginum quarum virgo Maria tenet principatum. Et dixerunt millia millium qui adſtabant, Amen. [Rurſus ad illos dictum eſt. In hoc libro, vt videtis ſcripti ſunt caſti homines, ſobrij, veraces, miſericordes, humiles, F mites, qui non fictam charitatem habuerunt, qui res aduerſas atque acerbas ſuſtinuerunt, qui calamitates & ærumnas perpeſſi ſunt, qui denique ſuæ in Chriſtum charitati nihil prætulerunt: nõ patrem, nõ matrem, non vxorem, non filios, non agros, non diuitias, non reliqua omnia, quæ in hoc ſæculo humanos animos impediunt. Illi denique in hoc libro ſunt

Ecce virginitatis votum.
Pſal. 26.
Chriſtus quomodo deſideriũ Veneris illis amouerit.
Pſal. 67.
Caſtitaté in coniugio vouentes quomodo laudantur à Chriſto.
Apoc. 14.

A ſcripti, qui ne ſuas quidem animas Chriſti cauſa in mortem tradere cunctati ſunt: è quorum numero & vos digni habiti eſtis. His autem dictis,] viſione ſublata exultantes in Domino, reliquum noctis in hymnis & canticis vigiles peregerunt. Quid multa? Cœperunt ſpiritu non carne fructificare. Et ſuper cãdelabrum excelſum fundantur duæ lucernæ accenſæ, quibus rex æternum oleum ſubminiſtrans per eos igniferi verbi doctrinam ignaris infundebat. Nec quiſquam dinumerare poterat animarum multitudines, quæ per ſanctum Iulianum migrauerunt ad Dominum. Similiter & Baſiliſſa agmina virginum, & B mulierum caſtas animas præmittebat ad cœlũ. Temporibus autem Diocleriani & Maximiani furore perſecutionis incumbente: ieiunio & fletu ſtudentes tales in conſpectu Domini preces fuderunt. Domine Deus omnipotens, qui ſecretorum es cognitor, ne patiaris à lupo inſatiabili gregis tui integritaté violari. Præſta Domine vt omnes quos tibi per nos militare feciſti: integros in conſpectu tuo conſtituas, vt exultantes dicamus. Ecce nos & pueros quos dediſti nobis, nemo ex eis periit. Sequenti nocte ſic Baſiliſſam per viſum alloquitur Dominus. Baſiliſſa nominis tui digna: quæ oraſti hæc me implere delectat, vt C vaſa omnia, quæ per te mihi mundaui, dum adhuc viuis ad cœleſtia regna præmittas. Habebis dimidiũ temporis quo ex omni loco quæ ſeminaſti triticum colligere poſſis. Et recondita meſſe tu ipſa ſequaris. Iulianus verò vt bonus athleta pugnabit & vincet. His auditis, omnia enarrauit Iuliano, & virginibus congregatis terminum reuelatum expoſuit, & eas ad proficiendum ſollicitè monuit. Et cùm multa loquens proſequeretur, locus in quo erant commotus eſt, & lux emicuit. Et apparuit titulus ſcripturę huius, Omnes venite ad præmia vobis parata. Sicque intra promiſſum tempus omnes virgines ad Dominum D migrauerunt circiter mille. Quæ poſtmodum apparentes[a] cycladibus niueis indutæ, oranti dixerunt. Ecce expectamus te, vt tecum Dominum adoremus cui nos acquiſiſti. Ipſa igitur à Domino euocata in pace quieuit, quam Iulianus deuotè ſepeliuit.

Hæc Antiochię agebãtur, quę eſt Metropolis Meſopotamiæ & Syriæ. Vi autem perſecutionis magis ac magis inualeſcente, præfata ciuitas Martiani præſidis iuſſu coacta eſt, vt vnuſquiſque imaginem Cæſaris in domo ſua erigeret. Audiens autem præſes Iuliani fidem, & quia multos haberet ſocios, iuſsit aſſeſſori ſuo ad eum pergere locum, vbi Iulianus Deo E vacabat cum multitudine miniſtrorum eccleſiæ & fidelium declinantium rabiem perſecutionis: parati tamen ad mortem. Iulianus autem ait ad ſanctã congregationem. Nunc fratres oremus quia perſecutores appropinquant. Ingreſſus igitur aſſeſſor præſidis ait: puto te non latere Iuliane ſacratorum principum decreta, vt vnus ſit apud homines deorum cultus. Cui reſpondit Iulianus. Audiant principum iuſſa, qui eis militant. Nos autem, qui regem in cœlis habemus, terrenum principem non audimus. Quod cùm aſſeſſor præſidi retuliſſet, mandauit Iulianum ſibi præſentari, reliquos omnes in eodem loco igne cõſumi. F Quod & factum eſt, & talis gratia loco illi collata eſt, vt tranſeuntes multitudinem pſallentiũ audirẽt, & ſani cum infirmitatibus accedentes abſcederent. Præſentato autem Iuliano præſidi, ait ipſe Martianus. Tu es Iulianus præceptorũ principum rebellis,

A.C. 300.
Zach. 4.
Iſai. 8.
Chriſtus Baſiliſſæ apparet.
S. Baſiliſſa migrat ad Dominũ.
Iſta quæ ſequutur ex MS. cod. Sur. Metaph. adiecit. to. 1.
Iulianus principis aſſeſſori parere nõ vult.
Martian⁹ præſes interrogauit Iulianum.

a Cyclas veſtis fœminea rotonda ἀπὸ τȣ κύκλȣ, circulo, quod expanſa inſtar ſit circuli, mem. Iuue. & Perſ.

deorum

A.C. 300.

A deorum contumax qui innocentum multitudines
magicis artibus tibi congregas? Qui reſpondit. Ego
nec rebellis, nec ſacrilegus vnquam fui: ſed legi di-
uinæ, in qua regalia cōtinentur, mādato pareo. Deos
verò quos colitis dæmonia eſſe manifeſtum eſt, qui
perdere poſſunt cultores ſuos nō liberare. Tunc præ-
ſes furore obſeſſus clamauit miniſtris dicens. Hunc
ad verbera extendite, & fuſtibus nodoſis omnia mē-
bra eius diſſipate. Quod cùm fieret, vnus de cæden-
tibus, qui erat de militibus Cæſaris ictu oculū ami-
ſit. Hoc audiens Martianus inquit fremens. Tantum
inualuit ars tua magica, vt & tu nihil ſentias & alio-
rum oculos euellas. Cui Iulianus. [Martiane vide
B quia hoc eſt verum quod ſuperius dixi, cæcus es &
morbidus & errans. Sed tandem amota ſæuitia tua
audi quod propono.] conuoca omnes tuorum Deo-
rum probatiſſimos ſacerdotes & inuocent nomina
deorum ſuorum ſi valeant reſtituere oculum euul-
ſum cultori ſuo. Quod cùm non poterint, ego no-
men Domini noſtri Ieſu Chriſti inuocando illumi-
nabo. Et cùm ſacerdotes idolorum ex præcepto ty-
ranni congregati forent, inuocātibus deos ſuos pro
illuminatione illius, reſponderunt dæmonia. Diſce-
dite à nobis æterno igni manciparis. Nam tantū va-
C lēt preces Iuliani apud Dominū, quod à die qua ipſe
ad pœnam poſitus eſt: pœna eſt nobis centuplicata.
Et cum in tenebris ſimus, quomodo viſum, quem nō
habemus reddemus? Iulianus verò, quem nil horum
latebat oratione facta dixit ad Martianum: Feſtina,
vocant te dij tui licet non voluntarij, ſed coacti. Qui
cùm ingrederetur templum, vidit omnia ſimulachra
comminuta & in puluerem redacta. Et obcæcatis à
diabolo clamare cœpit. O maleficia, quæ ſic præua-
lent, vt & deorum virtutes ſuperent, & eos in pulue-
rem redigant. Sed hæc deorum patientia laudanda
eſt, qui iniurias ſibi irrogatas patienter ſuſtinent, vt
D rebelles ſibi patiendo ſubiiciant. Nunc ô Iuliane qui
patientiſſimos deos te ſuperaſſe gloriaris, promiſ-
ſum imple, & in nomine Chriſti oculum amiſſum
reſtitue. Sed ne hoc magicis artibus exerceas lotio te
iubeo perfundi, per quod omnia maleficia noſcun-
tur fugari. Cúmq; perfunderetur lotio fœtenti, illud
Chriſtus conuertit in odorem balſami. Tunc Iulia-
nus ſignum crucis faciens & nomen Chriſti inuo-
cans oculum ei reſtituit. Qui illuminatus clamauit
ſtatim. Verus eſt Deus Chriſtus, ipſe ſolus colendus
& adorandus eſt. Hunc cùm audiret præſes ſic prolo-
quentem, ſtatim eum fecit gladio perimi. Sicque in
E ſanguine ſuo baptizatum Chriſtus martyrem con-
ſecrauit. Iulianum autem diuerſis pœnis afflictum,
& vinculis ferreis per omne corpus oneratum iuſſit
præſes ſub voce præconis circumire ciuitatem, di-
centis. Hæc merentur deorum rebelles & principum
contemptores. Et cùm venerunt ad locum vbi Cel-
ſus filius præſidis vnicus ſtudebat, ait puer ad condiſ-
cipulos ſuos. Rem inauditam video, illum, ſcilicet,
reum Chriſtianum quem milites ducunt & multitu-
dinem albatorum cum illo loquentem, & ſuper ca-
put eius coronam ex gemmis & auro fulgentē cuius
fulgor obcæcat aëris huius lucem, & alios tres viros
F albeſcentibus comis aureóque vultu in ſimilitudinē
Aquilarum ſuper eum excubias celebrantes, & hoc
mihi videtur quia dignum eſt tali Deo credere, qui
ſuos ſic tuetur, & tali circundat decore. Hæc audien-
tes condiſcipuli & magiſter eius turbati ſunt, & blā-
de corripientes eum ab intentione conati ſunt reuo-
care. [Timebant enim quia vnicus erat patri: & ad-
iecit puer, Verè magnus eſt Deus qui credentes in ſe

Dæmones ſuam impotentiam confitentur.

Celſus præſidis filius conuertitur ad Chriſtum.

A.C. 300.

A non deſerit. Quæ eſt enim gloria huius vitæ? Sicut
vter vento diſtentus plenus apparet oculis, & intus
eſt vacuus ita & huius ſæculi gloria, in qua nos tem-
poralem habemus lætitiam & æternam Dei vitam
non agnoſcimus: hæc eſt vera gloria & nobilitas
generis pro eo pati, quem cùm torqueor non amitto
quem cùm confiteor, nunquam derelinquo: hæc di-
cens præſidis filius] doctorum volumina proiecit, &
veſtes quibus indutus erat à ſe abiecit, dicēs. [Polluta
veſtimenta mea ad Dei hominem properantem ne-
ceſſe eſt abiicere.] Nudū me mater fudit huic ſæcu-
lo, ideóque quod mundi eſt, mundo relinquam. Hæc
B dicens per plateas ciuitatis iter arripuit, donec eò
veniens ibi Chriſti ſanctus Iulianus torquebatur, pe-
dibus eius proſtratus ait. Te ſecundæ natiuitatis, quā
mihi Chriſtus oſtendit, patrem agnoſco. Martianū
verò genitorem meum, veritatis inimicum abnego,
tibique adhærens ſimilia pro Chriſto pati exopto.
Hæc videntes pœnarum miniſtri præ ſtupore tace-
bant. [Doctores verò atque magiſtri fugam medita-
bantur.] De tota verò ciuitate ad tale ſpectaculum
omnes confluebant, & præſidis filium ſic martyri
adhærentem & vulnera eius oſculantem obſtupeſce-
bant. Hæc audientes parentes eius tabeſcebant fi-
C liúmque ſuum à Iuliano ſegregatum ſibi reſtitui præ-
ceperunt. At Dei miſericordia martyris precibus af-
fuit, vt ſi quis eum vellet ab eius complexu ſeparare,
ſtatim manus & brachia eorum cōtraherentur. Tūc
iuſſit præſes eos ſimul ad ſe adduci. Quo facto ait
præſes Iuliano. Spei meæ fructum auferre magicis ar-
tibus contendis, & tenerum pectus illicitis carmini-
bus genitorum affectum negare compellis. Hæc eo
dicente, aduenit mater cum innumera familia cri-
ne ſoluto & nudatis vberibus clamans. Quod vidēs
præſes ſciſcis veſtibus & lacerata facie clamabat. Iu-
liane crudelis, aſpice dolorem patris & matris, &
D planctum tantæ familiæ & magicis artibus innocen-
tem ſolue, vt ego pro te imperatoribus ſuggeram, vt
culpa tua neglecta ſanus abſcedas. Cui ille reſpon-
dit. Suffragiis tuis opus non habeo, nec ab imperato-
ribus tuis dimitti deſidero. Sed hoc Dominum [meū
Ieſum Chriſtum] rogo, vt cum agno iſto de luporum
viſceribus nato ſuſcipiar in ſanctorum martyrum
numero. Ecce adeſt qui ex te natus eſt, modo mecū
credendo renatus eſt, & tibi & matri reſponſum ex-
hibeat ſuum. Ad hæc puer reſpondit. Roſæ de ſpinis
naſcuntur neque roſa nata de ſpinis odorem ſuauiſ-
ſimum, neque frutex quæ roſam genuit amittit acu-
E leos ſpinarum ſuarum. Vt ergo conſueuiſtis, pungite
& me odorem ſuauitatis credentibus propinare per-
mittite. Vobis obediant qui perire parati ſunt, me
imitentur qui de tenebris ad lucem tranſire conten-
dunt. Ego pro Chriſto [Ieſu Domino meo] vos pa-
rentes nego, & per temporalem mortē vitam æter-
nam acquiro. Non poſſum in vos pius eſſe, & in me
crudelis [exiſtere.] Quid moraris quaſi incredulus &
crudelis manibus tuis nòn quaſi verus Abraham ap-
prehendere gladium & victimam filium offerre? Va-
ni ſunt luctus veſtri, falſæ lachrymæ. Me verò ab hac
confeſſione pietatis nullus me valebit diſiungere.
F [nec definitionem omniū philoſophorum. Diſcedi-
te ergo à me quia paternū nomen & maternū Chri-
ſti nomini poſthabeo.] Martianus ergo iuſsit eos in
carceris ima trudi, vbi de damnatorū membris diu-
turna tabe conſumptis horribilium vermium ebul-
liebat examen: Sed illos ingrediētes gratia Dei præ-
cedens, locum horribilē reddidit delectabilem, tene-
bras conuertit, & ebulliens pœna euanuit. Hoc vi-
dentes

Oratio Celſi pueri ad parētes ſapientiſſima.

Gen. 22.

In carcerem detruduntur.

A.C. 300. Militum cõuerſio.
A dentes milites qui eos cuſtodiæ mancipandos addu-
xerant, conuerſi adinuicem dixerunt. Turpe eſt re-
uerti ad id quod fuimus, & negligere ſalutem quam
inuenimus. Ad pedes ergo voluuntur ſancti Iuliani
confitentes & laudantes nomen Chriſti. Sanctus au-
tem orabat vt quos Chriſto acquiſierat, baptiſmum
Presbyter celebrabat diuina myſteria, id eſt, Miſſam.
reciperent. Erant autẽ ſeptem filij relicti primarij vi
ri ciuitatis illius defuncti, qui ex genere Carini impe
ratoris deſcenderant. Quos imperatores licet Chri-
ſtianos patris eorum gratia retinentes, iuſſerunt ſine
aliqua perſecutione Chriſtianæ religioni deſeruire.
Hi habebant ſecum presbyterum qui ſacra myſteria
B eis celebrabat. In quo iuſſi diuinitus, vt vnà cũ preſ-
bytero carcerẽ peterent, quatenus [venerabilis puer
& milites] baptiſmi gratiam ſuſciperent. Quod cùm
fociſſent, vt tetigerunt ianuas carceris, omnia clau-
ſtra patefacta ſunt, & intrantes cum beato Iuliano
Dominũ orauerunt, [Hoc audiens B. Iulianus dixit,
Gratias tibi Ieſu bone refero, qui dignatus es ita im-
plere deſiderium meum, vt hi quos per me tibi acqui-
ſiſti, per baptiſmi gratiã vera fidei membra confir-
mentur, & quos impietas imperatorum quaſi agnos
paruulos, inter tãta agmina luporum reliquerat ad
tui ſancti nominis confeſſionẽ aggregentur.] Hoc
C autem audiens Martianus contremuit, & eductis de
carcere, eis dixit. Quid vobis contigit, ô infantuli, vt
optetis mori ſine aliqua perſecutione, quibus con-
ceſſum eſt arbitrio veſtro viuere, & Deum veſtrum
colere? Ad hęc ſenior eorũ reſpondit. Maſſa auri na-
turæ ſuæ claritatem obtinet: ſed niſi per manus ar-
tificis igne, malleo & limis in partes diſſipetur, di-
gnum capite regis diadema non perficitur. Ita &
nos quidem Chriſtiani ſumus: ſed niſi Iuliani veſti-
gia ſecuti fuerimus, diadema regis æterni eſſe non
Quare ſancti etiã ſi Chriſtiani eſſe nõ prohiberẽtur ſe Iuliano iunxerunt.
poſſumus. Tunc præfectus in cuſtodiã eos recipi ſta-
tuit, & imperatoribus inſinuauit dicens. Piiſſimi im-
D peratores ſuccurrite legibus veſtris, & numinibus,
quæ remanſerunt munimina præbete, & Iulianum
magum veſtris obtutibus præſentate, qui [magicis ar-
tibus] plus quàm quinquaginta deorum ſimulachra,
per quos mundus florebat, comminuit: ſed & filium
meum à me ſeparauit, & milites immutauit mente,
& ſeptem germanos beneficiis veſtris ingratos fe-
cit. Tunc imperator licentiam dedit vt ſi Iulianus in
hac confeſſione permaneret, congregata omni pro-
uincia ſingulas cuppas iuberet præparari, & intus pi
cem, bitumen, & ſulphur immitti, ac ſingulos in eis
incluſos igne ſuppoſito concremari. Quod ſi aduer-
E ſus hoc artis magicæ carmen præualeret, haberet li-
centiã, vt qua eos pœna vellet, affligeret. Tunc præ-
ſes iubet ſibi ſedem in foro præparari, & ſanctos ſibi
præſentari. Cúmq; ſanctum Iulianũ præſes alloque-
retur, corpus exanime per plateã deferebatur ſepe-
liendũ. Pręſes ergo iubens corpus deponi ait Iuliano.
Magiſter veſter Chriſtus antequã crucifigeretur di-
citur mortuos ſuſcitaſſe: hic patebit ꝙ verus Deus ſit,
ſi vos iſtũ ſuſcitaueritis. Cui Iulianus. Quid prodeſt
cæco ſi ſol oriatur? Licet autẽ hoc incredibilitas ve-
ſtra non mereatur, tñ quia tẽpus eſt vt virtus Dei ma
Ioan. 14.
nifeſtetur, ne nos impotẽtes putes: fidele promiſſum
F Domini habeo, quia quicquid eum petiero non me
Ioan. 11. Mortuum ſuſcitat Iulianus.
fraudabit. Tunc ſanctus fuſa oratione corã omnibus
ait ad corpus. Tibi dico terra arida in nomine eius,
qui Lazarũ quatriduanũ ſuſcitauit, ſurge. Continuò
ſurgens ille à mortuis, clamauit. O acceptabilis ora-
Oratio hominis ſuſcitati.
tio. Quo ducebar? & vnde reductus ſum? Martia-
nus autem irridendo ait. Et vnde adductus es? At
ille: ducebar, inquit, à neſcio quibus Æthiopibus,
A quorum ſtatura erat vt gigantum, aſpectus horren-
dus, oculi vt fornaces ignis, dentes vt leonum, bra-
chia ſicut trabes, vngues vt aquilarum, qui lætantes
ducebant me in infernũ, ſed orante Iuliano vox Dei
facta eſt. Propter dilectum meũ Iulianum anima ad
corpus reducatur, ſicque aduenientes duo albati de
manibus impiorum eruentes me huic loco reddide-
runt, vt per eum qui me ſuſcitauit poſt mortẽ illum
agnoſcam, quẽ viuus negabam. Hæc eo dicente tur-
batus præſes iuſsit & hunc cum ſanctis in carcerem
trudi, & pœnã, quam imperatores ordinauerãt præ-
parari. [Quẽ B. Iulianus fecit baptiſmi gratiã conſe-
B qui, atque ita cùm illis cœpit martyrij agonem ſubi-
re.] Præſide igitur pro tribunali ſedente omníq; ſexu
& ætate ad ſpectaculum concurrente, ordinantur
triginta & vna cuppæ plenæ pice, bitumine, & ſul-
phure, & ſuppoſito igne iubentur ſancti de cuſtodia
produci. Sanctũ verò Iulianũ & Celſum puerum ea-
dem vincula tenebant. [Cæteri autẽ onerati diuerſis
catenarum vinculis trahebantur ad ſpectaculũ,] &
hymnum omnes Domino vna voce canebant. Spe-
Sancti in cupas ſucceſas mittuntur & illæſi euadunt.
ctantium mentes ad fletum conuerſas pietas incli-
nabat. Tunc Celſus ait ad patrẽ ſuum. Cùm me poſt
ignẽ videbis illæſum, permitte me cum matre triduo
C habere conſiliũ: quod ſi feceris, nec me nec ipsã amit
tes. Mater hæc audiens, vrgebat hoc fieri. Cui præſes.
Si ex igne illæſus euaſeris (quod fieri poſſe non cre-
do) faciã quod deſideras. Tunc non ſufferens videre
incendium filij, relicto aſſeſſore ſciſsis veſtibus vlu-
lans cum vxore domum reuertitur. Miſsis ergo illis
in cupas ſuccenſas, audiebatur de medio ignis multi-
tudo pſallentiũ quaſi ſonus aquarum multarũ. Con- Pſal. 65.
ſumpto autẽ igne apparuerunt ſicut aurum rutilans,
hymnũ cantantes Deo. Tranſiuimus per ignem &
aquam, &c. Audiens præſes cucurrit ad ſpectaculum,
& ait ad Iulianum. Obſecro te per Deum tuũ vt di- Luc. 19.
D cas mihi, vnde tantam vim maleficiorum didiciſti,
quibus reſpondit. Si quis ab omnibus actibus ſæculi
alienum ſe facit, ſolam vocem Domini audiat di-
centis. Si quis vult venire poſt me, &c. & nihil amo-
ri Chriſti præponat, nihilque aliud, quàm illud quod
promittit deſideret, talis non ſolum hanc gratiam in
præſenti mercabitur, ſed etiam æternam cum Deo
conciliat amicitiam. Ad quem præſes. Et quis eſt tam
inſipiens, vt huius mundi lætitiam fugiat [& ad iſtã
tantam iniuriã & indignitatẽ ſemetipſum abiiciat.
Tunc præſes ad filium ſuum ait. Ecce mater tua vt
poſtulaſti triduo cum ea habebis inducias.] Reſpõ-
E dit Iulianus. Deus hoc paratus eſt omnibus dare; ſed
pauci ſunt qui ſint digni accipere. Tunc Celſus puer
ait. Hoc triduo matre mihi cõceſſa, nulli licebit tuo-
rum intereſſe. Tunc ſancti martyres clauduntur in
cuſtodia ciuili, vnà cum matre pueri. Ingreſsiq; cùm
orationem funderent, ſtatim cõmotus eſt locus, ſplẽ-
dor emicuit, odor conſuetus affuit, & vox pſallentiũ
inſonuit. Hæc videns & audiens mulier clamauit.
Nunquam in vita mea tam ſuauem odorem cõperi.
Mater Celſi conuertitur.
Nam ita repleta ſum, vt omniũ dolorũ meorum pa-
tiar obliuionem, nec aliud cordi meo manere co-
gnoſco, niſi ipſum eſſe verum Deum, pro quo filius
F meus agonizatur. Cui puer. Verè nunc fateor te ma-
trem meam eſſe, nec tu amittes filiũ, nec ego matrẽ,
ſi mecum ad illud contendas donum, pro quo ſancti
tanta ſuſtinent. Et mater ad eum. Scias me nihil amo-
ri eius præponere quem tu diligis. Ipſum verũ Deum
eſſe credo, quem per prædicationẽ tuam creatorem
omniũ eſſe cognoſco, cupiens hac terrena vita ca-
rere, vt ad illã æternam merear vobiſcum attingere.
Hanc

A.C. 300.

Hanc igitur ſanctus Antonius præsbiter baptizauit, & filius Celſus de fonte leuauit. Audiens autem Martianus vxorem conuerſam, iratus fecit eam ad domum reduci, ſequenti die ſedens pro tribunali iuſsit viginti milites decollari, ſeptem germanos igni tradi. Vxorem vero & filium Celſum & Antonium presbyterum, & illum qui ſuſcitatus fuerat ſibi reſeruari. Et congregans omnes ſacerdotes templorum ait. Ite & ornate templum Iouis. Et hoc facto ingreſſus eſt templum, ſanctos illuc ante ſe adduci faciens, & dixit eis. Ecce nunc tempus aduenit, in quo ſalutẽ conſequamini ſacrificium offerendo numinibus. Sin minus diuerſa tormenta in vos exercebo. Et adſtantibus omnibus ſacerdotibus idolorum flexis genibus Iulianus & Antonius cum ſociis orauerunt, pro templi deſtructione, & idolorum comminutione. Oratione autem perfecta templum ſubuerſum eſt, & idola in puluerem redacta, & ſacerdotes eorũ oppreſsi ſunt à ruina, & Gentilium magna pars interiit. Clamauit autem præſes dicens. O virtus magica, ô carmen inauditum ſic præualens, [vt etiam terræ ſinus aperiat & tanta bona ab oculis pie fruentium auferat] iam non miſerebor antequam eos gladio feriri faciam, & de pœnis eorũ me ſatiabo. Iuſsit ergo omnes illos in carcerem retrudi. Et cùm nocte in Dei laudibus eſſent, aduenit multitudo ſanctorum, qui per martyriũ triumphauerant, amicti ſtolis albis, & inter eos viginti milites, & ſeptem illi germani martyrium iam paſsi, & ſancta Baſiliſſa cum choro virginũ, in qua multitudine ſola vox audiebatur Alleluya. Et ait Baſiliſſa ad Iulianũ. Regna cœlorum pateſacta ſunt, venite. Alia igitur die Martianus iuſsit digitos manuum & pedũ oleo, madentibus liciniis colligari, & ignem ſupponi. Et cùm illæſos videret, iuſsit Iuliano & Celſo cutem capitis auferri, Antonio & Anaſtaſio qui fuerat à mortuis ſuſcitatus, oculos vncinis ferreis effodi. Martianillã vero matrem Celſi, cùm iuberet eculeo applicari, ſi quis miniſtrorum volebat ad eam attingere, cæcus fiebat. Sanctos autem ita dominus curauit, ac ſi nil fuiſſent perpeſsi. Exinde iuſsit tyrannus omnia genera ferarum ad eos mitti. Sed dimiſſæ ad eos quantumcunq; feroces pedes ſanctorum lingebant. Demum iuſsit omnes illos ſanctos cum malefactoribus decollari, ex quo martyrij coronam à Domino perceperunt. Et ſubito terræmotus factus eſt magnus, & fulgura deſcenderunt & tonitrua, templa idolorum diruta ſunt, magna multitudo paganorũ interiit, & tyrannus ſemiuiuus euaſit, ſed non multopoſt vermibus ebulliens expirauit. Sanctorum autem corpora honorifice ſepulta ſunt, & apparuerunt ſuper thecas eorum in ſpecie ignis animæ eorum. 8. idus Ianuarij paſsi ſunt.

Diuina viſione cõfortantur.

Antonius & Anaſtaſius & Martianilla Celſi mater torquentur.

Coluntur nono Ianuarij.

§. XXI.

De S. Cypriano & Iuſtina. De his S. S. Marty. agit Sur. to. 5. ex Metaph & MS de his habetur ex quibus Vincẽtius & Antoninus.

DE ſanctis Cypriano & Iuſtina referente Vin. in ſpe. hiſt. lib. 13, ex geſtis eorum. Erat quædam virgo in Antiochia ciuitate Iuſtina nomine, religione Chriſtiana, quam quidã ſcholaſticus nomine Aglaidas videns frequẽter ad Eccleſiã ire, in amorem eius venit, multóſq; ad eam tranſmittens eã ſibi vxorem petiit. Quæ cùm omnibus diceret ſe Chriſto deſponſatam eſſe cœleſti ſponſo, volebat eam per vim rapere, ſed non poterat. Tunc iratus acceſsit ad Cyprianum magnum, promittens ei duo talenta auri & argenti, vt Iuſtinam virginem per maleficia cogeret ad aſſentiendum in eum. Legitur autem hic Cyprianus cùm adhuc ſeptem eſſet annorum, à parentibus A diabolo conſecratus. Et modis omnibus diabolo ſeruiens, & in libris magicis imagines dæmonũ pictas habens, arte illa matronas in iumenta vertebat, omnibus voluptatibus deditus & ſceleribus, & Chriſtianis multas iniurias irrogãs in impietatibus ipſos dæmones ſuperabat. Diabolus autem ſpiritus fornicationis in formã virginis ſe mutauit Iuſtinæ, vt famã eius pollueret, & Cyprianum deludens ei qui eam cõcupierat ſuam potentiam iactaret. Sicq; in forma Iuſtinæ diabolus ad Cyprianum veniens cùm vellet eam oſculari, & Cyprianus putans eã eſſe Iuſtinam diceret. Bene veniſti Iuſtina omnium fœminarum B decor. Non ferens dæmon etiam nomen Iuſtinæ à Cypriano expreſſum, vt fumus euanuit. Pręfatus autem Aglaidas acceſſit ad ipſum Cyprianum, offerẽs ei multam pecuniam ſi induceret eam ad conſenſum eius. Cyprianus autem per artem magicam edoctus à diabolo, dedit ei certum vnguentum docens eum, vt ſpargeret circa domum eius, & ipſe diabolus ſuperueniens conſenſum paternũ extorqueret ad hoc efficiendum. Cúmq; hoc factum eſſet, & circa tertiam horam noctis ſurgens virgo ad orationem impetum tentationis ſentiret, ſignauit ſe & domũ ſuam ſigno crucis, & dæmonem effugauit. Qui veniens ad C Cyprianum confuſus, & cur virginem non adduxiſſet requiſitus ait. Vidi quoddam ſignum in ea, & tabui. Cyprianus autem alium dæmonem fortiorem inuocauit, qui adduceret eam. Et ei ſimiliter accidit. Tandem vocauit regem dæmonum, & ait illi. Quæ eſt infirmitas veſtra? Victa eſt ab vna puella omnis fortitudo & gloria veſtra. Qui ait. Nunc eam adducam tibi & deſiderium habentẽ corruptionis. Tunc ergo diabolus in ſpecie virginis ad Iuſtinam intrauit, dixitque ei. Hodie miſſa ſum ad te à Chriſto viuere tecum in caſtitate. [Cæterum quàmnam propter eam mercedem accipiam volo ex te ſcire videtur D enim mihi res magna & periculoſa &] multum te video vexari abſtinentia. Sancta autem dixit. Merces quidem multa: labor vero modicus. Dixit quoque diabolus. Deus ab initio benedixit Adam & Euam, dicens eis. Creſcite & multiplicamini &c. Puto ergo, quod ſi in virginitate permanſerimus, in iudicium incidamus, quia mandatum Dei contemnimus. Ex his virgo tentata ſurrexit: ſed per ſpiritum edocta quis eſſet, qui loquebatur, ſigno crucis ſe muniens in dæmonem exſufflauit, nec amplius comparuit. Quandoque Cyprianus arte magica in fœminam vel auem mutatus, cùm eſſet circa oſtium do- E mus Iuſtinæ, non fœmina nec auis ſed Cyprianus apparebat. Hoc autem videtur intelligendum, non quod realiter mutaretur in aliam ſpeciem: ſed quia opere diaboli perſtringebantur oculi vel phantaſiæ hominum, & ipſius Cypriani, & ſic videretur mutatus. Quam diaboli illuſionem Iuſtina non patiebatur. Exinde diabolus formam iuuenis pulcherrimi accipiens, in lectum eius ingreſſus voluit in amplexus eius & oſcula ruere: ſed facto ſibi ſigno crucis non comparuit iuuenis. Inſuper febres vehementes in corpus eius immiſit cum phantaſmatibus turpiũ actuum: ſed oratione tentationes ſuperauit. Pręd ixit F quoque per dæmoniacos vel ſimulachra Gentilium peſtem maximã futuram iumẽtis & permanſurã diu, niſi Iuſtina coniugio traderetur. Propter ꝙ parentes eius à ciuibus importune rogabantur vt eã coniugio traderent, & tantũ malũ euaderent, Iuſtinæ etiã ipſi mortẽ cõminantes ſi nõ aſſentiret huic rei. Quæ nullo modo acquieuit: ſed poſt ſeptẽ annos precibus eius peſtis ceſſauit. Quod vtiq; valde mirandum eſt, nec

A.C. 300.

Iuſtina virgo Chriſto deſpõſata erat, voto ſcilicet & promiſſione ei facta.

Cyprianus magus quis.

S. Virgo crucis ſigno Dæmonem fugat.

Gen. 1.

Similia ſunt hæreticorum & caſtitatis homiũ argumenta.

Dæmonis fraudes aduerſus ſanctam Dei virginem.

Metaphraſtes huius peſtis non meminit, neque mihi videtur veriſimile tentationem illam duraſſe.

A.C. 300.

A tamen incredibile Deo permittente. Demũ confuſus in omnibus dæmonũ princeps Cypriano apparuit. Cui Cyprianus. Et tu quoque victus es, ſicut & ſubiecti tui. Dic mihi quomodo victi eſtis ab vna virgine Chriſtiana, & quæ ſit virtus victoriæ huius? Qui reſpondit. Dicere tibi nõ poſſum, ſed quoddam terribile ſignum vidi ſuper eam, & tabui. Et cùm Cyprianus diceret, vt indicaret ſibi quæ eſſet illa virtus & cuius ſigni, reſpondit diabolus. Iura mihi per virtutes meas, ſi vis dicam tibi, quod ſit illud ſignum, ꝙ nunquam diſcedes à me. At ille iurauit. Et diabolus dixit. Vidi ſignum crucifixi, ſ. ſignum crucis, & tabui,

Dæmon ſe victum fatetur.

Virtus ſigni crucis.

B & ſicut fluit cera à facie ignis, fluxi, [quod ſignum ne dum figuratur quidẽ videre omnino ſuſtinemus, ſed totis viribus nos prius in fugã coniicimus, quàm id perfecte figuretur] Cui Cyprianus ait. Ergo crucifixus maior te eſt? Reſpondit diabolus. Etiã maior eſt omnibus, quia per ipſum mundi miſertus eſt Deus, & ſiue angeli tranſgreſſores ſiue homines Dei deſertores adducũtur ab angelis ante faciẽ Chriſti crucifixi, & ſic accipiunt ſententiam ignis inextinguibilis. Et Cyprianus ad eum. Ego ad Chriſtũ debeo feſtinare, ne talem pœnã incurram. Iuraſti mihi (ait diabolus) per virtutẽ, quam nemo peierare poteſt. Cyprianus

Conuertitur Cyprianus ad Chriſtum.

C vero inquit ad eum. Contemno te & omnes formidantes virtutes tuas. Sed & meipſum denego, méque conſignans dico. Gloria tibi Chriſte, dæmon recede ex me. Fugiénſq; diabolus euanuit. Cyprianus autẽ acceſſit ad antiſtitem ciuitatis Antimum, & cecidit ad pedes eius dicens Famule Dei excelſi ſigna me, & catechiza me in nomine Chriſti. Putàns autem epiſcopus ne forte Eccleſiã veniſſet mittere in errorem, dixit Cypriano. Sufficiant tibi Cypriane ij, qui deforis ſunt. Nihil potes aduerſus Dei Eccleſiam, quia inuicta eſt virtus Chriſti. Sed cùm narraſſet Cyprianus qualiter virtus Chriſti & oratio ſanctæ Iuſtinæ virgi-

D nis ab eo dæmones effugaſſet, ſanctus epiſcopus benedixit Deum. Pergens autẽ Cyprianus ad domum ſuam confregit omnia idola, & per totam noctẽ peccata ſua luxit. Et accedens ad epiſcopum catechizatus ab eo, poſtea baptizatus eſt. Poſt aliquod tempus diaconus factus eſt, & gratia data eſt ei aduerſus dæmones, & ſanabat infirmos, exinde ad presbyteratũ promotus eſt. Tandẽ beatus Anthimus exitũ ſuum præcognoſcens cõgregauit ſynodum epiſcoporum, & ordinauit Cyprianum epiſcopum. Et Cyprianus poſtea fecit Iuſtinã diaconiſſam, & matrem monaſterij inſtituit virginum. Poſt hæc Eutolmius comes

Cyprianus diaconus & presbyter ordinatur.

E Orientis audiens, ꝙ Cyprianus epiſcopus cum Iuſtina virgine gloriã Deorũ deſtrueret, ſibi eum præſentari mandauit, eiq; dixit. Tu es Cyprianus qui multos errare feciſti per artem magicam crucifixi? Cui Cyprianus. Qui verus Deus eſt, ipſe me ſaluauit occaſione virginis ſanctæ Iuſtinæ. Nam dæmones ipſa fugauit, quos ad eam miſit per ſignum crucifixi. Ipſe quoq; miſerrimus diabolus coactus eſt ab angelis indicare ſacramentũ & virtutem crucifixi. Comes autem iuſſit eum ſuſpenſum vngulari, & virginem neruis crudiscędi, & alapas ei à ſpiculatoribus dari. Deinde iuſſit ſartaginem ferream magnã fieri, & picem

Cyprianus & Iuſtina torquentur.

F & adipem & ceram in eam mitti. Et ſuccenſam vehementer Cyprianum & Iuſtinũ in eam mitti. Sed ignis factus eſt eis velut ros. Vnde in ſartagine poſiti Deum laudabant. Athanaſius autẽ qui erat ſacerdos idolorum, rogauit præſidẽ vt ſuper ſartaginem id eſt iuxta ſartaginẽ poneretur, & inuocationes deorum iniicerentur, nõ obſtante arte magica eorum, vt deficerent in ipſa ſartagine. Quod cùm obtinuiſſet, &

Athanaſij Idolorum ſacerdotis temeritas.

A prope ſartaginem veniſſet, dicens. Magnus eſt Deus Hercules, magnus pater deorũ Iupiter, & Aſclepius qui dat ſanitatẽ hominibus. Hoc eo dicente, exiliuit ignis, & conſumpſit illum vſq; ad oſſa. Demum decollati ſancti martyres Chriſti ad regnũ cœleſte migrauerũt. Corpora autem eorum Romam dicuntur tranſlata. Libellus autẽ qui intitulatur de pœnitentia Cypriani inter apocryphos ponitur diſtinctione 15. ſancta Romana. Et quædã [a] phylacteria quæ dicitur oratio Cypriani in qua de pœnitẽtia eius fit mentio, quæ continet hoc cũ multis characteribus & nominibus dæmonũ, vt ſuperſtitioſa reprobanda ſunt.

A.C. 3.0.

Coluntur 24. Sept.

Oratio Cypriani quæ habetur cum oratione D. Leonis eiuſdem farinæ ſuperſtitioſa.

B *a Phylacteria videtur vocata amuleta illa, quæ ſuperſtitioſi homines circunferunt vt ab hoſtibus vel alijs vitæ huius incommodis liberentur.*

§. XXII.

PASSVS eſt etiam eo tempore ſub ipſo Datiano in Hiſpania beatus Vincentius 11. Kalendas Februarij. Vt refert Vinc. in ſpe. hiſt. lib. 13. Qui genere nobiliſſimus à pueritia literis traditus gemina ſcientia efficaciſſime claruit ſub beato Valerio Cæſaraguſtæ ciuitatis antiſtite, à quo etiam ſanctitate in-

Hanc S. Vincentij hiſtoriam fuſe perſequitur Metaph. apud Sur. to. 1. De hoc item agit Aug. Ser. 1. de ſanct. & Prud. in l. periſtephanon.

C ſignis diaconij arcem ſuſcepit. Et quoniam ipſe epiſcopus impeditioris linguæ erat tradito ei doctrinæ miniſterio, ipſe orationi & contemplationi ſedulus inſiſtebat. Cùm igitur Datianus præſes epiſcopos & alios Eccleſiaſtici ordinis miniſtros capi iuſſiſſet, Valerius & Vincentius in confeſsione deitatis alacriter cucurrerunt. Hos Datianus Valentiam duci mandauit, & ſub carcerati cuſtodia famis miſeriam & catenarum ſtridorem ſuſtinere, & poſt dies aliquot iuſſit eos de carcere educi, & ante ſe præſentari eos inuitans ſuppliciorum comminatione ad deorum culturam. Cùm autem epiſcopus Valerius reticeret (erat

D enim miræ ſimplicitatis & innocentiæ vir, eruditus quidem ſcientia: ſed impeditus lingua) ait Vincen. Si iubes pater, reſponſis iudicem aggrediar. Et ille, Dudum (inquit) fili cariſsime verbi diuini tibi curã commiſeram, & nunc pro fide, pro qua adſtamus reſponſa committo. Tunc Vincentius ad Datianum. Apud Chriſtianorum prudentiam nefarium eſſe cognoſce, deitatis cultum abnegando blaſphemare. Et ne te longius pertraham, profitemur nos Chriſtianę religionis eſſe cultores, ac vnius veri Dei famulos & teſtes, in cuius nomine minas & ſupplicia tua non timemus: ſed potius mortem pro veritate libentiſsi-

Vincẽtius ab epiſcopo loquendi petit facultatem.

E me amplectimur. Tunc Datianus iratus ait. Amouete hinc epiſcopum iſtum, iuſtum eſt enim eum ſubire exilium, qui imperiale contempſit edictum. Hunc autem rebellem qui in contumeliã venit publicam, ad eculeum applicate, membris extendite, & toto corpore diſsipate. Cùm autem torqueretur, Datianus ait. O Vincenti quid dicis? vbi tuum miſerabile corpus conſpicis? At ille, Dei præſentia roboratus alacri vultu ait. Hoc eſt, quod ſemper optaui, & votis omnibus exquiſiui. Nolo gloriam meã minuas. Tu ſolus votis meis concordas. Nemo mihi amicior fuit. Ecce iam in ſublime agor, & omnes principes

Valerius in exiliũ mittitur & Vincentius torquetur.

F tuos ſæculo altior deſpicio. Inſurge igitur toto malignitatis ſpiritu, debacchare, & videbis me plus poſſe Dei virtute dum torqueor, quàm poſsis ipſe qui torques. Cœpit autem clamare Datianus & tortores & carnifices amplius deſæuire virgis & fuſtibus, ſtridore dentium frendere, & dum martyrem Dei lacerat, ſe amplius lacerare. Tandem fatigata lictorum manus ceſsit. Et dum per ſancti latera pendent viſcera,

A.C. 300.

viſcera, defecit exanguis Datianus & pectore tremēti & toruis ac minacibus oculis clamare cœpit. Quid agitis? Homicidas pertinaciter obſiſtentes ſæpe viciſtis, & parricidarum ac magorum alta ſilentia interrupiſtis. [Quid igitur eſt milites mei quod hominem iſtum ſceleſtū magna cum temeritate imperatores noſtros contemnentē reprimere non poſſumus?] Sed pauliſper dexteras continete: vires ſumite, vt improbum hoſtem innouatus miles ad pœnam durius coerceat. Acrior vngula rimetur intima coſtarū, & dolor interiora penetrans gemitum reddere faciat non contemptum. Tunc ſubridens Vincētius ait. Quia vera ſunt quæ cōfiteor, torque diutius confitentem. Nam quos deos confiteri iubes, idola ſunt lignea & lapidea. Tu mortuorum pontifex fias, ego vni Deo ſacrifico, qui eſt Deus benedictus in ſecula. At præſes nimia feruens inſania, & tota facie humanitatis euerſa, ſolam in corpus martyris aciem luminū venenúmq; fundebat oculorū, profluentem à toto corpore ſanguinē cernens viſceribus patefactis & iuncturis è compagibus deductis. Miſerere tui (inquit) Vincenti, ne perdas nunc florē primū vernantis ætatis: ſed vel ſero quæ ſuperſunt tormenta lucreris. Cui Vinc. O viroſa diaboli lingua, tormenta tua non timeo: ſed hoc mihi magis eſt formidini, quòd fingis te velle miſereri. Nihil minuas de ſuppliciis, vt in omnibus te victū fatearis. Quo enim putas grauius iraſci, eo melius mihi incipis miſereri. Hinc igitur aſſumptus ex eculeo Vincen. atq; ad patibulū ignis raptus: moras carnificū arguendo ad pœnam alacriter properabat. Iam enim truculentus tyrannus iuſſerat lectum cū ferratis coſtis proferri, & addita ſubtus carbonum congerie, exurendū martyrem applicari. Intrepidus igitur Dei athleta cādentis ferri machinam vltro conſcendit, torquetur, flagellatur, exuritur, & diſtentis membris ad pœnā creſcit. Pectori quoq; & mēbris depreſſa laminarū aſperitas inſeritur, & inter ferri candentis acies decurrente cruore flamma ſtridens aruina aſpergitur. Salis ignibus crepitantibus minutiæ per membra deſiliunt, & iam non ad artus tantum, ſed ad ipſa viſcera abdita ſuppliciorū tela iaciuntur. Manet Dei ſeruus immotus, & erectis in cœlum luminibus Deum deprecabatur. Tūc ait Datianus. Vincimur, ſpiritus ſaltē, qui coerceri non poteſt puniatur. Quærite ergo locū tenebroſum, & vrgente tectura oppreſſum, ibi fragmenta teſtarum exaſperata congerite, vt quod iacentis corporis fractura malè inciſa tetigerit, illimatis infigat aculeis, & ipſa conuerſio laterū innouetur ad pœnā, vt ſ. quo commutatis artubus membra quærunt euadere, ſemper offendāt. Diuaricatis inſuper & diſtentis cruribus ligno pedes eius conſtringite, & clauſum in tenebris relinquite: nullus ibi relinquatur, ne vel alicuius cōſortio ſermonis animetur. Implent ſine mora iuſſionem miniſtri. Sed cùm cuſtodes dormire cœpiſſent, carceris illius nox æternam lucem accepit. Flagrant cerei radiantes vltra ſolis fulgorem, laxatíq; ligni robur diſſiliit, & teſtarū aſperitas fit florū redolentium mollities & iucūditas. Quibus athletha Dei refectus hymnum Deo dicens, exultabat angelorum caterua vallatus, quorum fruebatur obſequio & mulcebatur alloquio. Ipſe (inquiunt) O Vincenti tibi coronam paratam ſeruat in cœlis, qui te fecit victorē in pœnis. Eſto igitur iā ſecurus de præmio, quia mox depoſito carnis onere noſtro eris addendus collegio. Dantur hinc laudes Deo, & reſonāte organo vocis angelicæ modulata ſuauitas procul diffunditur. Turbati ſubito cuſtodes & vehementer ſtupentes & intus aſpicientes per rimas oſtij, immenſa luce ſplendere locū ob-

Vincentius vni Deo ſe ſacrificare aſſerit.

Vincētius de eculeo depoſitus in lectum ferreum inijcitur.

Vincētius in carcerē teſtarum fragmētis ſtratum inijcitur.

Vincētius in carcere recreatur.

A ſcurum cernunt, ſolutiſq; nexibus illum pſallere: diuinóq; terrore cōpuncti chriſtianæ religioni ſe dedere. Cùm autem hæc renunciata eſſent Datiano, exanguis effectus ait. Quid amplius faciemus? victi ſumus. Referatur ergo ad lectū corpus ſtramentiſq; mollioribus foueatur. Nolo enim glorioſiorē facere ſi inter tormenta defecerit. Indulta pauxillū requies attrita mēbra refoueat, & obducto in cicatrices vulnerum hiatu, exquiſitis ac nouis ſuppliciis innouatus ſubdatur. Sed egregius Dei martyr ad lectulū delatus, & in ſtrati mollitie repoſitus, mox pretioſum re ſolutus in mortem, cœlo ſpiritum reddidit. Cognito B autem eius abſceſſu, ait Datianus. Si non potui ſuperare viuum, puniā vel defunctū. Proiicite ergo illum (inquit miniſtris) in apertum campū, vt cadauer honore careat ſepulturę, & à feris auibúſq; conſumptū non appareat vltra, ne forte Chriſtiani veniāt & reliquias eius auferentes martyris ei vindicent dignitatem. Sicq; expoſitū ſine tegmine corpus angelicis excubiis & obſequiis honoratur. Et ſubito coruus adueniens alis ſuis cæteras aues accedētes abigebat. Lupus inſuper properans feras alias effugabat, & reflexa ceruice in corpus ſacrum aſpiciebat, quaſi ſtupens ex cuſtodiam, vt creditur, cernēs angelicam. Ter- C ritus Datianus his auditis inquit. Puto quia nec eum vel defunctū vincere potero. Sed ſi in terra conſumi non poteſt, demergatur in pelagus, & victoriam eius vel maria celabunt, & in fundū maris proiectum impaſti piſces lambendo conſument. Cui etiam mola non parui ponderis adnectitur, ne forte vnda mobili ad peregrina littora deuectum negatam ſepulturam aliquatenus aſſequatur. Cúmq; iuſſa impleſſent miniſtri, corpus ſancti, quod altioris ſali profundo teneri credebatur, prius venit ad portū quā nuntiari poſſet expoſitum. Deniq; cōmonita in ſomnis quædam vidua ſancta vera ſigna quieſcētis corporis ac- D cepit, & cū pluribus Chriſtianis quibus clam viſiones intimauit, ad locum accedens littoris, ad quod vnda Deo operāte iactauerat, honorifice ſepulchro mandarunt. Et perſecutione ceſſante honorabilius inde leuatum extra muros ciuitatis Valentiæ ſub altari cuiuſdam Eccleſiæ condiderunt.

A.C. 300.

Vincētius Deo animam reddidit.

Quæ miracula corpores Vincentij poſt mortem acciderunt.

Colitur 22. Ian.

§. XXIII.

SVB perſecutione Datiani (vt refert Vinc. in ſpe. hiſto. vbi ſupra) cùm veniſſet de Cappadocia in Perſidis ciuitatē Dioſpolim Georgius miles, videns anguſtias Chriſtianorum veſte eorū indutus in me- E dium ſacrificantium idolis ſe obiecit, dicens voce ſonora. Omnes Dij gentium dæmonia, dominus autē cœlos fecit. Cui ſtatim Datianus ira repletus ait. Qua præſumptione polles vel dignitate, vt deos noſtros dæmones dicas, dic tamen mihi vnde es & qui vocaris? Qui reſpondit. Chriſtianus ſum, nomine Georgius genere Cappadox, ſed cuncta deſerui vt liberius Deo cœli ſeruirem. Præſes autem cùm eum ad ſe inclinare non poſſet, iuſsit in eculeo ſuſpendi, & corpus eius in eo diſsipari. Deinde appoſitis ad latera facibus, patentibus viſcerum rimis ſale iuſsit plagas eius fricari. At ille manebat immotus, ac ſi F nihil pateretur. Vidēs autem Datianus quòd pœnis eum ſuperare non poſſet, quæſiuit magum nomine Athanaſium. Cui dixit. Chriſtiani artibus ſuis magicis tormenta contemnunt, vales ergo opere tuo illos ſuperare? Qui reſpondit. Si artes huius ſuperare nequiuero, apud te reus ero. Educto ergo Georgio de carcere, dedit ei magus calicem veneno plenum. Quod cùm ille totum bibiſſet, nil inde læſionis accepit. Iterum dedit ei calicem alium fortiore

D. S. Georgio de quo extāt apud Surium to. 2. tres orationes.

Pſal. 95.

S. Gorgius torquetur variè.

Magus cōtra Georgium conſulitur.

 plenum

A. C. 300.

A plenum veneno, & ſigno crucis præmiſſo, vt prius bibens illæſus remanſit. Ex quo ſigno compunctus magus veniam ab eo petiit: ſed à præſide propter hoc ſententiam decapitationis accepit. Poſt hæc juſsit tyrannus Georgium, in rota gladiis biſacutis circunſepta ſtatui. Super qua poſitus cùm dixiſſet Georgius. Deus in adiutorium meum intende, rota confracta eſt. Poſtea præcepit tyrannus eum in ſartaginem plumbo feruenti repletam mitti: ſed in eam immiſſus crucis ſignaculo facto, vt in balneo refouebatur. Denique cùm in fide immobilis permaneret, data ſententià per totam ciuitatem tractus, capitis truncatione martyrium ſumpſit. B Ponitur autem Legenda eius inter apocryphas ſcripturas diſtin. 15. ſancta Romana, non quin vere martyr fuerit pro confeſsione nominis Chriſti, quod etiam Ambroſius atteſtatur: ſed propter quædam quæ in ea notantur de veritate dubia, vt de dracone interfecto ab eo, & filia regis deuorāda, à dracone illo per eum liberata. Et quod Datiano dixerit ſe paratum ſacrificare, ſi facerer populum ad templum congregari. Quo facto, oratione eius igne cœleſti ſacrificium ſuccenſum eſt, & millia multa hominum mortua, & huiuſmodi.

Pſal. 69.

Ambroſ. in præfatione.

C §. XXIIII.

De S. Fide de qua Vſuar. in martyr. & MS. quæ ipſius & B Capraſij vitam continet.

PASSA eſt etiam ſub Datiano ſancta virgo Fides nomine in vrbe Agenno ætate tenera, quæ à cunabulis Chriſtiana, & ſi annis adoleſcentula, ſenſu tamen & operibus erat cana. Hæc requiſita à Datiano conſtanter ſe eſſe Chriſtianam confeſſa eſt. Cùm autem deos Gentium dæmones eſſe eſſeueraret, nec blanditiis nec minis ad immolandum poſſet induci, iuſſu præſidis ſuper cratem æneam diuaricatis membris extenſa eſt, ſubſtratis carbonibus & adipe flammis iniecto. Quæ dum ſic torqueretur, multos ad Chriſtum ſuo exemplo conuertit. D Tunc ſanctus Capraſius qui timore præſidis iuxta vrbem ſub rupis cuiuſdam foramine latebat, & quæ intra ambitum murorū fiebāt videbat, cùm ſic virginem torqueri ſciret, orauit dominum, vt eam victricem certaminis faceret. Et rurſus proſtratus à domino petiit vt ei præmium martyrij eius demonſtrare dignaretur. Et vidit protinus quaſi columbam niueam de cœlo deſcendentē, quæ coronam auro gemmiſq; lucentem ſuper caput virginis collocauit, vt circa virginem Dei virtus clarius appareret. Et ipſa columba volatu alarum & rore cœleſti ſic ignem extinxit, vt nihil de incendio remaneret. E Hæc ergo ſpiritualibus oculis Capraſius cernens iam de victoria præſumens, rupem ſub qua māſerat dextera percuſſit, & fons protinus erumpens meritis ſancti Capraſij infirmis vſque nunc remedium ſalutis impendit. Exiliens ergo Capraſius ad locum certaminis properauit, Datiano ſe offerens chriſtianum. Dúmque nec blanditiis, nec minis flecteretur, tanta iubentis crudelitate laniatus eſt, vt inter alios circumſtentes Primus & Fœlicianus fratres propter eius patientiam ad Chriſtum conuerſi cum Capraſio & virgine Fide capite plecterentur.

De S. Capraſio de quo Vſua. & MS. eo.

Fides colitur 6 Oct. Capraſius 20. Oct. Primus & Fœlicianus.

F §. XXV.

IN Hiſpaniæ quoque ciuitate Gerunda paſſus eſt ſub eodem Datiano ſanctus Fœlix. Vt teſtatur Vincen. in ſpecu. hiſt. vbi ſupra. Hic apud Cæſarem liberalibus ſtudiis vacans, & cunctis perfectior apparere ſtudens, cùm audiſſet quaſi per omne littus Hiſpaniæ, quòd perſecutio grauis in chriſtianos exortaeſſet, omnia volumina legum quæ manibus geſtabat proiecit à ſe, dicens. Quid mihi philoſophia huius mundi? ad illam nunc properabo, quæ initium non habet, & finem neſcit. Tranſiens itaque ad Empuritanam ciuitatem, in diuinis voluminibus ſe exercebat, eleemoſynas larga manu pauperibus erogabat, hoſpitalis ſupra modum, verbum etiam Dei prædicabat. Poſtea vero in ciuitatem Gerundenſem ſe tranſtulit, vbi ſimilia geſsit, ita vt eum Apoſtolum vel Prophetam appellarent. Aderat autem Ruffinus quidam qui hæc Datiano nuntiaret: Cui Datianus authoritatem dedit, vt eum ferro vinctum incarceraret, & ſuaſionibus ei factis vel ſacrificantem honoraret, vel nolentem cruciaret. Qui veniens iuſsit B eum apprehendi, & volens, vt auidus prædæ pecuniam ei aufetre, neſciens omnia ſua iam pauperibus erogata, cœpit blandìs verbis ad ſacrificandum impellere. Quod cùm recuſaret, præcepit eum fuſtibus cædi. Cùm autem in his gratias ageret Fœlix domino Deo, iuſsit Ruffinus manibus & pedibus vinctum & collum eius ferri magno pondere aggrauari, & in loco ſquallido clauſum fame & ſiti tabeſcere. Sed percipiens tyrannus eum non defeciſſe, vt exiſtimauerat: ſed incolumem manere, reductum de carcere & vinctum catenis ferreis ab indomitis mulis fecit eum per plateas ciuitatis omnes trahi, do C nec totum corpus eius laniaretur. Poſtea incarcerem truſum iacentem exanimem iuuenis ſpecioſus, ſcilicet angelus apparens confortauit, & vulnera eius ſanauit. Exinde ornato templo deorum & præparatis ſacrificiis, inuitauit ipſum Fœlicem coram omnibus eductum ad immolandum Diis cum cæteris hominibus. Diſcedite (inquit ille) à manufactis veſtris [ſimulachris,] & cognoſcite Deum ſummum, qui vos de limo formauit. Ad hanc verò vocem omnis turba paganorum impetum fecerunt in eum, vt diſcerperent. At Ruffinus carnificibus eum tradidit exungulandum, & capite deorſum ſuſpendendum, D quouſque cartilagines eius præfocatæ ſanguinem exhalarent. Sícque ſuſpenſus ab hora tertia vſque ad veſperam pſallebat, & à Deo confortatus nil ſentiebat doloris. Reductus in carcerem audiebatur cū plurimis pſallere, ſplendórque mirus & odor balſaminius apparuit. Quod cùm nunciatum fuiſſet Ruffino, in mare fecit eum præcipitari vinctis poſt tergum manibus. Sed ſolutis vinculis virtute diuina viſus eſt ſuper vndas ambulare, & cum angelis eum tenentibus Alleluia cantare. Sícque venit ad littus. Audiens autem hæc Ruffinus, ad ſe adduci eum fecit. Et cùm hortaretur eum ad ſacrificandum, ex eo maE xime quod dij fuiſſent ei propitij in tantis ſupplicijs, ille verò renueret arguens eum de ſua perditione, iuſſit demum eum iterum vſque ad oſſa exungulari, & ſic confractum longo itinere duci, vt vel ſic aggrauatus ex itinere & vulneribus ſpiritum exhalaret. Qui cùm duceretur: facta oratione ſpiritum Deo reddidit ad ſuperos euolantem. In Hiſpaniæ quoq; ciuitate Compluto ſub Datiano natale ſanctorū Iuſti & Paſtoris, qui cùm adhuc pueri literis imbuerentur, proiectis in ſcholis tabulis, ſpōte ad martyrium cucurrerunt, móxque à Datiano teneri iuſſi, cùm ſe mutuis exhortationibus conſtantiſſime roborarent: F extra ciuitatem ducti à carnificibus iugulati ſunt 7. idus Augu. Denique crudeliſſimus præſes Datianus videns Chriſtianorū deuotionē ſe ſuperare nō poſſe tormentis, vt refert Vinc. in ſpe. hiſt. vocatis ſatellitū turbis, ait. Nihil in hoc certamine laborando proficimus, quia dum Chriſtianos atrocius ſæuiendo vincere cupimus, eorum victoriis affatim deſeruimus. Sit itaque conſilium noſtrum eis occultum, & totam vrbem percurrant officia præconum, vt eorum multitudo

A. C. 300.

De S. Fœlice Gerundenſi ex Vincentio l. 13. ca. 134. & 135. Ado in marty. Gre. Tur. l. de glor. mar. c. 92. eius meminerunt.

S. Fœlix grauiter torquetur

Colitur 1. Aug

De S Iuſto & Paſtore de quibus martyrol. Vſuardi hæc habētur.

De martyrib. maſſa candida nuncuparis de quibus Prud. hym. 13. periſteph. Actus paſſionis Cypri. & Aug. teſte Poſſ. hom. edidit: cæterū marty. Vſuar. Carthagini eos paſſos Valeriani & Galliceni temporib.

A.C. 300.

tiudo quæ domibus occultatur, quaſi conceſſa ſibi licentia legibus ſuis vtendi, ab hac vrbe pellatur. Vos autem noſtri commilitones cum armis abdita locorum occupare, & inde contra inermes hoſtes ſubito proſilientes eos certatim obruire. Quid plura? Data voce præconum exeunt cateruatim agmina Chriſtianorum, ſponte relinquentes aperta ſuarum clauſtra domorum, conſona voce lætantes atque pſallentes. Gloria in excelſis Deo, &c. Obſerantur poſt hæc omnes portæ ciuitatis, vt nullus eorum regrediendi aditum inueniret, ex occultis autem illico proſilientes armati cum enſibus irruerunt, & velut agnos ſibi non reſiſtentes proſtrauerunt. Nec ſic quoque defunctorum innocentium nece ſatiantur, ſed iuſſu Datiani coram omnibus corpora occiſorum in vnum congeſta comburuntur. Et ne Chriſtianorum quis latens cineres martyrum ſibi raperet, iuſſit è carceribus diuerſorum criminum reos produci, & capitibus eorum amputatis cadauera ſanctorum corporibus aſſociari ſimúlque comburi. Sicque ſecuti ſunt caput ſuum Ieſum Chriſtum, qui crucifixus eſt in medio latronum. Et iј propter nimiam multitudinem maſſa candida ſunt appellati, eorúmque paſſio nono Kalendas Septembris adnotatur. Et in ciuitate Cæſaraugusta hoc patratum ſcribitur.

Luc. 2. *Maſſa candida.* *Ioan. 19.* *Coluntur 24. Aug.*

§. XXVI.

De San. Theodoro de quo Gr. Niſſe. Metaph. & Nectar. Conſtantinop. & Zô to. 3. Theododus Dianæ templum incendit.

IN ciuitate Amaſia Helleſponti temporibus Diocletiani paſſus eſt beatus Theodorus. Hic vir chriſtianiſſimus quadam nocte capta opportunitate ingreſſus templū Dianæ [illud] igne ſuccendit. Quod cùm quidam audiſſent, accuſauerunt eum Publio præſidi. Qui coram eo adductus, interrogatus cur hoc feciſſet, reſpondit. Non abnego quod feci, vt lapidem comburerem, lignum ſuccendi. Talis eſt enim dea veſtra, vt mereatur comburi. Iratus præſes iuſſit eum fortiter cædi. Cui ſanctus ait. Etiam ſi à me omnia exciderís membra, non poterit aduerſum me tua præualere inſania. Miſſus exinde in carcerem, à ſpiritu ſancto nutriebatur. In ipſa autem nocte apparuit ei ſaluator confortans eum. Tunc præ gaudio cœpit pſallere & glorificare Deum, & aduenit ad eum multitudo angelorum. Quorum voces audientes cuſtodes carceris, exiſtimarunt aliquos Chriſtianos ingreſſos ad eum. Sed inuenientes oſtium clauſum, nunciauerunt præſidi, quæ geſta erant. Præſes autem ſuperueniens & ipſum ſolum inueniens, panem arctum & aquam breuem iuſſit ei miniſtrari, ſed dominus ſeruo ſuo prouidit. Mandauit poſtea præſes tortoribus eum ſuſpendi & radi. Qui in tantum carnes eius corroſerunt, vt interiora quoque eius viderentur. Ipſe autem dum raderetur nihil dicebat, niſi, Benedicam dominum in omni tempore. Denique præcepit iudex eum igne cremari. Igne igitur à miniſtris & populo ſuccenſo & in eum iniecto cum duobus ſociis Eutropio & Eleonico, pro quorum tolerantia dominū exorauit ſe ei commendantium, flamma in modum cameræ ſeu velaminis, quando à vento inflatur, ſuper corpus eius curuata eſt, & odor ſuauiſsimus à multis ex eo perceptus eſt. Cœlum quoque apertum ſuper eum viderunt, & vocem audierunt de cœlo dicentem. Veni Theodore amice mi, ingredere in gaudium domini tui. Et tunc ſpiritum domino reddidit incontaminatum, corpus vero integrum & ſine macula cumbuſtionis inuentum eſt & ſepultum. Cuius martyrium celebratur, 5. idus Nouembris.

Pſal. 33. *Eutropi' & Eleonicus.* *Colitur 9. Nouemb.*

§. XXVII.

A.C. 300. De S. Pantaleone. De hoc S. Martyre ſcripſit Metaph. fuſiſſime, & habetur apud Sur. quæ cum his mirifice conſentiunt: habent etiā eius vitā cod. MS. ex quibus hæc D. Antonin. de ſumpſit. Pantaleon credit in Chriſtum.

PASSVS eſt & tunc ſanctus Pantaleon filius Euſtorgij ſenatoris in ciuitate Nicomedia, in qua medicinam adhuc puer addiſcens cùm à magiſtro ſuo ad palatium ducebatur, ab omnibus propter ſpeciem ſuam laudabatur. Quadam autem die cùm ad palatium ſolus iret, vidit eum Hermolaus presbyter cum aliis Chriſtianis in domo ſua latens, & mores eius compoſitos cernens ad ſe vocauit, & de multis inquirens monuit vt in Chriſtum crederet, promittens ei quod omnes infirmos ſine medicina ſanaret in nomine eius. Puer ergo confortatus in fide quadam die cùm puerum vulneratum à ſerpente videret, volens Hermolai probare ſermones, orauit Deum vt ſerpens creparet, & puer euaderet. Quo facto, puer Pantaleon ad Hermolaum cucurrit baptiſmum poſtulans. Quem ille gaudens ſuſcepit, & per ſeptem dies ſecum retinuit inſtruens in fide. Octaua autem die domum redeuntem interrogauit pater, Fili vbi tot diebus fuiſti, & me grauiter de tua abſentia tribulaſti? Qui reſpondit hominem ægrotantem in palatio ſe cum magiſtro ſuo curaſſe: & vſquequo ſanaretur cum eo manſiſſe. Altera die ad magiſtrum reuerſus & ſimiliter inquiſitus, reſpōdit agrum patrem ſuum comparaſſe, & ideo tam diu cum illo fuiſſe. Hoc autem dicebat de ſeipſo. Volens itaque patrem ſuum ab idololatria reuocare, quadam die dixit ei. Pater interrogo te, quare vnus deorum ſemper ſtat, & alius qui ſedet nunquam ſtat? Cui pater. Per ſalutem (inquit) meam grauem mihi mouiſti quæſtionem, cui reſpondere non valeo. Et ex illa hora iam pater dubitare cœpit [de diuinitate idolorum & eis ſacrificia opima offerre more ſuo paulatim deſiſtebat.] Pantaleon autem quemdam cæcum præſente patre illuminauit tangens oculos eius. Sicque patrem ſuum cum cæco illuminato conuertit ad fidem Chriſti. Quos Hermolaus presbyter baptizauit. [Sed non eouſque ſiſti poterat Euſtorgij ſtudij (ſic enim dicebatur Pătaleonis pater) ſed apertiſſime oſtendens ſe errorem habere odio] cùm omnia idola confregiſſet, [quæ erant in cubiculo, ea iecit in foſſam: haud ita magnum intercedit ſpatium, cum ille] ad dominum migrauit. Tunc Pantaleon omnes ſeruos ſuos libertate donauit, & eis cæteriſque Chriſtianis curam impendit, & alimenta miniſtrauit. Cúmque omnes ciuitates vicinæ ad eum confluerent pro ſanatione infirmorum ſuorum, relicti alij medici ei inuidentes cùm eum inueniſſent ſemel curantem quemdam Chriſtianum, eum accuſauerunt apud Maximianum imperatorem. Imperator autem cæcum illuminatum adduci fecit, & interrogatus quomodo vidiſſet, reſpondit dominum Ieſum Chriſtum per Pantaleonē eum illuminaſſe. Ob quam confeſsionem Chriſti fecit eum decollari. Sed Pantaleon iuxta corpus patris data pecunia ſpeculatori cadauer eius ſepeliuit. Deinde Pantaleō ipſe Cæſari præſentatus cùm Chriſtum prædicaret, rogauit Cæſarem, vt aliquem paralyticum afferri præciperet, & ſacerdotes Idolorum accedere, illóſque Deos quos colebant inuocarent, ſe verò Chriſtum vt ille Deus haberetur, in cuius virtute paralyticus ſanaretur. Cùm igitur ſacerdotes idolorum nihil orando proficerent, Pantaleon orauit, & ſubitò paralyticus ſanatus eſt. Quo viſo cùm multi crederent, & ſacerdotes cum medicis in eum frendentes amplius inſanirent, imperator ait. Pantaleon audiſti quanta paſſus eſt Anthimus ſenex? Cui Pantaleon. Multa paſſus eſt: ſed victus non eſt, & ſi ſenex propter

Euſtorgius pater Pantaleonis moritur. *Pantaleon Cæſari offertur.*

A. C. 300.

Dite cruciator.

propter Deum tanta ſuſtinuit, quanto magis iuue- A
nis debeo ſuſtinere, vt merear coronati cũ eo. Cùm
ergo iuſſu Cæſaris in eculeo torqueretur, & circa la-
tera facibus vreretur, ei dominus apparens & ma-
nus cædentium areſaciens faces extinxit. Tunc irã-
tus Cæſar iuſſit eum in ſartaginem plumbo bullien
te repletam mitti, & domino ei apparente ſtatim
extincto igne plumbum refriguit. Exinde ſaxo alli-
gatum in mare præcipitari mandauit: ſed ſolutus
natans ad littus peruenit incolumis. Poſt quod iuſsit
beſtias ad eum mitti ſæuiſsimas, quas nullo modo
eum lædentes manibus ſuis vt catulos demulcebat.
Et ex hoc multi ad fidem conuerſi ſunt: quos omnes B
cum feris fecit imperator pariter decollari. Reclu-
ſus autem Pantaleon poſt menſem in rota miſſus eſt:
ſed rota cùm volueretur fracta gentium quingen-
tos occidit. Ait autem imperator ad eum. Quis te do
cuit iſta? Cui Pantaleon. Hermolaus (inquit.) Et Cæ-
ſar volens illum occidere ait. Poſſum ego Hermo-
laum videre, vt me iſta doceat? Iuſſu ergo imperato-
ris Pantaleon acceſsit ad Hermolaum dicens. Pater

Hermolaus.

vocat te imperator. Cui ille. Venio fili, quia venit
tempus meum, ſicut mihi Chriſtus heri inſinuauit.
Videns ergo eos Cæſar, quæſiuit an plures eſſent.
Et Hermolaus. Sunt & alij duo fratres Hermippus C
& Hermocrates Chriſtiani. Adducti ergo cùm ſi-
mul orarent, terræmotu facto idola corruerunt. Ad

Hermipp' & Hippocrates.

quos Cæſar. Videtis ait, quòd Dij irati terram com-
mouerunt? Cui Pantaleon. Si Dij hoc fecerunt,
quare & ipſi corruentes confracti ſunt? Porro Cæ-
ſar iratus iuſſit illos tres poſt multas pœnas eis illa-
tas decollari. Et poſt aliquot dies etiam Pantaleo-
nem. Sed cùm ad locum paſſionis tractos ſpecu-
lator percutere niſus eſſet, gladius eius quaſi cera
plicatus eſt. Quod cùm miniſtri vidiſſent, & ve-
niam peterent, ſurgens Pantaleon mortem ſuam
eis indulſit. Sicque decollatus martyrium comple- D
uit, 5. Kalendas Auguſti.

Colitur 27. Iul.

§. XXVIII.

De S. Cucuphate de quo ex MS. libris hanc hiſtoriam refert Sur. t. 4. & Ado & Beda & Vinc. l. 12. c. 90. ex quo D. Antonin.

SANCTVS Cucuphas nobiliſſimis & ditiſſimis
natalibus oriundus de Scillitana ciuitate, ea
tempeſtate Barchinone paſſus eſt. Qui liberalium
literarum ſtudio vacauerat cum ſancto Fœlice, de
quo dictum eſt ſupra. Hic igitur eleemoſynis inſi-
ſtens, de ciuitate propria recedens, cùm Barchino-
nem aduenisset, & ibi prædicationi ſedulo vacaret,
miraculorum gloria ſplendere cœpit, infirmos ſa- E
nans, & dæmones ab obſeſsis corporibus eiiciens.
Hæc audiens proconſul Galerius eum ſibi præſen-
tari ordinauit. Quem adſtantem cùm increparet,
cur Deos non coleret, reſpondit Cucuphas. Quibus
me inſipientiſsime virorum cultum imperas exhi-
bere, qui non Dei arbitrio, ſed arte diabolicæ frau-
dis & ſtultiſsimorum hominum, tibique ſimilium
ſtoliditate adinuenti ſunt atque compacti? Hac reſ-
ponſione Galerius nimio furore repletus, tradidit
eum tortoribus dicens. Tamdiu hunc cruciate, quo-
uſque ab eo extorqueatis ſpiritum. Cúmque duode-
cim milites eum prolixius torquerent, ita vt eius vi- F
ſcera duriſsima flagellatione diſrupto corpore pa-
terent, clamauit ſanctus dicens. Domine Ieſu Chri-
ſte oſtende virtutem tuam ſuper incredulos, vt vi-
dentes aut conuertantur, & credant, aut deſtruan-
tur, & pereant, Et impiiſsimum Galerium qui ſic ra
bidè inſanit in ſeruum tuum, ſi non eſt prædeſtina-
tus ad vitam, gladio tuo citius interime. Hac oratio-

Galerio proconſuli prætentatur.

Torquetur diriſſime.

A ne completa videntes milites qui eum torquebant
inteſtina eius in terram profuſa, cæcati ſunt, & Ga-
lerius cum omnibus idolis ſuis conſumptus eſt. San-
ctus autem martyr viſceribus in aluum receptis, ci-
tius eſt diuina operatione ſanatus, & eo gratias agen
te Deo omnes populi laudauerunt Deum dicentes.
Tu es verus Deus quem colit Cucuphas. Cùm autem
iſta fuiſſent relata Maximiano, vinctum catenis vo-
luit eum ad ſe adduci, & interrogatus ab eo quem
Deum coleret reſpondit. Quare ſub dubietate de
Deo interrogas, quaſi aut plures Dij ſint, aut ipſe qui
Deus eſt, diuiſus ſit? Ego enim Deum alium neſcio
B præter Deum verum qui fecit cœlum & terrã, quem
toto corde benedico. Ad quem ille. Si verus eſt Deus
tuus, liberet te nunc de manibus meis, & de tormen-
tis tibi paratis. Et Cucuphas ad eum, Te ô nefandiſsi
me & patrem tuum diabolum cum omnibus exqui-
ſitis tormentis, quæ mihi irrogaueris irrideo, & per
virtutem nominis domini Ieſu Chriſti deſpicio. Tũc
inſaniens præſes iuſsit eum in craticula aſſari & cõ-
buſtum ſinapi & aceto perfundi. Miles autem Chri-
ſti pſallebat dicens. Exaudi domine iuſtitiam meam
&c. Et dicto pſalmo ſanatus eſt. Miniſtri vero pœna-
rum ab igne conſumpti ſunt. Poſt hoc iuſsit tyran-
C nus ignem copioſum extra ciuitatem fieri, & ipſum
in eum proiici. Qui in eũ iactatus eo extincto illæ-
ſus apparuit. Eo verò truſo in carcerem cum ſplen-
dor nimius ibi emicuiſſet, cuſtodes carceris hoc aſpi
cientes conuerſi ſunt ad fidem. Mane autem facto
præſentatum fecit tyrannus eum catenis ferreis &
neruis taureis cædi. Orante autem ſancto, vt omnia
in virtute Dei ſuperaret, & idola diſsiparet, omnia
idola in puluerem ſunt redacta, & ipſe illæſus appa-
ruit. Tunc omnis populus clamare cœpit. Magnus
eſt Deus Chriſtianorum, & potentiſsimus liberator
eorum. Ruffinus verò qui ciuitati præerat fecit eum
D decapitari. Maximianus enim præſes ibi nutu Dei
crepuerat. Sicque martyrium capitis truncatione
promeruit.

A. C. 310.

Vnus ſolus Deus & non plures.

Aſſatur in craticula.

Pſal. 16.

Colitur 25. Iul.

§. XXIX.

De S. Donatiano & Rogatiano, quorũ meminit Gre. Tur. de glor. marty. 50. ſed totum hanc hiſtoriam fuſe habes apud Sur. t. 3. ex MS. cod. Coluntur 24 Maij.

EO QVOQVE tempore florebant in vrbe
Nannetica duo iuuenes fratres Donatianus &
Rogatianus, vt ſcribit Vincen. ſpec. hiſto. Quorum
Donatianus adhuc in iuuentute poſitus iam migra-
uerat in ſenem. Mota autem perſecutione, Rogatia-
nus qui maior natu erat, cucurrit ad fratrem ſuum
E petens vt baptizaretur antequam perſecutor appro
pinquaret. Quod ille quidem non eſt aſſecutus pro-
pter abſentiam ſacerdotis. Tenti autem ambo in car
cerem miſsi ſunt, vbi ſanctus Rogatianus contriſta-
tus eo quod baptizatus non eſſet: ſufficere ſibi credi-
dit ſi à fratre oſculum acciperet. Sanctus autem Do-
natianus orauit pro eo dominum, vt eſſet ei pro ba-
ptiſmo martyrium. Quod & factum eſt. Nam poſiti
ambo in cataſta ſuſpenſi ac laniati, deinde lancea
militari perfoſſi, nouiſsime capite cæſi ſunt 9. Ka-
len. Iunij.

De D. Pancratio eodem pene referrex MS. cod. Sur. tom. 3. quæ Notarius Romanus tribuũtur.

Fuit & ſanctus Pancratius, quem refert Vincen.
F ſpe. hiſt. lib. 13. paſſum ſub Diocletiano imperatore.
Sed Iacobus de Voragine in Legendis ſuis dicit paſ-
ſum fuiſſe Romæ tempore Cornelij papæ, qui fuit
multo prius, ſcilicet tempore Decij. Hic ergo ex no-
biliſſimis ortus natalibus apud Phrygiam parenti-
bus orbatus, cùm ibi maneret ſub cura Dionyſij pa-
trui ſui relictus eſt. Ambo igitur Romam vbi largum
habebant patrimonium redierunt, in quorum vico

Cornelius

A.C. 300.

Cornelius papa latitabat cum fidelibus. A quo Cornelio prædicti Dionyſius & Pancratius baptiſma perceperũt. Dionyſio autẽ in pace quieſcente Pancratius cùm quatuordecim eſſet annorum, Cæſari vt chriſtianus eſt præſentatus. Cui dixit Cæſar. Infantule ſuadeo tibi ne mala morte moriaris, quia cùm puer ſis facile decipetis, & quia nobilis comprobaris, & chariſsimi mei filius extitiſti, rogo te vt ab hac væſania recedas, vt velut filium meum te habeam. Pancratius autem ad eum ait. Et ſi corpore puer ſum, cor tamen ſenile gero. Et virtute domini noſtri Ieſu Chriſti, terror veſter eſt apud nos tanti, quanti hæc pictura quam cernimus. Dij autem tui, quos me hortaris colere deceptores fuerunt & germanarum ſuarum ſtupratores, nec parentibus pepercerunt. Quod ſi hodie ſeruos tuos tales cognoſceres, protinus occidi iuberes. Tales Deos miror, quomodo colere non erubeſcis. Auguſtus verò reputans ſe à puero victum, iuſsit eum in via Aurelia decollari.

Suadet ei imperator à fide receſſum.

Colitur 12 Maij.

Diuus Pãcratius periurij vltor acerrimus. Gre. Tur. in l. in glo. plur. mar. c. 49.

Ad huius ſepulchrum (vt ait Gregorius Turon.) ſi quis falſum iurare voluerit, antequam ad cancellum chori Eccleſiæ perueniat, aut ſtatim à dæmone captus inſanit, aut in pauimentum cadens vitam perdit. Vnde ſemel cùm lis inter duos eſſet, & iudex vter eſſet reus minime ignoraret, ſed probationes deficerent, iudex ipſe zelo iuſtitiæ ductus fecit ambos accedere ad altare ſancti Petri, & reum innocentiam, quam prætendebat iuramento expiare coegit, rogans Apoſtolum, vt aliquo indicio oſtenderet veritatem. Cùm autem ille iuraſſet & nihil mali paſſus fuiſſet, iudex malitiæ iurantis conſcius zelo veritatis accenſus inquit. Senior iſte Petrus aut nimis miſericors eſt, aut iuniori deferr. Eamus ergo ad Pancratium iuuenem, & ab eo requiramus veritatem. Cùm igitur veniſſet ad tumulum eius, & non timuiſſet reus falſum iurare, manum inde retrahere non potuit, & ibidem poſtmodum expirauit.

De S. Adriano & Natalia.

§. XXX.

Hanc hiſtoriam ſed fuſius habes apud Sur. t. 4. ex MS codicibus antiquis.

DE SANCTIS Adriano & Natalia vxore eius. Refert Vinc. in ſpe. hiſto. vbi ſupra cùm Maximianus imperator in Nicomedia ciuitate Græciæ idolis immolaret, iuſſu eius ex diuerſis locis ad ſupplicia Chriſtiani trahebantur. Nam & vicini vicinos, & propinqui domeſticos pertrahebant, alij timore pœnæ, alij amore pecuniæ eis promiſſæ. Inter quos vigintiquatuor in ſpelæo latitantes à perquirentibus comprehenſi, & ferro vincti ad Cæſarem adducuntur. Sèque chriſtianos libere profitentes extenduntur & cæduntur, & minas earum amplius irridentes duris lapidibus ora eorum contunduntur & in carcerem retruduntur. Tunc Adrianus primus in officio militari, conſtantia eorum compunctus, ait ad eos. Adiuro vos per Deum veſtrum pro quo tanta patimini, vt dicatis mihi, quæ ſit remuneratio veſtra, quam expectatis propter iſta tormenta. At illi inquiunt. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Hæc audiens Adrianus ſtatim exiliens in medium eorum dixit. Annotate me cum iſtis, quia ego Chriſtianus ſum. Quod cùm miniſtri celeriter imperatori nunciaſſent, iratus nimis, adductum ad ſe reſipiſcere monuit, & nolentem acquieſcere ferro vinctum cum condemnatis in carcerem retrudi iuſsit. Natalia vero vxor eius cùm hoc per nuncium didiciſſet, ſciſſa veſte plorans & eiulans interrogauit puerum, cur dominus ſuus in carcerem miſſus eſſet. At ille. Vidit inquit quoſdam Chriſtianos nolentes ſacrificare torqueri, & cum illis adnotari ſe faciens, dixit cum eis ſe velle mori. Tunc illa, quæ hactenus propter perſecutionem celauerat, quòd eſſet Chriſtiana, gaudens mutata veſte cucurrit ad carcerem, & vincula viri ſui deoſculans cœpit eum in omnibus confortare, rogans eum in hoc quod cœperat, permanere, nihil de terrena gloria reſpicere, ſed ſemper ad cœleſtia & æterna ſuſpirare, nulla tranſitoria tormenta timere, ſed in infinitum maiora inferni ſupplicia, quòd euaſerat exultare. Poſt hæc vincula ſanctorum martyrum & pedes deoſculans, vt eum confortarent rogauit, & ſic omnibus valefaciens iuxta condictum viri ſui in die paſsionis eorum vacanda, ad domum ſuam perrexit. Poſt modicum igitur audiens Adrianus paſsionis ſuæ adeſſe diem, licentiam à ſanctis accipiens pergendi & vocandi Nataliam, ſicut ei cum iuramento promiſerat, danſq; munus cuſtodibus egreſſus eſt. Cùmque ad domum perueniſſet, audiens Natalia, quòd Adrianus abſolutus veniret, exiſtimans eum fugiſſe de carcere, amatiſſime flere cœpit. Et ſurgens contra eum, oſtium clauſit dicens. Non mihi contingat colloqui ori eius, qui Deum ſuum negauit. O miſer quis te ſeparauit à ſanctis? quis te ſeduxit, vt recederes à conuentu pacis? Cur fugiſti ante pugnam? Heu non eſt mihi conceſſum vnius horæ ſpatium, vt vocarer vxor martyris, ſed tranſgreſſoris. Nunc exultaueram modicum, & ecce mihi ſemper erit opprobrium. Hæc & huiuſmodi audiens Adrianus gaudebat, vniuſque fœminæ verba iuuenis, & ante quatuordecim menſes nuptæ, ex hoc ardentior factus ad martyrium, libentiſsime audiebat. Cúmque videret eam grauiſsime tribulari, dicit ei. Aperi mihi domina mea Natalia, non enim vt putas martyrium effugi, ſed veni vocare te ſicut promiſeram tibi vt præſens ſis noſtræ paſsioni. At illa non credens. Vide (inquit) quomodo ſeducit me tranſgreſſor, quomodo mentitur alter Iudas. Cui Adrianus. Aperi mihi (inquit) citius, quia vadam & me vltra non videbis, & poſtea lugebis, quòd me ante exitum meum non videris. Nam fideiuſſores dedi ſanctos martyres. Et ſi miniſtri inquirentes, me non inuenerint, mea ſimul & ſua tormenta ſuſtinere habebunt. Tunc illa ſtatim aperuit, & ſibiinuicem proſtrati cum lachrimis ſimul abierunt ad carcerem. Diſcurrens autem Natalia per ſingulos martyres pretioſis linteaminibus eorum vulnera putrefacta detergebat, & membra linteis colligabat. Statuta autem die iuſsit eos imperator educi. Qui pœnis reſoluti cùm ambulare non poſſent, portabantur. Adrianus vero vinctis retro manibus ſequebatur. Cúmque caueret imperator ne putrefacti ante præparata eis tormenta, morerentur, Adrianus ei præſentatur, & in confeſsione permanens à quatuor militibus duris lignis grauiſsime verberatur, & vſque ad effuſionem viſcerum laniatur. Et ſic in ligno extenſus in carcere cum aliis includitur. Erat autem iuuenis delicatus annorum vigintiocto. Beata vero Natalia, quæ ſingulas eius reſponſiones referebat ad martyres, ipſum ferro vinctum & ſupinum iacentem, quantum poterat confortabat. Sancti quoque in pauimento iacentes ad eum manibus irrepebant, & oſculum ei cum ſanctis monitis offerebant. Audiens autem imperator, quòd multæ matronæ eis ſedulo miniſtrarent, iratus ne vlterius ad eos introirent imperauit. Tunc ſe ſancta

Adrianus conuertitur.

Iſ. 64. 1. Cor. 2.

Natalia beati Adriani vxor virum ad martyrium exhortatur.

A.C. 300.

Natalia virumquẽ credebat defeciſſe repellit.

Matronæ vt miniſtrent martyrib. ſe tondent.

A.C. 300.

Natalia totódit. Et ſic in habitu virili eis miniſtrans, ad hoc alias exemplo ſuo roborauit. Hoc autem virum ſuum petiit, vt cùm eſſet in gloria primam precem pro ſua faceret ſalute, vt eam domino intactam cuſtodiente citius de hoc ſæculo euocaretur. Ruſus audiens imperator, quid matronæ feciſſent, iuſſit incudem afferri, vt contractis in ea cruribus interirent. Videns autem Natalia miniſtros venire, timens ne vir ſuus Adrianus ex aliorum ſuppliciis terreretur, rogauit eos vt ab illo inciperent, prius quàm alij punirentur. Et ſic abſciſſis pedibus & cruribus confractis, Natalia rogauit eum vt manum ſibi abſcindi permitteret, quatenus aliis ſanctis qui plura paſſi erant compar eſſet. Quo facto cùm Adrianus ſpiritum emiſiſſet, cæteri ſancti vltro pedes ad carnifices extendentes ſimili modo ad dominum migrauerũt. Quorum corpora cùm miniſtri iuſſu Cæſaris ad fornacem comburenda portaſſent, & in ignem proiicerent: factus eſt terræmotus ſubito, tantáque aëris tempeſtas, vt multitudo miniſtrorum ea relinquentes fugerent, & multi expirarent. Fideles autem cum mulieribus extincto pluuiis igne, corpora illæſa rapuerunt, & in naui ad Conſtantinopolim tranſtulerunt, & ibi ſepelierunt. Quorum feſtiuitates celebrat eccleſia. 6. idus Septembris. Natalia autem domum reuerſa eſt, habens ſecum manum ſancti Adriani in ſolatiũ vitæ ſuæ: ad caput lectuli ſui nullo ſciente honorificè tenuit. Tribunus autem quidam rogauit imperatorem, vt Natalia ei daretur in coniugem. Erat enim pulcherrima, nobiliſſima, & cumulata diuitiis. At illa matrona ſibi de hac re loquentibus gaudere ſe dixit. Et quaſi ad ſe præparandum, re autem vera ad fugiendum, inducias triduanas impetrauit. Et interim in thalamo ſuo cum lachrymis, ne pollueretur exorans ex mœrore & triſtitia obdormiuit. Et ecce vnus ſanctorum martyrum ei adſtans dulciter confortauit, qui quærenti de viro ſuo dixit, quod primus omnium ante conſpectum Chriſti apparuit. Sed ſurge (inquit) aſcende nauiculam & nauiga vbi ſunt corpora noſtra, ibi te Deus viſitabit & perducet ad nos. Euigilans ergo nauem conſcendit cum aliis Chriſtianis. Et cùm hoc percepiſſet tribunus ille, qui quærebat eam habere in vxorem, aſcendens & ipſe nauem perſequebatur eos cum pluribus, vt illos comprehenderet. Sed orta nutu Dei tempeſtate, multis ex ſociis ſubmerſis: ipſe vix euaſit. Media autem nocte diabolus in ſpecie naucleri in naui phantaſtica apparens clamauit ad eos qui erãt cum Natalia interrogans quo pergerent. Qui reſponderunt. De Nicomedia Byzantium nauigamus. Quibus ille. Erratis (inquit) ſed pergite ad ſiniſtram, vt tectius nauigetis. Cùm autem vela mutaſſent, apparuit eis in naui ſedens ſanctus Adrianus, monens vt nauigarent ſicut prius, ne perirent. Natalia autem ſanctum virum recognoſcens valde gauiſa eſt, cùm ſanctum virum antecedere cognoſceret. Demum cùm deſcendiſſent de naui, & veniſſent ad domum vbi corpora Adriani & ſociorum fuerant occultè tumulata, Nataliæ oranti ibidem & præ labore itineris obdormienti apparuit ſanctus Adrianus, eámque ſalutans ad æternam requiem venire præcepit. Euigilans itaque cùm adſtantibus nunciaſſet, valefaciens ſpiritum emiſit. Accipientes corpus eius fideles iuxta ſanctorum corpora ſepelierunt. Multique renunciantes omnibus, ibi Deo in perpetuum ſeruierunt.

Petit Natalia vt vir ſuus in gloria primá precẽ pro ea faciat.

Colitur 8. Sept.

Quid D. Nataliæ à mariti morte euenerit.

Fugit thalamos alterius viri.

Moritur in pace: colitur 1. Decemb.

§. XXXI.

A.C. 300.

DE SANCTIS Cyriaco, Largo & Smaragdo refert Vin. in ſpe. hiſt. vbi ſupra ex geſtis eorum, quòd Maximianus volens placere Diocletiano & ex eius nomine thermas à ſolo ædificare, omnes chriſtianos ad laborem coegit, alios ad lapides, alios ad arenam fodiendam. Tunc Thraſon quidam diues & potens victum eis in afflictione per viros chriſtianiſſimos Cyriacũ & Siſinnium, Largum & Smaragdum miniſtrabat. Quod audiens ſanctus Marcellus papa, gauiſus eſt, & Cyriacum & Siſinnium diaconos eccleſiæ ordinauit. Qui cùm quodam die humeris deferrent victum quem miniſtrabat Thraſon à Paganis militibus tenti ſunt, & ad tribunum adducti qui eos in cuſtodia publica clauſit. Hoc audiens Maximianus iuſſit, vt in cuſtodia terram foderent, & ad locum ſuum humeris deportarent. Erat autem ibi Saturninus ſenex, quem ad portandum iuuabãt: ſicque ſua & illius onera portabant. Quod audiens tribunus nuntiauit Maximiano, quod cùm hymnis & laudibus gloriam Deo reddebant. Qui ſibi Siſinnium præſentari fecit, & de multis conuenit. Quem tandem ſacrificare nolentem Laodicio præfecto tradidit. Eum autem poſt ſeptem dies, quibus in carcere eos detinuit, cùm Apronianus commentarienſis de carcere educeret: ſubitò de cœlo lux emicuit, de qua vox exiuit. Venite benedicti patris mei, percipite regnum Dei quod &c. Ad quam vocem Apronianus tremefactus ad pedes Siſinnij cecidit, & ab ipſo baptizatus ad præfectũ ſecum venit, & lachrymans ait. Quid vos concitat diabolus in ſeruos Dei tanta mala exercere? Cui præfectus. Quomodo & tu chriſtianus es? Et Apronianus ait. Væ mihi, quia dies meos perdidi. Cui præfectus. Verè inquit perdes dies tuos, & iuſſit eum decollari. Tũc Siſinnium & Saturninum iuſsit in cuſtodiam retrudi. Ad quos venientes multi Gentilium baptizati ſunt. Poſt hæc nudis pedibus & vincti catenis coram Laodicio adducti ſunt. Qui iuſſit afferri tripodem vt maieſtatibus deorum turificarent. Quam cùm vidiſſet beatus Saturninus, ait Conterat eam Deus gentium. Et continuo ſoluta eſt tripula ærea velut lutum. Quod videntes duo milites Papias & Maurus clamabant dicentes. Vere magnus eſt dominus Ieſus Chriſtus quem iſti colunt. Iratus præfectus iuſſit ora eorum lapidibus contundi, & in carcerem retrudi. Exinde ſanctos prædictos in eculeum leuari, & flammas ad latera poni. Qui cum neruis etiam attraherentur, & ſcorpionibus cæſi ſunt. Pendentes autem in eculeo gratias agebant Deo. Tandem capite truncati ſunt, & ſepulti via Salaria. Et poſt dies duodecim ſibi præſentatos Papiam & Maurum nolentes ſacrificare, præfectus iuſſit fuſtibus cædi illis nihil dicentibus, niſi, Chriſte adiuua nos ſeruos tuos ſperantes in te. Deinde à pauimento eleuati cùm diu plumbatis cæderentur, emiſerunt ſpiritum. Cúmque de beato Cyriaco iam facta eſſet obliuio, multi cæci per eum illuminabantur, & infirmi ſanabantur. Tunc etiam Atthemia Diocletiani filia cœpit à dæmonio vexari, & ingrediente patre ad eam, clamauit dęmon per eam. Niſi venerit Cyriacus diaconus, non exibo. Quem cùm rogaſſet Diocletianus, intrauit ad eam, & ait. In nomine domini Ieſu Chriſti, præcipio tibi immunde ſpiritus, exi ab ea. Qui reſpondit. Si vis vt exeam, da mihi vas quo ingrediar. Et Cyriacus. Ecce corpus meum ſi potes ingredere. Cui dæmon. Vas tuum ingredi non poſſum, quia vndique ſignatum eſt. Cyriaco autem vrgente dæmon clamauit. O Cyriace ſi hinc eiicis me, faciam te ad Perſas ire. Eiecto denique

De his ex not. in E.R. mulcta. refert Sur. t. 1. in vitas. Marcelli, quæ hanc hiſtoriam confirmant.

Mart. 25. Apronianus conuertitur.

Saturninus.

Papias & Maurus.

Papias & Maurus moriũtur: coluntur 19. Ian. De S. Cyriaco.

Atthemia Diocletiani filia baptizatur.

A.C. 300.

denique dæmonio baptizauit Arthemiam eam, matre eius Serena præſente, quæ etiam monebat Chriſtianam religionem diligere. Diocletianus quoque Cyriacum bene habere cœpit, domúmque ei dedit, [& præcepit vt ſecurius viueret in vrbe Roma faciente Serena vxore ſua.]

Filia regis Perſarum à Dæmonio vexatur & curatur.

Poſt paucum tempus miſit Sapor rex Perſarum ad Diocletianum, vt mitteret ei Cyriacum, quia filia eius à Dæmonio vexabatur. Qui rogatus à Serena Auguſta perrexit cum Largo & Smaragdo. Cùm autem Perſidem aduenisſet, & petente rege ad filiam intraſſet, exclamauit dæmon per eam. Quid eſt Cyriace fatigatus es? Qui reſpondit. Non ſum fatigatus, ſed magis in omnibus gubernatus. Et dæmon. Tamen ego te perduxi ad quod volui. Cúmque vidiſſet puellam fatigari, proſtratus orauit & flens ait. Imperat tibi Chriſtus, quē profeſſus es, vt exeas ab ea. Cui dæmon. Da mihi vas quò ingrediar. Et Cyriacus Deus Deorum dominus meus Ieſus Chriſtus imperat tibi vt exeas. Ecce vlulatu magno ſpumans in aëre clamabat. O nomen terribile quod me coarctat exire. Et liberata puella baptizata eſt, & omnes affines eius. Ipſe quoque rex, & de familia eius promiſcui ſexus numero quadringenti & viginti. Rex autem beato Cyriaco multa bona obtulit. At ille nihil accepit niſi panem & aquam, quibus vſus eſt cum ſociis ſuis, & ait. Gratiam Chriſti pretio non offerimus, ſed fide æſtimamus.

Hæc puella dicitur Iobia in geſtis Marcelli.

Poſt dies quadraginta quinque ſunt reuerſi, & à Diocletiano honorifice ſuſcepti. Poſt cuius mortem Maximianus filius eius zelo ductus propter Arthemiam ſororem ſuam iuſſit Cyriacum in cuſtodiam trudi: vt in die proceſſionis ſuę, [ad exemplum Chriſtianorũ] nudus & catenis obligatus ante rhedã eius traheretur. Tunc venit ad eum beatus Marcellus papa dicens. Pietati tuæ ſuggero quare ſeruos Dei trucidas, qui orant pro republica & pro regno tuo? Qui iuſſit epiſcopum expelli & fuſtibus cædi. Carpaſio autem vicario dixit. Cyriacum ſacrilegum qui carminibus magicis ſuadet hominibus Chriſtũ confiteri, diuerſis cruciari tormentis facias ſi Diis libamina non obtulerit. Iuſſit ergo Carpaſius ſanctos Cyriacum, Largum, Smaragdum & Creſcentianum ſibi præſentari, & nolentibus ſacrificare, picem liquatam in capite Cyriaci fundi. Qui clamans glorificabat Deum. Creſcentianum verò cum aliis in eculeum ſuſpendi, qui cùm diu attraheretur neruis, & fuſtibus & vnguibus raderetur, flammis ad latera eius appoſitis tradidit ſpiritum. Cęteros poſt quatuor dies nolentes ſacrificare in cataſta [extendi &] cędi fuſtibus & neruis attrahi mandauit, & eodem die nunciauit Maximiano quæ exercuerat in ſanctos Dei. Qui iratus iuſſit omnes qui erant in cuſtodia vincti, vna cum beato Cyriaco capite truncari. Et ducti ſunt cum eo promiſcui ſexus numero viginti vnus. Et poſtea iuſſu Maximiani Cyriacus cum aliis decapitati ſunt via Salaria, quorum corpora beatus Ioannes noctu collegit, cum S. Marcello ſanctum verò Cyriacum & alios eadem via collegit & commendauit ſub die 17. Kal. April. Etetiam Arthemiã ſororem ſuam Maximianus interfecit propter chriſtianitatem. Poſt dies octo veniens beatus Marcellus cum beata Lucina matrona condiuit aromatibus martyrum corpora, & impoſuit noctu [a] in pauone cum eunuchis ſuis, [& ſuſtulit inde vbi commendata fuerant & tranſtulit cũ S. Cyriaco in prædium ſuum via Oſtienſi milliario ab vrbe Roma ſeptimo, vbi requieſcunt in ſarcophagis lapideis quos manu ſua recondidit beata Lucina in pace, 6. Id. Aug. Quod cùm feciſſet Beata Lucina [b] fecit donationem de facultate ſua, & ex omnib. quæ habuit Eccleſiæ Catholicæ: hoc audiens Maximianus Auguſtus, proſcriptione eam damnauit. Illa autem rogauit S. Marcellum epiſcopum, vt domum eius eccleſiam conſecraret. Quòd cum omni deuotione feciſſet, frequenter in eadem domo miſſas celebrauit in media ciuitate via Latina.] Tranſlata & ibi recondita ab eo. 7. die Auguſti. De hoc tamen [c] Maximiano filio Diocletiani dicit Vincẽ. vbi ſupra, quòd non meminit ſe alibi legiſſe: ſed quod fuit ſocius Diocletiani in imperio quidam Maximianus bene legitur.

Creſcentianus colitur 24. Non.

Arthemia.

A.C. 300.

a Puto legendum in parone non in pauone, quamuis ſic legatur apud Surium: pauo enim auis eſt nota: ſed paro eſt nauigij genus vnde etiam myoparo, cui impoſita corpora crediderim.

b Nota pietatem, & liberalitatem fœminæ ſanctæ ex qua colliges quomodo erga Catholicam. i. Romanam Eccleſiam aliquot Chriſtiani pij animati fuerint vt eam ſcilicet hæredem ex aſſe omnium ſuorum bonorum relinquerent: vnde perſpicies non mirum eſſe, ſi Conſtantinus eam paulopoſt tam multis diuitiis locupletarit, neque nouas eſſe Pon. Rom. opes, vt pote quas Chriſtiani etiam ante perſecutiones ſedatas certatim contulerint.

c Onuph. poſt Diocletianum & Maximianum Auguſtos (quos cùm tæderet cædium abdicaſſe ſe imperio legimus) nominat imperatores Conſtantium & Maximianum, dicens Fla. Valerius Conſtantius Chlorus 55. & C. Valerius Maximianus 56. Pop. Rom. imperatores imperarunt vna a. t. m. 10. d. 8. Sic igitur poſt Diocletianum & Maximianum, fuit alius imperator Maximianus dictus qui fuit filius Diocletiani, non naturalis ſed adoptatus. Nam Diocletianus & Maximianus hos adoptauerunt & Cæſares legerunt anno imp. 8. vt idem ſcribit.

§. XXXII.

De S. Marcellino, Petro & Arthemio, quorum hiſtoriam ex MS. codicib. habet Sur. t. 3. iiſdem fere verbis, ſed fuſius.

EA QVOQVE tempeſtate Romæ paſsi ſunt Marcellinus presbyter, & Petrus exorciſta & Arthemius, referente ex geſtis eorum Vincen. in ſpecu. hiſt. vbi ſupra. Hunc enim Petrum Arthemius carceris cuſtos pro fide Chriſti multoties cæſum in vinculis detinebat. Cuius filia cùm à dæmone vexaretur, & à patre quotidie plangeretur, dixit ei Petrus, quòd ſi in Chriſtum crederet, ſtatim filia eius ſanitatem reciperet. Cui Arthemius. Miror conſilium tuũ, quia Deus tuus te liberare non poſsit cùm illi credas: & tanta pro eo ſuſtineas, quomodo filiam meam ſi credidero liberabit? Reſpondit ei Petrus. Potens eſt Deus liberare me: ſed vult, vt per temporalem paſsionem perueniam ad gloriam ſempiternam. At ille. Si tu me (inquit) vis credere domino Deo tuo, catenas & clauſtra ſuper te duplicabo, & ſi Deus tuus te liberauerit, credam illi, ſi tamen prius filiam meam ſanam videro. Quod cùm feciſſet, dixit Petrus. Vade in domum tuam, quia modo videbis me loquentem tecum. Qui cùm abiiſſet, & Candidę vxori ſuæ dixiſſet, affuit ſanctus Petrus indutus veſtibus candidis tenens in manibus ſignum crucis. Cuius ſtatim pedibus prouoluti virtutem Dei confitentur. Et ſanata filia eorum, omneſque qui erant in domo Arthemij baptizantur. Cúmque ad domum illam plurimi conuenirent, & videntes aperta miracula in Chriſtum

S. Petrus exorciſta diuinitus à vinculis liberatur.

A.C. 300.

Chriſtum credentes baptizarentur, abiit Petrus ad Marcellinum presbyterum, qui omnes baptizauit. Tunc iuit Arthemius ad alios incarceratos, permittens eis vt exirent liberi quicunque vellent Chriſtiani fieri. Quod cùm fieret, & rumor ad Serenum iudicem perueniret, iuſſit omnes incarceratos adduci. Hos omnes Arthemius conuocans & manus eorum deoſculans dixit eis, vt ſi qui vellent ire ad martyrium venirent intrepidi, & ſi qui nollent, abirent illæſi. Cùm autem audiſſet iudex, quòd Marcellinus & Petrus illos, qui erant in carcere baptizaſſent, & abire permittentes ipſi ſponte in carcere remanſiſſent, iuſſu irati iudicis in carcere ſeparati clauduntur. Et Marcellinus quidem nudus ſuper vitrum fractum proſternitur, & ei lumen & aqua negatur. Petrus vero in alio carcere in cippo arctiſſimo conſtringitur. Angelus autem domini venit ad Marcellinum ſoluénſque & induens, duxit ad Petrum. Ipſum quoque ſoluens ambos duxit ad domum Arthemij, vt ſeptem diebus populum ibi congregatum fideliũ confortarent, & octaua die ſe iudici præſentarent. Cùm ergo Marcellinus & Petrus in carcere non eſſent inuenti, iuſſit iudex Arthemium cum vxore ſua & filia adductos ad ſe & ſacrificare nolentes terra obrui. [Ea autem hora qua ad paſſionem ibant, in eodem loco Chriſtiani omnes occurrerunt S. Marcellino & Petro. Videntes autem officiales tam multum populum, fugerunt: currebant vero poſt eos, quidam iuniores è populo Dei tenuerúntque eos, qui blandis ſermonibus eos inuitabát ad fidem. Qui cum nollent credere venerunt:] cùm veniſſent ad locum, ſanctus Marcellinus in crypta miſſam celebrabat protegentibus ipſum aliis Chriſtianis, & ait Marcellinus ad incredulos. Ecce nos lædere vos potuimus, & Arthemium cum vxore & filia liberare, nóſque ipſi liberi abſcedere: ſed neutrum fecimus. Quid vos igitur ad hæc? Tunc irati Gentiles Arthemium gladio percuſſerunt, & matrem cum filia præcipitantes in cryptam lapidibus obruerunt. Marcellinum vero & Petrum ducentes ad ſyluam quæ tunc nigra dicebatur, nunc autem candida, ibi decollauerunt. Quorum animas veſtibus ſplendidis & gemmis inditas is qui eos decollauit nomine Dorotheus vidit manibus angelorum in cœlum deferri. Vnde Chriſtianus effectus in pace tandem quieuit.

Marcellinus presbyter miſſam celebrat.

S. Marcellinus & Petrus pro Chriſto moriũtur: coluntur 2. Iun.

§. XXXIII.

De S. Sergio & Baccho, de quib. Metaph apud Sur. Euãg. l. 4. hiſt. ec. ca. 27. Niceph. l. 13. c. 43.

SVB Maximiano quoque imperatore paſſi ſunt Sergius & Bacchus, vt narrat poſt prædicta Vin. Hi cùm eſſent primicerij palatij apud eũdem imperatorem de Chriſtianitate accuſati ſunt. Quod ille non credens, duxit eos ſecum ad templum Iouis ibique ſacrificans vidit, quod illi extra templum remanentes, pollui noluerunt idolothytis. Vnde comperto quod Chriſtum colerent, veſte militari depoſita, catenis onuſti per totam ciuitatem ducuntur, & ſic ad palatium reducti Chriſtum pleniſſime confitentur, & catenis grauiſsimis alligati ad ducem Antiochum deſtinantur. Qui ab angelo confortati cùm de erroribus idolorum diſceptarent: Sergius in carcerem mittitur, & Bacchus extenſus boum neruis crudis vſque ad fluxum ſanguinis & direptionem ventris ac iecoris laniatur, magíſque tyrannum prouocans, tandem ad vocem Dei vocantis expirans, deuorandus à beſtiis extra caſtrum iactatur: ſed volucres à beſtiis ſeruauerunt illæſum cadauer, donec à fidelibus ſepulturæ traderetur. Eadem nocte cùm ſe Sergius à ſocio deſtitutum lugeret, apparuit ei ſanctus Bacchus in habitu militiæ & vultu angelico, monẽs eum ne mœrore deficeret: ſed fortiter ipſum ſequens ad paratam ſibi gloriam perueniret. Cùm igitur ſequenti die Antiochus verbis ſuis non poſſet inflectere Sergium ad culturam deorum, clauatis ſotularibus calceatum ante currum ſuum nouem miliaribus fecit eum currere: ſed in carcere poſtea clauſus ab angelo viſitatus & ſanatus eſt. Iterum autem tyrãnus clauatis ſotularibus fecit ante currum ſuum ad alium locum nouẽ miliaribus diſtantem currere. Et cùm immobilis in fide maneret, data ſententia cum multis, qui mortem eius deflebant decapitatione ad Deum fœliciter euolauit.

Bacchus moritur.

A.C. 300.

Primus quoq; & Fœlicianus ciues Romani cùm accuſarentur à pontificibus idolorum, dicentibus, Niſi hos ſacrificare feceritis, nulla beneficia à Diis conſequi poteritis, iuſſu imperatorum quæſiti & inuenti in carcerem truduntur, qui ſtatim ab angelo confortati ſoluuntur, & poſt dies aliquot imperatoribus præſentantur. Et cùm in fide perſiſterent ad fanum Herculis educuntur: ſed ſacrificare nolentes crudeliter laniati & in carcere clauſi ab angelo confortantur. Iterum educti Promoto præſidi præſentati ſunt & cùm ſuperari non poſſent ab inuicem ſeparantur. Dixítque Fœliciano, vt ſenectuti ſuæ conſuleret, & diis inuictiſsimis immolaret. Quod cùm ille renueret, plũbatis grauiſsime cæſus, ait. Ego octoginta iam annos vitæ habeo & triginta iam anni ex quo cognoui veritatem, elegi iam Deo viuere, qui me poteſt de manibus tuis liberare [nihil vero de mundi huius oblectamentis cogitans, decreui ſempiterno & omnipotenti creatori meo viuere: hęc & his ſimilia multa dicentem] iuſsit eum præſes ligari, & clauos manibus & pedibus eius infigi dicens ei. Tandiu ſic eris quouſq; nobis conſenſeris. Cúmque adhuc læto vultu perſiſteret, iuſsit eum ibidem torqueri, & ſic triduo in ſtipite pendenti nihil ei miniſtrari. Poſt triduum iuſsit eum flagellis cædi, & ſic repoſitũ in carcerẽ recipi [nec cuipiam omnino copiam ad illum ingrediendi fieri.] Sequenti die iuſsit tyrannus primum ad ſe duci, dixitque ei. Ecce frater tuus conſentiens imperatorum decretis & ſacrificãs magnus eſt in palatio eorum, & tu ſi ſic feceris, ſocius eius eris. Reſpondit ei Primus. Et ſi tu ſis filius diaboli, neſciens tamen aliqua ex parte vera dixiſti, quia frater meus non hominibus vanis, ſed imperatori cœleſti conſenſit. Noui enim docente me angelo, quid de illo feciſti, & vtinam merear ei coniungi. Tunc iratus præſes iuſsit vt fuſtibus cæderetur, & leuatus in eculeum, latera eius facibus vrebantur. Quod cùm fieret, & ille ſemper pſalleret, iuſsit eum deponi, & plumbum bulliens in os eius infundi. Iuſſit etiam, vt Fœlicianus adeſſet, vt quaſi territus eius paſsione ſacrificiis conſentiret. Extenſus autem ſanctus Primus plumbum bulliens quaſi aquam frigidam totum bibit, & ait. Ecce frater meus à me ſeparatus non eſt, quem tu dicebas, quod idolis conſenſiſſet. Iratus præſes iuſsit eos in theatrum duci, & duos leones ad eos mitti. Qui ſtatim ad pedes eorũ cum impetu corruentes eis blandiri cœperunt, quod & vrſi poſtea miſsi ad eos fecerunt. Tunc de populis qui plus quam duodecim millia cõuenerant ad hoc ſpectaculum quingenti viri cum omnibus ſuis crediderunt. Vnde præſes videns eos vinci non poſſe, decollari extra amphiteatrum mandauit. Quorum corpora canibus & auibus proiecta: ſed ab eis illæſa nocte à Chriſtianis rapta ſunt & ſepulta. Et celebritas

Hanc hiſtoriã ex MS codic. Sur. etiam habet 3. c. cui conſentiunt Beda & Ado in martyr.

Fœlicianus ſenex pro Chriſto quæ patitur.

Primus grauiter torquetur

Pro Chriſto moriũtur: coluntur 29. Iunij.

A. C. 300.

britas paſſionis eorum 5.idus Iunij recolitur.

§. XXXIIII.

DeS.Vito, Modeſto, & Creſcētia.

NARRAT inſuper Vincen.vbi ſupra ex geſtis eorum de Vito & Modeſto & Creſcētia, quòd Vitus fuit filius Hylæ pagani & ſacrilegi, Modeſtus autem fuit pedagogus eius, & Creſcentia nutrix Viti. Huic Vito adhuc puero apparuit angelus domini, dicens ſe ei à domino datum in cuſtodiam omnibus diebus vitæ ſuæ. Hic cùm eſſet duodecim annorum, & in Chriſtum credens quantum poterat indigentibus miniſtraret, pater eius Hylas nobilis, ſed paganus ſtudebat quomodo eum ad idola conuerteret, & nolentem ſæpius verberabat. Audiens autem Valerianus præfectus: iuſſit eum ad ſe adduci. Qui cùm veniſſet, & idolis immolare nollet, iuſſit præſes vt fuſtibus cæderetur. Sed brachia eorum qui puerum verberare volebant, aruerunt ſtatim [& præſidis quoque manus exaruit.] Et Valerianus clamabat. Væ mihi quia brachium perdidi. Reſpondit Vitus. Sanent te Dij tui, ſi poſſunt. Et ait præſes. Tu ergo facies? Qui ait. In nomine domini faciam. Et ſtatim precibus eius ſanatus eſt. Et dixit præſes patri. Corripe filium tuum ne pereat. Tunc duxit eum pater ad domum ſuam, & omnibus deliciis & cantu muſicorum, & ſaltu puellarum animum eius immutare ſtudebat. Et cùm incluſiſſet eum in thalamum apparuerunt ei ſeptem angeli confortantes eum & cantantes. Agios, agios, agios, id eſt ſanctus, ſanctus, ſanctus, replentes thalamum odore ſuauiſſimo. Odore autem illo repleti pater & familia dicebant. Dij venerunt in domum meam. Et aſpiciens per oſtium pater angelos adſtātes, cæcus factus eſt. Cùm ergo oculos perdidiſſet, commota eſt vniuerſa ciuitas Lucania. Et occurrens Valerianus cùm interrogaſſet quomodo hoc accidiſſet, reſpondit, Cubiculum filij mei intus aſpiciens, deos igneos intus vidi, & vultum eorum ferre non valui. Et cùm aſcendiſſet pater ad templum Iouis vt offerret ſacrificium pro ſanitate recuperanda, & nihil profeciſſet, ſe filio ſuo commendans vt ab eo lumen oculorum reciperet, cui beatus puer ait. Scio quod non credis: ſed propter adſtantem plebem ſanaberis. Cùm ergo lumen recepiſſet, gratias agebat Ioui. Exinde quærebat opportunitatem filium occidendi. Apparuit autem angelus Modeſto, admonens vt cum Vito pergeret ad portum, & inuenta ibi nauicula tranſirent ad aliam regionem. Pergentes ergo ad mare inuenerunt angelum in forma naucleri paratum cum nauicula, in quam aſcendentes peruenerunt demum ad locum, qui dicitur Allectorius. Deſcendentibus autem eis in terram angelus diſparuit. Ibique manentibus iuxta quemdam fluuium, cibus eis per aquilam miniſtrabatur. Et miracula multa facientibus multi ab eis baptizantur. Interea Diocletiani filius à dæmone vexatus clamabat. Niſi venerit Vitus Lucanus non exibo. Quem diu quæſitum & inuentum Romam adduxerunt, & adductus ad dæmoniacum liberauit eum. Cùm autem imperator ſuaderet ei diis immolare & renueret Vitus & Modeſtus in carcerem retruduntur conſtricti ferri pondere maximo. Sed angelus apparens cum immenſo lumine ſoluit eos. Poſt hæc eductus de carcere miſſus eſt in clibanum ardentem: ſed illæſus exiuit. Exinde immiſſus eſt ad eum deuorandum leo qui accurrēns lingebat pedes eius, propter quod miraculum multi crediderunt in Chriſtum. Demum in cataſta extenſi ſunt Vitus & Modeſtus & Creſcētia, quæ cum ſequebatur, & diſſipata ſunt oſſa eorum, ita vt viſcera apparerent. Factúſque eſt terræmotus magnus & tonitruum. Vnde templa idolorum corruentia multos Gentilium occiderunt. Ipſi autem ab angelo ſoluti reperti ſunt iuxta fluuium qui dicitur Siler, ibique orantes migrauerunt ad dominum. Et celebratur eorum paſsio. 17. Kalen. Iulij.

Hæc hiſtoria à Sur. ex MS. codice deſcripta to. 3. habetur

Mirabilis pueri virtus.

Angeli Vito adſunt.

Ecūt in exilium.

A. C. 300.

Coluntur 15. Iun.

§. XXXV.

De S. Gorgonio & Dorotheo.

Euſ. l. 8. hi. eccl c. 4.

Ibid. c. 5.

Nicomedienſis cuiuſdam factum memorabile.

DE DOROTHEO & Gorgonio. Vt teſtatur Euſebius in hiſtoria eccle. cùm perſecutionis flamma, quæ à militibus ſumpſit initium, tota per populos & ſacerdotes exaggeraſſet incendia, poſsibile non eſt numero comprehendi, quanti quotidie pene per ſingulas vrbes & prouincias martyres efficiebantur. Etenim apud Nicomediam vir quidam de nobilibus ſimul vt vidit contra Dei cultores in foro crudelia edicta pendere, calore nimio fidei ignitus publice populo inſpectante iniecta manu librum, iniquæ legis detrahit, & coram omnibus diſcerpſit Auguſto in eadem vrbe ſimul cum Cæſare conſtituto. Ad quos cùm religioſi viri & illuſtris factum relatum eſſet, mox in eum omni crudelitatis genere deſæuientes, ne hoc quidem ſolum in eum efficere quiuerunt vt eum aliquis mœſtum in pœnis videret: ſed læto & hilari vultu, cùm iam viſcera in ſuppliciis defeciſſent, ſpiritus tamen lætabatur in vultu, ex quo tortores ſui grauius cruciabātur, quod omnia in eum ſuppliciorum genera conſumerent, quem nec triſtem quidem ex his reddere poterant. Poſt hunc ad vnum ex Dorothei ſodalibus, qui in cubiculo regis erant, quique ſemper in affectu habiti fuerant liberorum intentionis transfertur inſania. Etenim cum de immenſis ſupra memorati martyris ſuppliciis liberius cauſarentur, educi ipſe iubetur in medium & immolare compellitur. Abnuens iubetur appendi, & flagris toto corpore laniari [videlicet vt doloris neceſsitate faceret, quod præcipiebatur inuitus.] Cúmque permaneret immobilis, viſceribus iam pelle nudatis iubetur aceto & ſale perfundi. Cúmque hoc tormenti genus fortiter toleraſſet craticula prunis ſubterſtrata in medio iubetur poni, ibique quod reliquum fuerat in verberibus abſumpti corporis ſuperponi, & nō ſubito, ſed ſenſim paulatímque ſuccendi, quo ſcilicet pœna protenderetur in longum. Miniſtris autem ſcelerum modo hinc, modo inde verſantibus corpus & ſupplicia renouātibus, cùm ſperarent ab eo ſe elicere poſſe conſenſum, ille firmus in fide ouans in ſpe conſumptus iam igne & reſolutis carnibus vltimum in fide ſpiritum exhalauit. Tali Petrus (hoc enim ei nomen eſt) 4. Idus Martij, martyrio decoratus, vere Petri extitit fidei hæres & nominis. Huius inſtitutor in diſciplina & magiſter in officiis quæ in palatio exhibebantur Dorotheus erat, cubiculi regi præpoſitus, habens ſecum officio, fide, & magnanimitate parem Gorgonium, quorum inſtitutionibus optimis omnes fere cubiculi miniſtri in fide Dei vigilanter perſiſtebant & libere. Dorotheus igitur & Gorgonius cùm Petrum viderēt tam immanibus ſuppliciis cruciari, cōſtanter & libere imperatori dixerūt. Cur imperator in Petro mentis ſententiam punis quæ viget in omnibus nobìs? cur in illo crimen ducitur quod à nobis omnibus confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus, & vnanimis eadémque ſentētia. Quos ille cū in mediū venite iuſsiſſet, ſimilibus pene vt priores affectos ſuppliciis, ad vltimum laqueo appēſos necari iuſsit.

Colitur 12. Mar.

De S Dorotheo & Gorgonio.

Coluntur 9. Sept.

Tunc &

A.C. 300.

Tunc & Anthimus ipſius vrbis epiſcopus in domini confeſſione perdurans, martyrij gloriam capitis obtruncatione ſuſcepit. Quem tanquam bonum paſtorem viam martyrij præeuntem vniuerſa pene gregis ſui multitudo ſecuta eſt. De pluribus ſimul martyribus. Accidit namque (inquit Euſebius in hiſtoria eccle.) apud Nicomediam in ipſis diebus partem aliquam palatij incendio cõflagrare: hoc quod imperator à noſtris factum ſuſpicatus, furore ſuccenſus iuſſit omnes aceruatim collectos, alios quidem gladio obtruncari, alios comburi. Sed cùm miniſtri interrogarent ſingulos an forte ſacrificaturi vellent dimitti, tam viri quàm mulieres, nec interrogari quidem ſe patiebantur: ſed vltro vel flammis irruebant, vel gladiis certatim ceruices obiiciebant. Cúmque iam illis ipſis ſpectatoribus nimietas crudelitatis horreſceret, miniſtri ſcelerum partem populi nauiculis iniectam in medium pelagus abducunt, ibique in ſententia fidei perſiſtentes in profundum præcipitant. Intantum autem apud eos rabies crudelitatis exarſit, vt etiam [a] regios pueros martyres effectos ac ſepultos effoderent, & corpora eorum in mare proiicerent, dicentes. Ne forte Dij Chriſtianorum efficiantur, & illi qui Deos noſtros adorare nolunt ſeruos noſtros adorent. [b] Putant enim quod apud nos diuinus honor martyribus afferatur. Cùm hæc apud Nicomediam agerentur: haud ſegnius apud Melitenem prouinciam Syriámque omnes eccleſiarum principes carceribus retrudi, & in vinculis vinciri edictis principalibus vrgebantur. Simúlque cum iis ex plebe viri ac mulieres nobiles & ignobiles rapiebantur. Fiebátque vbique miſerabile ſpectaculum. Subito namque inueniebatur in vrbe ſilentium & ſolitudo, in carceribus conſtipatio. Verum cùm perueniſſet ad principem æſtuare carceres, & per innocentium pœnas locum deeſſe criminoſis, noua rurſum edicta mittuntur, vt ex iis qui concluſi erant, ſi quis immolare vellet, liber abſcederet, qui vero abnueret, diuerſis pœnarum generibus interiret. Tum iam quantæ per ſingulas prouincias martyrum multitudines [& præcipuè in Africæ ac Mauritaniæ, Thebaidis quoque ac Ægypti regionibus] extiterit, quis numero comprehendere valeat? Sed nec illorum quidem quorum agones apud Paleſtinam vel Tyrum præſentes inſpeximus, vt dignum eſt memorare ſufficimus. Neque enim audita, ſed oculis noſtris inſpecta narramus. Exquirebantur diuerſa tormentorum genera ſibi inuicem ſuccedentia. Flagris primum per omne corpus Dei martyres carpebantur, poſt hæc ad beſtias tradebantur, [adhibebantur leones, vrſi, pardi, atque omne ferarum genus: apri quoque ſed & tauri, quibus ferro & igni feritas addebatur. Præparabantur hæc omnia aduerſus cultores Dei] & omnis conuacos hominum beſtiarúmque & elementorum crudelitas armabatur. Ad hæc Dei cultores ſtatuuntur denudari in medio arenæ loco. Additur adhuc arte intra caueas beſtiis furor, & ita ſæuiores ſemetipſis effectæ clauſtris proruunt, ſubito replent ſtadium, circundant eccleſiam martyrum in medio ſitam, circumeunt ſæpius & obluſtrant, & diuinæ virtutis eis adeſſe cuſtodiam ſentientes, procul ab eis abſcedunt. Sed illico furor qui reprimebatur in belluis, tranſit in homines. Nemo præſentem Dei virtutem, nemo diuinum eis adeſſe auxilium ſentit. Sed mittuntur quibus hoc artis eſt, inſtigare beſtias contra eos quos diuina gratia defendebat. Verum illæ vt oſtenderetur omnibus, non beſtiis deeſſe feritatem; ſed diuinam Dei cultoribus adeſſe cuſtodiam, illos ipſos qui ad inſtigandum mittuntur, incredibili velocitate diſcerpunt. Et cùm iam nullus ex huiuſmodi artificibus auderet accedere, iubentur martyres ipſi commotis manibus aduerſus ſe belluas incitare. Sed nec ſic quidem pati potuerunt. Nam & ſi forte aliqua fuiſſet ex belluis concitata, cùm perueniſſet ad proximum, protinus ad ſeipſam conuerſa repedabat. Tunc vero ſtupor ingens omnes & pauor qui ad ſpectaculum conſidebant inuaſerat [videntes homines nudos, in quibus plurimi primæ adhuc ætatis in medio tot ac tantarum poſitos ferarum intrepidos omnes & impauidos nihil curare terrena, & ipſis iudicib. pauore trementibus reos læto & hilari vultu in medio perſiſtere beſtiarum.] Sed tentatur adhuc ab hominibus Deus. Iubentur alij criminoſi beſtiis ſubigi, qui omnes in momento perierunt à beſtiis in aëra diſperſi. Sed nec ſic quidem beſtiæ concitatæ Dei cultoribus aliquid generabant moleſtiæ, diuino eos ſpiritu velut muris validiſſimis muniente. Iubentur illæ amoueri, & aliæ ſubmitti. Quæ cùm ſimiliter nihil triſte ſanctis inferrent amotis etiam iis ſæuiores feris homines martyribus immittunt, gladiiſque peragunt, quod beſtiis nequiuerunt. Et vt in omnibus ſe belluis nequiores oſtenderent, prohibebant & cadauera terræ mandari, & iubebant fluctibus dari.

Euſ.l.8.ca. 6.

Melitenes & Syriæ martyres.

Euſ.l.8.ca. 7.

Beſtiæ nõ attingunt Chriſtianos.

Homines belluis peiores in eos ſæuiũt quibus beſtiæ pepercerant.

a Per regios pueros Dorotheum, Petrum, & Gorgonium intelligit cubiculares miniſtros Cæſaris pro Chriſto occiſos.

b Pagani putabant nos diuinum honorem martyrib. impendere, ſicut nunc hæretici ſomniant, qui nos ideo idololatras nominant, hoc autem nequaquam putaſſent, niſi aliquo cultu martyres à Chriſtianis honorari animaduertiſſent & adorari: perſpicuum igitur eſt illo ſæculo tertio aliquam ſanctis martyrib. exhibitam fuiſſe venerationem.

§. XXXVI.

SANCTA Lucia virgo & martyr paſſa eſt in ciuitate Syracuſana Siciliæ, in fine imperij Diocletiani & Maximiani, referente Vincen. ſpe. hiſto. lib. 14. cap. 2. Cùm enim per totam Siciliam beatæ Agathæ martyrio nomen crebreſceret, contingit Luciam nobiliſſimam Syracuſanorum virginem cum cæteris ad ſepulchrum virginis pergere inuitante eam matre ſua, quæ quatuor annis fluxum ſanguinis patiens, nullo medicorum remedio poterat curari. Dúmque mater & filia ſimul ante ſepulchrum orantes iacerent, lachrymis ſuffragium poſtulantes, Lucia ſomno arrepta vidit Agatham in medio angelorum gemmis ornatam ſtantem & dicentem ſibi. Soror mea Lucia virgo Deo deuota, quid à me petis quod ipſa poteris continuo præſtare matri tuę? Nam & matri tuæ fides tua ſubuenit [& ecce ſaluata eſt.] Et ſicut per me ciuitas Catanenſium ſublimatur, ita per te ciuitas Syracuſanorum decoratur à domino Ieſu Chriſto, quæ iucundum Chriſto in tua virginitate habitaculum præparaſti. His auditis expergefacta dixit matri ſuæ. Per ipſam te deprecor quæ orationibus ſuis te ſanauit, ne mihi ſponſum carnalem nomines: ſed omnia quæ mihi eunti ad corruptionis authorem datura eras, da mihi eunti ad integritatis authorem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Cui mater. Omnia quæ mea ſunt

De S. Lucia, cuius vitam ex MS. codicib. edidit Sur. to. 6. hanc etiã ſe ſcripſiſſe Accaico metro ſcribit Sigeb. vbi. c. de viris illuſt.

S. Virgo Lucia ad ſepulchrũ B. Agathæ pergit.

Orationibus S. Agathæ mater S. Luciæ curata eſt.

vel eſſe

A.C. 300.

vel eſſe poſſunt, tu melius noſti, tege prius oculos meos & quæcunque tibi placuerint de his facultatibus facito. Atilla [Audi mater mea conſilium meũ] Non ſatis Deo charus eſt qui dat ei, quæ ſecum ferre non poteſt: ſed ſi tu vis gratum eſſe Deo: da ea quibus potes vti, dum viuis. Cùm hæc igitur ſermocinaretur virgo cum matre, quotidie fiebat rerum diſtractio, & quotidie in neceſſitatibus pauperum expendebantur. Quod cùm ad ſponſi notitiam perueniſſet propoſuit litem in iudicio Paſchaſij conſularis, dicens ſponſam ſuam Chriſtianiſſimam contra leges Auguſtorum venire. Quam Paſchaſius corripiẽs cœpit ad ſacrificia dæmonum inuitare. Cui illa. Sacrificium immaculatum, hoc eſt viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. At ille. Ceſſabunt verba cùm ventum fuerit ad verbera. Quæ reſpondit. Verba Dei ceſſare non poterunt. Ipſe enim ait, Nõ enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Et Paſchaſius. In te ergo eſt ſpiritusſanctus? Quæ ait. Caſte viuentes templum ſunt Spiritusſancti. Apoſtolus enim dicit, Templum Dei eſtis vos, & Spiritusſanctus habitat in vobis. At Paſchaſius ait. Ego te faciam ad lupanar duci, vt cùm ibi fueris attrectata, fugiat à te Spiritusſanctus. Et Lucia reſpondit. Nunquam inquinatur corpus (ſcilicet vitioſe) niſi de conſenſu mentis. Nam ſi me inuitã feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. Hæc ſentẽtia, vt valde notabilis ponitur à Gratiano 32.q.5. Quod autẽ §. 1. Tunc tradidit eam lenonibus dicens. Inuitate populum ad eam, & tandiu illudatur, quandiu mihi mortua nuntietur. Vbi autem cœperunt lenones eam velle trahere ad lupanar, tanto pondere fixit eam Spiritusſanctus, vt nullatenus poſſet inde moueri. Accedentes autẽ multi ſimul trahentes deficiebant ſudore. Miſerunt quoque funes in manus eius & pedes, & cœperunt omnes eã trahere: ſed illa quaſi mons immobilis permanebat. Multa quoque paria boum addita ſunt, vt ab ipſis funibus ligata traheretur & omnino moueri nõ potuit. Tunc anguſtiatus Paſchaſius & mœrore deficiẽs ignem copioſum circa eam fecit accendi, ita vt picẽ reſinam & feruens oleum ſuper eam iactaret, at illa ſtabat immobilis dicens. Rogaui Dominum meum Ieſum Chriſtum, vt ignis iſte non dominetur mei, & petii inducias martyrij mei vt credentibus timorẽ tollerem paſſionis, & non credentibus vocem inſultationis auferrem. Tunc anguſtiantem Paſchaſium amici eius non ferentes, gladium in eius guttur mergi fecerunt. Ea percuſſa quandiu voluit, allocuta eſt populum circunſtantem dicens. Annuntio vobis pacem datam eccleſiæ Dei, Diocletiano de regno eiecto & Maximiano hodie mortuo. [Et ſicut habet Catanenſium ciuitas interuentricem pro ſe ſororem meam Agatham, ita me ſciatis huic ciuitati datam à Domino, ſi voluntatem eius facientes ſuſceperitis fidem.] Hæc & alia illa loquente ante oculos eius ferro vinctus ducebatur Paſchaſius. Cucurrerant enim relationes Siculorum ad ſenatum, quòd prædatus fuiſſet prouinciam, qui Romam perductus & à ſenatu auditus, ſententiam accepit capitalẽ. Virgo autẽ de loco in quo percuſſa eſt, nõ eſt mota, nec ab ea exiit ſpiritus eius, niſi prius veniẽtibus ſacerdotibus & myſteria ſacra ei dantibus, ſcilicet Euchariſtiam, omnibúſque dicentibus Amen, ſpiritũ illa emitteret.

Nota hãc ſententiã mundi amator. qui teſtamento bona tua pauperibus legas.

Iac.1.

1.Cor.3.

Peccatum non eſt niſi voluntarium.

Virgo immobilis perſeuerat.

§. XXXVII.

NARRAT idem Vincen. lib. 13. ex geſtis eius de quadam alia martyre nomine Lucia, non virgine: ſed vidua Romæ paſſa cum Geminiano temporibus Diocletiani: ſed prioribus annis & ſub patre huius Paſchaſij. Hæc igitur ſancta mulier in viduitate triginta ſex annis manſerat: & iam tempore martyrij erat annorum ſeptuagintaquinque. Propoſito igitur edicto imperatorum contra Chriſtianos, dixit ad filium nomine Euprepium: Ecce nunc tempus paratum ad palmam. Derelinquamus ſimulachra, quæ perdere nos poſſunt, non liberare, & adoremus Dominum Ieſum Chriſtum qui poteſt animam & corpus ſaluare, & damnare. Cui filius. Mater (inquit) deliras, vt illum dicas Deum, qui fuit flagellatus & cum latronibus crucifixus. Illa autem increpauit illum quòd talia contra factorem ſuum loqueretur. Tunc filius acceſſit ad imperatores, & matrem accuſauit de Chriſtianitate. Adducta igitur iuſſu imperatorum poſt plures interrogationes firmiſsima in confeſsione fidei ait. Parata ſum beſtias & ignem & quaſcunque volueritis pœnas [ſufferre.] Clauſa autem in carcere vt orauit mirabilis odor fragrauit, & vox audita eſt. Gaude in Domino gaude, quia illud quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit meruiſti accipere. Et gratias agentem, ſoporatam poſtea Dominus confortauit. Abbreuiando autem hiſtoriam, quæ prolixa ſatis & mirabilis eſt, eductam de carcere imperator extra ciuitatem pro tribunali ſedẽs: quia domus eius ſeu palatium corruerat, nodoſis fuſtibus fecit eam extentam mactari. Sed qui cædebat factus eſt lapideus: imperator vſque ad mortem aridus factus clamabat. Deus Iupiter adiuua me mox ipſe Iupiter de loco ſuo cecidit & comminutus eſt. Lucia verò ſubridens ait. Sanet te Deus tuus Iupiter. Cui imperator. Tu me ſaluum fac. Et illa. Si credideris faciam. Cui imperator. Per ipſum crucifixum, ſi me ſanaueris credam. Et Lucia. Scio fallaciã tuam: ſed quia crucifixum nominaſti faciam tecum miſericordiam. Statimque ſanus factus exclamauit. Gratias tibi ago Iupiter. Curréſque ad templum eius cùm adoraret, templum ſciſſum & diſruptum eſt. Poſtea cùm in carcere claudi eã iuſsiſſet, parari fecit ollam æneam pice, plumbo ac reſina plenam, & igne ſuppoſito liquefactis iis ſimul omnibus illam nudam in ollam iactari: tribúſque diebus & noctibus ibi dimitti, quæ in nullo læſa eſt. Quod audiens imperator mandauit, vt ferro & plumbo onerata per omnes plateas ciuitatis circunduceretur. Cùm autem duceretur, contigit vt tranſiret iuxta domum cuiuſdam nobilis nomine Geminiani, qui habebat in domo multa ſimulachra. Et dum illa concite duceretur, ecce columba niuea deſcendit de cœlo, & ſuper caput Geminiani ter ſignum crucis faciens reſedit. Qui in cœlum conſpiciens illud vidit ſibi apertum & ſedem Dei. Móxque cõpunctus omnia relinquens ad locum cucurrit, vbi ſancta torquebatur, cecidítque ad pedes eius & ait. Te cognoui matrẽ gratiæ, quam mihi Dominus demonſtrauit, nam cùm ante ianuam domus tranſires, aſpiciens in cœlum vidi eum, in quem oportet credere. Media autẽ nocte ſanctus quidam Protaſius presbyter ab Angelo monitus acceſsit ad carcerem, vbi ambo tenebantur & apertis clauſtris lux apparuit magna & odor ſuauiſsimus exiit, fonteq; in carcere inundãte baptizatus eſt Geminianus à Protaſio, ſanctáque Lucia eum de fonte ſuſcepit, & cœperunt vnũ eſſe in anima & ſpiritu, vnum agonem pro Domino tolerantes. Poſt tres dies adducti ambo ante tribunal Diocletiani, cùm ſancta Lucia interrogata nihil reſponderet, Dio-

A.C. 300.

S. Lucia non prius è vita migrare potuit, quàm Euchariſtiam acceperit. Colitur 13. Dec.

Iſ.64. 1.Cor.2.

Conuertitur S. Geminianus.

Geminianus baptizatur.

A.C. 300.

ſanctus Geminianus facto ſigno crucis acertime increpare cœpit Diocletianum cur in Chriſtũ & Chriſtianos ita deſæuiret. Tunc imperator, vt leo fremens omnibus tormentis affligi eos iuſsit. Inter tormenta, apparuit eis Angelus, imponens eis coronas ex auro, & gemmis, cùm autem ſancti ex tormentis non deficerent, inde recedens Diocletianus quendam nomine Piropogon ſuum vicarium dereliquit. Qui cùm præcepiſſet, vt omnes venirent ad adorandum deos ad certum locum, ſcilicet in Lateranũ, cũmque ſancta Dei Lucia & Geminianus ad locũ acceſſiſſent clamabãt. Simulachra gentiũ argentum & aurũ, &c. iuſſit iudex ceruices eorum contundi. Et facto terræmotu plura ædificia corruerunt, & iudicem cum multis oppreſſerunt ruinæ illæ: ſancti verò remanſerunt illæſi. Deinde poſt annum apprehendentes eos Angeli tulerunt eos in Siciliam, & applicantes ad quendam fluuium aquis profundum, virtute Dei facta oratione ſuper aquas eius ſiccis veſtigiis tranſierunt, & venientibus illis ad locum quendam ſpiritibus malignis plenum, omnes illi nequam ſpiritus de loco cum clamore diſceſſerunt, ibique multos infirmos ſanabant. Iudex autem Abophraſius illos ab eis curatos & Deum magnificantes capite truncari fecit. Propter quod ſcelus à diabolo arreptus peſſime vitam finiuit. Demum cùm ſancta Lucia quæreretur ad mortem à Paſchaſio conſulari patre Paſchaſij, qui Luciam virginẽ martyrem fecit in ciuitate Syracuſana, vt dictum eſt, demum in oratione poſita ſpiritum Deo reddidit, & Geminianus de mãdato tyranni capite plexus eſt.

Pſa. 113.

Tranſeũt in Siciliã.

Colitur 16. Sep. De S. Lucia virg. Rom. ſic enim eam vocat Vſu. regẽ verò Acciam non Antriam nominat.

Refert idem Vincent. lib. decimotertio ſpe. hi. de quadam alia nõ Lucia, ſed Luccia nominata virgine & martyre natione Romana. Hæc cùm capta fuiſſet à militibus cuiuſdam Antriæ regis Barbarorũ & ducta in regnum illius, voluit eam rex ille Barbarus violare. Cui illa. Noli mihi (inquit) vim facere, quia magnum habeo ſponſum, qui vindicet iniuriam meam in te. Hæc enim erat Chriſtiana, & de Chriſto loquebatur ſponſo. Et ille iratus. Et quis eſt ſponſus tuus aut cuius poteſtatis, vt iniuriam vindicet? Reſpondit illa fiducialiter. Deum, cui me deuoui defenſorem habeo, qui in cœlis eſt, & habet poteſtatem vniuerſæ carnis. His auditis territus eſt rex, & cœpit eam, vt deam honorare velle. Statimque iuſſit ei cubiculum ſecretum fieri, & puellas in obſequiũ dari. Quæ vigiliis & orationibus Deo vacabat die noctúque rogans aſſidue pro ſtatu proſpero regis illius & domus ſuæ. Quotidie autem creſcebat deuotio regis Barbari ad illam, ita vt procedens ad bella rogaret illam, vt Deum ſuum peteret, pro victoria inimicorum. Propter quod orationibus eius ſemper redibat ex prelio victorioſus. Completis autem ibi viginti annis reuelatum eſt Lucciæ, vt ad vrbem reuerteretur, ibíque compleret per martyrium curſum ſuum. Quæ cum regi retuliſſet viſionem, rex à Deo inſpiratus ait. Si tu te hinc ſubtrahis, mihi non expedit remanere. Nã aduerſarij mei, quos ego vici ſemper, te orante, venientes me occident. Ad hæc illa. Si placet tibi veni. Credo enim Deo meo, quòd te in ſeruum ſuum adoptabit. Rex igitur diſponens de omnibus regni rebus gubernacula filio dimittens & omnia relinquens, cum ancillis Chriſti Romam venit. Cùm autem perſecutio Diocletiani iam ſæuiret poſt paucos dies Luccia comprehenſa adducitur ad ſupplicium. Quod audiens Antria ſponte occurrit, & ceruicem ſuam cum ea gladio ſuppoſuit, profitens ſe eſſe Chriſtianum. Et ſic ambo decollati in paradiſum ſuſcepti ſunt & cum eo duodecim alij, 7. Kalend. Iulij.

S. Luccia Romam cum rege petit.

A.C. 300. Coluntur 15. Iun.

§. XXXVIII.

[a] PASSIO ſanctæ Catherinæ paulopoſt imperium Diocletiani fuit, ſcilicet ſub Maxentio filio Maximiani Herculij, qui à prætorianis militibus (vt dicit Hugo) factus eſt imperator, vel potius vſurpauit imperium, contra quem Conſtantinus magnus bellum mouens, ſuperauit, vt infra dicetur. Hic igitur perſecutor Chriſtianorum Maxentius ingreſſus Alexandriam omnes cogebat ad ſacrificia idolorum, & nolentes diuerſis cruciatibus affligebat. In ea autem ciuitate exiſtens beata Catherina virgo deuotiſsima, corpore pulcherrima, ſed fide ſpecioſior, regis Coſti filia, parentibus vnica: eis orbata in regno & diuitiis ſucceſſerat, artibus liberalibus erudita valde, ætatis decem & octo annorũ. Hæc cùm in palatio ſuo reſideret, audiens tumultum non modicum hominum, & mugitum animalium quæ ad ſacrificium ducebantur in templum, in quo imperator manebat ſacrificiis inſiſtens, cognita cauſa huius ſtrepitus & clamoris, Deo ſe commendans cum decenti comitatu familiæ ſuæ ad imperatorem in templum introiuit, arguens eum de vana cultura deorum, & de incarnatione filij Dei plurima aſſeuerans.

De S. Catherina. Hug. in Chro.

Stupefactus Cæſar & ad verba eius reſpondere non valens, ait. Sine mulier finire ſacrificium noſtrũ & poſtea tibi reſponſa reddemus. Iuſsitque eam ad palatium duci, & cum omni diligentia cuſtodiri. Expleto igitur ſacrificio ad palatium reuerſus, præſentari ſibi Catherinam mandauit. Cui adſtanti inquit. Audiuimus eloquentiam tuam, & mirati ſumus ſapientiam tuam: ſed in deorum ſacrificiis occupati nequiuimus ad plenum ſermonem intelligere tuum. ſed replicando primo ediſſere progeniem tuam. Cui ſancta. Confiteor tibi progeniem meam. Ego ſum Catherina Coſti regis filia, quæ quamuis in purpura nata & liberalibus diſciplinis non mediocriter erudita, omnia tamen contempſi, & ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum confugi. Dij autem quos colis aſſero dæmones eſſe, nec te, nec alios poſſe iuuare.

S. Catherina imperatorẽ redarguit.

Genus ſuũ profitetur.

O vos igitur infœlices talium numinum cultores, qui aduocati in neceſsitate nõ adſunt, in tribulatione non ſuccurrunt, in periculis non defendunt. Cui imperator iratus ait. Si ita eſt vt aſſeris, ergo totus mundus errat, & tu ſola verum dicis. Si Angelus eſſes aut cælica virtus, tibi credere nemo deberet, quantomagis cum ſis fragilis fœmina. Cui illa. Ne obſecro Cæſar te à furore vinci permittas, quoniam in animo ſapientis non ſtat perturbatio dira. Videns igitur quòd ſapientiæ eius non poſſet reſiſtere, virginem cuſtodiri iubet. Et ſubitò nuncios mittit per loca diuerſa, vt omnes Grammaticos, rhetores, & mundana ſapientia eruditiſsimos

a Catherinæ paſsionem quæ paſſim habetur tradunt annales, & extat penes me impreſſa nomine Rabbani Abbatis. Scripſit etiam Catherinæ huius martyrium Simeon Metaph. quem habet Sur. tom. 6. Euthymius in Pſal. 44. ad verſum, Ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo, ſubdit, Qualis fuit ſapientiſsima Catherina. Ioan. Mol.

qui

A.C. 306. qui fama præcellerent, ad Alexandriam conuenirent, magna munera recepturi, ſi quandam puellam contra cultum deorum eloquentem ſuperarent. Adueniunt igitur ſapientes quinquaginta de diuerſis ciuitatibus. Congregatiſque in ciuitate Alexandria & ſciſcitantibus magis particulariter cauſam, ait imperator. Eſt apud nos vna puella ſenſu & prudentia incomparabilis, quæ omnes ſapientes noſtros confutat, & deos noſtros dæmones affirmat, quam ſi conuiceritis, cum magno honore ad propria remeabitis. Ad hæc vnus ex illis indignatus ſtomachanti voce reſpondit. O magnum imperatoris conſilium, qui ob vnius puellæ conflictum tot ſapientes de tam remotis partibus aduocauit, cùm vnus ex clientulis noſtris eam faciliime confudiſſet. Cui imperator. Potentiam quidem habeo, eam ad ſacrificia mea compellendi: ſed melius iudicaui, vt rationibus cõfutetur. Adducatur (inquiunt) puella & ſua temeritate conuicta, nunquam ſe ſapientes vidiſſe agnoſcat. Significatur Catherinæ certamen imminens diſputationis, quæ totam ſe Domino commendans & cauſam ſuam, ab Angelo confortata eſt, vt conſtanter ageret, prædicente ei quòd non ſolùm ipſa, à ſapientibus non vinceretur: ſed omnes eos conuictos & ad fidem conuerſos per martyrium ad cœlũ tranſmitteret. Cùm ergo adducta fuiſſet coram oratoribus illis Catherina, ait imperatori. Quali iudicio ô imperator contra vnam puellam quinquaginta oratores apponis, quos & pro victoria remunerandos promittis, & me ſine ſpe mercedis pugnare compellis? Erit tamen mihi merces Dominus Ieſus Chriſtus qui ſpes eſt & corona pro ipſo certantium. Igitur cùm in diſputatione ſapientes illi niterentur oſtendere Deum hominem fieri aut pati impoſſibile eſſe, virgo autem efficaci ſuaſione contrarium demonſtraret, ſcilicet non impoſſibile Deum factum hominem, ſed nec in deitate ſua: ſed in aſſumpta carne paſſionem toleraſſe, hoc ex libris etiam philoſophorum & Sibyllarum haberi atteſtata eſt. Nam & Plato adſtruit (ait illa) Deum circumrotandum eſſe, ſcilicet quo ad incarnationem, & detruncandum, ſcilicet, in paſſione per ſeparationem animæ à corpore. Sibylla quoque ait,

Catherina cũ doctoribus certat.

Felix ille Deus, qui ligno pendet ab alto.

Cùm igitur virgo cum ſapientibus efficaciſsimis rationibus diſputaret, & deos apertis demõſtrationibus falſos eſſe cõcluderet, obſtupefacti illi & quid dicerent & quid contra afferrent nõ habentes penitus muti ſunt effecti. Propter quod imperator nimio furore repletus, eos increpare cœpit, cur ab vna puella ſe tam turpiter vinci permitterent. Reſpondit vnus ex cæteris doctior. Noueris imperator, quòd nunquam aliquis ſtare potuit ante nos in diſputando, quin continuò vinceretur, hæc autem puella, in qua Dei ſpiritus loquitur, ita nos in admirationem conuertit: vt contra Chriſtum aliquid dicere aut omnino neſciamus: aut penitus formidemus. Vnde ô imperator, conſtanter fatemur quòd niſi probabiliorem ſententiam protuleris, quos vſque modo coluimus deos abnegantes ecce omnes conuertimur ad Chriſtum. Hæc audiens imperator furore ebrius in medio ciuitatis igne parato, comburi omnes oratores illos præcepit. Virgo autem eos confortans & in illo interuallo de fide prout potuit inſtruens, dolentes quòd ſine baptiſmo decederent conſolata eſt declarans eis, quòd paſsio eorum eſſet baptiſmus & corona gloriæ. Iniecti ergo quinquaginta ſapientes

Philoſophi vincuntur.

A in flammas ſpiritum Deo reddiderunt ibidem, inuſtis tamen corporibus, quinimo ne pilis nec veſtibus. Poſt hæc alloquitur Catherinam tyrannus dicens. O virgo generoſa conſule iuuentuti tuæ, ſi enim ſacrificaueris poſt reginam in palatio meo ſecunda eris, & imagine tua in medio ciuitatis fabricata velut dea à cunctis adoraberis. Cui virgo ait. Deſine talia dicere, quæ ſcelus ſit etiam cogitare. Ego me ſponſam Chriſto tradidi. Ille gloria mea, ille ſaluator meus, ille dulcedo mea, ab eius amore nec blandimenta nec tormenta me poterunt reuocare. Tunc ille furore inſaniens iuſsit eam ſpoliatam B ſcorpionibus cædi, & cæſam in obſcuro carcere claudi, diebuſque duodecim ſine cibo & potu fame cruciari. Et cùm

A.C. 300. Rhetorũ incendiũ.

Carcere clauſa manet: lux cælica fuſa refulget,
Fragat odor, dulces cantant cæli agmina laudes:
Sponſus amat ſponſam, ſaluator viſitat illam.

dicens. Agnoſce ô filia creatorem tuum, pro cuius amore laborioſum ſubiiſti conflictum. Conſtans eſto, quia ego tecum ſum. Illis autem diebus per columbam Dominus eis cibum miniſtrauit. Rex autem illo interuallo dierum quibuſdam de cauſis re- C gni cum vrgentibus, extra regionis confinia profectus eſt. At Regina vxor eius cùm mira audiſſet de virgine, nimio ad eam amore ſuccenſa cum Porphyrio militum principi in ſecretis fideliſsimo ſuum deſiderium ad colloquium habendum cum virgine aperuit. Et cùm ipſe etiam hoc affectaret, conuenerunt vt noctu occultè ad virginem ingrederentur. Cùm ergo Regina introiſſet, vidit locum mirabili claritate fulgere, & Angelos plagas eius perungentes. Incipiens autem Catherina, gaudia vitæ æternæ fidelibus promiſſa prædicauit, & fidem docens ad Chriſtum eam conuertit, martyrium quoque ſuum D prædicens. Et ita vſque ad mediam noctem ſermonem protraxit. Porphyrius autem iis auditis ad pedes virginis cecidit in Chriſtũ credens, cum ducentis militibus qui à Porphyrio iſta audierunt. Expeditis autem negotiis reuerſus Maxentius ad Alexandriam, de virgine interrogat. Et cùm ad carcerem miniſtri fuiſſent miſsi, vt nunciarent, quid de ea ſecutum fuiſſet & an viueret, ſignificantibus eam viuam & ſoſpitem, coram ſe fecit adduci, & viuacem cernens & pulchram, quam credebat fame conſumptam, exiſtimans cibos ſibi contra ſuum mandatum miniſtratos, cœpit velle torquere cuſtodes, ſed Ca- E therina compatiens ait. Ego ab hominibus cibum non accepi, ſed à Domino meo Ieſu Chriſto. Ait autem ei imperator. Recole quod tibi dixi. Non te quaſi famulam retinere cupimus: ſed vt regina potens & electa in regno meo triumphabis. Et illa. Attende & tu (inquit) obſecro & iudicij tui veridica ratione [hoc quod dicam] diſcerne. Quem magis eligere debeo, an potentem, æternum, glorioſum, & decorum, an infirmum, mortalem, ignobilem, & deformem? Indignatus tyrannus ait. E duobus vnũ elige, aut diis ſacrificare, aut diuerſis ſuppliciis interire. At illa. Quæcunque potes cogitare tor- F menta ne differas, quia carnem & ſanguinem meum Chriſto offerre deſidero, ſicut ipſe pro me obtulit ſemetipſum. Tunc quidam præfectus ſuaſit tyranno vt intra quatriduum rotas quatuor fieri faceret ſerris ferreis & clauis acutiſſimis circumſeptas, vt eis contra ſe adinuicem voluentibus, tam horribile artificium virginem ſuprapoſitam diſſecaret, & cæteris Chriſticolis timorẽ inferret. Cúmque

Regina Catherinam viſitat & conuertitur.

Rotæ ſupplicium.

A.C. 300. Chriſtum profitetur. Maxentij vxor.

que præparatis rotis virgo imponi deberet, orauit Dominum vt ad laudem ſui nominis & conuerſionem circunſtantium machinam illam diſſiparet. Quod & ſubitò factum eſt, & ita cum tanto impetu confracta eſt, vt quatuor millia gentium percuſſi à fragmentis eius interirent. Regina autem, quæ deſuper è feneſtra illa aſpiciebat, non ſe valens vltra celare, deſcendit, & imperatorem de tanta ſæuitia durius increpauit. Vnde perpendens tyrannus eam ad fidem conuerſam, furiis incenſus mandauit vt ſi ſacrificare diis recuſaret, auulſis prius ab ea mammillis à ſatellitibus decollaretur. Quæ cùm duceretur ad ſupplicium, Catherinæ ſe commendauit, vt pro ea oraret. At illa confortans ait. Noli timere dilecta Regina, quia hodie temporale regnum in æternum mutabis, & pro mortali ſponſo accipies immortalem. Ex quibus verbis ita eſt conſtans effecta, vt miniſtros hortaretur, ne quod iuſſi fuerant morarentur. Cùm igitur eam extra ciuitatem extractis mammillis decollaſſent, Porphyrius corpus eius ſepeliuit. Sequenti die inquirit tyrannus, quis corpus reginæ ſepeliſſet. Et cùm aliquos torquere vellet ad inueniendum rem iſtam: Porphyrius in mediū prorumpens ait. Ego ſum, qui reginam ſepeliui & fidem Chriſti ſuſcepi. Tunc Maxentius amens effectus mugitum terribilem emiſit dicens. O me miſerum & miſerandum, ecce Porphyrius qui erat vnicus animæ meæ cuſtos & totius laboris mei & ſolatium deceptus eſt. Quod cum militibus ſuis dolēs retuliſſet, reſponderunt illi. Et nos Chriſtiani ſumus, & parati pro Chriſto mori. Tunc Maxentius iracundia ebrius præcepit eos omnes cum Porphyrio decollari, & canibus proiici corpora eorum. Demum Catherinam aduocans ait, Quamuis arte magica Reginam mori feceris, tamē ſi reſipueris prima in palatio meo eris. Hodie igitur aut diis ſacrifica, aut caput amittes. At illa reſpondit. Fac quæcunque omnino concepiſti, paratā me videbis ad omnia pro Chriſti nomine ſufferēda. Data igitur ſentētia decollationis contra eam, cùm veniſſet ad locum paſſionis orauit dicens. O ſpes & ſalus credentium, ô gloria & decus virginum Ieſu rex bone, obſecro te vt quicunque paſſionis meæ memoriā fecerit, & ſiue in exitu animæ, ſiue in quacunq; tribulatione me vocauerit, propitiationis tuæ cōſequatur effectum. Vox de cœlo facta eſt, Veni dilecta mea, ecce ianua cœli tibi aperta eſt. Nā & iis qui paſſionis tuæ memoriā fecerint, auxiliū de cœlo promitto. Decollata ergo, de corpore eius lac pro ſanguine emanauit. Et Angeli rapientes corpus eius ab illo loco ad montē Sina diſtantē itinere viginti dierum deferentes, honorifice ſepelierunt. Ex cuius oſſibus dicitur oleum emanare, quòd languidos ſanat. Paſſa eſt autem circa annum Domini trecenteſimum decimum.

Porphyrius ſe Chriſtianum oſtendit.

Oratio S. Catherinæ.

Colitur 25 Nou.

§. XXXIX.

De ſancta Agnete. Hanc S. Agnetis vitā ſcribit Amb. ſer. 90 de eadē Pru. periſtep. hymn. vlt. Amb l. 7. de vir. li. 1. Offic. c. 41. Hiero. ad Demetri.

AGNES beatiſſima (quam rectius Hagnem appellaueris) cuius paſſionem Romæ celebratam deſcribit Ambroſius, fuit circa tempora iſta, vt patet ex eius hiſtoria. Hæc ex nobilibus orta natalibus ciuibus Romanis iuuencula corpore, quia tredecim annorum, animo cana, pulchra facie ſed pulchrior fide, cùm à ſcholis reuerteretur, à præfecti filio adamatur. Cui gemmas & innumerabiles diuitias promittit, ſi conſenſum eius coniugio non negaret. Agnes autem tale fertur ei dediſſe reſponſum (ait Ambroſius) Diſcede à me [fomes peccati, nutrimentum facinoris] pabulum mortis, diſcede à me A quia iam ab alio amatore præuenta ſum [qui mihi ſatis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei ſuæ ſubarrauit me, longe te nobilior & genere, & dignitate ornauit me ineſtimabili dextrocherio, dextram meam, & collum meum cinxit lapidibus prætioſis, tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas, & circundedit me vernantibus, ac corruſcantibus gemmis, poſuit ſignum in facie mea, & nullum præter ipſum amatorem admittam, induit me cyclade auro texta, & immenſis monilibus ornauit me. Oſtendit mihi theſauros incomparabiles, quos mihi ſe daturum ſi ei perſeuerauero repromiſit: non ergo B potero ad contumeliam prioris amatoris vel aſpicere alium, & illum derelinquere, cum quo ſum charitate coniuncta: cuius generoſitas celſior, poſſibilitas fortior, aſpectus pulchrior, amor ſuauior, & omni gratia elegantior, à quo mihi iam thalamus collocatus eſt, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Iam mel & lac ex eius ore ſuſcepi, iam amplexibus eius caſtis adſtricta ſum. Iam corpus eius [a] corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas, cuius mater virgo Maria eſt, cuius patrem fœminam neſcit, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur, cui Angeli ſeruiunt, cuius opes nunC quam deficiunt, cuius diuitiæ non decreſcunt, cuius odore reuiuiſcunt mortui: cuius tactu fouentur infirmi, ipſi ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione cōmitto, quem cùm amauero caſta ſum, cùm tetigero munda ſum, cùm accepero virgo ſum, nec deerunt poſt nuptias filij vbi partus ſine dolore ſuccedit, & fœcunditas quotidiana cumulatur. Audiens hæc inſanus iuuenis lecto proſternitur, & quòd amore ægrotaret à medicis aperitur. Cùmque pater virginis hæc eadem virgini replicaret, & illa prioris ſponſi fidem ſe violare non poſſe aſſereret, cœpit præfectus pater iuuenis inquirere, quis ille eſſet ſponſus de D cuius poteſtate ſe Agnes iactaret. Cùm autē quidā aſſereret Chriſtum illam ſponſum dicere, blandis prius ſermonibus præfectus, demum terroribus eam pulſat. Cui Agnes. Quicquid vis age, quia quod petis non poteris obtinere. Et præfectus ad eam. Vnum è duobus elige, aut ſacrifica diis cum virginibus deæ Veſtę, aut cum meretricibus ſcortaberis, [in contubernio lupanaris.] Cui Agnes. Nec diis tuis ſacrificabo, nec ſordibus polluar alienis. Mecum enim habeo cuſtodem corporis mei Angelum Domini. Tunc præfectus iuſſit eam ſpoliari, & nudam ad lupanar duci. Sed tantam denſitatem contulit DomiE minus capillis eius, vt melius capillis quàm veſtibus tegeretur. Ingreſſa autem Agnes turpitudinis locum, Angelum Domini inuenit præparatum, qui locum claritate nimia circunfulſit, ibique ſtolam candidiſſimam præparauit. Interea lupanar fit locus orationis, vt in quo omnis qui fuiſſet ingreſſus adoraret & veneraretur dans honorē immēſo lumini [& mundior egrederetur foras, quàm fuiſſet ingreſſus. Cùmque hæc agerentur præfecti filius, qui auctor erat huius ſceleris, venit ad locum, cum ſodalibus ſuis iuuenculis inſultaturus puellis, cum quibus libidinis ſuæ ſe poſſe credebat ludibrium exercere.] F Qui ingreſſi ex miraculo territi cōpuncti redibant.

A.C. 300. eadē Damaſus in duobus elogiis Greg. hom. 11. & 12. Euang. Max. totidē & alij. Virginitatis præmia à Chriſto propoſita.

Lupanar fit domus orationis.

a Cùm S. Agnes profitetur corpus Chriſti ſuo corpori eſſe ſociatum innuit abſque vllo dubio fidem eccleſiæ illius aui fuiſſe corpus Chriſti & reuera in Euchariſtia contineri. Nā ſi non eſſet in Euchariſtia corpus Chriſti quomodo quæſo verū eſſet corpus Chriſti corpori virginis eſſe ſociatum.

Quos

A.C. 300. Præfecti filius à diabolo ſuffocatur.

& vecordes appellans, ad eam ſureus intrauit, & A [videns tantum lumen circa eam, non dedit honorem Deo: ſed irruens in ipſum lumen, priuſquam manu eam contingeret, cecidit in faciem ſuam, & præfocatus à diabolo expirauit. Videntes autem ſocij quod moras intus faceret, putabant eum obſcœnis operibus delectari. Et ingreſſus vnus ex iuuenibus, mortuum eum inueniens exclamauit. Viri Romani ſuccurrite. Magicis artibus iſta meretrix præfecti filium interfecit.] præfocatus à diabolo expirauit. Quod præfectus audiens cum ingenti ploratu venit ad eam, & cauſſas mortis eius diligentius ſciſcitatur. Cui Agnes interrogata ait. Ille, cuius voluntatem volebat perficere, ipſe poteſtatem in eum accepit & occidit. Nam ſocij eius qui viſo miraculo territi ſunt, redierunt illæſi. Cui præfectus. In hoc apparebit, quod non magicis artibus hoc feciſti, ſi impetrare poteris vt reſuſcitetur. Et illa ad eum. Quamuis perfidia veſtra hoc non mereatur, tamen vt virtus Domini noſtri Ieſu Chriſti agnoſcatur, hinc recedite, vt orem. Ipſa autem orante iuuenis ſuſcitatur, & ſuſcitatus cœpit per vrbem diſcurrere & clamare. Verus eſt & vnus Deus, quem Chriſtiani colunt, qui me à mortuis ſuſcitauit. [Omnia verò templa vana ſunt, dij qui coluntur omnes vani ſunt, & penitus nec ſibi poſſunt, nec aliis auxiliũ exhibere.] Ad hæc templorum pontifices perturbati ſeditionem excitant in populo clamantes & dicentes. Tolle magã, tolle maleficam quæ & mutat mentes & animos alienat. Præfectus autem ex miraculo ſtupefactus, eam liberare voluit: ſed proſcriptionem metuens vicarium iudicem dereliquit. Et quia eam liberare non valuit, triſtis abſceſſit. At Aſpaſius vicarius iuſſit eam in ignem copioſum iactari. Quo peracto flamma in duas partes diuiſa, populum ſeditioſum exurebat. [Tunc beata Agnes his verbis orationem fudit ad Dominũ. Omnipotens adorande, colende, tremende: Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti benedico te, quia per filiũ tuum vnigenitum euaſi manus impiorum, & ſpurcitias diaboli impolluto calle tranſiui. Ecce & nunc rore cœleſti perfuſus iuxta me focus emoritur. Benedico te pater prædicande, qui etiam inter flammas intrepidam me ad te venire permittis. Ecce iam quod credidi video, quod ſperaui iam teneo, quod concupiui complector. Te confiteor labiis & corde, te totis viſceribus concupiſco. Ecce ad te venio viuum & verum Deum, qui cum Domino noſtro Ieſu Chriſto Filio tuo & Spirituſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorũ.] Tunc Aſpaſius in guttur eius gladiũ immergi iuſſit, & ſic ſponſus candidus & rubicundus, ſpõſam ſibi & martyrẽ conſecrauit. Dũ autẽ corpus eius Chriſtiani & parentes cum gaudio ſepelirent, vix à Paganis in eos lapides mittentibus euaſerunt. Emerentiana autem virgo & collactanea eius adhuc cathecumena, dum iuxta eius ſepulchrum ſtaret, & Gentiles moleſtãtes conſtanter argueret, ab eis lapidata eſt, & in ſuo ſanguine baptizata, vnde eccleſia de ea ſolemnizat. Statimque terræmotus, corruſcationes & fulgura exorta ſunt, adeò quòd ex Paganis plurimi perierunt, propter quod de cætero aduenientes ſepulchrum eius minime læſerunt. Cũm verò octauo die parentes eius iuxta tumulum ipſius vigilarent orando, viderunt chorum virginum fulgidis veſtibus radiantẽ, inter quas viderunt beatam Agnetem ſimili veſte fulgentem, & à dextris eius agnum niue candidiorem. Quibus illa, Videte (inquit) ne me quaſi mortuam lugeatis, ſed cõgaudete mecum: quia cum iis omnibus lucidiſſimas ſedes accepi. Cõ-

A morte reuocatur.

Col. 21. Ia.

Emerentiana virgo.

Col. 23. Ia.

A.C. 300. Conſtãtia virgo à lepra curata.

A ſtantia verò filia Conſtantini cũm graui lepra percuſſa eſſet, audiens hanc viſionẽ, adiit ad ſepulchrum eius, orationi incumbens cũm abdormiſſet, vidit in ſomnis beatam Agnetem ſibi dicentem. Si in Chriſtum credideris, continuò liberaberis. Quæ euigilans & credens confeſtim ſanata eſt, & incolumis effecta gaudium patri & toti familiæ fecit. Et baptiſmum recipiens ſuper corpus beatæ Agnetis baſilicam fecit, & in virginitate ibi Deo ſeruiens multas exemplo ſuo ibi virgines conſecrauit.

B

§. XL.

De S. Margarita.

BEATA [a] Margarita Antiochena natione, parentibus gentilibus orta nutrici traditur. Et ſtudioſè ab ea nutrita, adulta effecta ſe ſponte baptizari fecit. Propter quod patri Patriarchæ Gentilium plurimum exoſa matre defuncta cum nutrice permanſit cuſtodiens & paſcens oues eius. Et cũm annum decimum quintum attigiſſet & corpore pulcherrima foret, quadam die per loca vbi gregem paſcebat caſu pertranſiens quidam præfectus imperatoris nomine Olibrius infidelis, viſa virgine in C concupiſcentiam eius vehementer exarſit, vnde & iuſſit eam ad ſe adduci. Quæ cũm ſibi præſentata fuiſſet, ab ea nomen inquirit, religionem, & genus. At illa conſtanter reſpondit ſe Margaritam nuncupari, genere nobilem, religione Chriſtianam. Cui Olibrius. Prima duo tibi conueniunt: ſed tertium nimis diſcordat, vt puella tam pulchra & tam nobilis, vt merito Margarita vocẽris, credas in crucifixũ qui nec ſibi nec aliis auxilium ferre potuerit. Tunc Margarita tam rectè, tam prudenter de fide Chriſtianorum & infidelitate Gentilium reſpondit vt eius rationibus ſuperatus [præfectus] victũmque ſe eru- D beſcens iuſſerit eam in carcerem mancipari. Sequenti die coram eo adducta, iubetur aut ſacrificiis conſentire, aut diuerſis ſuppliciis perire. Renuens ipſa exuitur, ſuſpenditur, & virgis acerrimis vſque ad fluxum ſanguinis & cædentium defectum laniatur. At illa virtute Dei confortata, nec ſuſpirauit, nec gemuit, nec ſaltem vultum triſtem contraxit. Et cũm adhuc Dominum prædicaret, putans ſe præſes irrideri, pectinibus ferreis iuſſit carnes eius vſque ad oſſa ſulcari. Quod cũm fieret, & propter eam populus eſſet compaſſione motus, & ipſe tyrannus quaſi ei pie conſulens ſuaderet vt aſſenſum ei præberet, E ne tantam iuuentutis pulchritudinem amitteret, illa ait. O mali conſiliarij, hic cruciatus animæ eſt ſalutiõ. Ad tyrannum verò ait. Impudens canis, inſatiabilis leo, tu in carnem poteſtatẽ habes: ſed Chriſtus animam ſuam ſeruat. Et tyrannus. Iam non parcam, iam non miſerebor, conſulentes ſibi deludit, deos blaſphemat, tormenta contemnit. In carcerem igitur reponitur, vt excogitatis ſuppliciis aliis acrius puniatur. Sed ſtatim tenebræ immenſo lumine irradiantur. Diabolus autem in forma draconis apparens quaſi eam deuoraturus, vt ipſam terreret,

Margarita conijcitur in carcerem torquetur.

F *a De Margarita pulchram hiſtoriam habet Metaph. ſed is eam Marinam nominat quæ cum hac vita conſentit, eſt & alia Ma. titulo Theotimi, qui ſe ſcribit ei panem & aquam in carcere miniſtraſſe: & omne certamen conſideraſſe, ſed hæc apocrypha videtur. Hiſpani in lectionibus 18. Iun. habent Marinam (quæ eſt cum D. Margarita eadem) fuiſſe ex Antiochia Galleciæ. Mola.*

A.C. 300.

ſubitò ſigno crucis oppoſito euanuit. Hoc tamen de dracone Iacobus de Voragine dicit apocryphum. Deinde in ſpecie humana ei diabolus apparuit, ad ſuadendum ei aſſenſum [præbere] præſidi, vt tormenta acriora euaderet. At illa oratione facta diabolum eſſe intelligens, per caput eum apprehendens, in terram proiecit, & pedem ſuper illum ponens ait. Sternere ſuperbe dæmon ſub pedibus fœminæ. Et ille clamabat, ô Margarita ſatis illuſiſti mihi, mo a modo ſine abire. Et illa, non dimittam te niſi mihi dicas cur Chriſtianos ſic multipliciter tentas. Qui reſpondit naturale ſibi eſſe odium, contra virtutum viros. Et quamuis ſæpiſſimè repellatur ab eis, ſpe tamen & deſiderio ſeducendi ſemper eis infeſtus exiſtit. Et quia inuidet nobis tribui fœlicitatē quam perdidit, etſi hanc recuperare non poteſt, eam aliis auferre contendit. Et his dictis dum virgo pedem eleuauit, ſtatim vt fumus euanuit. Sequenti die virgo iudici præſentatur, & præſentibus populis ſacrificare nolens exuitur. Et appoſitis ad latera facibus, caro recens lacerata vſque ad intima concrematur, ita vt mirarentur omnes, quomodo tam fragilis puella tanta poſſet tolerare tormenta. Sed inſenſatus iudex dolium iubet aqua frigida impleri, & ligatam in ea diutius detineri, vt commutatio tormentorū pœna eſſet grauior, non refrigerium. Sed miſſa ea in aquā fit terræmotus magnus, vnde omnes, qui aderāt perturbantur, & inde virgo illæſa egreditur, multique ex hoc miraculo ad Chriſtum conuertuntur. Timens igitur tyrannus, ne numerus credentium augeretur ex huiuſmodi miraculis, præcepit virginem decollari, & eos etiam qui conuerſi fuerant ad fidem variis ſuppliciis fecit occidi. Beata autem Margarita ad locum paſſionis adducta facta oratione primo pro ſe, deinde pro Chriſtianis omnibus ac etiam pro perſecutoribus ſuis, necnon & pro parturientibus ſe ei commendantibus in partu vt ſubuentionē percipiāt, decollata eſt 13. Kal. Aug. Et ideo mirum eſt ꝙ à quibuſdam ante octo dies eius feſtū celebratur. Quod forte ideo eſt, quia ſecundum illos tali die martyriū compleuit. Sub quo imperāte paſſa ſit nō habetur expreſſe ſecundum Vinc. in ſpe. hiſt. lib. 14. Sub prædicto tyranno Olibrio narrat Vin. vbi ſupra quandā a virginē nomine Reginā vnicam patri gentili quindecim annorum, quaſi ſimilibus cruciatibus tortam, & pro fide demum decapitatam.

Dæmoni inſultat.

Quare dæmon Chriſtianis ſit infeſtus.

Colitur 20. Iulij.

De ſancta Regina.

a De hoc S. Regina marty. habet Vſuar. ſeptem hæc verba In territorio Auguſtudunenſi ſanctæ Reginæ virginis, quæ ſub proconſule Olibrio, eculei, carceris, ac lampadarum perpeſſa ſupplicia tandem capitali ſententia finiri eſt iuſſa.

§. XLI.

DE ſancto b Chriſtophoro, de quo etiam non conſtat quo tempore paſſus fuerit. Refert Vin. vbi ſupra, ꝙ fuit procerę ſtaturæ & vultu terribili. Et Chriſtianus factus cùm adueniſſet in Samon ciuitatem Lyciæ vbi regnabat quidā nomine Dagnes perſecutor fidelium: & cùm ignoraret idioma illius regionis, facta oratione impetrauit, & intelligere & loqui eorum lingua. Qui veniens ad locum, vbi martyres cruciabantur, arguebat iudices & tortores de crudelitate eorum cōtra Chriſtianos: Propter quod vnus ex iudicibus alapa eum percuſſit. Cui Chriſtophorus ait. Niſi eſſem Chriſtianus, & pro Deo iniuriam, & tormenta pati vellem, iniuriam mihi factam protinus vindicaſſem. Cùm autem hoc ad regem retuliſſet, interea Chriſtophorus populum allocutus per prædicationem ſuam baculum quendam, quem in manu gerebat fixit in terram, & ad honorem Dei & populi conuerſionem, vt flores & fructus produceret impetrauit: ad quod miraculum multi conuerſi ſunt & baptizati. Hæc iterum audiens rex turbatus miſit milites, qui eum ligatum adducerent: Qui cùm appropinquantes ad eum, non auderent accedere, ille ait. Quid vultis, aut quem quæritis? Rex (inquiunt) miſit nos ad te, vt vinctum coram eo te ducamus. Ipſe verò ait. Si voluero nec vinctus nec ſolutus duci potero. Et illi. Ergo ſi non vis venire, vade quocunque volueris. Non ita (inquit) erit, ſed ego ibo vobiſcum. Quos cùm in via prædicando cōuertiſſet, & baptizari feciſſet, tandem ante regem ſtetit. Eius autem magnitudinem admiratus, genus eius inquiri Genus meum (inquit Chriſtophorus) facies mea indicat, quia ex regione Chananitide [ſum oriundus] à parentibus Reprobus dicor, ſed hoc nomen in baptiſmo ſpernens Chriſtophorus nunc appellor. Cui rex. Quàm ſtultum tibi nomen impoſuiſti Chriſti, ſcilicet, crucifixi, qui ſicut nec ſibi ita nec tibi prodeſſe poterit. Vnum tamen dico tibi quia ſi ſacrificaueris, magnas diuitias & honores à me conſequeris. Sin minus, multis ſuppliciis conſumeris. Nolentem ergo aſſentiri rex iuſſit in eculeo ſuſpendi, & vſque ad nudationem coſtarum vnguibus laniari. Suggeſtione autem facta regi ſuper hoc, miſit ad eum duas formoſas & laſciuas mulieres: & cùm ab illis meretricibus plauſu manuum & amplexibus vrgeretur, ſanctus ſurgens ab oratione inquit) Quid vultis, & ad quid introductæ eſtis? At illę claritatem vultus eius ferre non valentes, ſed perterritæ & compunctæ dixerunt. Miſerere noſtri ſancte Chriſtophore, vt in Deum quem prædicas poſsimus credere, quia ad hoc introductæ ſumus vt ſicut multos laſciuiis decepimus, ita & te ad idololatriam traheremus. Sanctus autem Dei blande eas alloquens prædicatione ſua, eas ad Chriſtum conuertit. Hoc autē audiens rex, ſcilicet, earum conuerſionem, iuſsit eas ad ſe vocari & ait. Nunquid & vos à diis noſtris receſsiſtis illius maleficiis? Sed per deos iuro, quia ſi nō ſacrificaueritis, mala morte peribitis. At illę dixerūt, vt congregaret omnes ad templum & plateas mundarent. Credens autem rex iis verbis, ꝙ vellent ſacrificare, congregato omni populo, venientes ad templum & aſcendentes ad idolum Iouis dixerunt. Si Deus es, iube quid faciamus, quia rex præcepit vt ſacrificemus. Et cùm idolum nihil dixiſſet, alligantes omnia idola ad terram proſtrauerunt & comminuta ſunt. Quæ adſtantibus dixerunt. Ite & vocate medicos, qui deos veſtros curent. Quod audiens rex ait. Ego vos monui deos adorare, & non conterere. Sed teſtor per virtutem eorū: quia diuerſis ſuppliciis faciam vos interire. Quæ reſponderunt. Stulte ſi dij erant, cur à fragili ſexu permiſerunt ſe conteri. Iuſſu ergo regis Aquilina ſuſpenditur, & ligato ingenti ſaxo ad pedes eius omnia membra eius diſrumpuntur. Quæ cùm migraſſet, ſoror eius Niceta manus & pedes ligata in ignem proiicitur, & illæſa egrediens decapitatur. Deinde Chryſtophorū catenis ferreis ligatum mandauit virgis cædi poſt ea ligatum igne in medio ciuitatis cremari. Sed incolumis in ipſo igne populum exhortatur. Poſtea fecit molarem

Chriſtophorus iudices arguit in Chriſtianos ſæuientes.

A.C. 300.

Chriſtophorus regem adit.

A mulierculis tentatur.

Aquilina & Niceta martyres. Colitur 24. Iul.

b Chriſtophori paſſio paſſim habetur in MS. Item Vnicelius de eo ex Ruggero Fuldenſi, & Surius ex diuerſis martyr.

lapidem

A.C. 300. lapidem in collo eius ligari & per ciuitatem diſtra- A ctum ad ſtipitem ligatum ſagittari, ſagitta autem vnius reuerſa retrorſum oculū regis inſultantis percuſſit. Demum decapitatus eſt, & de ſanguine eius oculum liniens ſanatus eſt.

Cōuerſio S.Chriſtophori. Addit ad prædicta Iacobus de Voragine de conuerſione eius, videlicet quòd cùm eſſet maximus corpore, vt gigas, & quæreret principem maximum cum quo maneret audita fama de vno rege, qui potentiſſimus dicebatur, ad eum accedens honorabiliter ab eo ſuſceptus eſt, & in curia ſua ad permanendum hortatus eſt. Sed cùm quadam die hiſtrio quidam quandam fabulam coram rege referret, in B qua ſæpe Diabolum nominabat, rex vt Chriſtianus ſignum crucis ſubitò ſibi faciebat. Et cùm Chriſtophorus, qui nondum Chriſtianus erat miraretur, cur hoc faceret perquiſiuit. Quod ille explicans, ſcilicet quia Diabolum, ne ei noceret, timebat. Dixit Chriſtophorus, Ergo Diabolus maior dominus, quàm tu, eſt, ex quo times. Vale igitur, quia Diabolum volo reperire cum quo maneam. Et cùm per deſertum tranſiens Diabolum quæreret, apparuit ei in forma hominis magni & terribilis domini in comitatu multorum militum. Qui cum ab eo quæreret, quid vellet ſeu quò pergeret, & ille reſpondiſſet ſe C dominum Diabolum quærere, dixit Diabolus, Ego ſum quem quæris. Qui ſe obtulit cum eo manſurum ad ſua obſequia. Cùm autem cum eo proficiſceretur in quadā villa inuenerūt ſignum crucis in ligno erectum, propter quod declinans viam rectā per deuia & ſpinoſa eum duxit, ad rectam viam poſtea reuertens cum eo. Admiratus Chriſtophorus cauſam quæſiuit quare viam bonam dimiſiſſet. Et cùm nollet cauſam reddere, & Chriſtophorus declaraſſet ſe ab eo receſſurum, niſi intimaret, reſpondit Diabolus, quòd illud ſignum timebat propter quemdam in eo crucifixum, qui eum deuicerat. Et Chriſtophorus. D Ergo ille maior te eſt, illum ergo volo quærere Ieſum Chriſtum. Demum de eo interrogans homines plures directus fuit ad ſanctum heremitam. Qui inſtruens eum de fide Chriſti & moribus ſeruandis à Chriſtianis, inter quos erant, dicebat, quòd oportebat ieiunare, orare & huiuſmodi agere & ille diceret vt non aſſuetum ſe ea non poſſe facere, demum dixit & iniunxit ei in obſequium tanti regis, & domini, cùm maximus corpore eſſet manere iuxta quemdam fluuiū, qui habebat aquam profundam, & multi in tranſitu eius ſubmergebantur, vt ipſe homines volentes tranſire in humeris ſuis deferret. Quod acce- E ptauit. Et faciens iuxta illum habitaculum paruum de lignis tranſuadabat cunctos. Quadam autem nocte puer paruus clamauit vocans eum vt eum deferret per flumen. Qui egreſſus de habitaculo, nullum inuenit. Ter autem puer hoc egit. Sed tertia vice vidit paruulum quierat dominus Ieſus Chriſtus in forma pueri. Ponens ergo eum in humeris ſuis cùm flumen tranſiret, fluctus intumuerunt, & puer ita ponderauit ac ſi haberet maximum pondus ſuper ſe, & quaſi periclitabatur. Tranſito autem fluuio deponens paruulum dixit. Vere puer in magno periculo me eſſe feciſti. Ita enim ponderaſti, ac ſi haberem F totum mundum ſuper me. Cui ille. Nō mireris, quia illum habuiſti in humeris, qui totum mundum regit. Ego enim ſum dominus Ieſus Chriſtus, cui in hoc opere deſeruis. Et magna eſt merces tua. Exinde proceſſit ad prædicandum, vt dictum eſt: hæc tamen non ſcripſit Vincen. vbi ſupra vel quia ab-

Hæc quæ referūtur de cōuerſione Chriſtophori ſunt apocrypha.

breuiare voluit; vel quia forte non reputauit iſta authentica, licet martyrium eius celebret Eccleſia. A.C. 300.

§. XLII.

De S.Antonino Apamieſi cuius meminit Vſu. 2.Sept.

DE Sancto Antonino narrat Vincen. vbi ſupra quòd de Apamia oppido oriundus fuit nobilis genere. Qui ab infantia bonis cœpit pollere virtutibus, & ſacris literis edoctus ſacra præcepta legebat, & ea implere ſatagebat. Cúmque deſiderio martyrij æſtuaret ab oppido Apamia egreſſus Chriſtianos perquirens quàm plurimos inuenit. Inter quos diu commoratus ſacerdotij ordine eſt promotus. Cúmque prædicādo iter faceret, labore itineris ſiti æſtuās Deum exorauit, vt ſuæ neceſſitati ſubueniret. Et ſolum virga fiducialiter percuſſit, ſtatímque fons inde emanauit, vnde refrigeratus eſt, & infirmantib. etiam aqua illa ſanitatem præſtabat. Apamiam autē reuerſus in religionis propoſito perſiſtens prædicabat & Gentilium perfidiam increpare non deſiſtebat. Cúmque aduerſus eum diabolica rabies in ſacrilegorum pectoribus inflammata concreſceret, diuino ſpiritu repletus paucis, qui ſecum erant Chriſtianis martyrium ſuum imminere prædixit. Cùm autem Chriſtiani loca ſacra vbi martyrum corpora quieſcebant cauſa orationis viſitarent, Antoninus erat cùm eis. Sed ab eis diſcedens ipſe longius ſe iturum cauſa orationis intimauit, ſéque minime reuerſurum. Sentiénſque inſidiantes ſibi appropinquare Gentiles, vltro ſe obtulit. Qui captus ab eis cedendo in via vſq; ad flumen ad radices Apamiæ decurrens ductus eſt. Ibique decollatus eſt. Et caput eius & corpus totū diſcerptum in fluuiū proiecerunt, ne à Chriſtianis inueniretur. Miro autem modo ſanguis ille, qui de corpore eius exiuit inter aquarum colliſiones coagulatus eſt nihilque ex eo aquarum impulſus diſperſit. Fideles autem audita eius conſummatione, ad locum venientes, corpus, quod inuenerūt, honorifice ſepelierunt. Caput vero amputatum & iactatum in flumen ſtatim Angelica ſuſceptione paruo mauſoleo collocatum, & in nauicula poſitū diuinitus præparata, Angelorum in ſimilitudinem duarum aquilarum ductu ad locum deſtinatum applicuit. Et Feſtus quidam princeps regionis illius per ſpiritum rem geſtam intelligens caput Sancti Antonini deuote ſuſcepit, & ei Eccleſiam fabricauit.

Chriſtiani loca vbi martyres quieſcebant viſitant.

§. XLIII.

SANCTVS quidam martyr egregius [a] Romanus nomine, vt refert Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 14. paſſus eſt ſub Galerio qui factus eſt Cæſar à Diocletiano, & poſt mortem Diocletiani imperauit cum Conſtantio ad tempus vt infra patebit; hic igitur tyrannus cùm edictum vbique miſiſſet vt Chriſtum negaret, cúmque viuere vellet vir acris ingenij,

Romanus ſacra heros excellentia
Venire in armis perduelles nuntiat
Animos pauentum præſtruens hortatibus
Stent vt parati néue cedant turbini:
Conſpirat vno fœderatus ſpiritu
Grex Chriſtianus, agmen imperterritum
Matrum, virorum, paruulorum, virginum,
Fixa & ſtatuta eſt omnibus ſententia
Fidem tueri vel libenter emori.

Cúmque relatum eſſet iudici plebis rebellis Romanum eſſe ducem,

A.C. 300.

Præceps iubetur inde Romanus rapi
Solúſque vt incitator & fax omnium
Pro contumaci plebe cauſam dicere:
Id non reſiſtens, ſéque vinciri petit
Flexas & vltro, torquet in tergum manus.
Cui adſtanti tyrannus ait
Inſane monſtrum, vilis, inteſtabilis
Tu ventilator vrbis & vulgi leuis
Procella, mentes inquietas mobiles
Ne ſe imperita turba dedat legibus.
Ni fallor æquum eſt vt quod auctor improbus
Tolerare multos compuliſti vt carnifex
In te recurrat: próque tantis cædibus
Quæ mox futuræ primus exitium luas
Feras & ipſe quod ferendum ſuaſeras.
Cui ille ore libero reſpondit
Amplector ô præfecte nec me ſubtraho,
Vt pro fideli plebe ſolus immoler
Dignus ſubire cuncta ſi me conſulas
Quæcunque veſtra iuſſerit crudelitas.
Sulcant per artus longa tractim vulnera
Obliqua rectis, recta tranſuerſis ſecant
Vt iam retectis pectus albet oſſibus.
Hæc interaddit ſponte Romanus loqui,
Hoc omne quicquid lancinamur non dolet:
Dolet quòd error pectori inſidet tuo,
Populos quòd iſtos perditos tecum trahis.
Vix dum elocutus martyr hanc peregerat
Orationem, cùm furens interſerit
Aſclepiades: vertat iſtum carnifex
In os loquentis inque maxillas manum,
Sulcóſque acutos & fidiculas transferat
Verboſitatis ipſe rumpatur locus,
Scaturientes perdat vt loquacitas
Sermonis auras, perforatis follibus.
Implet iubentis iuſſa lictor impius,
Charaxat ambas vngulis ſtridentibus
Genas, cruentis & ſecat faciem rotis
Hirſuta barba carptim cutis ſoluitur
Et mentum adúſque vultus omnis ſcinditur
Martyr fluentem fatur inter ſanguinem
Grates tibi, ô præfecte, magnas debeo
Quòd muta pandens ora iam Chriſtum loquor:
Arctabat amplum numinis præconium
Meatus vnus impar ad laudes Dei.
Rimas patentes inuenit vox edita
Chriſti patriſque ſempiternam gloriam:
Tot ecce laudant ora, quot ſunt vulnera
Sed quia profunda non licet luctarier,
Ratione tecum conſulamus proxima:
Interrogetur ipſa naturalium
Simplex ſine arte ſenſuum ſcientia
Fuci imperitus fac vt adſit arbiter.
Da ſeptennem circiter puerum aut minus
Periclitemur quid recens infantia
Dicat, ſequendum quid nouus ſapiat vigor
Hanc ille ſancti martyris vocem lubens
Amplexus vnum de caterua infantium
Paruum nec olim lacte depulſum capi
Capiúmque adeſſe præcipit: Quid vis roga,
Inquit, ſequamur quod probarit puſio.
Romanus ardens experiri innoxiam
Lactantis oris idolum: Filiole ait,
Dic quid videtur eſſe verum & congruens
Vnúmne Chriſtum colere & in Chriſto patrem
An comprecari mille formarum Deos?
Arriſit infans nec moratus rettulit:
Eſt quicquid illud quod ferunt homines Deum,

A. Vnum eſſe oportet, & quod vni eſt vnicum:
Cùm Chriſtus hoc ſit, Chriſtus quod homines dicant,
Vnum oportet eſſe Deum & verum & vnicum
Cúmque hic ſit Chriſtus, ipſe eſt verus Deus:
Genera Deorum multa nec pueri putant
Stupuit tyrannus, ſub pudore fluctuans,
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre legis, nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere:
Quis author (inquit) vocis eſt huius tibi?
Reſpondit ille: mater & matri Deus
Illa ex parente ſpiritu docta imbibit
B Quo me inter ipſa paſceret cunabula
Ego vt gemellis vberum de fontibus
Lac paruus hauſi, Chriſtum & hauſi credere
Ergo ipſa mater adſit, exclamat cedo
Aſclepiades, diſciplinæ & exitum
Triſtem ſuæ magiſtra ſpectet impia,
Male eruditi torqueatur funere
Infantis orba quémque corrupit fleat.
Vix hæc profatus, puſionem præcipit
Sublime tollant, & manu pulſent nates,
Tenerúmque duris iſtibus tergum ſecent.
Denique præcepit vtrumque perdi, ſcilicet puerum
C gladio decollari, & magiſtrum igne excremari.
Puerum popoſcit carnifex: mater dedit
Nec immorata eſt fletibus tantum oſculum
Impreſſit vnum vale vale (ait) dulciſſime
Et cùm beatus regna Chriſti intraueris,
Memento matris (ait) patrone ex filio.
Dixit deinde dum ferit ceruiculam
Percuſſor enſe, docta mulier pſallere,
Hymnum cantabat carminis Dauidici:
Pretioſa ſancti mors ſub aſpectu Dei.
Etiam retortis brachiis furca cominus
Romanus actus ingerebatur rogo
Scio (inquit ille) non futurum vt concremer
D Nec paſſionis hoc genus eſt datum mihi:
Sed reſtat ingens quod fiat miraculum.
Hæc eius orſa ſequitur immenſus fragor
Nubis ruentis, nimbus vndatim nigro
Præceps aquarum flumine ignes obruit:
Quod cùm tumenti nunciatum eſt iudici,
Commouit iram fellis implacabilis
Quouſque tandem ſummus hic nobis magus
Illudit inquit Theſſalorum carmine
Pœnam peritus vertere in ludibrium
Dixit foróque protrahi iuſſit virum,
Trudi in tenebras noxialis carceris.
E Elidit illic fune collum martyris
Lictor nefandus, ſic peracta eſt paſſio
Anima abſoluta vinculis cœlum petit.[b]

Nota piam fœminã vocare filiũ in cœlo cũ Chriſto regnãtem, patronũ.

Pſal. 115.

a Huius Romani & Baralæ martyrium extat in MS. De hoc quoque Romano fusè agit Euſeb. lib. 8. cap. 10. & Ioannes Chryſ. apud Metaph. quæ ſunt apud Surium to. 6. Pruden. periſteph. hym. 10. Euſ. Emiſ. hom. 50.

Coluntur 18. Nou.

b Hanc D. Romani vitam ex Prudentio D. Antoninus collegerat, ſed ita vt paucis verſib. integris & maiore ex parte vel imperfectis vel tranſpoſitis vt omnis ſuauitas verſuum periuſſe videretur. Nos igitur qui te caſtis poëticæ Chriſtianæ libris delectari optime lector aliquando
F deſideramus, ex ipſo Prudentio tibi eam vitam dedimus: nam multas apud authorem paginas complectitur ſed eam aliquantulum contrahentes, iis quæ D. Antoninus attulerat nonnulla adiunximus.

§. XLIIII.

De Sancto Marino puero narrat Vincen. ſpecu. hiſto. lib. 14. mirabilem paſſionem. Hic etenim Romanæ

A.C. 300.

De S. Martino ex Vin. lib. 14. cap. 38. 39. & 40.

Romanæ vrbis cuiuſdam ſenatoris filius fuit. Qui capeſſendi martyrij deſiderio accenſus, à Martiano comprehenſus eſt. Qui Martianus licet dicatur in huiuſmodi hiſtoria imperator, tamen ſecundũ Vin. videtur potius fuiſſe præſes. Qui cùm interrogatus genus ſuum ſeu conditionem, Chriſtianum ſe libere profiteretur, & ſacrificare, vt ei ſuadebatur, contemneret, nec minas timeret, iuſſu tyranni extenſus eſt, & duriſſimis loris in dorſo & ventre conciſus. Poſt quod in carcerem truſus. Sequẽti vero die in eculeo ſuſpẽſus eſt & corpus eius vngulis dilaniatũ. Deinde ſerra lignea, cũ lapide immiſſo deſuper, facta eſt, vt ſuper eum poſita membra eius diuideret, quæ in nullo eum læſit. Poſt hæc iuſſit ſuper craticulam igne ſuppoſito poni, ſed ſtatim fluuius de terra egrediens ignem extinxit. Addidit tyrannus & frixorium, ſuper ignem vehementem poſitum, & in eum mitti Marinum iubet. Qui in eo poſitus Deum glorificabat, & ad tyrannum aiebat. Paraſti carnes ad edendum, iam nunc accipe partem tuam aliquam, & ede donec aliæ præparentur. Hæc eo dicente, deſcendit ros de cœlo, & ignem extinxit. Miſſus exinde in caldariam pice plenam, igne ſuccenſam vt capite in ea merſo deficeret. Qui ſponte in caldariam ſe iniecit, ſed caldaria in duas partes ſciſſa eſt, & pix effuſa. Sanctus autem in medio ſtans Deum glorificabat. Non contentus Martianus arenam præparari iuſſit, ibiq; ad eum poſitum leonem & leopardum mitti, vt deuorarent. Quæ feræ inſtigatæ de cauea exeuntes ad ſanctum puerum acceſſerunt, & leo humeros eius blandiendo conſtringebat, pardus ad pedes iacebat. Et tyrannus. Quæ eſt ita phantaſia quã video? Cùm autem iuſſiſſet beſtias reduci in caueam ſuam, quantumcunq; ad hoc moleſtarentur non poterãt à pedibus ſancti amoueri, ſed ſancto hoc eis iubente, regreſſæ ſunt ad locum ſuum. Iterum ad eum emitti fecit leænam & vrſam, quæ currentes ad eum ſciderunt veſtimenta eius, & corruentes ad pedes eius mortuæ ſunt. Poſt immitti fecit pardum cum tigride, qui aſcendentes ad collũ eius complexæ ſunt eum & vna ex eis ipſum oſculabatur, alia ſudorem de facie eius extergebat. Iuſſit & taurum adduci, & in dorſo cauteriari vt magis fureret ipſúmque puerum ad cornua eius ligari. Et ardẽtibus cornibus taurus non ſentiebat, nec cauterium curabat, ſed ſanctum Dei lingua lambebat. Poſt iſta in pyra lignorũ accenſa, fecit poni, nihilq; eum tetigit ignis. Ex eo autem mouentes, miſerunt in caminum ſeu furnum ignitum, ſed Angeli duo deſcendentes ad eum cum eo benedicebant Deum nilque doloris expertus eſt. Adductus inde eſt ad templum idolorum factáque oratione omnes Dij corruerunt, & in puluerẽ redacti ſunt. Videns hoc Romanus populus exclamauit: verè magnus eſt Deus Chriſtianorum. Confuſus ergo per omnia Martianus mandauit eum decollari. Exultans autem ſanctus ait. Veni pater gloriæ, accipe caput pueri tui. Pater quoque eius & mater hortabantur eum fœlici agone curſum ſuum perficere, ſcientes eum ſuſcepturum coronam victoriæ. Qui oratione facta conſignans ſe pacem fratrib. dedit & flectens genua ſpiritum Deo reddidit. Scurra tamen iam mortuum percuſſit, & caput amputauit. Cùm autem præcepiſſet Martianus corpus eius inter corpora latronum proiici, & cuſtodiri ne à Chriſtianis acciperetur, facta inundatione aquarum & multiplicatione tonitruorum & fulgurum territi miniſtri fugerunt, & à fidelibus corpus acceptum ſepulturæ eſt traditum. Martianus autem à Deo percuſſus terribili iudicio, vt vermes de ore eius ebullirent, coactus eſt confiteri Deum verum eſſe Deum Chriſtianorum, & miſerabiliter expirauit.

A.C. 300.

§. XLV.

De S. Luciano: de quo ſcripſit Metap. & Euſ. lib. 9. c. 6. Hæc ſunt omnia apud Euſ.

LVCIANVS presbyter Antiochenus ſub Maximino imperatore, qui Diocletiano ſucceſſit & cum Conſtantino aliquo tempore ſimul imperauit, vt dicetur infra, paſſus eſt. Hic vt refert Vincen. lib. vbi ſupra, moribus, continentia, & eruditione præcipuus, cùm ad tribunal iudicis fuiſſet adductus, Cur (inquit ad eum præſes) vir rationabilis & prudens, ſequeris ſectam cuius non potes reddere rationem? aut ſi eſt aliqua audiamus. Tum ille data ſibi facultate dicendi orationem de fide noſtra habuiſſe dicitur. Qua finita addidit. Adſtipulatur iis ipſe in Hieroſolymis locus, & golgathana rupes ſub patibuli onere diſrupta. Antrum quoque illud quod auuſis inferni ianuis corpus denuo reddidit animatum, quo purius inde ferretur ad cœlum. Aut ſi adhuc vobis minus digna videntur hæc, quæ in terris ſubſtantiam gerunt, accipite etiam de cœlo adſtipulatorem fidelem. Solem vobis ipſum horum produco teſtem. Qui cùm hæc fieri per impios videret in terris, lumen ſuum abſcondit in cœlo. Perquirite in annalibus veſtris, inuenietis temporibus Pilati, Chriſto patiente, fugato ſole interruptum tenebris diem. Quod ſi terræ, ſi cœlo, ſi ſanguini eorum, à quibus veritatẽ per tormenta perquiritis fidẽ non accommodatis, quomodo verbis meis allegationibúſque credetis? Et cùm pene iam iis verbis auditorib. ſuadere cœpiſſet, arripi iubetur in carcerem, ibiq; quaſi abſque tumultu populi necari. Hiero. quoque in lib. de vi. il. ſic ait de eo. Lucianus vir diſertiſſimus Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, tantum in ſcripturarum ſtudio laborauit vt vſque nunc quædam exemplaria ſcripturarum Lucianea nuncupentur. Feruntur eius de fide libelli, & breues ad nónullos epiſtolæ. Paſſus eſt Nicomediæ ob confeſſionem Chriſti ſub perſecutione Maximini.

Teſtimonia Chriſti diuinitatẽ teſtantia.

Hier. in catal.

De muliere quæ ſe ipſam cũ filiis in flumen immiſit.

Narrat etiam Euſebius in hiſt. eccl. quòd quædam mulier venerãda, pulchritudine pariter & pudicitia formoſa, nobilis genere, & copioſa facultatibus fuit, cui erant duæ filiæ virgines pulchræ, & ad regulam maternę pudicitię erudite, quas in timorę domini religioſa mater educauerat. Et cùm mater cum filiabus ſummo ſtudio perquirerentur, & illæ declinãdi turbinis gratia ſui abſentiam procuraſſent, demum inuentæ mater cum filiabus, & à militib. comprehenſæ Antiochiam venire perurgentur, & cùm iter agerent, ait mater ad filias. Scitis dulciſſimæ meæ filiæ quomodo vos in diſciplina Dei educauerim. Scitis ꝙ à paruulis Deus vobis pater, Deus nutritor, Deus inſtitutor extiterit, & quod pudicitiæ & caſtitatis bonum, ita mecum pariter dilexeritis, vt nec oculus quidem veſter [ſicut vobis cõſcia ſum] quàm laſciuiori fuerit maculatus aſpectu [quid igitur nunc agimus! videtis quod iſta omnis vis, aut à Deo nos ſtudet, aut à pudicitia ſeparare?] Proſtituentur ergo publicis lupanaribus membra, quæ aer pene ipſe publicus habuit incognita? Ne quæſo filiæ, quia nec tam parua in Deo nobis eſt fides vt mortem pertimeſcamus, nec tam deſpecta pudicitia, vt viuere cum turpitudine etiam cupiamus, quin potius, ſi placet, quod in omnibus tenetis, etiam in hoc ſequimini matris exemplum, præueniamus [impuras carnificum manus,] & impudicorum præripiamus incurſum [mundúmq; hunc qui nos ad impuram & impudicam

A. C. 500.

pudicam compellet vitã pura ac pudica morte damnemus.] Cùm ergo filias ad hoc propoſitum videret accenſas, ad fluuium quemdam in itinere poſitum deuenerunt. Et cùm ſimulaſſet ſe humanæ neceſſitatis cauſa ad aquam deſcendiſſe; cuſtodibus earum nihil ſuper hoc cogitantibus rapidi fluuij fluentis ſe iniecerunt. Sed & aliæ duæ virgines ſimili de cauſa marinis fluctibus ſe iniecerunt apud Antiochiam. Hæc Euſebius. De lege communi hoc nullo modo eſt licitum, ſed inſtinctu Spiritusſancti hoc fecerunt, vt videtur dicere Auguſtinus de ciuitate Dei 1. libro.

Aug. lib. 1. de ci. c. 26.

§. XLVI.

De hoc D. Petro Euſ. lib. 8. hiſt eccl. c. 4. & in Chron. aliqua habet ſed fuſius omnẽ hanc hiſt. ex MS. cod. Sur. coll.

PETRVS Alexandrinæ vrbis epiſcopus per omnia inſignis, & in omnibus perfectus, verè ſacerdos & hoſtia Dei ſubitò rapitur, & tanquam ex Maximini præcepto capite obtruncatur. Cùm quo alij plures ſimul ex Ægypto epiſcopi trucidantur, vt refert Vin. lib. 14. cap. 15. Hic tempore epiſcopatus ſui nunquam voluit in cathedra ſua ſedere, ſed ſuper ſcabellum cathedræ eius reſidebat. Propter quod frequenter clerus & populus contra eum conquerebatur, ſed nequaquam acquieſcebat, quia quoties aſcendebat, ſplendor igneus de ipſa ſede egrediens ei apparebat, cuius aſpectu vir ſanctus ita accendebatur, vt interdum ſe neſciret eſſe in corpore. Cùm autem quadam ſolennitate clerus & epiſcopi de tam humili eius ſeſſione conquererentur, ille coactus rem prodere, eam amplius celare non valens, Cur (inquit) affligitis cor meum? An non videtis virtutem igneam quæ emicat de ipſo ſolio, & ſpiritum coruſcare non cernitis? Cúmque demiſſo capite tantam rem audientes conticuiſſent, ſubiunxit, Credite mihi filioli, ſi videretis quæ video, tunc cognoſceretis quæ eſt ſacerdotalis virtus, & quæ gratia in ipſis habitat, ad cuius maieſtatis præſentiam, ego territus in eadem cathedra ſedere non audeo. Hic igitur epiſcopus inter præcipuos egregius duodecim annos in epiſcopatu illius vrbis exegit, quorum tres ante perſecutionem, reliquos vero nouem in diuerſis tentationum generibus duxit. Cúmque ſe ſemper in omni agone perſecutionũ poſitus arctiorib. vinculis continentiæ diſtringeret, & ad vtilitatem atque inſtructionem Eccleſiæ verbo Dei nobiliter inſiſteret, ad hunc Maximinus comprehendendum tribunum quemdam direxit. Qui ingreſſus Alexandriam reperit eum cum multitudine populi ſanctorũ Apoſtolorum commemorationem celebrantem. Quem comprehenſum, & vinculis alligatũ poſuit in cuſtodia carceris. Et poſt dies aliquot Maximinus admonuit tribunum, vt quàm celerrime eum puniret. Interea dum in carcere ſeruaretur, vt vniuerſus populus Alexandriæ fores carceris obſeruaret amore ſui paſtoris, Arius infœlix ab ipſo beato Petro excommunicatus & degradatus propter dogma erroris ſui cognita ſententia Maximini aduerſus ſanctum Petrum feſtinãter venit ad eccleſiam, obſecrans, vt pro eo apud epiſcopum clerus & populus intercederet, putans quòd poſt diſceſſum eius ipſe crearetur epiſcopus. Venientes igitur qui rogati fuerant, cœperunt pro Ario, beato epiſcopo ſupplicare. Quibus ſanctus epiſcopus cum magno ſuſpirio reſpondit, quòd iam Arius Deo mortuus, & à facie Dei proiectus eſſet, eo quòd grauiter in eſſentiam deitatis peccaſſet ac etiam blaſphemaſſet, dogmatizans patrem & filium & Spiritumſanctum non eſſe vnius naturæ & eſſentiæ. Et apprehendens duos presby-

Virtus ſacerdotalis maxima.

Hinc proprie Sur. hiſtoriam incipit.

Arius hereſiarcha à D. Petro excommunicatus & degradatus.

Arius in eſſentiam Dei grauiter blaſphemauit.

A. C. 300.

A teros, ſcilicet Achillam, & Alexandrum de turba
ſeorſum, ait ſecretò. Ego quidem etſi peccator ſum,
tamen ſcio vocatione cœleſti ad hunc agonẽ martyrij
me eſſe vocatum. Vobis igitur eſt piũ confiteri
myſterium Dei, quòd mihi reuelatum eſt, quia
vos poſt martyrium meum ſedem & epiſcopatum
meum conſecuturi eſtis, & tu quidem prius Achilla:
poſtea vero Alexander. In hac vera hora noctis (vt
vobis totum de Ario aperiam) cùm ſolenni conſuetudine
Deo ſacrificium orationis conſummaſſem,
ecce ſubitò apparuit mihi in habitu pueri Chriſtus
dominus meus. Ad cuius præſentiam ſplendore ni-
B mio illuſtratus, vultum maieſtatis eius non valebam
aſpicere: erat autem indutus [a] colobio lineo, cãdido
nimis ſciſſo à ſummo vſque deorſum, & ambabus
manib. coniungebat ipſum circa pectus, in eo quodammodo
cooperiens nuditatem ſuam. Quem vt
vidi timore nimio correptus tandem cõfortatus animo
ad eum dixi. Quid eſt domine quòd video tunicam
tuam diſciſſam à ſummo vſque deorſum? Qui
reſpondens dixit mihi quotidie vides & tractas, &
neſcis quomodo ſciſſa eſt? Arius hoc fecit, qui ſeparauit
à me populum hæreditatis meæ comparatum
ſanguine meo. Præcipio & moneo nunc, ne eum re-
C cipias in communionem, nec rogantibus iis, qui
venturi ſunt ad te quos ille direxit, veniam ei preſtes.
Hæc quæ tibi manifeſtaui duobus presbyteris tu nota
facias, vt ipſi poſt eum anathematizãdo abiiciant,
ne eius errore populus decipiatur. Exortationis igitur
ſermonem faciens, vt in Catholicæ fidei vnitate
maneant & commendans eos domino quem crediderant
dimiſit eos in pace. Nimióque amore illius
cùm populi circa carcerem detinerentur, & apte de
carcere educi non poſſet, noctis medio tribunus,
vna cum militibus rupto carceris pariete per medium
foramen ad locum vbi decollandus erat eum
D perduci fecit. Sanctus itaque Petrus oratione facta
ad ſepulchrum beati Marci & ſanctorum ſucceſſorum
eius Aniani, Demetrij, & Theone inclinans genua
ſua, gratias agens Deo, qui eum martyribus ſuis
aſſociarat extendit ceruicem ſuam gladiatori, & ita
percuſſus palmam martyrij adeptus eſt.

Conſuetudo D. Petri ſacrificiũ orationis conſummare.

Colitur 26. Nou.

§. XLVII.

SVB Licinio qui ſimul imperauit cum Cõſtantino
(vt dicetur infra.) paſſi ſunt 7. Martij apud Sebaſten
Armeniæ minoris milites quadraginta ſub
Agricolao præſide, quorum præcipui erãt Cyrion &
E Candidus, qui Candidus ait Agricolao. Digne tibi
hoc nomẽ impoſitum eſt, agreſtis enim adulator es.
Sanctus autem Cyrion ait ad ſocios. Sæpe pauci multos
in fugam conuertimus, nunc verò tres ſunt qui
nos impugnant, ſathanas, & dux Lyſias, & præſes
Agricolaus, & hi tres vnum ſunt, ſcilicet, in malitia
ſeducendi: abſit autem vt hic vnus quadraginta vincat.
Iuſſi ſunt autem lapidibus cædi. Sed miniſtri leuantes
lapides, alterutrum ſecædebant. Exardeſcens
autẽ dux Lyſias, & tollens lapidẽ vt aliquem ſanctorũ
percuteret, in faciẽ præſidis adduxit lapidẽ & cõminuit
faciẽ eius. Stantib. autẽ ſanctis ante faciẽ prę-
F ſidis, apparuit eis diabolus tenens dextera manu gladium,
ſiniſtra draconem, qui dicebat in aurem præſidis
meus es, pugna. Erat autem in Sebaſte ſtagnum
habens aquam multam, quod tunc vehementer fri-

De 40. martyrib. Baſil mag. & Meтap. copioſè, vide Sur. tom. 2.

[a] Colobium tunicam ſine manicis ſunt qui interpretantur: dictum autem eſt colobium à voce Græca κολοϐ quod mutilum & mancum ſignificat.

gidum

A.C. 304.

gidum erat tempore hyemis, vbi poſiti ſunt in medio eius nudi. Ad veſperū poſitum eſt balneum iuxta ſtagnū, vt ſi quis vellet reſipiſcere fugeret ad balneū, ibi poſiti ſunt iuxta cuſtodes milites & clauicularius. Vnus autem ex illis quadraginta puſillanimis effectus refugit ad balneum, qui mox vt attigit calorem reſolutus eſt. Quod videntes alij dixerunt quaſi ex

Ab.3.

vno ore Ne in fluminibus iraſcaris domine. Clauicularius autem vigilans & auſcultans cæteris cuſtodibus dormientibus vidit de cœlo coronas deſcendentes viginti nouem. Et expergefaciens cuſtodes proiecit veſtimenta in facies illorum, & exiliuit nudus in ſtagnum clamans. Et ego Chriſtianus ſum. Victus autem Sathanas, & transfigurans ſe in virum ligatis manib. ad genua dixit in conſpectu omnium. Væ mihi, victus ſum ab iſtis & factus ſum ridiculus omnibus, quia nō habui vnanimes miniſtros. Vnius autē mater perdurabat cum ipſis, cuius filius cæteris erat iunior. Quæ timens pro filio, ſemper confortabat eum: cui nomen erat Melichon. Iuſſum eſt igitur omnium crura confringi, & ſimul omnes præter illum minorem animas reddiderunt, quorum corpora ſuper plauſtra iuſſa ſunt imponi vt comburerentur. Iunior autē relictus eſt ad oram fluminis, quem mater ſuſcipiens in humeris portabat poſt cæteros. Qui dum portaretur, emiſit ſpiritū cuius corpus mater proiecit inter ſanctos. Qui omnes combuſti ſunt, quorum cineres iactati ſunt in amnem. Sed in loco præcipiti & nodoſo reſtiterunt, & congregatæ ſunt eorum reliquiæ, & nihil earum imminuit fluuius. Poſt tres dies reuelatæ ſunt epiſcopo ciuitatis ab ipſis ſanctis. Qui accipiens clerum & populum pertexerunt illuc, & viderunt reliquias in aqua fulgētes tanquam luminaria, ſuper quas aqua decurrebat, illarum nihil ſecum trahens, & ſi quid alicubi relictum fuerat à ſplendore demonſtrabatur. Iſti omnes martyres Cappadoces fuerant & milites, vt in paſſione eorum ſcriptum eſt. Et cùm paſſi ſint quinto idus Martij, in martyrologio tamen paſſio eorum nunciatur ſeptimo idus Martij. Sed de iſtis martyrum cruciatibus variis ac etiam aliis præcedentibus paſſionibus martyrum notandum diligenter, quod dicit Gelaſius papa diſtinct. 15. Sancta Romana. Geſta ſanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus & mirabilibus cōfeſſionum triumphis irradiant, quis ita Catholicorum eſſe dubitet, & maiora in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus ſed Dei gratia & adiutorio ea vniuerſa toleraſſe? Sed ideo ſecūdum antiquam authoritatem, vel conſuetudinem ſingulari cautela in Sancta Romana Eccleſia non leguntur, quia & eorum qui ſcripſerunt nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus aut dictis ſuperflua aut minus apta quàm ordo rei fuerit ſcripta eſſe putantur, vt Quirici & Iulitæ & Georgij aliorúmq; paſſiones quæ ab hæreticis probantur conſcriptæ, propter quod (vt dictum eſt) ne vel leuis ſubſanandi oriretur occaſio in ſancta Romana Eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Eccleſia omnes martyres & eorum glorioſiſſimos agones, qui Deo magis quàm hominibus noti ſunt omni deuotione veneramur. Hæc ibi.

Quadraginta martyres pro Christo moriūtur.

Coluntur 9. Mar.

Gel. papa cum 70. epiſcopis hoc ſtatuit.

¶ *De crudelitate Galerij & Maximi & diuina vltione illis illata ad robur fidei noſtræ per triumphum Conſtantini magni, & de Pamphilo, de Euſebio, Rufino hiſtoriographis & Lactantio.*

CAP. II.

A.C. 304.

POST narrationem paſſionum plurimorum martyrum, quę contigerunt ſub Diocletiano & Maximiano & ſucceſſoribus eorum, ſcilicet Maximino & Licinio & Maxentio, reuertendo ad hiſtoriam illorum imperatorum, Euſeb. in hiſt. eccl. lib. 8. ſic ait de Diocletiano & Maximiano. Cùm iam aliquantum non ratione aut humanitate, crudelitatis tantæ nimietate ſatiati, reſpicere ad immanitatem ſceleris ſui cœpiſſent, deſolatas vrbes multis, & optimis ciuibus, rura nudata cultoribus, orbatos filiis patres, & patentes liberis, animum ad clementiam humanitatémque conuertunt, edictúmque principale proponunt, quoniam fas non eſſet tot ciues, in quibus fidei ſuę eſſet obſtinata perſuaſio, morti tradere: placere de reliquo vt hoc genus hominum nequaquam quidem ſubiret interitum, omnes tamen, qui hanc ſpeciem confeſſionis tenerent, dextris oculis ferro effoſſis eiſdémque cauterio aduſtis, ſiniſtro etiam poplite nihilominus cauterio debilitato, per ſingulas quaſque prouincias in æris ferrique metalla vel operis vel pœnæ gratia deportandos. Hæc fuit clementia principalis qua optimis ciuibus eſt conſultum. Et quoniam dominus quidem tradiderat familiam ſuam caſtigari paucis, cruenti vero immanitatis miniſtri deſæuierunt in multos, adeſt continuo Dei vltrix dextera, & illos, qui primo dum pacē ſeruarent Eccleſiæ, cum omni proſperitate gubernauerant imperium, in tantā rerum permutationem deduxit, vt Auguſtus ipſe, ſcilicet Diocletianus in id vanitatis atque amentiæ perueniret, vt depoſitis cum collega pariter Auguſto, ſ. Maximiano Herculio regni in ſignib. priuati & plebej poſtmodum viuerent. Hugo autem dicit quòd Diocletianus ab inuito exegit Maximiano, vt ſimul purpuram imperiúmque deponerent, ac iunioribus in republicam ſubſtitutis ipſi in priuato otio conſeneſcerent: itaque ſub vna die Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus verò apud Mediolanum poteſtatem imperij ſimul cultúmq; poſuerunt. Tunc [a] Galerius Maximinus & Conſtātius pater Conſtantini qui prius fuerant Cæſares Auguſti creati, in duas procurationes, ſcilicet orientis & occidentis primi Romanū diuiſerunt imperium, & Galerius Maximinus Illyricum, Aſiam & Orientem tenuit. Conſtātius verò vir ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis Gallia tantum Hiſpaniáque contentus, Galerio cæteris partibus ceſſit. Deinde tamē Galerius Maximinus duos poſt ſe Cæſares elegit: Maximinum, quem in oriente poſuit, & Seuerum quem in Italia conſtituit ipſe in Illyrico conſtitutus. Dicit tamen Euſeb. in chron. quòd Galerius cœpit imperare anno domini 300. mundi verò quater milleſimo 270. ſolúſq; biennio tenuit imperium. Et in Eccleſ. hiſto. idem dicit quòd ille, qui Auguſto ſecundus in honore, poſtmodū verò in primis etiam ſucceſſor fuit, qui incentor ac ſignifer noſtræ perſecutionis

De Diocletiano & Maximiano imperatoribus.

Euſ. lib. 8. cap. 13.

Euſ. lib. 8. ca. 15.

De perſecutorum noſtrorū caſibus.

Hęc habet O:o. lib. 7. cap. 25.

Euſ. lib. 8. cap. 15.

a Poſt Diocletianum & Maximianum ſic imperatores enumerat Onuph. Flauius, Valerius Conſtantius 55. C. Galerius Maximianus 56. pop. Ro. imper. imperarunt a. 1. m. 10. d. 8. poſt C. Galerius Maximianus & Flauius Val. Conſtantinus, & M. Aurelius Maxentius 57. pop. Rom. imper. imperarunt a. 1. & iterum. C. Galerius Maximianus, C. Aurel. Fla. Conſtantinus, M. Aurelius Maxentius, C. Aurelius Licinius 58. & C. Val. Maximinus 59. Pop. Rom. imp. imperarunt vnà a. 1. m. 6. d. ::::.

A. C. 310.

cutionis fuit, ſcilicet Galerius extiterat [tam multis variiſque morbis & corporis labe & inſania mentis affectus eſt, vt poſt longos atque inextricabiles languores, ſcelerum ſuorum furiis agitatus ſpõte vitam nefariam proderet.]

§. I.

DeCõſtantio patre Conſtantini magni

Sozom. li. 1.hi. Trip. cap. 7.

IN occiduis verò partibus Conſtantius pater Conſtantini regebat imperium. Sed hic multa clementia erga homines, erga Deum verò maxima religione vtebatur. Hic Conſtantius (vt refert Sozomenus in hiſto. tripartita) quoſdam in ſuo palatio probare volens, an boni ac ſolidi eſſent viri, præcepit, vt ſiquidem ad ſacrificandum venirent, & Deos eius colerent, circa eum eſſent, & in ſuo cingulo permanerent. Si vero refugerent, egrederentur de pallatio, gratias agẽtes quod minime punirentur. Cùm igitur in vtroque apparerent alij quidem religionis deſertores, alij vero diuina præſentibus præponentes, deliberauit illis amicis & conſiliariis vti, qui fideles in melioribus conſtantéſque permanſerant, alios verò effœminatos expulit à ſuo colloquio, credẽs eos nunquam circa principem fore deuotos, qui ſic eſſent Dei ſui paratiſſimi proditores. Itaque (vt ait Euſebius vbi ſupra.) hic Conſtantius [multa clementia erga homines: erga Deum vero religione maxima vtebatur] neque verò ex conſortij rabie regnum ſuum piorum ſanguine maculauerat, neq; orationum domos & conuenticula noſtrorum imitatus Maximini væſaniam hoſtili vaſtatione deſtruxerat, quin potius cultores Dei venerationi habuit & honori. Vnde & merito religioſus pater religioſiorem filium Conſtantinum regni bene parti reliquit hæredem. Hic (vt ait Hugo) Dei nutu conſtitutus eſt imperator in Britannia, adhuc regnante Maximino Galerio in partibus orientis. Sed & Licinius qui affinis Conſtantini erat, habens ſcilicet germanam Conſtantini in vxorem communi omnium ſententia adſcitus in imperium Auguſtus pronũciatur, vt teſtatur Euſ. in hiſt. eccl. lib. 8. Quæ res Maximinum vehementer offenderat, quòd is tunc ſolummodo Cæſar in orientis partibus habebatur. Neque id vltra ferens vi raptum ſibimet nomen Auguſti aſſumit. Qui Maximinus poſtea per plures annos profectus eſt in bellum contra Licinium, & demum ſuperatus & occiſus eſt à Licinio. Maximianus verò, qui Herculius ſecundum Euſeb. vbi ſupra. dicitur, quem pauloante collegam fuiſſe Diocletiani, & cum eo imperij inſignia depoſuiſſe memorauimus, cùm à filio ſuo Maxentio in vrbe Roma tyrannidem tenente, quia ſibi fauore quorumdam Auguſti nomen & dominium vſurpauerat, fuiſſet expulſus, ad Conſtantinum tanquam ad generum miſerationis cauſa confugiens, inſidias ipſi, à quo honorifice fuerat ſuſceptus, molitur: in quibus turpiter deprænhenſus turpius periit, ita vt poſt interitum ſtatuæ eius ac imagines auferrentur, atque in ædibus publicis vocabula nominis eius mutarentur. Huic concordat Hugo dicens ſed breuius, quòd Maximianus Herculius perſecutor, imperium quod abiecerat iterum arripere volens, à Conſtantino nondum imperatore, ſcilicet vnico, Maſſiliæ oppreſſus & extinctus eſt. Et addit Hugo, Galerius vero, ſcilicet Maximinus Auguſtus cùm Seuerum Cæſarem factum ab eo in Italiam miſiſſet cum exercitu, & vrbem iam obſediſſet, militum ſuorum ſcelere deſertus & proditus Rauennæ interfectus eſt.ª Diocletianus autem imperiali dignitate depoſita Salone defunctus eſt.

Euſ. lib. 8. hiſto. eccl. cap. 16.

Euſ. ibid.

Maximiani inimici noſtri mors tæterrima.

Hæc etiã habet Oro. lib. 7. cap. 28.

A. C. 310.

§. II.

De Maxẽtio imperatore.

Euſ. lib. 8. hi. ec. c. 16.

PRÆFATVS autem Maxentius filius Maximiani à prætorianis militibus Romæ imperator factus tyrannidem exercebat, qui vt inquit Euſeb. in hiſto. eccle. primo velut inuitans erga ſe plebis gratiam, fidei noſtræ veneratorem ſe eſſe ſimulabat, & ob hoc perſecutiones reprimi, omnéſque iniurias à Chriſtianis arceri iubet. Sed nihil in reliquis actibus ſuis nihil in vita vel moribus, quod Chriſtianis proximum videretur oſtendit. In tãta enim flagitiorũ & ſcelerum fæce verſabatur, vt nihil facinorum peſſimorum ab eius actibus eſſet alienum. Denique ſenatorum & maxime nobilium matronas publice abſtrahi, & ad ſuam libidinẽ deduci imperabat, & poſt contaminationem viris ſuis reddi iubebat, non tam expleta libidine quàm immutata. Tantus vero metus patres, plebémque oppreſſerat, vt ne hoc ipſum quidem quod metuerent palam oſtendere auderent: ſed ferebant inſuetam ſeruitutem gementes, & aliquid pro libertate cogitare metu prohibebãtur, cùm ille non ira iam, ſed libidine cædis agitaretur. Denique quadam die imperat militibus ſuis exire per plateas totius vrbis, vt omnes qui occurriſſent cuiuſcunque ætatis & cuiuſlibet ſexus gladiis cæderent. Innumeræque multitudines populi Romani nõ hoſtium ſed ciuiũ telis deiectæ ſunt. Senatores vero & ij maxime qui honoribus & diuitiis clariores in curia videbantur, confictis criminibus tanquam rei puniti & proſcripti ſunt. Addidit vero etiam hoc faſtigium ſceleribus ſuis, quòd artis magicæ induſtriam ſummis ſtudiis excoluit, & ad miniſteria explenda perquirebantur mulieres nobiles grauidæ, & adhibitæ funeſtis ſacris mediæ ſcindebantur, rapiebantur & paruuli infantes, eorúmque exta viſceribus euulſa perſcrutabantur. Iugulabantur & leones, & nefandis quibuſdam commentis ac præcationibus dæmoniaca arte compoſitis bella per hæc dicebantur arceri, & credebatur ipſaſque regni per nefas poſſe ſeruari. His vero malis omnibus etiam illud additur, quòd omnes qui per cæteras vrbes vel agros fuerant tyrannica crudelitate deterriti, dum nil ſibi ad vitam tutum putant, relictis agris per loca abdita & latebras eunt. Sub hoc paſſa eſt Catherina, vt ſupra dictum eſt. Nec obſtat, quòd Romæ fuerit factus imperator, quia poſtea acceſſit ad partes orientis, contra quem Conſtantinus acceſſit, & bello eum ſuperauit, & vicit atque occidit.

Facinoroſa Maxentij ſcelera.

Maxẽtius Magiæ deditus.

§. III.

De Maximino imperatore peſſimo.

Euſ. lib. 8. cap. 17.

MAXIMINVS vero Galerius in orientis atque Ægypti partibus ſimili per omnia crudelitate & væſania tyrannidem gerebat, ita vt alter alterum in ſceleribus videretur imitari, & cui potiſſimum flagitiorũ palmã deberes dare ignorares. Itáq; Maximinus deliciis, luxu atque omnium diſſolutionum genere fluitans, turpiſſima ſuis militibus præbebat exempla, ita vt nullum vel breue oppidum abſque adulterio nobilium matronarum, quæ per loca fuiſſent repertæ vel corruptione virginum præteriret. Talis hic tantúſque vir, qui pudicitiæ, honeſtatis, iuſtitię, ac totius ęquitatis hoſtis publicus erat, quidni etiã Chriſtianorum hoſtis & perſecutor exiſteret? aduerſus quos tantum crudelitatis exercuit,

a Hic Diocletianus latrans vt canis mortuus eſt, Niceph. lib. 7. cap. 20. vt intelligas quàm infœlicem exitum illi noſtri accerrimi hoſtes ſint ſortiti.

vt

A. C. 309.

vt præceſſores ſuos vincere feſtinaret in ſcelere. Ignes, laminas, cruces, beſtias, maris profundũ, obtruncationem membrorum, effoſſiones oculorum, & ſingulis membris ſpecialia inferre ſupplicia geſtiebat, cùm tamen illi magis conſtantes & fortes inuenirentur in tolerando, quàm iſte ingenioſus & callidus in exquirendo. Verum cùm duobus grauiſſimis dominis libidine & crudelitate præceps ageretur, fuit apud Alexandriam virgo quędam Dorothea ſatis nobili orta familia, ingentibus diuitiis & propinquis nobilibus pollens, formæ verò decoris gloria tanta ei fuit vt mirum ac ſpeciale in ea Dei figmentum crederetur. Sed illa quæ religione animi, & honeſtate vitæ pulchrior eſſe ſtudebat [æquiſſimo mentis iudicio quod pulchrum ac decorum inter homines videbatur, id potius Deo conſecrare quàm vſui humano ſtatuit indulgere,] vt virgo Deo ſacrata [a] perſiſteret. Comperto autẽ quòd eſſet Chriſtiana, quæ ſecundum ſua edicta magis pœnæ quàm libidini ſubiicienda videretur [in ambiguo poſitus æſtuare cœpit, & in quam ſe verteret partẽ ignorare. Sed vbi dubios animos libido, quæ ei latius dominabatur optinuit, expectantem virginem pro martyrio ad ſupplicium rapi] per occultos nuncios de ſtupro virginem interpellauit. Illa æque nefas ſibi eſſe reſpõdit, templum corporis ſui quod Deo conſecrauerat, idolorũ cultu aut libidinis cõtagione polluere, proinde ad mortem ſe paratam eſſe: à crudeli verò tyranno non decere blandum aliquid, vel molle proferri. Cúmque ille libidine acrius in eam accenſus incaleſceret, & niſi verbis acquieuiſſet, vi agere decerneret, virgo pudiciſſima omnibus facultatibus ſuis domo atq; familia derelicta, nocte, clam cum paucis fideliſſimis famulis, & cum amiciſſima ſibi caſtitate deceſſit, illuſúmque tyrannum vanum & amentem dereliquit. Sed & alias plurimas nobiles mulieres ſimul ac virgines adortus, ſed exemplo nihilominus illius paratiores ad mortem quàm ad ſeruitutem libidinis nactus crudelibus ſuppliciis affici iubet. Hoc modo Maximinus & Maxẽtius in oriẽte ſimul ac occidente velut vno dæmonis ſpiritu armati, paſſibus eiſdémque vitiis accenſi deſæuiebant tyranni. Et ſubdit idem Euſeb. in hiſtor. eccle. Cùm Maximini per decem annos erga Chriſtianos fuiſſet graſſata crudelitas, ipſum authorem ſcelerum vltio diuina corripuit. Et ille qui lætis & ſaginatis carnib. incedebat ſuperbus, inflatis ſubitò viſceribus ſuppuratiſque diſtenditur, in profundioribus dehinc pectoris partibus obortum vulnus, totos intrinſecus viſcerum ſeceſſus tabo ſerpente depaſcitur. Poſt etiam fiſtulis quibuſdã in ſuperficie purulentis meatibus ebullire cœpit innumera vermium multitudo, fœtor vero tam intolerabilis erat, vt nullus omnino nec medicorum quidem propius accedere poſſet, deniq; pleroſq; medicorũ, quod nec morbo aliquid mederi, nec vim fœtoris tolerare poſſent, interfici iubet. In quib. cùm quidã potius iugulandus quàm medicaturus adſiſteret, inſpiratus à Deo, Cur (inquit) imperator erras, & quod Deus infert, ab hominibus putas poſſe reuocari? Nec humanus eſt iſte morbus: nec à medicis curatur. Sed recordare quanta in ſeruos Dei egeris, quamquàm in religionem diuinam impius & profanus extiteris, & intelliges, vnde tibi

Euſ. lib. 8. cap. 8.

Caluinum hoc mortis genere interiiſſe ferunt.

Medici ad Maximũ dictum egregiũ.

a Nota virginem Deo pulchritudinem ſuam conſecraſſe, & ſtatuiſſe virginem Deo ſacratam perſiſtere, vt intelligas illo ſæculo fuiſſe ſaltem virgines quæ ſuam Deo vouebant virginitatem.

A ſint poſcenda remedia. Nam & ego quidem cum cæteris mori potero, tu tamẽ à medicis non curaberis. Tunc ſe primum hominem Maximinus eſſe intellexit, & ſcelerum ſuorum immanitatem recordatus, primum omnium ſe erraſſe & impie egiſſe & profitetur, & velut pœnitens ſatisfacere incipit Deo. Tũc collocatis iis qui in officio publico ſibi parebant, legem ſcribi, & continuo emitti iubet, qua non ſolum à Chriſtianis deſinat perſecutio & arceatur omnis iniuria, verum & reædificari eorum permittantur Eccleſiæ, vt ſolitis cultibus & obſecrationibus vacantes, etiam pro ipſius ſalute excelſo ſupplicent B Deo. Tunc velut poſt nimiam tempeſtatem ſi ſolis ſplendor redditus cœlo fuiſſet ac terris cœperunt duces populi noſtri per ſingulas quaſque vrbes frequentare cõuentus, Eccleſias inſtaurare, & concilia agere, ſacerdotia reparare [ſingulas quaſque Eccleſias, ſi quid cui deeſſe videbatur, inſtruere.] Inde ſtupor ingens Gentiliũ de tanta támque ſubita conuerſione rerum, ita vt admiratione ipſa fateri cogerentur magnum & ſolum verum Deum eſſe Chriſtianorum. At verò Maximinus ſex & non amplius menſes paſſus eſt noſtros in pace perſiſtere, & protinus quicquid ad obturbandam eam nanciſci potuit C molitur. Igitur primo prohibere noſtros per occaſiones quaſdam tentat, ne ad cœmeteria conuenirent. Interea repetendæ ſæuitiæ occaſionem maximam eſt ratus, eo quod apud Antiochiam ſimulachrũ quoddam Iouis Amicalis nuper conſecratum, artibus quibuſdam magicis & impuris conſecrationibus ita compoſitum eſt vt falleret oculos intuentium, & portenta quædam oſtentare videretur & reſponſa proferre: Idq; omnibus & ipſis imperatorib. pro certo cõfirmatur. Quod poſteaquàm ab omnibus creditum eſt, aſſeueratur idem Deus ille dediſſe reſponſa ne Chriſtiani habitarent in vrbibus [neq; D in vicinis vrbis locis, ſed quantò fieri poſſet, longius fugarentur.] Tunc vero rurſus aduerſus nos perſecutionis rabies inſtauratur, & Maximinus interim inſtantia ſumma per vrbes ſingulas ac prouincias ſacerdotes ſimulachrorum ac pontifices ſtatuit, multíſque honorib. & muneribus afficit, & omnia prorſus diligenter agit, quatenus cunctos beneficiis ſuis præueniat, vt per hoc promptiores eos efficeret in odium & necem Chriſtianorum. Cõfinguntur acta quædam, velut ad Pilatum de ſaluatore noſtro habita, in quibus aduerſus Chriſtum omnis blaſphemia conſcribitur. Quæ acta per omnes regni ſui prouin- E cias prolato edicto mitti præcipit, & per vrbes ſingulas, per vicos, per agros etiam proponi: Præceptoribus quoq; puerorum tradi iubet, vt pro iis quæ ad meditandum vel ediſcendum dictare ſolent, hæc tradant pueris memoriæ commendanda.

A. C. 309.

Euſ. lib. 8. cap. 19.

Maximinus velut pœnitens cupit Deo ſatisfacere.

Euſ. lib. 9. cap. 1.

Ib. cap. 2.

Ib. cap. 3.

Iouis amicalis ſimulachrũ fuit illius quẽ Grȩci φιλιον, i. amicitiæ præſidem nominabant.

Ib. cap. 5.

Acta Chriſti apud Pilatum conficta.

§. IIII.

De edictis impiis Maximini.

Euſ. lib. 9. cap. 7.

DE impiis edictis prædicti Galerij Maximini, poſt quem multa flagella dominus perſecutoribus Chriſtianorum immiſit. Inquit idem Euſe. lib. hiſtor. eccl. Tanta in breui aduerſum nos crudeliſſimus tyrannus excitauit, vt longe ſæuiora priori- F bus & diriora pararentur. Quando enim aduerſum nos legationes prouinciarum & vrbium, quando tot & tanta imperialia edicta venerãt, ita vt etiam æreis tabulis incidi leges quæ aduerſum nos datæ fuerant iuberentur. Quando pueris ſcholaris meditatio de Pilato & Ieſu haberi contumeliæ noſtræ gratia iuſſa eſt, & confictis referta blaſphemiis per totum diem decantari. In iis vero legibus quas aduerſus nos ære

A. C. 310.

incisas ſingulis quibuſque ciuitatibus propoſuerat velut in æternum manſuras, iactanter ac ſuperbe deſcripſerat, quod ex quo Chriſtiani ſedib. ſuis & vrbus pelluntur aeris læta eſſet temperies, & terræ fœcunditas abundantior, ideóque ſatis recte conſuli ad Deorum immortalium gratiam, vt inuiſum hoc hominum genus ex omnibus locis, in quibus eorum maieſtas maxime veneratur & colitur pelleretur.

Ib. cap. 8. Humana cõtra Deũ vanitas diluditur.

Nec mora Dei prouidentia dum adhuc per aliquas longius poſitas ciuitates mitterentur edicta, arrogantia tyrannicæ vocis refrænans, qua lætas ſegetes pro Chriſtianorum fuga & vberes frugibus deſcripſerat campos, imbres reſtringit in nubibus, & æſtas arida ſterilitate ſegetes dereliquit. Areſcit etiam herba camporum, & non ſolum hominibus fructum verumetiam pecudibus pabulum negat. Fames quoque tætra & obſcœna vbique graſſatur. Aeris quoque temperies, quam ſuis impiis actibus deſcripſerat famulari, in tantam corruptionem verſa eſt, vt humana corpora vlceribus peſſimis, quę ignis ſacer appellantur, necnon & iis quæ dicuntur carbunculi replerentur, ita vt ora hominum atque oculos occuparent, vt ſi quis forte ex iis effugiſſet mortem, luminibus orbaretur.

Ignis ſacer graſſatur Galli vocãt le feu S. Antoine.

Sed & aliis nihilominus peſtilentibus morbis virorum ac mulierum immenſæ multitudines, & præcipue infantium aceruatim cadebant. Additur etiam illud his malis (ait idem Euſeb.) quod Armeniorũ gens olim & vtiliſſima & amiciſſima populo Romano dũ ab eo Chriſtianæ religionis ritum (cui deuotiſſime dedita eſt) idolorum cultum mutare cogeretur, & dæmones venerari pro Deo, inimici pro amicis, & pro ſociis ſuis aduerſarij effecti, manu ſe aduerſum nefaria eius edicta defenſare parant, ac ſponte bellum inferunt. Quæ ſimul omnia coaceruata ſtultæ ab eo pœnas arrogantiæ depoſcebant, pro quo per fugam perſecutionémque Chriſtianorum, pacem ſibi & rerum omnium copias atque etiam aeris temperiem deſeruire iactauerat. Igitur cùm & ipſe & exercitus bello Armeniaco vehementer & acriter vrgeretur, populos per vrbes & vicos fames dira abſque vlla miſeratione vaſtabat.

Grauis fames in orbe Romano.

In vrbibus vero tantæ per dies ſingulos multitudines cadebant, vt nec loca ad ſepulturas inuenirentur: in agris vero ac vicis plurimæ domus penitus vacuæ remanſere. Quamplurimi vero ita exhauſti incedebant, vt ſimulachra magis carne carentia, quàm homines putarentur, colore tætro, luminibus in profundum demerſis, huc atque illuc corpore nutabundi, & iamiamque lapſuri ingrediebantur. Interea per plateas omnes & angiportus erant omnia repleta cadaueribus mortuorum, nec erat omnino qui ſepeliret, dũ & ipſi qui ſupereſſe videbantur adhuc morbo inualidi eſſent, & quaſi cõtinuo morituri. Ex quo fiebat ſpectaculum miſerabile, ita vt quam plurimi à canibus deuorarentur. Hæc extitit legum Maximini atq; arrogãtiæ & elationis eius & iudicij de Chriſtianis habiti remuneratio. Hæc illius in Deũ pietas & religionis (vt aſſerebat) cœlitus traditæ maieſtas.

Religionis Chriſtianæ laus.

[verum vt ſuperius diximus cùm & inhumata mortuorum cadauera, quos fames conſumpſerat in plateis iacerent, & quos lues vſque ad vnum interemerat, nihilominus domibus inſepulti manerent:] qui verò ſupereſſe videbantur vrgerentur inopia, clamare cœperunt omnes & ſponte Chriſtianorum pietatem & miſericordiam imprecari, & quos paulòante extorres patria & domo egerãt, nunc ſuppliciter exorare, vt more ſibi ſolito viuentib. auxilium ſibi alimoniæ deferant [mortuis inſepultis ſepulturæ A iuſta perſoluant, apud ipſos tantúmodo miſerationes valere, apud ipſos ſolum, quæ humanitatis ſunt pietatíſq; ſeruari. Nec tam veram religionẽ, tam ſanctam, támque in omnibus perfectam vllam eſſe, quę vniuerſis hominib cõſulere tamquam propinquis & proximis ſuadeat. Nec eſſe vllum aliũ præter Chriſtianorum Deum fatebantur.]

A. C. 315.

Cùm vero noſtrorum populi quibus reuera per Dei gratiam (quòd maxime omnibus mirabile fuit) nec fames in aliquo, neq; lues fuerat dominata, in nullo prorſus iniuriæ memores, more ſibi ſolito ad miſericordiam etiam inimicorum præceptis dominicis inſtituti; conferre cer- B tatim vnuſquiſque, prout poterat cibos & ſuſtentare ac reficere pereuntes, & non ſolum cum eis cibos ſed & affectum participare cœperunt, & quo indigentibus etiam parua ſufficere videbantur, quę cum magna pietatis affectione præbebantur. Illos quoq; qui morbi contagione laborabant, ad quos nullus Gentilium ne propinquorum quidem introibat, ſedula & frequenti viſitatione curaret, nec pati omnino aliquid per contagium, quippe quos diuina gratia circundaret, cadaueribus quoque mortuorum ſepulturam conferre, & quæ ſunt naturæ iuſta complere. Ita breui ingreſſu ſolo Chriſtianorum per vicos & C vrbes malorum facies immutata rebus ipſis atque operibus veram eſſe & piam Chriſtianorum religionem in cordibus omnium ſcripſit, multo tenacius quàm tabulis æreis eam falſam eſſe tyrannus indicerat. Tunc ergo videtur completum illud quod in Exodo ſcriptum eſt, quòd ſcilicet Ægyptiis erant tenebræ palpabiles & craſſæ, filiis autem Iſrael erat lux in omnibus habitationibus ſuis.

Egregia Chriſtianæ pietatis opera.

Ex. 10.

§. V.

DE victoria Conſtantini contra Maxentiũ qui ſibi imperium vſurpauerat, ſic ait Hugo Flor. D Cùm ſeptimum annum imperij ſui perageret Conſtantinus aduerſus Maxentium peſſimis vt dictum eſt moribus adornatum, nondum baptizatus, conſpirante ſecum collega Licinio bellum parauit.

Conſtantini cõtra Maxentiũ tyrannum expeditio.

Et dum illuc pergeret, multáque ſecum de imminentis belli neceſſitate pugnæ proximus pertractaret, vidit per ſoporem in cœlo ſignum ſanctæ crucis flammeo nitori rutilare, & Angelos ſibi adſiſtentes & dicentes. Conſtantine in hoc ſigno vinces. Caſſiodorus in hiſt. tripartita plenius hoc refert lib. 1. dicens. Euſeb. Pamphilis cum iureiurando ipſo imperatore dicente audiſſe ſe refert, quia circa meridiẽ declinãte iam E ſole crucis ſignum ex lumine factum, & ſcripturam conſertam ei dicentem, In hoc vince, vidiſſe ipſe & milites, qui cum eo tunc eſſent: pergente namque aliquò cum exercitu pariter hoc, inquit, miraculũ oſtenſum eſt. Dúmque cogitaret quid eſſet, nox ſuperuenit, & dormienti Chriſtus apparuit cum ſigno quod vidit in cœlo, iuſſitq; vt fieret eius ſigni figuratio, quę foret auxilium in congreſſionibus præliorum.

Crucis ſignũ Conſtãtino in cœlo apparet.

Cúmque opus iam non eſſet interprete, ſed aperte monſtratum eſſet imperatori, quid de Deo credere conueniret, mox die facta ſacerdotes Chriſti cõuocans de dogmate conſulebat. At illi ſacros libros offerentes F de Chriſto loquebantur, ſuáque dicta ex propheticis comprobabant. Signum vero quod apparuerat ei dicebant eſſe trophæum victoriæ Chriſti aduerſus infernum. Conſtantinus ergo (vt ait Hugo) ſignum quod viderat in militaria ſigna depinxit, deinde in ſpeciem crucis ſignum quod dicunt [a] Labarum transformauit, & ſic inſtructus & armatus cum magna ſpe victoriæ aduerſus Maxentium dimicaturus

Ib. cap. 5.

Crux ſignum victoriæ Chriſti.

Euſ. lib. 9. hiſt. eccle. cap. 9.

A. C. 315.

rus iter accelerauit. Cui Maxentius per pontem nauigiis compoſitũ egreſſus hoſtiliter occurrit. Iuſſerat quoque nauibus ad decipulam compoſitis fluuiũ ſterni: & ſuppoſitis pontibus exequari.

Sed cum vtrinque pugnaretur, & exercitus Maxentij ſanctæ crucis virtute proſterneretur: ad vrbem fugiendo remeare volens Maxentius, pontem, vt diximus, nauigiis compoſitum aſcendit, & ſubitò ſubſedere naues, & ipſe lapſu equi in profundum aluei demerſus eſt. Sicque belli futuras cædes ſui nefandi capitis redemit interitu. Tunc Conſtantinus vrbem Romam triumphans ingreditur, & ita totius occidentis imperium vſque ad Oceanum deuenit tam ad Conſtantinum quàm ad Licinum. Conſtantino ergo in vrbe recepto, ſtatim vt imagines ob honorem triumphi illius ſenatus erexit, ſtatim vexillum ſanctæ crucis in dextera ſua manu iubet depingi, & ſubter adſcribi, [quia in hoc ſigno ſingulari, quod eſt veræ virtutis inſigne, vrbẽ Romam ſenatúmq; ac pop. Ro. iugo tyrannicæ dominationis ereptũ priſtinæ libertati, nobilitatíq; reſtituit.]

a Fuit autem Labarum hac ratione formatum. Erat haſta in ſublime erecta, & aureis laminis circundata, in cuius pene extremitate cornu habebat tranſuerſum ad formam crucis factum: ſuperne verò in extremo vertice corona, ex lapillis & auro contexta circundata erat, intra quam imperatoris imago ſtabat, quam eo loco detraxit Conſtantinus, atque in eius locum hoc ſignum crucis appoſuit ☧ vel ſic ☓ in tranſuerſo autem cornu quod haſtæ appoſitum erat, velamen quoddam pendulum ſuſpenſum erat è purpura, quæ varietate gemmarũ inter ſe cohærentium, ac ſplendore lucis fulgentium, auróque multo incerto cooperta, miram exhibebat ſpectantibus pulchritudinem. Onuph. in faſt. ex Euſeb. lib. 1. de vita Conſt.

§. VI.

Euſeb. l. 9. c. 9.
Conſtantini & Licinij lex de colẽdo Deo.

PER idem tempus Conſtantinus, vt ait Euſebius in hiſto. eccle. conſpirante etiam tunc ſecum Licinio (nondum enim in id væſaniæ inciderat, quo poſtmodum dilapſus eſt) ſcientes & profitentes authorem ſibi omnium bonorum Deum, vna eadémque ſententia legem ſtatuunt, in qua Deum Chriſtianorum pleniſſimis laudibus proſequuntur, & ipſum authorem totius virtutis atque operis profitentur, ipſúmque de tyranno præſtitiſſe victoriam, & ideo ab vniuerſis huic venerationem cultúmque deferendum. Hanc legem etiam ad Maximinum qui tunc orientis partibus dominabatur, amicitiáſque eorum expetere videbatur, emittunt. At ille ingentibus imperatorum rebus geſtis perterritus: etſi quæ ſcribebantur contraria ſibi & aliena mentis ſuæ propoſito viderentur, tamen quoniam reſiſtere non audebat, & rurſum alienæ authoritati cedens inuitus videri in hoc veniſſe erubeſcebat. [metu ſimul ac pudore vſus miſerrimis conſiliariis, ſtatuit velut ex ſuo arbitrio atque auctoritate, legẽ pro Chriſtianis ſimilis ſententiæ promulgare, in qua aſſeuerat maioribus quidem ſuis prioribus Auguſtis viſum fuiſſe Chriſtianorum gentem penitus eſſe delendã. Sed quoniam eo magis gens illa propagetur & creſcat quo maxime putatur inhiberi, velle ſe potius vt nullus cogatur inuitus: ſed habeat in arbitrio ſuo, quo quiſque velit ritu colere Deum, neque pro hoc commotionem vllam aut perturbationem prouincialib. inferẽdam.] In primis igitur ſic mente ferox hoc ſolum, quod metus extorquebat indulſit, nec in aliquo mutauit affectum, donec digna in eum verbera vltio diuina proferret. Etenim cùm contra meritum ſuum nomen Auguſti vel imperium ſumpſiſſet, extolli etiã aduerſus regni ſocios ac erigi cœpit, in quibus regalis inſtitutio, morum probitas ac religionis gratia refulgebat. Audet ergo primò ſe inter eos honore priorem conſtituere. Ac non multo poſt rupto fœdere bellum Licinio conatur inferre. De victoria Licinij contra Maximinum, vt ait Hugo Floria. Licinius ergo à Roma digreſſus eum expugnare parauit. Et cùm iã ferro Licinij cecidiſſet Maximini exercitus, pars quæ ſupererat videns imperatorem ſuum diuino fauore nudatum, Licinio ſe ſubdidit. Maximinus autẽ ipſe Galerius vt vidit à diis ſuis ſe deceptum, & ab hominibus derelictum, turpiter & infideliter fugit: veruntamẽ dum reparaſſet exercitum, velléťq; cum hoſte ſecundo confligere, doloribus internorum viſcerum correptus vehemẽter exagitari cœpit, vt nec ſtratis quidem recumbere poſſet. Tunc homo edax (inquit Euſeb. vbi ſupra.) & qui vino ſemper repleretur, nunc nec ſummis quidem labiis deguſtandũ recipere cibum, aut odoretenus vinum ſumere poteſt. Ita carnibus inedia & ariditate conſumptis, hoc ſolum profecit infœlix, quòd in vltimis vitæ poſitus, iuſtum eſſe iudicium Dei, & ſcelerum pœnas ſe merentem profitetur expendere. Ad vltimum tamen morbo prius luminibus amiſſis, & tunc magis quid aduerſus Chriſtum impietatis admiſerit videns, viuendi finem fecit. Sed defuncto eo, qui erga Chriſtianos nunc inaudita crudelitate, nunc ſimulata venia agebat, aperta licentia, legitimorum principum eccleſiarum ſtatus multo etiã clarior, quàm prius fuerat reparari cœpit. Tum vero inimicis fidei pœnitudo vltima atrocitatis ſuæ fiebat, ita vt ipſe publicus puderet eos aſpectus. Etenim cùm primum ipſe Maximinus imperialibus edictis tyrannus & impius & Deo atque hominibus inuiſus pronuntiatus fuiſſet, tabulæ quoque eius pictæ, vel imagines æreæ, aliæ deiici ac præcipitari iuberentur, aliæ verò atris fucatæ coloribus oblitterarentur, ſubito facta eſt rerum ingens mutatio. Iudices quoque eius, quos ille in tyrannicis dominationibus miniſtros ſcelerum habuerat, legitimi principes velut impietatis eius ac crudelitatis ſatellites iuſſerunt interfici. Quibus adduntur etiã eius filij, quos ille iam imperij aſſumpſerat ſocios. Sed & propinquos eius qui ſe ob huiuſmodi neceſſitudinem, moleſtiſſimos erga ciues & prouinciales exhibuerant, paribus ſuppliciis affecit Licinius.

A. C. 320.
Hæc ſunt ad verbũ apud Euſ.
Maximinus in Chriſtianos ſæuiens pœnas luit.
Euſeb. l. 9. c. 10.

§. VII.

De Licinio qui à Conſtantino defecit.

DE inuidia Licinij contra Conſtantini gloriam & perſecutione eius contra Chriſtianos, & bello inito per eum contra Conſtantinum, in quo Licinius victus ab eo & occiſus eſt. Denique (inquit Hugo Floria.) incredibile eſt memoratu, quàm breui Conſtantini ſtudio freta late per totum orbem eccleſia creuerit, & quanta cura erga ſumptum ædificandarum eccleſiarum fuerit ardens. Nam cùm edicto publico ædificarentur eccleſiæ per totum eius imperium, ipſe ad hoc peragendum ex regiis theſauris pecunias affluentiſſime conferebat. Igitur cum tali ſimplicitate (vt ait Euſeb. in hiſt. eccleſiaſtica) eccleſiarum gloria apud Deum hominéſque proficeret, & imago quædam cœleſtium haberetur in terris. ſuper omnia quoque religioſus princeps Conſtantinus exultaret in talibus ... per dies ſingulos fide &

A.C. 330.

religione creſcens, ineffabili gaudio de eccleſiarum perfectibus replebatur, vt etiam plenius dicetur in ſequenti titulo (ſacerdotibus etiam Dei non credebat ſufficere, ſi ſe æqualem præberet niſi eos longe præferret, & ad imaginem quandam veneraretur diuinæ præſentiæ.] Cumque pro his omnibus non iam vt imperator: ſed vt pater coleretur à cunctis,. non tulit infœlix inuidia, vel noſtrorum pacem lætis ſucceſsibus creſcere, vel illius erga nos ſtudia inquaſſata durare. Et enim Licinius qui primo quaſi probitate morum [& vitæ integritate & merito virtutum] non ſolum ab eo quaſi in ſocietatem regni fuerat adſcitus, verumetiam in propinquitatem ex coniunctione ſuſceptus (ſororem namque Conſtantini in matrimonium acceperat) videns imperatorem Conſtantinum non tam vi & mœtu, quam amore & religione omnibus imperare, ac in ſumma veneratione cunctis eſſe mortalibus, & præcipuè Chriſtianis humano vitio pulſato, immo inhumana clade inuidiæ perculſus occultis inſidiis eum decipere parauit. [idque quàm maxime per familiares ac miniſtros molitur. Sed ille nihil quidem de eius dolis ac fraudibus ſuſpicatus, tamen quia erat] totus confidens in Deo: ad omnia ſe illo ſigno quod ei cœlitus monſtratum fuerat muniebat, nec vllis per hoc inſidiis fieri obnoxius poterat. Verum Licinius ratus quòd imperator Chriſtianorum precibus iuuaretur, & ideo tutus maneret, ſtulta iracundia permotus, imperatori quidem apertum bellum indixit, regníque fidem ſocietatémque contaminat, noſtros verò priuato & ſpeciali odio perſequi parat, hoc in querelam deuocans, quòd non ita pro ſe ſicut pro Conſtātino Chriſtiani in [a] ſolemnitatibus & ex præcepto ſibi traditis orationibus excubarent. Verſa igitur vice, is qui paulò ante acerrime in eos vindicauerat, qui tyrannorum tempore aduerſus Chriſtianos aliquid crudele moliti ſunt, nunc in noſtros tela contorquet [& tyrannidis ſuæ prima ſacrilegia noſtrorum cruore delibat.] Primo nanque omnium de palatio ſuo, ſi quis Chriſtianus eſſet, exire iubetur, & de omni militia. Poſt hæc profecit peſtis, & tyrannicis edictis ſtatuit omnes, qui ſe Chriſtianos profiterentur, in carcerem trudi. Statim tamen inuenit aliquid in quo priores crudelitate ſuperaret. Addit edicto, ne quis alicui in carcerem cibum vel potum deferret. Denique omnes qui contaminatis ſacrificiis acquieſcere nollent, non tortoribus: ſed lanionibus dari, vt eos porcorum more ſuſpenſos per fruſta cæderent, & in partes diuiſos in mare ad pabulum piſcium proiicerent. Eccleſias quoque quas ſuis iam temporibus communibus edictis extrui fecerat, rurſus & ipſe ſubuertere & per omnia ſatiſagere quatenus cunctos qui ante ſe fuerant tyrannos crudelitate ſuperaret. Præterea & leges, ſi quæ apud Romanos bene & honeſtè à maioribus latæ fuerant, in barbarum ritum conuertere. Auaritiæ quoque inſatiabiliter cœpit ſtudere, cenſus inuocare, agros cultoribus vacuos tributis replere. Præterea ſi quos iniquis factionibus circumuentos in exilium miſiſſet, horum vxores legitimis matrimoniis auulſas ſeruis ſuis ac ſatellitibus iungere. Ipſe verò etiam contra ætatis ſuæ vires cœpit adulteriis & cor-

Vide ſigni crucis vim admirabilem.

Licinius Chriſtianos perſequitur.

Flagitialiſſiū quot & quanta.

Conſtantini de Licinio victoria.

a Nota Conſtantini temporibus ſolemnitates Chriſtianorum, precéſque ex præcepto fieri ſolitæ vt intelligas ſolemnitates, quas nos catholici obſeruamus, nouas non eſſe, & preces quibus etiam nunc vtimur ex præcepto maiorum nobis eſſe iniunctas.

A ruptionibus virginum delectari. Poſtquam igitur (ait Hugo Floria.) huiuſmodi armis præcinctus tyrannidē cœpit agitare Licinius, Conſtantinus veris virtutibus adornatus, tot tantíſque flagitiis ire obuiam parat. Nec aliqua fuit difficultas victoriæ, vbi & cauſa iuſtior, & fides purior & virtus eminẽtior habebatur. Facta igitur cōgreſſione in Bithynia circa Chryſopolim, victus eſt Licinius atque comprehenſus, & apud Theſſalonicā capite truncatus. Sicque deiecto Licinio & extincto, Conſtantinus mira bellorū fœlicitate ſoliditatem Romani imperij ſolus obtinuit. Periit autem Licinius anno regni ſui decimo B quarto: vitæ verò ſuæ anno ferè ſexageſimo, vir animo ſeuerus, ſpadonúmque & aulicorum vehemens domitor. Appellabat quippe eos tineas, ſoricéſque palatij.

A.C. 330.

Licinij dictum egregium.

§. VIII.

DE contrarietatibus quæ apparent circa Conſtantini geſta & temporibus eius. Et primo de ipſo Conſtantino quo ad fidem & baptiſmum eius diuerſi varia ſentiunt. Nam Hiero. [a] in additione ad chronica Euſebij Cæſarienſis dicit, quia in fine vitæ ſuæ baptizari ſe fecit ab Euſebio epiſcopo Nico- C medienſi Ariano, lapſus & ipſe in hæreſim Arianorum. Ambr. in lib. de obitu Theodoſij ſic ait, Conſtantino licet baptiſmatis gratia in vltimis conſtituto omnia peccata dimiſerit, tamen quod primus imperatorum credidit, & poſt hæreditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum apud Deum promeruit. Ex geſtis tamē ſeu Legenda beati Syluestri papæ quæ ſatis vulgata eſt & authentica, habetur quod cùm lepra infectus eſſet Conſtantinus & ſanari non poſſet arte medicinæ, per Sylueſtrum papam Romæ [b] baptizatus eſt, & ideo à lepra mundatus prout ſibi in viſione fuerat oſtenſum. Et D iſta tertia opinio communius tenetur vt magis pia. Nam quod in hæreſim fuerit lapſus vt primi dicunt contradicit Amb. quia dicit eum magni meriti fuiſſe apud Deum, hæreticus autem nullius meriti exiſtit: ſed damnationi æternæ deputatur. Præterea Nicolaus papa ſcribens Ludouico imperatori, hortatur ad eum imitandum dicens. Quemadmodum fide & religione & honoris parilitate adæquari ei videmini, ità humilitate & deuotione ei æquiparari nihilominus anheletis, diſt. 96. in ſcripturis. Et Greg. dicit eum piæ eſſe memoriæ, quod de hæretico non dicitur 11. q. 1. ſacerdotibus. Martianus quoque impe- E rator ait. Nos ad fidem confirmandam non ad potentiam oſtendendam exemplo religioſiſſimi principis Conſtantini ſynodo intereſſe volumus, vt inuenta veritate non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet, di. 96. ca. nos ad fidem. Nō autem dici poteſt religioſus qui contra Chriſtianam religionem credit. Nicephorus etiam in hiſt. eccle. vt refert Vincen. 14. ſpe. hiſt. aſſerit Conſtantinum imperatorem à Syluestro baptizatum & mundatum à lepra. Ad hoc etiam facit, vt dicit Mar. in chron. quod Græci nuncupant eum ſanctum & ſanctorum catalogo adſcripſerunt, & de eo feſtum celebrant. Iſido. F etiam hoc dicit. Vitio ergo ſcriptorum vel falſariorum (quod eſt peius) factum eſt, vt de Conſtantino hoc diceretur, quod de Conſtantio filio eius certiſſimum eſt, quia Arianus fuit, vt dicetur infra.

Conſtantinus an Arianа hæreſi fuerit infectus.

Amb. de obitu Theod.

Nicol. pa. ad Micha. imp.

Grego. ep. 75. l. 4.

Mar. imp. in 6. act. cōc. Chal.

Niceph. l. 8. c. 3.

Secundum dubium vel ſecunda contrarietas eſt de inuentione crucis. Nam de conſe. diſt. 3. crucis, dicit Euſebius papa, quod ipſo præſidente in ſede Petri reperta eſt, vnde & ipſam diem qua inuenta eſt,

Euſ pap. ep. 3. Dominicæ crucis inuentio.

ſcilicet

A.C. 330.

ſcilicet tertia die Maij mandat celebrari. Sed in Legenda beati Syluestri legitur, quod Helena mater Conſtantini Hieroſolymam petiit, poſtquam filius, ſcilicet Conſtantinus obtinuit imperium, baptizatus à Sylueſtro. Euſebius autem papa fuit immediate ante Melchiadem papam, quem ſecutus eſt immediate Syluester in ſummo pontificatu. [c] Communis tamen opinio eſt, quòd Helena mater Conſtantini inuenerit crucem, & propter hoc acceſſerit Hieruſalem vt etiam canit eccleſia, & infra dicetur. Et ſi ſic eſt vt videtur quod dicitur de conſe. diſt. 3. crucis, fuit erratum in nomine Euſebij. Ruffinus in 10. lib. quem addidit ad hiſto. eccle. Euſebij, dicit, quod ab Helena matre Conſtantini, crux inuenta eſt Hieroſolymis, quò perrexit propter eam inueniēdam. Poſſet dici quod poſtquam Conſtantinus habuit victoriam cōtra Maxētium tyrannū virtute crucis, quamuis tunc non fuerit conuerſus ad fidem, tamen Helena mater eius Hieroſolymam petiit ad quærendam crucem. Quæ inuentio fuit tempore Euſebij papæ, modico tempore ante Sylueſtrum & conuerſionem Conſtantini. Nam Euſebius immediate præceſſit Melciadem papam, cui ſucceſſit Sylueſter, & modico tempore illi duo, ſcilicet Euſebius & Melciades tenuerunt papatum. Dicit Vincen. ſpe. hiſt. li. 14. c. 23. Mirandum quomodo liber de geſtis Romanorum pontificum à Damaſo papa conſcriptus, ab aliis hiſtoriographis diſſonat in pluribus. Nam Euſebius Cæſarienſis qui fuit ſcriptor eorum quæ præſens vidit & audiuit (fuit enim temporibus Conſtātini) dicit in chronicis ſuis quod Euſebius papa temporibus Galerij fuit, & ſedit tantùm menſibus ſex, & poſt eum Melciades annis tribus: vnde non videtur crux inuenta ſub Euſebio præfato, ſed ſub Conſtantino. Ruffinus etiam in hiſt. eccle. li. 10. poſt concilium Nicenum celebratum ſub Conſtantino narrat ſanctam domini crucem fuiſſe à ſancta Helena quæſitam & inuentam.

Ruff. li. 10. cap. 7. & 8.

Tertium dubium eſt de [d] donatione facta eccleſiæ à Conſtantino de qua habetur in decretis diſt. 96. Conſtantinus. Sed illud caput non habetur in antiquis [e] decretis. Quid ergo & quantum donauerit non eſt bene certum: videtur tamen ſaltem illud fuiſſe à Conſtantino donatū quod Ludouicus rex Francorum & imperator promittit ſe iureiurando concedere Paſchali papæ & ſucceſſoribus eius, de quo habetur diſti. 63. ego Ludouicus. Et Otho Theutonicorum primus imperator, confirmat Ioan. papa di. c. tibi. Sed & quæſtio adhuc quæritur inter canoniſtas & legiſtas, vtrum illa tenuerit donatio. Quod canon iſte omnino firmat & theologi magis confirmant. Et quia non fuit ſimplex donatio: ſed potius reſtitutio eccleſiæ facta iuris ſui, cùm omnia ſint de Chriſti dominio, cuius papa eſt vicarius in terris, cætera vero dimiſit dominis temporalibus.

Conſtantini donatio facta eccleſiæ.

Omnia ſunt de Chriſti dominio.

a Deceptus eſt Hieron. vicinia nominis, & falſo rumore, ſibi enim in terræ angulo poſito, vt loquitur, multa ignota eſſe potuiſſe fatetur l de viris illuſt. Itaq; quod de Conſtantio filio dicebatur, id traduxit ad patrem. Ille enim in extrema ætate fuit rebaptizatus, & vt ait ab Euſebio Nicom. epiſcopo Geneb. Conſtantinus magnus Romæ conſtruxit baptiſterium, quod Ammin. Marc. l. 27. Conſtantianum lauacrum appellat vbi Damaſus eum baptizatum narrat. Et Adria. & Greg. Tur. l. 2 hiſtor. num. 31. & Beda de ſex mundi ætatibus ad annum 4288. & Pet. de Nat l. 5. de ſanctis c. 26. Sand. l. 7. de viſ. mon.

b Quod Sylueſter Conſtantinum baptizauerit docent Cedrenus, Zonaras tom. 3. Nic. l. 7. c. 35. & ante eos Theophanes Graptus in ſacra hiſtoria. Neque enim potuiſſet intereſſe ſacris quotidianis, à quibus nondum initiati baptiſmo excludebantur, cum tamen ea ſibi peragi in caſtris quotidie ſibi præſenti curaret, aram & templum motorium circumferens Geneb.

c Huic communi opinioni aſtipulantur Ruff. l. 1. c. 7. & 8. hiſt. trip. l. 2. cap. 18. Amb. de obitu Theod. Eut. l. 2. Paul. ep. 2. Euſ. in Chron. Theodor. l. 1. c. 18. & multi alij qui omnes ſingularis impudentiæ arguunt Magdeburgenſes qui cent. 4. c. 13. hanc inficiari audent.

d Ego ſemper negaui hanc conſequentiam. Aliqua ſunt ficta & addita ad donationem Conſtantini: ergo omnia ſunt ficta. Nam certum eſt Conſtantinum multa donaſſe Rom. Eccl. alia & multo plura aliunde acceſſiſſe, ſiue largitionibus principum & diuitum ſiue donationibus piorum, ſiue acquiſitione pontificum, permutatione, &c. & quod pluris facio diuina prouidentia & diſpenſatione, vt alicubi viſibilis Eccleſiæ monarchia, aduerſus tyrannorum & hæreticorum & inferni poteſtatem figeretur iuxta prophetarum oracula. Geneb. deinde inducit rationes quibus hanc donationem confirmet: poſtea auctoritates.

e Miror D. Anton. de capite illo quo donatio Conſtantini continetur mouere dubitationem, cùm eius donationis inſtrumento Photius Patriarcha Conſtant. in nono canone, nuper à quodam Henrico hæretico verſo, & typis Oporini publicato ſub an. 86. integrum exemplar ab interitu vindicarit. vide etiam Eugubinum contra illam.

§. IX.

FLORVIT temporibus illis Pamphilus Cæſarienſis presbyter tā ſanctitate & moribus quàm doctrina præcipuus. Hic tantam in bibliotheca ſua librorum copiam adunauerat, vt cunctos qui in hoc labore ipſum præceſſerant, ſuperaret. Siquidem in illa prope ad triginta millia voluminum dicuntur congeſta, vt refert Iaco. de columna. Hieron. autem ſic de eo ait li. de viris illu. Pamphilus presbyter Euſebij Cæſarienſis neceſſarius tanto bibliothecæ diuino amore flagrauit, vt maximam partem voluminum Orige. ſua manu deſcripſerit quæ vſque hodie in bibliotheca Cæſarienſi habentur: ſed & in 12. prophetas, 25. ἐξηγήσεων volumina manu eius exarata reperi, quæ tanto amplexor & ſeruo gaudio, vt Crœſi opes me habere exiſtimem. Scripſit præterea Pamphilus apologeticum pro Origene. Et martyrio coronatus eſt Cæſareæ ſub Maximino imperatore. Claruit etiam tempore Conſtantini Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ epiſcopus, qui, vt ait Hiero. de viris illu. in ſcripturis diuinis ſtudioſiſſimus & bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentiſſimus peruestigator, edidit infinita volumina. Ex quibus ſunt εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως libri viginti, εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς libri quindecim, θεοφανείας libri quinque, in Eſaiam li. 10. & contra Porphyriū (qui eodem tempore ſcribebat in Sicilia, vt quidam putant) ſcripſit libros 30. de quibus tantum viginti ad me peruenerūt: topicorū lib. vnus, ἀπολογίας pro Orige. li. 6. cōmentaria eruditiſſima in 150. Pſal. De vita Pamphili libri tres. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri 10. Chronicorum canonum omnimoda hiſtoria & eorum ἐπιτομὴν, & de euangelior. διαφωνία. Et addit Vincen. ſpe. hiſto. li. 14. c. 90. Scripſit enim Euſe. præfatus chronicorum hiſtoriam à primo anno Abrahæ vſque ad annum domini ccc. Quam Hieron. ex Græco in Latinū transferens, vlterius proſecutus eſt eam vſque ad annum

De hoc Euſ. l. 6. ca. 22.

Pamphilus & Euſebius Cæſarienſes

Colitur 1. Ian.

De Euſebio Cæſarienſi.

Sacræ hiſtoriæ cōtinuatio.

A. C. 330.

domini CCCLXXX. Et Sigisbertus Gemblacen. poſtea vſque ad annum domini M.CXIII. Poſt Sigisbertum proſecutus eſt hiſtoriam vſque ad annum Domini M.CCXLI. præterita tamē geſta plenius referens Vincent. Bellouacen. ordinis prædicatorum, & poſt eum Iacobus de columna eiuſdem ordinis vſque ad annum Domini M. CCCXL. Hiſtoriam autem eccleſiaſticam texuit Euſebius ipſe lib. 10. ab aſcenſione. ſ. domini vſque ad victoriam Conſtantini contra Maxentium, quos libros hiſtoriæ eccleſiaſticæ Ruffinus presbyter Aquileiæ tranſtulit ex Græco in Latinam linguam, quorum decimum quia perpauca habebat ad hiſtoriam ſpectātia, omiſſis ſuperfluis, quæ ad hiſtoriam ſpectabant ad nonum lib. addidit, ipſe verò duos libros ſequentes ſ. 10. & 11. ſcripſit & addidit proſequens hiſtoriam à tēporibus Conſtantini poſt perſecutiones vſque ad tempora Theodoſij Auguſti. Præterea idem Euſebius (vt legitur) pene omnium prouinciarum paſſiones martyrum & epiſcoporum & confeſſorum & ſacrarum virginum viginti libris compræhendit. Ex quorum pontificum numero vnus fuit ſanctus Syluester Romanæ vrbis epiſcopus, cuius vita à neſcio quo ex Græco tranſlata eſt in Latinum. Hęc Vincen. Refert autem Hiero. ad Chromatium & Heliodorum ſcribens, quod Conſtantinus Auguſtus cùm Cæſaream fuiſſet ingreſſus, & diceret eiuſdem vrbis antiſtiti, vt peteret aliqua beneficia Cæſarienſi Eccleſiæ profutura, legitur reſpondiſſe Euſebium, opibus ſuis ditatam eccleſiam nulla petendi beneficia neceſſitate compelli, ſibi tamen deſiderium immobile extitiſſe, vt quicquid in republica Romana geſtum ſit, erga ſanctos Dei iudices iudicibus ſuccedentes in vniuerſo orbe Romanō ſolicita perſcrutatione monumenta publica diſcutiendo perquirerent. Et qui martyr, à quo iudice, in qua prouincia vel ciuitate, qua die, quaue paſſione perſeuerantiæ ſuæ obtinuerit palmam, de ipſis archiuis ſublatam, ipſi Euſebio regio iuſſu dirigerent. Vnde factum eſt vt idoneus relator exiſtens, & eccleſiaſticam hiſtoriam retexeret & omnium pene martyrum prouinciarum, omnium Romanorū trophæa diligens hiſtoriographus declararet. De hoc Euſebio dicitur, diſti. 15. ſancta Romana, Chronicon Euſebij Cæſarien. atque eiuſdem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & in laudibus & excuſatione Orige. ſchiſmatici vnum compoſuerit librum, propter rerum tamē ſingularem notitiam, quæ ad inſtructionem pertinet vſquequaque non dicimus eſſe renuēdos. Item ibidem dicitur. Venerabilis viri Sedulij paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus euangelium inſigni laude proferimus. Item Iuuenci laborioſum opus non ſpernimus: ſed miramur.

Habetur hæc ep. initio marty. Vſuar. ſed dubitatur an ſit Hierony.

Sedulij & Iuuenci poemata probātur.

§. X.

De Lactātio. Hieron. in Car. vir. illuſt.

CIRCA illa tempora refulſit Lactantius, de quo ſic ſcribit Hiero. li. de viris illu. Firmianus, qui & Lactantius Arnobij diſcipulus ſub Diocletiano principe accitus cum Flauio grammatico, cuius de medicina libri verſibus compoſiti extant, Nicomediæ rhetoricam docuit, ac penuria diſcipulorum ob Græcam videlicet ciuitatem ad ſcribendum ſe contulit. Habemus eius ſympoſium quod adoleſcentulus ſcripſit Africæ, & ὁδοιπορικὸν de Africa vſque Nicomediam hexametris ſcriptum verſibus, & aliū librum qui grammaticus inſcribitur, & pulcherrimum de ira Dei. Et ad Demetrium auditorem ſuum librum de opificio Dei ſeu formatione hominis. Et ad eundem libros duos epiſtolarū. Ad Probū epiſtol. li. 3. ad Seuerū epiſtolarum li. 2. De perſecutione li. vnum. Itē inſtitutionum diuinarum aduerſus gentes li. 7. Hæc Hie. Et in præfato lib. inſtitutionū pulcherrime confutat errores Gētilium de pluralitate deorum. Immortalitatem animæ & Dei prouidentiam contra Epicureos luculentiſſime probat. De patre & filio eius incarnato diffuſe proſequitur. De ſpiritu ſancto nihil dicit, vnde videtur neſciſſe Spiritum ſanctum eſſe. In vltimo libro inſtitutionū ipſarum oſtēdit ſe eſſe de numero eorum, qui dixerunt Chriſtum cum ſanctis ſuis poſt reſurrectionem mille annis gaudere in deliciis corporis, quod pro hæreſi determinatur 24. q. 3. ca. penul. Sed quia tempore illo nondum hoc erat determinatū ab eccleſia, forte in hoc ipſe cum aliis, qui hoc opinati ſunt ex authoritate Ioannis Apocalypſis hoc elicientes: ſed non rectè intelligentes, pro tunc ab hæreſi excuſati fuere. Hic Lactantius (ait Hiero.) in extrema ſenectute magiſter Cæſaris Criſpi filij Conſtantini in Gailia fuit, qui poſtea à patre interfectus eſt.

Apoc. c. 20.

Hier. Ibid.

In illo quoque tempore vt teſtatur Vince. ſpe. hi. in fine 14. libri, fuit Porphyrius philoſophus, primo Gentilis, & poſtea Chriſtianus effectus apoſtatauit à fide. Nam in Cæſarea Paleſtinæ à quibuſdam Chriſtianis læſus, iniuriam non ferens Chriſtianitatem deſeruit. Sic eum Euſebius redarguit cùm eius verba deſtruxit. Hic enim Porphyrius contra nos ſcripſit, cui reſponderunt Euſe. & Apollinaris confutantes errores eius. Miſſo autem ad Conſtantinum inſigni volumine, ab exilio reuocatus eſt. Auguſtinus verò in li. de ciuitate Dei fortius cęteris falſitates doctrinę eius edidit, quem etiam dicit doctiſſimum philoſophorum: ſed Chriſtianorum acerrimum inimicum.

De Porphyrio.

An. 10. ciu. c. 28. 29 30. 31 32.

Irradiauit quoque eccleſiam lumine ſanctitatis & doctrinę Iacobus cognomento Sapiens, Niſibenę ciuitatis epiſcopus in Perſia. Quem ſic commendat Hiero. li. de viris illuſtribus. Iacobus Niſibenus agnoſcitur, ad cuius preces ſæpe vrbs à diſcrimine liberata eſt. Qui multa ſcripſit de fide contra omnes hæreſes, de charitate, de oratione, de dilectione erga proximum, de reſurrectione, de vita poſt mortē, de humilitate, de pœnitentia, de Chriſto quòd ſit filius Dei & conſubſtantialis patri, de caſtitate, de regno Perſarum, & alia: qui ſub Maximiano vnus fuit ex numero confeſſorum & eorum qui in Nicena Synodo Arianam peruerſitatem damnarunt. Moritur hic Conſtantij temporibus & iuxta præceptum patris eius Conſtantini intra muros Niſibenſes ſepelitur.

De Iacobo epi. Niſibenſi Gēnadi⁹: hic eſt qui poſt D. Hier. ſcripſit.

Primæ partis hiſtorialis Domini Antonini Archiepiſcopi Florentini ordinis prædicatorum finis.

Excudebat Nicolaus Guerinus.

R. SALVA
RESTAURO
Val [illegible], 59
Tel. 898.223
969